INHIBITIONUM ET MAGISTRATUS IUSTITIAE ARAGONUM, TRACTATUS. IN...

José : de Sessé, Giovanni Battista Coccini

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
6 E
44

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

K

13-8-f-39

Digitized by Google

Digitized by Google

INHIBITIONVM ET MAGISTRATVS IVSTITIÆ ARAGONVM.

TRACTATVS.

IN QVO DE INHIBITIONIBVS, ET EXECVTIONE PRIVIlegiata, & guarentigia facienda, ac eadem in vim exceptionum, ſeu iurisfirmæ retardanda agitur: variæque iuris reſolutiones practicæ cum totidem deciſsionibus; nec non conſuetudines Regni Aragonum ad iuris terminos redacta traduntur, & explanantur.

AVTORE IOSEPHO DE SESE I.V.D. OLIM IN ILERDENSI, ET Cæſaraugustano Gymnaſio Iuris Canonici publico interprete, deinde Iuſtitiæ Aragonum Locumtenente, nunc vero Regii eiuſdem Regni Senatus Conſiliario, ac aulæ cauſarum criminalium Decano.

ILLVSTRISSIMO AC ADMODVM ILLVSTRIBVS D.D DON DIDACO Fernandez Cabrera & de Bouadilla Comiti de Chinchon, ac præſidi Don Monſerrato Guardiola, Don Ioanni Sabater, Didaco Clauero, Don Ioſepho Bañatos, Martino Monter de la Cueua, Don Philipo Tallada, Saluatori Fontanet, Sacri ſupremi Senatus inclytæ Coronæ Regni Aragonum Senatoribus dicatum opus.



Anno Domini M.DC.VIII.

CVM LICENCIA, ET PRIVILEGIO.

BARCINONÆ.

Ex Typographia Gabrielis Graells, & Geraldi Dotil.

Digitized by Google

Digitized by Google

Priuilegio de la Corona de Aragon.

NOS DON PHELIPPE por la gracia de Dios Rey de Caſtilla, de Aragon, de Leon, de las dos Sicilias, de Hieruſalem, de Portugal, de Vngria, de Dalmacia, de Croacia, de Nauarra, de Granada, de Toledo, de Valencia, de Galiçia, de Mallorca, de Seuilla, de Cerdeña de Cordoua, de Corcega, de Murcia, de Iaen, de los Algarues, de Algezira, de Gibraltar, de las de Canaria, de las Indias Orientales y Occidentales, Islas y tierra firme del mar Oceano, Archiduque de Auſtria, Duque de Borgoña, de Brauante, de Milan, de Atthenas y de Neopatria, Conde de Habspurgh, de Flandes, de Tyrol, de Barcelona, de Roſſellon y Cerdaña, Marques de Oriſtan, y Conde de Goceano. Por quanto por parte de vos el Magnifico y amado conſejero nueſtro el Doctor Iuſepe Seſe en la nueſtra Audiencia Real del dicho Reyno de Aragon, me ha ſido referido, que con vueſtra induſtria y trabajo aueys compueſto vn libro intitulado, Tratado de inhibiciones, y del Magiſtrado del Iuſticia d'Aragoneſes, el qual es muy vtil y prouechoſo, y le deſſeays imprimir en los nueſtros Reynos de la Corona de Aragon, ſupplicandonos fueſſemos ſeruido hazeros merced de licencia para ello. E nos teniendo conſideraciõ a lo ſobredicho, y que ha ſido el dicho libro reconocido por perſona experta en letras, y por ella aprouado, paraque os reſulte alguna vtilidad y por la comun, lo auemos tenido por bien. Porende con tenor de las preſentes de nueſtra cierta ſciencia y Real auctoridad deliberadamente y conſulta, damos licencia permiſſo y facultad a vos el dicho Doctor Iuſepe Seſe, que por tiempo de diez años contaderos deſde el dia de la data de las preſentes en adelante, vos o la perſona o perſonas que vueſtro poder tuuieren, y no otro alguno, podays y puedan hazer imprimir y vender el dicho libro en los dichos nueſtros Reynos de la Corona de Aragon. Prohibiendo y vedando expreſſamente, que ningunas otras perſonas lo puedã hazer por todo el dicho tiempo ſin vueſtra licencia permiſſo y voluntad, ni le puedan entrar en los dichos Reynos para vender de otros a donde ſe huuiere imprimido, y ſi deſpues de publicadas las preſentes huuiere alguno o algunos que durante el dicho tiempo intentaren de imprimir, o vender el dicho libro, ni meterlos impreſſos para vender, como dicho es, incurran en pena de quinientos florines de oro de Aragon diuididero en tres partes, a ſaber es, vna para nueſtros cofres Reales, otra para vos el dicho Doctor Iuſepe Seſe, y otra para el acuſador, y de mas de la dicha pena, ſi fuere Impreſſor pierda los moldes y libros q̃ aſsi huuiere imprimido. Mãdãdo cõ el miſmo tenor de las preſentes a qualeſquier Lugartiniẽtes y Capitanes generales, Regentes la Cancilleria, Regente el officio y portants vezes de nr̃o general Gouernador, Alguaziles, Porteros, Vergueros y otros qualeſquier oficiales y miniſtros nr̃os mayores y menores en los dichos nueſtros Reynos y ſeñorios cõſtituydos y cõſtituyderos y a ſus Lugartinientes y Regentes los dichos officios, ſo incorrimiento de nueſtra yra e indignaciõ, y pena de mil florines de oro de Aragon, de bienes del que lo contrario hiziere exigideros y a nueſtros Reales cofres applicaderos, que la preſente nueſtra licencia y prohibicion y todo lo en ella contenido, os tengan guarden, tener guardar y cumplir hagan, ſin cõtradicion alguna, y no permitan ni den lugar a que ſea hecho lo contrario en manera alguna, ſi de mas de nueſtra yra e indignacion en la pena ſobredicha deſſean no incurrir. En teſtimonio de lo qual mandamos deſpachar las preſentes con nueſtro ſello Real comũ en el dorſo ſelladas. Dat. en Madrid a catorze dias del mes de Octubre, Año del Naſcimiento de nueſtro Señor Ieſu Chriſto Mil ſeys cientos y ſiete.

YO EL REY.

V. Couarr. Vicecan.	V. Don Monſ. de Guardiola R.
V. Ferro pro gen. Theſ.	V. Don Io. Sabater R.
V. Clauero R.	V. Don Ioſephus Banyatos R.
V. Monter R.	V. Villanueua conſ. gener,
V. D. Phi. Tallada R.	

Dominus Rex man. mihi don Fran. Gaſſol viſa per Couarr. Vicecan. Ferro pro gener. Theſ. Guardiola, Clauero, Sabater, Monter, Bañatos, & Tallada Regentes Cancell. & Villan. Conſ. generalem.

In Diuerſ. vj. fol. cxj.

¶ 2 APRO

APPROBATIO.

COMMISSIONE Reuerendi admodum Domini Michaelis Palmerola, V.I.Doctoris, Abbatis de la Iau, Officialis, ac Vicarij Generalis pro admodum Illuſtri ac Reuerendiſſimo D. D. Raphaele à Rouirola, Barcinonenſi Epiſcopo &c. Vidi ego F. Franciſcus Diago Ordinis Prædicatorum, S. Theologię profeſſor, ac Sanctæ Inquiſitionis Barcinonenſis Qualificator, ac qua potui animi attentione perlegi Tractatũ hunc, de inhibitionibus ac Magiſtratu Iuſtitię Aragonum differentem, cuius author eſt Ioſephus de Seſe I.V. D. Regij eiuſdem Aragonum Regni Senatus Conſiliarius, ac Aulę cauſarum criminalium Decanus, in eoq. nihil inueni aut Fidei repugnans, aut bellum probis moribus inferens: ſed eruditionem cum paucorum conferendam peritia, maiorem certe ab authore diligentiam minime poſtulantẽ. Ipſe quippe (vt plura alia ad aſtra vſque merito extollenda prętercam) ex eis libris, vnde vtriuſque iuris manat cognitio, adeo abunde hauſit, vt hic eius Tractatus, omniũ ſitim extinguere valeat. Cum vero ſe ſe ipſi occaſio offert, nonulla pertractandi quæ Magiſtratus Iuſtitiæ Aragonum Eccleſiaſticam videntur tangere libertatem, nihil vnquam aſſerit, quod contra tantæ rei exiſtimationẽ eſſe vellit. *Non enim* (vt ipſius vtar verbis, capite huius Tractatus Octauo. §. 11. ſtatim in fronte) *manu apponit, rem decidendo & determinando, ſed iura omnia, rationes, authoritates, conſuetudinesq. totius orbis intendit hic apponere & diſcutere, deciſiones etiam Rotales ſcribere, quas reperire potuit, quaſi viam facilitando, ac difficultates aperiendo, vt his iactis fundamentis Romanus Pontifex, ac ſumma Eccleſiæ poteſtas, ſumma ſeculari audita, determinet quid tenendum.* Vbi autem de controuerſijs quæ ſanctum Inquiſitionis Tribunal reſpiciunt opportet differere, pie profecto, docte, ac accurate incedit. Qua propter, Tractatum hunc Typis mandari poſſe cenſeo. In cuius fidem, huic cẽſurę propria manu ſubſcribo, in hoc almo S. Catherinę Martyris conuentu die 14. Ianuarij 1608.

Magiſter F. Franciſcus Diago.

FACVLTAS ORDINARII.

VISA prædicta approbatione huius Tractatus de inhibitionibus, ac Magiſtratu Iuſtitiæ Aragonum (cuius Author eſt Ioſephus de Seſe I.V.D. Regij eiuſdem Regni Aragonum Senatus Conſiliarius) per F. Franciſcum Diago Ordinis Prædicatorum, Sanctæ Theologiæ profeſſorem, ac Sanctæ Inquiſitionis Barcinonenſis Qualificatorem facta, do facultatem ego Michael Palmerola I.V.D. Abbas de la Iau, Officialis ac vicarius generalis, pro admodum Illuſtri ac Reuerendiſſimo D.D. Raphaele à Rouirola Barcinonenſi Epiſcopo. &c. vt huiuſmodi Tractatus Typis mandari, in lucemq. prodire valeat. Dat. Barcinonæ die 14. Ianuarij 1608.

Abbas Palmerola Vic. gener.

Digitized by Google

ILLVSTRISSIMO AC ADMODVM ILLVSTRIBVS D. D. DON DIDACO FERNANDEZ CABRERA ET DE BOVADILLA

Comiti de Chinchon ac præſidi Don Monſerrato Guardiola, Don Ioanni Sabater, Didaco Clauero, Don Ioſepho Bañatos, Martino Monter de la Cueua, Don Philippo Tallada, Saluatori Fontanet Sacri ſupremi Senatus inclytæ Coronæ Regni Aragonum Senatoribus dicatum opus.

SI vlla vnquam tempora in Hiſpanijs fortunata, hęc ſunt maximè in quibus literarum ſtudia exiſtunt florētiſsima. Tanta nāq; in vtraq; lingua, et latina et Hiſpana eloquentia, et erudicio, vt in hac elegantia, in illa dignitate, Græcos atq; Latinos nō ęquare, ſed vincere multorū docti libri videātur: quę quando ſibillæ folijs certiora patent, lubēs, volensq. prętereo: doctorū namq. opinione firmata fruſtra niteremur confirmare. Huiusce rei igitur veriſsima omittens teſtimonia, cauſam ſolummodo, quam obrem id fiat breuiſsimè afferam, regū ſcilicet prudentiam, & benignitatē, qui bonas literas & fęlicia ingenia multis honoribus proſequantur: quę etſi prædictis ſint multo veriora, cum ſole meridiano clariora fulgeāt, hiſtorię tamen veteris monumēta euoluens, breui, vt inſtituti ratio poſtulat, confirmabo: Macedoniæ namq. cęptrum tenente Philippo Rege, & humanitate, et benignitate prædito, tunc Plato, tunc Ariſtoteles omnis philoſophiæ principes claruerunt, vt contra Imperium Romanū gubernatore Caligula literarum oſore, nemo ea ipſa ætate literas fuit proſequutus. Quod ſi quis eiuſcæ rei cauſam quærat auidus, eſt duplex in promptu.

Vna

Digitized by Google

Vna

Regis ad exemplum totus componitur orbis.

Altera

Sint mæcenates, non deerunt flacce marones
Virgiliumq; tibi, vel tua rura dabunt.

REGVM igitur ſapientia, eorundemq; benignitas, ad ſapientiam, & literarum ſtudia vocat ingenia: quales tres in Hiſpanijs, auus, pater & nepos, tanta fælicitate, tanta prudentia, tanta liberalitate, quanta maxima in vllis vnquam regibus expectari poteſt: Imperator Carolus Quintus, fælicisſimus Philippus Secundus, fælicis memoriæ prudentisſimus Philippus Tertius, huius filius, & illius nepos liberalisſimus, qui præter ſummam ſuam benignitatem, auitæ fortitudinis & paternæ prudentiæ veſtigijs incedendo, ęquo gradu ſuos ipſius maiores nititur imitari. Eius quidem rei hæc vna cauſa atq; ſola eſt ratio, quod iam inde à primis tantorum Regum Imperijs ad hanc vſq; ætatem noſtrã fælicisſimam vtrequæ literę, & Hiſpanę, & latinæ, tantopere in Hiſpanijs conſeruatę augeantur. Quare cum ipſe, Philippi Secundi prudentisſimi Regis benignitate, ac veſtro etiam patrocinio ad curiam Iuſtitiæ Regni Aragonum ſuperioribus annis fuerim promotus, turpe ac indecorum mihi reputaſſem, niſi doctorum etiam virorum veſtigijs inſiſterem. Multos itaque in illa Curia annos verſatus, plurimasque ibi difficultates expertus, ſuper inhibitionibus iudicum, quæ ſeſe in eo oferunt tribunali, cum de ea re nemo hactenus ſcripſerit, illud me in primis incitauit, quo alacrius hunc grauem laborem ſuſciperem & hanc materiam, longè latèque diſperſam, in vnũ quaſi corpus digeſtam, atque elucidatam congererem; Aragoniæ ſcilicet foros iuri comuni conſonos, & conformes exhibendo; opus certe tam huic regno neceſſarium, & alijs vtile, quam mihi laborioſum, & huic Cęſareę facultati non ingratum: quæ cum ſit iuris doctrina, nullius videtur indigere patrocinio; patrocinatur namque ipſum ius ſemper (& bonis, & Rei publicæ) & licet alterius opem opus hoc non requirat, tamen cum amicorum rogatu, quibus denegari non potuit, prelo mandandum typiſq; cudendũ eſſet, operoſus ne dicam operis author, ſacram,

cui

Digitized by Google

cui innixatur, requirit anchoram, & tutiſsimum, quo confugiat, deſiderat patrocinium. Mente igitur intuens, & animo per luſtrans omnia, nullus mihi portus, nulla anchora, nullum præſidium mihi magis neceſſarium, quamuos doctiſsimi, ac prudentiſsimi Senatores. Qui erga me pro viribus honeſtatis, quiq; gracia valetis, & authoritate poteſtis, ab incepto honoris mei ſtudio nunquam deſiſtetis; præſentem cum omnis virtutis, & veteris Iuriſprudentię non adumbratam imaginem, ſed expræſſam, & veram ipſius formam omni omnium defenſione, & patrocinio referatis. Veſtram ergo opem, verumque auxilium, amori meo, beneuolentiæ, & voluntati debitum, à veſtra authoritate, poteſtate, & liberalitate profectum, expeto, & expoſco. Verum quod antea dixerim, nullius hoc iuris opus indigere præſidio, iam aliud, & ſentire ſimul oportet, ac dicere, cum ad vos ſolos beneuolos, vt authoris ſpectat defenſio, ſic aduos Iuriſperitiſsimos totius huius operis ſolum tutela pertineat. Vt enim librorum perfugium in doctis, ita leguum defenſio in Iuriſperitis tota verſatur. Quo enim pacto iam inde a ciuitatum primordijs vigerent leges, niſi legum peritiſsimi ipſis auxilium præſtitiſſent? Oraculo Appollinis id quidem patet verius, multorum Iuriſperitorum exemplis, quorum nomina breuitatis cauſa inuoluo ſilencio. Quoniam autem veſtrum eſt, omnes doctiſsimorum naturæ dotes & ingenia imitari, ſimul & proſequi, erit quidem racioni conſonum, vt munus veſtrum excelſum, graue, arduumque ſuſtinetis, ſic opus hoc veſtrum, ne dicam meum, ſincero veſtro pectore complecti, atque cum haſta (vt veteri verbo vtar) & cum ſcuto defendere. Quamobrem nõ mea me ſpes fruſtrabit, Senatores grauiſsimi; nam ſi fidis ſimul, & oculatis veſtris manibus multa geritis negocia, atq; humeris vniuerſa huius Regni, & Coronæ iura ſuſtinetis, quid vobis oneris adiungetur, ſi librum hunc, vt poteſtis, complectamini? ſuſcipite ergo authorem, vt adhuc feciſtis, qui ſe totum vobis deuouit: opus hoc accipite, ſimul ac ſuſcipite, hanc legũ doctrinã, tuemini atq; defendite: qui enim Athlantem alterum præclaro & graui iſto munere, dum totũ ius ſuſtinetis, imitamini, hanc iuris partẽ nuſquam a vobis abijcietis: Quid enim eſt Athlãtem tatis robuſtisq; humeris orbem ſuſtinere, quã Iuriſperitũ ingenio ſtudio & labore ſuo regna, reſq; publicas ſuſtentare? qua enim

te

re alia Ariſtocratię,& Democratiæ erectæ & conſeruatæ legibus; quibus nam rebus Regna atq. Imperia cōſeruata & aucta? legibus, teſtis eſt Creta, Minois legibus conſtituta: teſtis Lacedemonia Licurgi legibus conſeruata: teſtis eſt Gręcia Solonis legibus aucta; Teſtis deniq; Roma Numæ religione nobilitata; quę respublicæ, quę Regna, quæq. Imperia tamdiu ſteterunt, quã diu ibi leges valuere. Si igitur legum vis tanta eſt, quæ rempublicam & conſtituant & augeant, & conſeruent, quanta Iuriſperiti erit potentia, qui legum vita & anima ipſe vnus eſſe iudicetur? Vos ergo harum non modo legum, ſed totius iuris anima, ſi quidem vniuerſo iuris corpori vitam pulcrè largimini, hanc iuris particulam, ne emori patiamini, ipſam fouete, alite atque ſuſtentate, vt vobis fouentibus viuat, & viuentibus augeatur: maxime autem, cum id nocturna, diurnaq; manu tentauerim, difficultates obſcuras explicando, & obſcuritatem inuolutam elucidãdo: vt putem omnes mihi equiores fore, & hunc laborẽ æqui boniq; conſulturos, cum videant me in tanta rerum varietate, & aliquã vtilitatem meis attuliſſe; & honeſto exemplo multorum ſtudia, (cum res ſit vt nouè incepta, ſic abſolutu difficilis) ad id perficiẽdum, vel cum valetudinis meæ diſpendio incitaſſe, Gratitudinis ergo, beneuolentiæ, & amoris erga vos mei ſignificationem ſolũ accipietis: nam vt iure multis nominibus hæc vobis a me debita, ſic veſtro tanto nomini parua, & vix in choata eſſe video. Exit igitur hoc quaſi opus illud Appellis tantummodo inchoatũ, ſed perfectum quidem, & abſolutum corpus fiet, ſi veſtra authoritate, atq; doctrina, qua multum poteſtis, ac valetis, vt oro, & obſecro, atq; vt hactenus in me, meiſque omnibus ſponte feciſtis, opus hoc nomini veſtro dicatum tueamini.

***

EPISTOLA AVTHORIS AD LECTOREM.

CONTEMPLANTI mihi, & animo accertime intuenti (amantiſsime Lector) difficilem, ac nondum explanatam iuris firmarum materiam, quę in Excellenti Senatu Iuſt. Arag. (vbi annos duodecim verſatus ſum) practicari ſolet, illud in mentem venit, quod multotiès per aliquot Iuſt. Arag. præceptum mihi fuit, ac per nonnullos collegas in eo Senatu perſuaſum, vt ſcilicet aliquid de eis ſcriberem, quo ſucceſſorę omnes, & alij noui practicantes in materia hac facilius inſtruerentur, quaſi hæredes intellectus, (ſi quis eſt) vt notat Baldus, *a* ex quo ſecũdũ eũ *b* qui in diſciplina aliqua diutius laborarunt, aſtringuntur ex profeſsionis debito, quæ mente conceperunt inſtar ſeminis in lucem proferre, vt etiam aduertit Iaſ. *c* & licet multa ab hoc notabili cogitatu retraherent, non me tamen vndique vincebat cogitatio illa, & timor Baldi, *d* quod ſcilicet multi ſcripſerint, qui mundum illuminarunt, nã materiam hanc in ordinem & methodum bene digeſtam nondum vidi, nec plus me detinebit morſus ſcorpionum, inuidiæ virus afflantium, tam quam ranarum vanæ voces, in quibus ipſa inuidia vindictam ſumit, verum illud me diù ancipitem reddidit, quod hodiernis temporibus quaſi cancer ſerpit petulantia quædam ſcribentium, qui non tã rerum veritatem indagantes, quam verborum figuram affectantes, ita veritatem componunt, dealbant, ac varijs ſuperficiebus, & copioſa allegatione ornãt (ſi illud ornare ſit) vt omnino illa lateat, ac lugẽs ſepulta ſit, ab hac tamen animi anxietate me cum ſumma lætitia liberauit Lucas de Penna, *e* dicens quod offitium legis, & recti iudicis eſt, quod veritas non lateat; cumq; ſecundum eum vbi exquirenda ſit veritas ab his, qui rei notitiam habent, ob id ſine timore aliquo prouintiam hanc ſuſcipiẽs cogitaui mecum dicenda, eademq; ſcribenda decreui, idq; ſine ornatu, & figura verborũ, ſine multiloqua allegatione, ſola linguę caſtitate obſeruata, ac veritate vndiq; amplexa; vt de Menelao ſcripta reliquit Marcus Mantua *f* qui (vt Homerus refert) non multa quidẽ, verum argutiſsima loqui ſolebat, veritas enim fuco verborum non indiget, non querit pigmenta, non cincinos, nec indiget verborum adminiculis, *g* immò in paucis conſiſtit, nam longa DD. & rerum recitatio faſtidioſa & ſuſpecta ſolet reputari, referre enim in ſubſtantia licet *h* immò ſecũdum Felin. *i* multa magna breuiter ſunt dicẽda, quia ſummè artificioſum eſt multa comprehendere ſub exiguo ſecũdum Calcan. *K* vt facere debent boni & docti conſulentes, quos opus eſt præcipuè vti breuitate, & ſubſtantialiter loqui ſecundum Aretin. *l* dicẽtẽ, quod qui rectè cõſulunt, veniunt ad rẽ ſine multiloquio, & ſine trufis, & generalibus, quæ ſolent apponi ornatus cauſa, ne parum multa ſcire videantur, conſulens enim non omnia quę ſtuduit ad conſulẽ-

a Bald. in proemi. decretal.
b Idem in præludijs lib. 1 feud. in 1. col.
c Iaſ. in proem. feud. col. 1.
d Bald. in d. proem. nu. 4.
e Lucas Penna in l. 3. col. 2. C. de naufrag. li. 11.
f Marcus Mantua. in tractatu de conſilion. 117.
g l. 3. C. ſi min. ab hæredit. ſe abſtin.
h l. fin. C. de precib. imper. offer.
i in proem. decret.
K cõſ. 57.
l conſ. 35. & 76. & 6. & 53.

dum, ſed quæ reſoluit ſcribere, alia omittere debet. aduocatus etiam debet eſſe parcus in verbis, allegando pauca & bona. *a* Nam ad probandam veritatem multis verbis opus non eſt, ſed efficacibus *b* magna enim congeries allegationum non aliud eſt, quam copioſus & confuſus Xerxis exercitus, quem pauci bene ordinati Græci vincant: non ne dixit Iulianus *c* breuitatem laudans (*vno contentus ero*) vix Lector amantiſsimè reperies virum verboſum doctum, ignarum autem vaniloquum ſemper ferè. Et ſic non gloriandum ſermonum folijs, immò ſuperflua reſecanda, *d* quia in multiloquio nonnũquam deeſt verum, & ſupereſt mendacium ſecundum DD. *e* Et breuitas amanda eſt, dum nimia non ſit, quæ auditoribus delectabilis ſemper fuit, *f* adeò vt ſyllabam vnam non neceſſariam non apponant, vt ibi habetur. Et qui mauult edoceri, quã deludi, rem quærat, non verba, breuitatem amet, non multiloquium, qui vero durus, & indocilis eſt, moueri nequit, niſi verborum illecebris, cumq; illa ſola ſcientia laudanda ſit, quæ vera, & bene fundata manet, *g* ideò nos ſolam veritatem ſectabimur ad eruditionem, non autem nimiam ſubtilitatẽ, qua pernicioſè erratur; *h* doctrina enim non ad pompam, & faſtum, non ad oſtẽtationem, & inanẽ gloriam, ſed ad rei veritatem indagandam excogitanda, pabulum namq; animi eſt, quia ipſa paſcit ingenium, modus reipublicę eſt, quia ipſa eruditio rempublicam moderatur, modum ergo tenere debet ſecundum Horatium, *i* vt enim cibus ad famem, potus ad ſitim ſedandam, non ad libidinem, luxuriamuè natura conceſsit, ſic ratio, ſic ingenium metiri ſe debet in explicãda veritate, ne dolum illud Danaydum, vt pertuſſum, ſic inexplebile eſſe videatur.

Quid enim eſt lectio, quid liber excuſſus, niſi conuiuium doctis appoſitum? ſi vellis namq; tranquillo, & quieto homini cœnam apponere multis ſeruis, multis vaſsis, vel auro, argentoq; cælatis, & vel pretioſis veſtibus faſtidium paries, ſic in hoc opere vt quid citationes innumerabiles? & Neotericorum præſertim, cum nihil ad veterem, ſanam, ſynceramq; doctrinam faciant, nedum ad veritatem elucidandam, quinpotius ad obſcurandam ſæpius. Hoc eſt onerare Lectorem, implere chartam, augere volumen, neq; eruditiorem hæc me faciunt. Sunt enim iſtę a conuiuijs exterminandæ ſymphonię, ſunt iſta explodenda (teſte Horatio) *K* ſalſamenta.

Vt gratas inter menſas ſymphonia diſcors,
Et craſſum vnguentum, et Sardo cum melle papauer
Offendunt; poterant duci, quia cœna ſine iſtis.

Sic Neotericorũ omniũ hic citationes ſuperfluæ, *l* Quid ſi fontes, & ipſos noſti limpidiſsimos, cur turbidos riuulos ſectabere? prudentis namq; eſt riuulos prætermittere, & primos fontes dulciſsimos, atque chryſtallinos deguſtare; Nouimus & nos riuulos, ipſoſque conſpeximus; ſed vt varia ſunt ingenia, variè de hac re ſentiunt, atq; ideò, ne in aliud

a glo. in prohe. regul. cãcel.
b glo. et Io. And. in c. cũ ſit de ætat. et qualitate.
c in l. ita vulneratꝰ in fin. ff. ad l. Aquil.
d §. quibus C. de nouo codi. faci.
e in c. at ſi Chriſtus de iur. iur.
f glo. in l. 1. ff. quod metus cauſa.
g l. diui fratres ff. de iure patronat.
h l. ſi ſeruũ §. ſequitur. ff. de verb. obligat.
i Horat. lib. 2. carminum.
K Horat. in arte poetica.
l Cicero de oratore.

in aliud Horatianum vitium incurramus, qui tacenda,& non tacenda loquentem increpat, Pythagoricam hic doctrinam amplectimur.

Eſt enim comis breuitas,ſic fama renatum.
Pythagoram docuiſſe refert ,cum multa loquaces
Ambiguis ſererent verbis,contra omnia ſolum
Eſt, reſpondebat, vel non,ò certa loquendi
Regula,cum nihil verius ſit, nec planius, iſti
Quid firmata probanr,et infirmata reclinant?

At dicet aliquis;& veteres ſimul, & nouos omnes authores citare potuiſſes, ne id quidem certè: quia cuiuslibet doctrinæ robur, ſcopus,& inſtitutum, non tam authoritatibus, quam ratione firmanda. Nam etſi authoritatum numerus doctrinam ipſam roborare videatur, ratio quidem ipſa robuſtior, vt Socrates Platonicus in Phædro,ſic probat. At præter Hyppocratem (inquit) ratio inſpicienda, examinandaq; eſt, humana namq; authoritas tantum poteſt, quantum ratione pollet.

Quin idem Plato in Gorgia ſub Poli, Socratiſq; perſona,vnam rationem in probando laudans,multitudinem teſtium deteſtatur: Nam cum Polus,ideſt quaſi multus,& moroſus in citandis multis Authoribus pro opinione ſua exiſteret, ipſum, authorumq; turbam repellit, atq; improbat Socrates hoc pacto, optimum probandi modum eſſe reſpondit,ſi vnum in cauſa teſtem adduxeris, aduerſarium ſcilicet ratione conuictum; alioquin coaceruatam teſtium multitudinem, parui ad veritatem eſſe momenti, Hæc Socrates Platonicus contra Polũ, ideſt contra eum,qui multus eſt in citandis teſtibus,& Authoribus. Maximè,quia ſi pro occurrẽti caſu habueris pro te Bart. Bald. Caſtr. Abb. Inno. Alex. Felin. Fran. & ex Iunioribus Couar. Menoch.&alios ſimiles de vtraq; claſſe, & in ſuper communem opinionem per aliquem neotericum ornatam,quid alij preſtabũt, niſi vt illis detrahas, & authoritatem operi adimas; his itaq; principibus rem hanc firmaſſe placuit nobis.

Et rectè, nam ſi authoritatum numero æſtimanda eſt veritas, quid facilius quam omnes citare Authores; Nam doctrina iuditio, rationeq; perpendenda, non authoritatibus tantum ponderanda;ſunt enim hæc ex argumentorum genere,quæ non tàm vi vincunt, quam multitudine. Atq; vt beneficia, non numero, ſed qualitate expendenda, ſic doctrina non tam authoritate,quam ratione exploranda. Nam qui veteribus authoribus ſubſcribunt,non ſe Authores illius rationis probãt, ſed in eo ſe illas nullis rationibus euertere poſſe oſtendunt. Ergo cum primos, vetereſq; Authores citauerimus, qui plena, integraq; ſunt fide, nihil eſt quod neotericos omnes afferamus, Bartulo enim, Baldo & ſimilibus moderni quid preſtant? præſertim cum ipſi ſępè ignoratione veritatis,concluſiones aliquas aſſumant, ex quibus turbę turbu-

¶ 2 lentæ

lentæ in foro excitantur, & quod peius eſt, ſui ſectores deducāt in præcipitia, culmina & columina iuriſprudentię ſatis, ſuperq; his fuerit firmiſsima adduxiſſe. Vt enim (teſte Tullio) non ex ſingulis vocibus Phyloſophi ſpectandi, ſed ex perpetuitate atq; conſtantia, ſic librorum ſcriptores non tam ex multorum authorum citationibus, quam ex ingenio, exq; doctrinæ veritate iudicandi; Plus namq; (eodem teſtante) in negotijs gerendis res, quam verba proſunt: Num expertus agricola rectas, ac firmas, an diſtortas, & imbecilles arbores fulcimẽtis ſuſtentat? An pictor peritiſsimus in aliena pictura varietatem colorum inſtar pueri admiratur? an lineas artificioſe ductas, pulchritudinem partium, & ad viuum expreſſam imaginem?

Quod ſi quiſpiam adhuc dixerit, citationes longas his requirimus, authoritatum deſideramus multitudinem, Quid huic inueni & ſuperficiali reſpondeam neſcio, attamen hoc adeſt in promptu. Rem iſtam eſſe leuioris momenti, qui velit addere, illi per me licet, extendat fimbrias, dilatet phylacteria; ſiquidem meo iudicio iſta non ex ingenio, nedum ſtudio, aut labore fructuoſo naſcuntur, luxuria quædā ſtudioſa eſt, non tam ad ſtudium, & doctrinam, quam ad pompam, & inanem gloriam cogitata, à quibus nos ideò libentiſsimè abſtinemus; quia cupiditates quædam apparent, & ſunt inanis gloriæ libidines inſatiabiles, atq; inexplebiles, ab huius igitur conuiuij menſa, libenter calicem fundo carentem reijcimus, & dolum illud Danaydum deteſtamur.

Seneca.

Ioſephus de Seſſe.

AVGVSTINVS PILARES REGIVS CONSILIARIVS, SVO IOSEPHO DE Seſe eiuſdem Regiæ Audientiæ Senatori, & collegæ S.D.

QVAM primum tuum hoc opus de inhibitionibus, & magiſtratu Iuſtitiæ Aragonum, ex noſtri regij Senatus commiſsione perlegi, vt quid de ipſo ſentirem candidè & ſincerè refferram, adeò profectò ingenio excogitatum, induſtria elaboratum, iuditio perfectum, omnibus deniq; numeris abſolutum eſſe perſpexi, non ſolum huic noſtrę Aragoniæ patriæ ſumme neceſſarium, ſed omnibus alijs totius orbis prouincijs vtiliſsimum iudicaui, ita quod ſine magna huius reipublicę iniuria, vel minima temporis dilatione eius editio differri non debeat; neque vereor, ne propter noſtram ſummam neceſsitudinem, quam inter nos litterarum ſocietas, & muneris coniunctio iam pridem conſtituit, & copulauit, licentiam adulandi habere videar, quamuis enim iſta talis ſit iuſtiſsima neceſsitudinis cauſa, vt apud Ciceronē in prima in verrem actionē, qui a maioribus ſe accepiſſe refert, nullam, neque iuſtiorem, neque grauiorem cauſam neceſsitudinis poſſe reperiri, quam ſortis coniunctionem, quam prouinciæ, officij, & publicam muneris ſocietatem, at vero, hæc adeò ex ſe patent, quę de tuo opere dixi, vt nulla comendatione indigeant, ipſaque rei euidentia omnis ſuſpitio ſublata eſſe videatur, nam vt alia multa omittam, quibus hoc tuum opus comendari poſſet, nemo tam inuidus erit, qui non videat tuum iſtum laborem, ſicut in verbis parciſsimum, ita quoque verum, & ſententiarum pondere, & copia locupletiſsimum, preſertim tot rerum iudicatarum collatis, & excuſis cum theorica exemplis, vndique conquiſitis veraciter, fideliterq; propoſitis reffertiſsimum: ſummam enim in te iuris intelligentiam, & vſus forenſis, quantum

tum in eo eſſe poteſt, eximiam peritiam animaduerto, qui tot annos clariſsime huius prouincię magiſtratus ſcilicet Locumtenentis Iuſtitiæ Aragonum iuredicundo præfuiſti; & deinde propter dignitatem in Regium noſtrum Senatum merito fueris cooptatus, exiſtimare equidem non poſſum, quin iſte tuæ lucubrationes vtiliſsimę noſtris in primis omnibus, deinde etiã & exteris gratiſsimę, & optatiſsimę ſint futurę: quippe quod opus hoc, illud ſit, quod gladium ad radicem (vt ita dicam) quorumcumq; caſuum in praxi contingentiũ apponat, & infinitas nonnullorum opiniones reſecando, meliores eligendo, & optimas texendo, vna cum decretis & reſolutionibus optimè perſtringat, & dignum (me Hercle) quod in lucem prodeat. Bene vale & fœliciter age.

MARTI-

MARTINVS FERDINANDVS EZQVERRA I.C. CÆSARAVGVSTANVS, IOSEPHO DE SESE I.V.D. REGII SENATVS Conſiliario meritiſsimo, huiuſceq; operis Authori præclariſsimo.

S. D.

NON ſolum bello, ſed etiam pace clarum fieri licet; Pulchrum enim etſi ſit benefacere reipublicæ, benedicere tamen haud abſurdum eſt, præcipuè cum benedicendo, quomodo benefacere poſsimus doceamur: itaq; non ineptè cecinit ille.

Cedant arma togæ, concedat laurea linguæ.

Quod quidem hac noſtra felici ætate verè decantari poſſe, etiam ſi non aliud extaret, hoc ſaltem vnum perutilis tui (grauiſsime Iudex) operis teſtimonium patefaceret. Neque enim vlli ſunt huiuſce regni iuriſperiti, qui materiæ iſtius ſubtilitatem nuſquam alibi extricatam reperiri haud ingenuè fateantur; ſæpè namque eiuſdem difficultate ſuperati, & iſtius expertes diſciplinę, licet iuris communis maximè participes, in noſtro, tamquam in alieno foro litigantes hallucinatos conſpicimus. Illius preterea vtilitatem ſeniores omnes commendant, & meritò quidem; nam licet Neotericorum ſcripta deteſtabili verborum luxu fluentia, nimioq; Rhetorum lenocinio

nio phalerata exiſtant, voluptati tamen potius quam vtilitati deſeruire; hæc vero tua cum nudam, nulloq; fuco verborum comptam veritatem proponant, plus emolumenti proculdubio afferre videntur. Quod ſi quis cum Martiale obijciat.

Illa tamen laudant omnes, mirantur, adorant
Cum eodem
C*onfiteor, laudant illa, ſed iſta legunt.*

In primis enim (vt Cicero dicebat) hominis eſt propria veri inquiſitio, atq; inueſtigatio, proindeq; quod verum, ſimplex, ſincerumq; ſit, id naturæ hominis aptiſsimum eſſe intelligitur, quare cum in hoc volumine tot iuris reſolutiones, firmiſsimæque pateant veritates, ab omnibus vnicê amplectendum, lętoq; ad vnguem animo perlegendum ſpero, pręſertim cum nulla ferè ſit lis, nullaq; in foro agitetur controuerſia, in qua hæc inhibitionum ſeu (vt nos dicimus) iurisfirmarum materia non permiſceatur. De tua vero egregia doctrina acri, ac ſingulari igenio, cęteriſque naturæ dotibus, quæ te virum integrum, clariſsimumque iuris conſultũ reddunt, plura licet lato calamo referre poſſem, ſi nunc oratoris acturus eſſem partes, illa tamen ſilentij velamine contegenda exiſtimaui, cum non dicam orando comprȩhendi, ſed nec numerando quidem poſsint percenſeri; cum fœlicibus auſpicijs diuerſas iuris cathedras Ilerdæ, ac Cæſarauguſtæ obtinueris, egregiè cauſas tamquam patronus pertractaueris, integrè tandem ius olim in curia Iuſtitiæ Aragonum, nunc vero in regia dixeris, ac dicas audientia. His tamen prętermiſsis, certiſsimum perhibere poſſum ipſe teſtimonium laboris, ſolicitudinis, conſilij, ac lucubrationum, quibus opus hoc perficiendum curaſti, cum nulla non dicam materia, verum nec materia particula, linea, ſiue paruula nota reperiatur, quam non, ante quam Typis mandaretur, memoriæ, animoque mandare viſus fuerim, & ate inexhauſto tantarum rerum fonte ediſcere curauerim ea, quæ propter eorum ſubtilitatem exiguas mentis vires effugere videbantur, aureum illud Valerij Martialis conſiliũ expertus.

Mul-

Multum (crede mihi) refert à fonte bibatur.
Qui fluit, an pigro cum ſtupet vnda lacu.

O fœlix illa dies, & adamantino mihi lapillo ſignanda, qua te duce multa iuris penetralia cognoſcere valui, ingentes profectò tibi refero gratias, referamq; dum viuam, quod me vnum ex multis elegeris, cui poſſes tanti muneris magnitudinem impartiri vale.

Vir celtiberis non tacende gentibus,
Noſtræq; laus Hiſpaniæ.

EIVSDEM IN OPE-
RIS, ET AVTHORIS LAVDEM,

EPIGRAMMA.

VMbra recede procul, tenebræ iam cedite Phœbo;
Nox abeat, patrios linquat & illa foros;
Quæ tenebris quondam fuerant immerſa ſoporis,
Proſiliant claro ſplendidiora die.
Cæcæ firmarum latebræ, nigrique receſſus
Splendent, ardenti dum præit iſte face;
Fœlix cui tantæ penetralia noſcere molis.
Contigit ingenij dexteritate ſui,
Fœlices illi, quibus id comes ipſe per vmbras
Vndique ſaxoſam monſtrat & ipſe viam.

MICHAELIS FERRER I. C. BILBILItani in authoris laudem.

EPIGRAMMA.

GVtture turba frequens ſicco dum tendit ad vndas,
Et nitido quærit pellere fonte ſitim;
Impuri cernit lutulentas amnis arenas;
Vnde ſitis lymphas horret acerba licet:
Aſt vno inſigni cornu qui nobilis extat,
Illo conſpicuas reddit anhelus aquas.
Incipit ille ſitim riuo placare nitenti,
Anxia feruentem turba leuatque ſitim.
Turbida firmarum plures dum pocula libant,
Et turbata vident omnia, nemo bibit:
Arguto ſed tu calamo tam limpida reddis,
Quilibet vt claro ponat in amne ſitim.

HIE-

HIERONYMI IO-SEPHI EZQVERRA I.V. STVDIOSI IN AVTHORIS LAVDEM.

EPIGRAMMA.

Abdita dum ſancti pandit penetralia iuris,
Et cultum docto pectore cudit opus:
Dum iuri confert patrio ciuilia iura,
Incipit obſtructos & reſerare foros:
Et dum materiam firmarum congerit omnem,
Illarum formas primus & ore refert.
Iuſtitiæ Aragonum quondam, qui viſus alumnus
Iudicio præſtans extitit, atq; potens:
Qui nunc Regalem ſumma cum laude ſenatum,
Et vero Auguſtum, qui regit ore forum:
SESE qui tandem ſophiç, muſiſq; dicauit,
Nunc SESE famæ conſecrat, atq; dicat.

Aliud.

EIVSDEM AD EVNDEM, EX VArijs Bilbilitani Martialis verſibus ſtructum.

IVris, & æquarum cultor ſanctiſsime legum,
Cuius priſca graues lingua reduxit auos:
Qui ſua reſtituis ſpoliato iura clienti,
Mæonioq; potes doctius ore loqui:
Et quem cunctorum laudat grauis haſta virorum,
Et loquitur grato plurimus ore reus:
Perpetui nunquam moritura volumina libri,
Et cultum docto pectore profer opus:
Sic fora mirentur, ſic te pallatia laudent,
Purpura te fœlix, te colat omnis honos:
Ede tuos tandem populo IOSEPHE libellos,
Et meliore tui parte ſuperſtes eris.

SVMMA CAPITA, QVIBVS TOTA HVIVS VOluminis materia compræhenditur.

Anacephalæoſis.

Quæ totius operis ſcopum beneuolo lectori indicat fol. 5. col. 1.

CAPVT 1. §. 1.

Vbi de offitio & origine magiſtratus Iuſtitiæ Aragonum agitur, quid ſit, & quare ſic nominatur, à quo tempore illius iuriſdictio creata, & adinuenta fuerit, ac de poteſtate, & etiã qualitate offitij, & an debeat Iuſtitia Aragonum eſſe miles, & richus homo, Meſnadarius, infantio, vel plebeius, fol. 26. col. 1.

§. 2.

De manifeſtatione perſonarum, & firmarũ inhibitionibus, ac deliberationibus per viam priuilegiatam, de illarumq; differentijs, exitu, & natura longa enarratio, pag. 35. col. 2.

§. 3.

Vbi examinatur, an ſicut Iuſtitia Aragonum eſt iudex contrafororum omnium comiſſorum per regni officiales, ita ſimiliter ſi illi accuſſentur de contra forjs, & de his etiam, quæ vt priuatæ perſonæ committunt, debeant accuſari coram eodem Iuſtitia Aragonum priuatiuè, an vero cumulatiuè ad alios, & an etiam coram eo acuſentur ratione mixturæ, qui cum eis delinquũt, & de quibus delictis iudices in regno accuſentur, pag. 60. col. 1.

§. 4.

Vbi quæritur qui dicantur officiales ad finem eos accuſandi coram Iuſtitia Aragonum, & condemnandi eos, pag. 68. col. 2.

§. 5.

Vbi quęritur an officialibus condemnatis per viam Iuſtitię Aragonum, proſit remiſsio & guidaticũ à Domino rege obtẽtum, pag. 76. col. 1.

§. 6.

An licet Iuſtitia Aragonum non cognoſcat de meritis cauſarum criminalium poſsit cognoſcere de nullitatibus illarum per viam iurisfirmæ, vel aliàs, pag. 102. col. 1.

§. 7.

An Iuſtitia Aragonum, licet non ſit iudex ſingularium perſonarum de iuriſdictione ordinaria, poſsit creare tutores pupillis, caſu quo ipſi neq; nobiles, neq; domini vaſſallorum, ſint pag. 103. col. 2.

§. 8.

De prouentibus, & emolumentis officij Iuſtitiæ Aragonum, & an in illis ſuccedant Locumtenentes Iuſtitię Aragonum eo mortuo tamquã Regentes officium, & de eorum iuriſdictione & poteſtate, à quo tempore, & quomodo introducta ſit, pag. 106. col. 2.

§. 9.

Vbi aliqua de ritibus curiæ dicuntur, & præcipuè de repartitione ſcribaniarum, pag. 114. col. 2.

§. 10.

Vbi traduntur pronuntiationes, quas facit Locumtenens abſq; conſilio collegarum, vel cum eo, & intra quod tempus debeat facere relationẽ proceſſuum in camera cõſilij, & in quibus cauſis, & proceſsibus debeat

debeat fieri relatio, & de temporibus ad pronunciandũ pag. 115. col. 2

CAP. 2. §. 1.

In quo tractatur an inſtrumenta in quibus debitum continetur habeat aliquam de iure, & foro executionem, ſiue paratam, & promptam, ſiue priuilegiatam & an aliqua exceptione talia inſtrumenta ſic priuilegiata retardentur, ſiue illorum executio impediatur, & vnde iuris firmarum origo deducatur, & quid ſit iurisfirma, pag. 121. colu. 1.

§. 2.

Vbi eadem materia proſequitur, pagina. 132. colum. 2.

§. 3.

Vbi agitur de executione priuilegiata, & guarentigia, & de interlocutione, quam iudex facit ſuper tali executione vbi multa declarantur in materia. pag. 145. col. 2.

§. 4.

Vbi late diſcutitur an contra executiones inſtrumentorũ exceptiones aliquæ opponi valeant, & an per eaſdem executio illorum retardetur, tã de foro, quã iure cõmuni attẽto & de intellectu obſeruãtię vſſus Regni de pignoribus, pag. 180. col. 1.

§. 5.

Quid ſit iurisfirma, & de illius origine ampla reſolutio, pagin. 197. col. 1.

CAP. 3. §. 1.

Quotuplex ſit iurisfirma, & quid firma grauaminum factorum, pagina. 205. colum. 2.

§. 2.

A quibus fiat electio iurisfirmæ pagin. 209. colum. 2.

§. 3.

Quid debeant deduci in electione iurisfirmæ, pag. 213. colum. 2.

§. 4.

De effectu electionis iurisfirmæ pagina. 217. colum. 2.

§. 5.

De poteſtate Iuſtitiæ Aragonum, ſeu eius Locũtenentium in ſententijs, quas ferunt in iurisfirmis grauaminum factorum, pag. 222. col. 1.

§. 6.

An iudex electionis iurisfirmæ, ſeu appellationis ad quem de ſolo poſſeſſorio eſt appellatum, poſsit cognoſcere de petitorio, & econtra, pagina. 223. colum. 2.

CAP. 4. §. 1.

Vbi agitur de iurisfirma grauaminũ fiendorum, quotuplex ea ſit, & de firma communi, quam volanderã vulgus appellat pag. 228. col. 1.

§. 2.

In quibus caſibus iurisfirma locum non habeat, pag. 147. colum 2.

§. 3.

De executione quæ fit a Domino vaſſallorum in bonis vaſſalli pro petitis ordinarijs, non obſtante firma, pag. 261. colum. 1.

§. 4.

An Dominus vaſſallorum poſsit vti abſoluta poteſtate contra vniuerſitatem, quemadmodum contra particulares, pag. 282. col. 1.

§. 5.

Vbi de effectu occupationis in vim abſolutæ poteſtatis agitur, pag. 296. columna. 1.

§. 6.

De executione priuilegiata, quæ fit non obſtãte firma pro iuribus regalibus, & etiam de ea, quæ fit contra arrendatores eorundem, pagina. 310. colum.

§. 7.

Vbi materia cœnarum, & aliorum iurium regalium enodatur, pag. 320. colum. 2.

§. 8.

De executione, quæ fit virtute cenſualium in Regno, pag. 331. col. 1.

Vbi

§. 9.

Vbi materia emparamentorum, quæ frequens eſt in hoc regno, dilucide explicatur, pag.334.col.1.

§. 10.

An perdita firma originali, poſsit procedi in copia, tamquam in originali, pag.339.col.1.

§. 11.

An iurisfirma, ſeu exceptio impediat executionem inſtrumentorum factorum extra regnum, materia difficillima ac quotidiana, pag. 342. col.1.

CAP. 5. §.1.

Vbi proſequitur materia exceptionũ pag.359.col.2.

§. 2.

Vbi de exceptionibus dilatorijs, & peremptorijs agitur, pag.359.

§. 3.

Proſequitur eadem materia, pag.367.

§. 4.

Agitur de exceptione partis non legitimę, pag.371.

§. 5.

De exceptione nullitatis latè, & an ſublata appellatione tollatur nullitas pag.377.

§. 6.

De exceptione legis, vel ſtatuti approbantis aliquod factum, & de exceptione iudicis incompetentis, pag. 383.

§. 7.

Vbi de exceptione ſolutionis, compenſationis, & alijs ſimilibus tractatur, pag. 410.

§. 8.

De exceptionibus contra inſtrumenta opponendis, & contra debitum manifeſtum, & de modo eas proponendi, & de ſtatutis tollentibus exceptiones pro executione inſtrumentorũ latè diſcutitur, pag. 426.

§. 9.

De reuocationibus, declarationibus, & repulſionibus iuris firmarum, & ſeu exceptionum quæ contra inſtrumenta opponuntur, maximè ſi prçſumptio iuris reſiſtat petenti declarationem, pag.455.

§. 10.

Proſequitur materia declarationum aduerſante iuris prçſumptione vehementi.

§. 11.

Vbi diſcutitur an poſsit dari inhibitio contra eos iudices, à quorum factis nullus datur recurſus, & de alijs firmis infantioniæ, & ſimilibus agitur pag. 499.

CAP. 6. §. 1.

Vbi latè agitur de firmis, & inhibitionibus poſſeſſorijs, & de iuditio contra firmarum, & plenario poſſeſſorio, pag.511.

§. 2.

Proſequitur eadem materia, & quibus dāda ſit firma poſſeſſoria, & de extenſione prçſcriptionis, pag.537.

CAP. 7.

Quomodo libellantes concludere debeant in libellis ſuis pag. 555.

CAP. 8. §. 1.

Vbi agitur de iurisfirma, ſeu inhibitione ne pēdente appellatione, & quomodo iudex ſecularis cognoſcat de poſſeſſorio rei ſpiritualis, pag.548.

§. 2.

Proſequitur eadem materia, pag. 566.

§. 3.

Vbi latiſsimè tractatur quomodo iudex ſecularis cognoſcat de perſo-

nis

nis, & rebus eccleſiaſticis ratione tollendæ violentiæ, & etiam in poſſeſſorijs, pagin.531 vbi referuntur multæ deciſsiones rotales ad propoſitum.

§. 4.

Proſequitur materia præcedens cum multis animaduerſionibus ad tutamen conſcientiæ iudicũ pag.621

CAP. 9. §. 1.

In quo agitur de competentia iuriſdictionis eccleſiaſtici, & ſecularis late, pag.646.

§. 2.

Proſequitur eadem materia ſimulq; de denuntiatione euangelica tractatur, pag 659.

§. 3.

An princeps ſecularis poſsit prohibere ne layci prorrogent iuriſdictionem eccleſiaſticam, & quando layci efficiantur de foro Eccleſiæ, & clerici de foro ſeculari, pag.675.

CAP. 10. §. 1.

Quibus remedijs compellantur inhibiti parere inhibitionibus iurisfirmarum eis præſentatum, ſiue ſeculares, ſiue eccleſiaſtici ſint, pag.681

§. 2.

Fractores inhibitionum iurisfirmarum quibus caſibus, & pœnis teneantur propter fractionem iurisfirmæ, & quando excuſentur pagin.694.

CAP. 11.

An iurisfirmæ inhibitio preſentata Iuratis, officiat omnes alios, & an denegata appellatione ſit denegata nullitas, & an tunc ratione illius poſſet dari inhibitio pagina. 702.

CAP. 12.

Vbi de iurisfirma, ſeu exceptione tertij agitur ad impediendam executionem, pag.707.

CAP. 13.

An admiſsio, & repulſio iurisfirmæ debitoris principalis afficiat fideiuſorem. pag. 713.

CAP. 14.

An inhibitio iurisfirmæ compræhendat præterita, & futura, pagin.715.

CAP. 15.

An iurisfirma cõceſſa principali proſit. fideiuſori, pag. 717.

CAP. 16.

An requiratur mandatum ad obtinendam inhibitionem iurisfirmæ, pagina.718.

CAP. 17.

An iurisfirmæ inhibitio afficiat a die inhibitionis, vel preſentationis, pagina.720.

CAP. 18.

An pendente inhibitione inſtantia currat pagina.724.

CAP. 19.

An a prouiſione iurisfirmæ poſsit appellari, pagin.726.

CAP. 20.

An inhibitio iurisfirmæ ſpiret per mortem, & priuationem Iudicis, vel firmantis pag.729.

CAP. 21.

An in-

An in vim poſſeſsionis momentaneæ detur firma, & an ſpiret inhibitio finita cauſa principali pag. 735.

CAP. 22.

An ſimul concurrentibus preſentatione firmæ, & contrauentione, quid præceſsiſſe preſumatur pag. 737.

CAP. 23.

An prohibitus per firmam ędificare, vel innouare poſsit reedificare, pag. 741.

CAP. 24.

An facta poſt pręſentatam inhibitionem ſint nulla pag. 747.

CAP. 25.

An iudice inhibito aliquid liceat facere non obſtante inhibitione, pag. 749.

CAP. 26.

An domini vaſſallorum poſsint prohibere vaſſallos ſuos ne firment coram Iuſtitia Aragonum, pag. 751.

CAP. 27.

An Eccleſiaſticus poſsit inhibere ſeculares, & quomodo id poſsit pag. 755.

CAP. 28.

An qui fidantiam offerre debet ſatisfaciat cum cautione iuratoria, pag. 756.

CAP. 29.

An Iurati & Rectores Vniuerſitatum poſsint capi perſonaliter pro delictis eorum, an vero debeant accuſari, & ad id iurisfirmam poſsint obtinere pag. 760.

CAP. 30.

Vbi latiſsimè de remiſsione facienda ad Inquiſitores hæreticæ prauitatis, de perſonis hæreticorum, & alijs pag. 774.

Et Poſtremo.

Reſponſum ſyndicatus in cauſa propria Authoris.

ANACEPHA-

SVMMA EORVM QVAE IN HAC ANACEPHALÆOSI totius operis continentur.

NAuteæ in experti in fœlicitas, & periçuculum. num. 1.

1 *Fidãtia iuris de iure cõmuni ad impediendam executionem inſtrumenti non admittitur, de iure vero huius noſtri Regni ſecus eſt, vt num. 2.*

3 *Firmarum remedium in Regno reorũ beneficium eſt timentium in ſua poſſeßione turbari.*

4 *Firmans principaliter intendit non turbari, aut vexari in ſuo iure, & poſſeſſione: Et vnde id habuerit originem explicatur, & num. 5.*

6 *Firmans, libellum iudici offerre, & ordinarie agere non tenetur: Quia ſolum agit ad prohibendam vim de facto & de preſenti non vero de futuro, vt num. 7*

8 *In interdicto vti poßidetis, & interdicto interim, ſine litis pendentiæ ordinarie agendum eſt; quamuis in hoc nõ tam ordinarie, vt in illo.*

9 *Firma iuris, in qua firmanti ius, & forus reſiſtunt, vel contra eum præſumptio iuris eſt, & alteri aßiſtit, cum ſola poſſeßione non prouidetur: niſi aliquo etiam titulo iuſtificata ſit.*

10 *Præſumptio iuris dicenti ſe habere iuriſdictionem in Regno, fortiter reſiſtit: Et aßiſtit Principi.*

11 *Poſſeßio ea præſumitur vitioſa, cui iuris præſumptio reſiſtit.*

12 *In lite pendente non poteſt conſeruari ille, cui iuris preſumptio reſiſtit, & alteri aßiſtit.*

13 *Preſentatio iuris firmę litis pendentiam inducit.*

14 *Firma iuris dari non poteſt, ei cui ius, & forus reſiſtunt, vt ſup n. 9.*

15 *Titulus ad iuſtificandam poſſeßionem, an requiratur verus, an vero ſufficiat coloratus remiſſiue traditur.*

16 *Firma iuris non ſolum non habet locũ in quatuor caſibus notorijs hic enumeratis, habenibus executionem priuilegiatam; ſed etiam in debito manifeſto per chartam, aut partis cõfeßionem probato.*

17 *Inſtrumentum, & confeßio de foro, apertam habent, & promptam executionem.*

18 *Firma vt impediat, exceptiones aliquas legitimas continere debet.*

19 *Firma promiſſa ſuper aliqua qualitate allegata, & non probata poteſt declarari, vt num. 20. Secus quando qualitas probatur, vt num. 21. Nec iudex inhibens id facere poteſt, vt n. 22.*

23 *Firma reuocari, aut declarari nequit niſi ex iiſdem actitatis.*

24 *Firma iuris aliquando datur ad conſeruandas conſeruatorias conſeruatorum alicuius monaſterij: & qualiter, ibid. & num. 25.*

26 *Finis iuris firmarum eſt impedire executionem inſtrumentorum habentium executionem priuilegiatam, & paratam.*

27 *Inſtrumenta de Iure non habent executionē priuilegiatā, dēptis quibuſdā, vt hic: neq; de foro, quibuſdā exceptis n. 28.*

29 *Executio parata quæ dicatur accurate traditur, ad differentiam priuilegiatæ.*

30 *Inſtrumenta de iure nec paratā habēt executionem, niſi per ſtatutū contrariū diſponatur.*

31 *Firma iuris in regno, inſtrumenti liquidi executionem retardat.*

32 *Literæ executoriæ, quæ fiunt in vim inſtrumentorum, quandoque pignoraticiæ quandoq; vero executoriæ dicuntur.*

33 *Modus firmandi de iure, ſiue de directo vnde originem duxerit; & in quo hæc noſtre executiones priuilegiatæ cum guarētigijs aliorū regnorū conformēt explicatur. & nu. 60*

34 *Inſtrumenta aliquādo promptę executioni mandantur, ex ſolo precepto iudicis chartularij, qui notarius eſt, qui inſtrumenta recepit.*

35 *Executio guarentigia, dicitur preceptū Notarii rogati factum authoritate ſtatuti illud diſponentis.*

36 *Inſtrumenta qualiter quo ad executionem tantum priuilegientur declaratur.*

37 *Inſtrumenta quęcunq; ſi liquida ſunt, in regno ſine prędicto prçcepto, & abſq; aliquo circuitu executioni demādātur & n. 38.*

39 *Executionem habere paratam aliquod inſtrumentum nihil aliud eſt, quam, poſſe debitorē in vim inſtrumenti obligatū pignorari: ad exemplū rei Iudicatę, vt num. 40.*

41 *Ex obligatione inſtrumenti, duo oriuntur iura agendi, aliud ordinarium, aliud vero executiuum.*

42 *Ordinarium ius agendi, & extra ordinarium, ſiue executiuum: quid ſit exponit. & num. 4.*

44 *Ordinario iure ſublato executiuum manere, & econtra certiſsimum eſt.*

45 *Agens via executiua ſi ſuccumbat, nihilominus via ordinaria iterum agere poterit.*

46 *Creditor eligens viam executiuam, cōtra obligatū, in quacūq; parte proceſſus ea omiſſa ad ordinariam redire poteſt quod amplia vt num. 50. & 51.*

47 *Sententia lata in proceſſu executiuo, nō inducit exceptionem rei iudicatę in ordinario.*

48 *Praxis huius Regni in materia multū accommodata refertur, & num. 49.*

52 *Forma procedendi de iure communi in uia executiua, refertur ad repellēdas exceptiones per reum oppoſitas, ad impediendā executionem & num. 53.*

54 *Sententia lata in iudicio executiuo reijciendo exceptiones, an ſit diffinitiua, aut interlocutoria, vel anomala dici debeat accurate tradit, & num. 55. & 56. ſed difinitiua eſſe concluditur num. 57.*

58 *Solennitates tam iuris cōmunis, quā fori ſublatę ſunt in proceſſibus repulſionis, ſeu receptionis iuris firmę*

59 *Obſer. vſus regni titul. de pignoribus late explicatur, & num. 62. & vide num. 73.*

61 *Exceptiones legitimę per debitorē opponi poſſunt ad impediendam executionē, ne ſcilicet procedatur ad venditionē bonorum pignoratorum iuxta dictam obſer. vſus regni.*

63 *Inſtrumenta in regno, quorum virtute ad venditionem bonorum procedi poteſt vim ſententię diffinitiuę habere dicuntur.*

64 *Exceptiones vrte poſt ſententiā, ſicuti poſt eam admittuntur, ita & cōtra inſtrumentum admitti debent.*

65 *Pignus regulariter remanere debet penes curiam donec exceptiones diſcutiuntur, an releuent: limita tamen in exceptione falſitatis vt numer. 66. qua propoſita pignus ſub fideiuſſoribus relaxa*

relaxatur,& num.67.

68 In firmis communibus exceptio falſitatis nõ ſine myſterio collocatur,& n. 69.

70 Clauſula, etſi quę pignora &c. in firmis communibus apponi ſolita locumtenentem a cõtra foro non excuſaret, niſi exceptio falſitatis infirma appoſita fuiſſet,& n. 72. Et idem dic in caſualibus, vt nu. 71. quamuis inſtrumenta ipſa de falſo non impugnentur.

74 Reus pignoratus ſi negat ſe teneri, vel obligatũ eſſe, iudex nõ tenetur, nec debet ſuperſedere in venditione pignorũ.

75 Inſtrumentum per ſolam debitoris negationem non efficitur dubium.

76 Molina, verbo firma verſicul Per Martinũ de Lanaja & alios reprehenditur, & n.78.& declaratur nu. 79. & 81.

80 Firma per ſolam negationem debitoris in Curia non prouidetur,& n.83.

82 Firmę prouidentur in curia abſq; allegatione exceptionis falſitatis.

84 Praxis Regni, qua mediante ſuperſedebatur executioni, quando in limine pignorationis præſentabatur firma reprahẽditur: eſt enim contra d. obſeruan. vſus Regni,& n.85 .& 86.

87 Firma, ſi præſentetur quando bona pignorantur danda ſunt ad capletam, ſiue exceptio falſitatis, ſiue alia quęlibet in firma allegata ſit.

88 Verba illa obſeruantiæ vſus Regni, quod ſi obligatio ſit cũ charta debitor poſſit pignorari, & quod tũc non obſtãte fidãtia de directo remanebit pignus donec reus ſuas exceptiones probauerit, qualiter intelligatur ſubtiliter declaratur.

89 Inhibitiones conceduntur in curia pręſtando fidantiam de directo, ne procedatur ad captionẽ,& venditionẽ pignorũ, quę in vim obligationum in charta cõtentarum fieri conſueuerunt.

90 Superſedere in executione, ſeu captione pignorum non procedit ex ſola pręſtatione fidantiæ de directo ſed a propoſitione iuſtarũ exceptionũ,& n.95.

91 Superſedere in executione dupliciter contingere poteſt primo vt hic, & nu. 92. Secundo vt num.93.& 94.

96 Firma iuris non cõceditur a curia per ſolam allegationẽ exceptionum: niſi & ſimul reus efferat fidantiam de directo, & num.97.& 99.

98 Iudicium, vbi ceptum eſt ibi finiri debet.

100 Firmare de directo in curia Iuſtitiæ Arag. neceſſarium eſt, ad circunſcrendã iuriſdictionem eiuſdem: Et ad euocandas huiuſmodi cauſas iam captas, & num.104.

101 Exceptiones allegare, neceſſarium eſt ad iuſtificandam inhibitionem.

102 Reus pignoratus poteſt ſuas exceptiones coram iudice pignorãte proponere: Etiam ſine fidantia de directo. In curia autem ſecus eſt,& num.103.& 105. Quod declara, vt nu.113.& 114.

106 Recurſus in omni caſu habetur ad curiam Iuſtit. Arago. per viã iuris firmæ.

107 Fidantiã de directo in debito manifeſto in Regno nõ admitti qualiter intelligatur, ad obſeruãtię vſus Regni de pignoribus interpretationem, accurate declaratur,& num.112.

108 Cõdemnatus per ſentẽtiam iudicis ad impediẽdam executionem, nõ admittitur ad ſatis dandum.

109 Condemnatus ad ſoluẽdum ſatisdando ſatisfeciſſe ſententię non videtur: quemadmodũ neq; debitor, qui virtute inſtrumenti pignoratur. Et nu.110.& 111.

115 Cauſa ſi ſemel in Curia cœpta ſit, non erit amplius neceſſaria ſatis datio fideiuſſorum, quę ſolũ ad iuriſdictionẽ circunſcrendam deſiderabatur.

116 Cauſa obtinendi has iuris firmas ad impediendas pignorationes, quę ſit exponitur. Et nu.117.

118 Inhibitiones Curię Iuſtitiæ Arago. de non procedendo ad vlteriora in pignorationibus, emanatæ per viam iuris firmę, multo magis timentur &

 obſer-

obſeruantur quam qualibet aliæ.

119 Obſeruantia harũ iurisfirmarũ, & inhibitionũ vna eſt ex maioribus libertatibus Regni.

120 Firma iuris, quamuis regulariter impediat executionẽ, in multis tamen caſibus non impedit.

121 Statuto fieri poteſt, ne exceptiões cõtra executiones inſtrumẽtorũ opponantur.

122 Statutum licet generaliter tollat omnes exceptiones, adhuc tamen in iure quã plures ſunt exceptiones æquitatis, & iuſtitiæ plenæ; quæ opponi poterunt; quæ ob id priuilegiatæ exceptiones dicuntur, & num. 123.

124 Exceptio ex natura cõtractus, vel rei de qua agitur, nunquã cenſetur excluſa à ſtatuto generaliter exceptiones tollẽte.

125 Literæ conceſſæ in vim inſtrumentorũ aduerſus quæ opponi poſſunt exceptiones, pignoratitiæ dicuntur.

126 Literæ conceſſæ in vim inſtrumenti priuilegiati, contra quod exceptio opponi nequit, dicuntur executoriæ.

127 Modus procedendi traditus ſuper exceptionibus proponendis contra pignorationes, procedentes ab inſtrumentis non priuilegiatis, habet etiam locum in ipſis inſtrumentis priuilegiatis, & n. 128.

129 Firmarum quædam poſſeſſoriæ dicuntur, quæ ad tuendam, & conſeruandam poſſeſſionem conceduntur, tam à Iuſticia Aragon, quam à quocunq; iudice ordinario ſed differentia eſt, vt n. 130. & 131.

132 Firma poſſeſſoria non eſt conceſſibilis in rebus; & iuribus in quibus poſſeſſio cadere non poteſt.

133 Foro deficiente in Regno ius Canonicũ ſequimur; quo mediante cum pro præſtationibus perſonalibus detur quaſi poſſeſſio, dabuntur quoque remedia poſſeſſoria pro eiſdem.

134 Firmæ poſſeſſoriæ vnde principium habuerint traditur remiſſiue. & 135

136 Poſſeſſorem ſe eſſe prætendens, pro ſua poſſeſſione conſeruanda, ad iudicem recurrere ſolet, aſſerens ſe ab aduerſario moleſtari in eadem: quo caſu iudex inhibitionem, cum ſi quas &c. concedere ſolet. & num. 137.

138 Inhibito comparente, & ſe poſſeſſorem allegante, inhibitio in citationem reſoluitur, & num. 144.

139 Iudex ratione vitandi ſcandali poteſt litigãtibus inhibere ne poſſeſſionem ingrediatur: Et eandem penes curiam ſequeſtrare, vt n. 140. Quod & in hoc Regno obſeruatur, vt n. 141. & 145.

142 Petens à iudice inhibitionẽ, ne aduerſarius eum in ſua turbet poſſeſſione, debet firmare de directo ſuper dicta poſſeſſione, coram iudice inhibente.

143 Satiſdationis, ſiue fideiuſſionis onus, de iudicato ſoluendo, reorum propriũ eſt, non actorum.

146 Pendẽte iudicio iurisfirmarũ, nullus ex litigãtibus de fractione inhibitionis accuſari poteſt.

147 Inhibitus comparẽs ſi ſimul cũ ſcedula nõ offerat ſatis dationem nihil agit: Et actoris partes ſuſtinebit; nec poſſet aliũ in ſua poſſeſſione turbare, & n. 148. nec ſuam cõtinuare, aliàs poſſet de fractione accuſari, vt num. 149.

150 Cauſa poſſeſſoria nõ ſolũ per propoſitionẽ iuris firmæ terminatur, verũ & per proceſſum apprehẽſionis: Qui modi ſolũ differunt in modo inchoandi.

151 Petẽs inhibitionẽ iuris firmæ poſſeſſoriæ quid facere, & articulare teneatur oſtenditur.

152 Poſſeſſio fundamẽtum, & humidum radicale eſt inhibitionis iurisfirmæ poſſeſſoriæ, & nu. 153. Et ea actualis eſſe debet alio exiſtẽte in poſſeſſione, nec inſtrumẽtalis ſufficiet, vt nu. 154. Quod etiam de iure procedit, vt nu. 155.

156 Remediũ iurisfirmarum, eſt remedium preſeruatiuum, non curatiuum per quod ſolum prætenditur ne quis in ſua poſſeſſione turbetur: & ne executetur in caſibus non permiſſis, & n. 157.

158 Fir-

158 *Firmæ, ſiue titulares, ſiue poſſeſſoriæ ſẽper debent concipi negatiuè.*

159 *Firma ne alicui ingredienti poſſeſsionem alicuius fundi fieret vis, concedi nequit: Et ibi ratio traditur.*

160 *Prohibere vim fieri ingredienti ſpecies eſt mittendi in poſſeſsionem.*

161 *Firma ad conſeruationem illius iuris, quod iam habemus dari debet: Et ibi exempla traduntur, & nu. 162.*

ANACEPHALÆOSIS, quæ totius operis ſcopum beneuolo Lectori indicat.

SICVT euenit in expertis nautis dũ aliquod vaſtum pelagus præſertantur, qui poſtquam iam in eum deuenerint locum vbi occaſus vnius poli ſit ortus alterius, quaſi fatigati longo itinere, eòque in certo, ac vario nec punctum à quo egreſsi ſunt, nec quo vadunt arte, minúſque experientia attingere valeant, & his qui abſque fune in aliquo labyrintho inſtar Cretenſis inuoluere ſe audent: ſimili modo accidere ſolet Iunioribus Iuris conſultis, ac nobis practicantibus longum aliquod opus legendum aggredientibus, qui ſi ſine filo, atque ſydere aliquo itinerandum putant multitudine copioſa, ac varia rerum lectione quaſi defeſſi: ita à memoria lectorum cadunt, vt nec reliqua ea deperdita iuxta finem operis propoſitum intelligere valeant, minùſq; illius ſcopum attingere. Quapropter viſum eſt in breui ſumma ac compẽdio, & ſine allegatione aliqua iurium, iuris firmarum omnem materiã in argumentũ aliquod redigere: vt ſic iuuenes hoc argumento & compendio expediti, in reſiduis docti euadãt. Cùmque maiorẽ illius partẽ factam inueneri
rim à doctiſsimo illo, ſimul ac acutiſsimo iuriſcõſulto Antho. Labata cauſarũ diſſertiſsimo patrono illã tibi aliquibus de nouo per me eidẽ additis tradendã decreui. Et ſic ſciendum eſt, quod in regno habemus vnũ ſpeciale contra ius
1 commune, ſecundũ † quod non datur fidantia iuris, hoc eſt nõ impeditur executio aliqua dãdo fideiuſſores de ſtãdo, & parendo iuri. In Regno tamen aliud
2 eſt: Nam omnes † executiones impediũtur, (quibuſdã exceptis) dando fideiuſſores de ſtando & parendo iuri. Et hoc eſt quod dici ſolet, quod iuris firma, ſeu iuris fidantia in omni caſu locũ habet, (quibuſdã exceptis) vt in priuileg. gñli. §. itẽ demandam: Molin. verb. firma in
3 prin. fol. 142. Hoc autẽ remediũ † firmarũ in Regno, eſt beneficiũ reorũ timentiũ turbari in poſſeſsione ſua, vel alias vexari in re aliqua. Et ſic eſt quod ille qui petit firmã dat cautionẽ de iudicio ſiſti, ac iudicato ſoluendo: quã cautionẽ ſoli rei dant. Firmans enim ſemper †
4 intendit non turbari, nõ vexari in ſuis iure, & poſſeſsione: Et nunquã petit ſibi rẽ dari, vel aſsignari; & hoc preſidiũ deſumitur, ex doctrina Paul. de Caſt. in l. ſi ſuper poſſeſsione C. de trãſact. vbi ti-
5 mẽs turbari † in ſua poſſeſsione poteſt implorare officiũ iudicis, & informare ſummariè, & de plano de ſua poſſeſsione abſq; libello; petendo prohiberi vim, & turbationẽ: & iudex ita debet prouidere. Et hoc preſidiũ dicitur firma in regno. Sed dices contra, Imo debet offer-
6 re † libellũ iudici, & ordinariè agere probando poſſeſsionẽ in iudicio vti poſsidetis: Reſpõdeo quòd hoc nõ eſt iudiciũ vti poſsidetis, ſed ſolum agitur, ad prohibendum vim de facto, & de preſenti: ad quod ſufficit ſummariè agere. Secus autem eſt ſi ageretur ad prohibendam vim de futuro, † & in perpetuũ, & ne
7 quis turbetur de iure in ſua poſſeſsione, quo caſu ordinariè eſſet agendum:

SVMMA CAPITA, QVIBVS TOTA HVIVS VOluminis materia compræhenditur.

Anacephalæoſis.

Quæ totius operis ſcopum beneuolo lectori indicat fol. 5. col. 1.

CAPVT 1. §. 1.

Vbi de offitio & origine magiſtratus Iuſtitiæ Aragonum agitur, quid ſit, & quare ſic nominatur, à quo tempore illius iuriſdictio creata, & adinuenta fuerit, ac de poteſtate, & etiã qualitate offitij, & an debeat Iuſtitia Aragonum eſſe miles, & richus homo, Meſnadarius, infantio, vel plebeius, fol. 26. col. 1.

§. 2.

De manifeſtatione perſonarum, & firmarũ inhibitonibus, ac deliberationibus per viam priuilegiatam, de illarumq; differentijs, exitu, & natura longa enarratio. pag. 35. col. 2.

§. 3.

Vbi examinatur, an ſicut Iuſtitia Aragonum eſt iudex contrafororum omnium comiſſorum per regni officiales, ita ſimiliter ſi illi accuſſentur de contra forjs, & de his etiam, quæ vt priuatæ perſonæ committunt, debeant accuſari coram eodem Iuſtitia Aragonum priuatiuè, an vero cumulatiuè ad alios, & an etiam coram eo acuſentur ratione mixturæ, qui cum eis delinquũt, & de quibus delictis iudices in regno accuſentur, pag. 60. col. 1.

§ 4.

Vbi quæritur qui dicantur officiales ad finem eos accuſandi coram Iuſtitia Aragonum, & condemnandi eos, pag. 68. col. 2.

§. 5.

Vbi queritur an officialibus condemnatis per viam Iuſtitię Aragonum, proſit remiſsio & guidaticũ à Domino rege obtẽtum, pag. 76. col. 1.

§. 6.

An licet Iuſtitia Aragonum non cognoſcat de meritis cauſarum criminalium poſsit cognoſcere de nullitatibus illarum per viam iurisfirmæ, vel aliàs, pag. 102. col. 1.

§. 7.

An Iuſtitia Aragonum, licet non ſit iudex ſingularium perſonarum de iuriſdictione ordinaria, poſsit creare tutores pupillis, caſu quo ipſi neq; nobiles, neq; domini vaſſallorum, ſint pag. 103. col. 2.

§. 8.

De prouentibus, & emolumentis officij Iuſtitiæ Aragonum, & an in illis ſuccedant Locumtenentes Iuſtitię Aragonum eo mortuo tamquã Regentes officium, & de eorum iuriſdictione & poteſtate, à quo tempore, & quomodo introducta ſit, pag 106. col. 2.

§. 9.

Vbi aliqua de ritibus curiæ dicuntur, & præcipuè de repartitione ſcribaniarum, pag. 114. col. 2.

§. 10.

Vbi traduntur pronuntiationes, quas facit Locumtenens abſq; conſilio collegarum, vel cum eo, & intra quod tempus debeat facere relationẽ proceſſuum in camera cõſilij, & in quibus cauſis, & proceſsibus debeat

debeat fieri relatio, & de temporibus ad pronunciandũ pag. 115. col. 2

CAP. 2. §. 1.

In quo tractatur an inſtrumenta in quibus debitum continetur habeat aliquam de iure, & foro executionem, ſiue paratam, & promptam, ſiue priuilegiatam & an aliqua exceptione talia inſtrumenta ſic priuilegiata retardentur, ſiue illorum executio impediatur, & vnde iuris firmarum origo deducatur, & quid ſit iurisfirma, pag. 121. colu. 1.

§. 2.

Vbi eadem materia proſequitur, pagina. 132. colum. 2.

§. 3.

Vbi agitur de executione priuilegiata, & guarentigia, & de interlocutione, quam iudex facit ſuper tali executione vbi multa declarantur in materia. pag. 145. col. 2.

§. 4.

Vbi late diſcutitur an contra executiones inſtrumentorũ exceptiones aliquæ opponi valeant, & an per eaſdem executio illorum retardetur, tã de foro, quã iure cõmuni attẽto & de intellectu obſeruãtię vſſus Regni de pignoribus, pag. 180. col. 1.

§. 5.

Quid ſit iurisfirma, & de illius origine ampla reſolutio, pagin. 197. col. 1.

CAP. 3. §. 1.

Quotuplex ſit iurisfirma, & quid firma grauaminum factorum, pagina. 205. colum. 2.

§. 2.

A quibus fiat electio iurisfirmæ pagin. 209. colum. 2.

§. 3.

Quid debeant deduci in electione iurisfirmæ, pag. 213. colum. 2.

§. 4.

De effectu electionis iurisfirmæ pagina. 217. colum. 2.

§. 5.

De poteſtate Iuſtitiæ Aragonum, ſeu eius Locũtenentium in ſententijs, quas ferunt in iurisfirmis grauaminum factorum, pag. 222. col. 1.

§. 6.

An iudex electionis iurisfirmæ, ſeu appellationis ad quem de ſolo poſſeſſorio eſt appellatum, poſsit cognoſcere de petitorio, & econtra, pagina. 223. colum. 2.

CAP. 4. §. 1.

Vbi agitur de iurisfirma grauaminũ fiendorum, quotuplex ea ſit, & de firma communi, quam volanderã vulgus appellat pag. 228. col. 1.

§. 2.

In quibus caſibus iurisfirma locum non habeat, pag. 247. colum. 2.

§. 3.

De executione quæ fit a Domino vaſſallorum in bonis vaſſalli pro peitis ordinarijs, non obſtante firma, pag. 261. colum. 1.

§. 4.

An Dominus vaſſallorum poſsit vti abſoluta poteſtate contra vniuerſitatem, quemadmodum contra particulares, pag. 282. col. 1.

§. 5.

Vbi de effectu occupationis in vim abſolutæ poteſtatis agitur, pag. 296. columna. 1.

§. 6.

De executione priuilegiata, quæ fit non obſtãte firma pro iuribus regalibus, & etiam de ea, quæ fit contra arrendatores eorundem, pagina. 310. colum.

§. 7.

Vbi materia cænarum, & aliorum iurium regalium enodatur, pag. 320. colum. 2.

§. 8.

De executione, quæ fit virtute cenſualium in Regno, pag. 331. col. 1.

Vbi

§. 9.
Vbi materia emparamentorum, quæ frequens eſt in hoc regno, dilucide explicatur, pag. 334. col. 1.
§. 10.
An perdita firma originali, poſsit procedi in copia, tamquam in originali, pag. 339. col. 1.
§. 11.
An iurisfirma, ſeu exceptio impediat executionem inſtrumentorum factorum extra regnum, materia difficillima ac quotidiana, pag. 342. col. 1.
C A P. 5. §. 1.
Vbi proſequitur materia exceptionũ pag. 359. col. 2.
§. 2.
Vbi de exceptionibus dilatorijs, & peremptorijs agitur, pag. 359.
§. 3.
Proſequitur eadem materia, pag. 367.
§. 4.
Agitur de exceptione partis non legitimæ, pag. 371.
§. 5.
De exceptione nullitatis latè, & an ſublata appellatione tollatur nullitas pag. 377.
§. 6.
De exceptione legis, vel ſtatuti approbantis aliquod factum, & de exceptione iudicis incompetentis, pag. 389.
§. 7.
Vbi de exceptione ſolutionis, compenſationis, & alijs ſimilibus tractatur, pag. 410.
§. 8.
De exceptionibus contra inſtrumenta opponendis, & contra debitum manifeſtum, & de modo eas proponendi, & de ſtatutis tollentibus exceptiones pro executione inſtrumentorũ latè diſcutitur, pag. 426.
§. 9.
De reuocationibus, declarationibus, & repulſionibus iuris firmarum, & ſeu exceptionum quæ contra inſtrumenta opponuntur, maximè ſi præſumptio iuris reſiſtat petenti declarationem, pag. 455.
§. 10.
Proſequitur materia declarationum aduerſante iuris præſumptione vehementi.
§. 11.
Vbi diſcutitur an poſsit dari inhibitio contra eos iudices, à quorum factis nullus datur recurſus, & de alijs firmis infantioniæ, & ſimilibus agitur pag. 499.
C A P. 6. §. 1.
Vbi latè agitur de firmis, & inhibitionibus poſſeſſorijs, & de iuditio contra firmarum, & plenario poſſeſſorio, pag. 511.
§. 2.
Proſequitur eadem materia, & quibus dãda ſit firma poſſeſſoria, & de extenſione præſcriptionis, pag. 537.
C A P. 7.
Quomodo libellantes concludere debeant in libellis ſuis pag. 555.
C A P. 8. §. 1.
Vbi agitur de iurisfirma, ſeu inhibitione ne pẽdente appellatione, & quomodo iudex ſecularis cognoſcat de poſſeſſorio rei ſpiritualis, pag. 548.
§. 2.
Proſequitur eadem materia, pag. 566.
§. 3.
Vbi latiſsimè tractatur quomodo iudex ſecularis cognoſcat de perſonis

nis, & rebus eccleſiaſticis ratione tollendæ violentiæ, & etiam in poſſeſsorijs, pagin.531 vbi referuntur multæ deciſsiones rotales ad propoſitum.

§. 4.

Proſequitur materiã præcedens cum multis animaduerſionibus ad tutamen conſcientiæ iudicũ pag. 621

CAP. 9. §. 1.

In quo agitur de competentia iuriſdictionis eccleſiaſtici, & ſecularis late, pag. 640.

§. 2.

Proſequitur eadem materia ſimulq; de denuntiatione euangelica tractatur, pag 659.

§. 3.

An princeps ſecularis poſsit prohibere ne layci prorrogent iuriſdictionem eccleſiaſticam, & quando layci efficiantur de foro Eccleſiæ, & clerici de foro ſeculari, pag. 675.

CAP. 10. §. 1.

Quibus remedijs compellantur inhibiti parere inhibitionibus iurisfirmarum eis præſentatum, ſiue ſeculares, ſiue eccleſiaſtici ſint, pag. 681

§. 2.

Fractores inhibitionum iurisfirmarum quibus caſibus, & pœnis teneantur propter fractionem iurisfirmæ, & quando excuſentur pagin. 694.

CAP. 11.

An iurisfirmæ inhibitio pręſentata Iuratis, officiat omnes alios, & an denegata appellatione ſit denegata nullitas, & an tunc ratione illius poſſet dari inhibitio pagina. 702.

CAP. 12.

Vbi de iurisfirma, ſeu exceptione tertij agitur ad impediendam executionem, pag. 707.

CAP. 13.

An admiſsio, & repulſio iurisfirmæ debitoris principalis afficiat fideiuſorem. pag. 713.

CAP. 14.

An inhibitio iurisfirmæ compræhendat præterita, & futura, pagin. 715.

CAP. 15.

An iurisfirma cõceſſa principali proſit. fideiuſori, pag. 717.

CAP. 16.

An requiratur mandatum ad obtinendam inhibitionem iurisfirmæ, pagina. 718.

CAP. 17.

An iurisfirmæ inhibitio afficiat a die inhibitionis, vel preſentationis, pagina. 720.

CAP. 18.

An pendente inhibitione inſtantia currat pagina. 724.

CAP. 19.

An a prouiſione iurisfirmæ poſsit appellari, pagin. 726.

CAP. 20.

An inhibitio iurisfirmæ ſpiret per mortem, & priuationem Iudicis, vel firmantis pag. 729.

CAP. 21.

An in-

An in vim poſſeſsionis momentaneæ detur firma, & an ſpiret inhibitio finita cauſa principali pag. 735.

CAP. 22.

An ſimul concurrentibus præſentatione firmæ, & contrauentione, quid præceſsiſſe preſumatur pag. 737.

CAP. 23.

An prohibitus per firmam ędificare, vel innouare poſsit reedificare, pag. 741.

CAP. 24.

An facta poſt pręſentatam inhibitionem ſint nulla pag. 747.

CAP. 25.

An iudice inhibito aliquid liceat facere non obſtante inhibitione, pag. 749.

CAP. 26.

An domini vaſſallorum poſsint prohibere vaſſallos ſuos ne firment coram Iuſtitia Aragonum, pag. 751.

CAP. 27.

An Eccleſiaſticus poſsit inhibere ſeculares, & quomodo id poſsit pag. 755.

CAP. 28.

An qui fidantiam offerre debet ſatiſfaciat cum cautione iuratoria, pag. 756.

CAP. 29.

An Iurati & Rectores Vniuerſitatum poſsint capi perſonaliter pro delictis eorum, an vero debeant accuſari, & ad id iurisfirmam poſsint obtinere pag. 760.

CAP. 30.

Vbi latiſsimè de remiſsione facienda ad Inquiſitores hæreticæ prauitatis, de perſonis hæreticorum, & alijs pag. 774.

Et Poſtremo.

Reſponſum ſyndicatus in cauſa propria Authoris.

ANACEPHA-

SVMMA EORVM QVAE IN HAC ANACEPHALÆOSI totius operis continentur.

NAutæ in experti in fœlicitas, & periçuculum num. 1.

1 *Fidācia iuris de iure cōmuni ad impediendam executionem inſtrumenti non admititur, de iure vero huius noſtri Regni ſecus eſt, vt num. 2.*

3 *Firmarum remedium in Regno reorū beneficium eſt timentium in ſua poſſeßione turbari.*

4 *Firmans principaliter intendit non turbari, aut vexari in ſuo iure, & poſſeſſione: Et vnde id habuerit originem explicatur, & num. 5.*

6 *Firmans, libellum iudici offerre, & ordinarie agere non tenetur: Quia ſolum agit ad prohibendam vim de facto & de preſenti non vero de futuro, vt num. 7*

8 *In interdicto vti poßidetis, & interdicto interim, ſine litis pendentiæ ordinarie agendum eſt; quamuis in hoc nō tam ordinarie, vt in illo.*

9 *Firma iuris, in qua firmanti ius, & forus reſiſtunt, vel contra eum præſumptio iuris eſt, & alteri aßiſtit, cum ſola poſſeßione non prouidetur niſi aliquo etiam titulo iuſtificata ſit.*

10 *Præſumptio iuris dicenti ſe habere iuriſdictionem in Regno, fortiter reſiſtit: Et aßiſtit Principi.*

11 *Poſſeßio ea præſumitur vitioſa, cui iuris præſumptio reſiſtit.*

12 *In lite pendente non poteſt conſeruari ille, cui iuris præſumptio reſiſtit, & alteri aßiſtit.*

13 *Preſentatio iuris firmæ litis pendentiam inducit.*

14 *Firma iuris dari non poteſt, ei cui ius, & forus reſiſtunt, vt ſup. n. 9.*

15 *Titulus ad iuſtificandam poſſeßionem, an requiratur verus, an vero ſufficiat coloratus remißiue traditur.*

16 *Firma iuris non ſolum non habet locū in quatuor caſibus notorijs hic enumeratis, habenibus executionem priuilegiatam; ſed etiam in debito mamanifeſto per chartam, aut partis cōfeßionem probato.*

17 *Inſtrumentum, & confeßio de foro, apertam habent, & promptam executionem.*

18 *Firma vt impediat, exceptiones aliquas legitimas continere debet.*

19 *Firma promiſa ſuper aliqua qualitate allegata, & non probata poteſt declarari, vt num. 20. Secus quando qualitas probatur, vt num. 21. Nec iudex inhibens id facere poteſt, vt n. 22.*

23 *Firma reuocari, aut declarari nequit niſi ex iiſdem actitatis.*

24 *Firma iuris aliquando datur ad conſeruandas conſeruatorias conſeruatorum alicuius monaſterij: & qualiter, ibid. & num. 25.*

26 *Finis iuris firmarum eſt impedire executionem inſtrumentorum habentium executionem priuilegiatam, & paratam.*

27 *Inſtrumenta de Iure non habent executionē priuilegiatā, dēptis quibuſdā, vt hic: neq; de foro, quibuſdā exceptis n. 28.*

29 *Executio parata quæ dicatur accurate traditur, ad diferentiam priuilegiatæ.*

30 *Inſtrumenta de iure nec paratā habēt executionem, niſi per ſtatutū contrariū diſponatur.*

31 *Firma iuris in regno, inſtrumenti liquidi executionem retardat.*

32 *Literæ executoriæ, quæ fiunt in vim inſtrumentorum, quandoque pignoraticiæ quandoq; vero executoriæ dicuntur.*

33 *Modus firmandi de iure, ſiue de directo unde originem duxerit, & in quo hec noſtre executiones priuilegiatæ cum guarētigijs aliorū regnorū conformēt explicatur. & nu. 60.*

34 *Inſtrumenta aliquādo promptę executioni mandantur, ex ſolo precepto iudicis chartularij, qui notarius eſt, qui inſtrumenta recepit.*

35 *Executio guarentigia, dicitur preceptū Notarij rogati, factum authoritate ſtatuti illud diſponentis.*

36 *Inſtrumenta qualiter quo ad executionem tantum priuilegientur declaratur.*

37 *Inſtrumenta quęcunq; ſi liquida ſunt, in regno ſine predicto precepto, & abſq; aliquo circuitu executioni demādātur & n. 38.*

39 *Executionem habere paratam aliquod inſtrumentum nihil aliud eſt, quam; peſſe debitorē in vim inſtrumenti obligatū pignorari: ad exemplū rei Iudicatę, vt num. 40.*

41 *Ex obligatione inſtrumenti, duo oriuntur iura agendi, aliud ordinarium, aliud vero executiuum.*

42 *Ordinarium ius agendi, & extra ordinarium, ſiue executiuum: quid ſit exponit. & num. 4.*

44 *Ordinario iure ſublato executiuum manere, & econtra certiſsimum eſt.*

45 *Agens via executiua ſi ſuccumbat, nihilominus via ordinaria iterum agere poterit.*

46 *Creditor eligens viam executiuam, cōtra obligatū, in quacūq; parte proceſſus ea omiſſa ad ordinariam redire poteſt quod amplia vt num. 50. & 51.*

47 *Sententia lata in proceſſu executiuo, nō inducit exceptionem rei iudicatę in ordinario.*

48 *Praxis huius Regni in materia multū accommodata refertur, & num. 49.*

52 *Forma procedendi de iure communi in uia executiua, refertur ad repellēdas exceptiones per reum oppoſitas, ad impediendā executionem & num. 53.*

54 *Sententia lata in iudicio executiuo reijciendo exceptiones, an ſit diffinitiua, aut interlocutoria, vel anomala dici debeat accurate tradit, & num. 55. & 56. ſed difinitiua eſſe concluditur num. 57.*

58 *Solennitates tam iuris cōmunis, quā fori ſublatę ſunt in proceſsibus repulſionis, ſeu receptionis iuris firmę*

59 *Obſer. vſus regni titul. de pignoribus late explicatur, & num. 62. & vide num. 73.*

61 *Exceptiones legitimę per debitorē opponi poſſunt ad impediendam executionē, ne ſcilicet procedatur ad venditionē bonorum pignoratorum iuxta dictam obſer. vſus regni.*

63 *Inſtrumenta in regno, quorum virtute ad venditionem bonorum procedi poteſt vim ſententię diffinitiuę habere dicuntur.*

64 *Exceptiones ortę poſt ſententiā, ſicuti poſt eam admittuntur, ita & cōtra inſtrumentum admitti debent.*

65 *Pignus regulariter remanere debet penes curiam donec exceptiones diſcutiuntur, an releuent: limita tamen in exceptione falſitatis vt numer. 66. qua propoſita pignus ſub fideiuſſoribus relaxa*

relaxatur, & num. 67.

68 *Infirmis communibus exceptio falſitatis nō ſine myſterio collocatur, & n. 69.*

70 *Clauſula, etſi quæ pignora &c. in firmis communibus apponi ſolita locumtenentem à cōtra foro non excuſaret, niſi exceptio falſitatis infirma appoſita fuiſſet, & n. 72. Et idem dic in caſualibus, vt nu. 71. quamuis inſtrumenta ipſa de falſo non impugnentur.*

74 *Reus pignoratus ſi negat ſe teneri, vel obligatum eſſe, iudex nō tenetur, nec debet ſuperſedere in vēditione pignorū.*

75 *Inſtrumentum per ſolam debitoris negationem non efficitur dubium.*

76 *Molina, verbo firma verſicul. Per Martinū de Lanaja & alios reprehenditur, & n. 78. & declaratur nu. 79. & 81.*

80 *Firma per ſolam negationem debitoris in Curia non prouidetur, & n. 83.*

82 *Firmæ prouidentur in curia abſq; allegatione exceptionis falſitatis.*

84 *Praxis Regni, qua mediante ſuperſedebatur executioni, quando in limine pignorationis præſentabatur firma reprehēditur: eſt enim contra d. obſeruan. vſus Regni, & n. 85. & 86.*

87 *Firma, ſi præſentetur quando bona pignorantur danda ſunt ad capletam, ſiue exceptio falſitatis, ſiue alia quælibet in firma allegata ſit.*

88 *Verba illa obſeruantiæ vſus Regni, quod ſi obligatio ſit cū charta debitor poſſit pignorari, & quod tūc non obſtāte fidātia de directo remanebit pignus donec reus ſuas exceptiones probauerit, qualiter intelligatur ſubtiliter declaratur.*

89 *Inhibitiones conceduntur in curia præſtando fidantiam de directo, ne procedatur ad captionē, & venditionē pignorū, quæ in vim obligationum in charta cōſentarum fieri conſueuerunt.*

90 *Superſedere in executione, ſeu captione pignorum non procedit ex ſola præſtatione fidantiæ de directo ſed a propoſitione iuſtarū exceptionū, & n. 95.*

91 *Superſedere in executione dupliciter contingere poteſt primo vt hic, & nu. 92. Secundo vt num. 93. & 94.*

96 *Firma iuris non cōceditur a curia per ſolam allegationē exceptionum: niſi & ſimul reus offerat fidantiam de directo, & num. 97. & 99.*

98 *Iudicium, vbi cœptum eſt ibi finiri debet.*

100 *Firmare de directo in curia Iuſtitiæ Arag. neceſſarium eſt, ad circunſcrendā iuriſdictionem eiuſdem: Et ad euocandas huiuſmodi cauſas iam cœptas, & num. 104.*

101 *Exceptiones allegare, neceſſarium eſt ad iuſtificandam inhibitionem.*

102 *Reus pignoratus poteſt ſuas exceptiones coram iudice pignorāte proponere: Etiam ſine fidantia de directo. In curia autem ſecus eſt, & num. 103. & 105. Quod declara, vt nu. 113. & 114.*

106 *Recurſus in omni caſu habetur ad curiam Iuſtit. Arago. per viā iuris firmæ.*

107 *Fidantiā de directo in debito manifeſto in Regno nō admitti qualiter intelligatur, ad obſeruātiæ vſus Regni de pignoribus interpretationem, accurate declaratur. & num. 112.*

108 *Cōdemnatus per ſentētiam iudicis ad impediēdam executionem, nō admittitur ad ſatis dandum.*

109 *Condemnatus ad ſoluēdum ſatisdando ſatiſfeciſſe ſententiæ non videtur: quemadmodū neq; debitor, qui virtute inſtrumenti pignoratur. Et nu. 110. & 111.*

115 *Cauſa ſi ſemel in Curia cœpta ſit, non erit amplius neceſſaria ſatis datio fideiuſſorum, quæ ſolū ad iuriſdictionē circunſcrendam deſiderabatur.*

116 *Cauſa obtinendi has iuris firmas ad impediendas pignorationes, quæ ſit exponitur. Et nu. 117.*

118 *Inhibitiones Curiæ Iuſtitiæ Arago. de non procedendo ad vlteriora in pignorationibus, emanatæ per viam iuris firmæ, multo magis timentur &*

158 *Firmæ, ſiue titulares, ſiue poſſeſſoriæ ſẽ-*
per debent concipi negatiuè.
159 *Firma ne alicui ingredienti poſſeſſio-*
nem alicuius fundi fieret vis, conce-
di nequit Et ibi ratio traditur.
160 *Prohibere vim fieri ingredienti ſpe-*
cies eſt mittendi in poſſeſſionem.
161 *Firma ad conſeruationem illius iuris,*
quod iam habemus dari debet: Et
ibi exempla traduntur, & nu. 162.

ANACEPHALÆOSIS,
quæ totius operis ſcopum beneuolo
Lectori indicat.

SICVT euenit in
expertis nautis dũ
aliquod vaſtum pe-
lagus præſertantur,
qui poſtquam iam
in eum deuenerint
locum vbi occaſus
vnius poli ſit ortus alterius, quaſi fati-
gati longo itinere, eòque in certo, ac va
rio nec punctum à quo egreſsi ſunt, nec
quo vadunt arte, minúſque experien
tia attingere valeant, & his qui abſque
fune in aliquo labyrintho inſtar Cre-
tenſis inuoluere ſe audent: ſimili modo
accidere ſolet Iunioribus Iuris conſul-
tis, ac nobis practicantibus longum ali
quod opus legendum aggredientibus,
qui ſi ſine filo, atque ſydere aliquo iti-
nerandum putant multitudine copio-
ſa, ac varia rerum lectione quaſi defeſ-
ſi ita à memoria lectorum cadunt, vt
nec reliqua ea deperdita iuxta finem
operis propoſitum intelligere valeant,
minùſq; illius ſcopum attingere. Qua
propter viſum eſt in breui ſumma ac
compẽdio, & ſine allegatione aliqua iu
rium, iuris firmarum omnem materiã
in argumentũ aliquod redigere: vt ſic
iuuenes hoc argumento & compendio
expe iti, in reſiduis docti euadãt. Cùm-
que maiorẽ illius partẽ factam inuene-
rim à doctiſsimo illo, ſimul ac acutiſsi-
mo iuriſcõſulto Antho. Labata cauſarũ
diſſertiſsimo patrono illã tibi aliquibus
de nouo per me eidẽ additis tradendã
decreui. Et ſic ſciendum eſt, quod in re
gno habemus vnũ ſpeciale contra ius
1 commune, ſecundũ † quod non datur
fidantie iuris, hoc eſt nõ impeditur exe
cutio aliqua dãdo fideiuſſores de ſtãdo,
& parendo iuri. In Regno tamen aliud
2 eſt. Nam omnes † executiones impediũ
tur, (quibuſdã exceptis) dando fideiuſ-
ſores de ſtando & parendo iuri. Et hoc
eſt quod dici ſolet, quod iuris firma, ſeu
iuris fidantia in omni caſu locũ habet,
(quibuſdã exceptis) vt in priuileg. gñli.
§. itẽ demandam: Molin. verb. firma in
3 prin. fol. 142. Hoc autẽ remediũ † firma
rũ in Regno, eſt beneficiũ reorũ timen
tiũ turbari in poſſeſsione ſua, vel alias
vexari in re aliqua. Et ſic eſt quod ille
qui petit firmã dat cautionẽ de iudicio
ſiſti, ac iudicato ſoluendo: quã cautionẽ
ſoli rei dant. Firmans enim ſemper †
4 intendit non turbari, nõ vexari in ſuis
iure, & poſſeſsione: Et nunquã petit ſibi
rẽ dari, vel aſsignari; & hoc præſidiũ de
ſumitur, ex doctrina Paul. de Caſt. in l.
ſi ſuper poſſeſsione C. de trãſact. vbi ti
5 mẽs turbari † in ſua poſſeſsione poteſt
implorare officiũ iudicis, & informare
ſummariè, & de plano de ſua poſſeſsio
ne abſq; libello; petendo prohiberi vim,
& turbationẽ: & iudex ita debet proui-
dere. Et hoc præſidiũ dicitur firma in re
gno, Sed dices contra, Imo debet offer-
6 re † libellũ iudici, & ordinariè agere pro
bando poſſeſsionẽ in iudicio vti poſsi-
detis: Reſpõdeo quòd hoc nõ eſt iudiciũ
vti poſsidetis, ſed ſolum agitur, ad pro-
hibendum vim de facto, & de præſenti:
ad quod ſufficit ſummariè agere. Secus
autem eſt ſi ageretur ad prohibendam
vim de futuro, † & in perpetuũ, & ne
7 quis turbetur de iure in ſua poſſeſsio-
ne, quo caſu ordinariè eſſet agendum:

quia tunc eſſemus in iudicio vti poſſide
tis, ita Caſtro vbi ſupra. Plus dico ego
quod non ſolum in iudicio vti poſſide-
tis eſſet ordinariè agendum, ſed etiam
in interdicto interim, quod hic dicitur
lite pendente. Licet † non ita ordinariè
8 ſicut in iudicio vti poſſidetis, ſed magis
ſummariè, licet non tam ſummariè, pro
vt in hoc præſidio de quo agimus, vbi
ad ſolam ſuius partis informationem
datur firma. Et licet hoc generale ſit in
omni caſu, & poſſeſsione in quibus iu-
ſtū eſt non vexari, nec moleſtari aliquē:
Tamen illud eſt ſciendum, quod ſi fir-
ma petitur ab aliquo in materia in qua
eſt præſumptio † iuris, ſeu fori contra
9 eum. & ſic forus, & ius reſiſtunt ei, & aſ
ſiſtunt alteri non poteſt ei prouideri ex
ſola poſſeſsione probata: niſi iuſtificetur
cum titulo, vel niſi allegetur, & probe-
tur immemorialis, quæ habet vim tituli.
Verbi gratia dico me habere iuriſdictio
nem intra limites Regni †: præſumptio
10 eſt contra me: Quia iuriſdictio ſolius
Principis eſt, Bald. in §. 1. quis dicatur
Dux Marchio &c. Molin. in verbo iu-
riſdictio. Et ſic cum præſumptio reſi-
ſtat mihi, & aſsiſtit ſoli Principi neceſ-
ſe eſt quod oſtendam titulum iuſtifican
tem poſſeſsionem meam: quia ſola poſ-
ſeſsio non prodeſt, imo præſumitur vi-
tioſa, † & iniqua propter iuris præſum-
11 ptionem, vel ſaltem debeo probare im-
memorialem præſcriptionem. Et idem
dic in quacunq; materia in qua forus,
& ius reſiſtunt; ita Molin. in verbo fir-
ma de firmantibus contra iura regalia.
& in verbo ganatum, in fine: Ratio eſt
quia lite pendente, † non poteſt conſer-
uari in ſua poſſeſsione ille, contra quem
12 eſt iuris præſumptio, ſeu cui reſiſtit ius,
& forus, & alteri aſsiſtit idem ius, & fo-
rus, cap. cum perſonæ de priuileg. in 6.
ex quo talis poſſeſsio præſumitur vitio
ſa, & mala: ex quo textu deſumitur hæc
doctrina. Et ſic cum per præſentatio-
nem † iuris firmæ inducatur litis pen-
13 dentia, quia reſoluitur in citationem ob
ſeruantia 1. de citat. hinc eſt quod non
poteſt dari firma huic † cui reſiſtūt ius,
14 & forus: quia eſſet eum lite pendente
conſeruare in ſua poſſeſsione reſiſtente
iure eidem, & aſsiſtere alteri vide Frāc.
& DD. in d. cap. cum perſonæ. Et an
ſufficiat iuſtificare † poſſeſsionem titu-
15 lo colorato, an vero requiratur verus ti-
tulus Menoch. vbi ſup. de recuperan. re
med. 15. num. 463. Hæc tamen firma, &
fideiuſsio nō habet locum in aliquibus
caſibus: quare ſupponendum eſt quod
firma iuris non ſolum non habet † lo-
16 cum in illis caſibus tam notoriis, qui ha
bent executionē priuilegiatam, vt ſunt
commanda, contractus cenſuales ſentē
tiatus, qui hodie ipſo foro habetur pro
ſententiato, condemnatio voluntaria,
ſententia arbitralis emologata per par-
tes: In quibus caſibus, & alijs voluerūt
fori quod firma non arctaret. Sed etiam
non habet locum in quocumque debi-
to manifeſto per chartam, ſeu confeſsio
nem partis, alióue modo: imò ea non
obſtare proceditur ad executionem ob-
ſer. Item in debito manifeſto de rerum
reſtat. obſeruan. in debitis de fideiuſſor.
Ratio eſt † quia inſtrumentum charta,
17 & confeſsio habent executionem aper-
tam, & promptam de foro. Et ideo opus
eſt quod vltra firmam proponantur
in ea exceptiones aliquæ legitimæ. Nā
tūc † per illas impeditur executio. Quo
18 niam per exceptionem fit res dubia. Et
ideo caſus manifeſtus non habet execu
tionem promptam. Et propterea obſta
bit firma, & ſic practicatur hodie, quia
obſtat firma: propter rationem de qua
ſupra.

Hæc firma iuris, & inhibitio quando
prouidetur ſuper † aliqua qualitate al-
19 legata, & non probata, veluti ne proce-
datur contra aliquem, ſi non ſit officia-
lis per inquiſitionem, quo caſu ſufficit
alle-

allegare ſe nõ eſſe officialem, & ex hoc
ſolo dabitur firma, vt ſic fuit multo-
ties data. Tũc bene poteſt fieri declara
tio † quòd procedatur cõtra eum, cõſti
20 to quòd ſit officialis: nec per hoc enu-
cleatur effectus firmarũ, quia cum ad ſo
lam allegationem fuerit prouiſa iuris
firma, non eſt mirum ſi ad ſolam allega
tionem contrariæ qualitatis declaretur
non arctare.
Secus quando qualitas eſt probata,
veluti probat quis ſe eſſe Clericum, da-
tur illi firma contra iudices ſeculares:
ne contra eum procedant. Certè quos ſi
diceret aduerſarius declarari conſtito
quòd non ſit Clericus, poſſe iudicem ſe
cularem contra eum procedere, non
procederet † dicta declaratio: quia eſſet
per indirectum deſtruere firma, ſi per
21 ſolam allegationem non Clericatus, fie-
ret talis declaratio. Nec debet Iuſtitia
Aragonum, ſeu Locumtenentes remitte-
re ad iudicem inhibitum vt cognoſcat,
an ſit illa qualitas vera de qua ſibi con-
ſtitit, iam præambulo examine quod
erat vera. Imo † non poteſt iudex inhi-
bens, poſtquam inhibuit ratione alicu-
22 ius qualitatis, de qua ſibi conſtat quòd
eſt vera, declarare poſtea, quòd poſſit
iudex inhibitus procedere, vel aliquid
aliud facere: conſtito ſibi quod illa qua-
litas non ſubſiſtit. Nam eſſet hæc vna
manu deſtruere, quòd per aliam feciſ-
ſet. Et eſſet deſtruere vim, & effectum
firmarum. Hæc bene nota, quia quoti-
die habemus in practica ſimiles decla-
rationes.
Imo firma non † poteſt reuocari, nec
declarari, niſi ex eiſdẽ actitatis: Et non
ex nouiter productis. Et propriè decla-
23 rare nihil aliud eſt, quam detegere ex-
preſſe, id quod erat verbis comprehen-
ſum. Denique per declarationem non
poteſt aliquid detrahi, vel addi, dimi-
nuiue de firma: ſed ſolum detegi quòd
inuolutum exiſtebat.

Aliquando autem † hæ inhibitio-
24 nes iurisfirmarum dantur ad cõſeruan-
das conſeruatorias conſeruatorum: nã
ſi conſeruator alicuius monaſterij, ſeu
religionis concedit inhibitionem con-
tra aliquas perſonas religioſas, ſeu ſecu
lares inhibendo eas, ne turbent in ali-
qua poſſeſſione, ſeu iure illos, quorum
eſt conſeruator prouidetur iurisfirma
pendente inhibitione, & rei cognitione
durante. Sic fuit prouiſa † in proceſſu
25 Prioris monaſterij S. Victoriani, Ordi-
nis Sancti Benedicti diœceſ. Barbaſtrẽ
die 25. Auguſt. anni 1586. Et in proceſſu
Iuliani Vico de Bueſſo Monachi, & Prio
ris Sancti Ioannis de la Peña, die 16. Se
ptẽbris, anni 1593. Sed quia finis harum
iuris † firmarum eſt impedire executio
26 nes inſtrumentorum habentium execu
tionem priuilegiatam, & paratam opor
tet etiam annotare quòd executio, alia
eſt priuilegiata, quando ſcilicet fit vir-
tute ſtatutorum non obſtante excep-
tione, & ſeu non obſtante defen-
ſione: vt in Regno per multos foros
cauetur. Quo caſu nihil opponi po-
teſt, Bar. in l. 1 §. & parui refert, ff. quod
vi aut clam. Et hanc non habent † de
27 iure inſtrumenta, l. minor, cui fideicom-
miſſum, ff. de minorib. dempta ſenten-
tia rei iudicatæ, & alijs caſibus de qui-
bus in l. poſt rem iudicat. vbi Suarez, de
re iudicat. Imo nec de foro habent † hãc
28 executionem inſtrumenta obſeruan.
vſus Regni de pignor. quibuſdam caſi-
bus exceptis, de quibus ſparſim habe-
tur per foros Regni, veluti per foros
de apprehenſionib. manifeſtationibus,
cenſualibus, & ſimilibus: cuiuſmodi eſt
depoſitum, albaranum mercatoris, ſen-
tentia arbitralis laudata, confeſſio vo-
luntaria, & alia id genus. Et ſimiliter
erit priuilegiata executio ſi dicatur per
ſtatutum tantum, quòd fiat non obſtan
te exceptione. Quo caſu non poterunt
opponi regulariter exceptiones, Bar.
vbi ſup.

29 Alia eſt executio † parata, veluti quæ fit in vim inſtrumenti liquidi parte nō citata, exordiendo ab executione: obſtā te tamen exceptione. Quia obſtat contra eam exceptio, dicta obſeruantia vſus Regni de pignorib. cum duabus ſequent. Quam nec habent † de iure in-
30 ſtrumenta, dict. l. minor cui fideicommiſſum. ff. de minorib. Sed per ſtatutū poteſt introduci, vt habeant d. obſeruātia uſus Regni & obſeru. Item differētia aſsignatur eod. tit. de pignorib. Molin. in verbo firma, in princ. & verſic. ſi dantia in prin. Et fit obſtante firma, & ſic exceptione: Nam per eam retardatur executio d. obſeruan. Et hanc ha-
31 bent † in Regno omnia inſtrumenta liquida, vt ſup. De iure autem non exorditur ab executione: Sed prius pars citatur, auditur, & defenditur vt ſup. latius. Et cùm in hoc Regno quod frequentius agitur ſit materia exequutionū, & literarū exequutionis in vim inſtrumētorum conceſſarum, quę literę † quan-
32 doque pignoratitię, quādoque exequutorię dicuntur, à multis retrò annis foros, & obſeruantias Regni diſcurrendo, eorumque terminos his quę traduntur a DD. in eadem materia, in vim iuris communis, & multorum ſtatutorum, quę in multis Italię partibus, & alibi vigent, applicando, et verum ſpiritum, et intellectum noſtrarum legum & praxis Regni, iam conformis iuri communi, & ſtatutis ſupradictis iam repugnantis aperiendo, & declarando: multa in meis ſcriptis recolligenda duxi in diuerſis annis, tam ad mei ipſius eruditionem, quam pro iuuenum inſtructione: quę ex quo neceſſaria ſunt ad ea quæ apud tribunalia huius Regni quotidie diſcutiuntur, in hoc volumine tibi ex-
33 plicanda decreui: Declarando † vnde hic modus firmandi de iure, ſeu vt nos dicimus de directo, tam in firmis priuilegiatis, quam communibus ortum habuerit, & in quo hæc noſtrę executiones priuilegiatę conforment cum guarentigijs aliorum Regnorum, & ſeu ab eis diſcrepent, nam variè, atque variè in his executionibus proceditur ſecundum varia terrarum ſtatuta, vt apparet per Canari. de execut. inſtrument. Benedict. de Bargis, de libel. guarent. Suarem in l. poſt rem iudicat. de reiudicat. Maſſagalez. de oblig. camerali, & alios
34 infra citandos. Nam aliquando † inſtrumenta executioni mandantur prōptàmque executionem habent, ex ſolo pręcepto iudicis chartularij, qui eſt ipſemet notarius qui recipit inſtrumentū, ſeu de eo rogatur, qui facit pręceptū in confeſſum auctoritate ſtatuti illud diſponentis. Et tale † præceptum guaren-
35 tigia appellatur, tamquam firmum, ſecurum, & immobile Suarez, in d. l. poſt rem iudicatam. Simili modo quo mandatur executioni pręceptum à quocunque iudice competente factum debitori confitenti vera eſſe contenta in inſtrumento, pro vt tradunt DD. tractantes de tali executione relati per Rebuf. in tractat. de literis obligatorijs in pręfatione, ſub numer. 13. & DD. ſupra dicti.

Aliquando vero priuilegiantur in-
36 ſtrumenta quoad † executionem, ex eo quod in ipſo inſtrumento debiti fiunt, & conſtituuntur procuratores ab ipſo debitore ad confitendum debitum, & capiendum pręceptum iudiciale de ſoluendo Paul. de Caſtr. in d. l. poſt rem iudicatā. Alex. in l. ſi cū dotem §. eo autem tempore, ff. ſolut. matr. Idque ſicut in cenſualibus practicatur, in quibus dantur procuratores immortales, irreuocabiles ad confitendum debitum, illúdque ſententiandum. At in noſtro Regno ex ſola ipſius legis ſententia, cēſura, & diſpoſitione abſque aliquo alio
37 circuitu quęcunque † inſtrumēta ſi ſint liquida mandātur executioni. ita quod

in

in vim ipſius legis abſque alio circuitu instrumentum ſit exequibile, non ſecus ac ſi ſententia ſuper eo lata eſſet; vt in d. obſeruãtia vſus Regni de pignori. Et etiam Bartol. in l. cum vnus, ff. de bonis autho. Iudi. poſsiden. Bart. in l. peremptorias ſub num. 29. C. ſentẽtiam reſcindi non poſſe & in l. ab executione C. quomodo appel. non recipi. Idq; ſæpe per ſtatuta terrarũ ita ordinari, & diſponi dicebat; pro quo Rebuf. in d. tractat. art. 6. glo. 3. ſub num. 17. dicebat eſſe tex. in l. cum quaſi, §. ſi plures ff. de fidei commiſſar. liberta. Vbi lex aliquando habet actum pro ſententiato ſuper quo nulla vnquam fuit lata ſententia.

Super quo eſt notandum, quòd licet alias ſtante tali ſtatuto ad executionem procedi non poſſit, niſi prius citato, & vocato debitore. Bald. in d. l. ab executione C. quo. appell. Aretin. conſ. 21. num. 4. & conſ. 32. Carol. Ruin. conſ. 15. lib. 4.

38 † Nihilominus tamẽ in regno deciſum eſt per obſeruantiã pœnult. & fin. ſub d. tit. de pignor. ad talem executionem inſtrumenti continentis rem liquidam procedi poſſe nõ vocato, nec citato debitore.

Vnde regula erit ex prędicta deciſione ſic in hoc regno recepta, diſpoſita, & ordinata quòd inſtrumenta habeãt executionem paratam. Habere enim †

39 executionem paratã, & poſſe pignorari debitorem obligatum in vim inſtrumẽti, vt deciditur in d. obſeruãtia vſus regni de pignorib. & in alijs poſtea citandis idem eſt. Et in eundem ſenſum, & intellectum huiuſmodi loquendi formę recipiuntur, cum in materia executionis ſententię prolatę inter partes, per iudicem competentem leges vtantur

40 eiſdemmet verbis; vt ſcilicet in vim talis ſententię procedatur ad pignorationem bonorum debitoris condemnati, vt conſtat ex diſcurſu l. à diuo Pio, ff. de re iudic. & ex alijs plurimis, quæ ad id allegari poſſunt, quas vti notiſsimas referre non expedit.

Cum igitur in Regno inſtrumenta habeant executionem paratam, inde

41 colligitur quod † ex obligatione contenta in inſtrumento oriuntur duo iura agendi, quorum alterum dicitur ordinarium aliud vero dicitur extra ordinarium, ſeu executiuum.

Ordinarium autem dicitur illud

42 ius, ſeu iudicium † per quod proceditur via (vt dicitur) ordinaria, & plenaria. Vocato ſcilicet, & citato reo, oblata petitione in forma rectè concludente, lite conteſtata, & alijs ſolemnitatibus à iure communi, ſeu legibus municipalibus, & particularibus Regni, ſtatutis, & ordinatis, pro vt id regulare eſſe in omni inſtrumento, & obligatione in eo contenta traditur in l. minor 25. annis cui fideicommiſ. ff. de minoribus Ex quo eſſeuerant omnes Doctores ex regulari cenſura iuris inſtrumenta non habere executionem paratam: ſed ex eis agendum eſſe prædicta via ordinaria.

Aliud ius quod in Regno naſcitur,

43 ex tali inſtrumento dicitur † extraordinarium, ſeu executiuum, vt declarant Socin. conſ. 255. lib. 2. Decius conſil. 96. Et melius conſ. 119. Felin. in cap. cum venerabilis de exceptionibus, & ante eos Bald. in l. 2. §. planè, ff. quod falſo tuto. author. Ex hoc inquiens, quod cum iſta duo iura, & iudicia

44 ſint diuerſa; ſublato vno; † alterum ſublatum non cenſebitur. Ita vt ſtante ſtatuto quòd in vim talis inſtrumenti habentis executionem paratam poſt lapſum decennij non poſsit peti, nec fieri executio. Nihilominus tamen lapſo decennio poterit agi via ordi-

ordinaria & in proceſſu plenario, pro
vt etiam tradit Bald. referens Be-
nedict. de Barzis in tractat. de gua-
rentigi. in 4. 5. & 6. queſtion. Et ex
eodem fonte etiam emanat, & pro
fiſciſcitur id quod dicunt DD. quod
45 ſi † actum fuerit via executiua, &
in ea proceſſum vſque ad diffinitio-
nem talis articuli, & cauſæ ſi ſuccum
bat actor, nihilominus poterit age-
re via ordinaria; vt dicunt prædicti
Doctores, & ſignanter Socin. dict.
conſil. 255. Deci. conſil. 96. Anton.
de Canario, & alij citati a Decio in
dict. conſil. 119. Ex quo dicebat ele-
ganter Paul. de Caſtr. conſil. 87. li-
bro primo quòd creditor eligẽs viam
† procedendi iudicio executiuo con-
46 tra obligatum in tali inſtrumento in
quacunque parte proceſsus, & cau-
ſę omiſſa illa via poteſt redire ad viã
ordinariam, & agere in iudicio ple-
nario contra ipſum reum; aſſe-
rens hoc probari ex ratione ſupra ci-
tata. Vnde cum iſta remedia ita ſe-
parata cenſeantur, vt creditor ſuc-
cumbens in via executiua redire poſ-
ſit ad viam ordinariam, eo quòd ſen-
47 tentia lata in † proceſſu executiuo
non inducat exceptionem rei iudi-
catæ in proceſſu ordinario, iam in-
de neceſſario ſequitur quòd penden-
tia iudicij executiui non impedir ip-
ſum executorem creditorem, poſſe a-
gere via ordinaria: Ex ratione con-
cludenti inibi per eum aſsignata.

Quod cui non poſſet nocere ſen-
tentia contra eum lata, non pote-
rit etiam nocere pendentia talis cau
ſæ, & proceſſus: Quia media non
debent eſſe fortiora fine iuribus vul-
gatis. Et ita hoc eſt, quòd in Re-
gno indies vtimur, & in † praxi re-
48 ceptum videmus, quòd ſi ad impe-
diendam pignorationem fieri man-
datam per quamcunque Curiam, &
Audientiam Regni præſentatur inhi-
bitio, in vim firmę iuris emanatę à
Curia Iuſtitiæ Aragonum, & credi-
tor in eadem Curia comparens agat
(pro vt vulgo dicimus in Regno) ad
repulſionem iuris firmæ petendo de-
clarari, procedendum eſſe ſuper ta-
li pignoratione, ſeu executione, non
obſtantibus quibuſcunque exceptio-
nibus propoſitis per reum, ſeu (vt
vulgariter dicitur) non obſtante iu-
ris firma, petendo eam reiici, & re-
pelli, licet creditor in hoc iudicio ſuc-
cumbat; Et ſic iuris firma pręſentata
per reum recipiatur. Nihilominus ta-
49 men ipſe creditor † poterit via ordi-
naria agere, & conſtito de bono iu-
re ſuo ſententiam obtinere; pro vt
receptiſsimum eſſe in hoc Regno con-
ſtat. Fundaturque totum hoc in iu-
ribus, & deciſionibus à pręfatis Do-
ctoribus, in id perpenſis, & allegatis. Et
hoc adeò verum eſſe conſtat, quòd
licet Bald. in l. ſi iudex, ff. de his qui
ſunt ſui vel alien. iur. & Abbas, con-
ſil. 51. libr. 1. et Decius eos refe-
rens, conſil. 96. aſſeruiſſe videan-
tur, prędictam deciſionem ita intel-
ligendam, & limitandam fore, vt ſi
in illo iudicio executiuo pleniſsimè
probationes factę eſſent, creditor, qui
in illo ſuccubuit vlterius non ſit au-
diendus in iudicio plenario. Nihilo-
50 minus † tamen receptiſsimum eſt in
Regno, quòd ſine aliqua differen-
tia, & diſtinctione probationis factæ in
illo proceſſu executiuo, in quo agitur
ad repulſionem iuris firmę, & ſic ad
obtinendam declarationem, & ſen-
tentiam quòd exceptiones propo-
ſitæ per reum non obſtant, neque
impediunt executionem, creditor
51 ipſe intentare poſsit † de nouo iu-
dicium ordinarium, & plenarium:
Non-

Google

Non attento nec conſiderato quę, & quales probationes fuerint factę in illo iudicio executorio ſummario, ſequendo in hoc doctrinam Bart. Socin. in dict. conſ. 255. vbi propriè loquitur in his terminis. Et ſępe mecum cogitaui ex terminis,tam extraneis, & remotis à terminis iuris communis in huiuſmodi articulo & materia vt plurimum ignorati, quę à iure communi diſpoſita ſunt. Nam in terminis † iuris com-
52 munis vbi agitur de hoc iudicio executiuo ſententia, quę in eo profertur ſub ea forma profertur, & promulgatur quòd vbi iudici conſtat exceptiones propoſitas per reum non obſtare, nec impedire executionem ipſam fieri mādatam, iudex ipſe inquit procedendum eſſe in executione non obſtantibus, quibuslibet exceptionibus, & defenſionibus per reum propoſitis. Et vbi iudici
53 conſtat † exceptiones, & defenſiones per reum propoſitas eſſe iuſtas legitimas,& bene probatas declarat,& dicit tales exceptiones impedire prędictam executionem, vti ex DD. ſupra citatis perpendi poteſt. Et etiam ex traditis ab Angel.conſ. 114. 115. vbi eleganter, & diſertiſsimè examinauit, an ſententia quę profertur in hoc iudicio executiuo
54 † reijciendo,& repellendo exceptiones cenſeatur diffinitiua, an vero ſit interlocutoria, an vero dici debeat anomala, quę habet in aliquo vim diffinitiuę, in aliquo verò vim interlocutorię. Et cum ibi ipſe Angelus videretur tenuiſſe talem ſententiam cenſendam eſſe †
55 interlocutoriam, pro vt etiam idem tenuit in l. Imperium, ff. de iuriſdict. omnium iudic. Et illud idem ibi tenerent Alexand. Iaſſon, & alij inibi citati a Philippo Decio, ſub num. 22. & Paul. de Caſtro, in eadem l. conſtanter affirmaret imo talem ſententiam fore,

56 & eſſe diffinitiuam ipſe Philippus Decius arbitrum ſe conſtituens, dictaſque contrarias opiniones componere intendens, ſub fœdere diſtinctionis tres caſus conſiderans, concludere videtur vnum, quod in hoc Regno vti certiſsimum, & conſtitutiſsimum obſeruamus: quòd iſtę ſententię, quę in Regno in dies proferuntur reijciendo, & repellendo iurisfirmas præſentatas, & ſic declarando exceptiones propoſitas, & proſecutas per debitorem non obſtare, neque impedire huiuſmodi executiones, ſeu pignora-
57 tiones † ſunt ſententiæ diffinitiuę, & conſequenter irreuocabiles contrario Imperio: pro vt reuocari poſſent, ſi eſſent interlocutorię. Quod à ratione tradita per Decium inibi ſub numer.24. proceſsiſſe videtur, quòd ſcilicet in Regno in his iudicijs, & proceſsibus in quibus agitur de repulſione, vel receptione iurisfirmæ gene-
58 raliter ſunt ſublatæ † ſolemnitates, tam iuris communis, quam fororum præſentis Regni, ſeruandæ regulariter in alijs iudicijs, & proceſsibus: Et data ac ſtatuta certa forma procedendi, & ſententiandi in his executionibus, & exceptionibus allegatis contra tales executiones. Et ita vt certum, & indubitatum tales ſententiæ, nunquam fuerunt reuocatæ contrario imperio: Nec attentatum neque petitum eas reuocari. Ex quibus reſultat id quòd ſummopere aduertendum eſt & in quo conſiſtit tota intelligen-
59 tia obſeruantię † vſus Regni de pignoribus ad conuincendum errorem eorum, quę per Molin. noſtrum erroneè tradita ſunt in aliquibus locis infra citadis. Scilicet quod licet in regnó ſtatutum ſit, poſſe procedi ad pignorationem bonorum debitoris pro debito

contentó

contento in inſtrumento, etiam ſi ipſe debitor compareret coram iudice pro uidente talem executionē,ſeu pignorationem,et præſtaret ſatiſdationem, ſeu offerret fideiuſſores de iudicio ſiſti, & iudicato ſoluendo, & ſi pro vt dicunt Galli guarniret curiā quod in Regno
60 ſecundum † communē loquendi vſum appellamus firmare de directo, ſiue de iure, nam non obſtante tali fideiuſſione eſſet proſequenda executio, ſeu pignoratio: nihilominus tamen ad impediendam dictam executionem, &ſeu ſaltim ne procedatur ad venditionē bonorum pignoratorum, poſſent propo-
61 ni per debitorem † exceptiones legitimę,& tales,quę probare releuent,&impedire poſſint & debeant venditionē talium bonorum pignoratorum, & ſolutionem debiti per creditorem prętēſi, audiendus eſt ſiquidem ipſe debitor in allegatione talium exceptionum, & admittendus ad earum probationem. Et in ipſo interim pignora debent eſſe & remanere penes curiam ipſam pignorantem: vti expreſiſsimè id omne †
62 probatur in obſeruan. vſus Regni de pignor, totumque hoc emanat, ac procedere conſtat ab eo quod,licet in Regno Aragonum, omnia talia inſtrumēta,quorum virtute ad executionem,ſeu pignorationem bonorum debitoris pro
63 ceditur, cenſeantur † habere vim ſententię diffinitiuę: ac ſi iudicatum fuiſſet per iudicem:Bart. in l.cum vnus in fin. de bonis auctoritate iudicis poſsiden. Veruntamen ſicuti poſt ſententiam à iudice latam admitterentur, &
64 admittendæ eſſent exceptiones oretę † poſt ſententiam ipſam, ita etiam admitti debent exceptiones contra tale inſtrumentum, habens executionē paratam cum natę ſint poſt confectionem inſtrumenti, & ipſam ſententiam legalem,quę prolata cenſetur in eodēmet inſtanti, quo inſtrumentum conficitur:pro vt hanc rationem aſsignantes in terminis terminantibus tradunt Bald.in l.peremptorias,num.29.C.ſententiam reſcindi non poſſe,Paul.in l.ſi cauſa cognita, C. de tranſact. Anton. de Canar. de execution. inſtrument. queſ.5.Et circa hoc eſt aduertendū, quòd licet regulariter in dicta obſeruātia vſus Regni Aragonum deciſum †
65 extet,quòd in ipſo interim, quo exceptiones per ipſum reum pignoratum allegantur,diſcutiuntur,et probantur pignus ipſum debeat remanere penes curiam,quod apud Gallos dicitur curiam ipſam in ipſo interim debere eſſe guarnitam, vt conſtitutiones Regias referens eaſq; declarans tradit Rebuf. de literis obligatorijs art.primo,glo. 13.inquiens illud verbum guarnire ſignificare permantionem pignorum penes ipſam curiam,& aſſumptum eſse ab illis iuribus, & terminis per eum inibi allegatis,licet igitur hoc in dicta obſeruantia pro regula tradatur: nihilomi-
66 tamen in † exceptione falſitatis propoſita contra ipſum inſtrumentum ſpecialiter,& in priuilegium, & prerogatiuam illius diſpoſitum exiſtit quòd durante diſcuſsione,&examinatione talis exceptionis falſi pignora ipſa ad cable
67 ptam ſub fide iuſſoribus, † ſeu potius cuſtodibus curię, qui in Regno capleuatores appellantur,relinquantur,& reſtituantur ſub obligatione, & ſecuritate taliū capleuatorū, vt expreſſe traditur in obſeruantia de foro de fideiuſſor.Ex qua aſſumpta eſt praxis, & receptiſsimus ſtylus communis, quod in omnibus iſtis firmis, quas volanderas appellamus,quę non ſunt aliud, quam quædam exceptio propoſita contra pi-
68 gnorātem † proponuntur exceptiones falſitatis contra inſtrumenta, quorum virtute mandatur procedi ad pignorationem, ſeu executionem bonorum ipſius firmantis. Nam licet ſine propoſitione,

Digitized by Google

ſitione, & allegatione huius exceptio
nis falſitatis per propoſitionē,et alle-
gationem quarumcunque aliarū ex-
ceptionum, iudex ipſe pignorans in
ipſo interim quo ipſe debitor illas al-
legat,proponit,proſequitur,& proba
re intend t teneretur ſuperſedere in
talium pignorum venditione,cùm ta
men in ipſo interim pignora reman-
ſura eſſent penes curiam,ad effectum
tamē,vt debitor ipſe pignoratus frua
tur beneficio,& commoditate retinē
di ipſa bona pignorata aſſecurando
curiam per bonos,& ſufficientes cap
69 leuatores, † inoleuit dicta conſuetu-
do,quòd proponatur dicta exceptio
falſitatis:quia alias illa verba, in fir-
mis ſolita apponi,*Et ſi quæ pignora prę*
miſſorum occaſione facta ſunt,illa firmā
ti reſtituatis, ſeu ad capleutādetu male
70 et perperam † ponerentur. Et proui-
dens talem firmam contradictam ob
ſeruantiam expreſſam,illud prouide-
ret,& mandaret. Et ſic poſſet de con
traforo, & iniuſtitia conueniri & ac
cuſari. Et hęc eſt veriſſima intelligen
tia dictarum obſeruantiarum, & iſta
rum iuris firmarum, quas volande-
ras dicimus. Et ſi forſan aliquando
in aliquibus iuris firmis, quę ad ca-
71 ſum ſpecialiter † prouidentur illa &
eadem verba apponantur, idem erit,
licet inſtrumenta ipſa non impugnē-
tur de falſo: Itaquòd domini iudi-
ces,&locumtenentes ob hanc conſue
tudinem excuſari poſſent à contra-
foro,& iniuſtitia. Nihilominus tamē
reuera fuit, & eſt erroneum appone-
re illa † verba, vbi exceptio falſita-
72 tis non opponitur,nec allegatur. Quē
errorem puto emerſiſſe ex pura igno
rantia notitię vocabulorum, & appli
cationis terminorum vulgarium noſ
tri Regni,ad veros, & proprios ter-
minos iuris communis,à quibus pro-
ceſſerunt, et emanarunt omnes iſtæ
deciſiones Regni.

Ex quibus inferuntur plura neceſ-
ſaria ad verum intellectum, tam di-
73 ctæ obſeruantię, † quam aliquarum
opinionum, quę multum erroneę re-
feruntur per Michaelem del Molin.
Primum eſt, quòd cum in dicta ob-
ſeruantia decidatur, quod in pignora
tione, ſeu executione ſit ſuperſeden-
dum propoſitis, & allegatis legiti-
mis exceptionibus per reum: Et quod
aliàs procedi debeat ad effectualem
venditionem bonorum pignorato-
rum, ſi ipſe reus pignoratus compa-
rens ſolum negaret dicendo ſe non
74 teneri, nec obligatum eſſe † iudex
ipſe non teneretur, nec poſſet ſuper-
ſedere in venditione talium bono-
rum, ex eo quòd negans non cenſe-
tur excipere, vt tradit, & declarat
Bald. in l. peremptorias numer. 36.
C. ſententi. reſcindi non poſſ. Imò
nec negans cenſetur ſe defendere
Bald. in l. ſi quidem C. de exceptio-
75 nib. Imò nec inſtrumentum ipſum †
in vim cuius proceditur ad pignora-
tionem, licet negetur per ipſum reū
non efficitur dubium, nec obſcurum
Bald. in l. etiam C. de execution. rei
iudicat. et in capit. ad noſtram de
probatio. Fœlin. in cap. ſi Clericus
laicum de foro competent. Ex qui-
bus deducitur malè intellexiſſe Mo-
76 lin. id quòd † ab eo refertur in re-
pertor. verbo firma verſ. per Marti-
num de La Raga et alios,&c. dum di
cit quòd ſi in iuris firma obtenta à
Curia Iuſtitiæ Aragonum diceretur,
quòd talis firmans in dicta Curia
non tenetur, nec eſt obligatus tali,
nec tali, nec aliquibus alijs, et in vim
talis negationis concederetur inhi-
bitio,ne ad executionem contra eum
procedatur, & deinde talis firma, &
inhibitio præſētaretur ipſi executori,

& tali firma ſic præſentata fieret fides executori, vel iudici, quòd ille firmans tenetur, & eſt obligatus, oſtendendo inſtrumentum de tali obligatione, et quòd tali inſtrumento viſo abſque alia dilatione, nec retardatione poſſit procedi ad executionem, & venditionem pignorum, ſubiungens ibi vnum aliud † æque erroneum, di-
77 cens hoc ex ea ratione procedere, quòd cum in dicta firma non ſint impugnata inſtrumenta de falſo per firmantem, quòd talis firma, ſeu inhi-
78 bitio obtenta † non arctabit. Quæ omnia à Molina ibi tradita ſunt erronea, vt merito à dicto libro delenda eſſent.

79 Primo dum ſupponit † potentiam prouidēdi firmam, ſeu inhibitionem de non procedēdo ad pignorationē, nec venditionem pignorum ob ſolā negationem ipſius firmantis: dicendo ſolū quod ipſe nō tenetur, nec eſt obligatus tali, reo, nec tali, nec quibuſuis alijs. At ſit enim quod in Curia Iu-
80 ſtitię Aragonum talis † firma prouideatur. Quia cùm in talibus pignorationibus ſit ſuperſedendum ſolum, & dumtaxat ex propoſitione, et allegatione exceptionum: et ipſum negare non ſit excipere, imo nec ſe defendere ſecundum Bald. vbi ſupra. Iam inde colligitur, quòd male darentur huiuſmodi inhibitiones, ob ſolam negationem firmantis. Cùm ex hoc non excipiat: Imo nec ſe defendat (quod eſt fortius.) Nam latior eſt iſte terminis defendere quam excipere Bart. in l. 1 §. & parui refert, ff. quod vi aut clam.

81 Secundum dictū eſt falſum, quod ſupponit † ipſam firmam, & eius inhibitionem à Curia domini Iuſtitię emanatam non eſſe obſeruādam, nec arctare oblato, & oſtenſo inſtrumento debiti ipſi executori, ſeu iudici: niſi in ipſa propoſitione iuris firmæ ipſa inſtrumenta fuerint impugnata de falſo. Hoc enim eſt indignum dictu: nam plures firmæ prouidentur in Regno ab initio Curię domini Iuſtitiæ Aragonum, et ſignanter poſt compilationem noſtratum obſeruantiarum. Et ſic prędictę obſeruantiæ vſus Regni Aragonum † prouiſæ
82 fuerunt abſque allegatione exceptionis falſitatis, pro vt eas prouideri poſſe, & debere apertè literis groſsis conſtat ex illa obſeruantia vſus Regni, quę generaliter, & ſine delectu, & differentia exceptionum inquit, ſuperſedendum eſſe in executione, & pignoratione ex allegatione quarumcunque exceptionum legitimarum. Et ſic perpenſis penitus, vt decet deciſionibus prędictis deducitur ab aperto firmam in Curia Iuſtitię Ara-
83 gonum † non poſſe prouideri, ob ſolam negationem debitoris: Et omnino illam, vbi eſſet prouiſſa fore, & eſſe nullam, et conſequenter quatenus de facto proceſsit reuocandam fore abſque oſtentione inſtrumenti alicuius. Et quod licet non allegetur, nec proponatur exceptio falſitatis, ſed alia quęcunque legitima venit, & eſt prouidenda: cùm ſolum (vt dixi) exceptio falſitatis habeat maius priuilegium in hoc quàm alię exceptiones, ꝙ ea propoſita, & allegata pignora debēt dari ſub capleuatoribus.

Ac etiam inde colligitur malè, &
84 perperam fuiſſe introductum, † & noſtris temporibus obſeruatum, quòd vbi in limine pignorationis pręſentabatur iuris firma inhibitio eſt ſeruanda: ita, & taliter quód per executorē non poterat procedi ad captionē pignorum. Et quod ſi procedebatur poterat accuſari de fractione inhibitionis. Hoc enim erat contra dictā ob-
85 ſeruātiā, quæ diſponit, † quòd nec per ſatisda-

ſatisdationem,ſeu firmam de directo
nec per allegationem exceptionum
impediatur talis captio pignorum.
Et quòd talia pignora debeant re-
manere penes curiam, donec tales ex
ceptiones legitimę probentur abſq;
diſtinctione,an inhibitio præſentetur
in limine captionis pignorum, aut
poſtea. Et ſic dum hic error inualu-
iſſet in maximam† perniciem Regni
86 & creditorum cum ſępe ipſi debito-
res occultarent bona mobilia, & ſic
creditores remanebant lęſi & damni
ficati, ex quo debitores non habe-
rēt bona immobilia in Regno, & mul
toties arriperent fugam cum ſuis bo-
nis mobilibus, ſanctiſsime ſancitum
fuit in anno 1564. quòd tali firma, &
inhibitione preſentatata in limine
executionis, ſeu captionis pignorum
capiantur pignora, & detineantur pe
nes curiam: Niſi ipſe debitor ſeu reus
offerat fideiuſſores, & capleuatores
pro eis, foro vnico ſub tit. *que los of-
ficiales y executores.* Ex quo foro ſic
generali dici, & argui poſſet quòd ho
die† in regno bona pignorata ſeu exe
cutata dāda ſunt ad capleutam prę̄ſē
87 tanti firmam emanatam à curia Iuſti
tię Aragonum, ſiue in propoſitione
dictę firmę firmans allegauerit excep
tionem falſi,(quę antea vt dixi obti-
nebat hoc priuilegium, quòd bona
eſſent danda ad capleutam,) ſiuę alię
quęcumque exceptiones fuerint pro-
poſitę, & allegatę in ipſa propoſitio-
ne firmę: Ita quòd licet per dictā ob-
ſeruātiam vſus regni &c. propoſitis a-
lijs exceptionibus abſq; exceptione
falſitatis pignora ipſa retinenda eſſēt
penes curiam, vt ibi dicitur. Hodie tā
men ſine delectu, & diſtinctione ſer-
uanda erunt, quę in dicto foro nouo
deciſa leguntur.

Deinde ex his elicitur intellectus
ad verba in initio dictæ obſeruan-
tiæ vſus Regni † Aragonum ſcripta,
88 dum ibi dicitur quòd ſi obligatio ſit
cum charta debitor poſsit pignora-
ri: Et quod tunc non obſtante fidan-
tia de directo remanebit pignus, do-
nec reus ſuas iuſtas exceptiones, ſi
quas habuerit probauerit: Et quia
in debito manifeſto non recipitur
fidantia de directo in Regno. Hæc
enim verba turbarunt multoties in-
genium nouorum iuriſperitorum pra
cticantium: cùm indies viderent ob-
ſeruari quòd præſentando fidantiam
de directo in Curia Iuſtitię Arago-
89 num † conceduntur inhibitiones ne
procedatur ad captionem, & vendi-
tionem pignorum, quæ in vim, &
virtute talium obligationum con-
tentarum in charta in Regno fieri
conſueuerunt. Ita quod ſecundum
vulgarem modum loquendi in vim
iuris firmę, ſeu fidantiæ de directo
videbatur in talibus pignorationi-
bus, & executionibus indies ſuper-
ſederi, ob tales fidantias de directo.
Circa quod eſt aduertendum quod
prædicta interualla, ſeu ſuperſedi-
menta † non proceſſerunt, nec po-
90 tuiſſent procedere à ſola oblatione,
& preſtatione fidantiæ de directo;
ſed a propoſitione, & allegatione iu-
ſtarum exceptionum. Quarum ex-
cluſione durante per dictam obſer-
uantiam ex viſceribus iuris elici-
tam diſponitur ſuperſedendum eſſe:
donec durat diſcuſsio, examinatio,
& deciſio dictarum exceptionum,
& totius negocij. Quę dupliciter in
praxim fuerunt deducta, & indies
etiam deducuntur. Primò † quan-
91 do aliquis pignoraretur, ſeu executa-
retur ex prouiſione iudicis ordinarij,
veluti Zalmetinę Cęſarauguſtę, vel
Regię Audientię, & reus compareret

coram iudice pignorante, & offerret fidentiam de directo, ſupplicando quòd in vim talis fidantię ſuperſedeatur, aut ſuperſederi mandetur in tali pignoratione: nihil aliud dicendo, neque allegando, aut etiam vnacū oblatione talis fidantiæ debitum negando, nullas tamen exceptiones proponendo. Et tunc non obſtante † tali fi-
92 dantia de directo, et etiam ſi negetur debitum, per iudicem eſſet procedendum, et mandandum procedi ad vlteriora in pignoratione: taliter quod neceſſario ad obtinendum ſuperſedimentum reus tenetur allegare iuſtas, & legitimas exceptiones. Et ſic vis & efficacia obtinendi tale ſuperſedimentum non emanat à ſola fidātia de directo, quę per reum offertur, & pręſtatur, ſed à propoſitione exceptionum, quę vt ſupradixi, etiam in vim iuris ſunt admittendæ, quantumcunque per leges particulares diſponeretur quod inſtrumenta ſint mandanda executioni, ſicut ipſa ſententia iuxta Bart. in l. cum vnus, ff. de auctho. iudic. poſsiden. & idem eſt in Curia Iuſtitiæ Aragonum.

93 Secundo, quod licet quis † pignoretur in vim talis obligationis contētę in charta per quemcunque iudicem ordinarium Regni, aut etiam per Regiam Audientiam ipſe reus ſit pignoratus, tamen comparendo in Curia Iuſtitiæ Aragonum, et ibidem proponendo iuſtas aliquas exceptiones, & dando fidantiam de directo obtinet inhibitionem contra quemcunque iudicem Regni ſic pignorantem, & ſuos quoſcūque executores: Et iſtæ tales † inhibitiones quę à Curia Iuſtitiæ Aragonum emanāt
94 non poſſunt concedi in vim ſolius fidantię de directo. Nam vt ſupra dixi, ſi quis firmaret in Curia Iuſtitiæ Aragonum de directo, negando debitum non poſſet obtinere talem inhibitionem, quia eſſet contra verba formalia iſtius obſeruantiæ, vnde potentia concedendi inhibitiones, quę indies à Curia Iuſtitię Aragonum conceduntur in vim iuris firmę † non proficiſcitur, neque ema-
95 nat ab ipſo firmare de directo. Sed ab ipſo excipere, ſeu proponere, ſeu allegare exceptiones. Verum tamen eſt, quòd ſi quis in Curia Iuſtitię Aragonum compareret, et ibi offerret ſcedulam, & libellum, ſeu propoſitionem exceptionum dicendo, & al-
96 legando quòd ipſe † pignoratur ex mandato Zalmetinę Regię Audientiæ, aut alicuius ordinarij, & quod ipſe ſoluit debitum pro quo pignoratur, & executatur, aut etiam quod debitum eſt preſcriptū, aut quòd inſtrumentum in vim cuius pignoratur eſt falſum, & quod ſic in vim harum exceptionum per eum propoſitarum concedatur ſibi inhibitio, & firma contra dictos iudices pignorantes, inhibendo eos, ne procedant ad vlteriora in pignoratione, donec prędictæ exceptiones ſint diſcuſſę, examinatę, & deciſę ob hoc ſolum non poſſet inhibitio aliqua concedi per Iuſtitiam Aragonum, aut eius Locumtenentem contra talem
97 iudicem pignorantem: niſi † vna cum dicta propoſitione, & allegatione exceptionum reus ipſe offerat fidantiam, ſeu firmet de directo, id eſt de iure in dicta Curia Iuſtitię Aragonum. Quod ab eo emanare conſtat, quia cum ex regula generali, l. vbi cœptum ff. de iudici. Iudicium † debeat finiri vbi cœptum
98 eſt, ipſum iudicium executiuum cœptum per Zalmetinam, ſeu Regiam Audientiam, non poteſt inde extrahi

extrahi per Iuſtitiam Aragonum per
ſolam propoſitionem, & allegationẽ
exceptionum. Et ſic poteſtas extrahẽ
di cognitionem cauſę, & iudicium
iam cęptũ coram iudice pignorante
bene proficiſcitur ab ipſo firmare dę
99 directo † coram Iuſtitia Aragonum,
qui per viam iuris firmę ex legibus
regni concedere poteſt: Et inde con
cedit quãplures ſimiles euocationes.
Et conſequenter plurimum conſide-
rent Domini Locumtenentes veram
intelligentiam huiuſmodi terminorũ
(qui vt plurimum ignorãtur, nedum
à nobis, & iunioribus practicis: ſed
etiam à quãpluribus veteribus igno
rãtia notitiæ vocabulorum) in eo cõ
ſiſtere, quòd ipſum firmare de directo
100 † in curia domini Iuſtitiæ Aragonũ
eſt neceſſarium, ad circunferendam
iuriſdictionem eiuſdem curiæ & ad
cauſandam potentiam euocandi hu-
iuſmodi cauſas ab alijs iudicibus, &
conſiſtorijs. Et quod ipſum allega-
101 re † exceptiones eſt neceſſarium ad
iuſtificandam inhibitionem, quę in
dies conceditur contra Iudicem pig-
noratẽ. Ita quod vnũ eſt neceſſarium
ad iuſtificationẽ iuriſdictionis, aliud
ad iuſtificationem inhibitionis. Et
ſic ex hoc compręhẽditur differentia
an reus pignoratus velit proponere ſu
as exceptiones coram iudice pignorã
102 te: nam tunc poteſt ibidem † coram
tali iudice, etiam non pręſtando fi-
danciam de directo offerre ſcedulam
ſuarum exceptionum. Ex quarum
exceptionum allegatione, ſine obla-
tione aliqua fidantię de directo iudex
ipſe pignorans tenebitur ſuperſede-
re, & mandare ſuis executoribus, ne
procedant ad vlteriora: pro vt ſepiſ-
ſime vidi hoc fieri, et practicari, tam
in Regia Audientia, quam in alijs in
ferioribus tribunalibus Regni.

Aut vero tales exceptiones velit
proponere in Curia Iuſtitię Aragonũ,
103 † nam tunc, vt per talem curiam poſ
ſit concedi talis inhibitio, & manda-
ri quod in talibus pignorationibus, et
executionibus ſuperſedeatur † requi-
ritur quòd firmetur de directo in di-
cta Curia: cũ alias Iuſtitia Aragonũ,
& ſui Locumtenentes non haberent
iuriſdictionem euocandi, & extrahen
104 di cauſam iam cœptam † coram alio
quocũque iudice. In his enim iudicijs
ſummarijs, et executiuis eſt dabilis in
ſtantia: Et ſic vertitur, & incipit inſtã
tia, & iudicium coram ipſo iudice de
cernente, & mandante fieri tales pig
norationes, Caſtr. dict. conſ. 87. lib. 1.
Socin. conſ. 255. de ſuper allegat. Dec.
conſ. 96. et alibi DD. tractantes de
iſta executione inſtrumentorum. Ita
vt cœpto iudicio, & inſtantia coram
vno iudice non eſſet euocabilis cauſa
per Iuſtitiam Aragonum, nec ad hoc
105 haberet iuriſdictionem, niſi † firman
do de iure coram eo. Per quam viam
cauſę trahuntur ad ipſam Curiam di
uerſis vijs: Et ſignanter iſtę cauſę ſum
marię executiuę. Et in hoc conſiſtit
medulla, et radix eorum quę indies,
et tam frequenter (quo nihil frequen
106 tius) traduntur per manus, quòd in
vim iuris firmę habetur † recurſus ad
Iuſtitiam Aragonum: ita vt firma in
omni caſu locum habeat. Nam licet
ipſum firmare de iure tribuat iuriſdi-
ctionẽ pręfatę Curię Iuſtitię Arago-
num, tamen ad potentiam, ſeu iuſtifi
cationẽ inhibitionis inde obtinendę
ad impediẽdas has pignorationes nõ
ſufficit ipſũ firmare de directo: ſed re
quiritur allegatio iuſtarũ exceptionũ.

Deinde circa predicta, & declara-
tionẽ verborũ dictę obſeruãtię, dũ in
ea dicitur quòd vbi mãdatur fieri exe
cutio, ſeu pignoratio in vim obligatio
nis cõtẽtę in inſtrumẽto, poter fidãtiã
de directo nõ ſũt relinquẽda pignora

107 penes ipſum debitorem: ex eo quod † in debito manifeſto non recipitur fidantia de directo in Regno. Nam licet hæc videatur quędam ratio nata, & orta à noſtra diſpoſitione forali, nihilominus tamen veram rationem huiuſmodi rationis aſsignando ante ędítionem noſtrorum fororum eam tradit, l.ſi pecunia §.fin.ff.vt in poſſeſsio. legat. cuius textus deciſionem declarans ibi Bart. & in l. ſi fideiuſſor.§. fin. ff. qui ſatisda. cogan. et clarius ibi Paul. et poſt cum reliqui, dicunt ab eo procedere, quòd ſicut quando quis eſt condemnatus †
108 per ſententiam iudicis, ad impediendam pignorationem, et executionẽ inde procedentem nõ admittitur ad ſatisdandum, ſeu dandum (vt nos dicimus) fidãtiã de directo, ex eo quod per talem ſatiſdationem, ſeu fidantiã
109 condemnatus † ad ſoluendũ non cenſetur ſoluere: Et ſic non cenſetur ſatisfacere cauſę ob quam proceditur ad pignorationem ſuorum bonorũ. Sic neque etiam quando proceditur ad pignorationem bonorum debitoris in vim inſtrumenti habentis executionem paratam, quod habet vim ſententię legalis: Bart. in l. cum vnus ff. de bon. author. iudici. poſsi. non
110 erit admittendus ipſe debitor, ſi † ſatisdare velit: Et per talem ſatisdationem impedire proceſſum, & progreſſum talis pignorationis. Quia cùm etiam hoc caſu in quo tractatur de ſententia legis tribuentis executionẽ paratam ipſi inſtrumento, pignorationes fiãt, vt debitor ſoluat, cùm per talem ſatisdationem, & fidantiã non
111 ſoluat † non erit admittendus: cùm non ſatisfaciat cauſæ propter quam pignorationes fiant, vt traditur in l. 4. §. ex conuentione, ff. de re iudicat, & in l. item liberatur. §. 1. ff. quib. modis pign. vel hypoteca ſoluit. Et in hoc conſiſtit ratio fundamentalis †
112 omnium fororum dicentium quòd in caſu manifeſto non habet locum iuris fidantia, ſeu iuris firma: Iuſtè cẽſendo quòd vbi res eſt manifeſta ſatisdatio quę præſtatur ad ſecuritatẽ non debet recipi, cùm per eam non conſulatur, nec ſatisfiat cauſæ, quæ ad executionem trahitur in vim caſus manifeſti, vt declarant DD. ſupra dicti in locis allegatis.

Item id quod dixi quod ad obtinẽdam inhibitionẽ à curia Iuſtitiæ Aragonum ne procedatur ad faciendam pignorationem, ſeu ad eam perficiendam ſit pręſtanda fidantia de directo in dicta Curia, intelligendum
113 eſt † quando tractatur de pignorationibus, quę fiunt ex mandato, & prouiſione aliorum iudicum, vt iudicum ordinariorum, ſeu Regiæ Audientiæ. Quia tunc, cum inibi iam fuerit cœptum iudicium, ad euocandum dictam cauſam, & extrahendum eam à dictis iudicibus, neceſſarium eſt firmare de directo in dicta Curia Iuſtitiæ Aragonum. Sed quando
114 ageretur de pignoratione, † & executione procedente ex mandato, & prouiſione eiuſdem Curię Iuſtitię Aragonum, tunc ad impediendum proceſſum, & progreſſum dictę pignorationis, & obtinendum ſuperſedimentum in ea, reus ipſe, qui pignoratur comparendo in dicta Curia, & ibi dando ſcedulam exceptionum abſque aliqua fidantia de directo poſſet petere, & obtinere inhibitionem directam executoribus, ne procedãt vlterius in dicta pignoratione donec, & quouſq; ſit cognitum de talibus exceptionibus, & ſuper eis fuerit prolata ſentẽtia. Hoc enim ita fieri poterit in Curia Iuſtitiæ Aragonum, ſicut in alijs quibuſuis Curijs. Sicut ſupra-
115 dixi † ex eadem met ratione.

Quod

Quòd cùm iam cauſa ſit cępta in dicta Curia, & conſequenter iudices dictę Curiæ iam habebant iuriſdictionem ſuper tota cauſa, non eſt neceſſaria illa pręſtatio fideiuſſoris, ſeu fidātia de directo, quę ſolùm ad circūferendam iuriſdictionem neceſſaria erat. Et hoc ſentiunt imò diſponunt, tam forus de cenſualibus Turoli, quā forus de executione charte comandę. Et occaſio principalis (vti exiſtimo) † vt plurimum, & frequentiſsimè recurrendi ad obtinendum, & prę-
116 ſentandū has iuris firmas quę indies emanant à curia Iuſtitię Aragonum, etiam in pignorationibūs, & executionibus, quæ procedūt in eadem curia, & etiam ad impediendas pignorationes, & executiones, quę fiunt per alios Iudices fuit, quòd in cognitione
117 talium exceptionum † quam in regno & in noſtra lingua vulgariter dicimus receptionem aut repulſionem iuris firmę, et ſic in iſto proceſſu ſummario inchoato per hanc viam fuit ſtatutus certus, & determinatus modus procedendi cùm pręciſa aſsignatione, & prefictione terminorum peremptoriorū. Quę forma non reperitur ſtatuta quando proceditur aliàs: cùm multoties prolongētur termini, & proceſſus ille ſūmarius, & executiuus nunquam finiretur, ſeu ſaltèm multū retardaretur. Ad hęc quòd quā do iſtę † inhibitiones de non procedē-
118 do ad vlteriora in pignoratione emanant, & procedunt à curia Iuſtitię Aragonum per viam iuris firmę multo magis obſeruantur, venerantur atq; timentur: Cùm grauioribus pœnis ſoleant puniri fractores iſtarum inhibitionum, quę emanant in vim iuris firmę, quàm aliarum inhibitionum. †
119 Ac etiam obſeruantia & obtemperātia iſtarum firmarum, ſeu inhibitionum inde procedentium habeatur pro vna ex maioribus libertatibus Regni. Et ad acuſandum eos, qui eas fragunt procedatur, nedum per partem cuius principaliter intereſt, ſed etiam per Diputatos Regni.

Quarta concluſio erit quòd licet contra inſtrumenta habentia executionem paratam regulariter exceptiones admittantur, & ad earum allegationem modis predictis procedatur, & vt plurimum recurratur ad Curiam Iuſtitię Aragonum, ibi firmando de directo, & exceptiones allegando, & proponendo (vt ſuperius fuit dictum) atque etiam pro regula tradatur in foris, & legibus pręſentis Regni quòd iuris firma in omni caſu locum habeat: Nihilominus ta-
120 men † in pleriſque caſibus, & diſpoſitionibus fororum cautum eſt quod iuris firma non impediat executionem, pro vt plures ex eis citantur per Molin. verbo firma: Et in terminis in materia pignorationum hoc apparet in foro de cenſualibus Turoli, & in foro de executione commandę, & in foro de arbitris: & contra debitores vniuerſitatum, et in albaranis mercatorum, & aliquibus alijs caſibus in foris expreſsis. Et per leges, & ſtatuta
121 † terrarum ſtatui, & ordinari quod exceptiones contra tales executiones, & pignorationes opponi non poſſint, nec allegari tradunt Canoniſtę, Fęlin. et Decius in cap. ex parte 2. vbi Decius colu. 3. verſ. Sed conſiderandus eſt de officio delegat. Aymon. conſ. 201. num. 38. 211. conſ. 231. vbi alios allegat vide Ruin. conſ. 97. lib. 2. & 78. lib. 4. Quę opinio eſt receptiſſima omnium conſenſu. Verum eſt quòd non obſtante quacunque gene-
122 ralitate verborum tollente † omnes exceptiones reperiuntur in iure quā plures exceptiones adeò ęquitatis, & iuſtitię plenę, vt illę habeant priui-

legium quòd opponi valeant ad im-
pediendam talem executionem: Non
obſtantibus verbis prædictis genera-
libus talium legum, & ſtatutorum.
Et cum iſtę tales exceptiones admit
tantur non obſtante dicta generalita
123 te dicuntur eſſe † exceptiones priui-
legiatę: tanquam mereantur priuile-
gium hoc, quòd ſub illis verbis gene-
ralibus non poſsint cenſeri compre-
henſæ. Et inter alias, & huiuſmodi ex
ceptiones priuilegiatas ponitur illa
exceptio, quæ oritur ex natura rei,
ſeu actus de quo agitur: ſiue etiam ip
ſius contractus Bart. Bald. Roman.
124 Alexand. Anto. de Canario, & alij ci
tati à Decio in cap. ex parte in 10. li-
mitatione de officio delegat. ibi
exempla referens, et declarans. vt tra
dit Paris, conſ. 81. lib. 3. allegans Bart.
in l. 1. §. parui refert, ff. quod vi, aut
clam Alexand. conſ. 95. & 119. lib. 2.
& 77. lib. 3.

Et cum quęlibet prouincia abun-
det ſuo ſenſu, in pręſenti Regno, ex
communi loquēdi vſu omnium, imo
125 & contextura fororum literę, † quæ
conceduntur in vim inſtrumētorum
contra quorum executionem opponi
poſſunt omnes exceptiones, nuncupā
tur literæ pignoratitię. Illę vero quæ
126 conceduntur in vim † inſtrumento-
rum, & ſcripturarum habentium ta-
le priuilegium, quòd contra eorū exe
cutionem non admittantur, nec op-
poni poſsint aliquæ exceptiones, nun
cupantur literę executorię. Et eſt ad-
uertendum ad vnum, quód omnia,
127 quæ ſupradicta fuerunt circa † mo-
dum procedēdi ſuper exceptionibus
proponendis, allegandis, & proſequē-
dis cōtra illas pignorationes, ſeu exe
cutiones, quæ procedunt ab inſtru-
mentis non priuilegiatis, procedent
etiam, & habebunt locum in ipſis in
ſtrumentis priuilegiatis, ſeu exceptio
nibus priuilegiatis, quæ ob earū qua-
litatem naturam, & priuilegium ſunt
admiſsibiles: etiam ſi per legem re-
gulariter ſint prohibitę opponi ex-
128 ceptiones. † Ita quod etiam in obti-
nendis iſtis firmis qriuilegiatis, & po
teſtate recurrendi pro eis ad Curiam
Iuſtitiæ Aragonum procedent alia,
quæ dicta fuerunt in alijs firmis com
munibus, quę in Regno dicuntur vo
landeras.

Huc vſque actum eſt de iuris firmis
titularibus, tam caſualibus, quam cō-
munibus, quas volanderas vocamus.
Sed ſunt aliæ iuris firmę, ſeu inhibi-
tiones in hoc Regno Aragonum à
Curia Iuſtitiæ Aragonum emanatæ,
129 quę poſſeſſorię † dicuntur: quia ſu-
per poſſeſsione emanant, et ad eam
tuendam. & conſeruandam concedū
tur non ſolum per Iuſtitiam Arago-
num (vt dixi:) Sed etiam per quemcū
que iudicem ordinarum Regni per
quos ſolent etiam huiuſmodi inhibi-
tiones concedi petentibus eas. Hęc
autem ſecundum aliquos naſcuntur
ex doctrina Pauli de Caſtro in l. ſu-
per poſſeſsione C. de tranſaction. vbi
quando aliquis eſt in poſſeſsione, ſeu
quaſi alicuius rei, & iuris, & timet
ab aliquo vexari, et moleſtari in ſua
poſſeſsione, & iure ſolet ad iudicem
recurrere, & petere ab eo manutenē
tiam, & defenſionem. Quam conce-
dere ſolet iudex conſtito ſibi de illo
iure ſaltē per duos teſtes. In quo eſt
130 notandum, quòd ſi petatur a iudicè
ordinario, † non eſt firmandum corā
eo: cùm iam ſupplicans ſit de ſua iu-
riſdictione. At quando ſingulares per
ſonę, quę nō ſunt de iuriſdictione Iu-
ſtitię Aragonum petunt ab eodem,
ſeu eius Locumtenentibus huiuſmo-
di iuris firmas, & inhibitiones, tunc
131 debet pręſtari coram eo hęc † cau-
tio de ſtando, et parendo iuri, & iudi-
cato

Digitized by Google

cato ſoluendo. Et hoc vulgariter dicitur firmare de directo. Et per hoc firmare, ſeu ſatis dare de iudicio ſiſti circumfertur, & datur iuriſdictio Iuſtitię Aragonum, & eius Locumtenētibus, qui aliàs eam non habebant in ſingulares Regni: iuxta eius obſeruantiam, niſi in nobiles dominos vaſſallorum, vniuerſitates, & Iuratos. Aduertendo quod in rebus, & iuribus

132 † in quibus non cadit poſſeſsio non eſt dabilis hęc firma, ſeu inhibitio. Vnde cùm de iure ciuili pro iuribus perſonalibus non detur quaſi poſſeſſio, non poſſet ſecundum eos dari iuris firma, ſeu inhibitio. At cùm in Regno deficiente foro ſequamur † ius canonicum, vt in proœmio Regis Iaco

133 bi. Et de iure Canonico pro his præſtationibus perſonalibus detur quaſi poſſeſsio, vt in cap. quærelam de electione: merito dabuntur remedia poſſeſſoria.

Alij autem aliter conſtituunt principium his firmis poſſeſſorijs: Nam dicunt † eas naſci ex his quę tradunt

134 DD. in varijs locis ſpeculat. in tit. de peti. & poſſeſſo. §. 1. prope finem Bal. in l. ordinarij C. de rei vendi. & conſ. 428. lib. 1. Paul. de Caſtr. conſ. 3. lib. 2. quos, et alios plures refert eleganter hoc declarans Carol. Ruin. conſ. 28.

135 in 4. Dicunt iſti, quòd ſicut † multoties dum aliqui contendunt ſuper poſſeſsione, & quiſque prætendit ſe poſſeſſorem, et debere conſeruari in poſſeſsione tanquam talem interim, & dum litigatur ſuper ea, & durante iudicio ſuper poſſeſsione, & nemo vellet aſſumere partes actoris ab alio petendo, imò quilibet conetur facere ſe reum ad finem vtēdi priuilegijs, quos rei habent de iure contra actorē iuxta l. fauorabiliores ff. de regul. iur. §. commodum inſtit. de interdict. & eue niebat inde multoties, vt cùm nullus vellet eſſe actor, ſed omnes reos ſe cōſtituerent ad fugiendum onus probationis, & vt non probante actore abſolueretur quilibet, ſuper hac diſcordia ſolebant partes minus vrbanę venire ad arma, & vt dicit Bald. enſem pro libello offerre, in l. quiſquis C. quorum appellationes non recipiantur Aret. in c. in præſentia de probat. Ruin. d. conſ. 28. n. 4. Qua propter ad vitandum has anguſtias, & vias armorum conſulunt dicti DD. de iure, vt quilibet, qui ſe poſſeſſorem exiſtimabat † pro conſeruāda ſua poſſeſsione

136 recurreret ad iudicem, et eidē exponeret, & probaret ſe poſſidere, ſeu ſaltem eſſe in poſſeſsione: allegando quòd eius aduerſarius vult eum vexare, & moleſtare de facto & petendo à iudicē vt manuteneatur. Quo caſu iudex ſolebat hanc inhibitionem ſuper poſſeſsione concedere: inhibendo aduerſario ne illum moleſtet, vel ſi quas iuſtas cauſas habet contrarium faciēdi, eas deducat. Et ſi tunc aduerſarius cōpareret corā iudice, dicendo ſe poſſeſſorem eſſe, velleq; ſuā poſſeſsionem defendere, & ſic partes actoris fugiēdo conſtituendo ſe reum, tunc dicūt dicti DD. quod ius erat in armis, quia per comparitionem † inhibiti erat re

137 ſoluta inhibitio in citationem: In vim clauſulæ, & ſi quas cauſas obſeruan. 1. de citatione. Et tali caſu ſecundum Abbatem, & alios in cap. 1. de lite pēdente deſipit qui poſſeſsionem deſerit. Ideo tunc iudex videns quòd nemo vellet eſſe actor, neq; aduerſariū citare, ad remouendum ſcandala, & tollendū occaſionē veniendi ad arma iuxta l. ęquiſſimum de vſufruct. poterat, & debebat inhibire litigantibus, ne poſſeſsionem ingrederentur quouſq; quiſq; ſummariè eū informaret, ſiue actor, ſiue reus eſſet. Et interim

138 dum hęc informatio non fiebat † ſeque-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITT. EM. II

queſtrabat iudex penes ſe rem litigioſam nomine curię. Et facta poſtea informatione ſuper iure poſſeſſoris, eam poſſeſſori reſtituebat, vt eam teneret quouſq; ſententia in plenario poſſeſſorio, & interdicto vti poſidetis ferretur.

Hic igitur modus procededi ſatis prolixe traditus à ſupradictis auctoribus ſeruabatur de iure ciuili inter contendentes ſuper poſſeſsione alicuius rei.
141 Qui † ordo ad vnguem ſeruabatur in Aragonia, in terminis fori ad noſtrũ de apprehẽſionibus. Qui forus de verbo ad verbum fuit deſſumptus ex doctrina DD. ſupra citatorum. Qui forus alteratus eſt per alios foros de apprehenſionibus, ſecundum quem modum procedendi fuit in hoc Regno amplius ſtatutum, quod is qui prętẽdit ſe poſsidere, & petit a Iudice inhiberi aduerſario, ne eum turbet in ſua poſſeſsione ſe reum conſtituendo, & nomen actoris onúſque probandi in aduerſariũ transferẽdo: fuit inquã
142 ſtatutum, vt iſte talis † debeat firmare de directo, ſeu de iure ſuper dicta poſſeſsione corã iudice inhibẽte. Qui modus loquendi licet videatur Arabicus, non tamen eſt niſi Latinus, & Romanus quia nihil aliud eſt quam quędam ſatiſdatio, & fideiuſsio, quã offert reus de iudicio ſiſti, & iudicato ſoluendo: pro vt declarat Bart. in l. 1. ff. iudicat. ſolui & ibi Paul. Ange. & alij. Quod onus † fideiuſsionis pro-
143 prie reorum eſt: quia actor non tenetur prętare hanc ſatiſdationẽ de iudicato ſoluendo niſi ſolũ reus. Et ſic in Regno noſtro ex hac pręſtatione fideiuſsionis declaratur, & datur intelligi quód is, qui eam offert eſt reus, & non actor: et ita iudex concedit ei tanquam reo manutentionem, inhibitionem inhibendo alteri, ne eum turbet, & vexet in ſua poſſeſsione.

Verum ſi poſtea aduerſarius, cui in
144 hibitio eſt præſentata compareat coram iudice inhibente, narrando eidẽ ſe poſſeſſorem, & ſic reum, & non actorem eſſe, & vt talis firmando etiã de ſtando, & parendo iuri, & de iudicato ſoluendo, tunc namq; (pro vt ſupra de iure dicebamus) ius eſt in armis: quia inhibitio prima eſt conuerſa in citationem per comparitionem inhibiti in vim clauſulę, vel ſi quas cauſas, obſeruantia prima de citatione. Tunc iudex cum in ſuſpenſo ſit eius animus, nec de certo ſciat, quis poſsideat, quis non poſsideat, quis actor, quis ve reus ſit, quod ſibi in via iudicij adhuc cõſtare non poteſt, ideo dubius debet id facere quod ſibi conſulunt ſupradicti DD. de obſeruantia Regni: vt ſcilicet rem, & poſſeſsionẽ litigioſam † penes curiam ſuã ſeque-
145 ſtret, & detineat, vel penes tertium nomine curiæ ad vitanda ſcandala, iuxta l. æquiſsimum ff. de vſufruct. Et hoc eſt quod dicit dicta obſeruantia
146 item nota de fideiuſſo, quod pendente iſto iudicio † iuris firmarũ nullus ex litigantibus poteſt accuſari de fractione inhibitionis iudicis: quia cum iam inhibitio non habeat effectum inhibitionis, nec arctet comparentẽ inhibito, (vt ſupra dixi) merito non dicetur frangi inhibitio.

Veruntamen ſi iſtę inhibitus comparerer coram iudice inhibente poſt inhibitionem ſibi preſentatam, aſſerẽdo ſe poſſeſſorem, & ſuper hoc offerendo ſcedulam rationum, ſi tamen
147 iſte ſimul cũ dicta ſcedula † nõ offerret fidãtiam, ſeu ſatiſdationem de iudicio ſiſti, & iudicato ſoluendo certè iſte talis diceretur tunc exercere officium actoris, & non rei nõ præſtãdo eam fidantiam, quam rei præſtare ſolent: Et per cõſequens aduerſarius, qui obtinuit inhibitionẽ remaneret

reus,

reus,& poſſeſor,& inhibitio ſuis viribus ſubſiſteret. Et per conſequens iſte
148 † inhibitus non poſſet alium in poſſeſsione turbare, nec ſuam poſſeſsionē, ſi quam haberet continuare: taliter quod ſi ſecus faceret, poſſet † tamquā fractor inhibitionis accuſari. Et hoc
149 eſt quod diſponitur in obſeruantia itē nota cum duabus ſequentibus: & reperitur etiam diſpoſitum in foro ad ſtrum de apprehenſionibus. Ex quo deducitur quòd tota cauſa & lis poſſeſſoria quę hac via ducitur, & intentatur ſolet terminari, & decidi per hos libellos, & ſcedulas in quibus poſſeſsio articulatur & narratur, quas ſcedulas in regno iuris firmas, vel propoſitiones iuris firmarū appellare ſolemus, licet † alij ſint modi in regno
150 deducendi & decidēdi cauſam poſſeſſoriam: vt per proceſſum apprehenſionis licet videre. Qui tamen modi omnes licèt in aliquo differant velut in modo inchoandi eos: tamen ſi id bene conſideretur non differunt. Nā in omnibus fit partibus inhibitio ſuo modo. In omnibus res ſequeſtratur, & melius probanti ſe eſſe in poſſeſsione res traditur. Et poſtea diſcutitur plenarium poſſeſſorium, & poſt illud proprietatis Iudicium.

Iam igitur ad obtinendam hanc inhibitionem, hāc iuris firmam ex cōmuni omnium ſentētia oportet quòd
151 ſupplicans, & † eam petens offerat iudici libellum, quem iuris firmam appellamus in quo narret, & expreſſe articulet poſſeſsionem, quam allegat propriam exprimendo quomodo poſſideat. Quia fundamentum huius remedij, huius firmę poſſeſſorię, huius pręſidij conſiſtit in exprimendo, & allegando poſseſsionem eamque probando. Et ſimul cum oblatione illius debet firmare de iudicio ſiſti & iudicato ſoluendo. Quare ſi poſſeſsio non
152 allegaretur † ceſſaret fundamentum, & humidū radicale ſuper quo fundatur inhibitio hęc, quam iudex concedit: idque probatur in dicta obſeruantia. Item nota de fideiuſſor. *ibi ſi vnus dicit ſe eſſe in poſſeſsione alicuius rei, & firmauerit de directo ſuper ſua poſſeſsione*, quę verba clariſsimè demonſtrant quòd firmans tenetur poſſeſsionem allegare in ſuo libelo expreſſè & amplius firmare de iudicio ſiſti, & iudicato ſoluendo. Idq. omne pręſupponitur, & deciditur in foro ad noſtrum de apprehenſionib. in illis verbis *quod quando partes contendunt in iudicio poſſeſſorio ſuper caſtris, villis, iuriſdictionibus, campis, ſeu alijs iuribus. vſu de paſcendi, aut alijs, quę partes affirmant habere, & ſe in eorum poſſeſsione exiſtere*, quę verba ad oculum ſignificat quod in his libellis, & propoſitionibus iuris firmatum oblatis ſuper iudicio poſſeſ-
153 ſorio retinendę poſſeſsionis, † eſt neceſſarium in ſpecie poſſeſsionē firmātis allegare. Imo dicta eadem verba videntur requirere actualem & realē poſſeſsionem: quaſi quod non ſufficit ait inſtrumentalis. Quod ita verum eſt † ſi alius in poſſeſsione exiſtat: a-
154 liàs autem alio non exiſtente in poſſeſsione ſufficeret inſtrumentalis de iure. Et in Regno a fortiori vbi per inſtrumentum transfertur dominium, & etiam poſſeſsio vera, & naturalis ſi id dicatur. Et tā germanū eſt omne id quod ſupra diximus his, quę a DD. traduntur, vt dicendum ſit totum id
155 quod in dictis obſeruantijs continetur † eſſe illud idem, quod de iure tradunt Bartol. in l. 1. §. interdictum num. 5. ff. vti poſsidet. & in l. 1. nu. 7. C. eod. Felin. alios allegans in c. licet canonum num. 11. de probationi. Et ita ponens modum libellandi tradit Angel. in §. quadrupli, nu. 48. inſtit. de action. Pet. de Ferrara in forma

libel.

libel.pro turbat.poſſeſ.Rebuf.in con
ſtit.Galliç,tõ.3.tit.de materijs poſſeſ-
ſor.art.1.glo.1.n.6.vbi dicit,*quod Sai-
cito et exiſtenti in poſſeſſione datur hoc
remediũ,nõ vero ſpoliato.* Et ita debet al
legari poſſeſsio in libello.Eſt vidẽdus
inter alios Barthol.Soc. cõſ. 95.lib.3.
vbi dicit allegationẽ poſſeſsionis ita
neceſſariã eſſe, vt ſine tali allegatio-
ne, & fundamento libellus omnino
corruat,Couarr.in practi.quęſt. cap.
19.vbi late,& bene.

Et licet hoc ſecundum principium
iurisfirmarũ,quòd DD.ſupradicti tra
dunt verũ appareat,tamen quia com
prehendit tota telã, & totum proceſ-
ſum cauſę poſſeſſorię de introitu vſq;
ad exitũ,& iuris firma ſolùm reſpiciat
ingreſſũ iudicij poſſeſſorij:ideo ample
cti debẽt principiũ,& origo iurisfirma
rũ deſũptũ ex doctrina Paul. de Caſ
tr. in l.ſuper poſſeſsiõe C. de trãſact.

Ex omnibus his reſultat, quòd re-
mediũ iuris firmarũ eſt † quoddã re-
mediũ pręſeruatiuũ non curatiuũ. Et
159 quod per illud ſolum prętenditur, ne
quis turbetur in ſua poſſeſsione mole
ſtetur, & grauetur, et ſeu in alijs iuri-
bus, quæ quaſi poſsidet. Et ſimiliter,
ne executetur † in caſibus nõ permiſ
160 ſis, nõ autẽ dabitur firma ad hoc, vt
aliquid nobis fiat,aut detur: quia hoc
quod eſt petere, & exigere actorũ eſt
nõ reorũ.Ex quo infertur quod huiuſ
modi iuris firmę, ſiue † titulares, ſiuę
poſſeſſorię ſint, ſemper debent conci-
pi per verba negatiua,veluti inhiberi
tali,& tali ne me turbent, vexent, &
moleſtẽt in poſſeſsione in qua exiſto,
vel ne cõtra pactũ contra forũ,vel cõ
tra aliquam iuſtã exceptionẽ proce-
dat ad me capiendũ, executandũ, et
pignorandũ.Ex his ſubinfertur quòd
ſi quis peteret firmã ad id ne ei ingre
dienti † poſſeſsionẽ alicuius fundi fie
161 ret vis,et reſiſtentia, talis firma dari
non poſſet: quia licet cõcepta ſit per
verba negatiua,tamẽ illa verba inclu
ſam habẽt affirmatiuã; quaſi dicerẽt
inhiberi Petro, vt mihi. poſſeſsionẽ
tradat.Nam paria ſunt aliquẽ in poſ-
ſeſsionẽ mittere, vel ei ingrediẽti non
reſiſtere. Vnde dicit tex. in l. pęnult.
§.ſpecies de acquiren.poſſeſsio.quòd
eſt ſpecies mittẽdi † in poſſeſsionẽ pro
hibere vim fieri ingrediẽti.Vnde non
ſolũ firma eſt cõcipienda per verba
negatiua, ſed amplius debet dari ad
162 cõſeruationẽ illius iuris quòd iã † ha-
bemus,ſiue per nos,ſiue per alios: ve-
luti quotiescũq; aliqua vniuerſitas ſub
nomine vniuerſitatis eſt in poſſeſsio-
ne alicuius rei,tũc quilibet de vniuer
ſitate poteſt petere firmã, ne tanquã
ciuis turbetur in illo iure, et poſſeſsio
ne.Idẽ dic de quocunq; collegio, ſeu
corpore mixtico:et etiã quãdo poſſeſ
ſor alicuius dignitatis vult petere hoc
remediũ firmę ad cõſeruandã poſſeſ
sionẽ rerũ beneficij. Nã oſtẽſo titulo
dabitur ſibi hæc firma poſſeſsoria:
quia cũ dignitas poſsideat illa bona
poſſeſsio illa proderit beneficiato.Et
idẽ dic de nobilibus,militibus,et infã
tionibus, qui licet poſſeſsionẽ nõ ha-
buerint aliquã obtinebũt tamẽ firmã,
et remedia poſſeſſoria † pro omnibus
iuribus,quę cõpetũt nobilibus, militi
bus,et infãtionibus: et ſeu quę verius
loquẽdo poſsidet ipſa nobilitas,et mi
litia. Et quia ad intellectũ eorũ quæ
diffuſe inferius tractãda ſunt hęc ſuf-
ficere vidẽtur. his amplius nõ insiſto
referens me ad ea, quę ibi dicentur.
Et hęc pro inſtructione ſufficiant.

SVMMA EORVM, QVÆ IN
cap.1. §.1.continentur.

1 *Iuſtitia Regis pax eſt populorum, tuta-
men patriæ, & immunitas plebis.*
2 *Iuſtitia regnantis vtilior eſt ſubditis,
quam fertilitas temporis.*
3 *Iuſtitiam colere,ac ius ſuum vnicui-
que ſeruare ſummum bonum eſt.*
4 *Aragonenſes non latitudinẽ imperij,*

non

Digitized by Google

non vires non fortitudinem, ſed ſolum iuſtititiæ cultum ſibi ſtatuerunt.

5. *Aragonenſes per ſuos legatos Adrianum conſuluerunt, ac etiam Longobardos, quem ſibi modum ad diuturnitatem Imperij magis aptum ſtatuendum eſſe decernerent.*

6. *Reſponſum Adriani, ac Longobardorum referente Hieronymo de Blancas explanatur, & ſequitur.*

7. *Ennecus de Ariſta alias Garzi Ximenez ab Aragonenſibus iuxta præcedens Conſilium in Regem eligitur.*

8. *Aragonenſes ante Regis creationem cum eo pacta inierunt, eius poteſtatē conditionantes, ac cum eo ſimul leges condiderunt.*

9. *Aragonenſes lege lata de Conſilio Otonis & Felicis iudicem medium, qui iuſtitia Aragonum nuncupatur vt num. 12. inter eos, & Regem Sanctiſsime elegerunt: & ibi verba legis referuntur.*

10. *Ioannes Ximenez Cerdan dum in ſua litera conſultatoria docet, quod prius fuit facta electio iuſtitiæ Arago. quam Regis, reprehenditur, & num. 14.*

11. *Gaubertus c. 1. fol. 3. col. 1. ad propoſitum accurate explicatur.*

13. *Facultas condendi leges penes Regē, & Regnum remanſit.*

15. *Enneci de Ariſta priuilegium, ſiue lex Aragonenſibus tradita refertur.*

16. *Reges leges obſeruare, ac libertates tueri ſub iuriſiurandi religione premebantur.*

17. *Pactum factum a domino vaſſallis, etiam cum iuramento eis non prodeſt: & ibi ratio traditur; & limita quando pactum ſit in limine vaſſallagij, vt num. 18. & 19.*

20. *Officium iuſtitiæ Aragonum eſt cognoſcere de omnibus factis tangentibus dominum Regem, tam pro, quam contra: & vt iudex medius iniurias propulſare.*

21. *Officium iuſtitiæ Aragonum ad conſeruandos foros, ac libertates introductum fuit.*

22. *Regnum quod maiori iuſticia gubernatur, plus duraturum eſſe Aragonenſes exiſtimarunt.*

23. *Theopompi Regis Spartanorum refertur exemplum, qui duos ſibi probos viros ad iura reddendum aſsociauit.*

24. *Iudex non dicitur is in quo iuſtitia non eſt.*

25. *Iuſtitiæ Aragonum quare iuſticia, & non iudex Aragonum appelletur explicatur.*

26. *Iuſticiæ Aragonum per leges Regni magna eſt attributa poteſtas, iuriſdictio, & honor indies que auctus reperitur.*

27. *Ad officium iuſticiæ Arago. nullus vnquam promotus fuit niſi, qui, vel miles, aut infantio notorius eſſet, & num. 28. & limita nu. 29.*

30. *Magiſtratus iuſticiæ Aragonum nō ſolum a naturalibus, ſed ab exteris maior, & excellentior omnibus de mundo nuncupatur.*

31. *Iuſticia Aragonum iurat ſeruare foros, ac libertates, ſicut & cęteri officiales.*

32. *Aragonenſes, & effectum, & ſubſtantia rerum non verba tantum, & nomina conſiderarunt.*

33. *Verba legis amplecti, & contra eius mentem, venire, non eſt legem ſeruare.*

34. *Rex, aut alij officiales ſi faciant aliquid contra forum, an detur recurſus ad eoſdem, vt facta reuocent, an vero ad iuſticiam Aragonum ſolum, late diſputatur. & num. 35. 36. & 37.*

38. *A ſententia lata per iuſtitiam Arago. ſuper iuris firmis grauaminū factorum nullus datur recurſus.*

39. *Iuſtitia Aragonū ante annū 1461. Locumtenentes reuocabiles ad nutum*

creare conſueuit: & nihilominus mul ta eo tempore priuatiue ad iuſtitiam pertinebant. num. 40. & 41.

42. *Officium Iuſtitię Aragonum, & locumtenentium, non ſolum natura ſed, & qualitate differunt.*

43. *Locumtenens iuſtitiæ nõ poteſt facere ea, quę priuatiue iuſtitia competunt: & ibi de intellectu fori certũ, et fori, los lugares tenientes de officio Iuſti. Arago.*

44. *Iuſtitiatus priuilegia, in famulos, et familiares minime deriuantur: et ibi bonum exemplar recenſetur.*

CAP. I. VBI DE OFFICIO,

ET ORIGINE MAGISTRATVS IVSTITIÆ ARAgonum agitur, & diſcutitur: quid ſit, & quare ſic nominatur à quo tempore illius iuriſdictio creata, & adinuenta fuerit, ac de poteſtate, & etiã qualitate officij: & an debeat Iuſtitia Aragonum eſſe miles, ricus homo meſnadarius infantio, vel plebeius.

§. 1.

VNIVERSÆ orbis Monarchię, quę Imperij diuturnitatem, ac Regni ſtabilitatem optauerunt, cultum Iuſtitię veluti ſcopum, & obiectum, ac Cardines ſui orbis ſtatuerunt ſibi: exemplo Numę Pompilij, qui hæc ſuę reipublicæ fundamenta adiecit. Idq; non immerito; ſi ſingulares, ac diuinas huius virtutis iuſtitię ſcilicet dotes memoria repetamus. Nam ſecundum Cyprianum in libro de duodecim abuſionibus, iuſtitia Regis † eſt pax populorum, tu

1. tamen Patrię, immunitas plebis, nutrimentum gentis, gaudium hominum. Vnde Eſayas cap. 32. & 54. opus iuſtitię pax, & cultus iuſtitię, ſilentium, & ſecuritas vſq; in ſempiternum: & ſedebit populus meus in pulchritudine pacis, & in tabernaculis fiducię, & in requie opulenta, & Pſalmiſta Pſalmo 71. orietur in diebus eius iuſtitia, & abundabit pax. Et Pſalmo 84. iuſtitia, & pax oſculatę ſunt. Eàq. remota quid aliud ſunt regna quàm latrocinia; ſecundum Auguſtinnm lib. 4. de Ciuitate Dei & ideo dicit Ariſtoteles ad Alexan-

2. drum iuſtitia regnantis † vtilior eſt ſubiectis quàm fertilitas temporis, opus namq; iuſtitię pax, & cultus iuſtitię ſilentium, & ſecuritas vt ſupra. Tanta enim eſt vis iuſtitiæ, vt nec illi, qui in maleficio & ſcelere paſcuntur ſine vlla eius particula viuere poſsint. Nam & Princeps, latronũ niſi æqualiter prędam diſpartiat, aut interficietur à ſocijs, aut relinquetur refert Tullius lib. 1. de officijs. Vnde

3. hanc virtutem † colere, ac vnicuiq; ſua iura ſeruare ſummum bonum eſt, c. cum deuotiſsimam 12. q. 2. Nam initium vię bonę eſt facere iuſtititiã, & accepta apud Deum magis quàm immolare hoſtiam dicitur *Prouerbiorum capite 16*. Vnde iuſtiſsimè iuſtitia Regina virtutum eſt: ſine qua reliquę virtutes non lucent, nec perfectionem capiunt. Et ſic Plato lib. 1. de republica dixit quòd iniuſtitia ſeditiones, inimicitias, contentioneſq. pa-

rit:

tit : iuſtitia vero concordiam , &
amicitiam. Qua propter Reſpubli-
ca Romanorũ tandiu populoſa, & diu
turna ſedit : referente Auguſtino de
Ciuitate Dei ; dum aliæ reſpublicę,
quæ vel fortitudinem vel tyrãnidem
vel alium ſcopum reſpexerunt facile
in ruinam deuenerunt.

His ducti pauci illi Aragonenſes
reliquiæ Gotthorum qui ab imma-
nitate Africana, fugientes in generali
totius Hiſpanię excidio circa annum.
715. Seſe in profundiſſimas, ac oc
cultas ſpeluncas montis Peryneí con
tulerunt. Hęc poſtea ſolum obiectum,
& ſcopum † nõ latitudinem Imperij,
4. non vires, non fortitudinem ſibi ſta-
tuerunt, ſed ſolum iuſtitiæ cultum,
in eo Cardines ſuæ futuræ reipubli-
cę fortunatiſsimę ſtatuendo. Nam
cum hi communi voto, ac maturo cõ
ſilio de creando Rege, & transferen-
do in eum Imperio agerent : ex quo
illa alia reipublicę gerendę ratio (qua
vſq. ad id tempus vſi fuerunt) per ſe-
niores, & primarios duodecim viros
electos premente poſtea tanto Ara-
bum, & Africanorum incurſu ſtabi-
lis diu nec firma, & permanſura vide
batur. Multis orationibus, ac preci-
bus non ſolum ſuis, ſed & duorum fra
trum militum Otonis & Fęlicis (qui
relicto natali ſolo Cæſarauguſtano
ſeſe in ſpeluncam vbi nunc eſt mo-
naſterium Sancti Ioannis de Pinna ad
Perynęos Montes contulerat, ibiq; ora-
tionibus, & ieiunijs Deo ſolum vac-
cabant) pręcedentibus, vt & Hiſto-
ria fratris Gauberti enarrat in c. 1.
Et apud dictum Monaſterium multa
id teſtantur antiqua documenta , &
memoriæ † per ſuos legatos, & nun-
5. tios referente Hieronymo de Blan-
cas in Cõmentarijs pagina 24. con-
ſuluerunt Adrianum 2. Pontificem
Maximum, ac etiam Longobardos,
quem ſcilicet modũ ad diuturnitatem
Imperij magis aptum ſtatuẽdum eſ-
ſe decernerent : à quibus ſequens reſ-
ponſum habuiſſe fertur ab eodẽ Hie-
ronymo de Blancas.

Vt ſcilicet certo iure † ac legibus
6. pręſtitutis , pręuiaq. iurandi religio-
ne precautis, vnum ſibi Regem præfi-
cerent. Peregrinum vero dominium
repudiarent, iſq. qui ab eis rex coop-
taretur caueront , neue ex ſuperiori-
bus neue ex inferioribus eſſet , ne ſi
ſuperior inferiores premeret, neue ſi
inferior à ſuperioribus deſideretur.
Optimum ſanè conſilium ad eligen-
dos hodie magiſtratus medios. Huic
autem conſilio, & reſponſo acquieſ-
centes noſtri maiores legem de Re-
ge eligendo condiderunt. Qua facta
elegerunt in Regem ſuum, Enecchum
7. de Ariſta † aliàs ſecundum Chroni-
cam Aragonum vocatum Garci Xi-
menez ſanguine Regio Gotthum : vt
refert Gaubertus vbi ſuprà cap. 1. co-
lum. 9. in fine, quem ſequuntur Mo-
lin. in verbo libertates Regni verſi.
libertatum Aragonenſium , Curi-
ta lib. 1. Annal. c. 5. col. 5. fol. 9. Blan-
cas vbi ſupra. pagi. 27. in fin. Sed quia
nihilominus dulcedine libertatis cap
ti maiores illi noſtri vnius ſe ſubijci
Imperio formidabant, quoniam pro
venturam inde timebant ſeruitutem,
& ne Regum arbitria quemadmodũ
in alijs Prouincijs, apud eos etiã pro
legibus futura eſſent. Ideo ante Regis
creationem pactione † cum eo inita,
8. & conditionantes poteſtatem Regiã
pro vt refert Molin. vbi ſupra in ver
bo et conditionarunt , leges condi-
derunt talibus modis, ac pactis pręſti
tutis in eis, vt huic incommodo me-
derentur. Nam vltra alias libertates,
etiam ſibi reſeruarunt veluti de eligen
do ſibi alium Regem quando Rex
electus, & ſui ſucceſſores non rege-

arent, iuxta foros datos, & dandos, vt refert Molin. vbi ſupra vnã legẽ prudentiſsimam, ac ſanctam tulerunt, de conſilio illorum fratrum Otonis, & Fœlicis, ac aliorum omnium Aragonenſium de eligendo † ſibi vnum iu-
9. dicem medium, qui ius diceret in cauſis tangentibus Regem, & Regnum idq; ſub verbis, quæ ſequuntur. *Lex Regni. Ne quid autem damni, detrimentiue leges, aut libertates noſtræ patiantur iudex quidam medius adeſto, ad quem à rege prouocare ſi aliquem læſerit, iniuriaſq; arcere ſi quas forſan Reipublicæ intulerit, ius fasq. Eſto.* Hæc verba illius legis. Hanc autem legem, & reliquas alias leges, quas ad conditionem medium poteſtatem Regis, & ad regimen futuri regni tulerunt, leges ſeu forum Suprarbi nuncuparunt: ſeu Suprarbienſem forum, qua ſi factum in territorio Suprarbi intus Pereneos montes. Et quamuis dicat Ioannes Ximenez Cerdan in ſua litera, quæ poſt obſeruantias reperitur in volumine fororum, col. 7. quod priùs fuit facta electio iuſtitiæ Aragonum quam Regis. † Veritas tamẽ
10. eſt in contrarium, ſecundum Molin. in verſi. Libertatum Aragonenſium vbi dicit quòd in eadem electione Regis, ſiue eodem die elegerunt vnum de ſe ipſis in iuſtitiam Aragoniæ qui eſſet iudex inter Regem, & ſubditos ſuos, ſuper omnibus his, quæ Rex ſiu deret, vel peteret contra eos, vel econtra. Item etiam Gaubertus in ſua Hiſto-
11. ria † E. 1. fol. 5. col. 2. in fine dicens in hæc verba. *Eſcogeron juntamente y de vn golpe miſmo al magnanimo varon D. Garce Ximenez ſiendo Rey, y de ſangre de Reyes Godos venido, y al official que llamaron deſpues Iuſticia de Aragon: para ſer como tercero entre los del Reyno, y ſu Rey; y entre el Rey, y los del Reyno. No que el pudieſſe por ſi miſmo regir, mas ſegun las leyes por el Rey, y por el Reyno ordenadas. Que el poder fazer leyes en el Rey, y Reyno quedo.*
12. In quo vltimo aduerte quòd † poteſtas condendi leges remanſit penes Regem, & Regnum. Nam per aliam legem Suprarbi cautum erat, vt Regi non liceret iura dicere, ſeue magni momenti pertractare, præterquam ſeniorum annuente conſenſu; idq; cauetur in §. item del mero Imperio in priuilegio generali Aragonum. Sed ad materiam redeundo, quòd electio iuſtitiæ Aragonum non fuerit ante electionem Regis, ſed ſimul cum ipſa, vel Paulò poſt ipſam, quando Regum non erat tanta potentia, vt vo-
13. luntati procerum reſiſtere poſſet † tenet ipſe Çurita lib. 1. Annal. c. 5. col. 5. fol. 9. ibi. *Reyno como quier que fueſſe es muy veriſimil, que tuuo ſu origen el Iuſticia de Aragon de los tiempos quando los Reyes eſtauan muy lexos de poder vſurpar la authoridad que tenian las leyes.* Et in tantum vera hæc ſunt, quod imò hanc iuſtitiæ electionem pòſt electionem Regis illico, tamen, & incontinenti factam referat Blancas in Commentarijs fol. 27. in fin. & 28. in prin. In hæc verba. *Inuicta itaq. Rege (ſcilicet Ariſta) ad ſe euocato, ac electo legibus, quas præſtatuerant, eidem Oſtenſis duriſsimum ſibi viſum tradunt Hiſtoria quod de iudice medio præcautum apparebat. Attamen re ipſa attentius conſiderata, & perpenſa cum ſibi vltro, & voluntarie Regnum ab hoſtibus ereptum deferretur, nedum leges ipſas Suprarbienſes iam latas de nouo ſanciſſe, & approbaſſe ferunt. Verum, vt ſe gratum redderet beneficio accepto, aliam, ſiue legem, ſiue priuilegium † Aragonen-*
14. *ſibus conceſsiſſe legimus: vt ſi contra foros, aut libertates Regnum a ſe Rege premi in futurum contingeret ad alium Re-*

gem

Digitized by Google

gem aſciſcendum liber aditus pateret ipſi regno.

Hæc ille. Sed hæc diſputatio ſine fructu eſt, nam nihil intereſt quòd hæc electio iuſtitię Aragonum fieret, vel ante electionem Regis, vel cum ea, vel poſt: ſi tamen Regnum acceptabant Reges ſub illis legibus Suprarbienſibus, cum iureiurando de cuſtodiendo vallatis. In quarum vim electio Iuſtitię poſtea facta, dicebatur fieri à principio vna cum ipſo Rege: Ex quo fiebat in vim obligationis, & legis iuratæ; idq; probatur per verba proœmialia dicti fori Suprarbienſis, vbi ſic cauebatur ante ipſas leges. *Quomodo, ſeu vti futurus Rex, quandoquidem ad eum vltro, ac ſponte Regnum iam e Mauris*
16. *eripi, ac promoueri captum deferebatur, de legibus obſeruandis, † ac libertate Regni tuenda, tum iuris iurandi religione, tum etiam ipſarum legum poteſtate premeretur:* ita Blancas fol. 25. Et poſtea fol. 27. Vbi dicit cautum fuiſſe maximo conatu ab illis primis Aragonenſibus ad præſcriptas has leges obſeruandas dirigendam omnino eſſe, & formandam voluntatem eius qui Suprarbienſis Rex eſſe concupiſceret: ac niſi prius de ſeruandis ipſis legibus fidem ſuam pateretur arctiſsimis vinculis obligari, premp ſatione quamcunq; prepoſteram eſſe futuram. Vnde cum ſub hoc onere Regnum tunc deferretur non mirum ſi id poſtea obſeruaretur, ipſumq. Regem obligaret, ac in pactionatas leges tranſiret. Nam tales ſunt leges Aragonię. Quòd nō ita foret ſi ſemel electione Regis facta ſimpliciter, & abſolutè poſtea vellent Aragonenſes talem ſibi iudicem medium tribui. Nam, nec obligatus eſſet Rex ad id, nec præſumendum quòd conſentiret in præiudicium ſuę iuriſdictionis. Ex quo deducitur obiter id quòd tradit Molina in verbo vaſſallus, verſi. notandum: quòd pactum quod
17. facit † dominus cum vaſſalis, etiam cum iuramento non prodeſt vaſſallis, ſi dominus non vult ſeruare. Quia ſi non ſeruat non eſt, qui eum compellat: cùm in vaſſallos ſuos habeat abſolutam poteſtatem in Regno, ſed hoc intelligendum eſt ex ipſa ratione quando pactum fuit cum vaſſallis poſtquam effecti ſunt vaſſalli, quia tunc non poteſt aſtringi dominus ad obſeruandum pactum. Secus autem
18. quando huiuſmodi † pactum fit in limine vaſſallagij, hoc eſt quando dantur vaſſalli alicuiq; cum pactis, & modificationibus: quia tunc dominus tenetur illa pacta ſeruare, quia tunc dicuntur vaſſalli pactionati, pro vt fuerunt tunc Aragonenſes, & non dicuntur tranſire liberè, & abſolutè. Vide de hoc bonam glo. in l. Titius ff. de obſequi. à lib. & liber. preſtand. iuncta l. ſi quis ab alio ff. de manumiſ. & l. ſi liber in fin. C. de condic. ob cauſam: Vbi habetur differentia ad effectum obligandi, an pactum fiat cum ſeruo, qui iam ſeruus eſt, vel cum alio futuro ſeruo ex voluntate. Vt pri
19. mo caſu † non compellatur dominus manumittere, in ſecundo caſu ſic. Et idem erit quando alienus ſeruus in fidem alterius ſe conferat cum hoc pacto: nam eſſet ei ſeruandum, quia fuit factus ſeruus pactionatè. Et per iſta fuit renouata firma, quę fuerat data iuratis de Luytienago in vim cōcordię factę cū ſuo domino. Vide in proceſſu iuratorum de Luytienago ſuper iuris firma menſe Ianuarij 1604. in curia Iuſtitiæ Aragonū. Et ex hoc capite audiui quòd vaſſalli loci de Oſſo ſunt liberi ab abſoluta poteſtate: quia quando dominus Rex

vendidit dictum locum Berengario
de Bardaxi Iuriſperito, in eodem
contractu venditionis appoſuit pac-
tum, quòd ſeruarentur ei fori. Vi-
de in proceſſu Antonij Aziron, aliàs
iuratorum de Oſſo ſuper apprehen-
ſione die 8. Octob. 1548. tu reuide,
quia ego non vidi hoc exemplar, nã
alia vera & iuridica ſunt. His ergo le-
gibus, his ſanctionibus, & firmiſſi-
mis fundamentis maiores illi no-
ſtri Regni inſtaurandi molem firma-
runt. Sic poteſtatem in Rege collo-
cantes, vt in iudice medio tempera-
tio ineſſet; Quibus ex rebus cõflatur,
& efficitur moderatus, ac concors rei
publicæ ſtatus, quẽ tenemus. In con-
ſequentiam iſtorum, fuerunt ſemper
creati Iuſtitiæ Aragonum, de primo
ad vltimum, quorum officium † pe-
20. culiare eſt, cognoſcere de omnibus
factis, de omnibus negocijs tangen-
tibus dominum Regem: tàm pro
quàm contra, & tanquam iudex mé-
dius iniurias propulſare. Et ita in hęc
verba. Dicit Gauber. *Y porque ſi di-
ferencias, quiça naciessen, como siem-
pre ſuelen entre los hombres nacer, tu-
uieſſen preſto el remedio para las poder
luego atajar, que eſcogieſſen todos vn
hombre, que fueſſe tan de pro, y varon
de tanta virtud que ſoſpecha de el, ni
recelo ſe huuieſſe, de ſalir de lo deuido:
ni ſe apartar de la razon. Y que eſte
varon poder no tuuieſſe de torcer por
via alguna de lo por todos ordenado:
mas que fueſſe como fiel entre ellos, que
ni dexaſſe al Rey ſalir de lo aſſentado
por el miſmo, y por los ſuyos, ni a ellos
conſintieſſe deſuiarſe de ſu Rey. Mas to
dos fueſſen tan vnos cerca del bien de
todos, que ſiempre lo de todos fueſſe lo
primero que todos procuraſſen.* Hęc il-
le: cum quo conſonant Ioannes Xi-
menez Cerdan, Molina, cuſita, vbi
ſupra, qui dicit quòd ad tollendas
differentias inter Reges, & Regni-
21. colas, & ad conſeruandas † liberta-
tes, & foros fuit introductus iſte ma
giſtratus: pro vt hæc omnia verba
fori Suprarbienſis manifeſtè tenent,
& ab his initijs rerũ ad noſtra vſque
tempora beati experimur, iſtius in-
termedij magiſtratus vi, ſereniſſi-
morumq. Regum benignitate, &
clementia, & priſtinam libertatem,
antiquumq. ius retentum fuiſſe: &
Regię Maieſtati debitam fidem, &
reuerentiam ſeruatam, iuſtitięq. cul-
tum eluxiſſe, huiuſq. magiſtratus in
duſtria, prudentia, & dignitate mul-
ta mala ſedata, & quaſi perpetuum
fædus initum inter Regem, & Reg-
num: ita vt in hoc vno, & Regibus,
& Regno ciuilis tuendæ concordiæ
ſalus conſiſtat. Exiſtimarunt ſem-
22. per Aragonenſes illud † Regnum
plus duraturum magis firmum, &
perpetuum quod maiori iuſtitia gu-
bernatur, nam quod contra ratio-
nem, iuſtitiam, & violenter regitur
durabile non eſt: Cùm nullum violen
tum perpetuum. Et regimen Regni
iſto modo magis iuſtum, & æqua-
le, & ſic durabile. Vltra quod Rex
ex hoc ita cõmunicato regimine mi-
nus fatigatur, & magis ſecurus red-
ditur. Nam nec ipſe Rex multum
aberrare poterit cum conſilio talis
magiſtratus, & procerum, neq. vaſ-
ſalli obedientia deficere. Nec nouus
fuit modus hic regiminis nam ſic
23. feciſſe † Theopompum Regem Spar
tanorum refert Ximenez Cerdan in
ſua Epiſtola col. 2. qui licet abſo-
lutum, & liberum Imperium habe-
ret, elegit duos probos viros, cum
quorum conſilio, & non alias ius
redde-

redderetur. Dicens quòd licet abinde ſuum Imperium non futurum eſſet prorſus liberum, & abſolutum: tamen in omne æuum permanſurũ. Sicq. effeciſſe in vniuerſum Reges Romanorum, & Spartanorum, qui eligebant ſibi hos magiſtratus, quos Etoros, vel Tribunos populi appellabant ad moderandam poteſtatem Regis, & cognoſcendum de cauſis Regum & conſulum: tenent multi quos refert Bouadilla in ſua politica tomo primo cap. 2. num. 41. Et licet cum his ſatisfactum videretur intentioni Aragonenſium ſuper perpetuanda ſua republica, electo tali magiſtratu, qui ex modo eligendi ex authoritate officij, & ex parte eorum, in quos agere debebat, cuncturus erat neceſſario bonus, iuſtus & coæqualis. Ex quo ſecundùm Iſydorum in ſuis etymologijs iudex dictus eſt quaſi ius dicens populo, quod iure diſceptet: Iure autem diſceptare eſt iuſte iudicare. Non eſt
24. ergo iudex ſi non eſt † in eo iuſtitia. Et aliàs idem importat iudex quòd vir bonus: l. vir bonus ff. iudicatum ſolui Bal. in l. cætera §. mali ff. familię hercis. Dicens quòd bonus vir, & iudex ſunt conuertibilia.

Adhuc tamen Aragonenſes ipſi, tale etiam nomen voluerunt, ei imponi, vt non ſolum rationem rerum quas geſturus erat, ſed & nominis huius virtutis iuſtitiæ ſcilicet memor eſſet. Quare non iudex † Ara-
25. gonum, ſed Iuſtitia ſemper appellatus fuit. Primùmque quidē Iuſtitia maior, deinde ipſius Regni nomen aſſumens Iuſtitia Aragonum appellatus eſt: cuius medio, & tutamine vſq. in noſtra tempora conſeruata, & cuſtodita fuit nobiliſsima hæc, & potentiſsima ſimúlet fideliſsima Aragonenſiũ Reſpublica: non obſtante temerario aliquo emulorum morſu, qui falſo eam hoc tempore perfidiæ nota inurere conati fuerunt. Et licet a ſui principio magna eſſet huic magiſtratui per Reges Aragonum attributa poteſtas, iuriſdictio, honor,
26. † & præeminentia, tamen poſtea curſu temporis per curias generales, & gratias regias maiori gaudent honore, & prerogatiua Iuſtitiæ Aragonum quàm adhucuſq. tempus gauiſi ſunt. Quę omnia, ſi hic recenſenda eſſent fere integro volumine opus eſſet. Qui ea latius videre cupiat apud indicem Annalium Regni Aragonũ copioſe inueniet in verbo iuſtitia. Hoc autem annotare inter alia licet de hoc ſummo magiſtratu, quòd nunquam ad eum legitur fuiſſe aliquem promotum,
27. † qui non fuiſſet, aut miles, aut infantio notorius: Imò quod plus eſt, aliquos ricos homines quos veros nobiles appellat Blancas in Cōmentarijs in verbo de optimatibus, & palatinis &c. fol. 304. aſſumptos ad id fuiſſe videmus. Et quod ſit miles neceſſario requiritur ab anno 1265. per forum primum de officio Iuſ. Aragonum. Id autem factum fuit non ad excludendum ricos homines, & meſnadarios, pro vt fuit ſancitum de Regente officium gubernationis quòd ſit ſimplex miles ad excludendum perſonas magni ſtatus: vt in foro vnico quòd Regens officium gubernationis ſit ſimplex miles. Sed ſtatutũ potius fuit id, quod de Iuſtitia Aragonum diximus ad excludendos homines conditionis, & ſigni ſeruitij. Vnde per illũ

28. forum non cenſentur † excluſi ab officio Iuſtitię Aragonum Barones Meſnadarij, imò nec rici homines, qui vt dixi veri nobiles erant quamuis poſtea ab anno 1343. quò fuit ſtatutum per dictum forum quòd Regens officium gubernationis &c. vt nullus ricus homo, ſeu perſona magni ſtatus de eo officio inueſtiretur, cùm ſi male ius diceret, ſi grauamina inferret difficiliter de eo poſſet conſequi iuſtitia cùm eſſet perſona magni ſtatus. Cępit ab eo tempore occaſione huius introduci, vt etiã ad officiũ Iuſtitię Aragonũ nõ † promouerẽtur
29. rici homines, alias veri nobiles non quòd à foro excludantur. Et ita antiquitùs habemus fuiſſe iuſtitias Aragonum Petrum Seſe anno 1188. & Ioannem Lupi ſeſe anno 1349. quos nobiliſsimos ex ſtirpe appellat Blancas in vita illorum in Commentarijs: & inter ricos homines de meſnada connumerat in verbo rici homines de meſnada. Item & Rodericus Caſtelleſuelo fuit etiam Iuſtitia Aragonum circa annum 1269. qui ſimiliter erat ricus homo & nobilis: vt teſtatur Blancas vbi ſupra. Et fuit Iuſtitia Aragonum etiam poſt forum primũ tirno de officio Iuſtitię Aragonum, hi ſimiliter fuerunt Iuſtitię Aragonum alij meſnadarij & principaliores milites Regni: cuiuſmodi fuerunt multi de domibus de los Cerdanes, Herodias, Bardaxis, Lanuças, Diez daus. Concludamus tandem circa dignitatem huius officij, cuius tot prerogatiuas, & preeminentias in toto volumine fororum ſparſas eſſe difficilium recẽſere; ſufficiatq. nobis quòd non ſolum † naturales, ſed & cæteri
30. appellant hunc magiſtratum maiorẽ, & excellentiorem alijs de modo Gaubertus & Blancas in locis ſupradictis, çurita in locis per indicem recenſitis, Epiſcopus Albarraſinen. in vita Regis Iacobi lib. 10. Hottoma. In Franco Gallia. c. 10. D. Ferdinandus de Mendoça de pactis lib. 1. c. 5. queſ. 1. num. 7. & 21. cum alijs.

Et ne etiam conſeruationes libertatum, & priuilegiorum Regni pendetent ab arbitrio & voluntate iſtius magiſtratus, ideo multis ſecuritatibus tàm iuriſiurandi quàm alijs aſtrictus eſt dictus Iuſtiſtia Aragonũ officio ſuo iniuncta adimplere, grauamina reparare, oppreſos ſubleuare. † Nam vltra quòd hæc iurat, ſi-
31. cut cęteri officiales foro de iuram. preſt. adhuc tamen ſi contrarium fecerit poteſt denuntiari iuxta formam per foros pręſtitutam: vt tenet Molin: de offi. delinquent. & in verbo Iuſticia Aragonum. Neque id mirum cùm etiam, & dominus Rex teneatur iurare in perſona ſua ſeruare foros; idque in bona fide, & ſine omni fraude, & machinatione quacunque ſuper Crucem, & ſancta quatuor Euangelia. Quæ verba ceſſante omni fraude & machinatione ſunt multum ponderanda. Nam eo tendunt, vt ſcilicet non ſolum directè non facere iuret Rex contra foros: verum etiam, nec indirectè, & per fraudem. Idque in multis foris Aragonenſes pręcauerunt attendentes tantùm † ad effectum, & ſubſtan-
32. tiam rerum non ad nomina, vt apparet per for. Iatſia. de conſeruatio. patrimonij: vbi prohibetur noua impoſitio nouorum onerum, & iurium, ſiue exactionum. Et prohibetur omne id quòd in fraudem iſtorum directè & indirectè quocunque alio colore quęſito fieret ſicut, & in for. de prohibitione ſiſarum prohibentur ſiſæ, adiuta, et quęcunque alię res in fraudem ſiſarum

ſiſatum directè, vel indirectè ſub quo cunque alio colore, vel nomine impoſitę. Et per obſer. de conſuetudinem fide citationis §. cauetur quòd prohibitū. vna via nō poſsit per aliā, etiā directè, & indirectè admitti: ſed ſupra omnes foros vidd. foro. del acto del quitamiento perpetuo de la hermādad vbi tollitur ipſa vnio eius effectus, ordinationes, & capitula: Et quæcūque aliæ ordinationes, etiā ſi mutato nomine vnionis alio quocunq; appellentur nomine. Quod excogitari poſsit ſi tamen effectus vnionis ſit: quia non eſt legem ſeruare † verba legis amplecti, & contra
33. eius mentem venire l. ſcire leges ff. de legi. Et maior eſt rebeldia contra *Legē delinquere anchora verbo- rum eius contra mentem illius.* Vnde Cicero lib. 1. de offi. Farinac. q. 18. num. 72. de his teſtatur quòd verbis iuſtitiæ iuſtitiam damnabit. Et hoc dicitur delictum hypocritæ: Et maiorem pœnam meretur ſic delinquens quam qui aperte delinquit ca. non certè vbi glo. malum 12. q. 1. Et propter hoc Rex, & officiales iurant ſeruare foros, vſus, & conſuetudines ſine omni machinatione, & fraude. Creato igitur iam iſto magiſtratu, cuius, eiuſq; locumtenentium, notariorum, virgariorum priuilegia, & libertates recenſentur in foro fat ſtā de officio Iuſtitiæ Aragon. & in alijs foris, vt per Molin. in verbo Iuſtitia Aragonum, in verbo libertates Regni, in verbo officiales, quæ recenſere non licet: poteſt dubitari
34. † quid ſi D. Rex gubernator Generalis Aragonum, vel alij officiales fecerint aliquid contra foros, & libertates Regni, an debeat recurri ad eundem Regem, & reliquos officiales, vt reuocent facta per eos cognoſcendo de grauaminibus, an verò ſolum ad Iuſtitiam Aragonum ſit recurrendum, vt de eo cognoſcat tanquā ad iudicem contra fororum. Et primum videbatur dicendum attentis verbis finalibus fori vnici de his, quæ dominus Rex, vbi habetur quòd ſi per ipſum D. Regem, vel ſucceſſores ſuos dicti Regni contradictos foros, priuilegia, libertates, vſus, & conſuetudines dicti Regni in toto, vel in parte factum fuerit, vel mandatum fieri quòd incontinenti cum eiſdem id oſtenſum, vel ſupplicatum fuerit ſuper eo reuoca-
35. cabunt, & facient † reuocari, & mandabunt, & dabunt operam cum effectu quòd dicti fori, priuilegia, libertates, vſus, & conſuetudines dicti Regni tàm generalia quam particularia hominibus ipſius Regni abſq; violatione aliqua obſeruentur. Sed licet hoc poſsint facere dominus Rex, & ſui officiales ad inſtantiam partis tamen nemo aſtringitur ad hoc remedium recurrere: Nam dicit Molina in verbo libertatum Aragonenſium quòd ſolùm ſupereſt Principi reuocandi poteſtas, ſed cognoſcendi facultas non;
36. quoniā ſoli Iuſtitię Aragonum † cōpetit. Quia ſi dominus Rex, vel eius primogenitus poſſent confirmare geſta per eos contra foros, tranſire deſaforamentum poſſet ſine reparatione. Et ſic per hanc viam poteſtas Iuſtitiæ Aragonum, vel recurſus, ſeu remedium eius impediretur, & tolleretur tanta præeminentia Iuſtitiæ Aragonum, qui ſolus, & nullus alius eſt iudex contrafororum. Quare in hoc caſu foriſtę conſulunt quòd ſi facultas eſt abſq; periculo irreparabili ſupplicandi Principi quòd reuocet, deſaforamentum debet ab eo queri, & ex-
37. pectari eius medicina, aliàs † autem recurratur

recurratur ad Iuſtitiam Aragonum
contra dominũ Regem, & primoge-
nitum per viam iuris firmę. Con-
tra inferiores vero officiales per
viam appellitus: quia vrbanius
cum Principe agendum eſt quàm cũ
alijs; ita Molin. in verbo libertates
Aragonenſium 2. col. in prin. vide
latius infr. cap. 3 §. 4. num. 5. ex qua
ratione apparet quàm bene aliàs dic-
38. tum ſit quòd à ſententia † lata per
iuſtitiam Aragonum ſuper iuris fir-
mis grauaminum factorum nullus
datur recurſus; vt in verbo appella-
tio, tenet Molin. & alibi diximus, cum
alias ipſe ſolus, & non alius ſit iudex
grauaminum factorum. Nec eſt ratio
nabile quòd iudex qui intulit grauá-
men de illius iuſtificatione cognoſ-
cat argumento. tex. in c. cum ſpeciali
c. ſecundo requiris de appellat.

Circa poteſtatem autem, & iuriſ-
dictionem Iuſtitię Aragonum multa
dici poſſent: Tamẽ inter alia illud cer
tum eſt, quòd ante † annum 1461.
39. iuſtitia Aragonum conſueuit creare
Locumtentes reuocabiles ad nutum
foro 1. titulo forus Inquiſitio. iuſt. Ara
gonum fol. 32. inter correctos. In quo
foro cæperunt, Locumtenẽtes Iuſtitię
à Rege, & curia iuxta formam imbur
ſationis ibi traditam creari, cùm an-
tea ſolus iuſtitia crearet ex permiſsio
ne fori primi detenen. locum fol.
32. vt etiam patet ex foro vnico titu
lo quod Iuſt. Aragon. fol. 10. inter
correctos, & ex foro prouidemus ti-
tulo de officio iuſtitię Aragonum fol.
13. inter correctos. Quamuis autem
ante annum 1461. iuſtitia Locumte-
nentes crearet ad nutum reuocabi-
les, qui poterant omnia exercere regu
lariter, quæ iuſtitia poterat, † multa
40. tamen priuatiuè ad iuſtitiam pertine
bant, quæ perſonaliter expedire tene-
batur: Nec poterãt per Locumtenen-
tem facere, veluti cognoſcere de delic
tis Locumtenentium, notariorum
principaliũ, & virgariorum quod ſo-
lus iuſtitia poteſt foro 3. titu. de officio
Iuſt. Aragon. fol. 21. Item ante annũ
1436. iuſtitia ſolus recipiebat iura-
mentum Regis, Locumtenentis gene-
ralis, & aliorum, quamuis poſtea hoc
innouatum ſit per forum *El Lugarti-
niente del Señor Rey*, de officio iuſtitię
Aragonum fol. 22. & per forum vni-
cum Coram quibus dominus Rex fol.
14. Item antea non poterat Locum-
tenens cognoſcere de ſalua infantio-
nię, & illius poſſeſsione donec hoc cor
rectum fuit anno 1442. in foro. Item
porque de officio Iuſtitiæ Aragonũ
fol. 22. Imò poſt dictum forum ſo-
lus iuſtitia poterat ſententias ferre ſu
per Infantionia, vſq. ad annum 1461.
in quo hoc Locumtenentibus con-
ceſſum fuit in foro Añadiendo de of-
ficio iuſtitiæ Aragonum fol. 23. Ita ſo
lus iuſtitia perſonaliter in Curia ge-
nerali præſidere poteſt, ſolus ſuum
ſigillum prouiſionibus ſuę curię ap-
ponit, ſolus carcerem manifeſtatorũ
41. viſitat: aliaq; quam plurima † eidem
competunt priuatiuè, quę Locum-
tenentibus denegantur, vt patet ex
Bardaxi in rub. de officio iuſti-
tię Aragonum num. 6. & ſpar-
ſim habetur in multis foris, & ob-
ſeruantijs. Et licet econuerſo ante an
num 1528. Iuſtitia de quibuſcunq. cau
ſis perſonaliter cognoſcere poſſet,
tamen poſt dictum annum hęc cog-
nitio, & iuriſdictionis exercitium
priuatiuè Locumtenentibus compe-
tit: Ita quod Iuſtitia non poteſt cog-
noſcere de cauſis for. vnic. titulo.
*Que el Iuſticia de Aragon no pueda
pronunciar fol.* 74. Ex quo de-
ducitur officium iuſtitię, † &
42. Locumtenentium, nedum in na-
tura, & qualitate officij differre:
ſed

ſed etiam in exercitio. Quędam enim priuatiuè competunt iuſtitiæ, quædam priuatiuè Locumtenentibus: Nec vnus poteſt in pertinentibus ad alium ſe intromittere. Ex quo ſub infertur, Locumtenentes † non
43. poſſe, ea quæ priuatiuè iuſtitiæ competunt: qua ratione neceſſaria fuit diſpoſitio fori certum, & fori los Lugarestenietes de officio Iuſt. Aragon. In quo foro Locumtenentibus permittitur dum iuſtitiatus vaccat vt poſsint omnia, quæ iuſtitia poterat expedire. Vnde Regẽtes tũc dicti cumulatiuè iuſtitiatu vaccãte exercitiũ habent vtriuſq; officij nempe iuſtitiæ, & locumtenentis: Deſumpto nomine à principaliori parte; vt in proprijs terminis factum fuit in. §. illud in authentico vt iudices ſine quoq; ſuffragio &c. Multa de officio iuſtitiæ, & locumtenentium videbis infra, vbi agetur de ſalario iuſtitię Aragonũ per Locumtenentes percipiendo, vaccante iuſtitiatu.

44. Priuilegia tamen huius † magiſtratus deriuari non videntur in famulos, & familiares. Pro quo nota quòd in proceſſu fragantiæ Hieronymi de Luna Salmetinæ Ciuitatis Cæſarauguſtæ ſuper criminali, qui 21. Nouembris 1562. fuit condemnatus ad priuationem cuiuſcunq; iuriſdictionis, & exilium a toto Regno per decem annos cum comminatione quòd ſi exilium frangeret amputaretur ei manus minus vtilis, & in expenſis, & damnis. Euenit quòd t. Lunel Locumtenens Iuſtitiæ cæpit captum dictum Salmetinam, ex quo liberauerat à carcere quendam officia'em caput inſidiarum, quem Iuſtitia Aragonum mandauerat poni in carcere, ex eo quia arma occupauerat, ſeu abſtulerat quibuſdam famulis iuſtitiæ: & ratione liberationis à carcere, & ſeu fractionis carceris. Et ideo dictus Lunel iuit domum çalmetinę vt caperet eum, qui fecit ei reſiſtentiam, quem capere non potuit: ſed gubernator Aragonum, quaſi componendo rem cæpit eum captũ. & duxit ad carcerẽ, vbi locumtenens eum recõmendauit. Et tandem fuit condemnatus vt ſupra, verum D. Rex abſoluit Salmetinam ab omnibus: approbando facta per eum, reprobata captione officialis, quam fecerat Iuſtitia Aragonum; Vbi in motiuis inuenies dicto anno, & die an poſsint armis exui famuli Iuſtitiæ Aragonum. Et multum nota hoc exemplar.

§. 2.

De manifeſtatione

perſonarum, & firmarum inhibitionibus, ac de liberationibus per viam priuilegiatam, de illarumq; differentijs, exitu, & natura longa enarratio.

SVMMA EORVM, QVÆ in hoc §. continentur.

1. *Remedia manifeſtationis inhibitionis firmę, & vię priuilegiatę diverſa ſunt: & varios operãtur effectus.*
2. *Manifeſtatio in Regno celeritati, & pręcipitationi opponitur, qua iudices in exequendo ſentẽtias moueri poſſẽt.*
3. *Manifeſtatio ſaltim a poſse iudicum initium habuit ad exemplum l. ſi vindicari C. de pœnis.*
4. *Manifeſtationis finis, nõ eſt liberare reum penitus a carcere nec auferre cognitionem ordinariam: ſed ſolum aſſecurare, & in tuto ponere reum.*
5. *Pro ſentẽtia pręcipitata, ac cũ maxima breuitate lata nõ bene prę ſumitur*
6. *Manifeſtatio in Regno a poſse priuatarũ ſucceſsit in locũ tituli ff. de libero hõ. exhib. & de eius diffinitione agitur*

7. *Mani-*

7. Manifeſtationem a poſſe priuatarum quilibet iudex ordinarius prouidet: Secus a poſſe iudicum.
8. Manifeſtatio a poſſe iudicum duplex eſt, alia foralis, quæ ipſo foro contingit, alia vero actualis: vt num. 9.
10. Officiales Regij non poſſunt introire in carcerem manifeſtatorum: quod declara, vt ibi, & numer. 11. 12. 13.
14. Manifeſtationem a poſſe priuatarũ prouidet Regia Audientia Iuſtitiæ Aragonum, & omnes ordinarij: a poſſe vero iudicum ſolus iuſticia.
15. Manifeſtationes duo, an concurrere poſſint explicatur, & num. 16.
17. Manifeſtari poſſunt quælibet perſonæ a poſſe iudicum, & priuatarum ad inſtanciam conſanguinei Abbatis, & aliorum, ſine probatione qualitatis, quod poſtea fuit correctum vt num. 18.
19. Iuſtitia Aragonum poteſt cognoſcere de liberatione per viam priuilegiatam, & de alijs cauſis, quæ in manifeſtatione deducuntur, limita vt num. 21.
20. Manifeſtatio temporibus Regis Ioãnis primi anno 1395. iam in vſu eſſe cœperat.
22. Lex vel ſtatutum mandans ſententiam exequi non obſtante appellatione, & exceptione non cenſetur tollere recurſum per viam nullitatis: quod limita, vt num. 23. & amplia, vt nu. 24.
25. Exceptio notoria, & quæ prouenit ex defectu iuriſdictionis nunquam cenſetur ſublata per legem: quamuis generaliter omnes tollat exceptiones.
26. Sententia non ſolum dicitur ferri contra ius quando expreſſe fertur cõtra aliquam legem, ſed etiam quando fertur contra bonum ius partis, vt nu. 27.
28. Diſtinctio elegans traditur in materia, & num. 29. & 30.
31. Leges in concernentibus merita cauſæ magnam prabent iudici poteſtatẽ, & arbitrium; ſecus in alijs, vt nu. 32.
33. Omiſsio quantumuis leuis ordinis, ſubſtantialis iudicij, & formæ ipſius nullitatem inducit ipſo iure.
34. Sentẽtiam latam contra ius in reſpicientibus merita cauſæ non inducere nullitatem, niſi error exprimatur in ſententia; limita eleganter.
35. Error expreſſus in ſententia quando proprie dicatur, accurate traditur & num. 36.
37. Iudex vbi debet iudicare ſecundum proceſſum, in tali caſu idẽ erit referre ſe iudicẽ in ſentẽtia ad proceſſum; quod eſſet ſi ſecundum ius commune ſe referret ſententia:
38. Iniuſtitia quando eſt notoria in ſententia licet non ſit expreſſa in ea, tamen anullat eam, & num. 40.
39. Sententia tunc dicitur euidenter iniqua, quando iniquitas reſultat ex actis proceſſus manifeſte.
40. Notoria iniuſtitia impedit, ne ſententia tranſeat in rem iudicatam, & impedit executionem triũ ſentẽtiarũ conformium.
41. Recurſus dabatur antiquitus in cauſis criminalibus ad curiam Iuſtitiæ Arago. per viam manifeſtationis, & electionis iuris firmæ, qui poſtea omnino ſublatus fuit in criminalibus, & num. 51.
42. Appellatione ſublata, non cenſetur ſublatus recurſus nullitatis.
43. Manifeſtatio cum qualitate nullitatis proceſſus, vel eximentis captum a iuriſdictione iudicis nobilitatis, clericatus & ſimilium, impedit executionem ſententiæ, donec ſit ſublatum impedimentum.
44. Abſens condemnatus ob contumatiã, non auditur, niſi allleget nullitatẽ:

45. Prima

4 Primæ prouiſiones quandoq; manifeſtari ſolent, vt de nullitate doceatur ad varios effectus: vbi traditur bonũ exemplar, & num. 46.

47 Pœnæ per appoſitionem non cenſetur receſſum a pœna nullitatis parte opponente.

48 Sententia ferri non poteſt ex probatione nulla, & de iure reprobata.

50 Iudex in hoc regno debet ſecundum acta proceſſus, & non alias iudicare.

52 Error ſententiæ, qui colligitur ex actis non vitiat ſententiam, quia ineſt implicitè: ſecus eſt quando error cõtinetur expreſſe in ſententia nu. 53.

54 Sẽtẽtia dicitur nulla vbi error aliquo modo ſaluari nõ poteſt: vt n. 55. & 56.

57 Sententia quando ſe refert expreſſe ad confeſſionem reorum, non valet, ſi reus non conuincatur de delicto, & ſic conſtet de errore, ſecus ſi ſentẽtia ſimpliciter enũtiet acta propter aliud.

58 Error in ſententia non expreſſus, nec relatiuus ad acta, tamen ſi de eo notoriè conſtat, ſententia eſt nulla.

59 Manifeſta iniquitas circa acta probatoria in criminalibus inducit nullitatẽ.

60 Iuſtitia Aragonum poſt foros de modo, & forma procedendi &c non poteſt de meritis cauſarum criminaliũ cognoſcere; num. 61.

62 Iuſtitia Aragonum, vt poſſit ſe intromittere, de qualitate nullitatis notoriè conſtare debet.

63 Aragonenſes non multum de officialibus confidentes inhibitionem a curia Iuſtitiæ Aragonum emanatam adinuenerunt, ad manifeſtationem magis tutandam: nu. 64.

65 Inhibitio manifeſtationis quamuis olim non eſſet de cõſilio, ſoliti tamen erant Locumtenentes, eam per viam iuris firmæ priuilegiatæ concedere: et ibi ratio traditur.

66 Inhibitio manifeſtationis hodie de ſtylo curiæ datur de cõſilio; nec ab inhibitione iuris firmæ differt.

67 Manifeſtatio quæ fuit fundata in aliqua qualitate nõ ſpirat lata ſententia.

68 Condemnatus ad remigandum, quamuis non habeat remedium viæ priuilegiatæ, habet tamen remedium manifeſtationis, et inhibitionis certo caſu.

69 Traduntur in materia manifeſtationis quã plures caſus notabiles, et n. 70

71. Manifeſtatio a poſſe inquiſitorũ hereticæ prauitatis licet nõ exequatur, tamẽ prouiſa nõ reuocatur, vt nu. 72.

73 Mulier quæ per interrogationẽ, et reſpõſionẽ prorrogauit iuriſdictionẽ eccleſiaſtici, ſi manifeſtetur reſtituetur eidẽ, Nec per viã priuilegiatã liberabitur.

74 Manifeſtatio perſonarum a poſſe iudicum ſpirat ipſo iure, lata ſententia.

75 Infantio, ſi petat ſe manifeſtari cum qualitate infancionatus in loco domini temporalis, quæ forma ſeruanda ſit remiſſiue oſtenditur.

76 Sponſus de futuro poteſt ſponſam ſuã per verba de futuro manifeſtari facere.

77 Manifeſtatus, ſi renuntiat manifeſtationi, debet iudex mandare eum reſtitui ad locum a quo fuit manifeſtatus.

78 Sententia in proceſſu manifeſtationis per quam mandatur manifeſtatum liberari per viam priuilegiatã, vel nõ, eſt diffinitiua: nec poteſt reuocari.

79 Manifeſtari non poteſt liber filii.

80 Domini vaſſallorum poſſunt manifeſtare ſuos vaſſallos extra ſua loca habitantes.

81 Fiſcus nõ eſt pars legitima ad impugnandam manifeſtationem factam a domino in perſona ſui vaſſalli.

82 Manifeſtatus a poſſe inquiſitoris cõtra officiales delinquẽtes reſtituitur eidẽ, ita tamen vt in carcere communi detineatur: vt nu. 83. cuius declarationis motiua traduntur, num. 84.

85 Inquirendi facultas in Regno in multis caſibus per foros modificata exiſtit.

86 Sententia lata in criminali, ſi captus mani-

manifeſtatus petat inhibitionẽ ad intẽtandam viam priuilegiatã, et ne interim cognitione pendente ſententia exequatur non debet cõcedi, niſi prius viſo proceſſu: quod declara vt nu. 87.

88 *Curia Iuſti. Arago ſola manifeſtare poteſt proceſſus ſcripturas, & acta iudicialia, quod hodie etiam Regiæ conceditur audientiæ*

89 *Firma iuris non liberat captum a carceribus, ſed impedit executionem ſententiæ deſaforatæ.*

90 *Tex. in l ſi cõtẽdat de fideiu. explica-(tur.*

91 *Firma iuris quare ſic appelletur accurate traditur.*

92 *Firma iuris eſt modus euocandi cauſas ad curiam Iuſtitiæ Aragonum.*

93 *Liberatio per viam priuilegiatã impedit etiã in certis caſibus ne ſententia exequatur; Et quandoq; captũ in plenã conſtituit libertatẽ: & vide n. 94.*

94 *Origo liberationis per viam priuilegiatam traditur.*

95 *Fororum correctionẽ inducere per tacitos intellectus non eſt licitum.*

96 *Ad intentandam viam priuilegiatã tres requiſitiones iudici capienti prius faciendæ ſunt, & num. 97.*

98 *Sententia nulla, ſententia non eſt, adeoquod & in proceſsibus abſentiæ poſsit de nullitate opponi. nu. 99.*

100 *Executio ſententiæ ſuſpendi debet vbi damnum eſt irreparabile; & datur appellatio cum effectu ſuſpenſiuo. & num. 101.*

§. 2.

QVOD magis proprium huius magiſtratus eſt, & in quo maiores inſunt libertates Regni, ſunt manifeſtatio perſonarum, priuilegium iurisfirmæ, liberatio per viam priuilegiatam, quæ hodie limitata eſt Sed quia principia horum trium remediorum notiſsima ſunt, ideo eis ommiſsis, quę non tã vulgaria ſunt, & in quibus aliquãdo cõbinatio, aliquãdo differẽtia cõſtitui ſolet, tã in modo agẽdi quam in exitu explanare nouis practicantibus libuit.

Supponendum eſt quod remedia
1 manifeſtationis, † inhibitionis, firmæ, & viæ priuilegiatæ ſunt in ſe tam diſtincta, & operantur varios effectus, vt nullam habeant in ſe communionem: imò habeãt differentes exitus.

2 Manifeſtatio eſt remedium † oppoſitum præcipitationi, qua moueri poſſent iudices in exequendo aliquam ſententiam criminalem, contra ius, & forum: quia cùm præcipitatio ſit nouerca iuſtitiæ Clemen. paſtoralis §. verum de re. iud. cum alijs adductis per Fœl. in capit. Eccleſia Sanctæ Mariæ numer. 35. de conſtitutionibus, Hippolitus in l. ſtatu liber numer. 2. de quæſtionibus, magna cum ratione ſtatuerunt Imperatores quòd quando Princeps mandat aliquem puniri ſeueriùs quam decet, & vltra ſolitum debet executor ſuperſedere per 30. dies, expectans ſi forſam Princeps mutabit iudicium, aut moderabitur pœnam l. ſi vendicari. C. de pœnis. Et licet hoc non poſsit euenire in Chriſtianiſsimis, & clementiſsimus Arago. Regibus, quorum corda, & actiones in manu Dei ſunt; verũ Aragonenſes arripuerũt inde ocaſionem ſupplicandi in Curia generali, vt ſimilem legem Reges conderent ad retardandum celeritatem magiſtratuũ ſæuientium in miſeros reos, ad quorum defenſionem omnia ſe inclinant iuxta l. Arrianus cum vulgatis de ſolutionibus Doctores in l. abſentem de
3 pœnis. Et hinc orta fuit † manifeſtatio ſaltem à poſſe iudicium, vt teſtatur Molinus in verbo manifeſtatio, & reliqui foriſtæ. Finis autem manifeſta-

nifeſtationis eſt tantum aſſecurare, &
in tuto ponere reũ, ne ei aliquod gra
uamen inferatur contra ius, & leges
Regni: †. non autem liberare reum
a carcere pœnitus: nec auferre cogni
tionem ordinariam cauſę iudici capiē
ti. Et hinc eſt quod lata ſententia cri-
minali forali cũ iam iſta pericula ceſ-
ſent tollitur ipſo foro manifeſtatio &
reſtituitur perſona capti judici ad
hoc, vt ſententiã exequatur: for. 1. *de la
carcel de los manifeſtados anni* 1564.
Quæ omnia apertiſsimis verbis refert
Blancas in ſuis commentarijs fol. 350.
de manifeſtatione tractans in hæc
verba. *Vtriuſque tamen ſumma ea pote-
ſtatis eſt vis, non, vt iudicibus Regijs di-
cunde iuris facultas impediatur*, ſed vt
intempeſtiua, ac præceps eorum cele-
ritas magiſtratus interdicto interpoſi
to retardetur: Nequid perturbatum,
ſit, aut à legibus diſcrepans, vel prepo
ſterũ. Maiores namq; noſtri nullum
putarunt tam expeditum judicium
eſſe debere, quòd id ipſum habere nõ
debeat aliquid iuſtè iudicandi moræ,
ac tarditatis: hęc ille. Non enim † be
5 nę prȩſumitur de præcipitata, ac cum
maxima breuitate lata ſententia Bar.
in l. prolatam. Et ibi DD. C. de ſentẽt.
& inter. Iaſ. in l. ſi is apud quem col.
quarta in fin. C. de edendo & ibi
Alex. col. 3.
Et cum hęc pericula, & inconue-
nientia timerentur etiam quando ali
quis detinet, occultat aliquem homi-
nem liberum, & ſui juris in locum ti-
tuli de libero homine exhibēdo quod
ad exhibendum; & in lucem manifeſ
tandum talem hominē competebat,
habemus in Regno † manifeſtationē
à poſſe priuatarum perſonarum, per
6 quam manifeſtatur, ſeu in lucem prō
ditur auctoritate iudicis ille, qui ab ali
quo celatus, atq; occultatus exiſtit de
quo vide in l. 3 §. ait pretor ff. de lib.
hom. exhib. itaque manifeſtare eſt
extra ſecurum facere, ſeu habere d. §.
ait pretor l. 2. ff. ad exhibendum &
ibi gloſ. vt ſic videndi, & tangendi ho
minis, qui exhibetur facultas ſit petē
ti eum exhiberi, experiũdiq; poteſtas
detur. Ita Blancas in comentarijs fol.
203. Barda. in form. de manife. perſo
narũ. Quod licet applicari poſsit ma
nifeſtationi à poſſe iudicum, proprius
tamen eſt manifeſtationis à poſſe pri
uatarum, quãdo celatus quis, & occul
tatus exiſtit: & vt experiendi ſit poteſ
tas patri marito, conſanguineo agere
volentibus: iuxta for. fi. de manifeſ-
7 tatione perſonarum. Quam † manifeſ
tationē à poſſe priuatarum quilibet
iudex ordinarius prouidet: Mol. in
verbo manifeſtatio Bardaxi in for. 1.
de manifeſtatio. ſcripturarum, nam à
poſſe iudicum, manifeſtare ſolum po
teſt curia Iuſtitię Aragonum Molin.
ver. manifeſtatio, verb. manifeſtatus
ſi eſt aliquis. Et ad hanc manifeſtatio
nem à poſſe iudicum redeundo, quã
ſola dicta curia prouidet ſecundum
Mol. in verbo manifeſtatio. Eſt mani
feſtatio hęc duplex vna foralis per
quam ipſo foro, ipſo iure, & ipſo fa-
cto quo quis capitur per officiales Re
gios habetur pro manifeſtato, pro
guidato, pro aſſecurato per Cur. Iuſt.
Arag. abſq; aliqua alia prouiſione: ac
8 ſi actualiter eſſet manifeſtatus, ad hoc,
vt perſona illius non ſubijciatur tor-
mentis, et vexetur tàm in compedi-
bus quã aliàs vltra quam ſit neceſſe
ad finem capturę: et ne detineatur in
carceribus nimiũ obſcuris, & quę ma
gis torturam ſapiãt: quòd capturam.
In hoc namque Regno libero; pactio
nato omnis torturę vmbra timetur;
Habentur hæc omnia in foro, *Itē que
los ſobredichos*, verſ. *E ſi en los caſos de*
appellitu. Ex quo naſcitur quod in
proceſsibus criminalibus preſentia
... in quo

in quibus petitio debet dari præſen-
te accuſato, for. 1. de modo & forma
procedendi in criminalibus, cũ tunc
captus habeatur pro manifeſtato ip-
ſo foro, & vt talis cenſeatur commen
datus carcerario d. foro. Itemque: Et
ſecundum hoc non ſit pręſens in cu-
ria, ita vt contra eum dari poſsit peti
tio eo præſẽte, ſolet proteſtare accuſa
tor quòd non ſtet per eũ, ad offeuren
dam petitionem capto pręſente: Cũ
ſit ipſo foro manifeſtatus. Et hac
praxi vtuntur cauſidici pro maiori
parte, ignari quo tendat illa proteſta
tio. Alia eſt manifeſtatio à poſſe iudi
cum † actualis, quã ſic appellat for. 1.
9 de manifeſtatione perſonarũ fol. 155.
& for. vnicus, *de la carcel de los mani-
feſtados*, de 1564. Et quia vſq; ad an-
num 1555. omnes rei manifeſtati, ſiue
ipſo foro, ſiue actualiter detineban-
tur in carcere communi villę, aut lo-
ci vbi capiebantur d. for. 1. in hoc con
ſiderabãt Regnicolę multa pericula,
et inconuenientia, dimittendo reos
in manibus illorũ iudicum à quibus
ipſi rei timebant pregauari: Ideo in
anno 1555. fuit conſtructa domus ma-
nifeſtatorum, quæ eſt ſita in mercato
huius ciuitatis, & hoc ad requiſitionẽ
capituli militum, & infantionum hu-
ius regni: vt conſtat ex regiſtro dicti
anni in curia Iuſtitię Aragonum. Et
hoc in vim fori *razonable coſa es, de*
anno. 1461. ſub rubrica de de offi. Iuſ
titię Aragonum. Et in hoc carcere po
nuntur omnes, qui manifeſtãtur actua
liter; ſicut hęc omnia preſupponũtur
& diſponuntur in for. 1. *de la carcel de
los manifeſtados de 1564.* & quia carcer
iſte eſt tantũ priuilegiatus, & ad fines
ſupradictos. ideo diſponunt fori quòd
officiales Regij omnes nemine dẽpto
non poſsint intrare dictum carcerem
foro *razonable* de officio Iuſtitię Ara
gonum. Et vide etiam forum anni
1564. de hoc loquentem, vbi dum di
cit illud non procedere in caſibus à
foro Exceptis illud dicit propter fo-
rum de modo ex form. proced. in cri-
min. vbi excipitur vnus caſus, qui po
ſtea fuit extenſus ad alios caſus: vt ſe-
quitur. Quia pro bono pacis fuit de-
claratum in cur. Iuſt. Arago. quod
aſſeſores regentis officium Guberna-
tionis, & etiam aſſeſor Zalmetine in
trent ad interrogandũ captum in pre
ſentia alcaydi, ſeu eius Locũtẽ. de ſole
ad ſolẽ tãtũ in loco poſtea deſignãdo.
10 Poſtea fuit † facta alia declaratio
die 12. Iulij. 1565. vt poſſent intrare cõ
ſiliarij Regię Aud. criminalis cũ Aſ-
ſeſſore, qui forſam tunc pręſideret: &
in ea declaratione aſignatur locus in
aula tota, ſiue *enla Sala*; Et hoc donec
aliud fuerit per Locumtenentes pro-
uiſum, nam ita fit declaratio.

Poſtea die 26. Ianuarij 1591. fuit fa
cta alia declaratio, vt regens tanq; re-
gens, & tanquã cõmiſſarius Regius,
& alij cõmiſſarij Regij ad inquiren-
dum contra officiales quoſcunq; poſ-
ſent ingredi ad interrogandum, & re
cipiendũ iuramẽta, et depoſitiones te
ſtium in ipſa ſala, cũ aſsiſtẽtia Alcay
di: Et donec aliud viſum fuerit Locũ
tenentibus.

Poſtea die † 12. Octobr. 1596. fuit
11 facta alia declaratio, vt çalmetina &
eius Locũten. non intrent, nec ad in-
terrogandũ, nec ad recipiendũ dicta
teſtiũ. Eo tẽpore procur. Fiſcalis pe-
tijt declarationẽ, vt poſſent officiales
Regij intrare ad inuentariãdum, em
parandũ, & ſimilia faciendũ: Et hoc
ſecundũ cõſuetudinẽ introductã (qua
ſi quòd ſecus eſſet de foro.) Et iudex
mãdauit ſe informari inſtante procu
rat. Fiſcali: Et non fuit miniſtrata in-
famatio. Ego credo quòd nõ potuit
fiſcus hoc probare. Et meis tempori-
bus cùm ego Locumten. eſſem in ea
curia nõ fuit datus locus, vt officiales
Regij hoc facerẽt: ſed quod facerent
ẽparas inuẽtaria, et ſimilia portarij
Cur. Iuſt. Arag. Et quod minus hęc fa

cere poterant de nocte. Vide om-
nia iſta in proceſſu Hieronymi Valen
tin ſuper conſulta anno 1554. Et quia
vidi multoties in materia manifeſta-
tionum prętenſiones aliquas inter
omnes Curias huius Regni, concur-
rentibus illis cùm particularibus ma-
nifeſtationibus. Et nimium ſe inuo-
luētibus, ideò eſt aduertendum quòd
† manifeſtationem a poſſe priuatarũ
perſonarum prouidet Regia Audien
14 tia Iuſtitiæ Aragonum, & omnes or-
dinarij Regni, a poſſe autem iudicum
ſolum Iuſtitia Aragonum poteſt ma
nifeſtare, & hęc manifeſtatio proui-
detur, ſine mandato, & procura cap-
ti nomine tamen illius propter peri-
culum quod inde verſatur. Verum ſi
aliquis tanquam conſanguineus pete-
ret manifeſtationem à poſſe iudicũ,
deberet probare qualitatem: Et ſi Re
gia Audientia manifeſtaret aliquem
à poſſe priuatorum, et eum ſic mani
feſtatum penes ſe detineret, † bene
15 poſſet tunc Curia Iuſtitię Aragonum
illum manifeſtare a poſſe Regię Au-
dientiæ, tanquã á poſſe iudicum, & il
le duę manifeſtationes bene ſunt cõ-
patibiles, quia tendunt ad diuerſa: et
ita in anno 1602. in menſę Iulij cùm
eſſet manifeſtata per Regiam Audiē
tiam D. Eſperança de Mendoça à
poſſe priuatarum ad inſtantiam ſui
ipſius, fuit per Cur. Iuſt. Arag. mani-
feſtata à poſſe Reg. Aud tanq; a poſ-
ſe iudicum ad inſtantiam D. Iuſti de
Torres eius conſanguinei in tertio
gradu, in vim fori. fi. de manifeſtatio
ne perſonarum. Et quia hę duę ma-
nifeſtationes tēdebant ad diuerſa, &
ſe compatiebantur fuit ſuſtētata hęc
manifeſtatio quouſque D. Iuſtę ſe ſe-
parauit à manifeſtatione: Et ſic fuit
reſtituta D. D. Eſperantia Reg. Aud.
vide in proceſſu D. Iuſti de Torres ſu
per manifeſtatione d. anno. ſimiliter
in proceſſu † D. Barbaræ Marianæ de
16 Albion, ſuper manifeſtatione, dum eſ
ſet manifeſtata à poſſe priuatarũ per
Reg. Audientiã, ad inſtãtia Io. Erbas,
& aliorũ contutorũ, & commendata
Ioanni de Pueyo tunc Regio conſilia
rio, fuit poſtea manifeſtata per Curiã
Iuſtitię Aragonũ à poſſe dicti Regij
cõſiliari tãquã a poſſe priuatarũ: Et li
cet portario manifeſtanti hęc omnia
fuiſſent notificata, his non obſtan-
tibus ipſe Portarius eã manifeſtauit,
& duxit ad Curiã Iuſt. Arag. Sed cũ
poſtea fiſcus pro intereſſe Reg. Aud.
peteret eam reſtitui Reg. Aud. præſer
tim cũ ambę manifeſtationes eſſent
à poſſe priuatarũ, et ſic attenta pręuē
tione fuit mandata reſtitui. Sunt alia
multa exemplaria in Regno quod à
17 poſſe iudicũ, † & etiã priuatarum poſ-
ſunt manifeſtari perſonę quęcunque
ad inſtantiã cõſanguinei, Abbatis, &
aliorum: quia ad hoc, vt exhibeatur
perſona in publicum tàm à poſſe iu-
dicis, quã priuatarum, eſt pars legiti-
ma quilibet conſanguineus intra gra
dum foralem: iuxta for. fi. de manife-
ſtatione perſonarum probando gra-
dum; licet ante dictum forũ ſufficeret
allegare qualitatem conſanguinita-
tis in quocunq; gradu, ſine probatio-
ne aliqua: Et ad hoc reparandũ venit
for. fi. Verũ eſt tamē quod poſt dictũ
forũ, ad petendã reſtitutionē perſo-
nę manifeſtatę † debet probari quali-
18 tas patris, matris, Abbatis, & ſuperio
ris: Et non ſufficiet eſſe cõſanguineũ,
etiã vſq; ad gradũ for. fin. licet hoc ſuf
ficeret (probatũ tamē) ad effectũ mani
feſtandi, et in publicum exhibendi
perſonam occultatam.

Et licet per ſuperiora videbatur ſuf
ficienter prouiſſũ, & conſultũ fini per
manifeſtationē prętenſo, verũ Arago
nēſes nõ his cõtēti ad alia in vim ma
niſtationis remedia digreſſi ſunt: hoc

Digitized by Google

quia cum Iuſtitia Arag. non ſit iudex
ſingularium perſonarum ſaltèm eis
declinantibus, Molin. in verbo Iuſti-
tia Aragonum, niſi in caſibus excep-
tuatis: veruntamen in vim manife-
ſtationis, maximè ſi cum qualitate
obtineatur, poterat cognoſcere de li-
beratione † per viam priuilegiatam,
19 & de alijs cauſis, quę in manifeſtatio
ne deducuntur: veluti ſi allegetur ali-
qua nullitas in aliqua ſententia crimi
nali, tam ſuper ritu quam circa iniu-
ſtitias, iuxta forum antiquum quintũ
in ordine de manifeſtatione perſona
rum, non aliter quã ſi expreſſe dictas
cauſas euocaſſet, ſicut per dictos fo-
ros de manifeſtatione perſonarũ col-
ligitur. Et eodem modo quo Locum-
tenens generalis euocat cauſas à poſ-
ſe ordinariorũ, for. 1. de off. deleg. Mo
lin. in verbo euocatio. Ita & eodem-
modo Iuſtitia Aragonum per viam
manifeſtationis cenſetur euocare cau-
ſas: vt colligitur ex foro. *E porque*, de
procuratoribus aſtrict. ibi, *pueda el
dicho preſo auer recurſo a la Corte del
Iuſticia*. Quę verba interpretantur
for. iſtę per viam manifeſtationis, &
hoc ad cognoſcendum aliàs de via
priuilegiata, & alijs nullitatibus, alias
de meritis cauſarũ criminalium iux-
tà forum antiquum *1461. E por dar
buena expedicion*, fol. 61. vbi Bardaxi:
qui forus iam hodie eſt derogatus
per foros de modo, & form. proced.
in crimin. anni 1510. qui tollunt recur-
ſum Curię Iuſtitiæ Aragonum in cau-
ſis criminalibus, imò & appellationẽ
tollũt, niſi in certis caſibus, vt per for.
anni. 1564. vt refert Bardaxi in dict.
for. alias autem deſeruit manifeſta-
tio ad impediendam executionẽ ali-
cuius ſententię nullę: vt dicetur. Et
dicta manifeſtatio in ſui origine anti
quior eſt via priuilegiata, quia iam
20 temporibus † Regis Ioannis primi in
anno 1395. Et antea quidam ciues Cę
ſarauguſtani quos dñs Rex manda-
uerat capi, fecerunt ſe manifeſtari:
prout refert Blancas in ſuis Commen
tarijs, in vita dicti Regis fol. 202. Iam
itaque antiquitus in manifeſtatione
cognoſcebatur de meritis cauſarum
21 criminalium, ſed hodie † hoc corre-
ctum eſt, quia ſublatus eſt omnis re-
curſus, & ſolum de nullitate agi potẽ
rit coram Iuſtitia Aragonum, quòd
quia multoties euenire ſolet, ideo ſe-
quentia ſunt maximè notanda, quod
ſublata appellatione per legem, vel
ſtatutum mandans ſententiam, vel
laudum mitti executioni non obſtan
te quacunq; exceptione, & appellatio
ne, vt in cauſis poſſeſſorijs de iure ci-
uili per l. vnicam. C. ſi de momenta-
22 nea poſſeſſione, non † cenſetur ſubla
tus recurſus per viam nullitatis, Cę-
ſar Contardus, in d. l. vnica. limit. 7.
quòd quando nullitas per viam ex-
ceptionis opponitur citra omnem
difficultatem eſt, vt tenet Contardus
numer. 20. ita tamen ſi incontinenti
probetur nullitatis exceptio, Contar-
dus, n. 27. Bald. in l. ab executione n.
8. dicens quòd ſi nullitas per exceptio
nem oppoſita eſt liquida non ſuſpen-
dit, ſed ſtatim perimit: et idẽ ſi incõti
nẽti liquidetur, ſed ſi omnino eſſet du
23 bia, nec ſuſpẽdit, nec perimit. l. vltima.
C. de ordine cognitionum, niſi eſſet
tale factum, quòd non poſſet repara-
ri, quia tunc non liquida ſuſpendit:
Contardus, nu. 28. vbi late. Quòd ta-
men limitat † ſi ſtatutum prefixiſſet
24 terminum ad dicendum de nullitate,
tunc enim eo elapſo non poteſt am-
plius dici de nullitate, etiam euiden-
ti, quia tempora non largiuntur, vt
in foro querientes de firmis iuris: id-
que procedit, ſiue agẽdo, † ſiue exci-
piendo. Quod maximè verum eſt,
vbi pars iam cœpiſſet de nullitate di-
cere.

eſſe. Verum hęc limitatio non procedit, vbi ſtatutum prohiberet poſt certum tempus agi de nullitate ſententię, tunc enim non prohibetur excipere, vt fuit per Rotã multoties iudicatum referente Contardo num. 67. vbi vnius deciſionis Rotalis verba ſubnectit ſequentia. *ſtatutũ prohibens agere poſt annum non comprehendit excipientem poſt annum;* & inducebatur arguendo per contrarium conſilium Aretini. 75. col. 8. verſ. aut ergo, qui in ſtatuto quòd opponi non poſſit de nullitate volebat quòd non tolleret, quin per viam principalis petitionis de nullitate dici poſsit. Ita e conuerſo à fortiori, hæc ſunt verba Rotę, quod ad multa deſeruit, & maxime in materia firmarum, quæ merę exceptiones ſunt, & in tantum hęc
25 vera ſunt, quòd etiam ſi per ſtatutũ, vel legem prohibeatur ipſa nullitas, ad huc poterit agi in aliquo caſu de nullitate, videlicet cum eſt notoria, vel cum prouenit ex defectu iuriſdictionis ſecundum gloſ. ordinariam in Clem. 1. de ſequeſtratione poſſeſſionum, & fructuum. Verum hoc ita intelligẽdum eſt, vt nõ admittatur proponens nullitatem ſimpliciter, non allegata cauſa ipſa, veluti ex defectu iuriſdictionis, vel alia ſimili ſi notoria ſit. Quod intellige parte opponente, imò iudex in primis prouiſionibus opponet pro parte, & pro declaratione d. gloſ. Aduerte quòd quotiens exprimitur cauſa notorietatis, illa dicetur notoria, quę prima facię de iure communi eſt talis, licet poſſit ſubeſſe cauſa propter quam reddatur falſa. Franc. Aretin. in l. in illa colu. 5. verſi tertio adde de verborũ oblig. & in c. ſignificauerunt col. penul. de teſtibus
26 Tiraq. de penis in præfa. num. 61. Et quia nullitas multoties ſolet conſiderari per DD. ſecundum varios effectus, eſt ſciendum † quòd non ſolum dicitur ferri ſententia contra ius, & leges quando expreſſe fertur contra aliquam legem, vel canonem, vel ſtatutum: iuxta caput primum de re iudi. l. 2. C. quando prouocare non eſt
27 neceſſe. Verum etiam dicetur contra ius quęlibet ſententia, quę fertur non contra legem aliquam expreſſe, ſed etiam † contra bonum ius partis, & hoc attento quòd ius mãdat, quòd ſententiæ ſint iuſtę ſecundum ius partis, & ſecundum legem, & rationem. cap. forus de verb. ſignificat. c. cum æterni tribunal. de re iudicata lib. 6. Abbas, in cap. cum inter num. 9. de re iudicata. Et licet in his duobus caſibus dicatur ſententia contra ius, verum eſt vna notabilis differẽtia, quòd ſcilicet in vno caſu eſt expreſſe con-
28 tra legem, in 2. vero tacitè: ex quo naſcũtur diuerſi effectus. Pro cuius intelligentia eſt aduertendum, quòd aliquando † ſententia fertur contra ius, habito reſpectu ad merita cauſæ tantum, & tunc ſi in ſententia non exprimitur error iuris legis, canonis, fori contra quos fertur valebit ſententia de iure d. cap. cũ inter l. cum prolatis, l. precepſ. ſecundum vnum intellectũ ff. eodem. Et in hunc ſenſum ſunt intelligendi textus, qui dicunt quòd ſententia etiam ſi ſit iniuſta facit ius inter partes d. c. cum inter l. res iudicatę. ff. eod. l. ingenuum. ff. de ſtatu hominum ratio huius eſt, quia quando ſententia nõ exprimit aliquid contra ius, forum, legem; nec contra rationem expreſſam in lege, præſumitur
29 iuſta: precipuè quia pars non appellando viſa eſt eam approbare: cap. cauſam cum ſequenti, de re iudica. Abb. in d. cap. cum inter. nũ. 9. in fin.

Verum ſi in ſententia † exprimatur error iuris, veluti quando fertur expreſſę contra legem, vel rationem expreſ-

Digitized by Google

expreſſam in lege, quę ſunt idem ſe-
cundum Decium.in c.quoniam con-
tra num.35. de probationibus: veluti
ſi diceret ſententia valere teſtamen-
tum minoris quatuordecim annorũ,
quia potuit teſtari.l.2.C.quando pro-
uocare non eſt neceſſe, vel quod ele-
ctio eſt iuſta, quia ſuſpenſi poſſunt eli-
gere, tunc ſententia eſt nulla. c. 1. de
re iudicata.d.l.2.l. ſi expreſsim ff. de
appellationibus: eſt communis opi-
nio ſecundum Abbatem in c.1.nu.4.
de re iudicata. Alexand.conſ. 123.n.6.
in primo vbi magis communis. Hu-
ius ratio eſt, quia tunc tollitur omnis
præſumptio, quæ pro ſententia facie-
bat, eamque bonã pręſumebat: Et ſic
remanet notoriè iniuſta Abb.vbi ſu-
pra.

Aliquando vero † ſententia fer-
30 tur contra ius, & forum, non habito
reſpectu ad merita cauſæ. Sed ad a-
liam iniuſtitiam extrinſecam, & tunc,
ſiue exprimatur error in ſententia,
ſiue non, ſemper ſententia eſt nulla
ipſo iure, veluti ſi detur ſententia per
non habentem iuriſdictionem.c.at ſi
Clerici de iudi. per excommunica-
tum cap.ad probandum de re iudica
ta, vel contra minorem ſine auctori-
tate curatoris.l.ſi curatorem,C.de in
integrum reſtitutione, vel ſi feratur
die feſtiuo, vel de nocte. cap. conſu-
luit de officio delegati. c. fi.de ferijs,
& in alijs caſibus ſimilibus in quibus
ſententia erit nulla, licet error non
exprimatur, prout refert Speculator
de ſententiarum prolatione §.iuxta,
quia regulariter quod eſt contra ius
eſt nullum, licet ius expreſſe non
inducat nullitatem in tali caſu l. non
dubium.C.de legibus,l.iuris gentium
§.ſi paciſcar. ff.de pactis. Ratio iſto-
rum, & differentia eſt elegantiſsima,
† quia in concernẽtibus merita cau-
31 ſæ. ll. magnam prębent poteſtatem,
& arbitrium iudici ad arbitrandum,
quæ partiũ iuſtius induat arma. cum
iura in hoc ſuper incerto certam regu
lam diffinire non poſsint l. 3. de te-
ſtib. c. in noſtra eod. tit. c. cauſam
de re iudicata. Et hoc inde naſcitur
quia probationes in modo concluden
di ſunt arbitrariæ de jure: & ſic remit
titur hoc iudici. Et propterea habetur
in iure quod pręſumptio facit pro ſen
tentia iudicis quod ſit iuſta: c. in prę
ſentia de probationibus c. cauſam de
re iudicata.

Verum in his, quę non reſpiciunt
merita cauſę, ſed alias circunſtantias
32 extrinſecas citra deciſionem cauſæ, †
leges non dant iudici facultatem ar-
bitrandi, ac iudicandi, ſed neceſsita-
tem imponunt obediẽdi, c.1.c. ne in
nitaris de conſtitutionibus l.leges ſa-
cratiſsimę. C. de legibus vbi ll. con-
ſtringunt vitas hominum c. cuncta
per mundum, 9.q.1. Et ſic non ſine ra
tione ſi ſententia eſt contra ius in his
ce rebus erit nulla, & ſine effectu ex-
preſſo, vel non errore, quia nõ poteſt
inferior tollere, diſpenſare, nec altera
re legẽ ſuperioris in caſibus nõ permiſ
ſis Clemen. ne Romani de electione.
cap. quod ſuper his de maioritate &
obedientia faciunt not. Per. Bart. in
l.is, cui .§. quærit de verb.oblig. & de
hac iniuſtitia extrinſeca, & nullitate
loquitur Bantius de nulli.ſententiarũ
ex defectu proceſſ. verſ. hactenus nu.
54. dicens, quod attendatur maxime
ad id quod leges canones, conſuetudi
nes & ſtyli diſponunt circa ordinem
procedendi ordinarium; quia cum
illud reſpiciat ordinem ſubſtantialẽ
iudicij, & formam ſtatutariam cuius
33 omiſsio † quantumuis leuis nullita-
tem inducet, Fel.in c.quoniam con-
tra col.2.Banc.nu.55.Oſaſc.deciſ. 165
num.4.& 172.num.25.Inde eſt quod
illa omiſsio inducet nullitatem ipſo
iure

Digitized by Google

iure cap. cum dilecta de reſcript. cap. cum venerabili de offi. delega. Bald. in l. prolatam col. penult. C. de ſent. Et propterea dicit Abbas in cap. cum olim. colu. penult. de ſententia, & re iudicata quòd plus inficit iniuſtitia ex ordine, quam ex cauſa, quia prima reddit ſententiã nullam, ſecũda non l. prolatam vbi DD. C. de ſententijs l. 1. C. de execut. rei iudic. Et quia prima eſt contra ius commune, ſeu conſtitutionis lata. Secunda vero contra ſuo litigatoris. Iſtę tres concluſiones ſunt textuales, vltra quòd eas ſequitur DD. omnes varijs in locis, Vantius de nullitate ex defectu proceſſus num. 1. cum ſeq. 16. & 17. & maximè 37. vbi de magis communi teſtatur. et num. 54. cum ſeq. vbi alios allegat: copioſè Decius in c. quoniam contra nu. 35. cum ſeq. de probationibus, latè Fęlin. in c. inter cęteras de ſententia, & re iudic. Abb. ibi, & in cap. 1. eodem. Eaſdem concluſiones cum cõmuni tuetur Ant. Gabr. tit. de ſententijs, concl. 7. & 9. qui omnino vidẽdus: ſequitur Afflict. atteſtãs de cõmuni. deciſ. 28. 39. 47: qui alios infinitos congerit.

Sed licet dixerimus ſententiã latã contra ius, in reſpicientibus merita cauſæ non inducere nullitatẽ, niſi er-
34 ror exprimatur in ſẽtẽtia: tamẽ quia hoc patitur vnã maximam limitationẽ inter alias, opportet vlterius annotare, quòd quãdo ſentẽtia fertur contra ius habito reſpectu ad merita cauſę, tunc ſi error exprimitur in ſententia erit nulla ſententia, tanquã lata expreſsè contra ius conſtitutionis: ſecũdum Vantium vbi ſup. n. 118. Verũ ſi error non exprimatur erit ſolum iniuſta, quaſi lata contra ius letigatoris, ſed non erit nulla.

Sed eſt aduertendũ quòd † dicetur
35 error expreſſus nõ ſolũ quãdo expreſsè exprimitur in ſententia, ſed etiam quando ſententia expreſsè refertur per modũ cauſę ad acta proceſſus, in quibus ineſt error: & talis qui nõ poteſt euitari, nec aliquo modo ſaluari: veluti ſi diceret ſententia condemno Petrum, quia talis teſtis, & talis teſtis probat mutuũ, vel debitum, vel quia tale inſtrumẽtũ hoc probat. Tunc ſi tales teſtes, vel tale inſtrumentũ illud non probarent ſententia eſſet nulla: Bart. & Bald. in l. 1. C. de error. calcul. et eſt cõmunis opinio ſecundum Vantium de nullita. ex defect. proceſ. nu. 129. Felin. n. 3. Abb. & alij in c. inter cæteras de re iudi. Deci. in c. quoniã contra num. 37. de probatio vbi alios allegat.

36 Sed ſi ſententia † non ſe referret per modum cauſæ, ſed generaliter, & enuntiatiuè propter aliud, veluti ad demoſtrandũ quòd viſo proceſſu fertur vt quando dicitur atten. content. viſis actis, quia probatũ eſt, &c. quia conſtat & ſimilibus, tunc licet in actis reperiatur error, non erit ſentẽtia nulla: quia poteſt ſuſtineri ex alijs extra proceſſum, veluti per confeſsionẽ extra proceſſũ, & potuit iudex teſtibus nullã fidẽ adhibere propter mutationẽ vultus, trepidationẽ, vel aliàs ſecũdũ Fęli. vbi ſup. n. 1. Vant. n. 130. Et propterea dici ſolet ꝙ error qui colligitur ex actis nõ vitiat nec anullat ſententiã, quia ineſt implicitè vt in l. pręſcſ. ff. de re iudi. ſecundũ Affli. Deciſ. 28. n. 3. dicẽtẽ quòd error implicitẽ expreſſus in ſententia non inducit defectum formę, ſed ſolum vitiũ materię: & idem eſſet licet ſententia expreſſe ſe referret ad acta, ſi tamen error qui in actis eſt poſsit aliquo modo ſaluari, veluti in ſententia abſolutoria, ſi diceret abſoluo Petrum, quia sũt ſex teſtes qui nõ probant: Nam licet illi teſtes probarent, potuit tamen

Et dicit amplius quòd quotidie Rota reuocat ſententias, licet ſint tres conformes quãdo nõ iuſtificãtur per acta probatoria, ſi acta repugnent ſententiæ, & reputat Rota friuolam & irriſoriam rationem illam quam plerique tradunt, quòd ſcilicet potuit iudex aliunde moueri extra proceſſum, niſi illud probetur manifeſtè per partem illud allegantem.

In hac manifeſtatione antiquitùs tractabatur etiam de meritis cauſæ criminalis offerendo firmam facta electione iuris firmę, & deducendo in ea omnes nullitates, & iniuſtitias quia antiquitùs dabatur recurſus in † cauſis criminalibus ad Curiã. Iuſt.
41 Arago. per viam manifeſtationis, & electionis iuris firmę vt patet per for. *E por dar buena expedicion*, de manifeſt. perſon. fol. 61.

Sed iam hic recurſus ſublatus eſt Curię Iuſtitię Aragonum per for. de mod. & for. proced. in crimin. anno 1510. quinimò omnis recurſus eſt ſublatus in cauſis criminalibus, etiã, qui dabatur ad Reg. Aud. niſi in caſu mortis aut mutilationis membri, quo caſu permittitur appellare ad dominum Regem modis, & formis traditis per forum raſonable, & alios anni 1564. Itaq; forus ille v. de manifeſt. perſon. iam correctus remanet per for. de mod. & for. proced. in crimin. reſpectu meritorũ cauſę criminalis: quia recurſus ſuper via priuilegiata per viam manifeſtationis, & agendi de nullitate ſententię non eſt ſublatus per illum forum: vt notat. Bard. in d. for. v. vbi benè reſoluit. Quia ſublata † appellatione non eſt ſublatus
42 recurſus nullitatis vt ſupra late dixi: & ita optime Bardaxi in tract. de ofi. guber. in criminalibus cap. 16. dicit quòd eſt inter alia remedia, vnũ præcipuum quò hodie, ſicut & olim cõpetebat ad impediendã executionem ſentẽtię criminalis ſcilicet manifeſtationis perſonę cũ aliqua qualitate, nã licet ſecũdũ eũ ſimplex manifeſtatio nõ operatur poſt ſentẽtiã latam, quia extinguitur cũ ea iuxta for. de manifeſt. perſon. tamen ſi fiat cũ qualitate puta nullitatis proceſſus, vel qualitatis eximentis captum à iuriſdictione iudicis puta nobilitatis, clericatus, militiæ, domini vaſſallorum, infantionis habitantis in loco dominorum his ca-
43 ſibus manifeſtatio † impedit executionem ſententię, donec partibus auditis ſit ſublatum impedimentum manifeſtationis: ſecundũ ordinem traditum per Bard. in dict. for. v. Hinc eſt quod licet ſecundũ foros Aragonũ abſens accuſatus & condemnatus in cõtumaciam, ſi capiatur poſt ſententiã non audiatur ad nouas defenſiones, ſed debet ſententia exequi contra eum, vt in for. de proceſ. contra abſentes, (niſi quando voluntariè ſe repræſentat: et idem ſi capiatur, durante ta-
* men tempore ad ſe defendendum ex ęquitate: vt in pceſſu Michaelis de Hormedas ſuper crim. cõtra Petrũ Hier.
44 Taraſcõ. in Reg. Aud. mẽſe Nouẽb. 1597.) tñ ſi alleget nullitatẽ audietur ſecundũ Roland. conſ. 60. nu. 30. vol. 2. Boſsi. tit. de bannitis, nu. 18. ver. ali-
* ter bãnum eſſet nullum, prout fuit iudicatum in proceſſ. intitulato in cauſa pceſſus pro cur. Fiſcal. *Cõtra los de Ayerſa*, ſuper criminali, anno 1591. vbi fuit conceſſa copia de ritu, & memorialibus P. Angulo condemnato in abſentia, quem poſtea ego liberaui per viam priuilegiatam de conſ. aliorum. Et ſic in primis prouiſionibus in quibus non datur copia parti, tamen datur reſpectu ritus, & ad hunc effectum manifeſtantur pri-
45 mæ prouiſiones, vt de † nullitate

nullitate doceatur ad varios effectus iuris,&fori occaſione iſtorum fuit dubitatum in Conſiſtorio Iuſtitię Aragonum ſuper caſu ſequenti, die 24. Octobris 1598.facto verbo per me relatorem in conſ. Fuit poſitus in deliberatione proceſſus P.Gayan, & aliorum ſuper iuris firma. Iſti cum eſſent condemnati ad mortem naturalem prętextu cuiuſdam aſaſinamenti in prima, & ſecunda inſtantia habuerũt recurſum ad Curiam Iuſt. Arag. per viam manifeſtationis,& obtinuerunt inhibitionem iuris firmę fundatam in nullitatibus ſequentibus. Primo dicebat probationes aſtricti, & partis eſſe nullas, tãquam receptas ſine interuentu iudicis ordinarij Villę de Epila, vbi cauſa agebatur. Et poſtea fuit per euocationem ad Regiam Audientiam ducta, nam fuerunt teſtes recepti, partim per notariũ princip. ſine iudice, & Aſſeſſore, partim per quendam notarium ſubſtitutum à notario princip. ſimiliter ſine iudice, & Aſſeſſore; contra for. vnicum, tit. *Que los Conſejeros de lo criminal*. fol. 201. anno 1564. Secundo dicebant quòd reliquę probationes reorum,eorundéq; confeſsiones in nihilo concludebant à notorio,& ſic ex eis non reſultabat conuictio aliqua: Et per conſequens ſententia ex eis lata continebat manifeſtam iniquitatem,quę in iure nullitatis ſortitur effectũ,&ſic dicebant quòd ex vtroque cap.in firma,& nulla erat ſententia.

46 Magna, & fortis † fuit ſubſecuta altercatio inter Locumtenẽtes, & primo omittendo quod fiſcus,qui inſtabat executionem ſententię iuxta tradita per Molin.in verbo poſt ſententiam dicebat ſcilicet, quòd cùm ſublata ſit via priuilegiata foro nouo anno 1592. non poterat prouideri firma: nam manifeſto errore forali conuincitur: vt dicetur in ſequentibus.

Suadetur primo fundamentum cõtra accuſationem procuratoris aſtricti, nam illa tanquam omiſſa forma ſtatuti recepta eſt nulla,& abſq; fide: In proprijs terminis, Auendaño de exequen.mand.cap.17.num,2.ibi(ſic videtur quod teſtes)Cacheranus cõſ. 64.vbi caſum decidit,faciunt notata per Azeuedo ad l.3.nouæ recopil.tit. 6. l. 28. per l.apud eloquentiſsimum vbi DD. C. de fide inſtrum. Greg.Lopez ad gloſam in lege parti.27.tit.16 par.3. Quod verum eſt licet imponatur pęna aliqua notario ſecus agenti, vt in eodem caſu loquuntur Auendañus & Greg. Lop. Vantius vbi infra num.54.Neque contrarium firmo pede tenet Azeuedo, ſed dubius. Non enim per appoſitionem pœnę † cẽſetur receſſum à pœna nullitatis parte de nullitate opponente Corn.conſ.11. num.2.in fine.vol. 4. loquens in caſu noſtro Cynus in l. penult. ff. ne quis eum: Et licet pœna ſtatuti tollat pœnam iuris communis Iul.Clar. §.fin. q.85. verſ. debet etiam iudex, quę eſt magis communis ſe. undũ eum.Et anullatio actus eſt pęna glo. in c. decet de immunit. Eccl.in 6. Hoc tamẽ limitatur nõ procedere ſecundũ Moron de treugua, & pace quando iſtæ pœnę diuerſimodè applicantur. Nam tunc nõ tollitur anullatiò per aliam pœnam vt per eum q. 123. Et quod fortius eſt forus requirit concurſum duarum perſonarum de quibus magis lex pręſumit quam de vna c.prudentiam de officio deleg. Et tunc eſt certum quòd vna non poteſt ſupplere vicem duarum,nec valebit conſuetudo in contrarium Cacheranus vbi ſupra.Sicut in electionibus vnus non poteſt eligere de iure communi pro duobus quia duplex conſcientia tunc requiriturDD.in c.licet de electione.

47

Et ſic

Et ſic cum forma fori ſit omiſſa actus
corruet, vulgatis iuribus Gomez. 1. to.
var. c. 2. Nã cũ teſtes ſint recepti cõtra
ius cõſtitutionis, nõ valebit receptio
Vant. de nullitate ex defectu proceſſ.
n. 38. Guilielmus à Cuneo in l. 2. C.
quãdo prouocare nõ eſt neceſſe. Hoc
ſuppoſitio certũ eſt quòd ex hac pro
48 batione nulla, † ferri non poteſt ſentẽ.
alias eſſet nulla Afflictis deci. 47. n. 5.
deci. 28. n. 1. vbi multa, Vãtius de null.
ex defec. proceſſ. n. 54. & 37. Nã cum
ſit contra ius conſtitutionis, & legis
vitiatur omnino Guiliel. à Cuneo vbi
ſup. quod certiſsimũ eſt. Ergo ex hoc
capite non poteſt ſuſtineri tanquam
nulla, minúſq. ex alijs probationibus,
quę licet nullę non ſint quia ſunt cõ-
tra ius partis, & merita cauſę reſpi-
ciunt, quo caſu, ſi non exprimitur er-
ror in ſententia expreſſe, vel per rela-
tionẽ expreſſam ad acta per modum
cauſę ſenten. non eſt nulla; cõtinet tñ.
49 notoriã iniuſtitiã, † quę nullitatẽ indu
cit ſaltẽ in criminalib. faciũt notata
per Afflic. deciſ. 28. 47. 39. Vbi Ceſar
Curſil. in additioni. cõmuniter recep-
tũ dicit Boſsius titu. de nullita. aduerſ.
ſent. n. 7. Gabriel qui in crimi. cõmu-
nẽ dicit concluſio. 10. n. 5. de ſententia
Corneus vbi ſup. Cartar. de executio.
ſententia. contra bãnitos. c. fin. n. 22.
Quid in ciuilibus, an notoria iniuſti-
tia inducat nullitatẽ, videtur quod nõ
Grabriel, & Vãtius vbi ſup. Neq. obſ-
tabit ſi dicas ſecundũ Afflictũ, & alios
quod iudex extra proceſsũ, & aliũde
fuit motus, & quòd ſic ſentẽtia debet
ſuſtineri vt ſupra viſum eſt. Nã reſ-
pondeo quòd cũ in Regno iudex de-
50. beat † ſecundũ quòd in actis eſt iudi-
care, nec poſsit etiã ad animi informa
tionẽ aliunde materiã quęrere obſer-
uantia fin. de re iud. obſeruan. itẽ po-
ne de probat. perinde erit referre ſe
in regno ad acta proceſſus, ſicut de iu
re referre ſe ad. Y. & A. quia in vtroq.
caſu iudex ſe referẽdo reſtringit ſe ad
certas probationes. Sed ſic eſt, q quã
do ſe refert de iure ad Y. & A. ſi per Y
& A. non cõſtat ſentẽtia eſt nulla, vt
ſupra. quia conſtat de errore per re-
lationẽ expreſſam ad acta quod intel-
lige in condẽnatoria ſenten. vbi er-
ror ſaluari nõ poteſt: ſecũdũ Fælin. in
c. inter cęteras. n. 3. de ſenten. & re iu-
dicata ſecundũ Fæl. & Afflic. vbi ſup.
ergo idẽ quãdo in Regno cõſtat de er
rore in actis, vt ſentẽtia ſit nulla, vt ſu
pra latius diximus. Neq; his obſtat
51. quod per foros de modo, † & forma
procedẽdi ſit ſublatus recurſus in cau
ſis criminalibus ad curiã Iuſtitię Ara.
Nã reſpõdeo quod denegatis recur-
ſu, & appella. ad ſuperiorẽ nõ cẽſetur
denegatus recurſus per viã nullitatis:
Nã potuit iudex de ea cognoſcere, ſi
notoria ſit ex actis reſultãs, latiſsime
Ceſſar Contardus in l. vnica C. ſi de
momentanea poſſeſſ. limitatione. 7. &
9. vbi multa ad propoſitum, & ſupra
latius diximus. His, & alijs moti
collegę mei fuerunt huius opinionis:
Ego vero contrariũ tenui, ex ſequẽtib.
52. Primo certũ eſt, q error, † qui colligi
tur ex actis nõ vitiat ſententiã, quia id
eſt implicitè Fęli. vbi ſup. n. 1. Afflic.
deciſ. 28. n. 5. Dicens q quãdo ſenten.
tacite ſe refert ad acta, & in actis eſt
error, nõ vitiatur ſentẽtia, vt in l. pre-
ſes ff. de re iud. quia error implicitè
expreſſus in ſentẽ. nõ inducit defectũ
formę, ſed materię: et ſic nõ vitiat, ſe-
cundũ ſupradictos, & ſupra latius. Se-
cus autẽ eſt quando error continetur
53. † expreſſe in ſententia, vel quãdo ſen
tentia expreſſe ſe refert ad acta, in qui
bus eſt error, nã tunc ſenten. dicitur
cõtinere errorẽ, & vitiatur Fæli. n. 2. &
Afflic. vbi ſup. Cõtard. limita. 9. n. 59
& 60. q intelige ſi ſentẽ. expreſſè ſe re
fert ad acta in quib. omnib. eſt error,
veluti ſi dicat quia conſtat per. y. &
a teſtes condẽno Titiũ: Nam ſi y &

A non probarent, ſententia diceretur cõtinere errorẽ, & eſſet nulla, † exquo error aliquo modo ſaluari nõ poteſt. Secus autẽ ſi generaliter ſe refert ad acta, & enuntiatiuè, in quibus partim eſt error, & partim nõ quia tũc poteſt ſaluari error, vel ſi ſe refert expreſſe ad acta in quibus eſt error. Si † tamen
55. ſaluari poteſt error valebit ſententia, verbi gratia ſecundũ Afflictum deciſ. 67. Contardũ, & alios vbi. ſup. dicit iudex quia probatũ eſt, vel quia cõſtat ex actis condemno &c. tunc non officit quòd per duos teſtes. Y. & A non probetur ſi per. M. & T. vel ſi aliunde extra proceſſum probatur. Vel dicit iudex quia Y. & A. nõ probãt abſoluo, licet videantur illi teſtes probare. Poterit tamen iudex moueri per trepidationẽ, colorem vultus, & aliàs ad non credendũ illis ſecundũ Caſtro in l. Lucius ff. de infamibus, & ſic ſaluatur error. Debet tamen tunc iudex in ſentẽtia, vel motiuis ponere cauſam, propter quã eis non credit. Contard. vbi ſup. n. 60. Etſi iudex dicat quia ex actis cõſtat condẽno, tunc ad hoc vt ſententia reddatur nulla oportet ꝙ per hoc appareat iudicẽ erraſſe in iure, & in facto; nã error facti vitiat, ſicut error iuris. Et ſic quod per acta conſtet de errore. Secus autẽ erit † ſi aliquo
56. modo poteſt ſaluari error Felin. nu. 3. & 4. verſi. ſexta declaratio: & in hoc tendunt omnes DD. Vnde licet in præſenti probatio Aſtricti ſit iniqua, & iniuſta, ꝙ puto verũ, non tñ. eſt vitio nullitatis ſubiecta, ex quo adeſt in hoc opinionũ variatio, Et per cõſequens nõ eſt notoriè iniuſticia, et deficiente hac qualitate notorietatis propter DD. ei cõtradicẽtes nõ poteſt dici nulla, licet ſit iniqua, & ſic prætextu nullitatis nõ ſe intromittet iuſtitia Aragonũ. Contard. limitatione. 9. a. n. 50. cũ ſequentibus; licet ſecus eſſet coram iudice, qui de cauſa cognoſcere poſſet in 2. inſtãcia, quia poſſet eã vt iniquã, & nullã reſpuere, nõ obſtantibus contradicentibus, ſed in iudice qui tantũ de nullitate cognoſcit debet concurrere notorietas, de qua ſupra, ĩ. alibi dicemus. Remanẽt deinde probationes, & cõfeſsiones reorũ ipſorũ, & indicia, quibus moueri potuerunt iudices ad condenandum. Et ſi dixeris ꝙ in illis probationib. patet de errore, quia nõ conuincũtur rei de delicto. & ſic ſentẽtia referens ſe ad illas nõ valet. reſpondeo ꝙ hoc eſſet verũ quando ſen-
57. tentia † expreſſe ſe referret ad illas probationes per modũ cauſę, vel ſimile. Secus autẽ ſi ſentẽtia vt in caſu noſtro ſimpliciter enunciet acta propter aliud, vt ſcilicet demonſtret ſe cognouiſſe de cauſa, veluti dicendo viſis actis in cauſa productis, atten. contẽt. &c. quo caſu ſententia nõ vitiatur Felin. n. 4. Sed dices licet in ſentẽtia non
58. ſit error expreſſus, † nec relatiuus ad acta, tñ. ſi notoriè cõſtat de eius errore ſententia eſt nulla. Fęlin. n. 4. verſ. 6 cõcluſsio: & dicitur notoriè conſtare quando ex actis reſultat. Hęc obiectio nõ cõcludit, quia procedit quãdo error eſſet verè notorius: ſecus autẽ quãdo in dubiũ reuocari poteſt, quia multa dicuntur notoria quę nõ ſunt. c. cõſuluit. 1. de appell. Fęlin. vbi ſup. In caſu autem præſenti cũ in regno indicia ſufficiant ad pęnam ordinariã non poteſt dici error notorius, quia indicia mouent differẽter, ſecundũ cuiuslibet intellectũ, & quatenus ſibi quiſq. perſuaderi patitur. Sed quia manifeſta
59. iniquitas † circa acta probatoria in criminalib. inducit nullitatẽ, vt ſupra dixi ſicut error expreſſus in ſentẽtia, & etiã relatus expreſſè ad actã, in quibus patet de errore, inducit nullitatem, ſi in caſu noſtro adeſſet error expreſſus in ſententia vel relatiuè

niè ad acta, in quibus adſit error vel
daretur in caſu noſtro iniuſticia no-
toria. Certè in quolibet iſtorũ caſuũ
nõ eſſet cõgruè reſpõſũ quia nõ poſ-
ſet ſaluari error, ex quo in Regno iu
dex debet ad chartã iudicare, nec a-
liũde animum ſuum mouere vt ſu-
prà dixi. Quare ad tollendã omnẽ di
ficultatem dicẽdũ eſt quòd Iuſtitia
60. Aragonũ nõ poteſt † de materiis cau
ſarũ criminaliũ cognoſcere poſt fo-
ros de modo, & forma procedendi
in criminali: vt dicit Bardaxi in foro
§. de manifeſtatione perſonarũ, & pe
nitus eſt in competẽs ad cognoſcẽdũ
de iuſtitia, vel iniuſtitia meritorũ.

Neq. obſtat quòd ſublata appella
tione non cẽſetur ſublatus recurſus
per viã nullitatis quecunq. ſit nulli-
tas, Felin. vbi ſup. & maximè ſi noto
ria ſit, quę nõ tollitur per ſtatutũ, pro
hibẽs dici de nullitate: latè Contard.
limitatione 7. & 9. Nã reſpondeo,
quòd illud procedit quãdo iudex ſu-
perior remanet in aliquo iudex iux-
ta materiam l. vnicæ C. ſi de momẽ-
ta. poſſeſſione. Secus autẽ quãdo om
nino abdicatur ab eo iuriſdictio cog
noſcendi de huiuſmodi cauſis, & re-
manet tanquã priuatus, vt in † caſu
61. noſtro, vbi per foros anni. 1510. tota
cognitio cauſarũ criminaliũ fuit ab
eo abdicata, & tradita cõſilio cauſa-
rũ criminaliũ: & hęc eſt vera reſpon-
ſio ad caſum occurrentẽ.

Deinde quia de illa qualitate nul
litatis debuiſſet cõſtare notoriè (vt di
xi) & manifeſtè ſecluſo omni dubio
& offuſcatione Felin in c. inter cete-
ras n. 7. de re iud. Farin. 1. p. q. 21. nu.
17. & q. 11. nu. 63. vt Iuſtitia † Ara-
62. go. ſe poſſet intromittere, at hic non
conſtat manifeſtè, quia probationes
ſunt arbitrarię, & per reſponſiones
reorũ potuit iudex moueri, vel aliàs,
quod ſufficit ad excludendã qualita-
tẽ notorietatis (vt dixi,) Quòd ſecus
eſſet in iudice proferẽte ſententiam,
vel alias cõpetẽte, quia in eo nõ requi
reretur hęc qualitas notorietatis, ſed
ſufficeret iniuſticia notoria apparen
ter, ſecũdum communem cenſuram,
licet nõ concludentem apud omnes.

Deinde, quia ex quo in gradu ap-
pellationis fuit cognitũ de nullitate
videtur quòd nõ poteſt amplius de
ea cognoſci, quia iam fuit datus ter-
minus ad agẽdũ de nullitate: ſed hoc
patitur aliquas difficultates, quas
omitto, cùm non expediat modo de
eis agere. Et quãuis cũ hoc pręſidio
videbatur miſeros reos ſatis ſecuros
reddi ab omni vexatione, & cõtra fo
ro verũ Aragonẽſes Zelotypia labo-
rãtes, & nõ multũ de officialibus Re
63. gijs cõfidentes aliud ſibi remedium
† quęſierunt: inhibitionẽ ſcilicet per
quã Iuſtitia Aragonũ ſolet manifeſ-
tationẽ magis tutare, ac fortificare
inhibendo omnibus oficialibus Re-
gijs, ne ſubſiſtente ſuis pedibus ma-
nifeſtatione reũ captũ vexent, ac in-
quietent, & hoc non ſolũ ante ſentẽ-
tiã, verum etiã, & poſt, veluti ſi cum
aliqua qualitate fiat, velluti nullita-
tis, vel alterius qualitatis eximentis
captũ a iuriſdictione judicis capien-
tis, vt tenet Bardaxi in tractatu cau-
ſarũ criminal. c. 16. Et hoc pręſertim
& frequẽtius fit quãdo tractatur de-
64. liberando † captum tanquam ma-
le, & nulliter captum per viam
priuilegiatam. Solet nanque tunc
inhibere Iuſtitia Aragonum ne
quicunq. iudices Regij procedant
ad ferendum ſententias contra fo-
rum, nec iam latas exequendo con-
tra captos reos pendente manifeſta-
tione, & in ſuo caſu pendente cogni-
tione ſuper via priuilegiata: Et hęc
inhibitio tanquam ab habente pote
ſtatem emanans arctat omnes iudi-

ces de Regno, & etiam dominum Regem ex ſua clemétĩa. Et hãc inhibẽdi facultatẽ in ſuo caſu habet Iuſtitia Aragonum ab anno 1371. vt in foro vnico titulo quod inhibitiones Iuſtitiæ Aragonum. Quinimo ille forus iã de antea id præſuponit; & hæc inhibitio non differt ab inhibitione iuris firmæ niſi quòd in illa firmatur de eſtando, & parendo iuri, in hac non. Et quamuis antiquitus † hæc

65. inhibitio non erat de conſilio, fuit tamen ſemper bonum conſilium imò & maiores noſtri locumtenentes ſoliti ſunt eam per viam iuris firmæ priuilegiatę concedere, partibus id ita ſupplicantibus: & hoc ſpeciali ratione, quia cùm ſentẽtiæ criminales; & executiones illarum ſint de foro priuilegiatę non obſtante firma ſcilicet communi, ſeu aliàs exceptione, vt in foro de modo, & forma procedendi in criminali, ideo oportebat quòd remedium ſuſpenſiuum illius ſententię eſſet ſimiliter priuilegiatũ, ſicut eſt inhibitio iuris firmę contra proceſſum criminalem, quę debet eſſe priuilegiata, ſicut & ipſe proceſſus, alias poſſent iudices inhibiti, exequi ſententias criminales, (non obſtante inhibitione) impunè. Et ex hoc capite fuit abſolutus quidam iudex ordinarius Ciuitatis Darocę, qui fuit executus ſententiam criminalem nõ obſtante inhibitione quia illa nõ fuit conceſſa priuilegiatè, pro vt debebat

66. fieri. Sed cũ de bono ſtylo curię Iuſtitię Aragonũ † huiuſmodi inhibitiones dentur de cõſilio, ſimilẽ vim habebunt, ſicut iuris firmę, & ſicut Regia Audientia inhibet poſt appellationem interpoſitam in cauſa criminali, Bardaxi vbi ſup. n. 16. in priuata curia Iuſtitiæ Aragonũ poſt factam manifeſtationem qualificatã quæ circumfert iuriſdictionem (vt dixi) poteſt, & ſolet inhibere: ita Bardaxi in foro. 5. de manifeſtatione perſonarum ibi ſi verò agitur ſuper inhibitione obtenta in vim manifeſtationis prouiſę cum qualitate. Similiter ſi agitur ſuper ſublatione dicti impedimenti debet procedi ſummariè &c. Quia licet ſimplex manifeſtatio ſpiret lata ſententia criminali, & forali,

67. veruntamen manifeſtatio † quę fuit fundata in aliqua qualitate non ſpirat lata ſententia forali, niſi quouſq; præcedente ſummaria cauſę cognitione tollatur per iudicem locumtenentem, impedimẽtum manifeſtationis & inhibitionis, Bardaxi vbi ſup. n. 8. Et nihil in regno frequẽtius quàm manifeſtatio fundata in aliqua qualitate, veluti nullitatis proceſſus, exceptionis, nobilitatis clericatus, dominij vaſallorũ, & ſimiliũ ad impediendã executionẽ criminalem ſententiæ datę contra aliquẽ: Bardaxi. vbi ſup. n. 8. Et eſt vulgatiſsimum, & tritiſsimũ cõcedi ſimiles inhibitiones ad hoc, ne pendente manifeſtatione procedat iudex ad executionẽ ſententię criminalis; de quo extãt mille exẽplaria antiqua & moderna prouiſa per locumtenen Iuſtitię Aragonũ, etiam eos qui nunc ſunt in Regio conſilio, et antea fuerunt.

Cõdemnat iudex ordinarius inuim ſtatutorũ aliquẽ ad remigrandũ in triremibus Regijs, & ſeu, vt vulgo dicitur ad galeas quòd iudices ordinarij nõ poſſunt niſi Regię Audientiæ de rigore: iuxta tradita in l. fi. de iuris dict. omniũ iud. Condẽnatus † in

68. hoc caſu nõ habet viã priuilegiatã ſed habet remediũ manifeſtationis & inhibitionis, cũ ſupradicta qualitate, & ſimilibus, ad obuiãdũ ne clãdeſtinè & de facto ad galeas remittatur, vt fuit factũ in ꝓceſſu Frãciſ. Rufat. ſuper iuris firma anno. 1594. & in ꝓceſſu Michaelis Buil

Buil de Boltayna ſuper manifeſta-
tione perſonæ in menſe Aprilis 1595.
& in proceſſu Michaelis Buil ſuper
iuris firma menſe Nouembris 1595.
Hæc inhibitio, ſicut & manifeſtatio
non liberat reum è carceribus, ſolùm
impedit executionem ſententię cri-
minalis deſaforatæ.

Et quia Multoties multa emer-
gunt dubia in manifeſtationibus per
ſonarum à poſſe iudicum quicunq.
illi ſint, quę vnica regula metiri non
poſſunt, ſed ſecundum varias caſuū
contingentias, ideo viſum eſt hic ap-
ponere ſequentes caſus manifeſta-
tionum notabiles; ex quibus mul-
ta colligi poteruiit ad varios effectus.

In proceſſu *Hieronymi* Serrano,
& ſeu Roderici Serrano ſuper † ma-
69. nifeſtatione de menſe Madij 1598. in
curia Iuſtitiæ Aragonum, fuit per
Inquiſitores hæreticæ prauitatis pe-
titum in camera Conſilij quòd atté-
to quòd iſti erāt accuſati de delictis
concernentibus fidem quòd ſuſpen-
derent manifeſtationem durante dic
ta cauſa fidei: fuit ſuſpenſa manifeſ-
tatio durante cauſa fidei: & quia cap
ti erant extra Ciuitatem Cęſarau-
guſtæ in villa de Tauſte, & ibi com-
mendati Iurato in vim manifeſtatio
nis, ideo fuerunt conceſſę literæ de
ſuſpenſione manifeſtationis, vt iura-
tus, & iudex ordinarius de Tauſte
eos dimitterent officiali Inquiſitio-
nis. Verum eſt quòd officialis Inqui
ſitionis dedit cautionem in literis re
petitorijs de reſtituendo captum iu-
dici, qui eum habebat captum
finita cauſa fidei. In proceſſu
70. † don Ioannis Franciſci de Ariño ſu-
per manifeſtatione die 5. Iulij 1561.
fuit reſponſum officiali conſultanti
quòd attenta reſponſione facta in
proceſſu, & iterum repetita per In-
quiſitores non debet ad vlteriora
procedi in executione manifeſtatio-
71. tionis perſonę † à poſſe dictorum In
quiſitorum, nec in executione mani
feſtationis ſcripturarum dictorum
notariorum durante cauſa fidei, pro
qua aſſeritur captus, mandantes pre
dicta intimari omnibus officialibus
curię. Reuocationem vero prouiſio-
nis manifeſtationis per dictos Inqui
ſitores ſupplicatam, & in ſuis literis
petitā cum attento eius tenore ritè,
ac rectè, & in nullius iuriſdictionis
offenſam, aut impedimentum fuerit
prouiſſa, † locum non habere: requi-
72. rendo dictos dominos Inquiſitores
ex parte Regis, quatenus ſine dila-
tione reuocent literas, mandatum, &
cenſuras in eis contentas; quatenus
reſpiciunt reuocationem prouiſionis
manifeſtatoriæ cùm ſint per eos pro-
uiſa, & decreta in eandemtem lęſio-
nem Regię iuriſdictionis alias pro-
cederetur, vt fuerit fori, & rationis:
contendendo de prędictis literas in-
timatorias illis directas, relator deín
de requiſiuit alios vt votarent, qui
non teneri, & vbi teneatur eiuſdem
voti. Sed t. Lunel appoſuit verba ſe-
quentia: declarantes quò ad prædi-
cta, & dicta cauſa durante effectum
manifeſtationis fore, & eſſe extinc-
tum.

Mulier quedam concubina † cuiuſ-
73. dam viri fuit capta per eccleſiaſti-
cum, & probabatur concubinatus
per famam, & publicam reputatio-
nem, fecit ſe manifeſtare, eccleſiaſti-
cus petebat eam ſibi reſtitui, ex quo
crimen erat mixti fori, & ipſa per
interrogationem, † & reſponſionem
ſuam prorogauerat iuriſdictionem.
Ipſa petebat liberari per viam pri-
uilegiatam, & remiſſionem locū nō
habere. Liberatio per viam priuile-
tam fuit denegata, & fuit man-
data reſtitui eccleſiaſtico iudici

pro dicto crimine, pro quo fuerat
capta in proceſſu Mariannæ Viñer-
ta ſuper manifeſtatione perſonæ die
6 aut 5. Octobris 1600.

Manifeſtatiò perſonarum à poſſe
iudicum ſpirat ipſo foro, † lata ſen-
74. tentia diffinitiua in proceſſu crimi-
nali forali, ſecus vero, ſi ſit factum
in vim ſtatutorum: Nam tunc non
ſpirat ipſo foro. Sed eſt neceſſe quòd
coram Locumtenente, qui prouiſit
manifeſtationem petatur declarari
fore extinctam manifeſtationē, qui
hoc prouidebit, ſi aliquid non obſ-
tet. Nam multa poſſunt obſtare, ve-
luti quòd ſtatutum non ligat reum,
quòd condemnarunt eum ad galeas,
et ſic extra ſuum territorium, & iu-
riſdictionem, quod non poſſunt, &
ſimilia: ſic fuit pronuntiatum, & de-
claratū in proceſſu Franciſci Ruiz
ſuper iuris firma anno 1594. & in a-
lijs proceſsibus cū eo ſupra allegatis.

Manifeſtari ſe faciat infantio
cum qualitate infantionatus † in lo-
75. co domini temporalis, & petatur per
dominum remitti ſibi. Et ipſe infan-
tio petat ſe liberari. Qua forma, &
quid ſit faciendum, vide in proceſ-
ſu Anto. Laſala ſuper manifeſtatio-
ne, vide in lib. Conſilij die 9. Madij
1560.

Not. quod ſponſus de futuro po-
76. teſt manifeſtare † ſeu petere manife-
ſtari ſponſam ſuam per verba de fu-
turo iuxta for. de manifeſtatione per
ſonarum: quia licet non habeat ad
eam ius de preſenti, & ius in re, ha-
bet tamē ius ad rem, quia poteſt pe-
tere iure actionis eam in vxorem. &
iudex Eccleſiaſticus eam monebit,
vt nubat iuxta. cap. requiſiuit de
ſpons. Sic fuit prouiſa mani-
feſtatio in anno 1597. menſe Ma-
dij die 20. Vide in proceſſu Gaſpa-
ris Mena ſuper manifeſtatione per-
ſonæ. Et erit manifeſtata, donec cau-
ſa per eccleſiaſticum ſit terminata.

Quando perſona manifeſtata re-
77. nunciat manifeſtationi, † tunc iudex
debet mandare eam reſtitui ad lo-
cum à quo fuit manifeſtata: & ſen-
tentia non eſt tunc de conſilio, ſed
ſolum locumtenens relator de ſe ip-
ſo hoc facit. Vide in proceſſu Hippo
lytæ Lopez ſuper manifeſtatione per
ſonę mēſe Iunij vel Iulij 1598. & in pro
ceſſu don Hieronymi Labata ſuper
manifeſtatione perſonæ, menſe Iu-
nij 1598. Quādo perſona manifeſta-
ta petit poni ſe in libertate eſt de cō-
ſilio ponenda in libertate, et ſic ſi nō
renuntiat manifeſtationi tunc de cō
ſilio eſt reſtituenda. Vide in pro-
ceſ. Agnetis de Biota ſuper manifeſ-
tatione mēſ. Nouemb. 1597. & Mi-
chael. Labata ſuper manifeſt. 31. Ia-
nuar. 1598. & fuit mandatum reſti-
tui 16. Iulij 1598. in cur. iuſt. Arago.
Sētētia in proceſſu manifeſtationis,
78. perquam † mandatur captus libera-
ri per viam priuilegiatam, & etiam
quando declaratur liberationē locū
non habere eſt difinitiua, & non po-
teſt reuocari: ita fuit pronunciatum
anno 1530. in proceſſu Georgij Mu-
ñoz, & 12. Iulij 1538. in proceſſu Mar
tini de Campodarue ſuper manifeſ-
tatione, in curia Iuſtitiæ Aragonū,
& anno 1537. in proceſſu Petri Car-
diez de anno 1560. in proceſſu Ioan-
nis Fernandez Treuiño, idem in pro
ceſſu Bernardi de Argote & Ioan.
del Caixo. Sed hęc fuerunt fortiter
diſputata inter domum ganateriorū
Cæſarauguſtæ, & don Michaelem
de Gurrea anno 1575. in proceſſu Mi
chaelis Lopez, nec non Ioan. Moſtró
ſuper manifeſtatione perſonæ, &
ſcripturarum, nam fuit pronuntiatū
liberationem petitam locum non ha
bere, & in reuocatione fuit manda-
tum

tũ liberari ex voto triũ. loeũt. Et iſta vltima fuit petita anullari, & ſuper hoc oblatis ſcedulis, & factis probationibus pendente lite obijt captus: Et ad hoc propoſitum nunc vide ſcholia Porto. ad Molin. in tract. liber. per viam priuilegiatam. §. 11. pag. 361.

79. Manifeſtari non poteſt † libet cõſilij, nec vota conſilij. Vide in proceſſu Franciſci & t. Baſiero ſuper manifeſtatione die 30. Octobris 1598. Vbi procurator ex hoc fuit poſitus in carcere: et tandem liberatus de gracia, & ſe ſeparauit poſtea ab oblatione appellitus manifeſtationis; Procurator dicebatur. t. Mendieta.

In menſe Octobris 1599. in curia 80. Iuſt. Aragonum in proceſſu don Gabrielis Blaſco de Alagon ſuper manifeſtatione in qua dominus loci fecerat manifeſtare quendam vaſſallum ſuum, repertum in ciuitate Cęſarauguſtę, & petebat eum ſibi vt vaſſallum reſtitui tanquam domino ſuo temporali, et fiſcus Regius illud impugnabat ſub pretextu quòd non erat vaſſallus Comitis, ſed Regis, & pactionatus et quia, præſumitur vaſſallus domini Regis, dum in ſuis locis reperitur, fuit declaratum quòd 81. fiſcus non eſt pars legitima † ad petendum anullari dictam manifeſtationem, qui hoc petebat, & dicebat ſe eſſe partẽ attento intereſſe domini Regis, quod habet in homine, qui ſit ſuus vaſſallus, ſeu præſumitur ſuus vaſſallus eſſe, ex quo reperitur in loco domini Regis. Sed hoc non placet, quià licet ibi reperiatur non ex hoc ſequitur quod non ſit vaſſallus domini loci vt ſupra tetigi de quo eſt omnino videndus Paris de puteo de ſyndicatu verbo excedũt num 27. fol. 338.

In proceſſu Michaelis de Lexialde ſuper manifeſtatione die 26. Ianuarij 1601. in cur. Iuſt. Arago. fuit dubium ſequens pronuntiatum Di-
82. dacus † Clauero Inquiſitor officialium delinquentium detinebat eum captum, et alios ratione Inquiſitionis, quam faciebat contra eos vt cõmiſſarios nominatos per Gubernatorem Aragonum ſuper extractione frumenti, fecerunt ſe manifeſtari, Inquiſitor verò petebat tolli manifeſtationem, vel eos ſibi reſtitui abſolutè, fuerunt remiſſi in modum ſequentem.

83. Mandamus † Reſtitui D. Clauero Inquiſitori officialium Regni, ita tamen vt capti detineantur in carcere communi ſub eadem manifeſtatione iuxta forum: vt poſsit proſequi proceſſum Inquiſitionis ratione delicti commiſsi in officio commiſsionis conceſſę per gubernatorem, tantum debitè et iuxta forum, ex motiuis in ſequenti pagina contentis. Et in eodem proceſſu *ſe mando alos Porteros paſſaſſen los manifeſtados a la carcel comun, y los encomendaſſen al Alcayde debaxo la manifeſtacion, y q ſi el D. Clauero como Inquiſidor los pidia que los entregaſſen: Pero que ſi los preſos querian, fuſſe con ellos vn verguero dela Corte del Iuſticia de Aragon que los acompañaſſe, y no perdieſſe de viſta.* Hæc fuerunt acta die 6. Februarij anni 1601. et acceptata per procuratorem fiſcalem.

84. Ex eo, et aliàs. Quia † ex tenore fororum, et obſeruantiarum, et Foriſtarum regula eſt in Regno quòd Inquiſitio fuit generaliter prohibita, (et licet poſtea ſubſequuta exceptio contra officiales:) verum eſt dicere quod prohibitio præceſsit facultatem inquirẽdi. Abſit enim quòd regula ſit, poſſe officiales inquiri niſi

in caſibus exceptis, ſed de contrario quòd Inquiſitio ſit prohibita generaliter quibuſdam exceptis de quorũ numero eſt Inquiſitio contra officiales. Et cum exceptio ſit determinis regulę ſolũm videtur permiſſum, quòd poſsint inquiri, quòd fiat Inquiſitio, & punitio per viam illius, & nihil amplius conceſſum: & præſertim cũ ſimus in materia correctoria, in qua non fit intellectus ſubauditus ad derogationem iurium ſub generalitate verborum. Et ſic conceſſo Regi Petro poſſe facere Inquiſitionem, & punire pro vt vellet, ſolũm hoc videtur contra diſpoſitionem foralem. Patet etiam, quia dici non poteſt hanc facultatem eſſe ita abſolutam, & irregularem, pro vt aliqui ſibi perſuadent: nam videmus

85. per foros, † & obſeruantias eſſe eam in multis modificatam. Et ſic vidimus multoties firmatum contra ſimiles Inquiſitores in varijs caſibus, et ſi fori, & obſeruantiæ voluiſſent ita abſolutè eam concedere, vt abſoluta eſſet poteſtas Regis contra officiales, ſicut in alijs caſibus videmus; nõ vtiquè ita eam modificaſſent: Remedium manifeſtationis ſpecaliſſimum eſt fauorabile, & non debet cẽſeri ſublatum ex conceſsione Inquiſitionis, ſicut nec ius firmandi videmus abrogatum. Et pluſquam certum eſt officiales gaudere foris, excepto caſu Inquiſitionis cùm in curijs interueniant, & ſi torqueri non poſſunt, pro vt nec infideles torqueri poſſe vnquam fuit auditum, nec attentatum antiquitùs, non debent carere remedio ad hoc præcauendum, ſicut eſt priuilegium manifeſtationis, non tamẽ inficior quin poſt latam ſententiam extinguenda ſit manifeſtatio, ſiue ſententia iniuſta, ſiue iuſta ſit, foralis, vel non foralis. Et quòd Inquiſitori, ſi illi ſibi opus fuerit ad interrogandum eos, ſiue ad aliud circa Inquiſitionem verificandum debent remitti eidem cum aliquo portario curiæ, vt finito negocio eos reducat, non tamen quòd ſint Inquiſitori dimittendi ita abſolutè, vt eos poſsit ſecum habere, cùm & hoc per forum expreſſè ſit prohibitum, & ex alijs cauſis. Nam hæc remiſsio non videtur petita debito modo, vt peti debebat, & conſtare priùs debuiſſet Inquiſitionem non præſcriptam, & etiam alijs quibus inquiſiti gaudent, locum non eſſe, & ex alijs cauſis etc.

86. Lata ſententia criminali † ſi captus ſe faciat manifeſtare, et petat inhibitionem ad intentandam viam priuilegiatam, et ne interim cognitione huius pend. nec exequatur ſententia non debet concedi inhibitio, niſi viſo, et recognito prius proceſſu in quo eſt lata ſententia criminalis; quia ſi in eo conſtat clarè, et liquide nullum eſſe penitus fundamẽtum viæ priuilegiatæ, et præſertim hodie, vbi defectus fragantię, et appellitus non operatur liberationem per viam priuilegiatam, dummodo petitio intra ſex dies offeratur; Secundum foros Tiraſonæ, non debet concedi inhibitio in dictis caſibus, in quibus tam notorię conſtat non eſſe fundamentum vię priuilegiatę alias concedendo ſimiles inhibitiones ad ſolam allegationem partis exiſtente proceſſu in eo loco, vbi iudex, et locumtenen. qui inhibet repe-

87. ritur, et ſic vbi de facili † poteſt videri proceſſus nã ita intelligo. (Et ſecus quãdo proceſſus eſt in alio loco et non poteſt de facili exhiberi iudici inhibenti: Quo caſu iuſtiſsimum eſt concedi inhibitionem ad ſolam allegationem partis, propter damnum

num irreparabile) eſſet contra bonū Iuſtitię, & maximum detrimentum totius reipublicæ & in dedecus Regiæ iuriſdictionis. Et ita meis temporibus ſolebat fieri, quouſq; neſcio quo colore iuſtitiæ, contrarium fuit ceptum practicari. Nam etiam videmus eſſe de iure, & ſic practicari quòd firme ne pendente appellatione non concedantur, niſi recognito proceſſu. Vbi ſi talis eſt cauſa in qua appellatio habeat effectum ſuſpenſiuum dabitur firma, ſi autem deuolutiuū tantum, non debitur. Et debent concedi ſupradictæ inhibitiones ad impediendam ſententiam criminalem de conſilio, vel per viam iuris firmę priuilegiatæ de conſilio. Nam cum executio criminalis, ſit priuilegiata remedium ſuſpenſiuum illius debet eſſe æqualis potentię, et ſic de cōſilio.

Similiter etiam ſola † curia Iuſtitię Aragonum poterat manifeſtare

88. proceſſus ſcripturas, & acta iudicialia foro. 1. de manifeſtatione ſcripturarū: vbi Bardaxi. Portoles in verbo manifeſtatio n. 83. Regia vero Audiētia & iudices ordinarij non poterant hęc manifeſtare: Sed iam hodie poſt foros nouos Tiraſonæ ab anno 1592. idem conceſſum eſt Regię Audientiæ. Et hęc manifeſtatio fit à poſſe iudicum, & notariorum illorum, pro vt latius de hac manifeſtatione ſcriptum eſt in meo reſponſo ſuper denuntiatione don Gabrielis Blaſco de Alagon Comitis de Saſtago aduerſus me inſtituta, ſi manifeſtatio ni ſcripturarū, reſpōdet notarius ſe nō habere ſcriptura quæ queritur & poſt manifeſtationē eā in lucem profert: punitur de falſo. Tamē nō ex hoc fit præiudicium ſcripturæ ſi veritatem continet. vide in proceſſu dōnę Marię Mauli nomine proprio & vt tutricis & curatricis dōnę Mariæ de Mendoça contra Iacobum Vidilla ſuper crim. in Reg. Aud. die 20. Martij 1551. vbi, fuit condemnatus talis notarius quia ſimile quid fecerat, licet teſtamentum per eum poſtea productum, fuerit habitum pro vero & bono vt ibi apparet.

Aliud remediū eſt magis ordinarium, quòd appellatur iuris firma

86. † quod ſimiliter non liberat captū à carceribus, ſed ſolū impedit executionem ſentētię deſaforatæ. Et nihil aliud eſt iuris firma quā quędam interlocutio iudicis, per quā declarat cōpetere reo aduerſus actorē taſe, & talem exceptionem, ſeu defenſionē quia cū in manu actoris ſit differre iudiciū in tempus quo reo peritura ſit probatio, ideo iuſtum eſt ſubueni que reo in declarando, illius bonū ius, preueniendo actorem illiq. inhibendo, ne reū moleſtet, attēta illa exceptione. Deſumitur hæc practica † ex

90. l. ſi contendat de fideiuſſoris. & ibi. Bart. & Paul. idem Bart. in l. ſi ſocietatem §. arbitrorum. n. 18. pro ſocio Bald. in l. 3. C. qui bonis ceder. nu. 3. tex. in l. Aurelius §. ſi centū vbi gloſſa de liberatione legata. Et ex hoc appellatur firma acetuus exceptionu, ex eo quia ſolum petit eam reus timens vexari contra forū, proponendo multas exceptiones: vt dē firma poſſeſſoria tradit Paul. de Caſ. in l. ſi ſuper poſſeſsione. C. de trāſac. Et hęc declaratio per quam petit reus à iudice, in via iuris, vt declaret talē exceptionē ſibi cōpetere, & quòd actor eū non moleſtet. † appellatur in Ara

91. gonia firma iuris; quia reus qui eam petit firmat de ſtando, & parendo iuri, & de iudicato ſoluendo, ſicut facit reus. l. 1. vbi Bart. ff. iudicatum ſol. Et oblata hac firma per reū, allegatiſq. in ea exceptionibus, ſi firma ſit communis, ſiue bolandera, probatis tamē in-

firma

firma caſuali, remanet cauſa euocatá
ad curiā Iuſtitiæ Aragonū: ſicut &
per viā manifeſtationis (vt dixi,) &
hic apud omnes practicos iuris firma
† eſt modus euocandi cauſas ad cu-
riam Iuſtitiæ Aragonum. Et in vim
92. iſtorum quando aliquis timet vexa-
ri in vim alicuius ſententiæ crimina
lis nullæ, ſolet allegare nullitatē in
curia Iuſtitię Aragonū per viā iuris
firmæ firmando de ſtando, & paren-
do iuri, & de iudicato ſoluendo: Et
conceditur ei per dictā curiā inhibi-
tio per viā iuris firmę contra iudi-
cē, ne ſentētiā nullā exequatur. Quę
inhibitio non differt à ſuperiori niſi
in eo ſolum quòd in hac firmatur
de ſtando, & parendo iuri, in illa ſe-
cus. Et inde aſſumpſit ſibi hoc nomē
iuris firma, quę vt dixi nō liberat cap
tū: ſed ponit in tuto. Et idē eſt dicē-
dū in alijs cauſis ciuilibus & ſenten
tijs tā legis quàm hominis de quibus
Bar. in l. cū vnus ff. de bon. auth. iud.
poſsid. Contra quas ſi ſimilis excep-
tio releuās reperiatur dabitur ſimili-
ter firma. Et quia de hoc remedio la-
tiſsimè agendū eſt in hoc tractatu
(cuius iſtud principale eſt inſtitutū)
nō amplius inſiſto. Vltimū & fortius
remediū eſt liberatio † per viā priui
93. legiatā, quæ non ſolū impedit ne in
certis caſibus exequatur ſentētia cri
minalis tanquā nulla: verū quod plus
eſt liberat captū, & ponit in plena li-
bertatē, & ideo dicitur remediū exor
bitans, & odioſum; nā per illud agi-
tur de adimenda poſſeſ. perſonę cap
ti, quā habet iudex Bardaxi de offi-
cio Gubern. c. 16. n. 4. & ſic nō rece-
pit extenſionē, ſed ſolū debet admit-
ti in caſibus foralibus; qui pauci ſem
per fuerunt: veluti ſi captus eſſet ali-
quis ſine firmantia, & appellitu ante
foros Tiraſone ann. 1592. vel ſi fuiſ-
ſet accuſatus ad inſtantiā partis non

legitimę & in alijs caſibus foralibus
in quibus licet per proceſſum cōſtet
de delicto. Verū nihilominus libera-
batur captus per viā priuilegiatā, &
ponebatur in loco tuto, & ſecuro per
ſpatiū viginti quatuor horarū ſine re
tuſione expenſarū: quo tēpore nō po
terat per aliquē capi, ſed quaſi guida
tus poterat ire quo vellet. Et hanc li
berationē facit curia Iuſt. Arago. &
etiā iudex cauſę qui captū detinet.
Huius autē viæ priuilegiatę origo cę
94. pit † in anno 1398. for. 2. de aculatio.
Et poſtea per foros de manifeſt. perſo
narū fuit cōfirmata anno 1461. for.
Coſa es muy neceſſaria. for. *Porquant y.*
de apellit. de anno 1442. & in for. *E*
porq de procur. altri. an. 1510. Et ſic
patet quod manifeſtatio eſt anti-
quior via priuilegiata & ſic non deſ-
tinatur ad viam priuilegiatam eius
præcipuus finis.

Ex hoc ſequitur quod licet for. no-
uus de anno 1592. tollat in multis cā
ſibus viā priuilegiatā certo modo tā
quā amicā, & affinē pro maiori par-
te hominū ſceleratorū, remanebunt
alia foralia remedia illęſa & de eis di
cemus ꝙ nō mutatur cur ſtare prohi
betur, l. ſancimus C. de teſta. l. pręcipi
mus. C. de apell. Nec eſt licitū per †
95. tacitos intellectus inducere fororū
correctionē glo. & ibi. DD. in auth.
quas actiones C. de ſac. ſan. eccle. ma
ximè cum ad diuerſa tendant. nec
aliquā habeant cōbinationē. Et ſic
ab vno ad aliud argui non poteſt c.
traslato de cōſtitu. Hoc autē cōfirma
tur rationib. duab. in anno 1528. per
forū *q̄ por error de proceſſo* diſpoſitū
reperitur quòd licet error ſit in pro-
ceſſu, ſi tamē de delicto cōſtat debito
modo nō poſsit abſolui reus, ſed de-
beat condēnari. Videamus modo, iſ-
to tempore ratione nullitatis pote-
rat dari firma; vt mille datę fuere,
imò

Digitized by Google

imò nec liberatio per viā priuilegiatā erat tunc ſublata, ex quo forus tantū dicebat abſolutus, non autem loquebatur de liberato: et ſic ratione euitandę correctionis non habebat locū forus ille in liberatione per viam priuilegiatam vt eam tolleret. Et ſic intellexere antiqui practici illū forū, & tamē maiorē affinitatē habent liberatio, & abſolutio quā manifeſtatio, & liberatio per viā priuilegiatā cū ad diuerſa tendant.

Secundo facit fortius, ad intentandā viā priuilegiatā debent præmitti
96. † tres requiſitiones factę iudici capiēti ante renuntiationē cauſæ, aliàs non datur locus vię priuilegiatæ, nec recurſus ad curiā Iuſt. Arago. pro ea obtinenda. for. *E porq̄* de procur. aſtr. for. forma de proceder en la via priuilegiada anni 1585. Portol. de liber. per viā priui. §. 10. Modo ſic, videamus ſi ex hoc capite non habebat locum via priuilegiata, erāt ne ſublata alia remedia, vt firmę, inhibitiones, manifeſtationes cum qualitate Bardaxi dicit quòd nō vbi ſup. cap. 16. n. 7. dicens ꝙ in hoc caſu vbi non eſt locus viæ priuilegiatę eſt recurrendum ad remedia firmarum manifeſtationis, & ſimilia. Hæc vulgatiſsima ſunt, nec eſt in eis amplius inſiſtendum.

Nec eſt mirandum ꝙ † in vim mani-
97. feſtationis cū qualitate nullitatis, aut in vim inhibitionis, aut iuris firmæ fundatarum, etiam in nullitatibus proceſſus criminalis retardetur, & ſuſpendatur executio ſentētię criminalis, & præcipue quādo damnum eſt irreparabile: quia hoc eſt iuſtiſsimū de iure comuni ſancitum not. DD. in l. 1. C. ſenten. recin. non poſ. Boſ. de nulli. aduerſus ſententiam prac. Papi. de tor ſentē. diffin. n. 7. & 8. Clar. in §. fin. quæſ. 94. verbo poteſt etiā dici de nullit. Rol. cō. 60. vol. 2. n. 30. Et pēdē te cauſa nullitatis ſententiæ criminalis nō fit illius executio, ſaltim ſi contineat pęnam irretractabilem, etiā ſi cognitio nullitatis requirat altiorem indaginem: eſt cōmunis opinio teſtāte Iaſ. in l. 2. §. ſi ſeruus n. 9. de acq. poſ. Boſ. & alij ſupra dicti.

98. Ratio huius eſt † quia ſententia nulla non eſt ſentēcia: l. 4 §. condemnatum de re iud. Boſſ. vbi ſup. ex hoc fit quòd ſtatutum prohibens contra inſtrumentū opponi exceptiones, debet intelligi de inſtrumento ꝙ reuera eſt inſtrumentū validum: aliàs ſi nō eſſet validum, ſed nullum non erunt excluſæ exceptiones per illud ſtatutū, & poſſent opponi Bart. in l. 1. §. et parui ff. quod vi aut clam.

Quod in tantum verum eſt quòd non ſolum in proceſsibus præſentiæ,
99. verum etiam in proceſsibus † abſentiæ poterit condēnatus opponere de nullitate reſpectu ritus & proceſſus Rol. d. n. 30. Boſſ. titu. bāniti quid amitāt n. 18. verbo Aliter bānū eſſet nullū Farinac. in tract. crim. q. 11. per tot. Et
* ſic fuit practicatum in proceſ. procur. fiſ. contra los de Aynça anno. 1591. (vt ſup. dixi latius,) et ſimilis firma fuit
* in hunc finem conceſſa ſuper nullitate proceſus abſentię Antonio Labata dū eſſet condemnatus ad mortē, quod notiſsimum eſt in Regno.

Neq. ſuperiora debent videri rigi-
100. da, ex eo quia quādo damnum eſt † irreparabile debet ſuſpendi executio, & datur apellatio cum effectu ſuſpenſiuo in cauſis, in quibus aliàs non datur apellatio: vt ſunt cauſę poſſeſſorię per l. 1. C. ſi de mom. poſſ. Marāt. 6. p. verbo quandoq. appellatur. n. 305. cū ſeq. Contard. in d. l. 1. limit. 7. & 9. vbi licet ſecundum eum ad ſuſpendendā executionem ſententię à qua non poteſt appellari, & eſt tranſacta in rem iudicatam virtute alicuius nullitatis debeat

debeat nullitas eſſe euidens, & notoria, & ſecus ſi ſit dubia: tum quando
101. damnum † eſt irreparabile dubia nullitas & non liquida ſuſpendit nu. 60. Quanto ergo fortius hoc erit in caſu mortis, & criminali, quia ſi ad capiendum, & detinendum ſufficit leue indiciũ, & cauſa, Boſſ. titu: de captura n. 1. ad iuſtificandam captionẽ, à fortiori illud procedet ad ſuſpẽdendã executionem aliàs irretractabilẽ. Et ſic apparet quòd hæc remedia non ſunt de facili remouenda ad cuiuslibet cenſurã: ſed tantum vbi clara, & aperta eſt legis voluntas. Imò ſunt de facili concedenda, cum ſic errari vix poſsit: precipitatione autẽ & denegatione harũ defenſionum in malum detrahi.

§. 3.

Vbi examinatur, an

ſicut Iuſtitia Aragonũ eſt iudex cõtrafororũ omniũ commiſſorũ per Regni officiales, ita ſimiliter, ſi illi accuſentur de cõtraforis, & de his, quæ etiã, vt priuatæ perſonæ committũt debeant accuſari corã eodẽ Iuſtitia Aragonũ priuatiuè, an vero cumulatiuè ad alios: et an etiã corã eo accuſentur ratione mixturæ, qui cũ eis delinqũt, & de quibus delictis iudices in Regno accuſẽtur

SVMMA EORVM, QVÆ IN hoc §. 3. c. 1. continentur.

1. *Officiales Aragonũ, ſi delinquũt vt officiales debẽt accuſari coram Iuſti. Arago. & nõ coram alio: ſecus ſi deliquerint vt priuatæ perſonæ num. 2. & 3.*

4. *Officialis delinquens vt priuatus, poteſt in fraganti capi per quem cũq. officialẽ ad finẽ remittendi eum ad ſuum iudicem.*

5. *Officialis delinquens vt priuatus, vtrã poſsit capi cum appellitu ad finem remittendi dubitabile eſt: ſed autor negatiuam tenet.*

6. *Officiales in ciuilibus conueniuntur coram illis iudicibus, corã quibus cõuenirentur ſi non eſſent officiales.*

7. *Singularis perſona poteſt conueniri ratione mixturæ coram Iuſtitia Arago. ſi deliquerit cũ officiali, ſicut laicus coram eccleſ. ſi deliquerit cũ clerico.*

8. *Punitionem crimininis commiſſi, a clerico, & laico ad iudicem Eccleſiaſticum pertinere non ad laicũ quidam tenent, & num 11. quod declara vt n. 9. 10. & 12. & limita vt n. 14.*

13. *Denominatio ſemper fit à maiori parte, & a digniori.*

15. *Regij Conſiliarij, ſiue auditores omnes inquiri poſſunt nonmodo de corruptione, ſed & de imperitia, & notabili negligencia: et de contraforis circa ritum, & rectum.*

16. *Locumtenentes Iuſ. Arago. tenentur de omnibus delictis, notabilibus negligentijs, ac magnis defectibus circa eorum officia commiſſis.*

17. *Locumtenen. Iuſ. Arago. pro cauſis leuibus nõ ſunt denunciandi. & n. 19.*

18. *Obiectum denuntiationum Locumtenentium Iuſ. Arago. debet eſſe tale quod a laicis cognoſcatur.*

20. *Accuſari vt poſſit iudex. in ciuilibus damnũ partis trium mille ſolidorum deſideratur.*

21. *Damnum partis debet contraforum concomitari, tam in ciuilibus, quã in criminalibus, vt iudices in Syndicatu teneri valeant: vbi traduntur exemplaria cum motiuis n. 22. 23. & 25.*

24. *Perſarũ cõſuetudo in caſtigandis iudicib. leges trãſgredietibus enarratur.*

26. *Magna vel notabilis negligẽtia, quæ dicatur de foro, ad caſtigandum iudices, & in quibus caſibus pæna locum habeat declaratur, & nu. 27.*

28. *Cauſæ Inquiſitionum, & accuſationum*

num officialiũ de foro ſunt limitatæ.

29. *In denuntiationibus cum criminaliter tractentur nõ ſufficient coniecturæ, aut probaciones præſumptiuę, etiã violentæ; ſed liquidiſsimæ neceſſariæ ſunt & nu. 32.*

30. *Lex multũ ac bene præſumit pro iudice, qui legis miniſter dicitur.*

31. *Adminiſtrare bene officium ſuũ quilibet præſumitur.*

33. *Iudex ſolet pro adminiſtratione iuſticiæ multos habere inimicos.*

34. *Teſtes productos contra iudices debet probari eſſe legales, bonos, ac omni exceptione maiores expreſſe & articulate.*

35. *Sententias non proferre intra tempus a foro præfixum, ſub notabili neglig̃etia comprehenditur.*

DE OFFICIALIBVS DElinquentibus.

OFficiales Aragonũ,
† ſi delinquunt, vt
officiales, & accu-
1. ſantur, debent accu
ſari coram Iuſtitia
Aragonum, & non
coram alio: Molin.
verbo officiales fol. 3. quod in dubijs
nõ cõmiſsis, foro vnico de prohibitis a-
lter. Bardaxi de officio Iuſti. Arago.
verbo idem dicendum fol. 104. Sed ſi
delinquunt, vt priuatæ perſonę, † &
accuſantur poterunt, & debent accu-
2. ſari coram Iuſtitia Aragonum, vel Re
gia Audientia, vel primogenito, & nõ
coram alijs: obſeruantia de conſuetu-
dine de foro compt. foro con calidad
foro con color de appellitu, ſupponen-
do quòd dicti fori loquuntur quãdo
officiales delinquunt, vt priuatæ per-
ſonę, cùm aliàs ſi loquerentur de de-
licto cõmiſſo per officialem tanquã
officialem, male dicerent, cum ſo-
lum coràm Iuſti. Arago. poſsint accu-
ſari: ita Bardaxi vbi ſup. quicquid di-
cat Port. verbo officiales, nã nõ mihi
placent ſua dicta. Et Molin. in verbo
officiales in fine magis ſentit pro hac
opinione, quàm contra eam, licet re-
prehendatur per Bardaxi, in eo quod
dicit quòd delinquendo, vt priuatæ
perſonę debent conueniri coram Iuſ-
titia Aragonum tantũ, cum etiam
poſsint accuſſari in Regia Audientia:
Nam Molin. non reſtringit accuſatio
nem ad curiam Iuſtitię Aragonum,
ſed ſolum dicit quòd poſſunt conue-
niri coram eo, † non tamen excludit
3. Regiam audientiam: Et ſic fuit iudi-
catũ in curia Iuſtitię Arago. Vide in
* Proceſſu Garciæ de Rueſca ſuper iu-
ris firma vigeſimo tertio. Februa-
rij. 1573. Et licet non conſtet quòd
fuerit expedita, reuera tamen fuit
prouiſa, vt ibi conſtat, quia dicit den-
tur literę &c. Et ſic audiui quod fuit
* pręſentata. Vide in libro cameręconſilij illius diei, & anni. Et idem
fuit poſtea pronunciatum, & data ſi-
milis firma. Vide in Proceſſu Didaci
* Albarez de Peralta ſuper iuris firma
die 10. Octobris anno 1597. Vbi etiã
fuit dictũ in inhibitione, quòd poteſt
4. officialis delinquens, † vt priuatus ca
pi in fragantia delicti per quemlibet
officialem, ad finem remittendi eum
ad ſuum iudicem, vel ſuos iudices cõ-
* petentes. Vide aliam firmam in pro-
ceſſu Iacobi de Pueyo ſuper iuris fir-
ma die 18. Nouembris 1597. Sed in
proceſſu Ioannis Buyſan ſuper iuris
firma oblata tertia Iunij 1588. fuit
declaratũ in declaratione illius quòd
officialis delinquens vt priuatus po-
teſt conueniri coram Iuſtitia Ara-
gonum, Rege, Gubernatore, & co-
ram iudice ſuo locali, & alijs com-
petentibus: de quo dubito multum

propter ſuperiora,fuit facta hæc decla
1* ratio per Ioannē Baylo Locūte.die 4.
Auguſti. 1588. Firma tñ. Petri Perez.
allegata per Pleban.in verbo officia-
les non facit ad caſum,quia declara-
tio tantū fuit petita quò ad Regē &
Gubernat.& nō plus:Et ſic fuit data,
de ordinario nihil fuit dictū.Quando
colore officij;vel alias dicatur cōmitti
delictū vide Carauitā, ritu 49.n. 27.
5. Vtrū † autē poſsit capi cum appelli-
tu ad finem remittendi , fuit dubi-
tatum tunc , & non fuit deciſum :ta-
men,mihi videtur quòd non, quia il-
lud ſapit iuriſdictionē criminalē;& cū
eam non habeant iudices ordinarij
contra officiales, videtur quod non
poſsint prouidere appellitū; & cū eo
capere officiales ad finē remittendi:
Tu cogita melius.In ciuilibus autem
6. conueniuntur officiales † corā illis iu
dicibus,corā quibus conuenirentur,ſi
non eſſent officiales:Bardaxi vbi ſup.
* Tandē menſe Septēbris 1602.in pro-
ceſſu Io.Cyprian.ſuper iuris firma(lō
go examine)fuit declaratū quòd offi-
ciales tamquam priuati delinquentes
vbicunꝗ.deliquerint accuſantur pri-
uatiuè in curia Iuſt.Arago.Regia.Au
dien.& Regente officiū Gubernatio-
nis ex ſupradictis imò in foris t. Ro-
meo quōdā Locūtenē.habetur ſolū in
curia Iuſtitię Arago. poſſe conueniri:
& quòd ſic fuerat data,& confirmata
quædam firma per conſilium Areti.
31.in anno 1559.Sed ego credo quòd
etiam in Regia Audien.& corā Re-
gente officium gubernationis poſsit
accuſſari,& in hoc recedo.ab hac fir-
ma & ab alia Garcię de Rueſca ſ. in alio
mihi placent.

Ratione etiā mixturę poteſt ſingula
7. ris perſona † conueniri corā Iuſtitia
Ara.ſi deliquerit cū officiali, & laicus
corā Eccleſiaſtico,ſi deliquerit cū cle-
rico.Ex hoc capite fuit reuocata quę-
dā firma per quā inhibebatur ne qui
dā particularis qui ſimul cū officiali
deliquerat conueniretur coram Iuſt.
Arag.ſed quod dimitteretur, punien-
dus per ſuū iudicem localē.Fuit dictū
quod poterat per illū puniri,& etiam
per Iuſt.Arago.ſi accuſaretur, vna cū
officiali tanquā eius cooperans, & cō
* plex.Et ſic fuit reuocata firma. Vide
in proceſſu Dominici de Regla ſuper
iuris firma die 21.menſis Aprilis anni.
1583.

Circa materiā hanc not. quòd ali-
qui tenent cognitionē,& punitionem
† criminis à clerico,& laico commiſ-
8. ſi ad iudicem eccleſiaſticum pertine-
re,non ad ſecularē:etiam quo ad lai-
cum,vt tandem,is ſit ab Eccleſiaſtico
iudice non a ſeculare puniendus auc-
tor huius opin.eſt Anto. à Prato ve-
teri in l.1.in fin.ff.quę ſentē.ſine apel.
reſcin.Verū hæc opinio falſa eſt in di-
uiduis , † & his quę diuidi commo-
9. dè poſunt vt dicit Couar.in practicis
99.cap.34.n.1.quia in his quę diuidi
poſſunt,ſicut hic, poteſt diuidi cogni-
tio;& punitio criminis inter eccleſia-
ſticum,& ſecularem iudices . Socius
criminis non gaudet priuilegio Socij:
in delictis l.ſi quis vxori ff. de furtis.
10. Quod ſi contingeret † cauſam eſſe in
diuiduam,& cōmunē,ita vt nulla poſ-
ſet congrua diſtinctio,nec diuiſio fieri
inter ſocios, etiam plures, quorum al
ter fori priuilegiū habet,tunc tota cau
ſa,& quo ad ſocios non habentes pri-
uilegiū erit tractāda corā iudice illius
qui fori priuilegiū habet l.ſi cōmunē.
ff.quē ad ſerui.amit.vbi DD.qui eam
intelligunt in indiuiduis non in his,
quæ diuidua ſunt , vbi ſup.c. per tuas
de arbit.qui & loquitur in actu indiui
duo ſecundum Couarruuias vbi ſu-
pra.

Hanc etiam ſententiam vltra Co-
uarru. & per eum relatos tenet cum
multis

Digitized by Google

multis Portol.de conſort.c.35.nu. 22.
vbi alios multos allegat: dicens ita in
hoc Regno receptum eſſe. Hoc etiã
tenet Decian.in tractica.crimi. tom.
1.lib.4.c.9.n.44.cum ſequen.vbi di-
cit quòd non ſolum quando clericus
vnus vel plures ſoli delinquunt, &
accuſantur, vel contra eos fit Inquiſi-
tio cognoſcit Eccleſiaſticus; ſed etiam
quãdo † ſimul cũ laicis deliquiſent,
& ſi laici plures forent numero, dum-
11 modo delictum ſit indiuiduum: nam
tunc ratione connexitatis dignius tra
het ad ſe minus dignum. Ideo Eccle-
ſiaſticus iudicabit, etiã laicos; Neque
iudex ſecularis hoc caſu poteſt ſe in-
tromittere, & allegat.d.cap. per tuas
l.ſi communẽ & multos. Et ſic ſentit
Decian.contrarium, quando eſſemus
in diuiduis, vt hic loquimur.

Idem tenet Marãta in ſpecul. 4.p.
diſtin.11.n.23.vbi allegat Anto.de Pra
to dicentẽ quòd laicus delinquens cũ
clerico poteſt, ſi vult, declinare iudicẽ
laicum, & facere ſe remitti ad Eccle-
ſiaſticum, ſi & hoc petat clericus. De
cian.tenet idem, licet clericus non ſe
petat remitti, ſed ſolus laicus. Verum
hoc ita intelligit Maranta † quando
cauſa eſſet indiuidua, ſecus ſi diui-
dua; quia tunc clericus eſſet conuenien-
12 dus in ſuo foro, & laicus in foro ſuo:
allegat Socin.conſ.12.col.6.vol. 1. Et
amplius hoc intelligit quãdo plures,
vt ſinguli delinquunt, vel cõueniũtur;
ſecus ſi vt vniuerſi, veluti vniuerſitas
collegiũ, &c. Nam tunc à maiori par
te fit denominatio.† Et in ęqualitate
partiũ à nobiliori et digniori vt ſup.
13 dixi. Et ſic Maranta tenet cũ Couar.
cõtra Anton.à Pra.veter. eandẽ opi-
nionẽ contra Pratũ tenet cũ Couar.
Azeue.lib.4.tit.1.li.10. a n.22.cũ ſeq.
vbi hanc dicit cõmunẽ practicã, & ſen
tentiã, vt in criminalibus laico, & cle
rico delinquentibus vnuſquiſq; ſit cõ
ueniendus corã ſuo iudice: ſi tamẽ de

liquerunt † vt ſinguli, ſecus ſi vt col-
legiũ, nã tũc procedet oppoſitio Bart.
& Prati. Idẽ tenet cũ eadẽ diſtinctio
14 ne diuidui, & indiuidui Mexia de ta-
xa.Paris.concl.5.nu.74.cũ ſeq.qui a-
lios multos allegat: Et eſt communis
hæc opinio, & in praxi recepta, cõtra
ria nunquã ſecundũ Mexia. Sed iux-
ta obſ. Regni de foro comp. ratione
mixturę in delictis ſortitur quis forũ
priuilegiati. Verum hoc procedit in
accuſatione, ſecus in inquiſitione, quę
eſt odioſa. Vide in proceſſu Petr.Hie.
* Siſcar & aliorum ſuper firm. die 26.
Iunij 1601. me relatore exiſtente.

Hucuſque dicta procedunt de iure
communi reliquum eſt vt quæ le-
gibus, ac foris huius Regni in ma-
teria ſtabilita ſunt recenſeantur. Et
primo omnes Regię Audientiæ of-
ficiales, vicecancellarius, Regens can
cellaria, Aſſeſſor Regentis officiũ Gu
15 bernatoris, & omnes Regij conſiliarij
ſiue Auditores † inquiri poſſunt, non
modo de corruptione, & dolo, verum
etiã de imperitia, & notabili negligẽ-
tia, & quibuſcunq; contraforis circa
ritu, vel rectu, & alijs neceſſarijs pro-
uiſionibus iuxta foru prouidẽdis: for.
1.& 2.*de la Inquiſicion, contra el Vice-
canc*.Et in tit. *del reparo* Reg. Audiẽ.
Vt inde cum omni ſinceritate purita
te & abſq; aliqua fraudis ſuſpitione
iuſtitia adminiſtretur. Iudices autem
huius ſyndicatus, ſeu inquiſitionis cũ
ſuper imperitia cognoſcant, & decer
nant, prout inquit Bardaxi ad dictum
forum, eſſe debent iuriſperiti Regni-
16 colę: Locumtenentes vero † Iuſtitiæ
Aragonũ, quemadmodum ex multo-
rum fororũ abrogatorum diſpoſitio-
ne deducitur (ſignanter de officio
Iuſtitiæ Aragonum, in abrog. &
for. Inquiſitionis anni 1467.) te-
tenentur de quibuſcunque crimi-
nibus, delictis, & exceſſibus;

 nota-

notabilibus negligentijs, ac magnis
defectibus in, & circa eorum officia
comiſsis. Et per for. *del poder y facul-*
tad, anni 1528. expreſſe tenentur de
quacunq; ſubornatione, corruptione,
dolo, & notabili negligentia: Quæ oĩa
(pro vt eſt videre) in idem ferè reinci
dunt & reducuntur: Hi autem de-
bent accuſari, denuntiari, ſeu ſyndi-
cari coram decem & ſeptem homini
bus laicis ex quatuor Regni Brachijs
ſeu ſtamentis deſumptis. Eos dico lai-
cos, qui non ſint iuriſperiti actualiter
patrocinantes lites, & cauſas: vt dedu
citur ex for. *E porque las ſentencias*,
tit. forus Inquiſit. for. 1. tit. de offic. de-
legat. Licet hodie per foros nouos Ti
raſonę anni 1592. ille numerus ad no-
uem perſonas earundem qualitatum
ſit redactus.

11. Ex his eſt notandum, Locumten-
tes Iuſtitię Arag. † pro cauſis leuibus,
17 non eſſe denuntiandos: nam pręter-
quamquòd, ſic de iure procedere ex
ſupradictis compertum eſt, illud no-
bis proponit for. 8. ſub tit. forus inqui
ſitionis, & alij ſupra citati, dum dicit,
Grandes defectos, notables negligen-
cias: Suppoſito quod vna alternatiua
aliã declarat l. 1. ff. de reb. dub. prout
vna copulatiua aliam Socin. conſ. 13.
lib 3. Et inde dicit Bardaxi in for. *De*
la enqueſta, num. 5. quod non ſunt de-
nuntiandi Locumtenentes pro ex-
ceſsibus, & defectibus paruis. Suſti-
net enim generalitas Regni ex denun
tiationibus non modicos ſumptus.
Comprobantur prædicta ea potiſsi-
mum ratione, quia ſi huiuſmodi iu-
dicantes, (vt nuper diximus) eſſe de-
bent laici & non iuris periti, hinc eſt
quòd huius iudicij debet eſſe tale ob-
iectum † quòd à talibus percipi, &
18 dignoſci queat: aliàs inepta eſſet fori
prouiſio faciens eos iudices in his
que proprio eorum intellectui non
poſsint proportionari. Et ſic magna
delicta eſſe debent, vt ſubornationis,
& baratariæ, notabiles negligentię,
& contra fori clari, & notorij: vt col
ligitur ex traditis à Bardaxi in foro.
del poder y facultad, qui eſt fin. ſub tit.
Del reparo de la Audiencia Real. Non
autem debent accuſari de iniuſtitijs,
vel opinionibus, num bene, vel ma-
le legem, forum Bartolum, vel alios
Doctores intellexerint: quia hæc non
eſt materia accuſationum, & denun-
tiationum, nec vnquam fori noſtri
tale quid voluere, nec id in mundo
admittitur ad finem priuandi officio
iudicem, vel puniendi illum, niſi
in damno, vel intereſſe, vt de-
ſuper diximus. Et ſic idem Bardaxi
declarando illa verba, fori *de la In-*
quiſiciõ, cõtra el vice. *de otros qualeſquie*
re contrafueros, dicit quòd ſunt intel-
ligenda, & interpretanda per illa prę
cedentia *de dolo ſubornacion*: Quia vt
ille inquit non † ſunt accuſandi de le-
19 ui contra foro, in quo non reperitur
damnum partis, neque adeſt dolus,
vel negligentia notabilis; ſed ſolum
obliuio, ſimplex negligentia, vel in-
aduertentia, Aliquando enim (vt di-
citur) bonus dormitat Homerus, &
doctiſsimi ac vigilantiſsimi cecidere
viri: vt tradit Alberi. in l. ſi quando.
C. de dilat. vnde dicit Rebuf. 3. tom.
ad l. Reg. pag. 477. num. 24. quòd in
Francia non accuſantur iudices niſi
de dolo, fraude, & barataria. Et vltra
hęc noſtri fori in contra foro, dam-
num partis expoſcunt, ſic quòd eo
non concurrente, abſoluendum eſſe
iudicem de contraforo accuſatum in
genuè profitentur: Quemadmodum
anno 1442. in Curia Iuſtitię Arago-
nũ abſolutũ fuiſſe Ennecũ Nauarro
Iuſtitiam Calataiubij, refert Bardaxi,
in

Digitized by Google

in for. 1. num. 6. verſ. verum vbi Per ruſa tit. de jura. præſt. per offic. Et cõprobatur ex for. 1. titu. de offic. ordin. dum ad accuſandum † iudicem
20 in ciuilibus requirit damnum partis trium mille ſolidorum. Et idem dicit for. querientes titu. de offic. Cancellar. in illis verbis, *A gran perjuizio, vexacion, daño de la parte y el fuero 1. de juramento preſtando ibi. & ex hoc pars damna ſuſtinuerit, vel expenſas fecerit.* Eſtque ſummè notandum quod for. de juram. præſtando: ad imponendã pęnam talionis ratione contra fori facti in criminalibus, requirit damnum partis, videlicet quòd ſubſequatur inde mors, mutilatio membri, exilium, aut alia corporalis pęna, vel captio perſonæ. Et quod plus eſt cùm in dicto foro maneret deciſum, quòd per contra foros in cauſis criminalibus contingentes non ſubſequuto damno partis, adeſſet locus pęnæ priuationis, & condemnationis expenſarum, & damnorum in duplũ, attamen a noſtratibus (quibus in cõdendis legibus æquitas, & benignitas rigori pręualuit,) ea pro dura diſpoſitione habita, re in meliorem ſtatum commutata placuit, nec priuationis pęnam locum habere poſſe, preterquam ſi mortis, & mutilationis membri, vel aliquod de ſupra dictis damnum ſequatur: vt deducitur ex alia diſpoſitione, anni 1461. ſub tit. de officio ordinarij.

21 Vnde clarè & perſpicuè reſultat † quòd damnum debet contraforum comitari, & eum ſequi in caſibus, & criminalibus cauſis, vt inde iudex ſyndicari, & caſtigari valeat. In quo Franciæ, Italię, & totius Hiſpanię cõſuetudinem, (vt prefati Doctores dicunt) ſectamur: illúdque ſemper de iure ad imponendam in criminalibus pœnam iudicibus placuit. Fuitque multoties iudicatum in Regno in curia Iuſticię Aragonum ſignanter in anno 1588. die 6. februarij in proceſſu Dominici Gil ſuper criminali, in quo fuit abſolutus Dominicus la Gabra
* officialis per eruditiſsimos dominos tunc Locumtenentes Doctores Hieronym. Chalez, Martinum Baptiſta de la Nuça, (nunc meritiſsimum Iuſtitiam Aragonum,) Ioãnem Baylo, Joannem Gazo, & Ioannem Torralua hiſce motiuis. Neque ei obeſſe amplius debet quod dicitur, relationem à ſe factam dictę captionis, in parte
22 falſam eſſe. Nam† quamuis ita eſſet, cùm cauſa ſubſiſterit (vt diximus) ad capturam faciendam, & captum carceribus detinendum, nullum ex relationis falſitate damnum ipſi capto irrogatum eſt; quod non habiturus fuiſſet, etiam ſi relatio in totum eſſet vera. Quo caſu officiales in ſyndicatu (pręſertim dolo carentes,) non ex leui cauſa ceſſante damno condemnandos eſſe cenſemus. Idem in dicta
* Curia inſimili caſu fuit concorditer pronunciatum, die 13. Aprilis anni 1585. in proceſſu Franciſci de Gueſſa ſuper crimi. tali motiuo: ex eo pręſertim † & aliàs, nã ex deductis in pceſſu
23 dato quòd conſtaret Ioannẽ Paſqual Iuſtitiam accuſatum obſtante iurisfirma, atq; ideo in caſu à foro non permiſſo feciſſe, & continuaſſe ſuam executionem, tamẽ cùm nullatenus probetur Franciſcum de Gueſſa accuſantem ex tali executione damnum aliquòd, aut pręiudiciũ ſuſtinuiſſe, quin potius illi res executatas ab ipſo Iuſtitia reſtitutas fuiſſe, eo certè caſu verbis & mente noſtrorum fororum rectè perpenſis, non ita eorum pœnas exacerbandas eſſe cenſemus vt in huiuſmodi officiales diſtringendæ ſint: probos pręſertim, iuris firmarum alioqui obſeruantiſsimos, nec in dolo verſatos, qualem hunc iuſtitiam ex præſenti proceſſu fuiſſe conſtat.

24 Perſæ † vt refert Muretus lib.8. vari.
lect.cap. 28. habebant legem, quòd
pro ruptione,velcõtrauentione vnius
legis, vel fori non erat priuandus iu-
dex: ſed imo illius vitam intuebãtur,
& ſcrutabantur,& ſi maiori ex parte
bene vixerat,& fuit iuſte,& rectè ver
ſatus, eum abſoluebant, ſi autem
male illum condemnabant. Bonum
ſi quidem illum iudicem vocabant,
non qui nunquam peccauit vel nun-
quam errauerat, ſed eum qui maiori
ex parte recte vixerat: quia vt inquit
Lucas de Peña in prooemio ad tres
lib. C. in fi. cõmunis infirmitatis eſt er
rare, diabolicę autem prauitatis præ-
cipuum eſt perſeuerare. Quale autẽ
eſſe poteſt delictum grauius fractione
iuris firmę, vel falſitate? cùm pro fra-
ctione firmæ incurrat quis in pœnis
officialium delinquentiũ: Mol. verbo.
fractor inhibitionis verſ. ante penulti
mo: quæ pœna vſque ad mortem ex
tendi poteſt, iuxta for. 1. tit. de iuram.
præſtando per offic. Falſitatis autem
pęnę ſatis notę ſunt, & planę. Igitur
ſi in his criminibus ex non obſeruan-
tia fororum, & capiente officiali ali-
quem in caſu à foro non permiſſo, vel
frangendo firmam, Curia Iuſtitiæ
Aragonum (cui fororum declaratio
peculiariter eſt commiſſa) pronũtiat,
25 & abſoluit officialem: † ex eo quod
nõ adeſt nec reperitur damnum par-
tis. Quis erit qui aſſeueret, & profi-
teatur quòd ex quo iudex in vno ho-
ræ à foro conſtitutę quartario deſijt
venire, & eſſe in conſiſtorio vel aliàs
aliqua licet minima, quę ſecundum
foros,& obſeruantias Regni erant fa
cienda omiſit, in quibus damnum
nullatenus, aut leue ſaltem fuit par-
ti irrogatum, quod iſthęc ſint contra
fori punibiles priuatione iudicis con-
ſtantiſsimi? res certè optimo,& corda
to intellectui parũ cognata,& digna.

Et licet de iure ſatis difficilè ſit co
gnitu, quę ſit magna, vel notabilis ne
gligẽtia ſecundum Doctores citatos,
quod arbitrarium eſſe iudici profite-
tur Menoc. caſu.341. cęterum † huius
26 Regni leges, ac fori id habent iam de
claratum, & deciſum in multis locis,
vbi pœna pro notabili negligentia in
non votando tempore conſtituto, &
ex alijs ſimilibus cauſis recenſetur:
Eſt quæ videre per Bardaxi in for. 3
titu. *del reparo de la Corte del Iuſticia
de Aragon*. Et inſuper adeſt foralis de
terminatio reſpectu pœnarum, quia
de foro ſi delictum Locumtenentis in
cauſis ciuilibus fuit probarateria,
ſubornatione, vel dolo commiſſum,
datur pœna priuationis cuiuſcunque
officij à Rege, Regno, vel vniuerſita-
te obtẽti,& inhabilitationis ad obtinẽ
dum in poſterum vna cum expenſis
& damnis in duplum: for. *E porque*,
qui eſt 20. tit. forus Inquiſitionis. Si
vero cauſa fuerit criminalis, † tunc,
27 ſi ex ſubornatione, varateria, vel do-
lo mors, mutilatio membri, exilium,
captio, aut alia pœna corporalis, pri-
uatio officij, aut iniuſta abſolutio fue
rit ſubſequuta, habebit locum pœna
talionis: illudque idem talis reporta-
bit iudex for. 1. titu. de iur. pręſtã. per
offi. for. 1. de offic. ordin. Sed quando
in iudice non reperitur dolus ſubor-
natio,& Barateria, niſi tantummodo
culpa ex imperitia, ignorantia, vel ex
alia ſimili cauſa proueniente, tunc in
ciuilibus cauſis contingens, punitur
priuatione officij à Rege, Regno ob-
tenti, & obtinendi, cum expenſis, &
damnis in duplum: In criminalibus
vero, pœnis de quibus ſupra plecto-
tur.

28 Secundum ea quæ diximus ſatis
clarè reſultat quòd & ſi de foro cauſę
Inquiſitionum, & † accuſationum of
ficialium ſint limitatæ, ex quo leuis,
[illegible] & le-

Digitized by Google

& leuiſsima culpa ex generali conſue tudine non attenditur, nec conſideratur, ſed ſolum lata, & latiſsima: cęterum pene grauiores ac maiores ſunt quàm à iure reperiantur constitutæ. Cùm pœna talionis, & priuationis non ſic indiſtinctè à iure in omnibus caſibus, pro vt à foro conſtituebatur, nec locum ſibi vindicabat. Ex quo infertur quod cùm pœna priuationis dictis in caſibus imponatur à lege pro pœna ordinaria, & vt dicitur naturali delicti, cauſa dicetur criminalis, & non ciuilis, Ant. de Butr. & Abba. in cap. ſuper his col. 2. in fin. de accuſ. Felin. in rubr. de iudic. licet contrarium teneat idem Felin. in d. cap. ſuper his. Et per conſequens cùm denuntiationes † criminaliter per tractentur, non ſufficient in eo iudicio coniecturę, nec probationes præſumptiuę, etiam violentę: & in delicto difficilis probationis, pro vt eſt falſi crimen. Sed requiruntur liquidiſsimæ, & luce meridiana clariores probationis præcipuè contra officiales iuxta communem quam refert Boſſ. vbi ſupr. n. 14. facit tex. in l. ſciant cuncti. C. de probat. Marſil. conſ. 132. num. 24. in 2 Ioſephus Cumian. nu. 12. Licet vbi cauſa tractaretur ciuiliter in delictis difficilis probationis ſufficeret præſumptiones iuxta l. dolum cum materia, ff. de dolo, & allegata per Boſſ. vbi ſupr. num. 14.

29

Ratio autem ſupradictorum eſt, quia lex multum † ac bene pro iudicibus preſumit vt dicit Bald. in l. obſeruare. §. proficiſci queſ. 11. ff. de offi. pro conſ. & lega. Nec eſt mirandum in eo, quia ſi de quocunque particulari homine preſumit lex quod ſit bonus l. merito ff. pro ſocio l. ſeruos ff. de manumiſſ. teſtam. quanto magis de iudice qui dicitur legis miniſter & executor debet ipſa lex præſumere

30

eum à dolo, culpa, negligentia, & alia re indebita ac iniuſta eſſe longe procul, & alienum? Imo quod in omnibus integrè, rectè, & perfectè procedat, ſeruando iuramentum de recta adminiſtratione præſtitum, l. vltima C. ad leg. Iul. repetun. §. 1. in Auth. ius iur. quod preſt. ab his. Quilibet † enim præſumitur bene adminiſtrare officium ſuum Abb. conſ. 41. in 1. modo procedat ex officio, modo ex ſuo arbitrio, Maſcar. concl. 1132. num. 21. ſiue ſit ordinarius, ſiue delegatus, quã tumcunque iudex ſit Ribaldus, & licet caſus ſint tales, in quibus de alijs cum ratione poſsit culpa preſumi. Et ſi forte poteſt culpa præſumi illa debet eſſe minor in iudice Bald. in l. nõ tamen. ff. de adoptio. Ioan. Andr. in c. accepimus, de ætate & qualitate. Et ſic iudicem vocat lex bonum virum, ac iuſtitiam animatam. Tantumque de eo confidit quòd iuſte procedat quod magnum illi tribuat arbitrium, abenáſque (vt aiunt) laxas præter ſignanter in cauſis criminalibus. l. 3. verſ. tu magis ff. de teſtibus. l. quid ergo §. pœna grauior, ff. de his qui not. infa. Paul. in l. Lutius Titius ff. eodẽ. Et ex iſta vehementi, & fortiſsima † præſumptione, quã lex pro iudice inducit reſultant probationes eſſe debere ex actiſsimas, & clariſsimas non priuilegiatas, ac teſtes omni exceptione maiores: Puteus vbi ſupr. verbo probatio c. 2. incipienti contra officialem in prin. & num. 6. & verbo teſtis. Amadeus fol. 63. num. 186. Et ſic dicit Diuus Thom. in 2. 2. queſt. 7. art. 2. quòd is, qui alios iudicat † ſolet pro adminiſtratione Iuſtitię multos habere inimicos: & inde non eſt danda fides teſtibus contra Iudices, niſi ſint multi, & conteſtes. Et ſignanter Auend. de exeq. mand. cap. 2. num. 21 verſ. quarto ex eiſdem, dicit quòd li-

31

32

33

cet regulariter non teneatur quis probare qualitatem ſuorum teſtium, niſi quando eis opponitur ex aduerſo exceptio: quia in dubio quilibet præſumitur bonus vt diximus. Tamen quã do probatio proponitur contra iudi-
34 cem debet probari, & deduci † in articulis, teſtes eſſe legales, bonos, & omni exceptione maiores aliàs non concludent ſecundum DD. relatos in apoſtilla ad Bald. in l. cum precibus. C. de prob. Angel. in l. 2. §. diem ff. quemadm. teſt. aper. Decius conſil. 321. & alij relati ab Auenda. ſupra, ratio eſt quia lex vult quòd teſtes ſint boni, & probatæ famę: & quando illa qualitas expreſsè à lege exigitur, eſt etiam expreſſè articulanda, & probanda, ſecundum Angel. ſupra, Garcia de expenſ. cap. 9. nu. 14. vbi etiam alios refert.

Et vt huic diſcurſui vltima imponatur manus, eſt aduertendum quòd non proferre tempore à foro conſtituto † ſententias & (vt nos dicimus) *Los paſſatiempos todos*, vt cum iudex
35. non facit, quę tenetur tempore ſtatuto à foro: comprehẽditur id ſub negligentia, & ferè ſemper fori ſub iſto ſermonis conceptu loquuntur. Et cum de iure, & foro propoſitum, & deductum exiſtat, quòd pro quocunque contra foro nõ eſt accuſandus iudex vt putà ſi ſit leue iuxta Bald. in l. quã uis, ff. de cond. & dem. Clarè, & manifeſtè reſultat quòd pro delicto lapſus, ſiue *paſſatiempo* vnius dici aut duorum non eſt ſyndicandus, nec denuntiandus iudex: quia illud magis accedit ad naturam ſimplicis omiſsionis, vel negligentię quàm culpę. Et in terminis quòd negligentia parui temporis non ſit, nec veniat in conſiderationem nec poſsit iudici obeſſe, profitetur, Paris à Puteo de ſyndicat. fol. 7. verſ. an ſi poteſtas num. 23. per tex. in cap. 1. §. 1. titu. ſi de inueſt. inter domin. & vaſſal. Et inſuper in Aragonia (vt diximus) in omni contraforo debet interuenire partis damnum cum alias (vt probauimus) nullatenus attendatur.

§. IIII.

Quæritur, qui dicã tur officiales ad finem eos accuſandi coram Iuſtitia Aragonum, & condemnandi eos.

SVMMA EORUM, QVÆ IN hoc §. 4. cap. 1. continentur.

1 *Officiales ab officio dicuntur, ac proinde officium, & officialis conuertuntur.*

2 *Officiales large etiam dicuntur, omnes, qui aliquo iure, ſiue lege tenentur ad aliquod miniſterium, ſiue adminiſtrationem.*

3 *Officiales proprie dicuntur omnes, qui habent officium publicum: Et inibi de officialibus Regni per tractatur, & nu. 4. & 5.*

6 *Officialium Regni numerus certus eſt. adeoquod firma prouideatur, ne numerus augeatur: quæ declarari ſolet, vt n. 7.*

8. *Rex poteſt augere numerum iuratorũ ciuitatum, & locorum.*

9. *Officiales delinquentes in ſuo officio, non capiuntur, ſed vel accuſantur, vel denuntiantur, vel inquiruntur regulariter, quod eſt arbitrariũ vt i. latius.*

10. *Officialis delinquens, vt priuata perſona poteſt capi.*

11. *Officiales omnes in regno debent eſſe regnicolæ, alias actum aliquem iuriſ-*

dictionis

dictionis facere nequeunt, niſi filij Regnicolarum ſint vt nu. 12. & ibi; vide bonum exemplar cum declaratione & nu. 13.

14. *Duobus contendentibus ſuper eodem officio qualiter procedendum ſit, remiſsiue traditur.*

15. *Domini locorum ſubſunt immediate Regi Regenti officium &c. & iuſtitiæ Aragonum: ſed an idem ſit dirutis locis, & caſtris accurate examinatur, num. 16.*

17. *Officiales delinquentes condemnati, debent condemnari in expenſis, & damnis induplum iuxta forum, quod ſi ſimpliciter condemnentur, an induplum intelligatur iuxta forũ diſputatur a num. 18.*

19. *Verba ſententiæ intelligenda ſunt, pro vt a foro inteligenda veniunt.*

20. *Qualitas in ſententia omiſſa, iuxta terminos iuris, in eadem ſupponẽda eſt.*

21. *Diſpoſitio ſimpliciter lata debet limitari iuxta conſuetudinem.*

22. *Traduntur exemplaria ad propoſitũ multum accommodata, in quibus declaratum fuit ſimplicem taxationem expenſarum, iuxta forum induplum intelligendam eſſe. Vſq; ad finem §.*

HVcuſq. actum eſt de officialibus delinquentibus, & quòd hi, ſi vt officiales delinquunt debent accuſari priuatiuè corã Iuſtitia Aragonum, ſi vero delinquũt, vt priuatæ perſonę debent conueniri cumulatiuè coram Iuſtitia Aragonum, Regia Audientia, Gubernatore Generali. Videndum eſt, qui dicantur officiales. Et ſuppoſito quod
1. officiales dicuntur † ab officio, & ſic officium, & officiales conuertuntur ſecundum Cagnolum in rub. de officio eius num. 111. Riminal. iunior ibi num. 115. Ancharra. in rub. de officio delegat. facit l. ſi fideiuſſor §. vltimo qui ſatisda. cogan. ibi apud officium deponi debebit ſi hoc iudici ſederit l. nemo C. de Epiſcopa. audient. Lucas de penna. in rub. C. de diuerſis offici. lib. 12. Suppoſito etiã
2. quòd largè dicitur officialis † quicunq. qui aliquo iure ſiue lege tenetur ad aliquod miniſterium, ſiue adminiſtrationem glo. in l. legatis. §. ſi ex officio delegat. 3. et his etiam, qui ratione alicuius artis, ſeu officij particularis eſt aſtrictus ad aliquam rẽ, ſeu opus, qua ratione quicunq. artifex veluti notari⁹ nautæ, caupones, bularij, & etiam Mechanici dicuntur officiales, ſacriſta, mandatarius, & ſimiles: l. 1. in fin. nautę caupo. &c. l. ſi ſeruus §. quod contra de pact. §. mandatum inſtit. de mandat. Alio modo, & proprie dicuntur † officia-
3. les habentes officium publicum l. verum §. ex facto ff. de minor. Lucas de penna. in rub. de diuerſ. offi. et de his propriè loquuntur fori noſtri quando de officialibus mẽtionem faciũt. Et hi regulariter à Rege eliguntur. c. 1. quę ſint regalia in vſibus feudo. et iſtorum alij ſunt propriè, qui iuriſdictionem habent, alij qui non habent, & hi non ſunt tàm propriè officiales. Et licet in materia aſtricta alij non veniant appellatione aliorum. ſecundum Iſerniam in titulo quæ ſint num. 67. & ibi. Afflict. num. 8. verum in Aragonia ex quo omnes officiales à dño Rege vſq. ad minimum eius officialem, ſiue habeãt iuriſdictionem, ſiue non vt meri executores, tenentur iurare foros, Molin. in verbo officiales omnes, & de officialibus delinquẽtibus in verſi. ſi

ſi. ſi vero agitur: ideo appellatione
officialium omnes veniunt, ad hunc
finē vt accuſentur corā Iuſtitia Ara-
gonum. Quare dicendū eſt quod of-
4 ficiales in hoc ſenſu † non ſolum in-
telliguntur illi, qui propriè officia-
les ſunt, veluti, qui iuriſdictionem
habent ciuilem, vel criminalem iux
ta forum primum de accuſat. contra
officiales l. 1. C. vt omnes iudices Mo
lin. in verb. officiales Carauit. in ritu
magnę curię 9. num. 5. Sed etiam &
5 alij omnes meri † executores, &
qui nullum miniſterium iuſtitię ha-
bent: cuiuſmodi ſunt Portarij, ſupra-
iuntarij, eorumq. Locumtenentes,
Virgarij, vt patet per foros de ſupra
iunctarijs, & Portarijs, Baiuli itidem
Iurati Alcaydi, & ſimiles eis: vt in
obſeruantia item iurati de foro com
petenti. Item Pedagiarij & Lezdarij
Molin. in verbo officiales verſ. vlti-
mo, & probatur per forum, *El ſeñor
Rey*, in fin. de pedat. Per quem da-
tur iſtis certa coercio, de qua ibi. Itē
& Meſſeguerij, & cuſtodes creati ab
vniuerſitate, quibus ſi reſiſtētia fiat,
tanq. factā officialibus punita ſem-
per fuit: pro vt meis temporibus pra
cticari vidi, & ego practicaui. Et ſi
hoc ita eſt merito, & ipſi tanquam
officiales accuſari poterunt coram
Iuſtitia Aragonum. Horum autem
6 officialium † Regni numerus de fo-
ro certus eſt, & determinatus: vt ap-
paret per foros de ſupraiuntarijs, &
Portarijs, & per forum *como cerca
la punicion* col. 3. ibi. *ya por fuero eſta-
tuydos*, vbi Bardax. & per alios fo-
ros; vltra quem numerum alij
creari non debent. Sic accepi fuiſſe
prouiſam quandā iuris firmā Ferdi-
nando Gironda capto per quendam
commiſſarium D. Regis, creatum
7 ad capiendum illum; vide in dicto
proceſſu. Veruntamen eſt quòd in
dicto proceſſu fuit declaratū, † quòd
illud erat intelligendum de officiali-
bus generalibus, & vniuerſalibus ad
totum Regnum, cui ſunt certi, nec
plures creari poſſunt: ſecus autem
de particulari commiſſario ad capiē
dum aliquem, ſeu aliquos; nam iſti
8 ſolent creari vltra alios, prout fuit
declaratum in dicto proceſſu. Hinc
eſt quòd dominus Rex † poterat au
gere numerum iuratorum ciuitatū,
quia cum illi non ſint officiales vni-
uerſales ad totum Regnum, ſed par
ticulares ad aliquam ciuitatem, vel
locum non comprehenduntur in nu
mero officialium foralium: & idem
eſt de officiali ad aliquam rem, vel
res nam poterunt creari plures, vt
in ciuitate Cęſarauguſtæ antiquitùs
erant pluſquam quinque iurati. Vi-
de in proceſſu iuratorum de Villa-
9 nueua de Burjaſſut ſuper iuris firma
die 25. Octobris 1591.

Iſti autem officiales delinquen-
tes in ſuo † officio, & tanquam offi-
ciales non debent, nec ſolent capi;
ſed vel accuſari denuntiari, vel in-
quiri: quia cum fecerint actum in
executione ſui officij præſumuntur
benè feciſſe, quouſque contrarium
probetur. Et licet dicat forus Inqui-
ſitionis quod ſi videatur decem, &
ſeptem iudicantibus poterunt reclū
dere locumtenentem denuntiatum,
illud tamen fuit ſpeciale in eo foro,
vel ſupponit ille forus quòd iam cō
ſtitit decem & ſeptem iudicanti-
bus de delicto iudicis denuntiati: Et
ſic non mirum ſi tali caſu poſſint eū
recludere, alias autem capi non de-
10 bent ſed accuſari tantum. Hoc au-
tem vltimum non procederet quan
do † delinquerent, vt priuatæ perſo
næ, quia poterunt tunc capi, nec ſo-
lum accuſandi ſunt, veluti ſi fecerint
reſiſtentiam ſuperioribus, vel aliud
non

delictum vt priuatæ perſonæ, vt ſi delinquant extra territorium vbi non ſunt officiales: tunc poſſunt capi in perſona, ſimul & accuſari. Vide in * proceſſu procuratoris fiſcalis contra Lodouicum Ortis Iuſtitiam de Tahuſte in anno 1594. ſeu 1595. Et in proceſſu procuratoris fiſcalis contra Auguſtinum Albertum de Cueuas Alcaydum carcerum manifeſtatorum ſuper criminali: Fiſcalis contra Hie* ronymum Frances, & Alexandrum ab Ocaque ſuper criminali, & in mille alijs proceſsibus vbi fuerunt capti. Idq. non mirum quia tunc priuatæ perſonę omnino reputantur, nec iuuari debent officio quòd contemnunt. Aliquando tamen vidi per aliquos iudices contrarium decerni, id arbitrarium eſſe putantes: quod procedet ſi delictum non eſſet propriè officialis: ſed extra officium licet occaſione officij, & vide cap. 1.

Officiales autem omnes † in Reg-
11. nò debent eſſe regnicolę alias non * poſſunt facere aliquem actum iuriſdictionis, vt in foro quòd extraneus à Regno non poſſit habere officium in Regno, & in foro quod officiales Aragonum ſint de Aragonia, niſi ſint † filij regnicolarum, pro vt ego
12. ſum: Sic fuit prouiſa quædam firma contra quendam commendatorem Calatrauæ exterum, qui nomine ordinis Calatrauę volebat facere viſitam in Regno, tamen poſtea in eadē firma fuit facta declaratio, vt poſſet cognoſcere, viſitare, & exercere iuriſdictionem iuxta decreta, ſtatuta, ordinationes, & conſuetudinem immemorialem, & poſſeſsionem pręſcriptam dicti ordinis in omnes res, & bona ordinis Calatrauę, & etiam perſonas ſubditas ordini Calatrauę, in caſibus, modis, & formis quibus non prohibentur per foros, & obſeruantias Regni Aragonum. Vide in proceſſu * Diputatorum Regni ſuper iurisfirma contra Alfonſum Enriquez die 19. Februa. 1593.

Verum hęc declaratio † ſatis cōfuſa
13. eſt in fine illius, & vltra quod cātat illud oraculi, aio te Æacidem Romanos vincere poſſe, adhuc tamē nō procedit, quia licet eſſet de Regno, non poterat facere in forma iudicij actus iuriſdictionales publicè, & palam cum non eſſet ex officialibus Regni, licet priuatim forſan poſſet vt in dicta declaratione. Et ſi duo
14 contendant ciuiliter † ſuper eodem officio via ordinaria in curia Iuſtitię Aragonum, ſecundum forum de contendentibus ſuper eodem officio, quo modo ſententia debeat concipi, & quid fiendū: Vide in proceſſu D. Hie* ronymi de Heredia 4. Februarij 1557 In curia Iuſtitię Aragonum, & in proceſſu Sancij Conesa 14. Februarij 1573. ſuper contendentibus ſuper eo* dem officio in eadem curia Iuſtitiæ Aragonum.

Aliquando vidi dubitari, an ſup-
15. poſito † quòd domini locorum ſiue Caſtrorum ſubſunt tantùm domino Regi, Regenti officium Gubernationis, & Iuſtitię Aragonum, ita quod non poſsint nec tacite, nec expreſſe ſubmittere ſe iuriſdictioni alterius iudicis ſecularis, obſeruan. Item nobilium de foro competent. Moli. in verbo Iuſtitia Aragonum fol. 202. verſi. Iuſtitia Aragonum eſt iudex compe-tens &c. An idē ſit caſu quò caſtrum
16. ſit dirutum, † & dicendum eſt quod ſic: Ita probatur in obſeruantia item nota quòd vbi ſunt plures participes in aliquo caſtro de foro competent. vbi habetur, quòd licet caſtrum quodāmodo ſit dirutum, ſeu deſtructum conuenietur tantum coram ſupradictis iudicibus, ac ſi illud caſtrum nunquam

quam fuiſſet deſtructum potiſsimè ſi caſtrum nuncupetur: quod nota pro poſsidentibus Pardinas cum iuriſdictione. Vide in proceſſu Hieronymi de Luna, & aliorum vicinorum Ciuitatis Oſcę ſuper iuris firma 22. Martij 1578 & in proceſſu Lodouici Clemente habitatoris Oſcæ ſuper iuris firma anno 1599. vel 1600. Illi autem officiales

17. † delinquentes condemnari debent iuxta forum in expēſis, & damnis induplum, vt in foro primo de iuramēto pręſtando per officiales, ibi *ſoluere expenſas, & emendare damna induplum* Sed dubitatur, quid ſi Iuſtitia Aragonum, ſeu eius Locumtenentes condemnauerint officialem delinquētē in † expenſis, & dānis ſimpliciter,

18. & abſolute non dicto induplū, (nec etiā ſimpliciter ex cauſa, vt dicere aliquando ſolent quando iuſta excuſandi cauſa ab expenſis induplum apparet quo caſu in ſimplū fit, & nō induplu,) an tūc in dubio intelligantur cōdemnati, iuxta forum induplum. Et dicendum eſt quod ſic: ratio eſt nam ſtatim quòd officialis delinquit, ſubditus remanet pœnę illius fori, cui obligatus remanſit l. Imperator de iure fiſ. Vnde actuali condemnatione ſecuta nihil aliud facit iudex quàm declarare delictum fuiſſe commiſſum: ex quo deducitur obligatio accuſati ad expenſas. Sententia enim, qua declaratur delictum eſſe cōmiſſum ſufficit, licet non condemnetur reus ad

19. pœnam in nam verba ſententię debent † intelligi, pro vt de foro tenetur. Sicut enim quoad tempus, ſi non exprimatur in ſententia recurrendum eſt ad ius, vt per illud definiatur tempus, veluti in relegatione, tempus indubio intelligitur decem annorum: Quia lex ita præfigit tempus l. fine prefinito, vbi Bart. de penis Vanti. de nullit. ex defectu proceſſus nu. 95. poſt Iaſ.

20. in §. curare de actioni. ita qualitas in ſententia † omiſſa ſupponēda eſt iuxta terminos iuris. Vnde in hac qualitate ſententiæ omiſſā, an ſcilicet ſit in ſimplum, vel in duplum, recurrendum eſt ad forum primum de iuramento pręſtando: vbi in duplum debet fieri condemnatio: Deinde quia ſententia ſemper complectitur neceſſarium cōſequens, licèt nō exprimat. Ecce parētes à filijs ſine venia nō conueniuntur, l. 4. §. ait prætor de in ius vocan. Si venia petatur, & iudex ſimpliciter cōcedat citationem non expreſſa venia, cenſetur eam tacite conceſiſſe: Socin. in l. 2 §. pretor ait 2. de in ius vocan. Decius in l. fin. C. de in ius vocan. Capiſsi. decı ſ. 56. num. 8. Carroſsi. in regu. cum quid parte 2. verſi. Ad ſeptimum quid in ſententia à num 1. fol. 469. vbi latius. Et ſi iudex condemnat aliquem de læſa diuina, vel humana maieſtate tunc ſententia perficitur à lege, pœnam certam irrogante contra tales delinquentes c. cum ſecundū § fin de heret. in 6. c. pro humani de homicid. eo lib. Vantius in titulo de nullit. ex defectu proceſſ. nu. 93. Crauet. de antiqui parte 4. in prin. num. 65. Sed pęna officialis delinquentis neceſſario eſt ad duplicatas expenſas er-

21. go. Deinde quia ita ſemper condemnantur officiales delinquentes: † vnde diſpoſitio ſimpliciter lata debet limitari iuxta conſuetudinem, vt in cōtractu locati merces in dubio intelligatur de ſolita, & aſueta glo. in l. excepto. C. locat. quam ibi ſequuntur Angel. & Salicet. dicit communem Gab. de conſuet. conclu. 1. num. 4. Et loquens de condemnatione expenſarum, ac taxatione earum idem tenet Rebuf. tomo tertio. titulo de expenſ. arti. 5. glo. vnic. num. 29. Vnde ſententia lata contra officiales delinquentes, condemnando eos ſimpliciter in

citer inexpẽſis, intelligitur de ſolitis in condemnatione officialium, & ita induplum: et ſic multoties fuit obten-
22. tũ † in contradictorio iudicio in aliquibus proceſsibus, in quibus ſimilis declaratio facta eſt. Vide in pro-
* ceſſu Prioris fratrum Conuentus Sancti Ioannis Villæ de Caſpe ſuper criminali: vbi certi officiales fuerunt condemnati, & in expenſis, & damnis ſimpliciter. Et tandem die. 8. Octobris 1584. fuit facta ſequens pronuntiatio. De conſilio pronuntiamus, & declaramus condemnationem expenſarum, & damnorum fore, & debere
* intelligi induplum. Et in proceſſu iuratorum conſilij loci de Chiprana ſuper crimi fuerunt condemnati certi officiales, & in expenſis, & damnis.
* Et die primo Aprilis in dicto proceſſu, anno 1594. fuit facta ſequens declaratio: Pronuntiamus, & declaramus expenſas, in quibus Iurati Villę de Caſpe fuerunt condemnati fore, & eſſe intelligendas, & ſoluendas induplum
* debite, & iuxta forum. In proceſſu Dominici de Luna ſuper criminali anno 159. 4. fuit idem declaratũ per omnes in curia Iuſtitię Aragonum: Quia cũ eſſet condemnatio officialium delin-
* quentium, ibi debebat fieri. Et vide in proceſſu Iuratorum de Ayngon ſuper criminali anno 1596. & in proceſſu Abbatis de Beruela ſuper criminali
* eodẽ anno in eadẽ curia Iuſtitię Aragonũ, in quibus idẽ fuit pronuntiatũ.

§. 5.

Summa eorum, quę in hoc §.5.C. primi continentur.

1. *Remiſsio pęnarum criminaliũ, & indulgentia ad ſupremum Principẽ, & alios non recognoſcẽtes ſuperiorem pertinet: Non vero ad alios vt n.2. & 3. & vide n.7.*
4. *Remiſsio criminum eſt ſupra legem, & ideo eam inferiores a Principe facere nequeunt, vt num.5.*
6. *Rex Aragonũ in hoc Regno ſolus, nõ habet facultatem legis condendæ.*
8. *Regnũ cenſetur tranſlatum in Regẽ cũ facultate remittendi crimina, quod obſeruãtia ſubſequuta demõſtrat, n.9.*
10. *Remiſsio criminũ an cõpetat Gubernatori, ſeu primogenito, aut Locumtenenti generali traditur remiſsiue.*
11. *Cauſa legitima, an ſit neceſſaria in Principe ad remittẽdum crimina, & ſimul conſenſus partis offenſæ.*
12. *Remiſsio ſolũ datur imprudentibus, non autẽ calumniantibus; item pęnitẽtibus, non vero in errore durantibus.*
13. *Crimina pecunia remittere non ſolũ turpe, ſed & deteſtabile eſt.*
14. *Cauſa minor deſideratur ad remittẽda crimina quando pars offenſa, vel non adeſt, vel mortua eſt, & n.17.*
15. *Cauſæ, quæ ſufficiant ad remittendũ crimina a Principe, & tollendum intereſſe publicum enarrantur: & n.16.*
18. *Procurator Aſtrictus, ſiue accuſator publicus in Regno ab accuſatione deſiſtere nequit, niſi duobus copulatiue cõcurrentibus: Quod limita vt num. 19.*
20. *Remiſsio facta a Principe reſpectu intereſſe partis offenſæ, debet eſſe cũ cauſa publica; & ibi exempla traduntur.*
21. *Remiſsionem, ſeu conſenſum partis in aliquibus delictis non eſſe neceſſarium, ad hoc vt Princeps ea remittere poſsit: Et quæ ea ſint declaratur, & limita nu.22.*

Multoties vidi dubitari, an officialibus condemnatis per viam Iuſtitię Aragonum proſit remiſsio, & guidaticum à domino Rege obtentum.

23. *Remiſsio partis, in maioribus delictis neceſſaria eſt, ad validitatem veniæ, & nu. 52.*

24. *Partis offenſæ intereſt, delinquentẽ puniri & condemnari: ſed & hæredibus maximum eſt ſolatium homicidã videre pœnas luentem, vt num. 25.*

26. *Intereſſe duplex conſiderari in parte offenſa aliqui contendunt; intereſſe ſcilicet publicum, & intereſſe damnorũ.*

27. *Princeps remitere poteſt delicta, reſpectu intereſſe publici partis offenſæ: etiam ſine ea.*

28. *Princeps poteſt remittere pœnam corporalem, aut pecuniariam fiſco applicandam; non vero pecuniariam parti applicandam, & nu. 31. & 32.*

29. *Actio iniuriarum ad vindictam, quæ pecunia æſtimabilis eſt, & a iure ciuili introducta, per Principem tolli poteſt; etiam ſine cauſa de plenitudine poteſtatis: Sed limita, vt nu. 30.*

33. *Princeps remittendo iniuriam ſimpliciter, non cenſetur damna, & intereſſe remittere; ſed ſolum actionem ad vindictam, & nu. 59. & 60.*

34. *Tex. in l. relegati in fin. ff. de pœnis declaratur, ad intellectum tex. in l. finali. C. de abolitionibus. & num. 35. & 56*

36. *Pars intereſſata ea intelligitur, quæ principaliter læſa eſt; modo accuſet modo non, dummodo in rerum natura exiſtat: vt gratia Principis ſine ea facta nulla ſit.*

37. *Diſtinctio elegans traditur inter crimina a iure diuino prohibita quorum pœnæ taxatę ſunt: & crimina a iure poſitiuo, quorum pœnę determinatæ ſunt ab eodem.*

38. *Princeps non poteſt facere remiſsionem reſpectu pœnę mortis, determinatę a lege diuina contra occidentem deliberatum; & num. 39. Etiam ſi adſit partis offenſę conſenſus, vt num. 40. & cauſa publicæ vtilitatis, vt num. 41. ſed limita vt nũ. 42. & 43.*

44. *Contraria tamen ſententia communis eſt.*

45. *Princeps, & ciuitas poteſt propter bonum publicum res priuatorum auferre, ſine eorum voluntate.*

46. *Princeps poteſt tollere ex cauſa ius partis, quãuis ſit quęſitum de iure gentium. Quod intellige, et declara, vt num. 47.*

48. *Princeps poteſt remittere omnes pœnas, tam corporales, quã pecuniarias; etiam per ſententiam impoſitas.*

49. *Hieronymus Portoles in §. Rex nu. 297 limitatur, et declaratur, et nu. 50.*

51. *Princeps intereſſe partis tollit, ſi illud ſit vindictæ.*

53. *Princeps in criminibus prohibitis lege humana, non vero diuina poteſt remiſsionem facere quoad intereſſe publicum: data aliqua cauſa minore, et qualiter: et vide num. 57.*

54. *Princeps cum cauſa iuſta, et publica ſine dubio poteſt tollere etiam intereſſe partis pecunia ſtimabile: et an damnum intrinſecus quod paſſus eſt iniuriatus n. 55.*

58. *Intereſſe partis vt tollatur, cauſam publicam requiri, compenſationemq. damni, auctor docet: quo caſu de conſenſu curandum non eſt.*

61. *Remiſsio Principis non prodeſt delinquẽti, niſi quando in ea expreſſa fiat mentio illius qualitatis, cum qua delictum commiſſum eſt.*

62. *Pater filium habens in poteſtate poteſt remittere iniuriam filio illatam, niſi vilis perſona ſit, filius autem honeſtus.*

63. *Princeps de iure communi poteſt vindictas, quas accuſatores de publico proſequuntur remittere: et qualiter id intelligatur late ibidem explicatur; de iure tamen noſtro ſecus eſt, et declaratur vt nu. 64.*

Index

Digitized by Google

85. Iudex ordinarius poteſt teſtibus, qui deponere debent in cauſa criminali, ſaluum conductum concedere ad aliquod tempus: Idq; tam de iure, quam de foro, vt num. 66. & ratio traditur num 67.

68. Teſtes Guidati, ſiue aſſecurati, non poſſunt interim capi ex quacunq. cauſa.

69. Guidaticum, vt teſtibus concedatur conſenſus partis neceſſarius non eſt.

70. Guidaticum generale ſolus dominus Rex, & qui eius vices in Regno gerit concedere poteſt: ſed ſine aliqua iuſta cauſa cōcedi nequit, vt n. 71.

72. Guidatus generaliter a Principe capi nequit, ſi tamen ſoluerit expenſas, & damna parti accuſanti.

73. Forus vnicus de remiſsionibus, & guidaticis explicatur, & n. 76.

74. Differentia traditur inter Guidaticum ſpeciale a quocunq. iudice, & generale a ſolo Principe conceſſum: & num. 75.

77. Forus como cerca verſi. E quremos de homi. & foro. Como de pocos dias, verſi. Antes queremos. tit. de conſulta, declarantur: & nu 78. & 79. & 95.

80. Princeps in Regno, quamuis abſoluta careat poteſtate, crimina tamen remittere poteſt; quia hoc ius in initio naſcētis Regni ſibi reſeruauit, vt n. 81.

82. Molina verbo Rex verſi. dominus Rex exiſtens extra Regnum poteſt cōcedere remiſsionē, & alibi declaratur, & nu. 83. & 84.

85. Princeps nō poteſt remiſsionē concedere in caſibus a foro expreſſe prohibitis: & ſi fiat non valebit.

86. Princeps vbi nō adeſt pars intereſſata, nec conſanguineus, nec delictū eſt tale, in quo detur pars intereſſata, poterit crimina remittere; vbi vero adeſt pars intereſſata, verie iudicatum eſt, vt nu. 87. Sed auctor quid tenendum tradit num. 88.

89. Princeps poteſt regulariter in Regnō crimina remittere, quoad pœnam, & intereſſe, reipub. etiam ſine conſenſu partis: Non vero intereſſe pecuniarium partis. & nu. 90.

91. Molina verbo exilium in fine explanatur, & num. 92. & 93.

94. Princeps accedente cauſa publicæ vtilitatis poteſt crimina remittere, ſiue pars ipſa accuſet, ſiue perſona a publico introducta.

96. Remiſsio, & guidaticum in aliquibus enormibus caſibus locū nō habet; Et qui illi ſint traditur & n. 97. & 100. niſi remiſsio in ijs caſibus fiat de voluntate partis intereſſatæ, vt num. 98. & 104.

99. Remiſsio non prodeſt, nec guidaticū, notario accuſato de falſo.

101. Remiſsio non prodeſt. nec guidaticum omnibus officialibus Regijs, a ſupremo vſq; ad infimum.

102. Forus primus, & ſecundus tit. de iuramen. præſtando ad propoſitum explicatur, & num. 107.

103. Cuſtodes de publico conſtituti ab habente iuriſdictionem, an comprehendantur in diſpoſitione dicti fori primi, & ſecundi de iura. præſt.

105. Guidaticum generale concedere, de regalijs eſt.

106. Cuſtodibus per Locūtenentem generalem guidaticum generale ſolet concedi ad beneplacitum domini Regis, ſine partis conſenſu.

108. Guidaticū de ſtylo hodie non conceditur in criminibus, niſi prius habita pace cum parte, & num. 109. & 111. & ratio explicatur nu 112.

110. Conſuetudo Mediolani in approbatione gratiæ, ſiue remiſsionis traditur, & eius ratio.

113. Conſuetudo quod remiſsio non valeat ſine conſenſu partis ſeruanda eſt.

114. Miſericors non eſt qui homicidam

parcit,ſed homicida.

115. *Remiſsionem aut compoſitionem facere pretio, aut pecunia intercedente in Regno prohibitum ſpecialiter eſt.*

116. *Delinqaentium mores ad remiſsionem eiſdem concedendam omnino cõſiderandi ſunt.*

117. *Iudices præoculis habere debent, ne ad miſericordiam declinent.*

118. *Vitia ſæpiſsime virtutes eſſe finguntur cum non ſint.*

119. *Reſolutio traditur in materia multum ad praxim accommodata.*

120. *Princeps remittendo crimina ſuum intereſſe remittere cenſetur. non autem priu torum: niſi id expreſſe dicat,& cum cauſa faciat;quod declara vt nu.121.*

122. *Crimina remitti ſolẽt indirecte per viam ſeparationis: et quid ea ſit explicatur.*

123. *Procurator ciuitatis mandato iuratorum,procurator vero Regni mandato Deputatorum ſolent ſe ſeparare ab accuſatione.*

124. *Procurator Aſtrictus, ſi ſimul cum parte accuſſet deſiſtere non poteſt ſine ea. etiam mandato Locumtenentis generalis;ſecus ſi ſolus accuſet, vt n.125.*

126. *In delictis exceptuatis,in quibus ſine conſenſu partis nõ fit remiſsio pars dicitur extare,ſi illa ſit in rerum natura;quamuis in proceſſu partem non faciat.*

127. *Pœna vbi commutatur; delictũ non remittitur, maxime cum voluntate partis.*

DVM FVI Locumtenens Iuſtitię Aragonum rem hanc habui pro deciſa, & clara, & vt talem aliquando eã declarauimus in eo conſiſtorio, ſed poſt quam fui aſſumptus ad Regium conſilium cauſarum criminalium, vidi rem hanc plus difficultatis habere, & vix pacem factam apud conſiliarios: Qua propter dicam liberè quid ſentio pergens Veronam, & à Placentia recedens.

Illud certiſsimum eſt citra omnẽ difficultatem quòd ius remittendi † pęnas criminum, & indulgentias
1. concedendi, ad ſupremum Principem ſpectat, & ad alios non recognoſcentes ſuperiorem glo. concedi in l. 2. C.de in ius vocan.quę communis eſt: ſecundum Pariſ.conſi.1.num. 1. lib. 4. l. 1.§. qui vltro, vbi Bart. ff. de quęſtioni.l. relegati ff. de pęn. quam ſequuntur omnes de mundo, inibi DD. communiter Tyraquel. de pænis temperan. in pręfat. num. 12.

Vbi quòd de iure communi id ad ſolum Principem ſpectat, Oſaſc. deciſione 101. vbi ad ſolum Principem, vel eius iura habentem id pertinere dicit, cum multis per eum allegatis,
2. & ideo Barones, & alios † recognoſcentes ſuperiorem id facere non poſſe, Bart. in l. non omnes.§.qui tranſfugit.ff.de re milit.& l.ambitioſa nu. 8.ff. de decret. ab ordine facien. cum alijs per eum recenſitis Anton. Gomez to.3.var.reſolu.c.13.de tortu.reo. n.38.vbi id ſoli Principi attribuit,qui indulgendo,& remittendo à tota pœna reum liberabit per l. primã & tot.titu. C. de ſenten. paſſ. & l.fin. C. de generali abolitione Calici. in Margarit. fiſci 8. dub. verſiculo 26. dicens quòd indulgere crimina ſpectat ad ſolum Principem l. prima in in fin.ff.de Conſti. Princi. Et quod de
3. iure cõmuni hoc nõ poſſunt † facere præſides

præſides, vel alij ordinarij, ſecundùm
Bal. in l. præſes C. de tranſac. Azeued.
lib. 8. titul. 25. l. 1. num. 27. dicens ſoli
Regi cōpetere has gratias, & delicto-
rum remiſſiones fateor. Comites au-
tem, & Barones, & alios inferiores
recognoſcentes ſuperiorem, non poſ-
ſe concedere has indulgentias, nec re
mittere pęnas, ſed id ad ſolū Principē
ſpectare, tradit Iul. Clarus practica
crim. in §. fin. quęſ. 59. in princip. vbi
quòd Princeps poteſt omnes pœnas
remittere, quia ad ipſum ſolùm ſpec-
tat gratias facere delictorum, licèt de
de facto, & conſuetudine Barones
ſeruent contrarium, Boſsius in titulo
de remedijs ex ſola clementia Princi
pis nu. 23. vbi quòd eſt in manu Prin-
cipis omnis pęna, quia poteſt pro vt
vult remittere non ſolùm bona, & pœ
nam pecuniariam, ſed etiam corpora
lem Crauet. conſ. 119. num. 2. ibi nec
indubiū reuocari poteſt de poteſtate
Principis circa huiuſmodi remiſſio-
nes pęnarū Meno. conſ. 103. in prin. n.
42. Iaſon conſi. 236. in prin. ſecundæ
colum. Deci. conſ. 520. num. 4. & 5. Ia-
ta manu id confitetur. Farin. tom. pri
mo quæſtio. crimin. de Inquiſ. quęſ.
8. a num. 15. cum ſequent. Bardaxi de
offi. Guberna. quęſ. 5. num. 51. loquens
in Regno, Porto. in verbo Rex num.
290. Neq. in hoc amplius immoran-
dum eſt. Ratio autem quare id Prin-
4. cipi † permittitur non vero Baroni-
bus, & alijs ſuperiorem recognoſcen-
tibus ea eſt, † quia remittere crimina,
& peccata eſt ſupra legem, vel contra
legem Innocent. in c. cum P. tabellio
num. 2. de fide inſtrum. At Comites
Barones, & alij ſuperiorem recognoſ-
centes non poſſunt legem derogare,
nec facere, ergo nec crimina remitte-
re ita Azeued. vbi ſup. num. 9. Oſaſ-
cus vbi ſup. num. 4. dicens quod re-
mittere peccata eſt ſupra legem, in-
fra legem autem eſt pęnas luere, &
pęnas irrogare. Cumq. ſolus ſupremus
Princeps ſit ſolutus legibus, l. digna
vox. C. de legib. reliqui vero ſubditi
ſunt legibus Pau. ad Rom. c. 13. & re-
mittere pœnas ſit contra legem,
5. † ideo ab inferioribus à Principe id
fieri non poteſt: quapropter ſecun-
dum Oſaſc. Iul. Clar. Boſsi. & alios
ſupradictos aliqui fuerunt ſuſpenſi cū
gratia collo annexa, per quam remiſ-
ſa illis fuerat pœna ab inferioribus,
qui ſuperiorem recognoſcebant. Qua
propter poſſet aliquis dicere, ſi ſolum
poteſt remittere crimina Princeps ſu-
premus, qui poteſtatem habet legis
condendæ, & etiam derogandæ, quo-
modo in Regno Rex Aragonum id
poterit, qui quamuis ſupremus ſit nō
recognoſcens ſuperiorem, (quod vel
6. notiſſimum dimitto) non tamen ha-
bet in Regno poteſtatem legis con-
dendę, minuſq; derogandę: cùm hæc
fiant per ipſum dominum Regem, &
regnicolas in curia generali congre-
gatos, nam in Regno nunquam fuit
cognita abſoluta poteſtas ſupra legē,
ſcilicet condendi leges, imo dominus
Rex in perſona iurat ſeruare foros
vſus, & conſuetudines Regni, & con-
tra eas non venire directè nec indirec-
tè, reiecta omni machinatione, &
fraude, vt in foris de his, quæ domi-
nus Rex, & de iuram. preſtan. per do-
mi. Regem. Sed hęc argumentatio li-
cet aſtringere videatur, tamen ex alio
tollitur, quia dominus Rex ſemper
7. de conſuetudine † immemoriali hac
facultate remittendi crimina (ſerua-
tis ſeruandis) vſus eſt. Et talis eſt prac
tica, & conſuetudo Regni. Ex qua re-
ſultat conſequentia certiſsima, quòd
ex hac obſeruantia, & conſuetudi-
ne inconcuſſe obſeruata præſumi-
tur tale ius fuiſſe reſeruatū D. Regi ab
initio naſcentis Regni: & ſub tali reſer

uatione: & qualitate remittendi crimina, pro vt reperitur in obſeruantia
8. cenſetur † tranſlatum Regnum in ipſum Regem in principio; & hęc eſt vis, & potentia obſeruantię ſubſecutæ, Bal. in c. 1. quid iuris ſi poſt alie. vaſſal. feud. recupe. Gregor. Lopez in l. 3. titu. 25. verſi. algunas paſturas par. 4. Caſtr. de lege pæn. lib. 1. c. 1. Vaſqui. cōtrouerſia. Illuſtri. lib. 1. cap. 47. Aymon poſt multos conſi. 211. num. 6. Ioſeph. Lodouic. concluſ. 38. bene Surd. conſi. 140. num. 43. in prin. Iam igitur dominus Rex licèt ſolus leges nō faciat in Regno, remittet tamen crimina, ex reſeruatione ſibi † facta à
9. principio naſcentis Regni, quæ ex obſeruantia ſubſecuta colligitur: imo expreſſe cauetur in obſeruantia de cōſuetudine de priuilegio generali; vbi quòd dominus Rex de conſuetudine Regni, (etiam extra Regnū exiſtens) poteſt concedere remiſsionem criminum: ita Molin. in verbo Rex & in verbo exilium.

An autem id ius remittendi crimina competat etiam Gubernatori, † ſeu
10. primogenito, & Locumtenenti Generali, ſeu Proregi videndus Bardaxi vbi ſup. num. 51. & Portol. num. 291. cum ſequent. vbi id etiam permittitur Locumtenenti generali propter illa verba *ponentes vos in locum, & ius noſtrū:* Et maxime ſi hæc reſeruata expreſſè concedātur, vel per expreſsionem vnius ſubſecuta clauſula generali vt in c. qui ad agendum de procur. in 6. vel per prohibitionem vnius ex caſibus reſeruatis, nam tunc ius remittendi videtur etiam conceſſum Locumtenenti generali. In Baronibus autem iſtius Regni, qui abſoluta vtuntur poteſtate, & à quorum factis nullus datur recurſus ad dominum Regē, aliud dicendum videtur in ſuis locis.

Hucuſq. tradita clariſsima, & veriſsima ſunt; ſed tota difficultas con-
11. ſiſtit, an ad id faciendum † requiratur in Principe aliqua cauſa legitima, & an etiam requiratur partis offenſę conſenſus, & voluntas. Et circa primum tenerem quòd requiratur cauſa in Principe, nam cum propriè venia ſit pænæ remiſsio, ſecundum Senec. in lib. de clementia ad Neronem, eſt illa ſuadente aliqua cauſa concedēda: Nā aliàs facilitas venię incētiuū tribueret delinquendi, canon. eſt iniuſta 23. quęſ. 4. Et ab hac iuſta ratione
12. concedendi veniam reſultat, quòd illa ſolùm datur imprudentibus, † non autem calumniantibus, l. Senatus in princip. de iure fiſci, item pænitentibus non in errore durantibus can. legatur 24. quęſ. 2. item errantibus, ſpōte confitentibus, & deuotè ſupplicantibus c. 2 §. pænul. de tranſlat. Epiſco. Nam non niſi correcto, & cōtrito debet dari regul. peccati venia de regu. iur. in 6. & ita debet eſſe miſericordię bonitas, ne omnino male agendi foueatur impunitas c. Irrefragabili in princip. de officio ordinarij. Nam melior eſt iuſta dulcedo cum iuſtitia, quā remiſſa. Et debet eſſe Rex, & iudex miſericors circa corregibiles, erga incorregibiles Seuerus can. quanto. 2. quęſ. 5. Et ſic debent crimina non indifferenter ſed cum aliqua iuſta cauſa remitti. At noſtri temporis dominātes ſcelerum parietem nunquam fodiunt, raro palpant, plerunq. dealbant. Quod ſi turpe eſt, † turpiſsimū,
13. & deteſtabile erit crimina pecunia remittere. Nam cum pęnę delictorum venduntur, omnia mala naſcuntur: ita Calic. vbi ſup. idq. per forum prohibitum eſt, vt in foro como cerca la punicion primo in fin. de homicid. ibi. *Queremos que los acuſados no ſean admeſos a compoſicion alguna pecuniaria, ni la compoſicion corporal ſea conuirti-*

da

Digitized by Google

da en pena pecuniaria. Vt etiam in foro de procur. aſtrict. Vide Molin. in verbo compoſitio, licèt id non ſeruetur in practica cum maxima offenſione Dei, & Regni ſcandalo: Vnde videmus pacem turbari, populum non ſedari, & maiores ſeditiones, & diſcordias oriri, & de delictis minoribus maiora, de maiorib' atrociſsima naſci. Et econuerſo ſi hęc remiſsio cum iuſtitia fiat, & cum cauſa, eadem ipſa iuſtitia apud Deum diriget greſſus gubernantis. Hęc autem cauſa minor

14. requiritur † vbicunq. pars offenſa nō datur, vel quia mortua eſt ſine conſanguineis, vel quia pars inſtans non eſt ipſa perſona offenſa, ſed alia de publico poſita ad proſequendum intereſſe publicū, ſeu reipublicę, vt ſic diſtingunt hoc intereſſe publicum, & priuatum Deci. d. conſi. 510. 4. par. Crauet. 119. nu. 2. Boſ. i. num. 23. Et tunc minor cauſa ſufficit, quàm ſi accuſaret pars ipſa offenſa, & eius conſanguinei; quoniam tunc fortiorem, & maiorem cauſam, publicam ſcilicet requirerem de iure. Ratio differentię eſt, quia in primo caſu intereſſe publicū Principis eſt. At in ſecundo caſu eſt partis offenſæ, cui Princeps præiudicare non poteſt, niſi cum magna cau-

15. ſa, vt dicam. Cauſę autem † quę ſufficiunt, vt Princeps tollat intereſſe publicum, poſſent eſſe ſequentes, vt refert Cicer. 4. Rhetoric.

Vt ſi plura aut maiora officia, vel obſequia quàm maleficia delinquentis videbuntur conſtare.

Si qua virtus, aut nobilitas erit in eo, qui ſupplicauit.

Si qua ſpes erit vſui futura, ſi ſine ſupplicio diſceſſerit: l. ad beſtias ff. de pęn.

Si ille ipſe ſupplex, manſuetus, miſericors in poteſtatibus oſtenditur fuiſſe.

Si ea quę peccauit nō odio, nec crudelitate, ſed officio, & recto ſtudio cōmotus fecerit.

Si tali de cauſa alijs quoq. cōdonatū eſt.

Si nihil ab eo periculi nobis futurum videtur, ſi eum miſſum fecerimus.

Si nulla, aut à noſtris ciuibus, aut ab aliqua Ciuitate vituperatio ex venia ſuſcipietur.

Hęc vera in Principe, & in eo, qui poteſt crimen indulgere (cum cauſa tamen) d. l. ad beſtias, & §. planè inſtit. de iure nat. A iudice autem non eſt poſtulandum ignoſci, nam difficile eſt ab eo, qui peccatorum iudex eſſe debet, impetrare vt ignoſcat.

16. Alię quinq. cauſę † de iure conſiderantur ad relaxandas, vel moderādas pęnas, veluti perſona, cauſa, locus, tempus, & dignitas, quas proſequitur. & declarat Lucas de Penna in l. ſi apparitor col. 7. C. de cohortalibus lib. 12. Codicis. Modo igitur iuſtiſsimè poterit Princeps crimina remittere, quando pars particulariter offenſa non datur, quę accuſare poſ-

17. ſit, veluti quia mortua † eſt ſine conſanguineis, quibus vt intereſſatis ius accuſandi competere poſſet, & nullus accuſat: vel tali caſu ſolùm accuſat perſona, quę eſt de publico introducta ratione illius delicti ad proſequendum intereſſe publicum, vt ſunt Procurator Vniuerſitatis, Procurator Regni, & quilibet de populo, qui ad accuſandum admittitur in multis caſibus per foros Regni: nam in his caſibus, & in preiudiciū iſtorum poſſet Princeps crimina remittere, cum aliqua tamen cauſa ex ſuperioribus, alias ſine aliqua cauſa malefaceret, imo peccaret, & conſcientia tuta non eſſet ſi-

ne cauſa remittendo contra beneficiũ publicum, Gom. ta vbi ſup. num. 38. in prin. Farin. vbi ſup. num. 19. quia læderet ſine cauſa rempublicam, & fieret ei iniuria, & non debent iniuriæ naſci ab eo a quo iura fluunt, nam eſt debitor iuſtitiæ eſt Princeps.

Et idem eſt reſpectu procur. Aſtrict. ſi accuſaret in d. caſu, mortuo offenſo ſine conſanguineis, nam poſſet Rex remittere cum aliqua ex ſupradictis cauſis, vt colligitur per forũ primum de procur. Aſtric. vbi particulariter habetur quòd non poteſt

18. deſiſtere accuſator ille † de publico niſi duobus cumulatiuè concurrentibus, ſcilicet voluntate partium accuſantium, & mandato Regis, Locumtenentis Generalis, Gubernatoris, & Regentis officium Gubernationis per quod mandetur Procuratori Aſtricto quod ſe ſeparet ab accuſatione. Iam igitur ibi mandatum illud de ſe ſeparando factum Procuratori publico non habet effectum, nec operatur niſi concurrat etiam conſenſus partium accuſantium: vnde ſecus dicunt

19. foriſtæ eſſe, ſi ſolus † Procurator Aſtrictus accuſaret ſine parte, quod intelligitur duobus modis, primo ea nõ accuſante licet eſſet in mũdo, de quo infra circa ſecundũ caput, alio modo ea omnino deficiẽte, veluti mortuo ſine conſanguineis, vel non data parte aliqua. Nam tunc concurrente cauſa bene poſſet Princeps mandare Procuratori Aſtricto, quòd ſe ſeparet ab accuſatione, & per hunc modum, & alium quemuis remittere pœnam, pro vt quotidie faciunt Locumtenẽtes & Gubernatores, (cũ cauſa tamẽ,) et in his caſibus ſola venia valet cum aliqua ex ſupradictis cauſis.

Cauſa autem quãdo Princeps remittit delictum, etiam reſpectu partis intereſſatæ (ſi illud poteſt remittere vt ſtatim dicam) debet eſſe publica,

20. † & maior: veluti ratione pacis publicæ, vitandi ſcandali, alicuius actionis ipſius condemnati per quam ſe Principi, & reipublicæ bene meritum faceret, & ſimiles vt DD. ſic conſiderant ſimiles cauſas, ſecundum Boſſ. Farin. Plot. & alios hic allegatos.

Circa ſecundum caput, quæſtionis maior verſatur difficultas, an ad remiſſionem, & veniæ validitatem requiratur conſenſus partis intereſſatæ, adeoquòd ſine ea non valeat, ſi illa adſit in mundo, in quo de iure cõmuni variè atq. variè dicitur. Et primo tollendo non dubia dicendum eſt in

21. aliquibus delictis † conſenſum, & remiſſionem, ſeu pacem partis intereſſatæ non requiri ad validitatem veniæ Principis, imo poterit Princeps veniam concedere parte non concordata (data tamẽ aliqua cauſa ex ſupradictis) ſecundum Clar. vbi ſup. verbo adde quod in fine, veluti in ſimplici inſultu, prima euaginatione, prouocatione, armorum delatione prohibitorum, ictu ſine vulnere, dum tamen

22. in † his animus deliberatus non præceſſerit; nam vbicunq. ille precedit ſemper eſt neceſſaria partis remiſſio, licet nihil mali ſequutum fuerit. Et ſic mandantes fieri homicidia, vel alia ſimilia crimina licèt non fuerint patrata, vel vulnera facta, non ſunt ſine partis remiſſione ad gratiam remittendi: & idem in alapa data alicui dicendum eſt, ſecundum eundem Clarum vt cum eo reſoluit Farin. vbi ſup. num. 21. vbi idem dicit de exoneratione arcabuſij. Ego cum his aſſentio, nã in primis caſibus vbi non eſt pars intereſſata, vel ſi ſit, ſolus tñ. conatus reſtat non deliberatus, videtur quòd pars non ſit attendenda, cùm fere nullum intereſſe partis conſiderabile detur. At in alijs caſibus iam magis

intereſt

intereſt partis, cum deliberata illa attentatio extra ordinem ſit punienda, et ſic requiritur illius conſenſus, & remiſsio regulariter cum aliqua ex ſupradictis cauſis. Sed an poſſet Rex cũ maiori cauſa pręiudicare parti dicetur.

In alijs autem criminibus maioribus (abſq. dubio) partis remiſsionem,
23. † conſenſum, pacémq. requiri ad validitatem veniæ, tenet quaſi huius opinionis pręcipuus fautor Farinatius vbi ſup. nu. 15. & 18. pręſertim in delictis deliberatis auctoritate l. fin ibi *niſi forte ille qui paſſus eſt ſuum conſenſum ad petendum abolitionem accommodauerit. C. de abolitio.* Vnde (ſecundũ eum) remiſsio criminum non debet nec valet concedi, vbi offenſus non conſentit abolitioni. Et hoc etiam ſi concurrat cauſa iuſta. Nam vtrunq. requiri videlicet, & partis cõſenſum, & cauſam ad hoc vt gratia facta à Principe valeat, tenet *Plot.* conſ. criminal. diuerſ. 7 num. 55. Farina. num. 25. verbo ego autem &c. cum ſequentibus. Vbi id multis rationibus confirmat. In cuius opinionis confirmationem allegat Farin. num. 18. in fin. multos alios, aſſerentes Principem non poſſe iniurias, delicta, & damna priuatorum remittere, parte non concor-
24. data. Idq. ea potiſsima ratione, quia partis offenſæ intereſt † delinquentẽ puniri, & condemnari, primo in damnis, & intereſſe, quę ob mortem defuncti, & occiſi eius hęredibus deberi vt ad tradita in l. liber homo, & in l. qua actione, & ibi glo & DD. ad leg. aquil. Et in hoc cõueniunt omnes etiam contrarię opinionis ſequaces, ſecundo in pęnam delicto conuenientem cum offenſi nedum in recõpenſationem, & honoris quodammodo reſtitutionem, in pæna delinquen-
52. tis accipiant, ſed occiſi heredibus † & coniunctis maximum eſt ſolatium videre homicidã in viam iuris debitã pęnam pati, l. capitalium. §. famoſos ff. de pænis. Et in hoc vltimo reſpondere conatur Farin. rationibus contrarię opinionis de qua mox dicam. Hanc opinionem validiſsimis fundamẽtis tuetur Plotus conſ. 73. inter cõſ. crim. diuer. Alij autem diſtinguunt pręmittendo, in parte offenſa, & principaliter intereſſata duplex intereſſe
26 † conſiderari. Primũ intereſſe publicum vindictę, vt offenſor, & reus puniatur in ſatisfactionem, & ſolatium offenſorum, rei publicę ſatisfactionẽ, malorumq. exemplum: ſecũdum reſpectu damnorum partis, & pęnę pecuniarię ſibi applicatæ, & rei furto ſublatæ. Et hoc intereſſe eſt rei familiaris ęſtimabile, pecuniarium, & lucroſum. quia in eo commodum, ſeu damni ęſtimationem cõſequitur pars ipſa offenſa, & lęſa. Ita inter vtrunq. intereſſe diſtinguunt multi in materia noſtra pręcipue Boſsius d. titulo de remedi. ex ſola clementia n. 23. expreſſiſsimè Aymon Crau. conſ. 119. nu. 2. cum alijs per eos allegatis, & generaliter Marant. de ordi. iud. 4. p. 1. diſt. in prin. cũ multis numeris. Modo ergo
27. reſpectu prioris intereſſe † tenent doctiſsimi multi, ſimúlq; grauiſsimi viri quod poteſt Rex, ſi vult remittere non ſolum bona, & pænam pecuniariam incurſam fiſco applicanda, ſed etiam pęnam omnem corporalẽ abſq. conſenſu, & pace partis offenſę: ita Boſ. vbi ſup. dicens id probari per multas l. tit. C. de ſent. paſſ. allegans Iſern. & Afflic. pro hac opinione. Et hoc non ſolum contra coniunctos offenſi, ſed & contra ipſum offenſum. Nam ſi remiſsio valet quoad bona, quę fuerunt ablata in pęnam, eodem modo debet valere, quoad pęnã corporalẽ, quia illa regula quod intereſt repu-

reipublicę delicta puniri,non magis loquitur de vna pęna,quam de alia: confirmat idem Boſſ. quia in l. fin. C.de ſent. paſſ.vbi diſputatur,an valeant iſthæc gratię in præiudicium, partis, & declarādo illud pręiudicium, ſemper exēplificāt ínbonis alienatis in tertiū,ſiue in pæna acquiſita parti; & ſic in intereſſe pecuniario. Et hāc ſuā cōſiderationē dicit Boſſ. ponere falcē ad radicem,ita diſtinguendo hoc intereſſe publicum,& pecuniarium partis:tenet Iaſ.in l.vnica n.10. C. de in ius vocando dicens,nota hic eſſe tex. cum glo. quòd Princeps per reſcrip-
28 tum poteſt remittere pænam corporalem,† aut pecuniariam fiſco applicandam, ſed non pecuniariam parti aplicādam. Quibus verbis Iaſſon ſenſit pęnam corporalem eſſe in manu Principis cùm abſolutè loquatur, oppoſitiuè ad pęnam pecuniariam parti aplicandam,quam ſolam excipit & poſt dicit,& hanc glo. multum commendat Bart. & DD.pro compoſitionibus, quæ tota die fiunt per Principes,vel Rectores ducatus , quòd non poſſent remitti pænę quę applicantur priuatis, ſentiens aliud in pęnis corporalibus,& pecuniarijs fiſco applicandis , quod ad conſuetudinem Cathaloniç nota. Nam in hoc regno, puto prohibitū indifferenter, for. primo de procur.aſtr. & forū.de prohibit. auer. hos ſequitur Aymon Crauę.conſ.119.num.2. dicens quòd ea, quę concernunt vindictam,& pęnam poteſt Princeps condonare.Nec enim ſecundum eum in dubium reuocari poteſt, de poteſtate Principis circa remiſſionem;nam quod agere quis poſ-
20 ſit actione iniuriarum ad vindictā, † & eam in tantum eſtimando quòd propriè vindicta eſt,de iure ciuili eſt introductum,quod Princeps tollere poteſt,etiam ſine cauſa de plenitudine poteſtatis l.Princeps de legi.l.digna vox C. eod.Quam plenitudinē poteſtatis circa id de quo agitur habeę Rex in Regno ſibi reſeruatam, iuxta obſ.de conſuetudine de priuileg. generali.& for.de remiſsio. & Guidat. Sed hoc argumentum Aymonis ſolū concludere videtur circa illas vindictas,quarum proſequutio eſt de iure tātum ciuili introducta , non autem † ſi de iure gentium,vel iure diuino,
30. in quo facit magnum fundamentum Farina.n. 15.in princi.cum ſequentibus.Et ſic in Regno bene procederet circa vindictas , quas aſtrictus ſolus procur.Regni,& vniuerſitatis poſiti de publico proſequuntur(præterquā in caſibus per foros prohibitis) Lodouicus Carrerius idem tenet in ſua praxi crim.fol.mihi 222.223.verbo vigeſimo nono excuſatur,vbi n. 8. cum ſequentibus dicit crimina,& accuſationes aboliri,& extingui gratia Principis,& num 18. dicit in modum ſequentem. *Item non valet gratia Principis niſi fiat ſaluo intereſſe partis.* Nam ſi remittit pænā non poteſt remittere intereſſe partis,niſi ex abſoluta poteſtate,quę in dubio non pręſumitur, & ſi ſine cauſa faceret peccaret mortaliter.Quod verum eſt, & in dubio Rex ſolum ſuum intereſſe cenſetur
31. remittere,† non partis.Poſtea num. 20. quęrit quod erit hoc intereſſe partis,& dicit quòd hęredes occiſi faciunt per peritos examinari quot annos naturaliter poterat viuere,& quātum ſingulis annis potuiſſet lucrari cum induſtria,arte,& labore ſuis. Et facta liquidatione ad id debet condemnari,& idem ſi alia damna,& intereſſe concurrant ex tali occiſione, quæ non forent ſi viueret : allegat alios in huius practicę vſum. Ex quibus videtur quòd intereſſe partis eſt propriè pecuniarium,& non aliud,&

quod

quòd hoc non poſsit Princeps tolle-
32. re,† ſicut nec ius quęſitum parti po-
teſt tollere vt dicemus. Si hoc ergo
eſt intereſſe partis non aliud, nullus
negat, quin ſuum intereſſe poſsit Prin
ceps remittere, ſicut & pars intereſſa
ta, cum aliqua tamē cauſa ex ſupra-
dictis. Ex quo videtur cōfirmari quòd
pœnam corporalem poſsit Princeps
remittere. Hanc eandem opinionem
ſequitur Hippolyt. Riminald. conſ.
134. num. 48. tomo primo conſiliorū
crim. vniuerſorum, vbi quòd Prin-
ceps remittendo iniuriam † non cen-
33. ſetur damna, & intereſſe remittere,
ſed actionem tantum ad vindictam:
allegat Aymon. d. conſ. 119. vbi dicit
id procedere, etiam quòd pro remiſ-
ſione iniuriæ pecuniā recepiſſet: Nam
non ob id extenditur ad intereſſe, pro
vt ſemper ita dicendum eſt in caſu du
bio, pro vt latius ibi declarat Rimi-
nal. In hac ardua quæſtione vellem
Papiniani ſubtile ingenium poſside-
re, vt ea quę tam perplexe, tam variè
tam confuſe per DD. tradita ſunt
tanquam ſibi oppoſita declararem, &
in concordiam redigerem: Nam dum
34. pondero † l. illam relegati in fin. de
pœnis. *ibi nemo poteſt cō meatum, remea
tumue dare exuli, niſi Imperator.* Ex ali
qua cauſa, vbi glo. dicit iuſtā cauſam
eſſe ſolā voluntatem Principis, Paul.
de Caſt. in l. ſi teſtamentum. C. de te-
ſtament. Panorm. in c. cum olim nu.
23. de re iudicat. Dum hanc glo. con-
ſidero, & tradita per Luc. de Penna in
l. 1. col. 14. verſi. tertio queritur C. de
deſertor. lib. 12. C. Vbi dicit in om-
nibus criminibus poſſe fieri compoſi-
tionem exiſtente aliqua cauſa niſi le-
ge, vel ratione aliqua prohibitum do
ceatur, vt ibi per eum: certe ſentio mē
tem meam commoueri ab illa opinione,
35. & econuerſo conſiderando † l. fin.
C. de abolitio. vbi abolitio non valet
in damnum rei, niſi ille, qui hęc paſ-
ſus eſt ſuum conſenſum ad petendam
abolitionem accomodauerit ad id, &
tex. in l. penult. *ibi niſi forte conſenſus
partium abolitionem popoſcerit, vt intra
certum tempus &c.* Adeo etiam duci-
tur animus per has leges, vt nec in
alia opinione auſim pedem firmare,
neq. hanc ſecurus ſequi. Qua propter
conſideratis benè his, quæ tam varie
traduntur, & maximè a ſcribentibus,
qui ſatis confuſè locuti ſunt (niſi cō
fuſius ego loquar) ſequentes regulæ
conſtituendę ſunt.

Et primo conſidero quòd Plotus,
qui rem ad anguſtos terminos duce-
36. re voluit, partem intereſſatam † eam
intelligit, quę principaliter læſa eſt,
modo accuſet, & in proceſſu agat mo
do non, dummodo illa in rerum na-
tura exiſtat. Nam pace cum ea non
facta, gratiam principis non va-
lere tenet. Et è contrario, qui eam di
cunt validam eſſe etiam parte non cō-
cordata, intelligunt etiam, ſiue pars
intereſſata accuſet, ſiue non accuſet,
ea tamen in rerum natura exiſtente
(nam ſi nō exiſteret: tunc certum eſt
quòd poſſet Princeps gratiam face-
re, & crimen remittere data aliqua
publica cauſa, idq. cum bona conſciē
tia, pro vt tenet Gomez. vbi ſupra. n.
38.) Modo igitur ſupponendum eſt
veritatem huius articuli, et vt cū maio
ri claritate procedatur, diſtinguendū
37. eſſe, inter crimina iure diuino † pro-
hibita, & quorum pęnę taxatę, & de-
terminatę ſunt de iure diuino, & cri-
mina, & pœnas, quę ſunt determinatę
à iure poſitiuo, & humano: Nā ſi cri-
mina ſint, & eorum pœne à iure diui-
no determinata, & adnotata, pro vt
eſt crimen homicidij deliberatum, &
proditionale. *Geneſis cap. 9. vbi. qui-
cunq; effuderit humanum ſanguinem,
fundetur ſanguis illius,* & *Exodi cap. 21.
ibi,*

ibi,qui percuſſerit hominem volens occidere, morte moriatur, qui autem non eſt inſidiatus; ſed Deus illum tradit in manus eius,conſtituam tibi locum in quo fugere debeat. Si quis per induſtriam occiderit proximum ſuum,etiam per inſidias ab altari meo euelles eum, vt moriatur. Et in *Deuteronomio capite. 19. contra homicidam pręmeditatum,& inſidioſum ſic habetur: morietur, & nō miſereberis eius.* Reſpectu igitur huius criminis,& ſimiliū dico quod Imperator,
38. † Rex, Dux, Princeps, & reſpublica non poſſunt facere aliquam gratiam, & liberationem dictę penę mortis determinatę à lege diuina contra occidentem deliberatum, premeditatū, ac dolo malo, & per inſidias necantem. Quia ſicut iudex in determinatis a lege diuina,vel humana non poteſt delinquentem ex miſericordia licite abſoluere,quia non eſt ſuum miſericordiam facere, in his quę determinata ſunt lege diuina, vel humana: ex quo non poteſt diſpenſare cōtra illas leges ſibi ſuperiores, ita etiā
39. non poteſt Imperator,† Rex, Dux, & ſimiles remittere pœnam datam à lege diuina,contra quam etiam diſpenſando ſtatuere nō poſſunt,cum ipſi inferiores ſint,c. cum inferior de maior. & obedientia l. ille à quo.§. tempeſtiuum ff.ad Trebellian. Nam
40 remittere pęnas eſt legem derogare: et hæc ſiue adſit remiſsio, † & pax defuncti habita ante eius mortē, ſiue eius hęredū & propinquorū,ſiue nō adſit:ita in terminis iuris reſoluit elegantiſsimè Plotus in illo eleganti, ac doctiſsimo reſponſo 73. tomo.2.conſil. criminal. diuerſorum à num. 45. vſq; ad numer.51. & nu. 60. Et tandem num.63.dicit hoc procedere, etiam ſi ſimul cum pace habita daretur cauſa
41 publicę † vtilitatis,ſuadens fieri hanc gratiam,quia hæc non valeret, vt ibi per eum, quem omnino vide. Sed quia hæc opinio Ploti in quantum dicit non valere talem gratiam,(etiam data pace,& data cauſa publica) multum periculoſa eſt, nō obſtante quod de iure diuino ſit illa pœna ſtabilita: quia licèt non poſſet Imperator, & Rex contra ius diuinum ſtatuere in totum illud abrogando,poteſt tamen diſtinguendo ex cauſa neceſſaria, & legitima in aliquo caſu contra illud diſpenſare, ſeu potius limitando declarare glo.in l.fin. C.ſi contra ius vel vtilitat.publi. Bal.in l.reſcripta num. 9. C. de precib. Impe. offeren. Deci. qui de communi teſtatur conſ. 602. num. 12. Plot. num. 54. Farina. 23. Ideo metu huius contrarij non firmādo in ſuperiori opinione ſtricta,& riguroſa tranſit ad aliam opinionem magis mitem,& magis ęquam,vt ſcilicet ita demum Princeps poſſit † ta-
42 lem pęnā a iure diuino taxatā remittere,& illud crimen extinguere ſi duo ſimul,& copulatiuè concurrant, videlicet voluntas iniuriam paſsi, & cauſa publicę vtilitatis,ita Farina. a nu. 25. cum ſequent.vbi multum eruditè id proſequitur Plot.num. 51. cum ſequent.Et in ſpecie nu.60.vbi id multis auctoritatibus comprobat, dicens iuſtam cauſam eſſe, ſi homicida victoriam contra infideles reportaſſet,vel ſi exercitum Principis ſecurū, a iis timidum, periculo liberaſſet,vel ſi in defenſionem Principis,& contra coniurationem factam de occidendo Principem,vel aliquam ciuitatē eius capiendo,mortuus eſſet. Nam ex his cauſis,& ſimilibus cōcernentibus publicam vtilitatem tale premeditatū homicidium extinguere, & liberationem homicidij facere poſſet, vbi ta-
43 men haberet pacem, † & remiſsionē ab occiſo ſeu hęredibus eius, & non alias,nec alio modo:ſecundum Sanctum

tũ Thomã 2.2.queſ. 67. art. 4. ſub.
rub. vtrũ iudex &c. *Vbi in fine dicit, ſed
princeps, qui habet plenariam poteſtatẽ
in republica ſi ille, qui paſſus eſt iniuriam
velit eã* remittere poterit reum licitè
abſoluere, ſi hoc publicę vtilitati vide
rit non eſſe nocumentũ, ſed potius vti
le, vt alij tenent, ita teſtatur Boſsi. vi-
diſſe factum in ſtatu mediolani. n. 48.
& de iure ita tenet Gomez vbi ſup. n.
38. verbo & adde &c. vbi requirit pa-
cẽ, & cõſenſum partis ſi adſit pars. Sed
licet tã Plot. quã Farinat. & alij per
eos allegati hęc duo copulatiuè requi
rant ad hæc homicidia deliberata ex-
tinguenda, tñ cõmunis videtur con-
44. tra eos. Nã Princeps cum cauſa, † pu-
ta pro bono pacis, & ſimilibus non ſo-
lũ poteſt pœnas delictorũ, & homici-
diorũ deliberatorũ remittere; ſed etiã
dãna, & intereſſe partis ea inuita, &
nõ concordata, ſecundũ cõmunẽ opi-
nionẽ DD. à qua nullus diſcrepat teſ-
te Decio cõſ. 52. n. 5. vbi dicit ꝙ pax
eſt iuſta cauſa, ꝓpter quã dominus po-
teſt remitere iniurias, & dãna illata
ſubditis, & Bald. in l. benè à Zenone
col. 1. C. de quadri. preſcriptione, ꝙ
ciuitas ꝓ pace habenda poteſt bona
ſuorũ ciuiũ concedere: & Angel. in l.
venditor. §. ſi conſtat. ff. cõmun. prę-
dio. ꝙ ciuitas ꝓ bono pacis poteſt re-
mitere iniurias, & damna ſingulariũ
perſonarũ, nec earũ conſenſus requi-
ritur. Et eſt concluſio cõmunis à qua
nullus diſcrepat ꝙ ꝓpter publicã vtili
45. tatẽ poteſt † Princeps, & ciuitas res pri
uatorũ auferre l. Item ſi verberatũ ff.
de rei vendicat. hęc ille, cũ multis ſe-
quent. Iul. Clar. §. fin. practicæ crimi-
mina. queſ. 59. in prin. vbi ꝙ pro bono
pacis poteſt Princeps remitere iniu-
rias, & dãna ſingulariũ perſonarum;
nec earũ conſenſus requiritur, ſecun-
dũ Vaſqui. controuerſi. illuſtri. c. 4. n.
n. Boſsi. vbi ſuprã n. 23. vbi generali-
ter loquitur etiã in homicidijs. Craue.
d. conſ. 119. vbi etiã de homicidio lo-
quitur. Et tñ. dicit ꝙ eaq. concernunt
vindictã, & pęnã benè fuerint remiſ-
ſa per Principẽ, qui gratiam homici-
dij liberaliter & ex cauſa occidenti cõ
donauit. Nec de hac condonandi po-
teſtate diſputandũ fore tradit, quia
46. ius partis † poteſt tollere Princeps ex
cauſa, licèt ſit quæſitũ de iure gentiũ;
ſecundũ eundẽ Aymonẽ in varijs cõ-
ſilijs vbi ſup. & conſ. 276. n. 8. & conſ.
103. nu. 3. vbi ꝙ dominiũ omne etiam
quęſitum per iura ciuilia dicitur eſſe
ſemel quęſitũ de iure gentiũ ꝙ Prin-
ceps ſine cauſa tollere nõ poteſt, etiã
de plenitudine poteſtatis ſecũdũ cõmu
nẽ opinionẽ doctorũ in l. fin. C. ſi con
tra ius, vel vtilit. publi. cũ cauſa tñ. po
terit & in conſ. 241. n. 12. vbi ꝙ domi
niũ alicui rei ſuę nõ poteſt ab eo tolli
ſine cauſa per Principẽ, etiã de pleni-
tudine poteſtatis, bene tñ. cũ cauſa, in
quo omnes dd. concordant vt ibi ſe-
cundum eũ vbi de cõmuni. intelligen
do tamẽ vt declarat, Meno. cõſ. 103. vo
lu. 1. vbi. n. 43. & 73. ita demum Prin-
ceps poteſt ex cauſa remitere pęnam
concernentẽ intereſſe priuatũ, & pri-
47. uato pręiudicare, † ſi tñ ei vel pretiũ
ſoluat illius rei, vel aliquid aliud dãdo
dãnum compenſet poſt Iaſo. in l. Bar-
barius n. 36. ff. de officio præto. At cũ
in noſtro caſu de quo agimus ſcilicet
de remitẽdo intereſſe publicũ, & vin
dictã nõ detur ſemper aliquod inte-
reſſe eſtimabile, & pecuniariũ partis,
ideo hic nulla cõpenſatio regulariter
videtur eſſe neceſſaria. Et ad caſũ no-
ſtrũ redeundo ꝙ poſſit Princeps hęc
crimina remitere videtur tenere ipſe
Meno. vbi ſup. argu. à maiori ratione
ſequitur Azebe. vbi ſup. n. 14. dicẽs ꝙ
hęc eſt vera cõclu. ꝙ ſoli regi cõpetit
has remiſsiones pęnarũ cõcedere, &
indulgere ſecũdũ glo. in l. 2. C. de ini.
voc. communiter aprobatã, cũ cauſa tñ.
48. quod adeo † verum eſt quòd omnes
pęnas corporales, & pecuniarias poſ-
ſit Princeps remittere, etiam per ſen-
tiã & condemnationem inflictas, &
in rem iudicatã traſactas, pro vt fir-

mant omnes indiferenter, veluti pro bono pacis:& in n.28. dicit quod poteſt Princeps ex cauſa reſtituere bannitos, etiam ad bona in alios alienata ſecundum comunem, vt ibi per eum. Vbi de modo,& forma plene indulgendi agit latè. Sequitur latiſsime Iaſon conſ.236.in primo vol.2.vbi quòd pro bono pacis & propter quietem, & tranquillitatem ſubditorum poteſt Princeps remitere damna illata ſub ditis,& eorum iura penitus tollere, c. in noſtra in fin.de iur. iur. ſecundum Bald. Angel. Paul. & modernos in l. conuentionũ tit.de pactis. Et eadẽ ratione Princeps ex cauſa poteſt remittere pœnam concernentem inter eſſe priuatũ,& præiudicare priuato vt habetur in l.iure C.de fabricens.li.11.C. & per hæc moderari debet id quod † tradit Portol.verbo Rex.n.297. di
49. cens Regẽ,qui ſine voluntate partis remittit crimen peccare,& nihil agere,quia illud non procedit ſtante cauſa iuſta,& publica,ex his quæ ſup. receſſuimus,imo dũ ipſe n.295.dicit poſſe Regem, ſeu Principem concedere remiſsionẽ criminũ,quatenus tangit ſatisfactionẽ reipublicæ,& intereſſe ipſius Regis. Sed quatenus tangit intereſſe partis læſæ, ſiue ſit pecuniariũ, ſiue vindictæ,dominũ Regẽ eã remiſſionẽ concedere non poſſe, decipitur. Nam vltra quod Portol.in hoc falſò allegat Iaſ.in l.venia,& Boſſ.vbi ſup. qui (vt dixi)abſolutè dicunt pœnam corporalẽ,& vindictæ iuſtePrincipem tollere, aduch tamẽ ipſe idẽ author, confuſe ſine diſtinctione loquitur,dũ intereſſe vindictæ dicit eſſe intereſſe partis,vt ſic Princeps illud tollere nõ poſsit,intellige ſemper citra cauſam, quia cũ ea poſset abſolutèvt ſupra. Nã quero,quale,& quod erit intereſſe Regis † in his criminibus ſi non eſt inte-
50. reſſe vindictæ. Ego nõ inuenio aliud intereſſe,niſi vindictę ſeu pęnę,& intereſſe ęſtimabilæ partis, & pecuniariũ: Primũ tollit princeps ſecundũ aliquas ſine cauſa,quod nõ placet, quia ſemper requiritur cauſa minor, vbi pars læſa non reperitur, maior vbi illa adeſt in mũdo: Secundũ vero intereſſe nõ tollit,niſi cum cauſa maiori, publica, ſcilicet & iuſta. Imo ꝙ plus eſt dicit Aymõ vbi ſup.cõſ.119.ꝙ etiã
51. intereſſe partis tollit Princeps, † ſi illud ſit vindictæ,veluti quia iniuriã ſibi illatam ęſtimauitpars lęſa in mille, quia illa ęſtimatio nõ eſt damnum,& reſtitutio rei ablatę, ſed potius vindictę,quã Princeps tollere poteſt. Et forſan de hoc intereſſe vindictæ partis intellexit Portol.vbi ſup.ſed debuiſſet magis aperte,& clare loqui: Quid quod illud remittitPrinceps cũ cauſa, (ſine dubio vt dixi)contra eũ,& i. latius. Tandẽ noſtra hæc opinio confirmatur per tradita per Oſaſc. vbi ſup. & Barda.vbi ſu. remanet ergo hęc cõ
52. cluſio,& regula firma,ꝙ hæc crimina homicidij & ſimilia poſsit Princeps † tollere,& remittere cũ cauſa,& volũtate partis contra plotũ vbi ſup. imo cũ ſola cauſa iuſta,& neceſſaria ſine volũtate partis,& ea nõ cõcordata. Cõtra Fa.& Plo.& allegatos per eos,cũ hoc tamen ꝙ ſi in remiſsione vindictę vertetetur intereſſe partis,illud Princeps compenſet, refundat: vt quia pars eſtimet iniuriã ſibi illatã in mille; nam tũc licèt Aymõ dicat abſolutè Principẽ poſſe remittere. Cũ cauſa, aduch tñ.ſecũdũ Meno.debet fieri cõpẽſatio illius intereſſe pecuniarij,licèt vindictę ſit.ſedquia DD.ſupra citati in 1.regu.licèt abſolute,& ſimpliciter dicãt, poſſe Principem tollere intereſſe partis ea inuita cũ cauſa tamẽ,& ſatisfactione ei facta(vt dixi)nõ tamẽ omnes loquuntur in criminibus lege diuina prohibitis, & particulari pęna eadem

dem lege notatis, vt in homicidio pręmeditato, & pro ditionali, quod de iure diuino prohibetur. & deteſtatur, licèt idem in omnibus his concludendũ ſit per tradita ibi, ideo aliã regulã annectamus, in qua omnes cõueniãt.

Secunda Regula.

In criminibus prohibitis non lege diuina, ſed humana, † veluti de iure
53 gentium, & fortius lege ciuili, in his multo magis poteſt Princeps remittere crimina, & indulgentias cõcedere, quoad intereſſe publicũ, data aliqua minore cauſa de quã ſupra, idq. ſine dubio, vbi pars lęſa nõ detur, ea tamẽ exiſtente, intereſſe publicum ſimiliter poterit remittere cum qualibet cauſa, etiam voluntatis, ſecundum Boſſ. & Aymonem & ſine conſenſu partis. Ego tamen dico ex mente doctorum quod id fiat cum cauſa publica ad aſſecurandam conſcientiam, nam forſam in foro Fori non requiritur cauſa in his criminibus nec voluntas partis lęſę, illud tamen eſt certiſſimum, quòd cum cauſa † iuſta, & publica poterit tollere etiam intereſſe partis pecuniarium eſtimabile, quan-
54 to magis publicum vindictę, & pœnam corporalem parte nõ concordata. Hęc omnia confirmantur per tradita in ſuperiori regula, & illa ſufficerent: ſed magis in ſpecie id tenet Crauet. vbi ſupra conſilio 119. vbi loquitur in crimine cuius iniuria fuerat ſtimata in aliqua quantitate, & ſic in actione iniurię ad vindictã. Et cũ tale dãnũ (ſecundũ eũ) ſit de mero iure ciuili, & quę iuris ciuilis ſunt, tolli à Principe poſſunt etiã ſine cauſa de plenitudine poteſtatis, l. Princeps de legib. ideo poteſt Princeps talẽ vindictã remittere ſecundũ eum. Nec obſtat ſi dicas, quod ſi Princeps nõ tollit dãnũ,
55 † aũt intereſſe pecuniariũ intrinſecũ, quod paſſus eſt iniuriatus in curatione, & operis amiſſis, quanto minus remittet damnum contumelię quod debetur, vt honor emendetur Nã dicit Aymõ quod huic honori videtur ſatisfactum per veniã Principis, quã petẽdo reatũ ſuũ agnoſcit delinquẽs, l. cum preci, C. de lib. cauſa. Ita tacitè videtur ſentire ipſe Plotus vbi ſup. n. 60. dicens aduertendũ quod illa opinio doctorũ quod Princeps abſq; partis offenſę remiſſione, & pace poſſit facere gratiam, aut ſaluum conductũ delinquentibus, intelligitur in pœnis determinatis à iure poſitiuo, ſeu iure communi, & humano tantũ (ad excludendum ius diuinũ,) & ita poſſet intelligi tex. cum glo. in l. relegati † in
56 fin. de pęn. allegat Boſſi. vbi ſupra, ita quod tales pœnas corporales, vel pecuniarias fiſco applicandas Princeps poſſit remittere delinquẽtibus abſq; pace, & remiſſione partis offenſæ, vt per Boſſi. vbi ſup. Hæc ille qui ſtatim contrariũ dicit in pęnis à lege diuina determinatis, in cuius conſequẽtiam Boſſius vbi ſup. n. 23. dicit, quod eſt in manu Principis omnis pęna, quia poteſt pro vt vult remittere non ſolũ bona, & pœnã pecuniariã fiſco applicandam, ſed etiam corporalẽ abſq; cõſenſu, & pace offenſę partis, licet ſecus dicat pro intereſſe partis pecuniario, vt illud tollere non liceat, niſi ex cauſa publicę vtilitatis, vt notatur in d. l. venia, qui Boſſi. & allegati ab eo loquuntur in pęnis à lege diuina, & humana, ſtatutis. Ex quibus reſultat, † quoad
57 intereſſe publicum in pęnis à iure humano poſitis poſſe Principẽ ſine cauſa, & ſine voluntate partis offenſę remiſſionẽ concedere quoad dictũ intereſſe publicũ. & pęnam corporalẽ, & vindictę: Intereſſe autem priuatum non poterit tollere niſi ex cauſa publicæ vtilitatis, vide Plotum numer. 55. vbi refert hanc opinionem, li-

cet ipſe non ſequatur eam,ſed eam te
net Azeuedo vbi ſupra in ſui genera-
litate,Iul.Clar. vbi ſupra, verſ. adde.
Ego tamen licèt videam in his, quæ
à iure ciuili ſunt introducta Principẽ
poſſe diſpẽſare, vt dicũt præfati DD.
tamen cum res,ius, & dominium ſe-
mel acquiſita ſunt,licèt modus acqui
rendi ſit de iure ciuili, tamen domi-
nium,& effectus dicuntur eſſe de iu-
re gentium;vt eleganter dicit Aymõ
conſil.103.nume.3. & in alijs conſilijs
eiuſdem ſupra allegatis. Quare dico
quod ad tollendum intereſſe † partis
58 requiratur cauſa publica, & amplius
recompenſatio damni, qua cauſa da-
ta non eſt curandum de conſenſu par
tis,vt refert Plot.num.55.Boſsi.vbi ſu
pra num.23.Aymon.vbi ſup. Tamen
intereſſe publicũ poterit tollere Prin
ceps ſine cauſa, ſecundum Aymon.
vbi ſupr. Imo & ſine conſenſu partis
offenſæ, ſecundum quòd refert Plot.
ibi Boſsi,& alij. Ego tamẽ cauſam re
quiro quoad intereſſe publicum, pro
vt eam requirit l.relegati in fin. & li-
cet ibi gloſ.accipiat cauſam pro volũ
tate Principis, ipſe tamen ſaltem ad
aſſecurandam conſcientiam, cauſam
requirerem publicæ vtilitatis, vel ſal-
tem minorem, ex traditis per Lucam
de Penna de quibus in princ.
59 Eſt verum quòd in dubio † non cẽ
ſetur Princeps velle pręiudicare par-
ti quoad ſuum intereſſe, licet ad ſit
cauſa niſi id ſpecialiter dicat, vel per
pregnantiam verborum,ita Azeuedo
num.27.cum ſequent.Iul. Clarus vbi
ſupra, verſ.adde ibi: Quod intellige,
vt procedat ſi ſpecialiter, & expreſſe
dictum ſit, quod remittit damna, &
iniurias particularium.Nam in dubio
non cenſetur Princeps velle præiudi-
care iuri priuatorum,Ruin.conſ. 60.
in 7.Portol.vbi ſup.nu. 298.vbi alios
allegat,Farina.nu.24.in fin. vbi licet
Princeps propter publicam vtilitatẽ
poſsit pęnam concernẽtem intereſſe
priuatorum remittere, id tamẽ eſt ve
60 rũ,ſi expreſſe † dixerit.nã niſi in gratia
Princeps remittat dãna partis offen-
ſæ,numquã intelligitur illi pręiudicaſ
ſe,vt ibi nu.25.Decius dict.conſ. 520.
nu. 6. Imo quod plus eſt ſi delictũ ſit
qualificatum,veluti proditionale,inſi
dioſum,cum igne, vel ſagitta veneno
ſa, vel alia ſimili qualitate cõmiſſum,
remiſsio generalis,vel particularis nõ
61 prodeſt † delinquenti, niſi in ea ex-
preſſa fiat mentio de illa qualitate, l.
3.C.de epiſco.audient. Gomez vbi ſu
pra num.38. verſ.item adde,vbi bene
multa cumulans in propoſito. An au
tem in Principe pręſumatur iuſta cau
ſa ad talem remiſsionem faciendam,
Iaſ.in conſ.236.verſic.confirmatur,2.
volũ.dicit quod ſemper pręſumitur,
etiamſi eam non exprimat,per Bald.
in l.reſcripta.in 3.quęſt.C.de precib.
imperat.offeren.vide Iaſſon.qui latiſ-
ſime id proſequitur,dicens vani capi-
tis eſſe exiſtimare,Principẽ non poſſe
pręcipere ſine expreſsione cauſę,vide
latius apud Gabrielẽ in tit.de iure quę
ſito non tollend.concluſ.3.per totam.
Hoc vnum volo ſcias, quòd pater ha-
62 bens filiũ in poteſtate † poteſt remit-
tere iniuriam filio illatam, niſi pater
eſſet viliſsima perſona,filius autẽ ho-
neſta,l.ſed ſi vnius.§. filio familias ff.
de iniur. refert Aymon. conſ. 45.n.8
Vnde cum Princeps,& reſpublica er-
ga ſubiectos locum parentis teneant,
vt in l. ſi quis filium poſt principium
C.de inoffi.teſtam. §.eos in authent.
vt iudices ſine quoquo ſuffragio.Pau.
de Caſtr.cõſ.48.n. 9. inter cõſilia cri
minalia diuerſorũ tõ.prim.ſequiturq;
Princeps,& res publica poſsẽt ſimili-
ter abſolutè remittere crimina; Quæ
argumentandi ratio parum aſtringit,
quia illud procedit in patre ratione
patrię

Digitized by Google

patrie poteſtatis, quę in his non da-
tur: & ita non idem illud poſſunt, ita
Aymon vbi ſupra. Ex quibus infer-
63. tur quòd de iure communi † poſſet
Princeps vindictas, quas proſequun-
tur accuſatores de publico remitte-
re cum aliqua cauſa, quo ad intereſſe
publicum: non tamen fiet pręiuditiũ
parti, niſi expreſſe illud dicatur, & ad-
ſit cauſa publicæ vtilitatis, & fiat dã-
ni eſtimatio, ſi damnum aliquod ad-
ſit. Et hæc ſub hac diſtinctintione,
quia in delictis à iure diuino prohibi-
tis ſit neceſſaria cauſa publica, vt par
ti fiat præiudicium, at in prohibitis
de lege humana poſitiua ſufficiat alia
minor cauſa ex traditis perLucã dePẽ
na vbi ſupra reſpectu intereſſe publi-
ci. Nam ad tollendum priuatum in-
tereſſe requiritur etiam cauſa publicę
vtilitatis ſemper, & hęc ſufficiant quã
tum attinet ad terminos iuris com-
munis.

De iure tamen noſtro aliter, atq. va
64 rie † immutatum reperio, tàm in ip-
ſorum fororum, & obſeruantiarum
diſpoſitione, quàm apud huius Regij
conſilij DD. egregios, ſimul & conſi-
liarios prudentiſsimos, & Locumte.
Iuſtitię Aragonũ doctiſsimos, ſimul &
fororum obſeruantiſsimos. Et quia lõ
gum eſſet illorum opiniones referre,
& hic ſolum de veritate inquiramus:
ideo illis omiſsis dicendum eſt (præ-
mittendo tamen aliqua neceſſaria ad
intellectum dicẽdorum,) ſcilicet quòd
65 quilibet iudex ordinarius † iuriſdic-
tionem habens poteſt ſecuritatem, &
ſaluum conductum concedere teſti-
bus, qui deponere debent in cauſis
criminalibus, idq. per aliquod tem-
pus competens, ſiue arbitrio iudicis, ſi-
ue legis municipalis taxandum, quod
de iure communi non ſolum eſt, pro
vt referunt multi allegati per Portol.
in §. accuſatio nu. 44. verum etiam,

& de lege Regni, vt in foris como
66 † cerca la punicion, verſi. è queremos
de homicidio, foro como de pocos
dias aca verſi. è queremos de crimin-
ſal. Et in foris de los guiages anni 1585
1592. in quibus vltimis foris certa for
ma ad id ſtatuitur, id autem tẽpus vt
in dictis foris habetur, ſolet eſſe octo
dierum; quo tempore durante non
poſſunt capi tales guidati, & aſſecura
ti ratione cuiuſcunq. criminis per eos
commiſsi, etiam ſi graue illud & enor
me ſit: Quinimo nec expenſas aliquas
ſoluere tenentur, vt aperte innuũt dic
ti fori. Et fuiſſe receptiſsimũ in curia
Iuſtitiæ Aragonum refert Portol. vbi
ſup. nu. 186. totúmq. hoc fundatur in
naturali, & iuridica ratione, ne ſcili-
cet huiuſmodi teſtes, qui guidantur ti
more capturæ † contra eos imminen
67 tis propter delictum antea per eos
commiſſum à perhibendo veritatis
teſtimonio ſe ſubſtrahant, & ne pro-
inde veritas negociorum pereat, &
ne etiam ex probationum defectu, cri
mina multa remaneãt in punita. Qua
propter iuſtiſsimum eſt, vt nedũ Prin
ceps, ſed & omnes iudices teſtibus co
ram ſe citatis, etiam ſi criminoſi ſint
ſecuritatem, & ſaluum conductum
præſtare, & concedere poſsint, quibus
ipſum teſtẽ ſecurũ reddant, quòd du
rante tẽpore octo dierũ de foro, vel a-
lio minore, vel maiore arbitrio iudi-
cis, vel ſtatuti moderando, ſeu augen
do, citatus ipſe teſtis ab omni iudicia
li moleſtia tutus erit, iuxta glo. in c.
hortamur verbo amputari 3. quęſ. 9.
& ibi Turrecrema. n. 1. Et teſtes ſic
68 guidati † non poſſunt in eo tẽpore ca
pi per aliquẽ iudicẽ, in vim depoſiti
ſeu ſcripturæ de terç, cõdẽnationis vo
luntariç, nec alterius debiti, etiã iurati,
quicquid de iure ſit, vt per Por. n. 154.
nec ratione alicuius delicti per teſtes cõ
miſsi, licèt graue, & enorme ſit & etiã ſi

pro illis delictis ſint appellitati, & cõdemnati;nam totum hoc vincitur ab illa publica vtilitate,quę in guidatico conſiſtit. Quinimo licet à iudice dicti teſtes non guidentur, ipſo foro ſunt guidati, & habent ſecuritatem. Et ad hoc guidaticum concedendum non requiritur,† nec eſt neceſſaria vo
69. luntas, & conſenſus partis intereſſatę, quod pluſquam certiſsimum eſt, quia pręualet ſemper illa publica cauſa,ne delicta remaneant impunita.Et ne probationum criminalium copia pereat:quod ſummè notandum eſt ad materiam de qua agitur, vt ſcilicet non miremur,ſi publicę vtilitatis cauſa pręualeat,& efficiat vt in his gratijs,& remiſsionibus non ſemper voluntas,& conſenſus partis attendi debeat.

Aliud de foro datur guidaticum, ſeu ſaluum conductum generale,
70. † quod tantum concedere poteſt dominus Rex,& qui eius vices habuerit in Regno: & hoc non coarctatur ad octo dies,nec aliud tempus limitatum,ſed potius conceditur ad beneplacitum,& meram voluntatemPrincipis per ſex, vel octo menſes,aut per annum ad Principis beneplacitum,& voluntatem. Et ad hoc guidaticum obtinendum non neceſſe eſt quòd guidatus veniat, vt teſtis, neq. aliud commiſerit per quod mereatur guidari:ſed à ſola Principis voluntate, & gratia pendet hoc beneficium,& non ab alijs cauſis. Sed ego nunquam conſulerem † Principi, quòd ſine aliqua
71. iuſta cauſa tale guidaticum concederet,niſi vel guidandus benemeritus eſſet de illa gratia,vel aliqua iuſtacauſa id ſuaderet, ex traditis ſupra per Lucam de Penna,& de hoc guidatico,& gratia loquitur forus vnicus de remiſsion.& guidat. Qui forus maniſeſtiſsimè demonſtrat dari in Regno guidaticum hoc,& ſaluum conductũ generale.Et quod ſic guidatus, & ſeu remiſſus(nam & de remiſsione ibi agitur,in caſibus tamen,in quibus valeat remiſsio,& guidaticum) non poterit
72. † capi,nec captus detineri, ſi tamen ſoluerit expenſas,& damna parti accuſanti eum, nec poterit procedi ad executionem pęnę in qua fuerit condemnatus,quia ſolum conſiderat ille forus ad hoc vt remiſsio, & guidaticum valeant,& guidatus nõ vexetur, quòd fiat ſatisfactio parti accuſanti de intereſſe pecuniario,non autem de publico,ſcilicet vindicta, & punitio-
73. ne publica : quia ita voluit † ille forus quòd dominus Rex poſsit remittere per viam remiſsionis, vel ſuſpendere per viam guidatici generalis nulla habita in hoc conſideratione partis intereſſatę,& damnificatę, niſi ſolum quantum ad intereſſe pecuniarium, & damna(vt ibi dicitur)in illis verbis,*que ſi alguna perſona para empachar la cognicion de algun crimen cometido,o la execuciõ dela pena de aquel preſentara remiſsion,o guiage en el caſo que remiſsiõ,o guiage haya lugar por fuero que ſea cõdemnada en las expẽſas, que el acuſant haura feyt en la cauſa,do la remiſsion,y guiage ſe preſentaran: las quales pagadas haya de ſer llurado dela priſion, y no pagandolas ſea detenido haſta que pague.* Hæc forus ille in ſubſtãtia. Ex quo deducitur quanta ſit diffe-
74. rencia † inter hoc guidaticũ, & aliud primum:quoniam in primo guidatus nullas expenſas ſoluere tenetur, pro vt fuit ſemper iudicatum, & iuſtiſsimè in con. Iuſtitię Aragonum referente Porto. vbi ſupra nu. 186. cuius ſententia veriſsima eſt,pro vt colligitur ex foris ſupra allegatis de homicidio,& de crimine falſi. & ita in anno 1561. In proceſſu Petri Miranda ſuper manifeſtatione fuit dubiũ hoc deter-

determinatum. Quidam fuit accuſa-
tus criminaliter in Regia Audientia
in vno proceſſu, & in alia cauſa crimi
nali in teſtem citatus, & guidatus per
eandem Regiam Audientiam, & cũ
fuiſſet captus cum guidatico noluit
Aſſeſſor Regentis officium Guberna
tionis, eum liberare, niſi prius ſolue-
rit expenſas factas in accuſatione, exi
ſtimans id fore regulandum iuxta fo
rum de remiſsionibus, & guidaticis:
cùm ibi non agatur de i[illegible]o guidatico
teſtis, ſed de guidatico generali. Tan-
dem captus habuit recurſum ad cu-
riam Iuſtitiæ Aragonum per viam
manifeſtationis (præmiſsis requiſitio-
nibus, & alijs neceſſarijs;) vbi fuit libe
ratus per viam priuilegiatam abſq;
refuſione expenſarum. Et ſic habue-
runt iudices pro comperto quod in
guidatico teſtis, non ſoluuntur expen
ſæ.

At vero ſecus erit † ſecundum hanc
75. determinationem in guidatico gene-
rali, veluti quando quis generale gui-
daticum ſuper aliquo crimine obti-
net, vel remiſsionem: quia tunc iuſtè
is expenſas ſoluere tenetur, ex quo ſi-
bi crimen remittitur, & ex quo accu-
ſans in accuſatione ſupplantatur,
vt in dicto foro de remiſsionibus. &
76. guidaticis, qui † de hoc guidatico ſeu
remiſsione generali loquitur, non au-
tem de eo, qui vt teſtis in cauſa cri-
minali citatus guidaticũ habet: quia
iſte ex quo non ſui [illegible]eneficio guidati
cum obtinet, ſed reipublicæ potius
cauſa, illud ei datur, ne veri-
tas ex defectu probationum cri-
minalium pereat: & ſeu potius ipſo fo
ro illud ei conceditur, ideo dictus ex-
penſas ſoluere non debet et ſi captus
fuerit liberabitur abſq; refuſione ex-
penſarũ, vt in dicto proceſſu, ita Porto.
num. 188. Item & illud deducitur,
quòd id quod per foros paſsim ſta-
tuitur, vt taliter delinquens capiatur
non obſtante guidatico, & remiſsio-
ne, vt in foris como cerca † la puni-
77. cion verſi. e queremos de homicidio.
& in foro como de pocos dias aca, ver
ſiculo antes queremos, & in foro fin.
de conſulta, qui omnes iſti fo-
ri intelligendi ſunt in guidatico, &
remiſsione generali, de quo in for.
de remiſsio. & guidat, quæ concedun-
tur ex liberalitate, & clementia Re-
gis, vel Locumtenentis generalis cõ-
templatione guidati. nullo habito reſ-
pectu, an guidatus citatus fuerit teſ-
tis, vel non in cauſa criminali. Ita in-
telligit dictos foros Molin. verbo Rex
verſi. dominus Rex exiſtens extra
Regnũ fol. 293. col. 3. Quoniã tunc be
ne verum eſt, quod talis guidatus nõ
obſtante tali guidatico capi poteſt, &
caſtigari, non obſtante foro de remiſ-
ſionibus, & guidaticis. quod non ha-
bet reſpectum præciſum ad publicã
vtilitatem cauſarũ criminalium, ſed
ad ſolam voluntatem Principis, bene-
placitum guidati, vel aliàs ſimiles cau
ſas.

At vero dicti fori, qui † [illegible] unt
delinquentem fore capien[illegible] non
obſtante guidatico quocun[illegible] re-
miſsione non ſunt intelligendi, nec
loquuntur quando guidaticum con-
ceſſum fuit alicui, qui vt teſtis in cau
ſa criminali citatus fuit: Quoniam de
eo prædicti fori non loquuntur, nec in
hunc ſenſum à praxi recepti ſunt; imo
praxis contrarium ſemper amplexa
eſt, nam guidaticum in cauſa crimina
78. li † teſti citato conceſſum, ipſi pro-
deſt, & ei obſeruandum eſt, etiam ſi
ipſe teſtis ad mortem naturalem eſſet
condemnatus, etiam de criminibus
contentis in dictis foris, & in quibus
criminibus dicti fori ſtatuunt remiſ-
ſionem, & guidaticum non valere: ita
bene declarat Portol. nu. 178. et me-

 lius

lius 148. Vbi quod nec ratione alicuius debiti, nec ratione criminis per teſtem guidatum patrati poterit conueniri, accuſari, vel in carcerem mitti, vt a dictis foris colligitur, & hoc durante tempore in ſecuritate, ſeu guidatico expreſſo. His præmiſsis ad noſtram materiam redeundo, ſicut de iure diximus Principem ſolum
80 poſſe remittere crimina, idem in Regno dicendum † eſt de potentiſsimo, ac fæliciſsimo Rege noſtro Aragonũ: nam licet videbatur dicendum id nõ poſſe regem facere, quia remittere crimina eſt actus ſupra legem, & abſolutæ poteſtatis, & illius, qui poteſtatem legis condendę, ac diſpenſandæ habet, ſecundum Oſaſc. Azeued. & alios ſupra dict. in Regno autem hoc Imperium, & abſolutã poteſtatem non nouimus §. item del mero Imperio in priuilegio gñali: Adhuc tamen his non obſtantibus idẽ fatendum eſt, quia tale ius ſibi reſeruauit
81 † Rex in initio naſcentis Regni, vt tenet Molin. in verbo Rex verſi. dominus Rex exiſtens extra Regnum poteſt concedere remiſsionem, & in verbo per ſeruitiis domino Regi in verſiculum admo Regi tantum competit remittere crimina, etiam extra Regnum exiſtens, de quo eſt obſeruantia expreſſa in verbo *de conſuetudine Regni dominus Rex exiſtens extra Regnum Aragonũ poteſt cõcedere remiſsionẽ criminũ*: de priui. gen. Idẽ q. cauetur in foro de remiſsionibus, & guidaticis, vbi & remittere crimina, & guidare Principis eſt. Sed quia Molina vbi ſupra † de mente foriſtarum dicit quòd li-
82 cet dominus Rex poſsit remittere crimina quoad intereſſe ſuum, ſeu reipublicæ, non tamen id poterit quoad intereſſe partis (cuius principaliter intereſt) damnificatę, vel iniuriatæ. Et idem dixerat idem Molina in verbo exilium in fin. vbi quod poteſt dominus Rex remittere exilium, quod per ſententiam alicui crimino ſo impoſitum ſit per iudces Regni, vbi repetit verba quę ſupra, ſcilicet quòd hoc procedit quoad intereſſe Regis, vel reipublicæ, ſed non quatenus intereſſe partis tangit principaliter intereſſate, ſi hoc intereſſe, Molina intelli-
83 git pro intereſſe † pecuniario partis, expenſarum ſcilicet, & damnorum bene dixit; nam hoc ſemper ſatisfaciẽdum eſt, etiam in caſu vbi Princeps iuſtè, & ſecundum forum remittit crimina, vt ſtatuitur in dicto foro de remiſsionibus, & guidaticis. Et ſi intereſſe reipublicæ, & ſeu Regis de quo loquitur Molin. intellexit ipſe de quolibet publico intereſſe quorumcunq. criminum malè certè, † & contra fo-
84 ros dixit: quoniam multa ſunt crimina, & multi caſus in foris noſtris, in quibus dominus Rex (salua ſua clementia) non poteſt facere remiſsionem, etiam reſpectu publici intereſſe, ſine voluntate, & conſenſu partis principaliter intereſſatæ. Non dico quod non poteſt remittere crimina reſpectu intereſſe partis pecuniarij, quia illud certiſsimum eſt, quòd non poteſt prę iudicare nec illud Princeps remittere. Sed dico amplius quòd nec publicum intereſſe punitionis, & vindictæ (in quo pars etiam eſt quo modolibet intereſſata vt fiat punitio, ſecundum Plotum vbi ſupra) poterit remittere, quia propter atrocitatem multorum criminum (de quibus dicetur) ſtatuerunt fori quòd remiſsionem † Princeps non faciat, aliàs ſibi
85 permiſſam facere, & ſi fecerit non valeat, & non obſtante tali remiſsione poterit pęna exequi cõtra remiſſum, tàm ad inſtantiam partis quàm accuſatoris de publico, dum in proceſſu inſtat, & partẽ facit, quòd ideo dico, quia

quia in caſibus quibus mandato ſuperioris ſe ſeparauerit foro permitẽte vel non prohibente, non poterit petere exequi punitionem, & pœnam, ſed ſola pars id petet, ipſa tamẽ gratia Principis reſpectu illius non valebit; vnde in declarationem iſtorum aliquę regulę conſtituendę ſunt.

Prima Regula.

Vbicumque non datur pars interessata,
86 † veluti quia mortua eſt pars ſine conſanguineis, vel delictum tale eſt, de quo non datur pars intereſſata, veluti ingeſtamine armorum prohibitorum, in ſola euaginatione gladij, in ictu ſine vulnere, & his ſimilibus, inquibus parum aut modicum intereſſe reſultat parti, tunc idem quòd de iure erit in Regno; Nam poterit Princeps crimina condonare, & remittere, quia quaſi ipſe ſolus videtur intereſſatus. Et hoc parum difficultatis habet, vt dixi ſupra de iure communi.

Secunda Regula.

Vbicumque datur pars intereſſata,
87 & lęſa, tunc vix reperitur † concordia inter iſtos dominos meos Regij conſilij conſiliarios, ac Locumtenentes Iuſtitię Aragonum, alijs transfretantibus, alijs non attingentibus mare, alijs autem aliò declinantibus: Ná dicere, poſſe Regem condonare, & abſolute remittere crimina, data parte intereſſata, & læſa, iniquũ, pernitioſum, & deteſtabile eſt: dicere etiam quòd contra partem legitimam Princeps nihil poſſit condonare durum, tanquam aduerſum principijs iuris & fori, dicere preterea (pro vt aliqui dicunt) quòd Princeps remittat intereſſe publicum tanquam ſuum intereſſe, pars vero leſa ſuum intereſſe, ab his percontor, an illa remiſsio Principis ſit de aliquo effectu, & pręiudicet parti an nõ? Si dixerint quod pręiudicat abſolute iniquum (pro vt dixi) & infra latius: ſi autem non pręiudicat erit ſine effectu, ſi gratia Principis non obſtante poteſt ad inſtantiam partis puniri delinquens; nam dicetur de eo, quòd de alijs, qui obtẽta à Principe remiſsione ſuſpẽſi ſunt gratia collo affixa. Et ideo vbi gratia non eſt profutura, benè conſulunt iſti domini de Regio conſilio, quòd dominus Rex, ſeu eius vices gerens gratiam remiſsionis non faciat, quia vilipendium eſſet, quòd pars inſtaret, & cum gratia ſuſpenderetur delinquens. Quare dicendum eſt, † quòd
88 id quod dicit Molina declarando obſeruantiam quod non poteſt dominus Rex remittere intereſſe priuatũ partis, intelligatur de intereſſe pecuniario ęſtimabili, non autẽ ſi aliquod aliud intereſſe habet pars ſecundario in pœnam delicto cõuenientem, pro vt reuera habet. Nam quodammodo recompenſationem honoris in hoc pars recipit, ſecundum Farina. nu. 18. Hoc enim regulariter fori non curãt, cùm quodammodo reſpectu partis ſit ſecundarium: Et vltra hoc intereſſe publicum vindictę, & pœnę non inuenio ego aliud intereſſe reipublicę, ſeu Regis, in quo verificetur opinio Molini, quòd ſcilicet dominus Rex poſsit intereſſe ſuum, vel reipublicę remittere, alias dictum Molini de paruo dubio deſeruiret, nam quis unquam poterit dubitare quod dominus Rex nõ potuit ſuum intereſſe remittere ſicut & pars ſimiliter idem poteſt facere? Qua propter regula ſit
89 † quod dominus Rex poteſt remittere in Regno crimina regulariter quo ad punitionem, pœnam, & intereſſe reipu-

reipublicæ, & hoc parte non concor-
data, & pace non obtenta, ita proba-
tur per forum de remiſsionibus, &
guidaticis: Idque ſine proteruia, & ca
lumnia negari non poteſt, nam in di-
cto foro cauetur, quod ſi quis obti-
neat remiſsioné, vel guidaticum ad
extinguendam accuſationem crimi-
nalem de aliquo crimine, vel ad im-
pediendam executionem pęnę illius
delicti, quod teneatur ſoluere expen-
ſas parti, etiam per captionem perſo
næ tedialem ad id, quibus ſolutis libe
rari è carcere debeat. Hæc eſt ſubſtá
tia illius fori, in quo vides, quod nul-
la habetur ratio de intereſſe partis,
niſi quoad pecuniarium tantum ex-
penſas ſcilicet, & meo videri etiam
damna, quibus ſolutis, & ſatisfactis
parti dicit forus quod liberetur. Vn-
de ibi eſt aperta diſpoſitio quod in-
tereſſe partis ſolum ſit † pecuniariú,
90 & illud eſt quod Rex non poteſt re-
mittere; Et ita intelligendus eſt Mo-
lina: Aliud vero intereſſe quod reſtat
reipublicę, ſeu Regi circa vindictam,
& punitioné remanet in manu Prin-
cipis ad ſui diſpoſitionem, vt in dicto
foro de remiſsionibus, & guidaticis.
Et dum Molina in verbo exilium in
fin. † mouet dubium, an ſcilicet re-
91 miſſo exilio per Principé poſsit pars
cuius principaliter intereſt, accuſare
defractione exilij, non obſtante re-
miſsione intereſſe publici, remitten-
do ſe ad obſeruantiam, ſed ſi domino
Regi de generalibus priuilegijs, & ad
forum vnicum, quod in factis vſura-
rum, videtur ſentire, quod intereſſe
partis de quo ibi egerat ſit pecunia-
rium, & non aliud: Nam in locis per
eum allegatis diſponitur, quod ſi ex
aliquo facto ſit imponenda aliqua pę
na, quæ applicanda ſit parti, & Regi,
non poteſt Rex eam petere niſi pars
prius petat eam adiudicari; Et eſt ra-
tio, quia in ea pœna eſt Rex ſecunda
rio intereſſatus, pars autem principa
liter. In Regno autem non admitti-
tur niſi principaliter intereſſatus. †
92 Vnde voluit dicere Molina, quod ſi
Rex remittat exilium, ſi tamen ex
fractione exilij aliqua pęna eſſet in-
currenda, quæ adiudicari debuiſſet
parti, & Regi, poſſet pars accuſare de
factione ad eam pœnam pro parte
ſua. Sed certe, ſi hæc fuit mens Mo-
lini fuit nimia ſubtilitas, & erronéa,
quia ſi Princeps potuit remittere exil
lium pro vt ipse fatetur dicens quod
ita quotidie practicatur, non poteſt
dici fractor exilij delinquens; Et per
conſequens nec accuſari poterit † vn
93 de credo quod Molina in alio ſenſu al
legauit dicta loca ad ſignificandum
quod ſemel remiſſo exilio per Prin-
cipem nõ poſsit pars accuſare defrac
tione exilij quia illud intereſſe princi
paliter ſpectat ad Regem, & rempu-
blicam, ſecundario ad partem, & ſi
Molinus neq; hoc voluit, ſed quod
non obſtare remiiſione exilij poſsit
pars accuſare defractione illius, duo
contra eum ſe opponũt, primo forus
de remiſsionibus, & guidaticis, ſecú
do id quod ipſe teſtatur, poſſe Regé
remittere intereſſe reipublicę & ſi ad
illud non refertur exilium principa-
liter, declaret ipſe quod ſit proprie in
tereſſe publicum. Quare regula ſit,
quod in Aragonia poteſt Princeps cri
mina remittere pace non habita, &
parte non concordata, imo ea inuita
intelligendo tamen ſemper quod cau
94 ſa ad ſit ex adductis ſupra † ex quo
infertur quod ſiue pars intereſſata ac
cuſſet ſiue non ſiue perſona publica
introducta ad accuſandum, poterit
Princeps crimen remittere ipſis inui
tis intercedente tamen ſenper cauſa
publicę vtilitatis, prout ſupradictum
eſt: idq; ad ſimilitudiné guidatici ge
nera

Digitized by Google

neralis, quod concedere poteſt Princeps parte inuita, concurrente tamē cauſa (vt ſupradixi.) & ita hanc regulam ſimpliciter, & abſolute tenent foriſtę. Bardaxi de officio gubernationis num. 51. Molin. vbi ſupra in verbo Rex, & in verſi. exilium, & dicta obſeruantia de conſuetudine iuncto forō de remiſsion, & guidat. Idq. probatur in omnibus foris, in quibus derogatum eſt in ſpecie huic regulæ, nā cum in eis † dicatur, ob grauitatem
95. alicuius criminis quod procedatur in tali, & tali crimine, non obſtante remiſsione, & guidatico. Et ſic non obſtante foro de remiſsionibus, & guidaticis ſequitur argumento ab ſpeciali, quòd extra illos caſus non poterat procedi contra remiſsionem, & guidaticum, alias autem ſi in nullo caſu poſſet dominus Rex remittere crimina, & guidare pace non habita, & parte non concordata inuitis omnino foret diſpoſitio illius fori de remiſsionibus, & guidaticis, neq. fuiſſet neceſſarium exprimere in multis foris quòd in tali, & tali crimine procederetur non obſtante remiſsione, & guidatico, ſi clarum eſſet, quòd dominus Rex non poterat remitere. Vnde dicendum videtur, quòd ex quo in multis caſibus reijciuntur remiſſio, & guidaticum generale, ex hoc ſuppoſitum cenſeri id quod clarè dixit forus ille de remiſsionibus, & guidaticis.

Sed licet hoc ita ſit, quòd tanta poteſtas data, ſeu reſeruata ſit D. Regi remittendi quęcunq. crimina, & guidandi, tamen propter enormitatem aliquorum criminum † ſtatutum eſt
96 in multis criminibus remiſsionem, & guidaticum non obſtare, & in primis ſex crimina enumerantur in foro como cerca la punicion, primo illius nominis, vltima colum. de homicidio. primum eſt homicidij. Secundum crimen eſt contra illos, qui intus ciuitates villas, & loca Regni iactabunt tela balliſtis, arcubus, & tormentis manualibus, licet mors, vel vulnus non ſequantur, niſi illud fiat in defenſionem propriæ domus. Tertium contra illos, qui accuſabuntur de combuſtione ciuitatum, villarum, & bonorum alicuius. Quartum contra acuſatos de potione venefica, vel veneno illato ad necandum, vel damnificandum licèt mors non ſequatur. Quintum contra accuſatos de rapina, & furto. Sextum contra accuſatos de fractione pacis, & treugę. In iſtis ſex caſibus non prodeſt remiſsio neç guidaticum, vt in dicto foro in fine in illis verbis, *antes queremos e ordenamos, que a los ſobreditos accuſados d. los ditos crimines, o alguno de ellos no les aproueytē, ni puedan hauer remiſsion, o guiatge en alguna manera e los oficiales, que al contrario faran incurran en las penas contra los oficiales delinquentes en ſus oficios ſtatuydas.*

Similiter etiam † excipiuntur quin-
97 decim crimina in foro como cerca la punicion ſecundo illius nominis de homicidio, quorum primum eſt, in homicidio, deliberato per delinquentē, commiſſo. Secundum contra mandāte, fieri homicidium conſtito de mandato. Tertium contra acuſatos de priuato carcere. Quartum contra eos, qui ſine iuriſdictione aliquem ceperint captum, vel ſecum duxerint captum. Quintum contra accuſatos, eo quod intra ciuitates, loca Regni tela em ſerint, balliſtis, arcubus, tormentis Manualibus licet mors ſecuta non ſit, niſi illud fiat in defenſionē domus. Sextum contra eos, qui ignem iniecerint in rebus alienis, vel iniici mandauerint. Septimum contra eum qui potionem veneficam, aut quid alium mortife-

mortiferum dederint, octauum contra acuſatos de rapina, & furto. Nonũ contra eos, qui his auxilium dederint aſiſtendo. Decimum contra accuſatos de reſiſtentia, et mutilatione membri. Vndecimum contra acuſatos defractione treuguę, & pacis. Duodecimum contra accuſatos de combatimento domus. Decimumtertium contra acuſatos de crimine iniuriarum. Decimum quartum contra fabricantes falſam monetam, & his auxiliantes. Decimum quintum contra accuſatos eo quòd diſsipauerint, & depopulauerint vineas, & ortos. Item contra receptatores perſonę condemnatæ ad mortem naturalem obfractionem pacis, & treuguæ voluntariæ coram iudice factę, vel ob crimen furti, & rapinę. In his caſibus per dictum forum tollitur omnis remiſsio, & guidaticum, niſi fiat † de voluntate, &
98. aſſenſu partis intereſſatę, vt in dicto foro continetur, vbi contra officiales contrarium facientes ſtatuuntur, multę pęnæ. Ex quo foro deducẽdum eſt, quod ſi in illis caſibus exceptuatis non valet remiſsio, nec guidaticũ propter enormitatem criminum, ſecus dicendum erit extra illos caſus, vt ſcilicet regula ſit in contrarium vulgatis iuribus. Neq. hoc durum videbitur, quia tot, & tanta crimina excipiuntur per foros, vt ferè nihil maneat reſeruatum ſub regula generali: ſecundum quam remittet Rex ſine voluntate partis ea ſatisfacta in intereſſe pecuniario. Et nota quod fori como cerca la punicion de homicidio fuerunt conditi in eadem curia, & eodem anno. 1461.

Similiter notario † accuſato de fal-
99. ſo non prodeſt remiſsio, nec guidaticum foro como de pocos dias aca in fol. penult. de crimi. falſi. vbi hæc inſunt verba. *E portal que los acuſantes no ſian en la acuſacion per ellos fazedera del dito crimen defraudados, queremos que el acuſado del dito delicto no ſea admeſo a compoſicion, ni le valga remiſsion, ni guiage.* Si verba huius fori conſiderentur, clariſsimè reſultat, quod extra illum caſum, & alios exceptuatos valebit remiſsio, & fraudabitur acuſatus in ſua acuſatione. Alia
100. etiam crimina † excipiuntur per forum finalem de conſultat. Veluti contra portarium, ſupra iuntarium, & notarios eorum acuſatos de falſa relatione proceſſus reſiſtentię, qui condemnati ſi fuerint non poſſunt guidari, vel remitti ſecundum d. forum. quod ſi de foro non liceret Regi remittere & guidare ſine partis voluntate, certè illi fori non id preueniſſent ne fieret, ſed id fecerunt, quia poterat aliàs dominus Rex guidare, & crimina remittere. Similiter etiam omnibus of-
101. ficialibus à Regente † officium gubernationis incluſiue vſq. ad minorẽ officialem habentibus iuriſdictionem ordinariam, delegatam vel aliàs, item, ſupraiuntarijs, & eorum locumtenẽtibus, qui contra leges Regni aliquẽ inter fecerint, mutilationem membri fecerint, exilium, vel aliam penam corporalem impoſuerint, captionem ve fecerint contra libertetes regni, & ob id fuerint condemnati per curiam Iuſtitię Aragonum, non proderit remiſsio, nec guidaticum vt in foro pri-
102. mo, & ſecundo † de iuramento preſtando per officiales ibi in illis verbis, *quibus etiam officialibus nos, vel ſucceſſores noſtri, vel aliquis alius non poſsimus, vel poſsint facere remiſsionem, vel abſolutionem aliquam, etiam ad ſupplicationem partis, vel alias de predictis.* Ex quo foro adnotare licet primo, ibi nos & ſucceſſores noſtri, quod ſolum dominus Rex eſt, qui remittit, & etiam locumtenẽs generalis propter

ter amplitudinem priuilegij, ſecun-
do quod exceptio illius fori ſupponit
regulam in contrarium, quod ſcilicet
dominus Rex poſſit remittere; alias
ſi id Rex non poſſet, ſuperflua foret
diſpoſitio huius fori de iuramento
præſtando, eſt præterea conſideran-
dum, an ille forus etiam comprehen
113 dat † cuſtodes de publico introductos
ab habente iuriſdictionem, & poteſta
tem, quod ſic videtur in illis verbis,
vel alias, tum quia iſti officiales ſunt,
& eis fit reſiſtentia, quod ſi ita eſt, neq;
etiã cuſtodibus accuſatis & condem-
natis ratione officij proderit remiſsio,
& guidaticum, ſi aliquid fecerint de
ſupradictis, in quibus caſibus fallentia
rum, & exceptuatis non datur remi-
ſsio, nec guidaticum, propter enormi
tatem criminum, niſi cum voluntate
114 † partis, & ea ſatisfacta, quaſi in his
habeat pars maius intereſſe impunitio
ne eorum, & vindicta publica, quam
in alijs. Imo aliqui dicunt nec intereſ-
ſe publicum in criminibus exceptua-
tis poſſe Principem remittere (niſi
vbi per forum ſibi expreſſe permitti-
tur) etiam ſi pars læſa conſentiat vt
apparet per dict. foros generaliter lo-
quentes, ſaltim in caſibus for. ſecun-
di de iuramẽto præſt. per oficial. tu co
gita magis hoc, quoniã in multis caſi
bus ex exceptuatis prohibetur Rex
remittere ſine voluntate partis: & ſic
ſecus videtur cum eius voluntate, li-
cet in caſu d. for. ſecundi aliud dica-
tur in caſibus de quibus in d. for. Ex
quibus omnibus reſultat notabilis cõ
cluſio, quod remittere crimina, & cõ-
cedere guidaticum † generale eſt de
115 regalijs, nam poterit dominus Rex re
miſsionem, & guidaticũ concedere in
quibuſcunque criminibus pace non
habita, parteq; non concordata. Satiſ-
facta tamen de intereſſe pecuniario,
& damnis: prout clare voluit forus de
remiſsionibus, & guidaticis: idq; dẽp-
tis caſibus à foro exceptis, in quibus
nõ poteſt remittere D. Rex, nec guidã
ticũ generale cõcedere, niſi cũ volũta
te partis, & ea ſatisfacta de omni inte
reſſe tã publico, quã pecuniario; (imo
ſecundũ aliquos, nec etiã cũ cõſenſu
partis vt ſup.) Idq; notiſsimũ eſt à prin
cipijs foralibus, quantiuis pax nõ ſit
facta apud intellectiuos; & magnos
practicos; ſiue ex nimia miſericordia
ſiue ex nimia Iuſtitia. Memor tamen
ſum, quòd dum ego Locũtenens eſsẽ
Iuſtitiæ Aragonũ. & fuiſſent accuſati
multi cuſtodes villę de Ambel, tãquã
fractores iurisfirmę, & appellitus de
tolli fortiã, & etiã cõdẽnati, dominus
116 Locũtenens generalis † conceſsit eis
guidaticũ generale ad beneplacitũ do
mini Regis, & licet ex parte aduerſa
prętenderetur illud nõ valere, ex eo
quia remiſsio, & guidaticũ non datur
ſine voluntate partis; tum quia iſti
erant condemnati, vt officiales iuxtà
forum de iuramento preſtando, qui-
bus non prodeſt remiſsio, nec guidati
cũ, ex parte vero guidatorũ dicebatur
adherendo regulę, quòd cũ eorũ accu
ſatio nõ eſſet de caſibus exceptuatis,
& delicta de quibus accuſabatur, nõ
eſſent de exceptis, quòd ideo iuſte po
terant guidari, & quòd forus de iura-
117 mento preſtãdo nõ † obſtabat eis: tũ
ex eo quia iſti cuſtodes iuriſdictionẽ
non habebãt ordinariã, nec delegatã:
tũ quia ex eorũ facto, nec fuerant ſe-
cuta mors, mutilatio mẽbri, exiliũ, pę
na corporalis, neq; captio aliqua prę
vt in dicto foro requiritur, & ex hoc
capite dictũ guidaticũ fuit ſuſtẽtũ, &
hodie ſuſtinetur, & cuſtodes illius be
neficio fruũtur, tu cogita quia videtur
forale eſſe. Hęc eſt in ſũma vera noſ-
trorũ fororũ traditio circa id, de quo
queritur. Hęc eſt veritas foralis, etiã
ſi aliqui (nimis quam deceat) riguroſi
id damnare conentur.

118 Sed licet hæc ita ſint, pro vt ego ſẽ
tio, tamẽ poſtquam aſſumptus fui ad

Regium Conſilium ; intellexi ab his dominis,ſimul ac collegis meis,quòd praxis conſuetudo & ſtylus Regiæ

108 Audientię eſt,vt abſolutè † nulla guidatica,nec remiſsiones dentur,nec admittantur in quibuscunque criminibus,niſi pace habita, & parte concordata,eaque ſatisfacta. Et ſi talis eſt cō ſuetudo , & talis ſtylus inueteratus, ab eo non eſſe recedendum dico tanquā laudabili,& reipublicę congruenti : pro vt etiam in dominio Mediolani , etiam ſi contrarium de iure ſit, de conſuetudine tamen laudabili , & propter integritatem ſenatus teſtatur Boſsius vbi ſup. num. 24. non concedi gratiam alicui niſi adſit pax of-

109 fenſæ † partis, & ſi concederetur ſenatum non approbaturum,pro vt eſt in eius poteſtate approbare , vel improbare ita permittentibus principibus illius Ducatus,hancque conſuetudinem dicit eſſe generalem ad omnia delicta,imo in numero 47. dicit amplius, quod & ſi habita pace regulariter concedatur gratia à principibus illius dominij, tamen gratiam impetrantes pro homicidio iubentur in ap

110 probatione gratiæ à ſenatu † exulare per annum a die homicidij patrati, ſi id in gratia non contineatur , & hoc in aliquam pœnā homicidij. Et quia eſſet res admodum turpis,vt homicida ſanguine adhuc caleſcente deberet ambulare in populo maxime ante conſpectum offenſorum , niſi iam annus eſſet quaſi in fine , quoniam tunc non mandatur exulare. Huius conſuetudinis meminit Iulius Clarus dicta quæſtione 59. vbi poſtquam dixit poſſe remitti crimina per Principem cum cauſa ſine conſenſu partis, ſubdit quod de conſuetudine,& communi obſeruantia illius Ducatus non ſolet concedi gratia, niſi his, qui habent remiſsionem à parte offenſa, in quolibet delicto : idq; obſeruari de conſuetudine,etiam ſi princeps in gratia expreſſe reſeruaret ius partis offenſe, quòd non valeret talis gratia in Regno Neapolitano teſtatur Gramat. ſuper conſtit. Regni fo. 153. Eiuſdem conſuetudinis meminit Gram. vot. 53. num. 8. in fin. ſubdēs quod princeps, qui aliter faceret peccaret mortaliter.

111 Hanc eandem conſuetudinem † quod princeps nō ſoleat huiuſmodi gratias facere, ſeu delinquentes remitere , niſi parte concordata dicit generalem, Farinatius vbi ſupra num. 20. vbi id etiam in vrbe ſeruari aſſeuerat, & ita Plotus vbi ſupr. num. 58. dicit quod de conſuetudine totius Italię & totius orbis, vbi viget Iuſtitia, ſeruatur, quod Principes nō concedūt gratias delinquentibus , niſi pace habita ab offenſis, vel heredibus eorum, alias gratia non valeret. tanq; contra conſuetudinem, vel ſtilum ſecundum Bald. in l. quod fauore col. 2. C. de ll. huius autē ratio inter alias eſſe poteſt, quia

112 ſi banniti ſine pace remiſſi † in patriā redire poſſent,vel offenſi eos occiderent,vel ab eis occiderētur, & ſic orirētur diſsētiones ciuiles, quę ciuitates deſtruūt Paris de ſindicat. ver. compoſitio c. 7. num. 12. Plot. vbi ſupr. ſic in deutoronomio c. 19. loquendo de homicidio caſuali,dicit,hic ad vnā ſupradictarum vrbium confugiet , & viuet,ne forſitan proximus eius,cuius effuſus eſt ſanguis, proſequatur,& aprehendat eum, & percutiat animā eius,qui non eſt reus mortis. Imo Plotus vbi ſup. num. 51. in fin. dicit,quòd in illo Ducatu moſtruoſum eſſet videre gratiam conceſſam homicidę animo liberato,& falſis teſtibus parte nō cordata. Iam igitur vbi talis vigeat †

113 conſuetudo, ſeruanda eſt maxime in in homicidijs deliberatis , nam in Deute-

Digitized by Google

Deuteronomio inquit Dominus, non
miſereberis eius, & auferes noxium
ſanguinem de Iſrael, vt bene tibi ſit:
& ſi alias fiat non erit bene Principi-
bus. Nam vt habetur in cap. Regum
23. q. 5. Rex debet impios de terra per
dere, & proprium Regum eſt iuſtitiã
facere dict. c. Regum, & ſic dicitur re
gnare per iuſtitiam; nec eſt miſeri-
cors, qui † parcit homicidæ; ſed ho-
114 micida ipſe eſt, quia homicida, cui pe
percit, alios occidet, & vt alij terreatur
exemplo, debet mori homicida. Ita-
que ſic iuſtitiam facere debent, non
remittendo abſolutè iniurias, neque
ſaluum conductum concedendo, cap.
cum quid de reg. iur. in 6. l. non du-
bium C. de leg. Et ideo iuſtiſsimè il-
lud fieri exiſtimo, vt ſcilicet palã da-
ta ampliſsima poteſtate, etiam remit
tendi crimina Locumtenenti genera
li, detur ei à latere aliqua memoria in
ſcriptis, vt pro tali, vel tali crimine
non concedat remiſsionem, prout ſic
legimus feciſſe Carolum Quintum
Romanorum Imperatorem Auguſtũ
in Statu Mediolani cum don Antho.
de Leyua, & don Alphonſo de Aua-
los Marchione Vaſti, referente Ploto
vbi ſup. nu. 50. & etiam in Regno ſci-
ſcimus factum fuiſſe cum aliquo Lo-
cumtenente generali, quem non nõ-
mino. Et licet ita fieri debeat, illud ta
men magis commendo, vt pecunia
115 nulla fiat † remiſsio, nulla compoſi-
tio, quia vltra quod id prohibitum eſt
in Regno, ſecundum Molin. ver. com
poſitio, foro *como de pocos dias aca* de
crimi. falſi. for. *como cerca la punicion*
1. & 2. de homicidio, for. primo. de pro
curat. aſtrict. magna ruina inde fit rei
publicæ, magna læſio totius pacifici
ſtatus, vide Lucam de Penna in l. 1.
col. 8. cum ſeq. de de ſert. lib. 12. C. li-
cet aliquando id permittatur, vt ibi
per eum, quem vide.

Illud etiã conſulo dominis meis cõ
ſiliarijs Regij Conſilij, vt maxime ad
uertãt, ſi aliquãdo remittẽdum alicui
ſit, vt multum conſiderentur mores
116 remittendi, † nam eſſet res mali exẽ-
pli indulgere illis, quorum probabi-
lis eſt præſumptio, quòd in poſterum
eorũ vita nullatenus corrigatur, can.
prodeſt in fi. 23. q. 5. & illis etiã qui be-
neficium remiſsionis vendicare ſibi
quadam ſuperſtitioſa temeritate ni-
tũtur c. domino ſancto. 50. d. & illis
qui non errore, ſed malitia crimina
committunt l. pen. C. de his qui ſibi, a
ſcri. item et illis qui peccant aſsidue,
aut qui impunitatem veteris com-
miſsi non emendationi, ſed conſuetu-
dini deputarunt, l. 3. in fine de epiſ.
aud. nam remiſsionem crimina, niſi
ſemel cõmiſſa, non merentur habere,
non enim debet ſepe ad gratiam pec-
cator recipi c. 3. in fin. de adult. Nam
aſsiduè peccantium etiam Deus defa
cili non miſeretur, can. diaconiſſam
in fin. 27. diſt. ibi, *Si non conuertimur, ſi-
duri colli ſumus, ſi in peccatis vſque ad
mortem illicite perduremus*. Aſsiduè
peccantium non miſeretur Deus. Vn
de ſi delinquentes tractati clementer,
iterum in ſcelere deprehenſi, In eadẽ
temeritate propoſiti perſeuerant, ſeue
rius ſunt puniendi, l. capitalium §. ſo-
lent. ff de pœnis, & cum eis non clemẽ
tia, ſed ſeueritas exercenda eſt can. ſi
quis Diaconus 50. diſt, Idq; ita demũ
iudices † pro moti illis habere debent,
117 vt ad miſericordiam non declinent;
ſic enim per iudices procedendũ eſt,
vt nec patientiæ nomine torpeatur,
nec obtentu diligẽtiæ ſæuiatur, can.
quidã cũ bonorũ in fin. 23. q. 4. Adſit
igitur iudicibus iuſtè cõſulens miſeri-
cordia & piè ſæuiẽs diſciplina can diſ
ciplina in princ. 45. diſt. Hæc enim
duæ ſunt caliginis cauſæ præcipitatio

ignea ne dicam ira, & mollior affe-
ctus iis iudicij cenſuram eneruat, illa
præcipitat, & ab altero iſtorum peri-
clitatur multum pietas clemētiæ, aut
zeli rectitudo. Turbatus enim præ ijs
oculus nihil recte intuetur, & ſuffuſus
quadam fluxa & muliebri mollitie,
118 animi rectum non videt, ex quo fit
quod ſepe vitia † virtutes eſſe fingun
tur, cum non ſint, vt crudelitas zelus
Iuſtitiæ, remiſsio autem pietas eſſe vi
deatur, can. ſępe 41. diſt. Sit igitur iu-
dex in his cautus, & prudens vt ſequa
tur medium, in quo eſt virtus, nam
medietas in omnibus eſt laudāda, ex-
trema autem neque recta, neque lau-
dabilia ſunt; hęc noſtris tēporibus pe-
riculo vaccant, vbi cum ſumma laude
& Iuſtitia aſsiſtunt cōſiliarij collegę,
ac domini mei, qui ſuadenda ſuadent
& diſſuadenda diſſuadent.

119 Ex his infertur reſolutio cuiuſdam
dubij † quod ſe obtulit noſtris tempo
ribus, quod non ſine langore repeto,
nam dum fuiſſent condemnati duo
plebei ratione cuiuſdam homicidij in
ſeditionibus huius ciuitatis cōmiſsi,
accuſaretque procurator vniuerſitatis
in vim ſtatutorum, & rei exciperent,
quod iam per publica proclamata
gratia Regia fuerant remiſſa, & con-
donata omnia crimina ſeditionum,
& ciuitas accuſaret ratione illius pu-
blicę vindictę, quod ideo his attentis
non poteſt exequi ſententia, ego qui
tunc eram Aſſeſſor Iudicis ordinarij
Ioannis de Herbas ita ſentiebam, ſed
alij aliter opinabantur, dicentes per
remiſsionem Principis remiſſum eſſe
intereſſe publicum, non vero illud in
reſſe, quod ciuitas habebat in amiſsio
ne & occiſione vnius ciuis, quod inte
reſſe ita particulare iudicabant ac ſi
mihi quis patrem vel fratrem occidi
ſſet. Et ſi hæc æquiparatio eſt bona &
120 illud intereſſe ciuitatis eſt diſtinctum
ab intereſſe publico, bene dicerent
illi, quia Princeps remittendo † crimē
aliquod ſuum intereſſe cenſetur remi
ttere, non autem intereſſe priuatorū,
niſi id expreſſe dicat, & cum cauſa,
Iul. clar. queſt. 69. verſic. adde Aze
uedo vbi ſupr. num. 26. Deci. conſ.
520. num. 3. l. 2. §. merito & §. ſi
quis a Principe ff. ne quis in loco pu-
blico Farina. vbi ſupr. num. 25. & la
tius ſupra, verum ego non intelligo
illud intereſſe diſtinctum eſſe ab inte-
reſſe publico, nam hac ratione intereſ
ſe particulare diceretur illud quod in
tendit procurator aſtrictus de publico
accuſando aliquem pro intereſſe rei-
publicę, cuius etiam intereſt aliquem
de republica non occidi, & tamē om-
nes conueniunt quod † illud intereſſe
121 Princeps poteſt remittere ſi non ſit
de delictis exceptis: Et in illis idem
ſi pars intereſſata nō detur in mūdo,
& cum conſultus eſſet Dominus Rex
ſuper hoc dubio reſpondit per literas
Regias ſe ſolum voluiſſe remittere in
tereſſe publicum, non auten intereſſe
ciuitatis iuxta votum eorum, qui ita
tenebant irridentes me, quòd dum
Cathalanus eſſem licet filius regnico
lę, me tam pium in irrogandis pænis
pręberem, quaſi crudelitas propria ſit
Cathalanorum, cum potius illi pij ex
quo melancolici, miſericordes, & be-
neuoli quia extremi, & fortes ſint
licet ſpiritum in naribus, vt vulgo di
citur habeant, & ſic cum votum me-
um non fuiſſet de effectu, ſuſpenſi fue
runt, quo negocio perſpicatius conſi-
derato ſecundum ſupradicta benè
pænas luerunt, non ex fundamen
to, quod tunc tenuerunt illi.

Domini

Digitized by Google

domini, ſed ex alio, quia ſcilicet accuſabantur de homicidio, & alijs delictis exceptuatis, in quibus non valet remiſsio ſine voluntate partis, & ea non concordata vt ſupradixi.

Alio modo, & per inditectũ ſolent
122. in Regno crimina † remiti per viam ſeparationis, nam quando accuſant perſonę de publico aſtrictę ad accuſandum, ſiue cum parte intereſſata, ſiue ſine ea, ſolent ſe ſeparare ab accuſatione mandato ſuperiorum regulariter, nam procurator ciuitatis man
123. dato iuratorum, † procurator Regni mandato Diputatorum ſolent & poſſunt ſe ſeparare ab his accuſationibus, & iſta via abolire crimina l. poſtquam liti. vbi DD. C. de pac. tamen ad id debent cauſa iuſta moueri, alias peccarēt vt ſupra, in procuratore autem aſtricto ſecus eſt, quoniam ſi accuſat ſimul cum parte in
124. tereſſata; non poteſt deſiſtere † etiam cum mandato Regis, Locumte. generalis, Gubernatoris, Regentis officiũ gubernationis, niſi etiam adſit voluntas. & conſenſus partis accuſantis intereſſatæ, quo dato cum mandato illorum tenetur ſe ſeparare, quod ſi procurator aſtrictus accuſaret ſolus, † ſo
125. lum mandatum ſufficeret ad ſe ſeparandum, argumento à contrario ſenſu ex foro primo de procur. aſtrict. ibi ſin conſentimiento de las partes acuſantes. & ex foro vnico que la pena de muerte pueda ſer commutada a galeras, ibi plaziendo a la parte intereſſada ſi la huuiere, in quibus foris ad effectum ſe ſeparandi, & commutandi penas non dicitur pars intereſſata extare, Licet in mundo ſit, niſi in proceſſu agat, & partem faciat, ad remiſsionem autem criminis in
126. delictis † exceptuatis, in quibus ſine voluntate partis non fit remiſsio, dicitur pars extare, ſi illa ſit in rerum natura, licet non agat in proceſſu. Superiorum autem ratio eſt, quia cum iſti accuſatores de publico accuſent in vim fori, & legis poſitiuę, ceſſant fundamenta, quę adducebantur ſupra de Ploto & Farina. ſed ſemper cauſa ad hoc mãdatum debet adeſſe, neq. hoc eſt crimen remitere, quia poterit pars
127. pro ſuo intereſſe non obſtante ſeparatione accuſare & quãdo pæna † cõmutatur neq. etiã crimē remittitur, licet fiat cum voluntate partis, quod facilius fieri, quam remittere tenet Boſſi. vbi ſup. num. 25. Hęc ſubmitto iudicio rectius ſentientis, quia in materia tam ardua, & periculoſa abſit confidentia opinionis meę, reliqua, quæ in hac materia omiſi, ſupplebũt domini Regij conſiliarij ſua ſumma eruditione.

§. 6.

An licet Iuſtitia

Aragonum non cognoſcat de meritis cauſarum criminalium, poſſit cognoſcere de nullitatibus, illarum per viam iurisfirmæ vel aliàs.

SVMMARIVM.

SVMMA EORVM, QVÆ in hoc §. 6. Cap. 1. continentur.

1. *Recurſus per viam nullitatis ad curiam Iuſtitiæ Aragonum in criminalibus nunquam cenſetur ſublatus, quamuis per ſtatutum aut forum generaliter recurſus tollatur & ratio traditur num. 2.*

2. *Prohibitus appellare, non cenſetur prohibitus agere de nullitate, vel excipere de eadem.*

4. *Exceptio, nullitatis nunquam cenſetur reiecta ad inpediendam executionem ſentētię maxime ſi concernat ſubſtancialia, aut defectum formæ.*

5. *Nullitas in proceſſu dupliciter conſiderari poteſt vno modo ea quæ prouenit ex notoria iniuſticia, vt hic, alio vero ex defectu forme, aut ritus proceſſus vt num. 6.*

IN SVPERIORIbus viſum eſt & tractabitur etiālatè infra cap. 10. quod ab anno 1510. vſq. nunc ſublatus eſt omnis recurſus in cauſis criminalibus ad curiam domini Iuſtitię Arago. ita quod etiam ſi ſententia ſit iniuſtiſsima reſpectu recti & meritorum non poſsit de ea fieri querella coram Iuſt. Arago. & ſic correctus eſt ille modus procedendi traditus in foro 5. de manifeſt. perſo. vbi Bardaxi vt in locis ſupra dict. habetur latius. Sed licet hoc ita ſit, aduch
1. tamen recurſus per viam † nullitatis non cenſetur reiectus; imo expedit multum beneficio vniuerſali quod detur talis recurſus; poſtquā iam ſententia aliqua tranſacta ſit in rem iudicatam, in qua de vita hominis agatur; poſſunt enim eſſe aliqui, qui dū ſeueri iudicis nomen afectant, ſe homines eſſe in humanum genus ſęuiendo obliuiſcuntur, teſte Bertazolo cōſ. 516. additione fin. & horrendum eſt, ſi iudices qui tenentur opreſſos defendere, inueniantur opprimere §. ſi vero refutauerit in autho. vt diferentes
11 *Gerens duplicem curam, duplex quoq; ſalarium habere debet & ratio elegans traditur num. 12.*

13 *Officium Locumtenentis ſeparatum eſt ab officio Iuſticiæ Aragō.*

14 *Correctore adueniente ad prouinciā ſibi commiſſam, iudicis ordinarij officium exercet, non vt ordinarius ſed vt corrector & ideo vnum tantum ſalarium percipiet idem dic vt num. 15. in Regente cancellarian & alijs vt num. 16. quod limita vt num. 17.*

18 *Iura duorum quando concurrunt in vno, vnus ille, tantum debet habere quantum duo.*

19 *Locumtenentes Iuſticiæ Arago. eo mortuo, eius officium exercent per viam ſubrrogacionis, quid ſori voluerunt quod officium nec momento vaccaret, & ſic eius ſalarium percipiunt & num. 23.*

20 *Fructus & emolumenta remanetur quæque poſt mortem prælati percipiuntur, reſeruantur futuro ſucceſſori, nec penes capitulum remanent.*

21 *Ceſſante cauſa diſpoſitio quoq; ceſſare debet.*

22 *Capitulū, ſede vaccāte dicitur vicarius Epiſcopi.*

24 *Locumtenentes Regentes officium Iuſtitiæ Aragonum a 50. annis & amplius emolumenta publicatarū & ſigili, ſibi perceperunt vſq; ad annum 1593 vt num. 33.*

25 *Salaria ſentinciarum ac proceſuū præſcriptione adquiri poſſunt ſicut & iuriſdictiones.*

27 *Augmentū rei augmentatæ ſequitur naturam & amplia vt num. 28.*

29 *Traditur regia declaratio ac priuilegium publicatarum, Notarijs principalibus Curiæ Iuſti. Arago. conceſſum & num. 30. de cuius validitate non eſt dubitandum, cum partes leſſę, vel tacita vel expreſſe conſenſerint vt num. 31*

32 *Obſeruantia ſubſequta diſponentis declarat dubiam intencionem.*

34 *Princeps licet ex cauſa poſſit rem a priuato auferre, debet tamen ſoluere precium vel emendam dare.*

35 *Precium vel emenda data ſuccedit in locum rei ſuſceptæ & eadem cēſetur.*

36 *Subrrogatum ſapit naturam eius rei, in cuius locum ſubrrogatur. quod amplia vt num. 37.*

IN hoc §. de lucri cauſa agendum eſt, nam cum Locumtenentes Iuſtitiæ Aragonum eo mortuo regant officiū, ſe regentes nuncupando, & videatur iuſtum quod ex quo ſuccedunt in oneribus, ſuccedant etiam in honoribus, ſed quia auaritia emula ſuit Locumtenentibus mota lis ſuper huiuſmodi lucris: ideo oportet de his aliqua verba facere, ſupponendo ante omnia, quod officium Iuſticiæ Aragonū, vel verius Iuſtitia Aragonum antiquitus & ſic ante Regem Petrum, parvos

Digitized by Google

tos habebat prouentus, ſolum poſſidebant certos redditus gracioſos (quos ideo gratias appellabant)
1 ab Archiepiſcopo Cęſarauguſtano Caſtellano Ampoſtæ, communitatibus Calataiub. & Darocæ. Sed poſtea Rex Alphonſus pater Regis Petri, incorporauit & vniuit ſcribanias Iuſtitiatus ipſi officio Iuſtitię Aragonum, & ſic cępit ab inde habere certa emolumenta maioris conſiderationis: & ſic paulatim vſq; ad annum 1592. habuit pro ſalario & ratione ſalarij, ipſas ſcribanias & ius ſeu emolumenta ſigilli, quę omnia faciebant vt in plurimum redditum annuum trium mille librarum annualium.

Hoc ſuppoſito ad caſum deueniendo eſt ſciendum, quod ann. 1554. per mortem Ferrarij de Lanuza Iuſtitię Aragonũ durante eius vacante † Locumtenentes illius & tunc Regentes
2 officiũ perceperunt ſalariũ ſigilli, refert Bardaxi in for. 8. de offi. Iuſt. Arago. Cui credendum eſt in facto proprio, cum tunc eſſet Locumtenens Iuſtitię Arago. & licet dicat ibi poſſe probabiliter dubitari, an illud ſalarium eſſet reſeruandum futuro ſucceſſori, tandem illud Locumtenentes leuarunt, & ad huius exemplum etiã perceperunt omnia emolumenta publicatarum, prout ſic informati accepimus à practicis antiquis, & ſic noſtris temporibus accepimus: Poſt hęc Fiſcus Regius pactionem iniuit cum Iuſtitia Aragonum, vt ſoluendo 100. libras ratione publicatarũ proceſſum Fiſcalium, nihil aliud ſoluere teneretur fiſcus, & hanc quantitatem perceperunt ſemper Locumtenẽtes in omnibus vacantibus, & nos percepimus vſque ad ann. 1592. Sicut & ipſa iura ſigilli ſemper percepimus. Et in hoc nunquam fuit mota controuerſia.

Poſtea à Curijs celebratis Tiraſonæ anno 1592. vbi in augmentum fuerunt datę officio Iuſtitiæ Aragonum duo mille librę in augmentum ſalarij, quouſq; publicatę fuerunt diſmembratę à dicto officio. & adiudicatę notarijs, ſemper toto iſto tempore percipimus iura publicatarum & ſigilli. & omnes Locumtenentes in vacantibus ſemper perceperunt. Et licet reſpectu duarum mille librarum
3 † poſt dictas curias fuit nobis mota controuerſia per Ioannẽ de Pueyo tunc Iuſtitiã Aragonum circa vacantes iam pręteritas Iuſtitiarum T. Campi, & T. Ximenez, Deputati tamen Regni auditis partibus mandarunt nobis ſolui prorratam dictarum duarum mille librarum pro dictis vacantibus, quo etiam tempore percepimus publicatas. Sed poſtea Dominus Rex Philippus II. diſmembrauit publicatas ab officio, declarando animũ ſuum fuiſſe dare augmentum duarũ mille librarum ad effectum, vt publicatę eſſent notariorum. Et toto etiã hoc tempore percepimus ſalarium duarum mille librarum prorrata vaccantium, prout conſtat per firmas particulares ad hoc prouiſas.

Et his non obſtantibus de nouo fuit nobis motalis, cuius ſedandę cauſa faciebam ſequentia ſuppoſita.

Et primo quod Iuſtitia Aragonũ †
4 ante ann. 1348. creabat ſibi vnum Lócumten. vt in ſui defectum regeret officium Iuſtit. Sicut & alij ordinarij Regni non habebant niſi vnum Locumtenẽtẽ & Aſſeſſorem, foro vnico detenentibus locum iudicum & Aſſeſſorum eorundem, ſed poſtea idem Rex Petrus conditor dicti fori alium forum fecit, ſub rubrica quod Iuſtit. Aragon. poſſit habere duos Locumtenent. in l. 10. ſituato in correctis, vbi diſpoſitit, quod Iuſtitia Aragonum poſſet ſibi creare duos Locumtentes,

taliter

taliter quod in defectum tantum pri-
mi intraret ſecundus ad regendum
officium, non vero duo ſimul, & iſti
erāt ad nutum Iuſtitiæ, quia eos remo
uebat quomodo & quando volebat.
Superuenit poſtea forus inquiſitio
nis officij Iuſtitię Aragonum, anno
5 1467. qui diſpoſuit, quod iſti † Locū-
tenentes eſſent annuales, & quod eos
crearent Deputati extrahendo eos
per ſortem à quadam Burſa ad id de
putata, & quod amplius Iuſtitia Ara-
gonum eos reuocare non poſſet, &
aſsignauit vnicuique eorum pro ſala-
rio ſeptem mille ſolidos: Et ſi eſſent
illiterati ſeu laici, plus mille ſolidos
pro querendo conſilio.
Poſtea vero fuerunt nominati ſep
tem Iuriſperiti in Conſiliarios ordi-
narios dictorum Locumtenētiū, (ego
credo quod hoc procedebat reſpectu
Locūtenentium illiteratorum, quibus
pro querendo conſilio dabantur dicti
mille ſolidi,) Et quia cū his non erat
ſufficiēter cautum, & bene prouiſum
bonę expeditioni negotiorum, ideo
ſuperuenit forus, *Del reparo del dicho*
6 *conſejo*, in anno 1528. † Quo tempo-
re fuerunt nominati quinque Iuriſpe
riti, & Eſcriuaniæ, quæ tunc erant
quatuor, fuerunt diuiſæ in quinque,
& diſtributę inter ipſos Locumtenen
tes, vt vnuſquiſque ſuam regeret Scri
uaniam, & dicto anno fuit ſtatutum,
quod Iuſtitia Aragonum non poſsit
pronuntiare cauſam aliquam ex acti-
tatis in ſua Curia, niſi cum conſilio
dictorum quinque Locumtenentiū, &
7 fuit auctum ſalarium dictis Locum-
tenentibus vſque ad octo mille ſoli-
dos, & tunc percipiebant iura ſenten-
tiarum, & noſtris temporibus fuit au-
ctum ſalarium vſque ad octingentas
libras.
Suppono ſecundo quod officium
Iuſtitiæ Aragonum eſt diſtinctum in
omnibus, & per omnia ab officijs Lo
cumtenentiū vt diximus in cap. pri-
mo.
8 His ſuppoſitis pro hac parte ad
oculos ſe offert ponderatio † text. in
§. illud tamen decernimus in auth.
vt iudices ſine quoquo ſuffragio colū.
2. vbi cum duę Prouincię, ſ. Phrigia
& alia, duos peculiares præſules habe
rent, & poſt facta vnione vni preſuli
ſubiecte fuiſſent, ita vt nomen præſu-
lis ſeu Comitis à Pacatiana Phrigia
vt pote potentiore parte illius Regni
aſſumeretur, dubitabatur an iſte pre-
ſul percipere deberet duo illa ſalaria,
quæ antea habebant duo illi pręſules
dictarum Prouinciarū, & dicit quod
ſic, quia cum loco duorum officialiū,
quibus erat ſtatutum ſalarium, vnus
9 ſit poſitus, † debet habere vtrumque
ſalarium: quia gerit officia, quibus
ſalaria ſunt annexa, & hanc rationē
ad eum tex. aſſignat Bald. in l. binos
C. de aduocatis quem refert & ſequū
tur Paris de Puteo de ſindi. ver. ſala-
rium & hoc procedit non ſolum quā
do duę prouincię ſeu officia diſtincta
habentia peculiaria ſalaria & diſtincta
per viam vnionis in vnum officium
ſeu prouinciam confunduntur, quo
caſu vt in eo text. qui preeſt dictis
prouincijs ſeu officijs vnitis debet ha
bere vtriuſque ſalarium, licet vnio ſit
facta ſimpliciter ſine mentione ſala-
rij vt dixit Par. de Puteo vbi ſupra
decius in c. quoniam contra de pro-
batio. propter duplex periculum & ſo
licitudines, vt, vbi ſit onus, ibi ad ſit
10 emolumentum. Verum † etiam &
multo magis procedet, quando nul-
la facta vnione, duo officia reguntur,
per vnum, nam vtriuſque officij ſala-
rium percipiet l. hac parte in fine de
prox. ſacro ſcrin. lib. 12. (ibi ſupra-
dicti nullo modo duplici fungantur
officio nec geminis chartis irrepſerint
vt

vt non ocupentur plura in vnum ſe commoda collaturi nihilq; reliquis re licturi) quod not. ſecundum Bart. in dicta ratione, ſupponentibus, tex. & Bar. quod ſi quis duo regeret officia ſtatuto, vel lege, duo reciperet ſalaria, ex dictis iuribus, vt bene cum multis concludit, Menoch. Caſ. 223. quem vi de de arbitra: vide Benedictum in c. Raynun. verbo duas n. 63. & Affli. in cõſtitu. regias, l. 1. ru. 55. vide bene Bal. in l. binos C. de aduo. diuerſo. iudicio n. 5. vbi bona additio. Felin. qui exem plificat in c. cum olim de re iudicata. hinc infert Bald. per ſupradicta iura, & rationes in l. ſi ad ſcribatum C. de appell. quod gerens duplicem curam,
11. debet † habere duplicatum ſalarium, & quod Canonicus gerens duo offi cia meretur duas diſtributiones, idẽ in doctore vtriuſq. iuris dante vocem in vtroq. vt duo habeat ſalaria, nã alio quin vnum officium ſeu dignitas in aliud confunderetur, quod eſſet abſur dum ſecundum Bald. Put. qui ex hoc ad multa infert, vbi vide multos ca ſus ſimiles, ex varijs doctoribus col lectos, vbi duo debentur ſalaria, quo-
12. rũ ratio potiſsima † eſt, quia quando vltra adminiſtrationem, & onus pro prij officij, ſuperuenit aliud non co hęrens officio ſuo, debet habere a liud ſalariũ, veluti ſi officialis ſalaria tus mitatur in legationem, habebit etiã ſalarium pro legatione dictis iuri bus, neq; obſtat quod ſalariatus de pu blico nihil aliud debet habere præ ter ſuũ ſalariũ, licet acreſcat ſibi labor & onus, vt in auth. vt nulli iudi. §. nul li cum ſimilibus, quia illud procedit ratione exercicij, ſeu adminiſtrationis officij ſui, ſecus autem eſt pro nego cijs extraneis ab officio ſuo, veluti ſi nouum oficiũ ſuper veniat, ſic Put. vbi ſup. ſed ſic eſt, quod officium Lo-
13. cumte. eſt diſtinctũ & ſeparatum † ab officio Iuſtitię Aragonũ, ſaltim ab an no 1528. quod Locũtenens, cui ſuperue nit adminiſtratio dicti officij, perci piet eius ſalariũ, & fori qui dicũt quod Locumte. non recipiat directè, vel in directè aliquid vltra ſalariũ, ſunt intel ligendi propter adminiſtrationẽ offi cij Locumte. Secus etiam ratione al terius officij vt ſupra dixi.

Secũdo, & fortius facit pro hac opi nione, quod tradit Auendaño de exe quen. mand. lib. 1. cap. 4. n. 37. nam in Regno Caſtellæ aduenlente corrector tore ad prouinciã ſibi cõmiſſam ceſ ſat officiũ iudicis ordinarij, & totum exercet corrector, & dicit Auendaño,
14 quod † ſalariũ iudicis ordinarij, quod habet pro viſitandis terminis ciuita tũ, minime percipiet corrector, licet viſitet terminos, ex eo quia non exer cet illud corrector tanquã ſubroga tus, & ſubſtitutus in locum iudicis or dinarij, cuius officiũ per pręſentiam correctoris eſt ſuſpenſũ, ſed immo il lud exercet, & ingreditur tanquam maior iudex, & ſic tãquam corrector, in quo illa officia vnum ſunt ex natu ra correctoriæ, nõ aliàs aliud eſſet per §. illud ſecundũ Iaſ. in l. quo minus n. 20. ff. de fluminibus, vnde cũ pro of ficio correctorię ſit iã ſalariũ, nihil a liud debet percipere, vt ſupra dixi, &
15. ex hoc † oritur, quod Regens cãcella riã, quando exercet officiũ aſſeſoris Zalmetinę, dũ eius priuilegiũ expecta tur, nõ percipit eius ſalariũ (licet per cipiat iura ſentẽtiarũ) quia illud nõ fa cit tamquã ſubrogatus in locũ aſſeſo ris, ſed potius ex obligatione ſui offi cij, & tãquã maior iudex iuriſdictio nẽ exercẽs, quia officiũ aſſeſoris eſt in ſuſpenſo, & idẽ dicemus de Regente
16 † officiũ gubernationis, qui etiã quãdo per Regnũ euocat cauſas iudicũ ordi nariorũ, nõ leuat ſalaria, quia intrat vt iudex maior obligatione oficij ſui, pro quo eſt ſalariatus, & idem eſt quando abſente locumtenente generali exer cet vniuerſalem Regni iuriſdictionẽ,

nam tunc non ſubrogatur in locum illius, ſed tanquam Regens oficium gubernationis exercet iuriſdictionẽ, & ſic non percipiunt aliorum ſalaria,
17 ſecus autem dicit Auendan. † quando corrector vel alius oficialis ſubrogatur in locum alterius, nam tunc perciperet illius ſalarium, & preſertim ſi ſubrogaretur ad onus & pondus oficij, vt colligitur ex Bart. in l. pater filiũ num. 19. ff. de inofi. teſtamen. neq. hoc mirum, cum explorati iuris ſit. ſubrogatum in locum alterius, cum eodem onere qualitatibus priuilegijs iutrare l. decernimus vbi Bart. de aquę ductu lib. 11. C. Gomez in §. fuerat dę actio. inſtititu. Siluan. conſ. 18. Alex. 193. in 2. Tiraq. de primog. q. 40 num. 44. cum ſequentibus.

Facit etiam quia quãdo iura duorũ
18 † concurrant in perſona vnius, tali caſu tantum debet vnus habere, quantum illi duo, l. ſi mihi, & tibi in prin. de leg. 1. Io. de Platea in l. mayor de dignitatibus lib. 12. (Sed in Regno mortuo iuſtitia, ſeu alias deficiente non ſuſpenditur eius magiſtratus, iuriſdictio, nec voluerunt fori vno ſolo momento vacare, ſed ſtatim eius lo-
19 cumtenentes per viam † ſubrrogationis exercent illius officium, non tanquam mayores iudices, & ex munere ſuorum officiorum, ſed ſubtrogati, quod inde manifeſtum eſt quia illico ſe nominant Regentes officium Iuſtitię Aragonum, & non locumtenentes, licet retineant propia oficia diſtincta, & ſeparata ab illo, cum addiuerſa tendant per Iaſ. vbi ſup. & DD ibi, quod probatur per forũ cæterũ ſi contingat conditũ anno 1390. forũ los lugartinientes del Iuſtitia de Aragon. anni 1436. ſub titulo de ofi. Iuſt. Ara. quod ibi pulcarè declarat Bardaxi, ergo cũ iuſtitię oficiũ exerceãt ſubrrogati, eo nõ vacante, nec ſuſpenſo, iure optimo debẽt illius ſalatiũ percipere.

Tertio facit pro hoc (quod in contratriũ adduci ſolet) quod DD. tradũt in c. quia ſępe de electione in 6. & in clem. ſtatutũ eo. vbi diſponunt illa iu-
20 ra quod fructus emolumenta † remanentia poſt mortem pręlati, vel obeuenientia tẽpore eccleſię vacantis, debẽt reſeruari futuro ſucceſſori, & nõ remanenere pœnes capitulũ, & Canonicos, licet ſuccedant in iuriſdictione c. 1. de maioritate, & obediẽtia, vel in eccleſię vtilitatẽ cõuerti, DD. ibi quęrunt de ratione huius dicti, & aliquibus traditis per Card. in d. clem. n. 15. Anchar. n. 5. in molã & alios illa pręcipua reputatur, quã tradit ibi glo. declaramus in fine, ſcilicet quia ſi penes capitulũ, & Canonicos remanerent emolumẽta, nõ curarent ſolicite, vt tenentur, prouidere de ſucceſſore, & procurarent eã retardare, & ſic ſtatuitur quod emolumenti aliquid in vacantia non capiant, argumẽto tex. in ſimili materia electionis Papę in c. vbi periculũ §. prouiſionis de electione in 6. Anchar. vbi ſup. n. 5. ex qui-
21. bus videtur quod ceſſante hac † cauſa, ceſſare videtur, & diſpoſitio argumento tex. in c. cũ ceſſante cũ ſimilibus, facit quia tex ibi hoc limitat quãdo iuriſdictio Epiſcopi Sede vacante cũ emolumento iuriſdictionis, & ſigilli deuolueretur in aliquẽ ratione dignitatis, nõ tanquã Canonicũ, quia ſecundũ Anchar. in eo ceſſat dicta ratio, quia nõ poſſet iſte talis electionẽ impedire cõtravolũtatẽ maioris partis capituli & ceſſat inter hũc, & pręlatũ illa cõiunctio, quę datur inter eũ, & capitulũ quia capitulũ dicitur vicarius
22. † Epiſcopi Sede vacante c. eam te, vbi Innocen. de reſcriptis Zabarella in fine vbi ſupra, & alij, propter quã coniunctionem non poſſunt habere bonã fidem ad percipienda emolumenta, etiã pretextu conſuetudinis preſcriptę, vt prohibent illa iura in eo vero

ad

ad quem rationem dignitatis deuoluitur iuriſdictio & emolumentū hoc tollerabitur, & valet hęc præſcriptio: in ſimili dicamus quod cum in locumtenentibus eſſent illæ rationes, quia cū ipſi de foro non eligant iuſtitiam, nō poſſunt retardare electionem illius, & in eos deuoluitur iuriſdictio ratione dignitatum, quas habent, merito debent ſalarium hoc percipere ex conſuetudine & præſcriptione, de qua infra & vltra quod ratio illorum iurium facit pro hac parte, illa iura ſolum procedunt in eccleſijs de quibus loquuntur ſecus in alijs per c. præſenti & ibi Franc. de officio ord. in 6.

Ex ſuperioribus patet quod licet

23. nulla præſcriptione & † conſuetudine percipiendi hęc ſalaria tuearentur locumtenentes, nec ſalarium eſſet ſubrogatū in locum publicatarum, poſtquam illæ ſunt ſublatæ Locūtenentibus nihilominus de optimo iure deberit vltra publicatas ſalarium iuſte exigere & æquitate iuris percipere: ſed accedente conſuetudine, in qua exiſtunt minus dubij res hæc poſſidet vt ſequitur in ratione ſequenti.

Quarto illud abſque dubio certum eſt & nullus hoc inficiabitur, quod

24 emolumenta & fructus † publicatarum & ſigilli per tempus 40. annorū & pęr immemoriale ſemper Regentes officium Iuſtitiæ Arago. perceperunt, vt de ſigillo tradit Bardaxi vbi ſuprà iii eſt credendum aſſerenti in ſua fortaleſſe cōſuetudinem Menoch. caſu 360. num. 94. Aymon conſ. 166. nu. 9. & quod iura ſigilli & publicatarū percipere poſſit, quādo de ſalario dubitatio ſit, videtur ex eo quod Regens Cancellariam, iura ſententiæ in cauſis in quibus percipit, licet ſalarium non, & etiam Aſſeſor Regentis officium, quādo accedit ad loca ordinariorū percipit iura, ſi quę ſunt ſententia-

rū, & alia, licet nō ſalariū, ſed huiuſmo-

25. di ſalaria † & etiā iuriſdictiones præſcribi poſſunt, ſicut acquiri lege vel ſtatuto in propijs terminis Zabarel. Anchar. & alij in d. clem. ſtatutum & d. c. quia ſępe & contra eccleſiam per tempus 40. annorum glo. legitime & ibi. DD. in d. c. quia ſæpe & licet contra princ. pē requireretur tēpus immemoriale obſtante iuris præſumptione ſecundum c. cum perſonæ de priuile. in 6. tamen contra alium minus tempus ſufficeret & ad maius 40. anno. ſufficeret, quo tempore omne ius & actio finitur. l. omnes, C. de præſ. 30. vel 40. ann. vt in ſimili de tributis vt contra Regem immemoriali, contra inferiorem 40. annis præſcribantur, tradit latè Otalora de nobilitate 3. par. cap. 7. an. 9. cum ſequentibus & in Regno minus tempus ſufficeret, vt eſt manifeſte notum, ergo iura publicatarum & ſigilli abſque dubio ſunt præſcripta, & hoc ſuppoſito, de quo cōtrouerſia nobis mota nunquam fuit, & quod ante ann. 93. omne Iuſtitię ſalarium conſiſtebat in publicatis & ſigillo, ſequitur vt † non minus ſalariū

26. debeatur quam ipſe publicatę, ratio eſt quia in curijs vltimo celebratis hoc ſalarium per viam augmenti fuit ſuper additum ſalario Iuſtitię Aragonum vt in foro del augmento de ſalario &c. Sed ſic eſt quod augmentum

27. † eſt eiuſdem naturæ cum re augmentata, vt de augmento dotis, quod gaudeat eiſdē priuilegijs, quibus ipſamet dos probatur in l. etiā vero additamenti gracia C. de iure dotiū Aret. Alex. Iaſ. in l. quicquid ad ſtringēde de verbor. oblig. Afflict. deciſ. 154. & 291. & 333. & in ſimili tradit Angel. in §. illud quoq. in auth. de equalit. dot. col. 8. quod ſi princeps concedit mihi Caſtrum cum territorio, & concedit mihi merum & mixtum imperium,

 ſi po-

30. Modo circa materiam † huius priuilegij & Regiæ declarationis non eſt neceſſe diſputare, an dominus Rex qui cum curia fert leges & condit foros in Regno, poſsit ſolus illas interpretari iuxta l. fin. C. de legibus, & maxime quando non agitur de declaratione alicuius verbi ambigui, & obſcuri, ſed de interpretatione actus, an illud poſsit facere parte non citata, de cuius præiudicio agitur, ſecundum Alex. conſ. 11. verſ. tertio reſpondeo in 7: & minus licet ageretur de declaratione verbi ambigui, quãdo ex tali declaratione inducitur noua diſpoſitio Paul. Caſtren. in l. heredes Palam. §. ſi quid poſt de teſtam. late de his Cra ueta de antiq. 1. pa. verbo non omito,

31. quia cum partes † omnes, quæ dedi poſſent ex hoc priuilegio ſcilicet Dipputati, Iuſtitia Aragonum, Locumtenentes aprobauerint illud tacite, & expreſſe, vt ex mille actibus deprehendi poteſt, iam non eſt dubitandum de illius valore, cùm & aprobatum, reualidatum ſit per conſenſum illorum, de quorum præiudicio agitur, & a principio non fuerit nullum (dato quod eſſet in validum, & non foret ſtandũ tali declarationi principis vulgatis iuribus) quia ſi ex defectu Iuſtitiæ, Diputatorum, Locumtenentium, de quorũ præiudicio poterat ſolũ agi, erat in vtile huiuſmodi priuilegium & declaratio & ceſſauerit hęc cauſa impediens & ſuperuenerit confirmans ſcilicet conſenſus, iam ſequitur quod confirmatum ſuit hoc priuilegium & conceſsio, argumento. l. per fundum ff. de ſeruitu. ruſtic. pred. & l. receptum Communia prediorum, late Dinus in regula non firmatur tractatu temporis &c.

32. Et obſeruantia † ſubſequuta & *quæ viget, declarat talem fuiſſe curiæ generalis intentionem* ſecundum Bald. in c. primo quid iuris ſi poſt alienat. in vſibus feud. Grego. Lopez in l. tertia titu. 25. verbo algunas paſturas parti. 4. Caſtro de lege pen. lib. primo capit. primo, Ioſeph Ludo ui concluſi one 38. minusq; diſputandum eſt, an illud præſupoſitum quòd priuilegium facit per illa verba quod Locumtenẽtes *non petant publicatas*, ex quo videtur prẽſuponi quod antea percipiebant illa iura, ſit ex hoc ſolo probatum, cum non videatur per Regulã glo. aduocandum in l. ſi mãcipia. C. de ſeruis fugiti. quę eſt communis Rom. ſing. 489. Felin. in cap. nonnulli num. 34. verbo amplia ista ibi de qua gloſa. &c. Decius conſ. 251. num. 6. Maſcar. cõclu. 1211. nu. 5. alias exorditur expreſſa &c. Nam vt in ſuperioribus vidimus de hoc vllo vnquam tempore fuit dubitatio, nec mota lis, ſed ſemper Locumtenen. per

33. ceperunt † vſq; ad tempus priuilegij publicatas, & ex tunc eas amiſerũt, & loco illarum ſalarium duo mille librarum ſoliti ſunt percipere: itaq; cũ hoc præſupoſito quod ſcilicet hoc priuilegium continet validitatem, cũ ſit receptum ab omnibus, procedendum eſt, hoc premiſſo dicit priuilegiũ, quod in reconpenſam publicatarũ, quę percipiebant Iuſtitia & locũte nẽtes, ſunt date eis pro ſalario duo mil le libre, non ſine magna ratione dicit in recõpẽſã, quia licet ita ſit quod

34. princeps † ex cauſa poſsit auferre ab aliquo rẽ propriã Aymon de Antiq. 1. par. verbo circa primam partem idẽ conſ. 135. Per totum, Felin. late in c. quę in eccleſiarum de conſtitu. illud tamen eſt verum, dum modò ſoluat prætium rei, vel det emendam illi, cui eam aufert, Arch. in capit. per principalem 9. q. 3. l. ſerui vbi bonus tex. & glo. ff. quibus ex cauſis

Digitized by Google

ſerui.liber.pro premio accipiant ibi
vt eorum domini precium a fiſcoper
cipiant,ita Felin.vbi ſup.num.28.bo-
na additio quę multos allegat addi-
num in Reg. ſine culpa, Abexea in c.
1.de conſtitu.num.123.& ſic cum do-
minus Rex ex conſenſu omnium pri-
uauerit Iuſtitiam & Locumtenent.
iuribus & emolumentis publicatarũ,
iuſtum fuit eis tantundem reficere,vt
ipſe iuſtiſsime fecit,nam aliàs veniret
contra leges Iuſtitię commutatiuę,
qui debet eſſe Cultrix illius ſecundũ
Theologos & Canoniſtas, & in tali
caſu præcium † ſeu res in emendam
35 data ſubrogatur in locum alterius, &
cenſetur eadem res cum prima, tex.
in l.ſi donate §.vltimo ff.de dona. in
ter vir.& vxor.vbi glo.quam ſingula
rem dicit Bal.in c. 1.§. conuenticulas
de pac.Iurat.fir.in vſib.feud.l.filię.§.
titia ff.de cond.& demonſt. & in pro
prijs terminis quãdo princeps aliquẽ
priuat dominio alicuius rei iam quę-
ſito,alio ęquiualenti dato,ſiue in ali-
qua re ſiue in precio, quod huiuſmo-
di res in recompenſam data,ſubroge-
tur loco primę, & ſit eadem cum pri-
ma,tradidit AymonCraue.conſ.264
num. 10. in fine ſed ſic eſt quod res
ſubrogata † in locum alterius ſæpit
36 naturam & qualitatem illius,in cuius
locum ſubrogatur,cum omnibus qua
litatibus.l.vnica.§.vt plenius. C. de
rei vxor. act. & præſertim quando
† is qui ſubrogationem facit, decla-
37 rat vt in caſu noſtro,quod hanc rem
ſubrogatam ponit in locum alterius,
quia huic declarationi eſtari debet,&
eſt in ſeruanda gloſa in l.ſed & ſi le-
ge.§.1.ff. de petit.hered.gloſa. & quę
ibi adducunt DD. in l. res que per
eum ff. de iure dotium Guillel. Be-
ned.in. c.Raynuntius verbo vxorem
nomen ad alaſiam num. 791. Caſan.

in titulo deſ. droits appartenaus a-
gens mariens .§. 2. in verſ. & aque-
ſtum,ergo non mirum ſi in caſu no-
ſtro hoc ſalarium ſubrrogatum in lo-
cum publicatarum debeat percepi per
locumtenentes vt in alia materia re-
ſoluit mierez q. 11. vbi late de primo
genijs & mayorat.

§. 9.

Abſoluentes cap.

iſtud,aliqua de ritibus Curiæ dicamus, et primo de repartitione ſcribaniarum.

1 *Scribaniarum prouiſio in proprietate expectat de foro ad Iuſtitiam Aragonum, num.1.*

2 *Circa hanc prouiſionem ſcribaniarum datur hodie Iuſticijs Aragonum priuata inſtructio, quam obſeruant.*

3 *Scribanias repartit Iuſtitia Aragonum inter Locumtenentes pro expeditione negociorum.*

4 *Scribaniarũ repartitio Iuſtitia Aragonum mortuo expectat ad Locumtenentes Regentes, qui obtant, & aſsignant cui volunt durante etiã ſuo beneplacito.*

5 *Exemplaria repartitionis ſcribaniarum.*

6 *Racio repartitionis ſcribaniarum traditur.*

7 *Scribania vacans comendatur per Iuſtitiam Aragonum & per Locumtenentes Regentes, quo vſque in propietate prouideatur.*

8 *Exemplaria huius encomendę traduntur.*

Scriba-

Digitized by Google

SCRIBANIA-
rum prouiſio in
† proprietate ſpe
ctatur ad Iuſti-
1. tiam Aragonum
de foro,licet iam
hodiernis tem po
ribus habeât a re
2. ge priuatam inſtructionem † in hor,
quam ſequuntur, imo ſcribaniarum
repartitio inter Locumtenentes ad
expedienda negocia pertinet ad Iuſ-
titiam Aragonum.& ſemper ipſe eas
ſolet repartire inter Locumtenentes
3. ad ſuum arbitrium,† &eo mortuo ad
Locumtenentes ſiue Regentes perti-
net hęc diſtributio literarum ſcriba-
niarum, nam ipſi deficiente aliquo
Locumtenẽte ſolent eius ſcribaniam
optare,& aſsignare † cui volunt du-
4. rante ſuo beneplacito,& hęc aſsigna-
tio fit a toto conſilio vel maiori par-
te,& ſub nomine conſilij vt fuit factũ
de quadam ſcribania † in menſe Apri
5. lis vel Madij anno 1598.vide in lib.ca
meræ conſilij huius anni:& vide in an
no 1592.vel 1593. ſtatim in principio
vbi videbis aliam ſcribaniam michi
aſsignatam:per iuſtitiam dico aſsig-
nari ſcribanias hoc eſt literas ſcriba-
nię,vt ſcilicet † qui vnam regit, regat
6. aliam,& hoc ex eo quia aliquę ſcri-
banię ſunt facilioris expeditionis, &
habent pauca negocia & iudices vo-
lentes quieſcere,ſolent illas accipere,
imo quando per mortem notarij vac
cat aliqua ſcribania ſolet Iuſtitia Ara
gonum,& Locumtenentes ſuo caſu
eam alicui notario commẽdare † quo
7. ad exercitium tantum durante corũ
mera & libera voluntate,vſq; quo in
proprietate fuerit prouiſa,vide in lib.
camerę conſilij anni 1594.die 27.Sep
tembris & die 5.Nouẽbris anni 1600.
vbi habes ſimiles † prouiſiones & vi-
8. de in lib.d camerę a die 10.Decemb.
1592.& a 7.Ianu.1593.& a 5. Ianuar.
1598.vbi ſimiles videre tibi licebit pro
uiſiones.

116 §. 10.

Pronuntiationes

quas facit Locumtenens abſq. cõ-
ſilio collegarum,vel cum eo;& in-
tra quod tempus debeat facere
relationem proceſſuum in camera
conſilij: & in quibus cauſis & pro-
ceſsibus debeat fieri relatio & de
temporibus ad pronunciandum.

VT finem his impo-
namus,breuiter vi-
deamus, quas ſen-
tentias proferre te-
neantur Locumte-
nẽtes cum conſilio
collegarum, vel ſi-
ne eo, aliqua etiam dicendo.

De temporibus ad pronuntiandũ,
iudicibus præfixis,ex quo lapſus ho-
rum temporum multum ſolet iudi-
ces cruciare & primo quilibet Lo-
cumtenens Iuſtitię Aragonum debet
pronuntiare ſine conſilio collegarum
aliorum,& intra tempus fori ſequen-
tes prouiſiones, vertentes in ſua ſcri-
bania.

Primo omnes primas prouiſiones.
Item in interlocutorias; intelligendo
de interlocutoria non præiudiciali,
117 nam præiudicialis eſt de conſilio
&c.

Item confirmationes, & reuoca-
tiones dictarum prouiſionum, & in-
terlocutoriarum.

Excipiuntur ab his ſequentes pro-
nuntiationes.

Primo receptio, vel repulſio pro-
poſitionis litis pendentię.

Digitized by Google

Item ſententia interlocutoria pręiudicialis vniuerſę cauſę.

Item confirmatio, vel reuocatio dictę receptionis & interlocutoria pręiudicialis toti cauſę & confirmatio & reuocatio illius,

Item ſentẽtia diffinitiua, vel habẽs vim diffinitiuę

Item firma priuilegiata, ſiue ſit cõtra iura regalia, ſiue contra perſonas, & iura alia, confirmatio, & reuocatio illius vt colligitur à foro 3. tit. del reparo ictio principio illius & verſ. y el dicho Lugartenientes ibi a Conſejo &c.

Quas prouiſiones non poterit Locumtenens facere, niſi cum conſilio aliorum Locumtenentium, vel maioris partis illorum: foro que los Lugartiniẽtes no puedan pronunciar f. 70. del reparo de la corte del Iuſtitia, for. Item por quanto la experiencia de apprehens. fol. 92.

Et ſi ſecus fuerit factum, ſententia erit ipſo foro nulla prętęr alias pęnas ibi poſitas: Et tenebitur Locumtenẽs iterum pronuntiare de conſilio aliorũ dicto for.

Sententia per quam pronuntiatur & tolluntur ſigna Regia eſt de conſilio, quamuis ſit iuxta conſenſum, vt in proceſſu Dominici Perez ſuper apprehenſione 24. Nouembris 1597. in Curia Iuſtitiæ Aragonum.

Sententia per quam perſona manifeſtata reſtituitur eſt de conſilio.

Niſi perſona manifeſtata renuntiaret manifeſtationi, nam tunc reſtituitur ad locũ, vbi fuit manifeſtata ſine conſilio vt ſupra.

Tempora ad referendum.

Debent Locumtenentes facere relationem in camera conſilij, poſtquã negociũ fuerit in deliberatione hoc modo.

Si cauſa pendeat ſuper confirmatione, vel reuocatione ſententię interlocutoriæ præiudicialis vniuerſæ cauſæ, vel ſuper confirmatione vel reuocatione receptionis, vel repulſionis propoſitionis litis pendentię intra tres dies debet fieri relatio de toto negotio foro de la forma de hazer relacion &c. fol. 700.

Super receptione autem vel repulſione propoſitionis litis pendentię, vel ſuper diffinitiua, vel habente vim diffinitiuę intra octo dies d. for. Sed poſtea tempus octo dierum fuit prorogatum ad quindecim dies for. item declarando fol. 71. Hodie autem iſtud tempus quindecim dierum eſt prorrogatum ad vnum menſem, intra quod tempus fiat relatio partibus præſentibus, ſi voluerint adeſſe for. del tiempo de la relacion fol. 208. anni 1564.

Facta relatione debet relator ponere dubia reſultantia ex cauſa, ipſeq; ſcribere in libro dubiorum, vt exinde poſsit illorum copia tradi Aduocatis partium, & deinde relator debet petere conſilium à ſuis collegis ſuper dictis dubijs. Et ante omnia ipſe ſuũ votum pręſtare, & dicere: Et poſtea collegæ tenentur votare intra tempus ad pronuntiandum ſtabilitum iu for. 2. titu. de la forma de hazer relacion. Tenetur etiam quilibit Locũtenens motiuare ſuum votum, fundãdo illud in iure & foro, dict. foro de la forma de hazer relacion &c. fol. 70. Contra faciens punitur pęnis contentis in d. foro. 2.

In proceſſu apprehenſionis pro prima vice, qua petitur reuocari, non aſsignatur ad audiendum aduocatos, ſecus quando iterũ petitur reuocari.

In

In interlocutorijs quę ſunt de conſilio, vt ſunt illæ quæ habent vim diffinitiuę, & in confirmatione, & reuocatione reſceptionis litis pendentiæ, facta relatione aſsignabitur ad audiẽdum aduocatos, & idem eſt in diffinitiuis.

In omnibus cauſis de propria relatione, ſi fuerint de conſilio, ponet locumtenens de manu propia dubia in libro dubiorum.

Tempora ad pronuntiandum.

Primo omnes primæ prouiſiones debent fieri intra tres dies numerandos à die quo fuit factum (cũ cõſtet,) & currunt de momento ad momentum ſor. de voluntate de officio Iuſt. Aragon. for. vnico del tiempo que los Lugartenientes anni. 1564.

Quantum ad confirmationem vero & reuocationem dictarum primarum prouiſionum, eſt notãdum, quod ſi prima prouiſio fiat de firma, dantur decem pro prima confirmatione ſeu reuocatione, & alia decem pro ſecũda, for. vnico titu. del tiempo que los Lugartinientes &c.

Ad confirmandas autem & reuocandas alias primas prouiſiones, præter ſupradictas, pro prima vice dantur triginta dies, veluti in apprehenſione, pro ſecunda vice decem dies.

Debet Locumtenens monere notarium, quando partes offerunt tales primas prouiſiones, ne fiat (el cum cõſtet) in ipſis, & debet eſſe cautus vt ſua ſentẽtia ſit incluſa intra tres dies a die facti (cum conſtet.)

Omnes interlocutoriæ pronuntiantur intra vnum menſem, for. 1. de lit. abre. anni 1381. fol. 47. & foro item amputando del tiempo dentro del qual fol. 72. anni 1528. & foro otro ſi fol. 210. anni 1564. titulo del tiempo que los Iuezes tienen &c. Et ad confirmandum vel reuocandũ ea, pro prima & ſecunda vices habent ſemper decem dies dict. foro otro ſi.

Ex hoc ſequitur quod cum ſententia ſuper lite pendente ſit interlocutoria in iuditio apprehenſionis ad iuditium proprietatis c. 1. de cauſa poſſeſſionis & proprietatis, ideo hęc ſententia intra menſem erat pronuntiãda, à die publicationis, for. quanto ibi. *Et de los ditos quarenta dias*, fol. 90. anni 1461. qui terminus ad interlocutorias iam erat de foro dicto for. 1. de litib. abreui. & hoc procedebat in omnibus iudicibus ſiue Regię Audientię, ſiue curię Iuſtitię Aragonum. di. for. circa medium ibi *de los ditos quarenta dias &c.*

Poſt ea vero iſte terminus triginta dierum fuit prorrogatus ad duos mẽſes à die quo negotium remanſit in deliberatione, & hoc quantum ad Locumtenentes tantum, for. vnic. titulo del tiempo dentro del qual los proceſſos &c. ſub reparo conſilij Iuſtitiæ Aragonum fol. 71. anni 1528.

Deinde iſte terminus duorum menſium ad pronuntiandum, in articulo litis pendentiæ, fuit prorrogatus quo ad omnes iudices vſq; ad tres mẽſes, for. ya ſia de apprehen. fol. 91. anni 1533. (vno caſu excepto de quo ibi) & iſte idem terminus trium menſium tempore huius fori erat etiam ſtatutus ad ſententias diffinitiuas, vel habẽtes vim diffinitiuæ, per dictum for. 1. de lit. abreui. d. for. vnic. del tiempo dentro del qual fol. 71.

Ex hoc reſultat quod ſententia ſuper lite pendente in iudicio apprehenſionis, (etiam ſi concedamus quod ſit interlocutoria) & ſententię diffinitiuę ſeu habentes vim diffinitiuę tempore

pore, & vſq. ad tempus huius fori ſub limitatione trũ. de qua infra equiparabatur quantũ ad tempus, ſcilicet triũ menſium, cæteris interlocutorijs in ſuo ſtatu permanentibus, & ſic tempore huius fori omnes ſententiæ diffinitiuæ, ſeu habentes vim diffinitiuę, & ſententia litis pendentię erant pronunciandę intra tres menſes dictis foris ſupra allegatis.

Sed ſuperiora ſunt intelligenda cum moderatione, & limitatione iſta, vt intelligantur in omnibus cauſis, preterquam in cauſis ſtatus, veluti comitatum vicecommitatum, &c. Et hoc patet per alios foros editos in eodem anno 1533. quo anno fuit editus forus, ya ſea de apprehenſion: in quibus foris generaliter ſtatuitur, vt in cauſis ſtatus, ſcilicet comitatuum vicecommitatuum Baronijs villis, & locis tam in articulo litis pendentiæ firmarum, quam proprietatis, teneantur iudices pronunciare diffinitiue in dictis articulis: isto modo, vt Locumtenens Iuſtitiæ Aragonum habeant quinq; menſes ad ſic pronuntiandum, computandos à die, qua negocium remanſit in deliberatione, *foro el Señor Rey, &c.* titulo de ſententia, & re iudicat. fol. 133. anni. 1533. vbi idem diſponitur in prelaturis, & commandis habentibus loca de domino temporali dict. for. in fine.

Conſiliarij vero Regiæ Audientiæ habent in dictis cauſis ſex menſes, & ſic vnum menſem pluſquam locumtenentes for. vnic. titul. de tempore iudicib. & conſiliarijs Regię Audientiæ conſtituto, ſub tenore Regię Audientię ad votandum &c. fol. 67. anni 1533 ad pronuntiandum in dictis articulis diffinitiuas, ſeu habentes vim diffinitiuæ, & interlocutorias pre-

iudiciales toti cauſe, & ſic hoc tempore dictorum ſororum anni 1533. Locumtenentes, & conſiliarij Regię Audientię in cauſis ſtatus habebant quinque, & ſex menſes reſpectiue ad pronuntiandum diffinitiuas, ſeu habentes vim diffinitiue, tam in articulo litis pendentię, quam firmarum, & proprietatis: in cauſis vero quę non erãt ſtatus habebant tres menſes ad pronuntiandum diffinitiue, tam in articulo litis pendentię, quam proprietatis, & ſic ad omnes diffinitiuas d. for. 1. de lit. abreui. foro vnico titulo del tiẽpo dentro del qual fol. 72. & for. ya ſea de apprehenſ. qui fori non remanebant correcti per alios. Scilicet for. fin. de re iudi. for. vnic. titulo de tempore iudicibus &c. fol. 67. Et cum iſti fori extenſiui ſolum loquantur in Locumtenentibus, & conſiliarijs Regiæ Audientię, cum extendãt in cauſis ſtatus, de quibus nõ cognoſcit Aſſeſor Zalmetinę, ipſi autem Locumtenentes, & conſiliarij ſic; dicendũ erit quod dictus Aſſeſſor çalmetinę remanebit in diſpoſitione dicti fori ya ſea de apprehen. & for. 1. de litib. abreui. Et quod ſic habebit tres menſes ad pronuntiandum diffinitiuas ſeu habentes vim diffinitiue, & ſententiam litis pendentię.

Deinde ſuperuenerunt fori anni 1564. qui dicta tempora in locumtenentibus & conſiliarijs Regię Audientię ſtatuta extenſerunt hoc modo.

Primo in Locumtenentibus ſic, vt in cauſis ſtatus in quibus antea habebant quinq; menſes, habeant modo octo ad pronuntiandum diffinitiue in omni articulo, in alijs vero cauſis, in quibus habebant tres menſes; veluti in cauſis, quę non ſunt ſtatus, habeant modo quinq; ad pronuntiandum diffinitiuè foro vnico titulo del tiem-

tiempo dentro del qual &c. fol. 208. anno 1564.

In conſiliarijs vero Regiæ Audientię fuerunt dati tres mẽſes, vltra quos habebant, & ſic in cauſis ſtatus, in quibus habebant ſex menſes ad pronunciandum diffinitiuè, in omni articulo, habebant hodie nouem menſes, in alijs vero cauſis quę non ſunt ſtatus, & in quibus habebant tres menſes habebant modo ſex menſes ad pronuntiandum diffinitiuè in omni articulo litis pendentię, firmarum, proprietat. for. vnico titulo que los Iuezes, &c fol. 205. anni. 1564. Et ſi intra hęc tempora non pronuntiauerint, incurrent pænas de quibus in dictis foris cauetur ad quos recurre.

Ad reuocandam autem vel confirmandam receptionem, vel repulſionem propoſitionis de lite pendente dantur decem dies for. vnico titulo del tiempo dentro del qual fol. 72. anni 1528. for. item por quanto la experientia de apprehenſio. fol. 92. quę ſemel confirmata amplius reuocari non poteſt d. foro item por quanto.

In cauſis criminalibus habent iudices ad pronunciãdum viginti dies, & debent Locumtenentes ſtatim aſſignare ad audiendam relationem, & deinde aduocatos, & dare dubia, & motiuare: ſed leges hæc cerimoniales pro maiori parte non attenduntur in regio conſilio & nõ ſine ratione, quia Locumtenentes totum tempus conterunt in computando hæc tempora.

In definitiuis habent Locumtenentes 18. dies ad allegationes partiũ, cuilibet parti 9. dies, & duodecim ad audiendãs ſecretas informationes, ſex cuilibet parti aſsignandas, cum hoc tamen quod allegaciones debent fieri, & accipi ante quam finiatur tempus datum ad pronunciandum per vnum menſem, informationes vero poſtea vide for. vnicum titulo, dentro de que tiempo, y en que lugar &c. fol. 192. anni 1553.

In interlocutorijs vero, & reuocationibus, & confirmationibus reſceptionis litis pendentię, & in ſententijs vię priuilegiatę, & in cauſis criminalibus, non poſſunt Locumtenentes accipere, & ocupare ad allegationes niſi decem dies, & idem in forideclinatorijs, & cauſis reſumptionum for. vnico, titulo del tiempo que los aduogados, &c. fol. 73. Verum eſt quod ex vſu non ſolent capi allegationes niſi in definitiuis: ſed quia deficit animus dũ harum cerimoniarum recordatur, amplius non dico.

SVMMA EORVM QVÆ in hoc. §. 1. continentur.

1. *Inſtrumenta de iure communi, quibuſdam exceptis, executionem paratam, ſiue promptam non habent. Et quare. infra. num. 11. cum ſequẽtibus:*
2. *Tex. in l. minor 25. an. cui fideicommiſſum ff. de minor. declaratur.*
3. *Agere verbum, vel petere, cauſam ordinarie tractandam demonſtrat.*
4. *Teſtamentum de per ſe ſolum non habet executionem paratam in fauorem legatarij.*
5. *Legatario duplex competit via, altera executiua altera ordinaria.*
6. *Tex. in l. 2. C. de executio. rei. iudi. declaratur.*
7. *Statuta diſponentia, quod inſtrumenta habeant executionem paratam, ſunt contra ius commune, indeq; extenſiuam interpretationem non recipiunt.*
8. *Manifeſtum dicitur, quod conſtat per publicum inſtrumentum.*

9. Litis

9. *Litis euentus incertus reputatur.*

10. *Conuentio extra iudicialis, etiã ſi redigatur in publicũ inſtrumẽtũ executionem non meretur.*

12. *Reum citandum eſſe, ac audiendum iure naturali docemur.*

13. *Ordo iudiciarius ſi omittatur, aut præpoſteretur, actus & proceſſus corruũt.*

14. *Actus certam ſolemnitatem requirentes conſenſu partium nequeunt renunciari. Quod declara, vt num. 15.*

16. *Iudex vbi pronunciat, vt iudex debet ſolemnia iudicij ſeruare, quamuis partes ſolemnitatibus renunciauerint.*

17. *Inſtrumẽtum in quo apponitur clauſula, quod quilibet iudex poſſit id executioni mandare, tanquam ſi eſſet ſententia tranſacta in rem iudicatam, num habeat executionem paratam, late diſcutitur.*

18. *Ab executione, ſeu præceptis, vel comminationibus regulariter incohandum non eſt.*

19. *Clauſula, & ſiquas cauſas apponi ſolita in iuris firma reſoluitur in citationem.*

20. *Heredi ſcripto in teſtamento ius executiuũ competit, per quod mittitur in poſſeſsionẽ bono. defuncti, ſi tamen teſtamentum non ſit cancellatum abolitum, vel in aliqua parte ſuſpectũ.*

21. *Quod intellige etiam contradicente aliquo, qui ſe fundet non in vicio viſibili ipſius teſtamenti ſed inuiſibili.*

22. *Deciſio curiæ iuſticiæ Arag. ad propoſitum traditur, & explicatur.*

23. *Teſtamentum vbi perfectum eſt, & non ſuſpectum ſi tamen prothocolum interlineatum, aut ſuſpectũ reperiatur, non habebit executionem paratam, ſed ordinarie cauſa tractanda erit vt num. 24. quod intellige ſtante contradictore, vt num. 25.*

26. *Inſtrumentum exemplatum, & prothocolum vnum, & idem ſunt.*

27. *Pactum de retro vendendo (ſiue carta de gratia) in continenti appoſitũ, in eſſe dicitur primæ obligationi, ac idem cum ea eſſe exiſtimatur.*

28. *Pactum in continenti appoſitum veterem actionem informat, & nouam producit.*

29. *Copia proceſſus, & memorialium per originale quotidie reparatur. Vbi vide bonã deciſsionem, curiæ Iuſt. Arag.*

30. *Legata quandoq; poſſunt via executiua conſequi, quod intellige præcedente monitione, vel præcepto facto hæredi de ſoluendo.*

31. *Hæres negligens per annum in ſoluendis legatis, ſine cauſa legitima, priuatur ipſo iure hæreditate, vbi infertur ad praxim huius Regni num. 32.*

33. *Æquitas nõ ſcripta in Regno nõ eſt alicuius conſiderationis.*

34. *Litteræ ſuperſedimenti dari ſolent hæredi monito rationes offerenti.*

35. *Inſtrumenta Guarentigiæ habent executionem paratam.*

36. *Inſtrumenti Guarentigiæ vera diffinitio traditur.*

37. *Inſtrumentum Guarentigiæ, & confeſsionatum idem ſunt.*

38. *Guarentigia verbum, vnde deriuetur accurate diſcutitur.*

SECVNDVM CAP. IN QVO

TRACTANDVM SE OFERT AN INSTRVMENTA, IN quibus debitum continetur, habeant aliquam de iure, & foro executionem, ſiue paratam, & promptã, ſiue priuilegiatam (vt terminis foralibus vtar:) Et an aliqua exceptione talia inſtrumenta ſic priuilegiata retardentur, ſiue illorum executio impediatur, & vnde iuris firmarum origo deducatur. Et quid ſit iuris firma.

§. 1.

1. ILLVD ante omnia non minus certiſsimum, quam vulgare eſt ſ inſtrumenta quæcunq; (ex quibuſdam exceptis de quibus inferius aliquid dicam) eorundemque actiones, obligationeſq. de iure communi nullam habere executionem promptam, ſiue paratam, ſed debere in iudicium deduci, expediriq. ordine iudiciario ſeruato, parte citata, ac lite iuridice per libellu conteſtata: inter alia iura ſecundum Angel. ibi eſt tex. melior de iure in l. ſi cum dotem §. eo autem tempore ff. ſolut. matr. quẽ reffert ibidem Alexan. num. 6. vbi actio de dote ex inſtrumento dotali naſcens requirit littis cõteſtationem, & ſic eſt cauſa ordinaria non executiua, ſeu parata, nam habere executionẽ paratam eſt dicere, quod neque requiratur libellus, neq. litis conteſtatio ſecundum Bar. in l. intra ff. de re iudicata Alex. vbi ſup. num. 5. Verum nõ minus probatur hęc ſententia in l. mi-

2. nor. 25. annis cui fideicomiſſum † ff. de minoribus ſecundum Bar. Bal. & DD. ibi, vbi actio iudicati quæ implorato officio iudicis habere poterat paratam executionem iuxta doctrinam Bart. in d. l. intra, ſi fuerit per ſtipulationem nouata, non habebebit: ſimiliter ſtipulatio, nec inſtrumentum de ea confectum ſimilem executionem habet, ſed ordinario iudicio ſubiacebit, & ſic dicit tex. (quia paratam ex iudicati cauſa perſecutionem nouo contractu ad initium alterius petitionis redegit) ver-

3. bum enim petere, † agere, denotant, quod ordinarie agatur Bart. vbi ſupra in d. l. intra, allegatur etiam tex. in l. ait pretor §. 1. ff. de re iudic. quẽ etiam notabilem dicit Xuarez in declaratione l. poſt rem iudicatam nu. ſexto in prin. ff. de re iudic, Et Angel. in §. illud in authentico de hæred. & Falcid. Et in d §. primo, vbi

4. teſtamentum de per ſe † non habet executionem paratam in fauorem legatarij, ſeu fideicommiſſarij, quia ibi probatur, quod eſt neceſſe ferri ſententiam, ad hoc, vt executio fieri poſsit, prout idem not. Alexand. in d. l. ait pretor §. primo numer. tertio, & ponderat Angel. illum tex. quod expreſſe loquatur in inſtrumento teſtamenti in ſcriptis, ibi, quod habet ex teſtamento, vel Codicillis iuncto fine ibi, ſed etſi fideicommiſſum ſine ſcriptura pronunciatum eſt idem erit probandum:

ex quibus verbis manifeſtè apparet
agi in prin. tex. de teſtamento in ſcri
ptis. Nec obſt. tex. in .§. illud iuncta
gloſa decreto in authentico de hęred.
& falcid. vbi ſecundū Angel. quan
do petitur legatum, vel fideicommi
ſſum vigore teſtamenti contra hære-
dem, non eſt neceſſe petere hęredem
condemnari per ſententiam diffiniti-
uam, ſed ſolum quod fiat ſibi pręcep-
tum de ſoluendo, inter loquendo iux-
ta d. gloſam decreto; Et ſic habet le-
gatum executionem paratam, nam
vt latius infra dicemus, ſecundum
Alex. in d. §. 1. & Benedict. vbi ſu-
5 pra duplex competit † via legatario
vna executiua, de qua loquitur .§.
illud, alia ordinaria de qua loquitur
l. ait prætor §. 1. ff. de re iudic. Et ne
in re certa, & expedita immoremur
probando hanc comunem, & recep-
tam ſententiam concludamus cum l.
2. C. de execution. rei iudic. quę iu
dicio meo notabilis eſt, & magiſtra,
ideo verba illius hic annectere libuit,
ſi cauſam iudicati, (inquit tex.) non
nouaſti, rem iudicatam preſes prouin
cię etiam pignoribus captis ad æmo-
lumentum perduci iubebit, quod ſi
noüata cauſa eſt, ex ſtipulatu tibi
actio competit, & iudice accepto ſe-
cundum iuris formam experire: hęc
ille tex. qui luce clarius probat, † quod
6 ſi aliquis habens pro ſe ſententiā, ſiue
iudicatam cauſam, quę parata eſt, illam
per alium contractum nouauit, per
det ius executiuum ſibi ex ſententia
competens: & debet agere via ordi-
naria coram iudice, quia ille nouuſ
contractus non habet ius executiuum,
& ita ſummant l. iſtam Bart. Salicet.
& Paulus de Caſtr. ſequuti Accurſ.
ibi in verbo experire, vbi pro concor
danti allegat l. minor 25. annis cui fi-
dei comiſſum ff. de minoribus, & licet
alijs poſſet comprobari hęc concluſio
quo ad propoſitum tamē attinet, ſuf-
ficiunt quę dicta ſunt, & qui extende
re velit, reccurrat ad tradita per Di-
dac. à Segurá in l. ſi ex legati cauſa
numer. 59. ff. de verborum oblig. Bo
er. in aurea deciſ. 295. num. 5. cum
ſequent. vbi idem tenet, quod inſtru-
menta de iure quantumcunque authē
tica paratam non habent executio-
nem, & alios Doctores allegat Bene-
dict. in capit. Raynuntius verſic. ſi
abſque liberis 2. numer. 192. cum ſe
quent. de teſtam. Roderic. Suar. in
declar. l. poſt rem iudicatam num. 6.
fol. mihi 271. ff. de re iudic. Decius
in conſ. 312. vbi ad propoſitum non
nulla adducit, & communiter Docto-
res in locis ſupra citatis, quos de mo-
re recenſere omitto, ne per plexa Do
ctorum ſerie membranas occupare
velle arguar, ex his inferunt Do-
ctores in locis ſupra dictis ſignanter
Angel. in l. ait prætor §. ſi iudex, &
in d. l. ſi cum dotem .§. eo autem
tempore Alex. vtrobique, quod ſtatu
7. ta † diſponentia, quod inſtrmena ha
beant executionem paratam, ſunt cō
tra ius comune, & id eo non recipiunt
interpretationem extenſiuam l. quod
vero l. ius ſingulare ff. de legibus idē
Alex. in d. §. eo autem tempore nu.
6. Boer. vbi ſupra numer. 6. Rebuf.
de liter. obligatione in pręf. numer.
19. vbi late, & ſi hęc procedunt in in-
ſtrumento, quantumcumque authen
tico, quod aliàs dicitur in iure proba
ta probatio, Bald. in l. intereſt C. de
ſolution. & in l. quoties in fin C. de
8. iudic, & manifeſtè † dicitur conſtare
illud, de quo eſt publicum inſtrumen
tum Bar. in l. 1. in princ. ff. de oper.
nou. nuntiation. Et euidens dicitur
probatio facta per inſtrumentum no
tat Abb. per illum tex. in cap. cum
dilecti de donationibus in princ. &
patens, & notorium dicitur illud,
de

Digitized by Google

de quo conſtat per inſtrumentum Abbas in cap. cum olim de cenſib. à fortiori idem dicemus in alijs probationibus, quod ſcilicet nullũ genus probationis habeat executionem paratam, ſicut, nec inſtrumenta, quia licet ſit probatum, quodcumq; debitũ, adhuc ſub iudice lis eſt, † & euentus incertus de iure dicitur l. quod debetur de peculio, & reperio de hoc textum à nemine, quod viderim, ponderatum ad caſum, de quo agimus in dict. l. ait prætor. §. ſi iudex in fin. ff. de re iudic. vbi, vt dixi ſupra, dicit tex. ſecundum Angel. quod inſtrumentum teſtamenti de per ſe in fauorem legatarij non habet executionum paratam, & in fine ſubdit idem ius eſſe, ſi fideicommiſſum ſine ſcriptura relictum ſit, & eſt certũ, quod ſupponit tex. legatũ aliquo modo extra inſtrumentum probari, aliàs ineptè tex. apponeret verba illa finalia, vt ſic habeamus deciſsionem in terminis, quod nullum genus probationis habet executionem paratam, licet extra inſtrumentum probatio ſit, & hoc illud eſt de quo exclamat Angel. in l. tale pactum. §. qui prouocauit in princ. ff. de pact. vbi dicit, quod omnia iura mundi fatentur, quod nulla † conuentio extra iudicialis meretur executionẽ, licet redigatur in publica documenta, etiam ſi in pactũ deducatur, quod erat deciſum in ſententia, d. l. ſi minor. &c. l. 4 §. ſi ex conuentione ff. de re iudic. Sed quæ ſit ratio huius communis, & receptę ſententię, quod inſtrumenta quæcumque de per ſe nullam habeant executionem paratam, ſicut ſententia, non ineleganter, nec ſuperuacaneè † quæri poteſt, quare notandum eſt, quod ſicut omnia diuina, & humana miſteria miro reguntur ordine, iuxta illud Apoſtoli ad Corinth. primo capit. 14. vbi inquit omnia honeſtè, & ſecundum ordinem fiant vobis, vt inde mali nihil emergat, vbi ordo deficeret, nõ ſecus, & iudicium ipſum humanum, quod lapis quidem eſt angularis totius legalis doctrinę, ſummo præ ceteris humanis actibus ordine regi opportet, ad cuius ordinem componendum iura, & diuina, & humana, legiſlatoreſque omnes non parum attendentes conſiderantesq; omnem iuris, & ęquitatis rationem ad inducendum ius executiuum, & rem iudicatam, tamquam vltimum iudicij finem, excogitarunt illum tramitem telamq; iudiciariam quam inſtanciã appellamus, eo ſcilicet ordine, vt iure naturali attento reus † citetur, clem. paſtoralis de re iudic. eiq. ſuo tempore libellus offeratur, in ſua deffenſione audiatur, & ſic lis conteſtetur, probationes admittantur, & tandem his omnibus publicatis, ſententia diffinitiua ſolemniter feratur, vt dimiſsis vulgatis iuribus, quę hac in re allegari poſſent, apparet ex diuerſitate titulorum, eorundemq; ordine, ſituatorum in lib. ſecundo decretal. Vbi primum in titulo de iudic. & foro competen. tractatur, vbi rei conueniendi ſint, poſt agitur de libelli oblatione, de conteſtatione, de ordine cognitionum, de probationibus, teſtibus, alijſq. probationum generibus, & tandem de ſententia & re iudicata, & idem in lib. ſecundo, ſexti lib. decretal. licet videre eodem ordine diſpoſitum, & ſimilimodo à lib. ſecundo. ff. veteris cum ſequentibus ad oculum patet cuilibet intuenti, hunc ergo ordinem adeo ſeruandũ leges ſtatuũt tãquam ſubſtantialem iudicij, & rationi conſonũ, vt ſi peruertatur, aut prę-

9.
10.
11.
12.

13 poſteretur,† actus corruat, & proceſ-
ſus per eaſdem legges, Bart. in l. pro
latam C. de ſent. Bald. in l. ambi-
guitatas. C. de teſtamen. Sicuti in
alijs multis caſibus ordinem ſeruan-
dum ſub pœna nullitatis tradit Ma-
ranta alios allegans in prohem. de or
di. iudic. quod adeo verum eſt, vt his
ſubſtantialibus iudicij, qualia ſunt li-
belli oblacio, litis conteſtatio, ſenten
tiç prolatio in ſcriptis, partes renun
tiare non poſsint, notatur in c. primo
de lib. oblation. gloſa in cap. de cau-
ſis de officio. deleg. iſtæ enim ſolemni-
tates non ſolum exiguntur ad vtilita-
tem partium, ſed etiam ad vtilitatem
iudicis, vt ſciat ſuper quo debeat fer-
re ſententiam, ideo non poſſunt re-
nunciari per partes, facit cap. ad apo
ſtolicam de regul. & tranſeun. cap.
diligenti de foro comp. late de hoc
Alex. in l. ſi conuenerit ff. de iuriſdic.
omn. Iudic. Dec. in cap. de cauſis de
14 offi. deleg. maxime quia ea, † quç in-
ducunt certam ſolemnitatem in acti-
bus hominum, non poſſunt conſen-
ſu partium tolli, vt in l. nemo poteſt,
vbi Bar. & Paulus de Caſtren. de leg.
1. l. ius publicum ff. de pact. quod
tamen ſic intelligendum eſt, quod
partes bene poſſunt ex toto remitte-
re ordinem iudiciorum, ita quod nec
locus ſit libello, nec prolationis ſen-
tentiç, ſed quod de plano veritas in-
quiratur, & quod iudex mandata ſua
det, vel aliter, vt ſibi viſum fuerit, ordi
net, argumento tex. in l. nec quicquã
§. de plano ff. de offi. pro conſ. l. fin.
C. de temp. appel. Sed quod iudican-
15 do, † & pronunciando omitatur per
iudicem ſcriptura, vel aliud ſubſtan-
tiale, hoc fieri non poterit, ita reffert
glo. magiſtra. in verbo illuſtrium in c.
fin. de re iudic. in 6. allegans Hoſ-
tien. vult in effectu dicere gloſa iſta,
quod partes bene poſſunt conuenire,
quod iudex procedat, ſine omni ordi-
ne iudiciario, ſed hoc dictum ſuum
non habebit vim ſententiæ, ſed cu-
iuſdam pacti argumen. gloſç fin. in l.
2. C. com. vtriuſq. iud. nam ſicut ex
poſt facto poſſunt partes approbare
ſententiam nullam, & habebit vim
pacti, vt legitur. & notatur in d. l. 2. &
in c. ſignificaſti de foro comp. ita à
principio poſſunt conuenire, vt iudex
procedat ſine ordine iudiciario, ſed ſi
velint partes, vt dictum talis iudicis
habeat vim ſententiç, tunc nõ poſſunt
remittere ordinẽ ſubſtantialẽ à iure
inductum, vt in c. vnico de lit. con-
teſt. & in l. properandum C. de iu-
dic. & in Clem. ſepe, & quod ibi
notatur in fine de verb. ſignificatione,
ſic videmus quotidie vbique gentium
practicari, cum fiant compromiſſa in
arbitros, quod poſsint cognoſcere ſi-
ne libello, ſine litis conteſtatione, &
pronunciare in ſcriptis, & ſine ſcriptu
ra, & ſic renunciant iſtis omnibus ſo-
lemnitatibus iuris, ſimili modo quo
Papa, vel Imperator, quando dant iu-
dicem, poſſunt remouere iſtas ſolem-
nitates, vt in c. paſtoralis c. ſecundo
requiris de apel. l. 1. ff. qui, & a quibus
ita arbiter, quia ad illam notionem,
quam habet a partibus tãtum, poteſt
aſſumi cum remotione iſtarum ſolem
nitatum l. diem proferre §. ſi quis lit
tigatorũ ff. de arbitr. quod ſecus in iu
dice, qui iuriſdictionem habet à ſe ip
ſo, non a partibus, vt ſcilicet tamquã
iudex, & publica perſona ſententiam
nõ ferat ſine his ſolemnitatibus, nam
non valebit ſententia in vim ſen-
16 tentiç, quia eo ipſo quo iudex. † vt
iudex pronunciat, debet ſolemnia
iudicij ſeruare, licet partes remit-
tant dict. gloſa illuſtrium, ne ſenten-
tia pro parte ſapiat iudicium, pro
parte arbitrium, hoc eſt, quod Felin.
dicit in d. c. de cauſis num. ſexto, &
ibi

ibi Abb. num. octauo, Idem Abb.
in cap. 1. num. 11. de libel. oblatione,
quod ſcilicet ſolemnitatibus iudicio-
rum renuntiari poteſt in totum, et
tunc iudex eſt quaſi arbitrator, ſecus
ſi in parte, & hoc modo manent con-
ſiliatæ illæ duæ gloſſæ in d. c. de cauſis,
de offic. deleg. & in c. fin. de re iudi. in
6. Et ex hac reſolutione poſſet ſuſti-
neri non ſine dubio illud, quod non
ſine labore diſcutit Suarez in declar.
l. poſt rem iudicatam num. 8. cum
ſequentibus: an inſtrumentum, in quo
apponi ſolet † clauſula, quia partes
17 conueniunt inter ſe, & concedunt om-
nibus iudicibus coram quibus dictũ
inſtrumentum fuerit oſtenſum, vt eũ
executioni tradant, tanquam ſi eſſet
lata ſententia tranſacta in rem iudica-
tam, ſi tale inſtrumentum ratione di-
ctæ clauſulę habeat executionem pa-
ratam, nam videtur, quod ſic propter
conuentionem partium, ſicut ipſe Sua-
rez teſtatur obſeruari communiter in
Regno Caſtellæ, de hoc tamen ſuo lo-
co agemus: verum ad propoſitum re-
deundo hæc proxima procedunt quã-
do partes renuntiant in totum ſolem-
nitatibus, ſed quando vel in parte re-
nuntiant, vel in nihilo renuntiant,
nec adeſt aliqua clauſula, quæ de iure,
vel conſuetudine operetur ius execu-
tiuum, tunc certum eſt, ex ſupradictis
iuribus, & doctoribus, quod omiſsio
ſolemnitatum ſubſtancialium ordinis
iudiciarij impedit Natiuitatem iuris
executiui, vt fatetur Suarez vbi ſupra
nu. 14. ex hoc principio iuridico naſ-
citur illud, quod communiter dici ſolet,
quod non eſt inchoandum ab † exe-
18 cutione, ſeu præceptis, & commina-
tionibus, vt toto titulo C. comminat.
vel Epiſt. gloſſa Bar. & Doctores in
l. de pupillo §. meminiſſe de operis
noui nunt. & talem modum proceden-
di a preceptis (vti proceditur mediola-
ni) fuiſſe inductum à quibuſdam ma-
lis iudicibus, vt quamuis non poſ-
ſet Inquiſitio formari non præceden-
tibus indicijs, non tamen deeſſet via
comparandi pecunias atteſtatur Boſ-
ſius in titulo quomodo procedatur per
præcepta: ex eodẽ fonte procedit cõ-
munis practica in Regno, vt in om-
nibus inhibitionibus iuris firmarum
poſſeſſoriarum apponatur clauſula il-
la iuſtificatiua, & ſi quas cauſas, &c.
& quod non ſint præciſſe ſecundum
obſ. item nota in fin. de fideiuſ. obſ.
19. 1. de citationibus: & illa † clauſula re-
ſoluitur in citationem, ſi reus, vel in-
hibitus compareat coram iudice, &
rationes in ſui defenſionem oferat,
Rebuf. de lit. obligatione articulo 6.
gloſ. 2. vbi eleganter, aliàs enim ſi
ſine hac clauſula inhibicio emana-
ret, eſſet præceptum præciſum, & in-
hibitio iniqua eſſet, cum ſine cauſæ
cognitione poſſeſsionem alterius non
auditi tolleret, & ſententiam diffini-
tiuam ſine cauſę cognitione latam ſa-
peret, & proinde, vt nulla eſſet ſper-
nenda ſecundum obſ. ſupradictas,
& Iaſſon. in l. nec quicquam §.
vbi decretum num. quinto, & ſexto,
ff. de officio pro conſulis vbi com-
muniter receptum dicitur precep-
tum exequtiuum ſine cauſę cogni-
tione emiſſum, ſi præciſſum ſit, &
clauſulam iuſtificatiuam (& ſi quas
cauſas, &c. Non contineat, ipſo iu-
re nullum eſſe; ita Portol. in §. fir-
ma num. 24. cum alijs à ſe relatis cõ-
probat.

Ex ſuperiorbus ſatis videtur de-
monſtratum, qua attenta ratione
licet aliæ adduci poſſent, diſpoſi-
tum ſit, vt inſtrumenta de perſe
non habeant de iure ius exequuti-
uum, ad inſtar ſententię tranſactę
in rem iudicatam. Verum hec ſen-
tentia varias recipit limittationes,

 tam

tam de iure, quam per ſtatuta, & iura municipalia terrarum, & breuiter ali quas attingendo, ſine dubio eſt † hęredi ſcripto in teſtamento competere ſimile ius executiuum, per quod mittitur in poſſeſsionem bonorum defuncti, quę ab alio legitimo modo non detinentur, oſtendendo iudici teſtamentum, non tamen cancellatum, neque abolitum, neque ex quacumque ſuę formę parte vitiatum, ſed quod in primo figura ſine omni vituperatione appareat legitimum l. fin. C. de edict. diui Adrian. tollend. vbi DD. omnes, ita alex. in d. §. ſi iudex, Didac. a Segura in l. ſi ex legati cauſa num. 60. de verb. oblig. Suarez in l. poſt rem iudicatam in quarto caſu, de quo remedio latiſsimè Menoch. de adipiſcend. poſſeſ. rem. 4. Gomez ad ll. tauri l. 45. num. 135. & ſic in hoc non eſt immorandum, nec ad rē facit inueſtigare rationem huius priuilegij, ſiue ſit illa, vt vltima voluntas defuncti ſcitius adimpleatur, & non retardetur, iuxta l. vel negare ff. quē admo. teſta. aperiam, & tradunt omnes in l. 1. C. de ſacroſ. Eccleſ. ſiue ſecundum Suarez, vbi ſupra quia notorium, & liquidum ſit iudici ius hæredis ex ſola oſtenſione teſtamenti, Abb. in c. cum olim de cenſibus, ſaltim ad hoc, vt fiat miſsio nemine contradicēte, quę ratio non placet, quia etiā con-
21. tradicēte † aliquo ſit iſta miſsio, ſi tñ. cōtradictor fundetur in vicio inviſibili teſtamēti, ſi illud in continenti nō doceat, veluti ſi ſe filium defuncti prętetitum eſſe alleget, vel ſeruum defunctum eſſe dicatur, aut teſtamentum falſum, aut inoſficioſum, ſeu alio vicio inuiſibili ſubiectum, tunc enim ſcriptus hęres in poſſeſsionē mittetur & via ordinaria cauſa contradictionis tractabitur, tamquam altiorem indaginem requirens, quia de hoc iudicio dici ſolet hodie conſtat hodie agatur, ſic diſponit l. 2. C. de a dict. diui Adrian. elegans gloſa in verbo contradictorum in d. l. fin. vbi tex. ſatis clarè hoc determinat ibi *cauſa contradictionis vtiliter*, vt ei poſſeſsio acquiratur, qui potiora iura oſtenderit, ſiue qui miſſus eſt, ſiue qui contradicendū putauit, ita Suarez, vbi ſupra, & ſecundum iſta fuit pronuntiatum in qua-
22. dam graui cauſa repoſitionis † in proceſſu Hieronymi torrero, ſunt 2. proceſſus ſuper apręhenſione die vigeſſima ſeptima menſis ſeptembris 1599. in Curia Iuſtitiæ Aragonum, quod licet de iure ita ſit, tamen in Regno magnam habet dubitationem, quia ad bona defuncti in vero poſſeſorio, & tenuta admittitur quis, non ſolum ex teſtamento, ſed etiā ex legato, iure vinculorū, ab inteſtato, & aliàs, & ſic licet de iure l. fin. exequatur contra legitimum hęredem, ſi in continenti nō doceat de vicio teſtamē. d. glo. cōtradicto:, quia hoc priuilegiū cōpetit ſcripto heredi, tā. in Regno, quia priuilegiata eſt, etiam legitima ſucceſsio, ſicut teſtamentaria per forum aueſes, & ibi Molr. & Bardaxi, videtur, quod dum contendunt de ſucceſsione in quocunq. proceſſu hęres ſcriptus, & legitimus, ſiue etiam fidei commiſſarius, quod ſunt audiendi ęquali iure, vt ille obtineat, qui meliora obtinebit iura: Hęc obiter dicta ſint cū iā per ſupradictos doctores latiſsime punctus iſte, & alij in materia examinati appareant: ſed non eſt prætereundum illud, quod multoties vidi in dubium
23. reuocari, † quid ſi teſtamentum modo ſupradicto perfectum ſit, tamen Protocolum, ſeu originale repetitur Cancellatum, interlineatum, ſeu addicionatum ex ſolo aſpectu, numquid tale teſtamentum habebit executionem paratam, remiſſa contradictionę

traditione ad iudicium ordinarium, ex quo illud vicium non eſt viſibile in teſtamento, & preſertim ſi virtute teſtamenti adepta ſit poſſeſſio per heredem ſcriptum, videbatur dicendũ ex ſupradictis non fore impediendã executionem propter vitium protocoli, cum teſtamentum non contineat vicium in ſe viſibile, ſed ab extra veniat probandum: ſed his non obſtantibus dicendum eſt, ſecundum Bald. conſ. 14. in nomine domini punctus ſuper quo conſilium, quem refert Iaſſon in d. l. fin. Didac. à Segura, vbi ſupra num. 70. lib. 4. col. ſ. quod tale teſtamentum non habet executio
24 nem † paratam, quando protocollum, eſt in aliqua parte ſuſpectu ex ſolo aſpectu ea ratione, quia quãdo protocolũ contradicit inſtrumento tradito, & exemplato per eundem notarium, ſtatur potius protocollo tanquam originali quam inſtrumento exemplato ſecundum Bar. in l. Sempronius Attalus, & ibi glo. ff. de leg. 2. & in l. ſi quis ex argentarijs §. pena. cum concordantibus ff. de edendo: quod intellige
25 ſtante † contradictore, qui protocolum doceat, aliàs iudex non tenetur inquirere de protocollo, & ſic bene iudex faceret exequendo teſtamentum, cum illa in iuſtitia conſiſtat in parte, non in iudice ſecundum vulgarem illam queſtionem Bar. incipientem lapus &c. Et ſic ad paria quoad effectum executiuum, in hoc caſu procedunt protocollum, & exẽplatum, vt ſic, docto de originali vicioſo ex aſpectu non exequatur exẽplatũ, & ſi poſſeſſio eſſet adepta, deberet per iudicem reuocari, ſicut etiã per oſtentionem teſtamenti reuocatur poſſeſſio à quolibet iniuſto poſſeſſore ſecundum d. l. fin. vbi hoc vltimum quomodo procedat per te vide. & licet videbatur in Regno, non habere locum reuocationem poſſeſſionis adeptę oſtenſo protocollo, quia reuocatio iuxta leges noſtras debet fieri ex eiſdem actitatis, & non ex nouis productis, tamen contrariũ eſt ſentiendum: quia inſtrumentum exẽplatum facta illius debita reparatione per protocollum, ſeu facta fide
26 de protocolo, & protocollum † vnum, & idem inſtrumentum ſunt non diuerſa: & ſic locum habebit reuocatio, ſicut in ſimili videmus, quod ſi obtinuiſti à iudice cõtra me executoriam, vel aliam ſimilem prouiſionem virtute alicuius obligationis, in qua in certa ſumma teneor tibi, ſi tamen ego doceo, quod ad partem eodem die, & loco, & ſub eiſdem teſtibus, quibus facta fuit obligatio, feciſti mihi pactum de non petendo, niſi tali die & caſu, qui nondum venerint, & oſtendo illud pactum per inſtrumentum taliter, quod ex eis ſolis reſultat, quod ſi iudici conſtitiſſet de illo pacto, quod in Regno contra cartam dicimus, non prouidiſſet executoriam, abſq; dubio reuocabitur, & non dicetur ex nouiter productis, ſed ex eiſdem actitatis Bardaxi in titulo de citation. & monition. n. 9. verbo ego cre
27 derem, quia illud pactum † in continenti appoſitum, & ſub eiſdem loco tempore, & teſtibus, dicitur in eſſe primę obligationi, & intus eam eſſe iuxta reg. l. lecta (non per omnes intellecta) ff. ſi cert. pet. Cagnol. late in d. l. lecta à nu. 105. ſicq. cenſentur vnus, & idem contractus, Decius conſ. 606. col. 3. & ex hoc dici ſolet, quod pactũ
28 illud † in continenti appoſitum, veterem actionem informat, & nouam producit, quia vnam et actio pro vtroque cõpeteret DD. in d. l. lecta, ergo multo fortius in caſu noſtro, vbi de vno tantum inſtrumento male exemplato agitur, ſicut videmus quotidie reparari

29 rari copiam † proceſſus, & memoria-
lium per proceſſum originalẽ, & me-
moralia illius Molin. verbo reparatio,
vbi non nulla in propoſito adducit;
faciunt tradita per fuluium Pacianũ
de probat. c. 63. lib. 1. a num. 106. cũ
ſequentibus ſic meis temporibus fuit
prouiſa firma virtute inſtrumenti cu-
iuſdam, quod erat male exemplatum,
& poſtea parte petente fuit reparatũ
per notam originalem, & conſtito de
non iure actoris fuit reuocata iuris
firma ex eiſden actitatis, vide in pro-
ceſſu Iuratorum loci de Xatiel ſuper
iuris firma anno 1592. vel ſequen-
ti.

De quo abſque dubio ſunt factæ
multæ determinationes, quas omitt
cum noſtrum inſtitutum ſit de firma-
rum origine agere, non autẽ acceſſo-
ria omnia dilatare.

Limitatur 2. dicta communis regu-
la alijs multis modis, de quibus vide
per Doctores ſupra dictos, vbi latiſsi-
mè hæc, & alia examinantur, quo ad
propoſitum autem noſtrum duas ſolũ
atingam, quæ inſtituto noſtro, & pra
xi huius regni non parum deſeruiunt
ad alios caſus forales; quibus ſimile
ius exequutiuum fortiter, ac fortius
datum eſt, & primo legata, & fidei cõ
miſſa licet via ordinaria exigi poſsint
agendo vna ex tribus actionibus pro
legato competentibus, ſcilicet actio-
ne perſonali ex teſtamento, rei vin-
dicatione, & hipothecaria, *quo ad
res alias teſtatoris, quæ eo ipſo quo le-
gatum eſt, obligatæ ſunt*, & hipotheca-
tæ pro ſolutione legatorum in teſta-
mento relictorum l. 1. C. com. de leg.
§. 1. & 2. inſt. de leg. vt late diſcutit
Benedict. vbi ſupra num. 139. poſſũt
ſimiliter † via executiua conſequi ſe-
30 cundum Angel. *in* §. illud in autho.
de hęred. & falcid. iuncta gloſa decre
to dicentem inſtrumẽtum vltimę vo-
luntatis in fauorem legatorum habe-
re executionem paratam, cum quo
tranſit Iaſ. in l. fin. 3. col. C. de ædict.
diui Adrian. tol. verum hoc eſt intel-
ligendum per viam monitionis, ſeu
præcepti faciendorum hęredi, quod
ſoluat, & ad impleat legata, & conten
ta in teſtamẽ. & tales monitiones, ſeu
præcepta fiunt per iudices Eccleſiaſti-
cos, & ſeculares abſque eo, quod inci-
piant ab ædicto de in ius vocando, &
ſolent concedi cum clauſula, quod ſi
ſe grauatam ſenſerit, veniat tali die
reſponſurus ſecundum doctrinam
Bart. in l. de pupillo §. meminiſſe ff.
de oper. nou. nunt. Salicet. in l. 1. C.
com. vel æpuit. dixi ſupra late, quo ca
ſu ſi hæres compareat, & iuſtas ratio-
nes alleget, quare ad implere non te-
neatur auditur, ſi autẽ nihil opponit,
tunc viſo teſtamento per iudicem
non vicioſo; Eccleſiaticus monet hæ-
redem, ſecularis præcipit, vt ad imple
at ſub certa pœna intra congruum tẽ
pus, & hæc fiunt ſũmariè, & executiuę,
prout hodie vbiq; fiunt per Eccleſia-
ſticos ad inſtantiam procuratorum a-
nimarum, qui fiſci apellantur, & ad
ſimilia deputantur, & maxime in pijs
31 cauſis, & ſi hęres iterum † negligens
ſit per annum ceſſante legitima cauſa
eo ipſo per lapſum anni ſine alia iudi
cis ſententia priuatur hæreditate
authentica hoc amplius vbi Docto-
res C. de fidei com. & in hoc caſu vni
ca monitio ſuficit cum lapſu anni ſe-
cundum Bart. Salicet. & communi-
ter Doctores in d. authentica hoc am
plius, vbi enim agitur de priuando ali
quo iure ſuo non, vt ſtatim priuetur,
ſed per lapſum anni, vnica ſufficit
monitio: alias autẽ vbi agitur de pri-
uando aliquem citiori tempore, re-
quirerẽtur ad minus duę monitiones,
vide Angel. in § ſi quis autẽ pro redẽ
ptione in authentico de Eccleſiaſt. ti-
tul.

tul. & in hunc modum eſt intelligendus Angel. vbi ſupra ſecundum Alex. in d. l. ait pretor. §. 1. num. 5. & alios ſupradictos Doctores, Benedicit nu. 194. Suarez vbi ſupra ſexto caſu, ex
32 qua doctrina videtur oriri † practica huius regni, quod ſi ex prouiſione iudicis preſentatur alicui monitoria executoria, ſeu monitoria pignoratitia, tamquam hæredi ſeu detentori bonorum obligati, ad effectum, vt ſoluat debitum defuncti, aut illius bona deſerat intra certum tempus, quod eſſe ſolet 15. dierum. vel det cauſas, quare ad premiſſa non teneatur, tunc ſi monitus intra dictum tempus non compareat, nec aſſignet rationes, quare non teneatur ſoluere, habetur ac ſi fuiſſet idem debitor, & factum tranſit in rem iudicatam, & obtinet vim ſententię, ex quo prompta fit fides de iure actoris, & fiet executio in eius bonis ſecundum Molinam in verbo liquidatio Bardaxi in for. 1. num. 8. de citationibus, & monitionibus, quod adeo verum eſt, vt licet elapſo tempore, & ante inchoatam executionem, vel poſt compareat monitus oferens rationes, non debet audiri, ita fuit iudicatum in conſ. Iuſtitię Aragonum in proceſſu Brauli Gil. ſuper littera
* monitoria, & executoria die 23. Auguſti anni 1599. vbi his non obſtantibus fuit mandatum procedi ad vlteriora in executione per doctorem Clementem Romeo collegam meum, & poſtea idem fuit reſponſum per docto. Matheum Deca. eundemq. collegam cuidam conſultę ad eum interpoſitæ, vide in proceſſu Anthonij Caſtillo ſuper conſulta in menſe Semptembris
* 1599. in eadem curia, quę determinationes tum propter illorum authoritatem tum quia iam alias reperiebantur facte, & conſonę erant his, quæ dicta ſunt, & diſpoſitionibus foralibus, magni habendę ſunt, & licet videbatur ęquitas ſuadere fore audiendum, quando illico poſt lapſum tem-
33 pus compareat monitus dando rationes, tamen cum hęc † ęquitas ſcripta non ſit, non venit in conſideratione m argumento l. placet C. de iudic. ſecundum veriorem lecturam ibi ſcriptæ, & plerunque ſub prætextu ęquitatis pernicioſe erratur, l. ſeruum filij. §. ſequitur ff. de verborum ſignificatione quare recti iudices fugiant equitates iſtas, non ſcriptas, quia conculcant ſepe ius ſcriptum, quod maxime multis commendat Ioan. Garcia de expenſ. cap. 1. num. 28. cum ſequentibus, quem locum prę occulis habere debent iudices omnes, niſi enim ab hac cauerint iudices cordati ſecundum ęum, nihil erit, vel certum, vel perpetuum in iure, quibuslibet cauſarum ſtatum ad imaginariam, & temerariam ęquitatem (aut vt rectius dicam, iniquitatem) de torquentibus: illud certiſsimum eſt, quod ſi monitus intra tempus rationes offerat, reſoluetur monitoria in citationem, & tenetur
34 dare † iudex litteras ſuper ſedimenti, & ſuperſedebitur in executione, donec cauſa ſit ordinariè agitata ita for. 1. de citation. & monition. & in eo late Bardaxi, quales autē rationes ſufficiant, miſsis his quę tradit Molina in verbo liquidatio, de comuni ſtilo ſufficit ſi dicat monitus ſe neq. hæredem eſſe neq. detentorem bonorum.

Vltimus caſus eſt, quando ſtatuto aliquo cauetur, quod inſtrumenta
35. † Guarentigię habeant executionem paratam, vt eſt in multis partibus Italię, tale enim inſtrumentum habebit ius executiuum ſecundum Alex. in d. §. eo autem tempore, & §. ſi iudex Boer. deciſ. 295. Didacus à Segura vbi ſupra Iaſ. in l. 1 §. ſi quis ita interroget ff. de verb. oblig. Benedict. de Barzis

zis in titul. ſuo guarẽtigiarum in prima parte in prin. Caſſan. in conſ. Burg. ſub. 11. §. 6. num. 1. Bart. in l. poſſeſſio §. ſi poſſeſſio ff. de ad quir. poſſeſſione Cinus in l. vni C. de conſeſ. Rebuf. vbi ſupra num. 13. in titul. de verbor. obligatio, & Doctores in mille locis, vt apud relatos videre licet. Et nihil aliud eſt inſtrumentum †
36 Guarentigię, quam inſtrumentum continens pręceptum factum à Notario debitori pręſenti, & confitenti quãdo ſoluat, & fit tale pręceptum inuolentem, & acceptantem authoritate ſtatutorum, talẽ, potentiam notario concedentium, ſicut enim pręceptum iudicis factam in cõfeſſum habet executionem paratam l. ſi debitori ff. de iudic. l. poſt rem iudicatam de re iudic, ita tale pręceptum notariorum, quando tali ſtatuto cauetur, quod idẽ ſit in confeſſione facta coram notario, vt habeat executionem paratam, & ſic notarius habet authoritatem faciẽdi tale pręceptum, & habet iuriſdictionem voluutariam notat Bar. in l. vnic. C. de confeſſ. Angel. in d. §. ſi iudex, & Doctores in locis ſupra dictis, & tale pręceptum facere poſſunt ſecundũ Alex. omnes notarij habentes iudicialem poteſtatem, ſeu iuriſdictionem per ſtatutum, ſeu priuilegium, vt dixi quales ſunt tabelliones creati à comitibus palatinis, vel ab Imperatore, & appellantur iſti tales iudices cartularij ſecundum gloſam in l. fin. C. vbi & apud quem, alia gloſa in l. rem non nouam C. de iudi. & in l. 1. ff. de iudic, & ex his conſtat, quod inſtrumentum † Guarantigię, & confeſſio-
37 natum idem ſunt quia fit in confeſſũ licet nomine diuerſa ſint, & promiſcuè Doctores vtantur his nominibus, vnde notarius ſi hanc à ſtatuto, vel priuilegio poteſtatem non haberet, non poſſet facere tale pręceptum Bal. in l. adoptio C. de adoption. Alex. in l. ſi cum dotem. §. eo autem tempore ff. ſoluti matr. verum ſi notarius nullam à ſtatuto, ſeu priuilegio haberet poteſtatem faciendi tale præceptum, ſi tamen notarius ex priuilegio ſit iudex ordinarius, pro, vt communiter fit in Italia ſecundum Alex. in §. ſi iudex idem dicemus, quod ſcilicet poſſit facere tale pręceptum, quia licet non habeat iuriſdictionem contentioſam, habet tamen voluntariam ex conſenſu partium ita Baldus in d. l. adoptio. Io. de Immol. in d. §. ſi iudex, Suarez vbi ſupra in declaration. num. 21. vnde autem tale verbum Guarentigia deriuetur, dic, quod ſecundum DD.
38 † Guarentare verbum tuſcorum ſignificat idem, quod firmare, aſſecurare, & ſic inſtrumentum Guarentigię id eſt inſtrumentum firmum, ſecurũ, & tale, cui præciſſe, & ſine replica ſtãdum ſit. ita in hunc ſenſum facit mẽtionem de hoc verbo tex. in c. 1. §. ſi autem inter pares de lege Corradi in vſibus feudorum, & ibi Bald. ſimilis gloſa in capit. 1. §. ſi duo in verbo, & vnus, & alia in §. ſi tres, vel plures ſuper verbo diuerſas de pace tenend. & eius violat. in vſibus feudorum, & quia hęc poteſtas, quam habet notarius virtute ſtatutorum, eſt ſimilis poteſtati iudicis facientis tale præceptum in confeſſum, & fundatur in l. poſt rem iudicatam, & in l. ſi debitori ff. de iudic. ſumpto argumento illarum ll. ideo dicunt DD. quod licet ſtatuta diſponentia, quod inſtrumenta habeant executionem paratã, ſunt contra ius, non tamen erunt contra ius ſtatuta, quę diſponunt, quod inſtrumenta guarentigiata habęant ius executiuum, ita Angel. in d. §. ſi iudex, & Alex. ibi. Similia ſtatuta, ſi Doctoribus credamus, ſunt vbiq. terrarum concedentia inſtrumentis ius

ex

exequutiuum, ſed hoc varie atq; valde: nam in tota ferè Italia ſunt Guarentigiata, alibi abſq; Guarentigija habent executionem paratam ex ſola conceſsione ſtatuti, vt in Regno noſtro, vt dicemus, alibi ex eo quod in inſtrumento debiti fiunt, & conſtituuntur procuratores ab ipſo debitore ad confitendum debitum, & capiendo preceptum iudiciale de ſoluendo, vel ad legitimandum iudicium, & acceptandam ſententiã per eos iuxta Paul. de Caſtr. in l. poſt rem iudicatam vbi ſupra, Rebuf. in præf. de lit. oblig. nu. 20. & poſtea in actis exactio debiti eſt parata: ſic practicatur in curia Romana, & in noſtro Regno etiam in compromiſsis, vt ſic ſint priuilegiata, & idem fiebat in inſtrumentis comãdæ, ſeu depoſiti ante annũ. 1428. quãdo non erant priuilegiata, ſed poſt dictum annum ceſſauit hoc, ex quo equiparantur cenſualibus tunc, vt in for. dela execution priuilegiada de carta de encomienda, & iſte practicæ emanant à l. poſt rem iudicatam, & alijs dicentibus, quod confeſsio in iure habetur pro iudicato, & iſti procuratores non poſſunt reuocari Rebuf. vbi ſupra, alibi virtute clauſulę quę inſtrumento apponi ſolet, per quam dãt facultatem omnibus iudicibus exequendi tanquã ſi eſſet ſententia trãſacta in rem iudicatam, vt in Regno Caſtelle ſecundum Didac. à Segura vbi ſupra num. vigeſimo primo, Suarez vbi ſupra in declaratione à num. decimo quinto cum ſequentibus, alibi aliter conceditur tale ius, vt refert Boer. vbi ſupra quem vide, & Benedict. de Barzis vbi ſupra de libellis Guarentigi. Guid. Papæ decisione 117. vbi additio, Rebuf. de lit. oblig. in præf. à num. decimo tertio.

SVMMARIVM. §. 2.

1. *Inſtrumẽta omnia in Regno Aragonum ſi ſint liquida, & pura habent executionem promptam, & paratam.*
2. *Executio prompta, & parata dicitur quę à pignoratione incipit.*
3. *Exceptio contra inſtrumentũ, quæ ſi probata eſſet, releuaret, impedit pignorationem, & retardat executionem.*
4. *In debito manifeſto non habet locum fidentia iuris, quod intellige, vt num. 6.*
5. *Obſerb. de foro, & vſus Regni. tit. de fideiuſſ. explanantur.*
7. *Firma iuris vulgo dicta volandera quę ſit, & quando concedatur, declaratur.*
8. *Firma iuris vulgo dicta caſualis quæ ſit accurate diſcutitur.*
9. *Firma iuris cum clauſula, vel ſi quas cauſas infirmis poſſeſſorijs reſoluitur in citationẽ: in alijs autẽ dubitatur, vt num. 10.*
11. *Firma iuris contra inſtrumenta nõ priuilegiata concipitur cũ clauſula, vel ſi quas, cauſas alias eſſet nulla, & ſi eſſet contra inſtrumenta habentia executionem priuilegiatam debet concipi cum clauſula, in forma priuilegiata.*
12. *Inſtrumenta cenſualiũ hodie ſunt priuilegiata, & exequuntur non obſtante firma.*
13. *Cenſualia omnia poſt forum nouum Taraſonæ habentur pro ſentenciatis, ſine alia iudicis declaratione, & traditur ratio num. 15.*
14. *Practica in materia executionis cenſualis, ſecundum quam iudicatum fuiſſe traditur num. 16.*
17. *Comenda, & cenſuale equiparantur de foro.*
18. *Debitor comandę capi poteſt etiã ſi in*

ſi in inſtrumento clauſula captienaria a poſita non ſit. Et de ratione, num. 19.

20. *Condemnatio ad intereſſe litis, comprahendit damnum, quod quis ratione litis patitur, pro vt ita fuiſſe iudicatum exponitur.*

21. *Sententia arbitralis laudata executionem etiam de foro habet priuilegiatam.*

22. *Textus in c. finali de arbitris in praxi huius Regni qualiter intelligatur, late explicatur, & de ratione tex. nu. 25. & 26.*

23. *Actum facere qui tenetur cũ conſilio alicuius, tenetur illud petere, quamuis non ſequi.*

24. *Contemptus vnius in electionibus plus nocet, quam contradictio multorum.*

27. *Iudices maiori cum maturitate creantur quam arbitri.*

28. *Sententia lata a duobus arbitris tertio abſente, quomodocunq. abſit eſt nulla, & an tertius poſſit vni committere motum animi ſui, declaratur. num. 29.*

30. *Dies quandoque interpellat pro homine.*

31. *Arbitri impedimentum ad pronunciandum cum alijs quis probare teneatur.*

32. *Arbiter vocatus ad examinationem negotij, non cenſetur vocatus ad eius definitionem intellige tamen, vt num. 33.*

34. *Arbitri iuris potius aſſimilantur iudicibus delegatis quam arbitris compromiſſarijs, & nu 44.*

35. *Arbitro vno mortuo cõpromiſſum expirat, nec equiparatur abſenti.*

36. *Clauſula (Vos, & alter veſtrum) & ſimiles faciunt ceſſare diſpoſitionem tex. in d. c. fin. & num. 37. & idem de clauſula, vt ſint omnes concordes num. 38.*

39. *Tex. in c. 2. §. ſi. de teſtam. in 6. late explicatur.*

40. *Arbitri iuris licet a partibus eligantur, a iure tamen poteſtatem accipiunt.*

41. *Forma in compromiſſo appoſita omnino obſeruanda eſt.*

42. *Arbitri duo, præſente tertio, tacente tamen an poſsint ſentẽtiam ferre examinatur.*

43. *Tex. in d. c. finali de arbi. procedit in foro Eccleſiaſtico, non vero in foro ſeculari, vbi leges ciuiles obſeruantur.*

44. *Arbitri duo tertio nolente, & requiſito, poſſunt ſententiam ferre, & in hoc Regno id obſeruabitur. num. 45.*

46. *Inſtrumenta habentia executionem priuilegiatam de foro, ſine alio circuitu mandantur executioni, pro vt res iudicata reiecta ſententia Baldi. num. 47.*

48. *Inſtrumenta Guarentigia, & priuilegiata num. differant late traditur.*

49. *Citatio in executione neceſſaria eſt, limita tamen, vt numer. 50.*

51. *Inſtrumenta Guarentigiæ & res iudicata ad imparia iudicãtur quo ad citationem, quod procedit de iure, nam de foro huius Regni ſecus eſt num 52.*

52. *Inſtrumenta priuilegiata in Regno contra debitorem, non procedunt contra heredem, & num. 54.*

§. 2.

HIS ſic præhabitis ad materiam noſtri Regni accedendo, dicendũ eſt, quod omnia inſtru-
1. menta ſi ſunt liquida, & pura † habẽt executi onem

executionem promptam, & paratam ex ſola ipſius legis Regni diſpoſitione, & cenſura, taliter quod in vim legis abſque alio circuitu inſtrumentū habetur pro exequibili, non minus ac ſi ſententia ſuper eo lata foret, vt in obſ. vſus Regni de pignor. Cuius verba ſunt. *Vſus Regni Aragonum eſt, quod pro demāda, debito, vel iniuria, vel alia quacunq. re, poteſt quilibet pignorari ſi obligatio ſit cum carta &c.* Iunctis verbis finalibus ibi. Et hoc ſciendum eſt ſuper pignoribus ſupradictis, quod poſſunt fieri, non monito, nec citato debitore, vel illo de quo quærela habetur.

Ex quibus clariſsimè liquet hanc
2. executionem † paratam eſſe, cum incipiatur à pignoratione, & parte non citata, argumento tex. in l. 1. C. de executione rei iudic. cōfirmatur per obſ. de foro, & vſu Regni de fide ius, §. itē demandam in priuileg. generali, & in eius declarationem Molina verſi. firme in prin. *Nam ſi verum eſt, quod huiuſmodi pignoratio fit, nō citato reo, imo licet ipſe compareat, & firmet* tantum de directo, ſeu iure, vt dicam in §. 3. nihilominus proceditur ad executionē, & venditionem bonorum d. obſ. vſus Regni, & alijs, certiſsimum eſt, quod talia inſtrumenta, in quorū vim emanant dictę pignorationes, habent executionem promptam.

Verum hic obiter eſt aduertendū, quod non vniformiter habent inſtrumenta executionem paratā in Regno, nam regulariter (quibuſdam exceptis,) omnia habent executionē paratā, ita tamē, quod ſi opponatur per reū exceptio contra executionē, ſeu pignorationem, & ſit talis exceptio,
3. † quę probata releuet, vt ſolutio debiti, pactū de non petendo, & ſimiles, tunc ex allegatione exceptionis impeditur pignoratio, & executio, ſaltim ne procedatur ad venditionem pendente iudicio ſuper exceptione d. obſ. vſus Regni: & ſic talis executio, & pignoratio parata fit obſtante exceptione id eſt, quod ſi illa opponatur, retardatur executio, ſeu pignoratio, & hoc eſt, quod dici ſolet, quod in vim talium inſtrumentorum datur executio, & pignoratio obſtante firma, hoc eſt exceptione, quia idem ſunt hæc, vt in §. 4. dicemus, huiuſmodi inſtrumenta ſunt, veluti capitula matrimonialia, locatio, obligatio aliqua via ordinaria facta, pactum de euictione, & ſimilia, & tandem omnia inſtrumenta exceptis infra dicendis.

4. Sed dicet aliquis, ſi in debito † manifeſto, non habet locum fiancia iuris, vt in. §. item demandam vbi ſupra obſ. de foro, & vſu Regni de fideiuſ. Molin. in verbo firma in principio, & ſupradicta inſtrumenta continēt caſum manifeſtum Molina in verbo manifeſtum, quomodo dictum eſt, quod obſtabit eis firma, pro hoc eſt aduertendum, & in quo, ſecundum eminentiſsimum illum cauſarum patronum, alterum Vlpianum, Anthonium Labata turbantur multoties ingenia nouorum iuris peritorum practicantium; quod ſcilicet diuerſimodè, vno potiſsimum modo, fori, & obſeruantiæ Regni noſtri loquuntur de fidancia de directo, ſeu fidancia iuris, nam priuilegium generale. & eius declaratio obſ. de foro
5. † & vſu Regni in principio de fideius. & alij fori, & obſeruantię, quæ diſponunt, quod in debito manifeſto non recipitur fidancia de directo, loquuntur de ſola fidancia de directo, per quam firmatur de ſtando, & parendo iuri, & iudicato ſoluendo, abſq; aliqua alia allegatione exceptionum, & tunc non recipitur talis fidancia, ſed ea nō

M obſtante

obſtante debitor pignoratur, & remanet pignus penes curiam, & proceditur vlterius inpignoratione, etiam ad venditionem pignorum, & hoc modo debet intelligi Molina in verbo firma in prin. dum dicit quod firma habet locum in omni caſu, demptis quibuſdam de quorum numero eſt §. item demandam in priuilegio generali, qui loquitur de caſu manifeſto,
6. nã ſi † loqueretur de firma iuris, qualis hodie concipitur, cum allegatione exceptionum vulgariter dicta bolandera, male diceret, quod non habet locum in caſu manifeſto, cum certiſſimum ſit has firmas, ſeu inhibitiones quotidie concedi, & emanare(etiam ſi, ſine iudice à notarijs dentur, nam præſumuntur, & dicuntur dari à iudice, licet propter illarum facilem expeditionem, & iuſtitiam notã in ſcribanijs dentur, cum voluntate tamen tacita locumtenentium, vt in executorijs ſimplicibus practicatur) ad hoc ne procedatur ad captionem, & venditionem pignorum, quæ in vim, & virtute talium obligationum contentarum in carta in Regno fieri conſueuerunt, & tales firmæ arctant; & nõ receſsit ab aula hoc genus firmandi ſine allegatione exceptionum, cum ſola aſſecuratione curiæ perſidantiã, ſeu fideiuſſorem de ſtando, & parendo iuri, vt videre licet in emparamẽtis, & alijs caſibus, in quibus ſola hæc fidantia ſufficit, vt in capto ad finem aſſecurandi curiam, & alijs caſibus ſimilibus.

Alio modo accipitur iuris fidantia per foros, & obſeruantias Regni, in quantum ſcilicet vltra illã cautionẽ, continet etiam exceptiones releuantes, & quæ impediunt procedi in pignoratione, ſaltim ad vẽditionem pignorum pendente iudicio ſuper tali exceptione allegata in firma, vt ſupra
7. dixi, & hæc iuris fidantia dicitur † cõmunis, ſiue bolandera, quando ſcilicet non eſt ſuper certo caſu, nec ad certum caſum, ſeu certam executionem impediendam emanat, ſed datur ſine informatione, cum ſola allegatione exceptionum releuantium in tali caſu, & executione, & ſic contra omnia inſtrumenta, & caſus paratam executionem habentia conceditur, allegando comunes quaſdam exceptiones releuantes in vim iuris, vt late in §. 4. dicemus, quas de iure certi iuris eſt fore admittendas: quando vero talis fir
8. ma † fundatur ſuper aliqua exceptione particulari ad certum caſum, ſeu contra certam executionem expreſſim nominatam in ea impediendam, & non proponitur exceptio generaliter, vt in primo caſu, dicitur caſualis: verbi gratia teneor tibi ad aliquam ſumã virtute alicuius obligationis, conceſſiſti mihi contra cartam; quod non ages contra me niſi in tali caſu, ſeu die, peto firmam aduerſus te ne hæc obligatio exequatur niſi in tali caſu, & die, & ſic dicitur caſualis hoc eſt ad illũ caſum ſpecialẽ impediendũ prouiſa non ad alium, & hæc quando eſt contra inſtrumenta habentia executionem paratam, tantũ debet concipi cũ clauſula iuſtificatiua, & ſi quas cauſas, quæ poſtea, vt ſupra dixi reſol-
9. uitur † in citationẽ, verũ de hoc, ſemper dubitauit, & nõ ſine ratione Auguſt. Pilares olim collega meus nunc autẽ in Regia Audiẽtia criminali cõſiliarius dignisſimus, nã; vt ipſe dicebat licet cũ hac clauſula cõcipiatur firma caſualis erit obtẽperãda dũ nõ ſit reuocata declarata, vel repulſa tãquã ſi eſſet priuilegiata, & illa clauſula nõ reſoluitur in citationem niſi ſolum in firmis poſſeſsionis † quæ etiã caſua-
10. les ſunt, quæ dantur cum dicta clauſula loco citationis ſecundũ obſ. 1. de cita-

citatione,& ſic videmus quod hæc firmę ſemper obtēperātur,& ſua opinio multū fundata eſt de foro,vt late infra dicemus,aliàs ſi aliter prouideretur cū clauſula in forma priuilegiata
11. † eſſet nulliter prouiſſa,vt tenet Molina verbo cenſuale verſi.die 15.Octobris,quando vero talis firma concedi tur contra inſtrumentia habentia executionem priuilegiatam debet concipi cum clauſula in forma priuilegiata denotando,quod licet executio ſit priuilegiata,nihilominus exceptio contra eam apposita eſt priuilegiata, & debet executionem retardare, vt de his late dicemus in §.4.

Alia ſunt inſtrumenta de foro adeo priuilegiata,vt ſcilicet contra ea non poſsit opponi exceptio aliqua,licet opponatur,contra alia inſtrumēta habentia executionem paratam,& ideo dicuntur talia inſtrumenta habere executionem priuilegiatam, & exequun tur,nō obſtante exceptione, & ſic firma,quę nihil aliud eſt quā allegatio,& oppoſitio exceptionū releuantiū:ſimilia inſtrumenta in Regno reperiuntur aliqua,& alij multi caſus ſimiliter habentes executionē priuilegiatā,ſed quod de inſtrumentis dicemus,erit idē dicendū de alijs caſibus;
12. & primo † cenſúalia,ſeu inſtrumenta cenſualiū de foro ſunt tā priuilegiata ab anno 1428.(nam antea executabātur obſtante firma,ſeu exceptione cū fidantia foro vnico de cenſualibus tu toli)vt contra ea ſifuerint formata,& ſententiata poſt dictū forū non poſsit opponi exceptio oliqua, imo debeant exequi penſiones debitę non obſtanti bus dilationibus,allegationibus,exceptionibus nullitatū,falſitatis,inhibitionibus obtentis ſuper appellationibus à ſententia interpoſitis, inhibitionibus iuris firmarum grauaminū factorū,vel fiendorum à curia Iuſtitię Aragonū emanatis,nec alijs quibuſcunq; allegationibus,exceptionibus, defenſionibus aliquibus cuiuſcunq; naturæ ſint,quātumcunq.iuſtis, & legitimis, nec alio modo impediri poſsint executorię emanatę à dictis ſententijs, & quod exequi debeant ſine conſultatione aliqua ceſſante omni impedimento,& finiri in perſonis.bonis,nominibus,actionibus debitorū:his proprijs verbis vtitur lex noſtra de cenſualibus ſupra allegata ad priuilegiādum cenſualia,in quorum ornatū dici poſſent multa, cum de iure plura dicta ſint de his contractibus emptionis annuorum redditnum ad extrauagan.Martini de emptione, & vend. vt per te vide apud Nauar.in c.ſi Fœnerauerís 14.quæſ.3.n.76. Couar.lib. 3.var.C.8.Soto de Iuſtic. & iure lib. 6. & in motu proprio Pij. 5. qui extat apud Nauar.apud quos videbis de requiſitis ad validitatem huius cōtractus Caſſan.in conſuetud.Burg. rub. 5.§.1.n.6.verum de exceptionibus opponendis contra ea ſuo loco late agemus, nūc autē ad propoſitū noſtrum ſufficit duobus verbis priuilegiū illorum proponere,in tantum, quod forus nouus Tiraſonę de los cenſales,
13. habet iam cenſualia † omnia pro ſententiatis, & de nouo dedit eis hoc maius priuilegium,vt abſq.aliqua hominis ſententia habeantur pro ſentētiatis,nā antea erant ſentētianda condēnando debitorē ad ſoluendū, & ſic iā in viā iuris videbātur exequēda fore priuilegiatæ,hodie tn̄.ipſo foro habētur pro ſentētiatis,& ſic nō eſt opus ea ſententiare,ſed ſolū facere fidē iudici de incluſione partis,& ſtatim mādabit procedi ad executandū,capiendum,et alia abſq. eo quod condemnet partem, quia habetur cēſuale pro ſententiato ſed hic quęrere oportet illud,de quo multoties vidi dubitari,

14. † ſi pars domina cenſualis, quę habet hodie teſtes ad probandum ſuam incluſionem,& teſtes poſſunt,vel ſuſpicantur recedere, vel poſſe propter etatem mori,& petatur ſententiari cēſuale, vt ſic poſtea licet teſtes decedant, habeat ſententiam pro ſe in omnibus ſequentibus annis, cum ita ſit in ſententijs, quæ habent tractum ſucceſsiuū,& annuum,quo caſu ſufficit,quod ſemel ſit data,vt in perpetuum duret, l. 1. C.de fideicom. vbi DD. Benedict. de ſubſt. fideicomiſſa,nu.181.vbi late faciunt tradita per Gomeſ.in l.45.taur.num.126. Molin. lib.2.de primogen.c.14.n. 1.&. 18. vt non ſit opus noua probatione, nunquid erit audienda, dic.quod ſic, & quod debet ſententiari cenſuale dicēdo *Attētis cōtentis pronunciamus,& cōdemnamus talem vel talem nominando obligatos in petitis abſq. refuſsione expenſarum*,horum ratio eſt quia forus nouus habet cenſuale pro ſententiato in fauorem debitoris ad euitandum
15. expenſas immoderatas † quas ex cōdemnatione ſoluere tenetur,vt in prohemio illius dicitur,vnde ſi dominus cenſualis hoc vult facere ſoluendo de ſua Burſa expenſas,ita quod nihil ſoluat debitor,poterit iure hoc fieri, ne ſibi pereat copia probationis,& teſtiū argumento eorum quæ traduntur in l.diffamari C.de ingen.vt manu,& ita ſolet dici in ſententia abſq. refuſione expenſarum, & ſic in dictis caſibus ſolet procurator immortalis debitoris fateri debitum,vt ſcitius,& cum minori diſpendio domini cenſualis hoc fiat,ſic poſt forum nouū fuit multo-
* ties iudicatum,*Vide in proceſſu Egidij*
16. *Gutier.† de Camarge ſuper cōdemnatione cenſualis die 13. Aprillis 1595. & in*
* *proceſſu tutorum, & curatorum Petri Torrellas ſuper cōdemnatione cenſualis in anno 1594 omnes in curia Iuſt. Ara.*

Simile priuilegium habet in Regno inſtrumentum depoſiti,quod alias dicitur comanda,nam executatur nō obſtante exceptione,firma,& alijs defenſionibus prout de cenſuali ſententiato dictum fuit,nam per foros ęqui
17. parantur hæc duo inſtrumenta † *vt in foro de la execution priuilegiada de carta de encomienda*,fo.mihi 112.quod adeo verum eſt,vt licet in inſtrumento depoſiti nulla adeſſet clauſula captionaria,nihilominus depoſitarius † ca
18. pi poſſet obſ. 1. commodati Molina verbo commodatum, neq. mirū hoc eſt quia etiam de iure tale depoſitum habet executionem paratam ſicut res iudicata l.penul.verbo illico,& verbo modis omnibus C. depoſiti ſecundū Bart. *Angel.& DD.ibi Alex.in l. fin. de edict. diu. Adrian. tollend. Xuares, vbi ſupra in quinto notabili Didac. à Segura vbi ſupra nu.62.*qui latius materiam extendunt, hoc inſtrumentum appellatur in Principatu Cathalonię ſcriptura de terz, & hoc priuilegium conceditur à iure huic inſtrumento
19. propter exuberantiam fidei † quæ magis deſideratur in hoc contractu, quam alijs,& ſic in eo propter magnā fidē non datur de iure cōpenſatio Gutier.de iuram.confirm.c.16.nu.17. & ceſſant in tali caſu regulę omnes generales ſecundū eū, & ne omittamus omnia quæ in praxi comuni in occurrēte materia ſolent cōtingere; quādo quis petit executionē virtute depoſiti vel comandę iā ſolutæ,vel cui obſtat exceptio aliqua legittima,debet cōdēnari vltra reſtitutionē reipetitę in intereſſe,& expenſis induplū,& tūc ap-
20. pellatione † intereſſe litis venit dānū, quod quis ratione litis patitur, ita fuit
* determinatū in proceſſu don Martini de Gurrea cōtra Petrū Payan,& alios de Luna ſupra executione comandæ anno 1572.in curiæ Iuſtitię Aragonū

ita

Digitized by Google

ita tenet Bardaxi in foro 2. de rei vendic.

Eandem executionem priuilegiatam habet de foro ſententia arbitralis laudata per partes, & emologata,
21. † vt in foro vnico de arbitris, ſicut iã per ſtatuta terrarum varijs in locis ſtatutum eſt, vt teſtatur Bart. in l. ſocietatem. §. arbitrorum ff. pro ſocio de Regno Caſtelle idem tradit Xuarez vbi ſupra 8. notabili, & quid de iure communi tradunt dictus Xuarez, & Bar. vbi ſupra.

Hanc ſententiam arbitralem legitimè latam eſſe debere, vt tale priuilegium habeat, nullus dubitabit l. 4. §. condemnatum ff. de re iudic. inter minis proprijs, vt de ſententia legali idem tradit Bart. in l. 1 §. & parui reffert ff. quod vi aut clam, ideo non inuoluam ſilentio id, quod in dubium vidi aliquando reuocari ab aliquibus, inter quos non defuit aliquis vir, & ingenio, & authoritate conſtans, an ſi compromittatur in tres in Regno, poſsint duo tertio nolente diffinire negotium, & quomodo hoc procedat, quod mihi in facto contigit, & quotidie occurrere ſolet, ideo hunc articulum, vt voto cuiuſdam amici ſatisfaciam, breuiter, & cũ reſolutione tractabo examinãdo Illerdentiũ mo
22. re tex. in † c. fin. de arbit. in 6. ex quo pro vera reſolutione colligitur, quod ſi ex 3. arbitris vnus nolit negotio examinando, vel deffiniendo intereſſe, alij duo procedere poterunt, ac ſi ille præſens eſſet, & contradiceret dicto tex. facit in argumentum tex. in cap. prudentiam extra de offic. deleg. cum ſuis concordantibus DD. ibi omnes in d. c. fin. de arbitr. in 6.

Opponitur primo, nam imo ſentẽtia à duobus lata tertio abſente etiam requiſito non valet l. ſi in tres. ff. de arb. cuius elegans ratio traditur in d. l. ſi in tres, ſi quidem forſam ille tertius, ſi præſens fuiſſet, traxiſſet eos in meliorem ſententiam ſecundum gloſam lex ciuilis in d. cap. fin. de arbitr.
23. in 6. ſicut dicimus de eo qui debet facere actum † cum conſilio alicuius, nam licet non teneatur ſequi illud conſilium, tenetur tamen illud petere, ea ſola ratione, quia forſam bono conſilio motus in meliorem ſententiam mutabitur, c. cum olim de arb. vbi DD. & ſic in electionibus plus no
24. cet contemptus † vnius, quam contradictio multorum c. venerabilem c. bonæ 2. de electione extra, ex eo ſolũ quia forſam abſens ſuo bono voto in meliorem, & ſaniorem electionẽ alios traxiſſet, & alia mille his ſimilia adduci poſſent ita glo. verbo lex ciuilis in d. c. fin. ergo falſa eſt noſtra concluſio, quod poſſunt duo finire, ſi abſens requiſitus ſit, & abſit voluntariè, vel malicioſè.

Opponitur ſecũdo nam iudices delegati ſimpliciter dati tenentur ſimul omnes negotium finire, nec duo ſine tertio id poſſunt, cum loco vnius cenſeantur dati, c. cauſam matrimonij, c. vno delegatorũ de officio deleg. ext. gloſa fin. in d. c. fin. ergo dicendum idem in caſu noſtro, vt vno illorũ abſente alij hoc non poſsint.

His tamen rationibus dub. nõ obſtantibus veriores ſunt deſcidendi rationes, & prima ſit ſecũdum Ancha.
25. in d. c. fin. quia omnes arbitri † iudicare debent, vt ibi, & l. duo ex tribus ff. de re iudic. l. ſicuti ff. de arbit. adeo quod ſi vnus committeret alteri, quod certo modo iudicaret, non valeret, notatur in l. itẽ ſi vnus in fin. ff. de teſtibus, & ideo oportet, ad hoc quod partes vno abſente procedant ad ſententiam, conſtet de voluntaria vel malicioſa abſentia illius, per tex. in d. c. fin. ita Bar. in l. duo ex tribus ff. de re iudic.

dic. reprobando dicta Innocent. in c. Raynaldus de teſtamen. ext.

Secunda ratio deſcid. ſit textualis
26. quia finis † ſcelerius litibus imponendus eſt d. c. fin. c. finem litibus de dolo, & contuma. l. quidam. ff. ſi certum petatur l. properandum C. de iudic. & ideo optima ratione per illam decretalē fuit prouiſum, vt propter abſentiam vnius, alij nō impedirentur, ne negotium retardaretur, preſertim propter malicioſam, ſeu voluntariam abſentiam arbitrorum, quę plerunq; in eis ſolet reperiri, & præſertim in d. c. fin. cum pro maiori parte in arbitros eligantur amici glo. fin. ibi. qui videntes partem ſuam ſubcumbere, ſolent ſe abſentare, gloſa. malicioſam ibi, & propter hanc rationem bene ille tex. hoc ſtatuit ſecundum gloſam lex ciuilis. ibi in fine.

Nec obſt. rationes dub. Prima non obſt. nam licet verum ſit illud, procedit tamen de iure ciuili per dictam l. ſi in tres, quę lex obtima conſideratione mota fuit, vt dixi in ratione dubit. At ille tex. in d. c. fin. procedit de iure canoni. quod attenta equitate, de qua in prin. illius tex. aliud ſtatuit, & fingit abſentem præſentē, & contradicentem ita glo. lex ciuilis. ibi.

Nec obſt. ſecunda ratio dub. nam
6 diuerſum ius ſtatutum eſt etiam de iure canonico inter arbitros ſimpliciter datos, & delegatos ſimpliciter datos, quod conſtat ex c. fin. de re iudi. tum quia arbitri pronuntiant, prout eis viſum eſt, & plerunq. eliguntur amici, & poſſunt viles eſſe, & aufugere videntes malam Iuſtitiam partis ſuę, vt in d. glo. 1. & ideo ius magis circa illos prouidere, & cōſiderare, voluit, vt in prin. & propter eandē rationē ſupplet ius in eis, quod minus dictum eſt à partibus l. itē ſi vnus. §. principa-
27. liter ff. eod. iudices vero † maiori maturitate creantur c. ſtatutū de reſcrip. in 6. nec ſolent eſſe adeo viles, vt talia faciant, ſicut illi, ſaltim non ita præſumitur, & ſic ius in eis ſupplere non vult, tū ex eo quia in iudicibus rigor attenditur, quia clementiores lege eſſe non debent. §. opporret in authētico de iudi. col. 6. & propterea diuerſum ius ſtatuitur in vtriſq; ſimpliciter conſtitutis.

Declaratur primo concluſio vera eſſe, ſi tertius ille fuerit requiſitus, & legitimè, vt adeſſet negotio examinando, ſiue deffiniendo, & ille noluit requiſitus adeſſe d. c. fin. & hoc ſiue per nuntiū literatorie deſtinatum, ſiue per literas, vel per nuntiū iuratum c. prudentiā ext. de offi deleg. glo. legittimè in d. c. fin. hoc namq. neceſſe eſt, vt alij arbitri poſſint negotiū expedire, alias autē non valeret quod agerēt l. ſi in tres cum l. ſequen. ff. eod. l. duo ex tribus ff. de re iud. ex quo ſequitur contra Inno. in c. Raynaldus, & ſpeculator hoc titu. verbo quid igitur §. fin. quod licet omnes conueniſſent ad ſententiā ferendā, ſi tū. vnus non valens alios ad ſuam opinionē reducere, diſcederet ab eis, & illi pronūtiarent, non valeret illorū ſententia, ſecundū Bar. in d. l. duo ex tribus Franc. & Anchar. in d. c. fin. quod verū eſt, ſiue ille diſcederet audita aliorū opinione, ſiue non, dūmodo non ſententiaſſet, nā
28. quomodocūq; ſit iſte abſens † tēpore latę ſententię ab alijs, non valebit ſententiā per illū tex. qui omnes iſtas ambiguitates tollit, & idē licet diceret iſte talis, quod non dū erat inſtructus, imo tūc à fortiori idē, quorū ratio eſt quia cū omnes iudicare teneātur l. ſicuti. ff. de arb. l. duo ex tribus ff. de re iud. licet ceſſet ratio tex. in l. ſi in tres (ſcilicet ꝙ alios nō poteſt in his caſibus trahere ad ſuā ſententiā) non tū. ceſſat illa alia ſecundū Bar. Ancha. & Franc.

Digitized by Google

Franc. vbi ſup. quę ratio adeo vera eſt; ſcilicet quod omnes iudicare teneãtur (niſi aliud ſtatutũ in cõpromiſſo) ſit ꝙ non poterit vnus motũ animi ſui cõmittere, † hoc eſt nõ poterit alij cõ-
29 mittere, quod certo modo iudicet glo. in l. ſicuti ff. de arb. quia videtur electa induſtria perſonæ, Bar. Fran. Anchar. vbi ſup. & ideo prouidetur de remedio per illũ tex. vt requiratur, qui ſi requiſitus legitimè nolit adeſſe, poterunt alij expedire: & ſi dices, quod ſic eſſet in manu tertij aliorũ iudiciũ eludere reſcedendo, & non conueniẽdo, Reſpondeo, quod nõ eſt conſiderabile, cũ poſsint illũ requirere, vt ad actũ accedat, qui ſi requiſitus nolit ad illũ actũ accedere (ceſſante impedimẽto) alij poterunt ad illũ actũ celebrandum accedere, & eũ expedire, & quãdo ille tertius pro craſtinaret dicẽs ſe non poſſe intereſſe, tunc expectabitur vſq; ad vltimos dies, quibus ſi nõ comparuerit abſque alia requiſitione, alij procedent, vt infra dicã, verũ ſine requiſitione non procedent alij, niſi ſtẽt in vltimo die, & hoc intendit illa decret. demẽte Doctorum omnium ibi, & in l. duo ex tribus.

Verũ hęc eadẽ declaratio limitatur, vt nõ procedat quando adeſſet vltima dies termini, & vnus ex arbitris eſſet abſens, vel ſe abſentaret, nã tunc non requireretur alia monitio, ſeu requiſitio, quia vltima † dies interpellat
30 litẽ illa ff. de conſt. pecun. Franc. alios allegans ibi verſiculo quando tamen.

Limitatur alio modo hæc eadẽ declaratio, vt nõ procedat, quãdo adeſſet iuſtũ impedimentũ nõ cõparãdi, quo caſu etiã ſi requiſitus nõ cõpareat, nõ poterunt alij negotiũ ſine illo expedire, illo tex. ita glo. impedimento ibi, quę dicit, quod tunc ſtabimus legi, id eſt ꝙ lex, ciuilis l. ſi in tres ff. de arbitr. habebit tũc locũ, hoc apparet quia in hoc tex. quãdo fit mẽtio de lege ſimpliciter, intelligitur de l. ſi in tres, glo. penes quos ibi glo. ſequens &c. Et ſic nõ poterũt duo abſente tertio quicquam facere d. l. ſi in tres, quod iuſtum videtur.

Verum tamen eſt, quod de dicto impedimento debet conſtare modo legittimo, veluti per nuntium literatoriẽ deſtinatum, vel nuntium iuratum, vel per Epiſtolas capit. prudentiã de offi. deleg. vel pars quę ſententiã impugnat id corã eis probare debet, ſed aduerte cautelã quia ab-
31. ſens nõ tenetur ſe præcipitare † notificando alijs impedimentũ, nã cũ per illũ tex. non poſsint alij procedere niſi abſente requiſito, & nolẽte cõparere, tunc poterit abſens allegare impedimentũ illi qui eũ requirit, vt ſic per eundẽ probetur impedimẽtũ, per quẽ requiſitio, niſi eſſemus in vltima die cõpromiſsi, nã cũ tunc non ſit requirendus, vt dixi ſup. debebit ipſe occurrere alijs allegando impedimentũ, ne procedant, & non poterũt procedere, cũ nõ ſit illa abſentia voluntaria nec malicioſa. & hęc ſunt de intentione, & verbis illis tex.

Declaratur ſecundo concluſio noſtra, vt poſsint alij arbitri expedire libere illũ actũ, ad quem fuerit citatus dumtaxat, non autẽ ad alios ſequẽtes, ad quos nõdũ fuerit citatus, vnde ſi fuerit requiſitus accedere ad examinationẽ negotij, & nolit accedere poterunt illi examinare negotium, non autem deffinire, † & ſententiare ſi-
32. ne noua citatione, licet ille tex. aliter videatur concludere, ita gloſa libere in fin. ibi, quam ſequitur dom. & Francus, quod verum eſt non ſolum

ſolum quãdo citatus ad vnum actum reſpondet, nolle venire ad illum actũ, verũ etiã ſi ſimpliciter diceretur nolle accedere, ſeu venire, ita Franc. verbo libere, & ſic non ſufficiet vnica requiſitio contra gloſam in clem. 1. de heretic. ſecus autem eſſet quando requiſitus diceret nolle ſe de illa cauſa

33. intromittere. † nam tunc non eſt neceſſaria alia requiſitio clem. 1. de dolo, & contum, & ſic poterunt alij omnia facere ſine alia requiſitione itã Franc. ibi in verbo libere, quod multum commendat.

Extenditur primo cõcluſio noſtrã procedere in arbitratoribus francus num. 2. ibi.

Extenditur 2o. etiam ſi eſſent plures quam tres, dum modo maior pars volens procedere requirat.

Extenditur 3. in executoribus teſtamenti ſimpliciter datis, nam vnus ſine alio procedet nolẽte alio exequi c. 2. §. fin. de teſtam. eod.

Limitatur primo non procedere in arbitris iuris Doctores ibi Franc. n. 2. verbo an autẽ diſpoſitio, ratio eſt

34 quia his arbitri † potius aſſimilantur iudicibus de legatis, quam arbitris. & ſic ſequuntur illorum naturam notatur in c. ab arbitris de off. de leg. hoc lib. & ſic in eis idem quod de illis dicemus, vt notatur per gloſã vltimam in d. c. fin. c. prudentiam de offi. de leg c. cum plures eodem in 6. c. vno delegatorum c. cauſam matrimonij de offi. de leg. in 6. Anchar. ibi ante num. 1.

Circa ſuperiora dubitatur nũquid ille tex. procedat mortuo vno ex arbitris, an tunc poſſint alij procedere ſi vtiſi eſſet abſens, & requiſitus. Reſpõde quod non, nã tunc potius † ex-

35 pirat conpromiſſum l. Pedius C. de iud. l. non diſtinguemus §. fin. ff. de arbitr. l. ſed, & interpellatur §. 1. ff. eod. Couar. in c. requiſiſti num. 5. de teſtamẽtis, in abſẽte vero nolẽte cõparere ſecus eſt, quia reputatur pro præſente d. tex. in mortuo autem hoc eſſe non poteſt, nam licet dicatur abſens c. ſi delegatus de offi. de leg. hoc lib. vbi mors, & abſentia ęquiparatur non tamen poteſt requiri, & cõtumatiari mortuus, vt pro præſente reputetur, vt in noſtro tex. ita Anchar. ibi ante num. 1. & hoc tenet Dominic. ibi in fin per eaſdem rationes, quem non vidi. antea in hoc pũcto.

Limitatur ſecundo concluſio noſtra procedere tantum in arbitris ſimpliciter electis, gloſa electis ibi Frac. in ea, & in gloſa pro preſente, Doctores omnes ibidẽ, hoc eſt quando in compromiſſo nihil actum eſt qualiter debeant iudicare, & nulla clauſula eſt appoſita, quo caſu cenſetur actum, vt omnes ſimul ſententiam dicant, & non valeat ſententia vnius alijs abſentibus, gloſa in l. non diſtinguemus §. cum in plures verbo dicant ff. eodem. gloſa electis in d. c. fin. & ideo tunc eſt neceſſaria prouiſio huius tex. ad hoc, vt ſententia preſentium valeat tertio abſente, ita Franc. vbi ſupra: Secus autẽ eſſet quando aliqua clauſula eſſet appoſita, nam tunc aliud diceremus iuxta naturã clauſulæ: & primo ſi eſſet appoſita clauſu-

36 la † vos, & alter veſtrum, vel quod valeret ſententia omnium, vel etiam vnius tantum; vel quod vnus alium expectare non teneatur, & tandem quælibet alia clauſula importans iuriſdictionem in ſolidum, quo caſu non haberet locum tex. ille imo poſſet vnuſquiſque illorum ſententiam ferre, & talis ſententia valeret d. §. cum in plures argumento c. cum in plures de offic. de leg. in 6. ſupponendo,

quod

quod arbitri ſapiunt naturam iudicũ delegatorum c. ab arbitris de officio de leg. in 6. & in hoc caſu non eſſet neceſſaria requiſitio aliorum, ex quo quilibet eſt arbiter in ſolidum, ita Franc. ibi ante num. 5. verſ. & ſic te ne menti.

Limitatur tertio quando eſſent dati arbitri cum clauſula, quod ſi non omnes, quo caſu licet etiam debeat conſtare de renitentia, & nolentia abſentium c. prudentiam de offic. de legat. extra, tamen tunc nulla eſſet dubitatio, & ſic non haberet locum ille tex. quia in arbitris ſimpliciter datis loquitur, in quibus cum ſecundum leges ciuiles non valet ſententia abſente tertio l. ſi in tres ff. de arbitr. licet abſens ſit malicioſè vel voluntariè abſens, in his loquitur ille text. vt ſi requiſitus non compareat, alij procedant, quãdo autem adeſt clauſula, quod ſi non omnes &c. tunc propter naturam clauſulę debet conſtare de nolentia d. c. prudentiam, & ſi in hoc caſu loqueretur ille tex. nulla eſſet dubitatio, & ſic loquitur in ſimpliciter conſtitutis arbitris ad correctionem dictæ l. is ſi in tres, & hoc vult ſentire gloſa electis ibi non procederet decretalis dubitatio, & gloſa poteſtatem, dicens quod hęc decretalis ſupplet clauſulam, quod ſi non omnes perinde ac ſi appoſita fuiſſet.

Limitatur quarto quando ſit compromiſſum in aliquos ita, vt ſint omnes concordes, quo caſu requiritur omnium concordia, nec ſtaretur ſententię maioris partis d. l. non diſtinguemus §. cum plures, nec haberet
38 in tali caſu locum † ille tex. gloſa pro preſente in fin. ibi, Franc. ibidem ad gloſam electis, cuius ratio eſſe poteſt quia in d. c. fin. ideo valet ſententia pluriũ altero abſente, quia ſicuti eo pręſente, & contradicente valeret, vt ibi, ſicuti &c. c. 1. ſupra eo. tanquã lata à maiori parte, ideo idem eo abſente, quia reputatur pro pręſente, & ſic tunc valet in d. tex. ſententia preſentium tertio abſente, quando valeret eo pręſente, & contradicente, & non alias gloſa pro præſente, ibi in fin. ſed ſi in terminis huius limitationis, ipſe eſſet pręſens, non valeret ſententia, niſi omnes concordarent, cum in omnes ſit compromiſſum ea lege, vt ſint concordes d. §. cum in plures, ergo licet ſit abſens, & fuerit requiſitus, & non compareat, non poterunt alij per illum tex. procedere, gloſa pro pręſente in fin. ibi: & propter eandem rationem idem dic
39 in terminis c. 2. §. fin. † de teſtamentis in ſexto, ſi teſtator datis executoribus dixiſſet, quod non poſſet vnus ſine alio exequi, vel quod ambo teneantur exequi, & non vnus ſolus, iuxta gloſam in d. §. fin. nam tunc non poſſet vnus ſine alio exequi etiam ſi malicioſè ſe abſentaret, & eũ requireret, vt cauetur in d. §. fin. gloſa pro preſente in fin. in d. c. fin. Franc. in eadem gloſa pro pręſente ibi eadem ratione, Dominic. num. 9. ibi nec obeſt. gloſa fin. in fin. in c. fin. ſupra eodem, nam loquitur in iam electis arbitris ſimpliciter, nam iſti non poſſunt pronuntiare contra ius arg. c. requiſiti de teſtamentis, in partibus autem eligentibus aliud eſt, quoniã poſſunt compromiſſo apponere modum, & formam prout eis placet l. ſi cum dies §. ſi quis littigatorum ff. eod. notatur in glo. occupantis in c. ſi duo de procur. in 6. Franc. in d. c. fin. num. 6. in fin. Dominic. in gloſa pro pręſente vbi etiam ſublimitat hanc 4. limitationẽ, vt non procedat in arbitris iuris, qui licet eligãtur à partibus c. ab arbitris de offic.

de

de leg. in 6. non tamen habent † po-
40. teſtatem à partibus, ſed à iure, c. ſuſpicionis de offic. de leg. & ſic non poſſent partes tunc in compromiſſo dare nouam formam aliter, quam à lege, & à iure de illis loquentibus caueatur, & per conſequens non poſſunt pronuntiare contra ius loquens de illis arbitris iuris, Franc. & Dominic. vbi ſupra gloſa marginaria in d.c.fin. quę iura loquētia de arbitris iuris ſūt multa, vt habetur in c. ab arbitris de offic. de leg. & ſimili modo dicemus idem eſſe, quando in duos fuiſſet cōpromiſſum, nam vno abſente etiam requiſito non poſſet alius procedere, d. gloſa pro pręſente in princ. cuius ratio eſt, quia ſi preſens fuiſſet, & diſcordaret, nō reperiretur maior pars, & ſic neutrius ſententia valeret c.fin. de re iudic: in c.autem fin. de arbitr. in 6. reperitur maior pars licet vnus abſit, cum ſint tres, & ſicut ſi præſens eſſet, & cōtradiceret, non noceret: ita etiam eo abſente requiſito tamen, cum habeatur pro preſente, quod in duobus arbitris locum non habebit, vbi non militat ratio illius tex. vt ſupra dixi.

Limitatur quinto concluſio non procedere, quando in compromiſſo eſſet per partes appoſita certa forma,
41. nam tunc † illa ſeruanda eſſet, etiam ſi reluctaret illi textui, cuius ratio eſt, quia cum poteſtas arbitrorum tota dependeat à compromiſſo, & ſic à poteſtate partium l. non diſtinguemus §.de officio ff.de arbit.l. ſicut dies.§. ſi quis littigatorum ff. eodem adeo quod poſſunt partes apponere in cōpromiſſo quamlibet clauſulam, veluti, quod non ſit neceſſaria requiſitio alterius, & quod alter ſine altero poſſit procedere, & iudicare, d.§. ſi quis littigatorum not.DD.in c. cum plures de officio de leg.in 6. Franc. in d. c.fin. ante num.5. ideo hac ratione ſi appoſita fuerit certa forma, illa ſeruāda erit, aliàs ea omiſſa non valebit actus, prout in iudicibus dici ſolet, quod ſi certus numerus requiritur, ille adhiberi debet de neceſsitate glo. vlt. in d.c.fin. verbo niſi in prædictis caſibus &c.

Dubitatur circa ſuperiora, & poſ-
42 ſet eſſe limitatio videamus quid ſi tertius arbiter ſit præſens, taceat † tamē, & nihil dicat, nunquid alij duo poterunt pronuntiare, & eſt dicēdū quod ſic, quoniam præſens. & tacens habetur pro contradicente Anchar. ibi. num.1. ſed ſi eſſet præſens, & contradicens valeret aliorum ſententia l. duo ex tribus ff.de re iudic. Anchar. vbi ſupra, d.c.fin.ibi ſicut poſſent &c. ergo dicemus idē eo tacente facit d. c.fin.de arbitr.in 6.in fin.vbi dicit abſentem haberi pro pręſente, vbi tex. videtur ſolam pręſentiam conſiderare, ſiue ipſe præſens, & tacens habeatur pro contradicente, ſiue non, ita tenet Franc.ibi num.2.vbi iura allegat, & alios DD.glo.1.in l.ſi in tres ff. de arb. nam non eſt neceſſe quod aliter loquatur dummodo ſit præſens.

Sexto limitatur hęc concluſio ex quo contrariatur legi ciuili, vt procedat tantum in foro Eccleſiaſtico, in terris quæ ſint imperij, ſeu quę non ſint de temporali iuriſdictione Eccleſiæ, † non autem in foro ſeculari, vbi
43. tantum ſeruabuntur leges ciuiles, at vero in terris quæ ſunt de temporali iuriſdictione Eccleſiæ, tunc in vtroq. foro ſeculari, & Eccleſiaſtico ſeruabitur ille tex. & ius canonicum, glo. lex ciuilis ibi in fin. Fran. num.5. vbi adducit 6. caſus fallenciales, in quibus in vtroq. foro ſeculari, & Eccleſiaſtico ſeruatur ius canonicum in terris etiā, quę ſunt de temporali iuriſdictione imperij, ſeu aliorum temporaliū dominorum,

dominorum, & ſic quæ non ſint Eccleſię in temporalibus.

Limitatur ſeptimo concluſio n. vt procedat tantū in arbitris compromiſſarijs à partibus electis, ibi ex tribus arbitris à partibus electis &c. Secus autem in arbitris iuris de quibus in c. ab arbitris de offi. de leg. in 6. c. ſuſpicionis eod. extr. c. ſecundo requiris §. 2. c. cum ſpeciali de appel. in quibus iſte tex. non habet locum, nec

44 procedit: cuius ratio eſt, quia tales potius accedunt ad naturam † iudicum delegatorum, quam arbitrorum, notatur in d. c. ab arbitris, & ideo in eis idem dicemus, quod de iudicibus delegatis, de quibus in c. prudentiam de offi. deleg. extr. & c. cum plures eodē in 6. & in glo. fin. in d. c. fin. & ſequenti limitatione, & hoc tenent communiter DD. omnes, vt reffert Philip. Franc. ibi ante n. 3. contra Io. And. qui omittendus eſt.

Vltimo limitatur concluſio noſtra, vt non procedat in iudicibus, ſiue delegatis, ſiue ordinarijs, in quibus certa formā ſtituta eſt, vt traditur per gloſſā fin. in d. c. fin. ad quam te remitto vbi DD. & Domin. à num. 9. quem vide, & ad ea quę in locis ibi allegatis traduntur per DD. & ad c. 1. de arbitr. in 6. vbi aliqua dicuntur de his iudicibus, ſiue delegatis, & ordinarijs. Et quare aliud ſtatutum ſit in iudicibus, aliud vero in arbitris, vide gloſam vltimam in fin. d. c. fin. & hæc de hoc concluſione.

45 Ex his patet quod poſſunt duo † arbitri pronuntiare tertio nolente, ſupponendo quod fuerit requiſitus, exploſa ciuili ſanctione, quę contrariū ſtatuit, & cum in Regno defficiente lege municipali reccuratur ad ius canonicum, tanquam continens equitatem, ſecundum prohæmium Regis Iacobi, in fin. Molin. in verbo fori Aragonum, late Portoles in Scholijs ad Molin. in §. forus num. 2. ex quo ius Canonicum magis inhæret iuri diuino, ideo à primo ad vltimum dicemus in Regno id ſeruandum eſſe: & quando de iure id non procederet, adhuc tamen in Regno idem eſſet, nam de foro ſtamus chartę, niſi quid impoſſibile, vel contra ius naturale contineat obſ. item iudex de fide inſtrum. quam multis exornat Portoles in Scholijs. §. inſtrumētum à num. 68. inter alia inferens ex hoc non dari in Regno impoſſibile iuris, nam quidquid charta continet valet, niſi illud ſit impoſſibile, ſicut ibi declarat, vel contra ius naturale, ſed ſic eſt; quod quando teſtificantur compromiſſa in Regno, ſic compromittitur in tres, vt omnes, vel maior pars pronuntient, igitur valebit factum à duobus, etiam non requiſito tertio iuxta tradita ſupra in limita. 2. in viā iuris canonici, cum hic non ſimpliciter dati ſint, ſed cum ſupra dicta clauſula, quæ in ſolidum dedit iuriſdictionē tribus, & etiam duobus, vt ſupra, non igitur habent trepidare legiſtæ in Regno, ſi ſimul canoniſtę ſunt, cū deciſſionem habeant Pontificiam, & legem Regni per quam idem ſuſtinetur.

Ad propoſitum redeundo, habes amantiſſime lector aliqua inſtrumentā habentia executionem priuilegiatam, plura adduci poſſent, quæ in ſuo caſu omnia tibi breuiſſimē recenſebo, nunc autem iſta ſufficiant, vt ad inſtar eorum, reliqua cū eiſdem clauſulis, & priuilegijs tibi figuranda proponas, nam gratia exempli ſolum apponuntur iſta, non vt reſtringant iur. vulgatis.

46 Iſta igitur, & alia habentia executionem priuilegiatā, † mandantur executioni, in vim fori abſque alio circuitu,

circuitu, & inſtrumentum habetur pro exequibili, per inde, ac ſi ſententia ſuper eo lata foret, vt in obſ. vſus reg. & alijs ſupra allegatis, nec mirũ hoc eſt, quia ſecũdum Bart. in l. cum vnus, num. 11. de bon. auth. iud. poſsiden. ęquiparantur inſtrumẽtum guarentigię, ſeu confeſsionatum, & cauſa iudicati, nam habent illa vim ſententię diffinitiuę ſecundum eum, & ſic idem in terminis illius legis iudicandum eſt de pignoribus captis vigore illorum inſtrumentorum, quod eſſet in pignore iudiciali, & quod capitur in cauſam iudicati.

Bald. tamen in l. non ſolum §. neceſsitate C. de bon. quæ lib. tenet,
47. quod talia inſtrumenta habent vim † ſententię interlocutorię, vide Angel. in §. ſi quis autem alias illud quoque in authent. de hęred. & falcid. bona additio alios allegans in d. l. cũ vnus, & idem per ſtatuta terrarum ordinari, & diſponi aſſerunt Bald. in l. peremptorias num. 29. C. ſentent. reſsind. non poſſe, & in l. ab executione, nu. 6 C. quorum appel. non recip. Rebuf. in d. titul. d. litter. obligatione in pręf. à nu. 13. cum ſequẽ. & art. 6. gloſ. 3. à nu. 27. cum ſequẽ. vbi ius exequendi iudicis authoritate, & partium conuẽtione, ęquiparantur: de quo dicitur eſſe tex. non omnibus notus, & maximè notandus, in l. cum quaſi §. ſi plures ff. de fideicommiſ. libert. vbi Alber. & alij tex. maximè commendãt, quia ibi lex habet actum pro ſententiato, ſuper quo nulla fuit lata ſententia, latius Rebuf. vbi ſup. vna tn. potiſsima differentia reperitur inter inſtrumenta guarantigię, † ſeu confeſ-
48 ſionata ſtante tali ſtatuto alibi, & inſtrumenta priuilegiata, paratauè Regni noſtri, pro cuius intelligentia eſt aduertendum, quod in ea queſtione, qua queritur an in executione ſententię requiratur citatio partis, miſſis oppinionibus, quæ reperiuntur, regula figenda eſt, videlicet quod requi-
49 ratur citatio † partis, l. 1. ibi ſi cæperis ex ſententia conueniri, C. de iur. & fact. ignor. l. meminerint C. vnde vi, faciunt in comprobationem multa adducta per Rebuf. in titul. de ſentẽt. execut. art. 7. gloſ. 11. n. 9. cum ſequẽ. & gloſa 9. num. 2. cum ſequẽ. Bald. in l. ab executione num. 5. C. quorum appel. non recipi; debet enim iudex in executione interrogare reum, an velit ſatisfacere, vel non, & poteſt reus in executione ledi propter multas exceptiones, quas poteſt in executione opponere, ſecundum Rebuf. vbi ſup. hoc tamen intelligendum eſt procedere, quando non præceſsiſſet cogni-
50. tio ſuper executione, † ſecus autem ſi pręceſsiſſet, veluti quia iudex dixiſſet mandamus exequi, vt fit in hoc Regno, & ſolum reſtaret executio facti, tunc enim non eſt opus citare partẽ, vnde iudex poſſet ad petitionem partis committere nuntio, vt exequatur nulla facta partis citatione, & ſic intelligitur oppinio Innocent. & aliorũ in d. c. ex ratione de appel. Bar. alij in l. à Diuo Pio §. in venditione, & in verbo executionẽ ff. de re iudic. Bald. l. ab executione num. 5. Benedict. de Barzis in loco ſupra citando.

Ex ſuperioribus inferre poſſemus, quod cum inſtrumenta Guarentigię non habeant maius priuilegium re iudicata, quod eſt in eorum executione citanda pars, verum in proprijs terminis hoc tenent Benedict. de Barzis in titu. de libel. Guarentig. 2. p. prin. quęſ. 3. dicens, quod in hoc ad impa-
51. ria iudicantur res iudicata, † & inſtrumẽtum Guarentigię, nam licet in executione rei iudicatę, quando non fit nouus proceſſus, & ſolum reſtat executio facti (nam alias, vt ſupra di-

xi

xi requiritur citatio partis, & petitur executio implorãdo officium iudicis, non eſt opus citare partem, tamen ſecus eſt in inſtrumento Guarentigię, & eſt ratio ſecundum eum quia ex quo nulla cauſæ cognitio præceſsit, neceſſe eſt, quod citatio præcedat executionem. §. fin. inſt. de pęna temere litigantium arg. eorum quæ notantur in l. nimis propere C. de executione rei iudic. vnde ſecundum eum nõ valet conſequentia, hæc ſolemnitas non requiritur in ſententia, ergo nec etiam requiretur in inſtrumento Guarentigiato, idem per eandem rationẽ tenet Bal. in d. l. ab executione num. ſexto, faciunt tradita per Ruynum conſ. 15. num. quinto, & ſexto, in 4. In

52. noſtro tamen Regno ſecus eſt, quam executantur inſtrumenta liquida nõ citato, nec vocato debitore, obſ. vſus reg. in fin. de pignor. dũ dicit. *Et hoc ſciendum eſt ſuper pignoribus ſupradictis quod poſſunt fieri non monito, nec citato debitore, vel illo, de quo querella habetur obſ. fin. eod. vbi habetur, quod ſi debitum ſit cum carta, fit pignoratio in cõtinenti, & ſine citatione, per Iuſtitias locorum foro homo quidam de pignoribus.*

Verum ſuperiora proxima procedunt contra debitorem obligatum,

53. † ſecus autem contra hęredem, nam contra eum non datur ius executiuũ, & idem eſt de iure, quia etiam non datur niſi pręmiſſa citatione, & liquidato quod ſit hęres, nam ita ſunt intelligendi DD. dicentes ius executiuum dari contra hæredem, Suarez in l. poſt rem iudicatam extentione 1. n. 2. Brunorus à ſole in queſtionibus legalibus queſ. 11. nu. 5. cũ ſequen. & ſic eſt in Regno, vbi non datur executio, ſed monitoria executoria virtutę inſtrumenti priuilegiati, vel monitoria pignoratitia virtutæ inſtrumenti habentis executionem paratam, vt ſoluat, vel deſamparet bona. Bardaxi in foro vni. de citation. & monition. & ſi tacet, cenſetur fateri ſe eſſe heredẽ, & fiet executio: quod ſi neget ſe heredem, vel habere bona, tunc quieſcit executio, & tractatur via ordinaria an ſit hęres, & hęc eſt † practica Regni cõformis iuri comuni; hoc idẽquod dixi de non citando partem in inſtrumentis priuilegiatis, ſeruatur in Fran

54 cia in inſtrumentis obligatorijs Regio, vel alio authentico ſigillo ſignatis, vt teſtatur Rẽbuf. de liter. obligatione in pręf. num. 26. cum ſequentib. & art. 1. glo. 5. nu. 5. ſicut etiam in curijs delphinalibus de ſtilo, & conſuetudine non fiunt citationes, quando ſententia exequitur infra vnum annum ſecus ſi poſt Rebuf. de ſentent. execut. ar. 7. glo. 11. num. 19. verbo ſecundo limita.

Agitur late de executione priuilegiata et Guarentigia, & de interlocutione quam iudex facit, ſuper tali executione, vbi multa declarantur in materia.

SVMMA EORVM QVÆ in hoc. §. 3. continentur.

1. *Agenti aduerſus debitum comandę, ſiue depoſiti, duplex competit via, vna ordinaria alia executiua.*
2. *Executionem habere paratam, & poſſe pignorari, vel executari debitorem, paria ſunt in hoc regno.*
3. *Ordinarium iudicium, quod propriẹ dicatur, exponitur; & quod extraordinarium. num 4.*

N 5. Sta-

5. *Statutum prohibens peti debiti executionem ſi intra decennium non ſit petita, non prohibet debitum peti via ordinaria.*

6. *Statutum, & conſuetudo laycorũ prodeſt etiam, & clericis.*

7. *Agens via executiua virtute inſtrumenti Guarentigij ſi ſuccumbat, poterit nihilominus agere via ordinaria; amplia, vt procedat etiã in reo allegante exceptiones. vt nu.8.*

9. *Exceptio oppoſita per viam iuris firmarum, facilius offuſcat debitũ, quam alia.*

10. *Sententia lata in iudicio ſummario, non parit exceptionem rei iudicatæ in plenario.*

11. *Nullitatem ſententię deducens in iudicio per viam exceptionis, ad impediendam executionem ſi ſuccumbat, poterit nihilominus eandem probare principaliter in alio iudicio.*

12. *Exceptio littis pendentia pręiudicialis executioni ſententiæ; non impedit executionem illius, quando illa exceptio requirit altiorem indaginem.*

13. *Sententia lata in cauſa principali non præiudicat incidenti de quo nõ fuit præmiſſa plena cauſæ cognitio. Secus alias vt nu.14.15. & 16.*

17. *Agens via executiua in iudicio repulſionis iurisfirmæ ſi ſuccumbat iterum via ordinaria debitum petere poterit. & num. 18. & declara. vt num.19. & 20.*

21. *Probationes pleniſsimæ requiruntur in iudicio repulſionis iuris firmæ.*

22. *Repulſionis iurisfirmæ finis, & effectus late diſcutitur, & vide nu. 29.*

23. *Ad repulſionem iurisfirmæ debet fieri fides de caſu manifeſto.*

24. *Debitum manifeſtum dicitur id de quo conſtat per inſtrumentũ aut cõfeſsionem partis quod intellige ſi inſtrumentum ſit liquidum, vt nu. 25*

26. *Obſeruantia penul. de pignor. declaratur quã amplia, vt nu.27.*

28. *Firma ſola de ſtando, & parendo iuri, non habet locum in caſu manifeſto: ea tamẽ in qua allegantur exceptiones, ſic.*

30. *Rafaelis Cumani doctrina in l. cũ queritur ff. de excep. rei iudi. accurate examinatur.*

31. *Exceptio rei iudicatæ non obſtat, quando agitur de diuerſa actione probanda, vel ad alium finem.*

32. *Executiuo iudicio cępto, & in quacunq. parte litis dimiſſo, tranſitus fieri poteſt ad ordinarium, vbi de ratione diuerſitatis, inter vtrunq; diſputatur, & num.33.*

34. *Litis pendentia, & acta iudicij, nocent omnibus hijs, quibus & ſententia nocere ſolet.*

35. *Reus ſuccumbens in exceptione propoſita contra inſtrumentum executiuum, nunquid iterum in iudicio ordinario eam allegare poſſit; diſcutitur; & cũ diſtinctione diſſoluitur, & declaratur. vt n.36.*

37. *Firma vna repulſa, omnes alię cenſentur repulſę, quod intellige vt nume. 38. & limita vt nu. 41 & 45.*

39. *Procurator conſtitutus in contractu ad confitendum debitum, non eſt ad alia procurator.*

40. *Arbitri ſalaria, & notarij, non ſunt condiciones, adimplendę per partes.*

42. *Executio non priuilegiata, vt impediatur; ſufficit allegare exceptiones legitimas; quę ſi probarentur releuarent.*

43. Firma

43. *Firma iuris in dubio, ſiue iuſta, ſiue iniuſta obtemperanda eſt.*

44. *Firmæ iuris declaratio ſolum pertinet locumtenenti qui eam prouiſit.*

46. *Firma tertij, vt opponi poſsit, quæ requirantur, remiſsiue traditur.*

47. *Agens via ordinaria, in vim inſtrumenti Guarentigij, pẽdente iudicio ordinario, non poteſt ad executiuum habere recurſum; prout ita iudicatum fuiſſe traditur nu. 48. & limita, vt nu. 49.*

50. *Clauſula appoſita in inſtrumento, vt creditor poſsit, variare iudiciũ, operatur in hoc Regno, vt poſsit omiſſo ordinario, ad executiuum recurrere.*

51. *Sententia qua iudex pronunciat procedendum eſſe ad vlteriora in executione, vel non, num ſit diffinitiua, an vero interlocutoria remiſsiue diſputatur.*

52. *Sententia de exequendo inſtrumẽto priuilegiato, interlocutoria dicitur non diffinitiua. & num. 54. vbi traditur ratio.*

53. *Executio inſtrumenti Guarentigij. verificatio conditionis, & liquidatio quantitatis, in hoc Regno fiũt non citata parte.*

55. *Setencia de exequendo inſtrumento priuilegiato reuocabilis eſt, & multoties ita declaratum fuiſſe traditur num. 56. & amplia, vt num. 57. & limita, vt nu. 58.*

59. *Sententia de exequendo inſtrumẽto priuilegiato, præmiſſa cauſæ cognitione, diffinitiua reputatur, nec reuocari poterit. vt num. 60. & ſequentibus.*

62. *Mixtus caſus ſub ſimplicibus non cenſetur comprahenſus in Regno. Stante ſtatuto, quod verba ad literam intelligantur.*

63. *Sententiæ diffinitiuæ diffinitio, & traditur, & explicatur. & num. 64.*

65. *Sententiæ interlocutoriæ diffinitio. traditur & explicatur.*

66. *Sententiæ interlocutoriæ habentis vim diffinitiuæ diffinitio traditur. & declaratur. vt nu. 67.*

68. *Sententia lata in iudicio ſumario, non eſt mere interlocutoria, nec mere diffinitiua, ſed habens vim diffinitiuæ.*

69. *Sententiã appellationem, vel electionem iurisfirmæ eſſe deſertam, eſt interlocutoria, habens vim diffinitiuæ; quod extende. vt num. 71.*

70. *Sententia quæ fertur partibus auditis ſuper repulſione iurisfirmæ, & exceptionum, dicitur mere diffinitiua. & declara. vt num. 73. & 74.*

72. *Qualitas ſententiæ, ex qualitate iudicij mutari ſolet.*

75. *Diſtinctio elegans traditur ad cognoſcendum, quando ſententia ſuper exceptionibus lata ſit deffinitiua, vel habens vim diffinitiuæ. Quod amplia, & declara. vt num. 76.*

77. *Sententiæ receptionis iurisfirmæ, vel repulſionis eiuſdem ſunt irreuocabiles. Vbi de ratione nu. 78.*

79. *Appellare non licet a ſententia de exequendo niſi in ea excedatur modus. vt n. 82. & 86.*

80. *Vno prohibito, prohibetur id omne per quod peruenitur ad illud.*

81. *Appellare non licet a ſententia principali; quæ tranſiuit in rem iudicatam:*

83. *Sententia de exequendo, factum reſpicit.*

84. *Appellare quãuis nõ liceat a ſentẽtia de exequẽdo ad finem impediendi; valet tñ. ad finẽ deuoluendi*

cauſam ad ſuperiorem.

85. *Nullitas allegata, & in promptu probata impedit executionem.*

87. *Firma iuris, vel appellatio, non impediunt preceptum de exequendo virtute inſtrumenti priuilegiati, quamuis ſecus ſit ſi inſtrumentum ſolum habeat executionem paratam.*

88. *Appellatio regulariter de iure in omni caſu, & ab omnibus grauaminibus, locum habet.*

89. *Appellatio à diffinitiua de iure ſtatim ligat manus iudicis à quo; ſecus in appellatione ab interlocutoria, vt num. 90. qua non ſuſpendit ſed deuoluit, vt num. 91. idem in hoc Regno, vt nu. 92.*

93. *Apellatio à repulſione iuris firmæ non obſtat quo minus iudex à quo, ſententiam, ante inhibitionẽ præſentatam, exequatur.*

§. 3.

EX his quę in præcedentibus §. §. dicta ſunt, inferre aliqua oportet ad praxim huius Regni, & pręſertim curię Iuſtitię Aragonum, cuius propia eſt materia iſta.

Et primo, ſicuti pro conſequendis legatis, & fideicommiſsis, licitum eſt agere via ordinaria, ſcilicet rei vendicatione, hypothecaria, actione perſonali ex teſtamento Bened. vbi ſupra num. 139. & etiam via executiua, per tex. in §. illud iuncta glo. decreto vbi Angel. in authentico de hęred. & Falcid. ita Alexan. in l. ait prætor. §. primo ff. de re iud. & ſupra late explicuimus, & pro repetendo depoſi-

1. to † ſimiliter duplex patet agenti via, vna ordinaria, alia executiua, ſecundum Didacum à Segur. in l. ſi ex legati cauſa nu. 62. & 64. in fin. ff. de verb. oblig. vt ſic de prima intelligas tex. in l. pen. C. depoſiti iuſtis notatis in l. 1. ff. de edendo ſecundum Bald. & Salicet. in d. l. pen. de ſecunda intelligas eandem l. pen. in verbo illico, & verbo omnibus modis ſecundũ Bart. & Angel. ib i. eodem etiam modo dicendum eſt, in Regno circa inſtrumenta liquida, quę habent de foro executionem paratam, ideſt, quod in vim talium inſtrumentorum poteſt procedi ad pignorationẽ, & executionẽ debitoris obligati, nã paria iſta ſunt habere executionem paratam, & poſ-

2. ſe † pignorari, & executari debitorẽ obligatum in vim inſtrumenti, vt deciditur in obſ. vſus Regni de pigno. & alijs ſupra allegatis, & infra recitãdis, & in hunc ſenſum hi loquendi formulę recipiuntur cũ in materia executionis ſententię latę per iudicem competentem, leges vtantur eiſdem verbis, vt conſtat ex tota. l. à Diuo Pio ff. de re iudi. de qua re eſt pulchra deciſio in l. 2. C. de executione rei iudicatæ, inquit enim, ſi cauſam iudicati non nouiſti, rem iudicatam pręſes prouincię etiam pignoribus captis, ac diſtractis ad emolimentum perduci videbit &c. Iam ergo dicit tex quod ſi quis habet ſententiam, ſeu iudicati cauſam, & ſic executionem paratam illa exequetur, per captionem ac diſtractionem pignorum, vt ſic, in vim talis ſententię procedatur, ad pignorationem bonorum debitoris condemnati vide in l. quarta. §. ſi ex conuentione de re iudi. & cum noſtra inſtrumenta, habeant vim ſententię, vt ſupra diximus, habebunt ſimilem executionem.

Cum

Cum igitur (redeundo ad materiã) in Regno, inſtrumenta habeant executionem paratam, inde colligitur, quod ex obligatione contenta in inſtrumento, oriuntur duo iura agendi, (ſicut diximus in legato, & depoſito.) quorum alterum dicitur ordinariũ, aliud vero extraordinarium, ſeu executiuum.

Ordinarium autem dicitur illud
3. ius, ſeu iudicium, † per quod proceditur via, vt dicitur ordinaria, & plenaria, vocato ſcilicet, & citato reo, oblata petione in forma recte concludente, lite conteſtata, & aliis ſolemnitatibus à iure cõmuni, ſeu legibus municipalibus, & particularibus Regni ſtatutis, & ordinatis, prout id regulare eſſe in omni inſtrumento, & obligatione in eo contenta traditur in l. minor 25. ann. cui fideicõmiſſum ff. de mino. l. 2. in fin. C. de executio rei iud. obſ. de cõſuetudine iuncta obſ. præcedẽti vſus Regni, in fin. de pigno. for. vnico, q in factis vſur. ibi omnia debẽt iudicialiter, & ordinario iudicio expediri ex quo inferũt DD. regulariter de iure inſtrumenta non habere executionẽ paratam; ſed ex eis agendum eſſe via ordinaria.

Aliud ius agendi, quod in Regno naſcitur ex inſtrumento eſt extraordinarium † executiuum, ſeu etiam
4. ſummarium appellatum, hæc duo iura naſci ex inſtrumento executiuo fatentur DD. & præſertim Socinus conſ. 255. in 2. Bald. in l. 2 §. planè ff. quod falſo tuto. auth. Decius cõſ. 96. & 119. Felin. in c. cum venerabilis nu. 25. de exceptionibus aſſerentes, quod hæc duo iura, & iudicia ſunt adeo diuerſa, & diſtincta, & ſtant ſimul de perſe, quod ſublato vno, aliud ſublatum nullo modo cenſeatur, ex hoc varias illationes inferendo. Et primo Bald. vbi ſupra infert, quod quando ſtatutũ
5. dicit † quod ſi debitum non ſit petitum infra decennium, quod poſtea nõ poſsit peti executio inſtrumẽti, q tũc elapſo termino cautela eſt, quod non agatur executiuè, cũ ſit præcluſa via, ſed ordinariè in proceſſu plenario, & fiat probatio per confeſsionẽ inſertã in inſtrumento, quę valet, vt dicemus ſuo loco. Faciunt notata per Angel. & Io. de Imol. in l. ſi pupillus in prin. ff. de noua, vbi in queſt. qua quęritur, an creditor, qui poteſt regulariter compellere debitorem, vt de debito faciat ſibi inſtrumentum publicum, vt habetur in l. ſi contendat ff. de fideiuſſ. & in l. ſicut data C. de lib. cauſ. ſpecu. in titu. de inſtrumenti. editio. §. poſtquam verſ. quid ſi, poſsit etiam debitorẽ ſuum ſtringere, vt recipiat Guarentigiam, & ſic quod conficiatur inſtrumentum Guarentigiatum; in hac queſt. ſupradicti DD. dicunt, non teneri; conſiderato, quod per tale inſtrumentum ſic Guarentigiatum, poſſet etiam incipi ab executione (cum aliàs ſola via ordinaria eſſet agẽdum) vnde debitor grauaretur in eo, in quo non erat obligatus Bald. in ſuper in l. de quibus ff. de legibus in queſtione qua queritur, vtrum clerici poſsint vti via executiua, & ſic beneficio ſtatuti de Guarentigijs laycorum, dicit, quod ſtatutum, & conſuetudo
6. † laycorum eſt proficua etiam clericis, can. ſi in adiutorium 10. d. cap. dilecti de foro comp. dummodo ipſi clerici velint ſeruare formam ſtatuti, & conſuetudinis, vnde infert Baldus ſi eſt ſtatutum, vel conſuetudo, quod inſtrumenta Guarentigiata mandentur executioni, niſi ſint elapſi decem anni, certe non poterit tunc eccleſia, poſt decem annos petere dicti inſtrumenti executionem; ſed debet age-

agere ordinariè, cum iuri extra ordinario ſit præſcriptum, argumento l. eius militis §. milicia miſſus ff. de milit. teſtamento. Quidquid igitur ſit de hoc dicto Bald. quod infra examinabimus, illud tamen manifeſtè reſultat, quod ſublata vna via ex his duabus, altera non cenſetur ſublata Xuarez in l. poſt rem limit. 6. num. 7. Anton. à Canario de executione inſtru. n. 95. facit in ſimili ſecundum Areti. conſ. 75. col. 8. verſi. aut ergo qui in ſtatuto, quod opponi nō poſſit de nullitate, vult quod non tollatur quin per viam principalis petitionis de nullitate dici poſſit, licet ſublatum ſit iudicium exceptionis ſummarium, cuius opinio fuit aprobata per rotam ſecūdum Contardum in l. vni. C. ſi de moni poſſ. limit. 7. nu. 67. quod vt dilucidius appareat, infero ex ſupradictis ad duas notabiles concluſiones inter ſe diuerſas. Quarū prima ſit, quę ſequitur.

Prima concluſio.

Agens via executiua, virtute inſtrumenti guarentigiati, † ſi ſuccu-
7 buerit, ſententia contra eum lata, nihilominus poterit de nouo agere via ordinaria, & in iudicio plenario, vt in proprijs terminis eleganter idem reſoluit Bart. Socin. conſ. 255. in 2. volu. idem tenet Decius conſ. 96. vbi licet concludat, quod is qui ſuccubuit, excipiendo in iudicio executiuo, non poſſit ſuper eodem iure agere principaliter, & ordinariè, ſi in iudicio executiuo, & ſummario, plenariè fuerit probatum, & cognitum: tamen ſi ſummaria fuerit probatio, fatetur poſſe iterum agi principaliter, in iudicio ordinario, & plenario; ſecundum Bart. in l. qui Romæ §. duo fratres, in quinta oppo. de verb. obligat. pro quo facit ſecū. iure eundem Bar. quod traditur in l. à Diuo Pio §. ſuper rebus ff. de re. iud. Confirmantur ſuperiora ex his quę tradit Suarez in l. poſt rem iudicatam, circa declarationem legis Regni Caſtellę num. 4. ff. de re iudi. vbi ſtante lege illa, quę omni inſtrumento, in quo debitum continetur, executionem tribuit promptam, & paratam, vt inibi per eum latius explicatur, niſi debitor infra decem dies oſtendat contra inſtrumentum ſolutionem, quitationem, vel aliam legitimam exceptionem, quæ illum excuſet à ſolutione debiti, dicit Suarez quod ſi reus intra dictos decem dies exceptiones allegatas non probet, quod poſt decem dies nulla exceptione obſtante debeat exequi contractus, & debitor compellendus ſit ad ſoluendum: facta tamen ſolutione, & executione, aſſignabitur ſibi terminus competens ad probandum, datis fideiuſſoribus à creditore, quod in duplum reſtituet, quòd ſibi ſolutum eſt, ſi debitor probet ſolutionem, vel aliam legitimam exceptio-
8 nem: ecce ergo quomodo, licet debitor excipiens ſuccubuerit in iudicio executiuo ſummario, nihilominus poterit iterum allegare, & probare eaſdem exceptiones in iudicio plenario, vti fuit factum in caſu, de quo Decius dicto conſilio 96. & hoc quod licet reo excipienti, licebit eodem modo actori agenti, ſi ſuccumbat in iudicio executiuo ſummario, vt dixit Socinus vbi ſupra præſertim ſtante eadem ratione, vt dicemus ſtatim ſecundū quod traditur in regula non debet de reg. iur. Facit deinde Cuman. in l. cum quęritur, ff. de exception. rei iudic. quia ſi intentata eſt vna actio, contra quam obſtat exceptio, & lata eſt abſolutoria, ſi poſtea intentatur alia actio ex eadem cauſa, contra quam illa non obſtat: exceptio

exceptio rei iudicatæ non obſtabit, argumento l. duobus. § colonus, & l. ſi duo. §. ſi quis iurauerit ff. de iur. iur. ita in caſu noſtro, licet cauſa eſſet eadem, tamen actum fuit remedio executiuo, contra quod obſtat exceptio ſummarie probata, quæ non obſtaret in iudicio plenario, & preſertim ſi per viam iuris firmæ opponatur ex-
9. ceptio, quo caſu † facilius ofuſcat debitum in hoc iudicio ſummario, quã ordinatio, vt ſtatim dicam, ergo non debet obſtare hæc exceptio, quo minus in iudicio plenario agi poſsit. Ratio autem ſupradictorum eſſe poteſt, quoniã ſententia lata in iudicio ſummario, quale eſt iudicium executionis inſtrumenti Guarentigiati. & ſimiliũ, non præiudicat † in iudicio plenario,
10. ſi res iterum via ordinaria in iudiciũ deducatur. Vt voluit Bart. in l. qui Romę. §. duo fratres de verb. oblig. & in l. 1. col. pen. verbo nunc videndum C. quãdo prouo. non eſt neceſſe allegat Bart. tex. in l. à Diuo Pio §. ſuper rebus ff. de re iudi. hinc eſt, quod quãdo petuntur alimẽta) ratione filiationis, ſumma ria fit cognitio reſpectu probationis, vnde non obſtante ſententia lata ſuper alimentis, iterum principaliter agi poteſt ſuper filiatione, vt traditur in l. pen. ff. de his qui ſunt ſui, pro quo facit Inno. in c. 2. de ordin. cog. vbi dicit, quod ſi contra agẽtem excepi ego de ſpoliatione mea, & ſuccubui, potero nihilominus illã ſpoliationẽ deducere per viã accuſationis, loquitur tñ. Inno. quãdo ſuper exceptione fuit ſummaria cognitio, ſicut loquitur in eiſdem terminis Bart. in d. §. duo fratres verſi. quinto oppono. Ex hoc principio procedit illud, ꝙ notat Paul. de Caſtro in l. de pupillo, & in l. is cui in fine de oper. noui. nũt. Couar. in l. vnica limit. 7. n. 21. 22. C. ſi de momenta. poſſ. fuerit appell. ꝙ ſi
11. quis deducit nullitatem ſententię † in indicio, per viam exceptionis ad impediendam executionem, & ſuccũbit, non prohibetur eandem nullitatem deducere in aliõ iudicio per modum agẽdi, & ſic principaliter, & plenarie, vt ſententia infirmetur, & ſi facta ſit executio retardetur, & certum eſt, quod loquuntur DD. iſti, quãdo fuit ſummaria probatio, quia cum opponatur exceptio ad impediendã executionem ſententiæ, & iudicati cauſa ſit ſummaria, ita vt talis exceptio ſit probanda in continenti, & ſummariè, aliàs non impediret Contard. num. 25. ſequitur quod ſummarie ſit probatio facienda. Ex quo infert Menoch. de adipiſ. poſſ. remed. 4. n. 884. Angel. in l. 1. n. 3. C. quãdo prouocar.
12. quod exceptio litis pẽdentię præiudicialis executioni † ſententię; nõ impedit executionẽ illius ſententię, quãdo illa exceptio requirit altiorem indaginem, quia non inuenitur iure cautum, quod impediat. & ratio eſt quia cauſa iudicati eſt ſummaria, in qua non recipiuntur exceptiones, quę exigunt altiorem indaginem. l. ille à quo §. de teſtamento ff. ad trebel. multa in propoſito adduci poſſent, ſed concludamus cum domino Couar. practi. queſtionũ c. 24. num. 8. vbi in ſimili dicit, quod vbi nullitas fuerit incidentur cum appellatione tractata, veluti quia condemnatus ſimpliter appellauit, quod regulariter fit l. quædam mulier ff. famil. herſis l. ſi is quę C. de liber. cauſ. & apellans in cauſa appellationis fuerit victus ac ſuccubuerit, poterit iterum agi de nullitate, ex eo quia ſub apellationis nomine incidẽtur tractata, & examinata fuit clemen. 1. de re iudi. ea enim quæ ſummatim, & incidentur fuerunt examinata, poterunt etiam finito eo examine, iterum principaliter tractari c.

veniens 2. de teſtibus, nec ſentẽtia la-
13 ta in principali, † præiudicat inciden
ti, de quo nõ fuit præmiſſa plena cau
ſæ cognitio, d.l. a Diuo Pio §. ſi ſuper
rebus, l. ſi quis a liberis §. meminiſſe
ff. de liber. agnos. Bart. in l. ſi expreſ-
ſim num. 3. ff. de apellat. Franc. Abb.
in c. dilecto de apellationibus quorũ
opinio communis eſt ſecundum Co-
uar. vbi ſup. qui eam declarat, quomo
do accipienda ſit hæc de nullitate opi
nio, qualiter autem ſit facienda hæc
probatio ſummaria de incidenti, Gar
cia de nobili. gloſ. 1. num. 28.

Superior tamen reſolutio non vi-
detur ita ſimpliciter accipienda, ſi
quidem illa vera eſt, & procedit, quã-
do in iudicio ſummario non fuit ple-
ne cognitum de re, de qua agitur, ſed
ſummariè tantum. † Secus autem
14 quando plenariè cognitum fuiſſet,
quia tunc ſententia lata in iudicio ſũ-
mario, & præiudicat plenario, & or-
dinario Bart. in l. 1. C. de ordi. iudi.
Bal. in l. ſi iudex verb. ſed quæritur. ff.
de his qui ſunt ſui, vel alien. vbi dicit,
quod ſi in primo iudicio ſummario,
plenè fuit probata exceptio, obſtabit
exceptio rei iud. quia plenaria cogni-
tio non attenditur penes ordinem iu-
dicij, ſed penes qualitatem probatio-
nis, & ita late diſtinguit Abba. lib. 1.
conſil. 50. Decius conſ. 96. vide nota-
ta per Iacob. Butr. in l. ab hoſtibus §.
ſed quod ſimpliciter. ff. ex quibus cau
ſa maior. late Alexan. in l. à Diuo Pio
§. ſi ſuper rebus in prima charta. ff.
de re iudi. facit preterea, † quia quan
15. do ſuper aliquo iure propoſito incidẽ
ter per viam exceptionis fuit plena-
riè cognitum, & pronuntiatum. & il-
lud idem per modum actionis in alio
iudicio ad eundem efectum deduca-
tur, illa ſententia præiudicat, & agen-
ti principaliter obſtabit exceptio rei
iud. l. duobus, cum ibi not. ff. de excep.
rei iud. ita Abb. in c. pen. circa fin. de
exceptio. Bart. in l. ſi pupilli §. fin.
aliàs eſt l. ſi quocunq. per illum tex.
ff. de nego. geſt. & in l. quod in diem
per illum tex. de compen. & hoc re-
ſoluunt, & concludunt, Abb. & De-
cius vbi ſupra, & faciunt not. per In-
no. in c. ſuborta de cauſa poſſ. & pro-
pi, dicentem, quod ſi ſuper iure de-
ducto incidenter, ſeu per modum cau
ſæ, partes aſſumunt diſputationem,
& plenè proſequuntur ſicut ipſum
principale, quod ſententia lata ſuper
incidenti, parit exceptionem rei iudi
catę, ac ſi principaliter fuiſſet de illo
actum, ſequitur Anto. de Butrio in c.
aduerſario de exceptionibus in anti-
quis, de quo non eſt dubitandum, cũ
Luce Clarius ſit. Ex quibus dubia,
ſaltem non ſimpliciter vera, remanet
concluſio ſupra tradita, verum pro
16. conciliatione † iſtarum opinionum,
dico quod vtraq. veriſsima eſt. prima
quando ſummaria fuiſſet probatio ſe
cunda quando plenè cognitum fuiſ-
ſet. Et ſic in caſu occurrenti, ſi con-
tra agentem via executiua, oppone-
retur exceptio aliqua coram eodem
met iudice exequẽte, & pignorãte, (q
permititur vt dicemus in §. 4.) & ibi
ſummariè de exceptionis iuſtitia cog
nitum eſſet. & ſuccumberet actor, nõ
eſſet dubium ex ſupradictis in caſu
iſto, quin poſſet res iterum in iudiciũ
deduci principaliter, & directè, ordi-
nariéq. Sed dificultas eſt non parua,
quando fuerit victus agens via execu
17 tiua, in iudicio repulſionis iuris firmę,
† an iterum poſsit petere debitum
via ordinaria, nam videbatur di-
cendum quod hoc non liceat, cum vi
deamus in hoc iudicio ſecundum fo-
rum de voluntad de la cort calataiub,
de firm. iur. exactiſsimas probatio-
nes recipi, & pleniſsimè tractari ius
executiuum actoris, & ius exceptio-
nem

pis rei, firmantis, & ſic attento, quod in hoc iuditio ſummario, pleniſsimè ius partium panditur, concludendum videbatur non poſſe iterum de eadē re iudicem adiri, ſecundum ſupradi-ctam reſolutionem: Et tamen totum

18 contrarium videmus in dies † ſeruari, & praxi receptum eſſe. Quod ſi ad impediendam executionem, & pignorationem fieri mandatā per quamcunque Curiam & Audientiam Regni, præſentetur inhibitio, in vim iurisfirmę emanatę à Curia domini Iuſtitię Aragonum, (id eſt opponatur exceptio cum firma quia idem ſunt, vt dicemus,) & creditor in eadem Curia comparens, agat prout vulgo dicimus in Regno, ad repulſionem iurisfirmę ſeu exceptionis, petendo declarari procedendum eſſe ſuper tali pignoratione, ſeu executione, non obſtātibus quibuſcunq; exceptionibus propoſitis per reum, ſeu vt cōmuniter dicitur; non obſtante firma, petendo iam rei ei, & repelli, licet creditor in hoc iuditio ſuccumbat, & ſic iurisfirma præſentata per reum recipiatur à Locumtenente Iuſtitię Aragonum, aliter ſolet etiam in ea hoc pronunciare per Locumtenentem non recipiendo firmam. Sed pronunciando

* repulſionem iurisfirmę ſuplicatā locum non habere, vt in proceſſu Raphaelis Iulian habitatoris Cæſarauguſte ſup a repulſio iurisfirmæ, die 26. Auguſti 1600. vtrumq. pronunciari poteſt, quamuis mihi magis placeat, vt firma recipiatur, vt in electione iurisfirmę conſuetum eſt fieri, quā de ſententia fertur pro firmante, nā ſi contra firmam pronuntiatur tunc renciatur & repellitur.

Nihilominus tamen ipſe creditor

19 poterit via ordinaria † agere, & conſtito de bono iure ſuo, ſententiā obtinere prout receptiſsimum eſſe in hoc Regno conſtat.

Hæc praxis, non parum anxios, & dubios tenuit animos multorum iuriſperitorum huius fori, & præſertim illius ſummi ingenij viri Anthonij

* Labata, cuius aliqua hac de reſcripta, ſcitu, & notatu digna referenda cenſui. Ideo oportet in hac difficultate, in memoriam reducere, quid in hac re ſentiat Bart. Socin. d conſ. 225. nu. 6 cum practici huius Regni dicant, eius opinionē vſu receptam, & conſuetudine aprobatam eſſe, in eodem ergo dubio quando ſcilicet in iudicio ſummario executiuo plena fuit probatio, conſultus Socinus reſpondet, non obſtare ſententiam latam in eo, quominus poſtea ordinariè agatur, quia non ſolum ad hoc, vt talis ſententia præiudicet, debet eſſe cognitum, & diſcuſſum ſuper meritis, ſed ſolemniter, ſicut ſi ordinariè actum fuiſſet, quod vix ordinariè credi poteſt.

In iudicio ſimili ſummario, tum quia licet iudex plene cognouerit, tamen hoc non ſufficit, quia requiritur etiā, quod reſpectu partis fuerit plenè cognitum, hoc eſt quod pars conata fuerit deducere, & probare, ſicut ſi ordinariè egiſſet, potuit enim forte non curare producere probationes ſicut in ordinario; quia cauſam agere reputabat in ordinario, ita Bart. in extrauaganti ad reprimēdum ver. ſummariè ad fin. Vnde dicit Socin. conſiderandum eſſe, ſi in caſu iſto pars fecerit diligentiam ſuam in ducendo, & probando incumbentia; quia alias non diceretur plenè cognitum, & cū difficultate probari poteſt, quod pars non fuiſſet diligentior in cauſa ordinaria, & magis præiudiciali, quam in iudicio ſummario, hæc Socinus, cuius verba annectere libuit, vt videat quiſque an cum ratione noſtri practici dicant, hanc opinionem in forenſibus

cauſis

cauſis circa præſens dubium receptá
fore,vt ſcilicet ſine aliqua diferencia,
& diſtinctione ſententię latæ in illo
proceſſu executiuo,in quo agitur ad
repulſionem iurisfirmæ, & ſic ad ob-
tinendam declarationem, & ſenten-
tiam , quod exceptiones propoſitæ
per reum non obſtant, neq. impediũt
executionem; creditor ipſe intentare
poſsit de nouo iudicium ordinarium,
& plenarium, non attento, nec conſi-
20. derato, † quæ,& quales probationes
fuerint factæ in illo iudicio executi-
uo ſummario,ſequendo(vt ipſi dicũt)
doctrinam Socini qui(ſalua eorum pa
ce)non ſine diſtinctione loquitur, nec
ita abſolutè,vt ipſi dicunt,cum fatea-
tur Socin.ſententiam latã in ſumma-
rio, obſtare plenario,quando pleniſsi
mè probationes facte ſunt per partes
in ſummario executiuo,cumq; in Reg
no in repulſione iurisfirmę, pleniſsi-
mè fiant † probationes , vt & tironi-
21. bus notum eſt,inde ſequitur,male iu-
ſtificari praxim huius Regni, per do-
ctrinam Socini,cum imo cõtraria ſit.
Quare melius dixiſſent aſſerẽdo hoc
in ſola praxi fundari.

Verum ne dicant exteri,leges hu-
ius Regni alioquin iuſtiſsimas prudẽ-
tiſsimaſq; tãquã ex viſſeribus vtriuſq.
iuris depromptas , praximq. vſu reſ-
ceptam carere ratione,& ſpiritu,ideo,
veram huius praxis rationem à nemi
ne quod viderim tactam,non ſine ali-
qua cogitatione elicitam tradã tibi.
Quapropter cõſiderari oportet, quis
ſit finis,& efectus huius iudicij,inquo
agitur de repellendo firmam , ſeu ex-
ceptionem , nam ex hoc reſultabit
clara pręſentis dubij deciſio , eſt igi-
tur ſciendum, quod licet ſupra dixe-
rimus , quod inſtrumenti liquidi , &
clari, habentis executionem paratã,
(demptis priuilegiatis) executio, &
pignoratio impediatur per iurisfir-
mam,& exceptiones in ea allegatas,
vt in §.4.dicemus,tamen hoc obſta-
culum , quod executionem impedit,
non durat perpetuo, † ſed eo vſq. quo
22 in iudicio repulſionis firmę fuerit cog
nitum de bono iure partiũ, vbi ſi iu
ſtitia fuerit pro actore,& eius iure,tũc
repelletur firma,& iudex pronuncia-
bit fore eam repellendam , quod idẽ
eſt ac ſi diceret,fore procedendum ad
vlteriora in executione , non obſtan-
tibus exceptionibus iuris firmæ, nam
ſat fuit quod in eo interim , executio
inſtrumenti parata fuerit impedita,
& ſuſpenſa,& ſatis eſt quod actor fa-
ciat fidem de illo eodem inſtrumen-
to. cuius virtute emanauit executio.ſi
ſit liquidum,& clarum vt repellatur
firma, ſi tamen illud reus non offuſ-
cauerit etiam in vna cintilla, Molina
verbo manifeſtum ſecunda col. ſicuti
fuit pronuntiatum,& motiuatum hac
eadem ratione in proceſſu iuratorum
defuẽteſ ſupra repulſione iurisfirmę an
* no.1594.vel 1595.in hac curia , & hoc
eſt quod dici ſolet,quod ad repellen-
dam firmam pręſentatam contra exe
cutionem,debet fieri fides de caſu mã
nifeſto,† foro de voluntad de la corr,
23. de firm.iuris Calataiub,Moli.verb.ma
nifeſtum, & etiam in emparamẽtis,
ad repellendam firmam , debet fieri
fides de caſu manifeſto.for.ſi ſe firm.a
re titu.de emparamen .Molin. verbo
emparamentum verſ. emparamento
ſi eſt firmatum,aliàs ſi non faceret a-
ctor fidem de caſu manifeſto,tunc fir
ma reciperetur dictis foris. & locis
à Molin.citatis.tanquam remanenti-
bus debito ofuſcato , & inſtrumento
illiquido,& debitum manifeſtum di-
citur, † de quo conſtat per inſtrumen
24 tum,vel cõfeſsionem partis, obſ. vſus
Regni de pigno.obſ. de foro tit.de fi-
deiuſſo. obſ. item in debito titu.de re
rum teſtatio.de quo vide tex.cũ gloſ.

in

in l. fin. C. de reb. credi. Abb. in c. licet extra de probatio. Molin. verb. manifeſtum, ver. liquidatio: Bardaxi tit. de citatio. & monitio à num. 6. cũ
25 ſequen. Inſtrumentum tamen debet eſſe liquidum, † hoc eſt non conditionale, non in diem, non requirens aliquod ad implementum, quod per teſtes veniat probandum, Molin. ver. liquidatio verb. manifeſtum, & verbo emparamentum ver. die 4. Auguſti. Bardaxi vbi ſup. aliàs enim ſicuti in vim illius inſtrumenti, cuius ad implemẽtum, ſeu liquidatio, vel aliquid aliud venit per teſtes probandum, nõ debet dari executio, nec pignoratio, quia non inducit caſum manifeſtum de foro, ſine quo non datur executio, obſ. differentia eſt de rerum teſtatio. Molin. verb. liquidatio verb. litera pignoraticia ver. pignoratio, Couarru. lib. 2. var. c. 11. vbi dat rationes, & ꝓbatur in obſ. pen. de pigno. dum dicit,
26 *de conſuetudine Regni † vbi contrahentes non ſtant, vel aliquid venit liquidandum per teſtes, extra contenta in inſtrumento licet de debito conſtet per inſtrumentum, ſi petatur debet offerri petitio concludens*, nec ſufficit propoſitionem offerri, de cuius obſ. in tellectu. Molin. in verb. liquidatio. & facit for. de arbitrij. Eadem ratione nõ eſſet admittẽdũ huiuſmodi inſtrumentum non liquidum, ad repellendam firmam, vt in locis ſupradictis, vt fuit determinatum in caſu quem refert Molin. verb. emparamentum, ver. die 4. Auguſti, & verb. manifeſtũ in fine. Si ergo inſtrumentum eſt in ſe illiquidum, & liquidatio non fit niſi per teſtes (demptis caſibus for. 2. de empatam.) non eſt cur dici valeat, eſſe caſum manifeſtum, & idem eſt. Si vel conditionale, vel in diem eſſet, vel ſi reus firmans aliter probaret intentionem ſuam, exceptionem, vel aliud per quod remaneret oſuſcatum debitum, nam tali caſu reciperetur firma, & denegaretur executio illa prõpta inſtrumenti, nam volens repellere firmam, debet adeo facere fidem de caſu manifeſto, & claro, ſeu liqui-
27 do, quod ſi vna ſola † ſcintilla turbaret, ſeu oſuſcaret talem caſum, firma eſſet in dubio recipienda, propter priuilegium iurisfirmę, quæ habet locũ in omni caſu, præterquam in caſu manifeſto: vt late habuiſti ſupra, & in §. item demandam in priuileg. generali. Molin. verb. firma fol. 150. 3. col. in fin. Sed diceret aliquis, ſi hic iurisfirma non habet locum in caſu manifeſto, ſed imo repellitur; quomodo videmus quotidie, quod ſi præſentatur ad impediendam executionem emanatam à debito manifeſto, veluti capitulorum matrimonialium, & ſimilium, impedit eã? Et ſic habet locum cõtra caſum manifeſtum. Ad hoc reſpondetur ſupponendo primo, quod modo non loquimur de ſola, & nuda firma
28 † de ſtando, & parendo iuri, quia illa nunquam habet locum in caſu manifeſto, vt in priuileg. generali, & late ſupradixi, & dicemus in §. 4. ſed agimus de firma, in qua ſunt allegatæ exceptiones releuantes, nam hæc oppoſita ad executionem, impedit, dũ non repellitur quia per exceptiones fit res dubia, & ſic oſuſcatur debitum, & iã dici non poteſt manifeſtum & habet locum firma. Verum in repulſione, ſi exceptiones reijciuntur, quia non ſubſiſtant, nec probãtur, remanet debitũ manifeſtum, & exceptiones dantur pro nullis, ſeu iniuſtis, & ſic remanet firma nuda, ſine exceptionibus, quæ ſola non habet locum in caſu manifeſto; vt dixi & latius dicam in §. 4.

Sed quorſum iſta diect aliquis, vt
29 † inde appareat in repulſione firmæ, ſolum agi de proſequẽda executione illa

illa prompta,& parata, vel deneganda, quæ, vt dixi,ſi in aliquo fuerit debitum ofuſcatum, non habebit locũ, veluti quia illud eſt conditionale, in diem,non liquidum,vel aliter reus illud ofuſcat, vel extra contenta in inſtrumento aliquid per teſtes venit liquidandum, quia in his caſibus non eſt debitũmanifeſtũ,ideo executio retardabitur,& firma recipietur;quę tamen liquidatio etiam per teſtes in iudicio ordinario illius debiti admitteretur,& ſic dici debet,quod ex alijs probationibus, & diuerſo iure iudicatur in iudicio ordinario, & de diuerſa re agitur in vtroque,cum illic ſolum de quadam rigida executione, hic autẽ in ordinario de ordinaria actione aliter probanda ad debitum conſequendum:his ſic habitis, modo aſſummo doctrinam Raphael.Cuman.in l.cum
30 queritur cum duabus ſequent. ff. de excep.rei iud.vbi dicit,quod ſi intentata eſt vna actio, contra quam obſtat aliqua exceptio,& lata eſt abſolutoria,ſi poſtea eſt intentata alia actio ex eadem cauſa,cõtra quam non obſtat illa prima exceptio,vt quia in ſecunda actione plus continetur quam in prima,vel ad aliud dirigitur, tunc non obſtabit exceptio rei iudi. vt apparet per iura quæ allegat Cuma. vt in l.duobus.§. colonus iũcta gloſ. defendi poterit l.ſi duo .§. ſi quis iurauerit, ff.de iur.iur. faciunt not.per Alex. in d.l. duobus §. exceptio; ſed ſic eſt, quod ad iudicium executiuum impediendum obſtat exceptio rei dicentis, non potes liquidare rem per teſtes obſ.pen. de pigno.quę tamen exceptio in iudicio ordinario non obeſſet, quia teſtes admitterentur d. obſ. ergo abſolutio in hoc iudicio non obſtabit agenti in iudicio ordinario; vt ita in proprijs terminis reſoluit Soci. vbi ſupra, num.6.in fin. Deinde quia cum de diuerſa actione agatur, & aliter probanda,& ad alium finem, non obſtabit † exceptio rei. iud. d. l.cum
31 quæritur. Alexan. vbi ſup. ſuppoſito quod non negatur factũ, à quo emanant iſtę diuerſæ actiones, ſecundum Alex.vbi ſup. & ita Antho. de Butr. in c.aduerſario de except.dicit, quod vbi variatur modus agendi, de ſummario ad plenarium,non prohibetur cumulatio, ſeu variatio, iuxta not.in l.1.C.de cond.indebit.& in l.ſi quis à liberis.ff.de liber.agnoſ. ex his apparet,quã benè,& eleganter ad propoſitũ more ſolito loquutus fuerit Paul. de Caſtro.lib.1.conſ. 87.vbi loquens de illo qui dimiſſo iudicio executiuo,
32 † fecit tranſitum ad ordinarium, dicit id de iure licuiſſe in quaſcumque parte litis,quia in primo iudicio executiuo petitur inſtrumentum executioni mandari,in ordinario vero debitorem condemnari, vnde non potuit opponi exceptio litis pendentiæ;quia ſuper hoc,quod condemnetur,alia lis non pendebat,& licuit recedere à via executiua, & tranſire ad ordinariam, cum aliqua poſsint obſtare in prima quę non obſtant in ſecunda,(vt ſupra nos diximus.) Pro quo facit Bart. in l.conſentaneum C.quom. & quando iud. Arch.ſuper rubr.de eo qui mittitur in poſſ.vbi dicunt quod ſi vna via exequtiua intentata non ſufficit, poteſt actor ad aliam accedere, tunc enim prohibitum eſt quem ſuper eodem pluries vexare,quando per eundem modum vexaret, non quando per alium, maximè quando primus modus eſt ſummarius, & executiuus, nam ſi ſuccumberet in illo,non prohibetur redire ad aliud,ſcilicet ordinarium.l.ſi iudex.ff.de var.& extra cog.l.ſi quis aliber,ff.delib. agno. ergo,nec eo pendente debet prohiberi, hæc Paul.per totũ conſ. vbi (iudicio meo)

meo) concluſionem hanc, quaſi deliberatè & conſultò decidit, nec aliũde ipſe infert, poſſe quem dimiſſo executiuo, ad ordinarium tranſire, niſi vt ipſe dicit, ex eo quod ſententia lata
33. † in ſummario, non præiudicat ordinario, vt ſupra concluſimus, & cui nõ poſſet nocere ſententia contra eũ lata, vt in noſtro caſu, non poterit etiã nocere pendentia talis cauſæ, & proceſſus, quia media non debent eſſe fortiora fine, ſicut è conuerſo dici
34. ſolet quod † litis pendentia, & acta iudicij, nocent omnibus his, quibus, & ſententia nocere ſolet. cap. inter dilectos verbo, nec atteſtationes de fide inſtrumẽ. l. ſed etſi poſſeſſor. §. fin. ff. de iur. iur. l. lege iulia ff. de manumiſſio. Inno. in c. cauſam, quę primo. n. 3. de teſtib. vbi Io. And. & Hoſtienſ. Butrius, & Bald. Anchar. & Immol. Abb. & alij Canoniſtę, Bart. in l. ſæpe num. 12. ff. de re iudi. vbi Alexander. num. 125. idem Bart. & DD. in l. qui repudiantis §. primo num. 4. verbo nam hęc regula eſt ff. de inoffi. teſtamento. Ex quibus remanet (iudicio meo) ſatis corroborata hæc prima concluſio, reſpectu actoris facientis tranſitum. de iudicio executiuo ſummario, ad ordinarium plenariũ, vel ſuccũbentis in executiuo.

Superiora reſpectu actoris ſuccumbentis, vel tranſientis in & de executiuo ad ordinariũ, vera ſunt. Sed reſpectu rei qui ſuccubuit in exceptione propoſita contra inſtrumentum executiuum, ſiue illam proponat coram iudice exequente, ſiue coram Iuſtitia Arago. per viam iurisfirmę, eſt maior dificultas. Et ſi exceptio opponatur corã iudice exequente, tunc facilis ex ſuperioribus reſultat reſpon-
35. ſio, vt ſi ſummariè fuerit † cognitũ & pronunciatũ, poſſit iterũ in iudiciũ principaliter, ac ordinariè tractari. Si vero in iuditio executiuo fuerit cognitũ plenariè de exceptione cõtra inſtrumentũ appoſita, & ſententia contra exceptionẽ lãta, non poterit amplius in iudiciũ deduci via ordinaria, nã ſecũdũ Bar. in l. 1. col. 3. verbo ſed an hęc ſentẽtia. C. de ordi. iud. quãdo ſuper aliquo iure propoſito incidẽter per
36. † viã exceptionis pronunciatũ fuit, & illud idẽ per modũ actionis in alio iudicio ad eundẽ effectũ deducatur, illa ſententia preiudicat, & agenti principaliter obſtabit exceptio rei iudicatę, per not. in l. duobus ff. de excep. rei iudi. Abb. in cap. pen. de exceptionibus, Bal. in l. ſi iudex ff. de his qui ſunt ſui, vel alien. Abb. in d. cõſ. 50. lib. 1. & alij, quos allegat Decius conſ. 96. vbi idẽ concludit, & loquuntur DD. omnes quãdo plenariè cognitũ fuiſſet in executiuo, & ſummario, iuxta reſolutionẽ ſupra traditã, vt declarat Decius vbi ſupra verbo nõ obſt. allegata &c. Sed difficultas eſſe poteſt quãdo exceptio per viam iurisfirmæ oppoſita fuerit, quid leges regni hoc in caſu ſtatuãt, dicẽdũ eſt: ꝙ cum in hoc caſu certiſsimę ſint determinationes relatę per Michaellẽ del Molino, & diſpoſitiones forales, ex eis ſequitur, quod repulſa
37 vna firma, † omnes alię firmæ ſunt repulſę, & nõ impediũt amplius executionẽ, quod eſt dicere, quod poſtquã ſemel Iuſt. Arago. ſeu eius locũtenens declarauerit fore procedendũ ad vlteriora in executione nõ obſtãtibus exceptionibus allegatis per reũ in iurisfirma, ſi iterũ opponãtur iſtę exceptiones in alia iurisfirma, non impediens amplius executionẽ proſequẽdã, & hoc eſt dicere, quod vna firma repulſa ſunt omnes aliæ repulſę: ſic Moli. verbo firma verſi. firma vna repulſa &c. & in verbo executio verſi. executioni alicui ſi eſt preſẽtata iurisfirma grauaminũ fiedorũ &c. & ꝓbatur per forũ

vnicum in correctis de executioni-
bus non impedi. & per forum vni-
cum de executionibus, non impe-
diendis Alcanicij, & per forum a
los abuſos, de firmis iuris., qui licet
loquantur in executione ſententię,
tamen ſemper fuerunt intellecti,
etiã in executione inſtrumẽti Guarẽ-
tigiati habẽs executionẽ paratã, ſecun
dũ Molin. vbi ſup. per doctrinã Bart.
in l. cũ vnus ff. de bonis author. iud.
poſsid. quod tñ. intelligendũ eſt, quã-
38. do prima firma, † quę fuit pręſentata
in prima executione, fuit repulſa, cita
to & vocato procuratore illo, qui ob-
tinuit firmam, & qui eſt nominatus
in ea, vel citato principali: ſecus ſi
fuiſſet repulſa cũ procuratore conſti-
tuto in cõtractu comãdę, aut alio ad
confitendũ debitũ, quia tunc ſi cũ illo
procuratore eſſet firma prima repul-
ſa, & non cũ principali, vel procurato
re nominato in iurisfirma, ſi poſtea in
ſecũda executione, pręſentaretur alia
firma, impediretur executio, nõ obſtã
te prima repulſione iurisfirmę, prout
ſic fuiſſe iudicatũ in hoc graui ſena-
tu refert Molin. vbi ſup. verbo execu-
tio, & in verbo firma verſiculo die. 10.
Aprillis, ex ea ratione quia procura-
39. tor conſtitutus in contractu † ad cõ-
fitendũ debitũ, nõ eſt ad alia procura
tor, ſicut fuit idẽ iudicatũ, in alia ma-
teria in proceſſu Petri Hieronimi Vi-
* llanoua ſuper manifeſtatione in mẽſe
Martij die 20. in curia Iuſtitię Arago.
anno. 1600. qui petebatur liberari per
viã priuilegiatã ex hoc capite, ipſe pre
ſentauit Regie Audienti ę firmã, & in
hibitionẽ, ne procederetur ad captionẽ
perſonę eius, non verificatis prius qui
buſdã conditionibus, cuiuſdam ſentẽ-
tię arbitralis: poſtea fuit appellitatus
in Regia Audien. & captus vigore
dictę ſententię arbitralis, dicebat ipſe,
quod non fuerant per apellitatem ve
rificare conditiones ſententię arbi-
tralis. & quod ſic fuerat captus con-
tra tenorẽ firmę, ex eo quia pars quæ
apellitauerat de ſententia arbitrali,
tenebatur ſecundum eam incontinẽ-
ti habita notitia ſententię arbitralis,
facere certas ſeparationes quas tamẽ
non fecerat niſi poſt menſem, com-
putando illum à die ſcientię, & noti-
tię procuratoris immortalis contra-
ctus, (qui de conſuetudine ſolet eſſe,
quidam officialis curię, vel alius ſimi-
lis) cui fuerat intimata ſententia eo-
demmet die quo fuit lata, dicebatur
per Locumtenentes, quod illa notitia
erat intelligenda de notitia, & ſcien-
tia partium, quibus non fuerat ſentẽ-
tia intimata, non vero de notitia pro-
curatoris, qui ſolũ erat conſtitutus ad
laudandam ſententiam arbitralem,
non vero ad aliud, & ſic non poterat
conſtituere (vt dicit Molina) partem
ſuam in mora, & per conſequens nõ
erat ille defectus conditionis, & ſic
nõ fuit liberatus per viã priuilegiatã:
fuit etiam ibi dictum quod ſalaria
40 † arbitri & notarij non erant condi-
tiones adimplendę per partes, ſed
quod illi habebant actiones contra
partes ad conſequendum illud ſala-
rium, confirmantur iſta ſecundum
doctrin. Molin. verbo firma verſicu-
lo firma iuris pręſentata per debito-
rem fol. 151. quorum ratio eſt quia cõ-
feſsio, & alia quę fiunt per procurato-
rem contractus, (vltra id ad quod fuit
cõſtitutus) non habent tantã eficatiã,
ſicut haberent ſi eſſent facta per prin
cipalem, vel ſuum legitimum, & ſuf-
ficientem procuratorem, Molin. vbi
ſupra: ita in alio propoſito tenet idem
Nauar. in Manuali cap. 27. nu. 274.
verſi. 12. quod penſionarius &c. Bald.
conſ. 138. in 4. & 119. vbi dicit, ꝙ pro
curator conſtitutus ante laudum ad
emologandum, non videtur habere
mandatum

Digitized by Google

mandatum ad conſentiendum iniquitati, & dolo. l. ſi procurator ff. de condi. indebi. nec poteſt emologando excludere ius petendi reductionẽ, neq. appellationem quia non eſt conſtitutus ad hoc, & in proprijs terminis noſtris vide Maran. 6. p. de inſtru. productione n. 28. ſic ergo intelligẽdo repulſionem iurisfirmę, remanet concluſio: quod vna firma repulſa, om-
41 nes aliç ſunt repulſç. Verum hoc † limitatur per ſupradictos foros (de firmis iuris, & de executionibus non imped.) non procedere quando in ſecũda firma, & inhibitione illius, fieret mentio, qualiter fuit facta fides propta iudici prouidenti firmam, de rebus, aut exceptionibus legitimis impediẽtibus executionem, quoniam tunc iſta ſecunda firma arctabit, nec cenſebitur repulſa, per repulſionem primæ iurisfirmę: limitatio hæc ſatis obſcura & fortis videtur, nã ſi in repulſione primę iurisfirmę fuit actum plenariè, de exceptionibus allegatis in firma, & de illarum iuſtitia, & partibus ibi preſentibus, fuit declaratum eas non obſtare, quo minus executio fiat, & vtendo terminis foralibus, fuerit iurisfirma, ſeu inhibitio repulſa quo ad intereſſe deductum, probatum, & publicatum, pro parte habentis caſum manifeſtum, & ſic executionem inſtãtis, cuius erit effectus iſta ſententia ſi alia firma etiam cum informatione obtenta ſuper eiſdem iuribus eam poteſt impedire, quare reſoluẽdo hanc concluſionem dic, quod per obſ. vſus Regni de pigno. (de cuius intellectu, & materia late agemus in § 4.) ad impediendam executionem non priuilegiatam, licet ſit paratam, ſuficit ſolũ allegare exceptiones legitimas, quę ſint tales, † quod pro-
42 batę releuarẽt, & pẽdente illarũ cognitione, & examine ſuperſẽdebitur in executionẽ, vt probatur in d. obſ. Vnde ſequitur, quod ſi prima firma fuerit repulſa cenſebitur repulſa omnis alia firma eiuſdem qualitatis, & naturę, & ſic quęcunq. alia firma communis (quam bolanderã vocamus) quia in vtraq. ſolum allegantur exceptiones, & ad illarum allegationẽ ſuperſedetur in executionẽ. aliàs eſſet ire in infinitum.

Tum etiam quia cum in prima repulſione, fuerit ſententia lata plenariè contra has exceptiones, certũ eſt, quod hęc ſentẽtia producet exceptionem rei iudicatæ inter eaſdem perſonas, & ſuper eadem re & cauſa petendi, iuxta l. cum quęritur cum ſequen. ff. de except. rei iud. & in l. ſi quis cum totum §. generaliter ff. eod. Corneum in 4. volu. conſ. 126. num. 5. Nicol. Euerard. conſ. 7. 2. col. Alex. in 1. volu. conſ. 61. n. 1. Decium conſ. 475. n. 43. & 44. & conſ. 96. Abb. in 1. volu. conſ. 50. nu. 2. et 3. quod bene declarat Cumã. in d. l. cũ quęritur Angel. in §. ſi in iudicio inſt. de excep. n. 23. Bertrand. in 1. volu. conſ. 1. nu. 104. primæ impreſſionis; & per cõſequẽs, ſi alia firma cõmunis, & inhibitio pręſentatur, cũ eiſdẽ exceptionibus allegatis tantũ, & non probatis, & ſuper eiſdẽ iure, & rebus, & inter eaſdẽ per-
42 ſonas, non erit obtẽperanda, ſed imo executor ea nõ obſtãte procedet ad vlteriora ſine aliqua conſultatione, vt in dictis foris cõtinetur, nã tũc clariſſimè conſtat illud calũnioſe fieri, cum nil de nouo allegetur, & ſic adeſt prçſumptio ꝙ cauſa deferẽdi iudiciũ exceptio illa ſeu firma opponitur, & ſic poteſt, & debet iudex, & executor procedere ad executionẽ Contar. in l. vnica C. ſi de moment. poſſ. limit. 7. n. 41 quinimo ſi iudex, & executor præſumit tertiũ apellare ſolum, vt diferat executionem, non debet per hoc illã

retardare num. 42. & ſic glo. in l. qui cum natu maior. §. ſi patris ff. de bon. lib. dicit iudicem ex oficio poſſe lacerare calumnioſum libellum, quod verum eſt etiam ſi agatur in iudicio irreparabili, & iudicijs ſummarijs quale eſt hoc executiuum, in quibus ſufficit leuior præſumptio calumniæ ſecũdum Contard. vbi ſupra vbi à nu. 41. vſq; ad nu. 52. latius, & eleganter proſequitur materiam hanc ad quem recurre; quare optima ratione fori ſtatuunt in tali caſu non curandum de ſecunda firma cõmuni, ſed quod executor ſine aliqua conſultatione proſequatur in executione. Verum ſi ſecunda firma eſſet caſualis, & ſic cum informatione prouiſa, ſuper eiſdem rebus, iure, & inter eaſdem perſonas, tunc licet verum ſit, quod ſimiliter obſtaret exceptio rei iudicatæ ſecundum ſupradicta, veruntamen propter auctoritatẽ iudicis, & firmæ debet obtemperari, & executor ſuperſedere donec cognoſcatur, & per iudicem videatur, ſiue per viam declarationis, quod certius eſt, ſiue per viã repulſionis firmæ, an ſit ſuper eiſdem rebus, iure, & inter eaſdem perſonas, nam in dubio iurisfirma, &
43. † inhibitio ſemper obtemperanda eſt. Siue iuſta ſit, ſiue iniuſta propter auctoritatem illius, & etiam iudicis Rot. deciſ. vigeſima ſexta, num. tertio de appellat. in antiqu. Alexan. in l. in prouinciali aliàs l. de pupillo. §. ſi is cui num. nono ff. de oper. noui. nun. Lancellotus de attent. capit. 20. in præfat. quæſt. tertia n. 90. fol. 303. Dinus in capit. quod quis num. ſexto, & octauo de regul. iur. in ſexto, & multi alij quos allegat Portol. ad Molin. verbo firma numer. 4. & propter hoc fori noſtri ſupra allegati ſtatuunt, quod in tali caſu executor ſuperſedeat in executione, & conſulat iudicem, cum hæc ſecunda firma non ſit cõmunis, ſed caſualis, & cum informatione prouiſa, nec voluerunt fori cognitionem hanc, an ſit ſuper eiſdem rebus, iuribus, & inter eaſdem perſonas, commitere oficiali exequenti, ſed ſolum † Locũtenenti, qui prouiſit firmam propter illius auctoritatem, & priuilegium, vt vel eam declaret, vel repellat. 44

Sed hæc non procedunt in iurisfirma tertij, nam licet repellatur aliqua firma inter aliquos, tamen ſi aliquis tertius præſentaret † executioni firmam, aſſerens rem ſuam eſſe, eſſet ſuperſedendum, quia illa firma tertij non cenſetur repulſa, per repulſionem iurisfirmæ, cum illud fuerit inter diuerſas partes. Et ſic non potuit huic tertio præiudicare. d. l. cum quæritur cum ſupra allegatis, nam ſententia illa repulſionis firmæ inter alios lata, non poteſt huic tertio præiudicare: ſicut nec ſententia principalis lata inter partes, præiudicat tertio ſe opponenti cum firma, & ſine ea. imo executor ſuperſedere debet, obſ. 1. de emp. & vend. c. veniens 2. & ibi Abb. Felin. n. 13. de teſtib. l. à Diuo Pio §. ſi ſuper rebus, & ibi Bar. Paul. Alexan. Iaſſon ff. de re iud. Couar. pract. 15. 16. foro primo de oppoſit. tertij, & Molin. verbo executio verſi. firma, ſi tamen in oppoſitione iſtius tertij, qui venit ad impediendam executionem, concurrant † ea, quæ eruditè, & eleganter tradit Portol. in ſcholijs ad Molin. verbo executio num. nono, cum ſequentibus vbi latiſsimè. Eodem igitur modo iſta ſententia repulſionis firmæ non præiudicat firmæ tertij, quæ poſtea præſentatur, nec per hoc cenſetur repulſa, vt ita fuit pronunciatum in curia Iuſtitiæ Arago. multoties. 45 46

Secunda

Secunda concluſio.

Circa ſecundam concluſionem, qua quęritur, vtrum is qui via ordinaria petierit, id quod via executiua etiã petere poterat, poſsit dimiſſa via illa ordinaria intentata, ad executiuam redire, an vero ſibi ad id præcluſa ex hoc maneat via, quia hæc queſtio ſatis perplexa eſt, & varias recipit opiniones, ideo videndi prius ſunt qui eã tractant, ex quibus eligemus opinionem frequentiori calculo in negocijs forenſibus receptam. hanc tractant Suarez in l. poſt rem iudicatam. §. fin. ff. de re iudi. Roman. conſ. 133. Borgninus deciſ. 1. nu. 15. & 16. prima parte, Maranta de ordin e iudicio ſexta parte, de inſtrumentorum productione num. 31. & diſputatione ſexta, per totam. Marcus Anthon. Maſſagal. de obli. in forma camerę pag. 78. Azeuedo lib. 4. nouę recopilat. in l. 1. titu. 21. num. 151. & num. 154. Burgos de paz conſ. 39. num. 7. Portol. in ſcholijs ad Molin. verbo Mercator, Ioan. Gutierrez lib. 3. practi. queſtionum queſ. 39. vbi late multos alios allegans, Rebuf. de litteris obligato. articul. 6. glo. 3. à nu. 7. cum ſequentibus. & arti. 2. gloſ. 1. num. 20 vbi alios allegat: ſit igitur concluſio.

Concluſio.

Agens via ordinaria in vim inſtrumenti Guarentigiati, † cuius vigo-
47. re poterat agere via etiam executiua, non poteſt pendente iuditio ordinario, & illo cæpto, ad viam executiuã recurſum habere; hanc tenent omnes fere DD. ſupra citati, & alij paucis demptis, & ſic eam veriorem, & receptiorem dicit, Gutierrez vbi ſupra n. 5. vbi dicit eam eſſe ſequendã in iudicando, & conſulendo, per glo. in l. fin. in fin. & in l. proinde 2. §. notandum ff. ad l. aquiliam, prout eã ad hoc ponderant. DD. ſupra citati, & gloſ. verbo partibus in clem. cæpe. de verbo. ſigni. in verſ. ſed pone, pro qua vide Roman. d. conſ. 133. Gutierrez vbi ſupra num. 24. & ſecundum hanc opi-
48 nionem fuit iudicatum, & firma ad hoc prouiſſa in curia Iuſtitię Aragonum. Vide in proceſſu Antonij Alberite ſupra iurisfirma die. 17. Auguſti 1558. quem refert Portol. ad Moli. verbo mercator, num. 25. prout ſimilis declaratio facta fuit in curia Eccleſiaſtica per Cancellarium competentiarum noſtris temporibus, Vide in proceſſu Annæ Tolon, contra Iacobum Lopez in anno 1594. & aliæ multę ſimiles declarationes factę ſunt in curia Eccleſiaſtica.

Hęc tamen cõcluſio inter alios modos quibus limitatur per Gutierrez vbi ſup. hoc pręcipuo modo limitatur non procedere, † quando actor ſolue-
49 ret expenſas factas in iudicio ordinario, & eas ſolueret reo, nam tunc poterit ad viam executiuam redire, Gutierrez nu. 7. & Rebuf. vbi ſupra. nã ideo agit ordinariè, vt veniat ad executionem, ergo non renunciatur executioni, nec tollitur per actionem, ſecus ſi plures competerent actiones. vt declarat Rebuf. vbi ſupra, & ſic hanc opinionem refectis expenſis viæ ordinarię ſequitur D. Paz. Dicens ſic vidiſſe practari in ſua praxi. cap. 2. 4. p. 1. tom. nu. 2. Maranta d. n. 31. quam & nos æquã, & iuridicã reputamus, ſaltim quãdo in inſtrumento executiuo, eſſent clauſulæ appoſitæ, (ut fieri ſolet) per quas ſit data creditori facultas uariandi iudicium, de vno ad aliud, & de vno iudice in alium iudicem, de vno tramitte in alium. Nam tunc quia illæ clauſulæ operari debent aliquid, ſicut & omne. Verbum poſitum in inſtrumento. gloſ.

de leg. in 6. non tamen habent † po
40. teſtatem à partibus, ſed à iure, c. ſuſpicionis de offic. de leg. & ſic non poſſent partes tunc in compromiſſo dare nouam formàm aliter, quam à lege, & à iure de illis loquentibus caueatur, & per conſequens non poſſunt pronuntiare contra ius loquens de illis arbitris iuris, Franc. & Dominic. vbi ſupra gloſa marginaria in d.c.fin. quę iura loquētia de arbitris iuris ſūt multa, vt habetur in c. ab arbitris de offic. de leg. & ſimili modo dicemus idem eſſe, quando in duos fuiſſet cōpromiſſum, nam vno abſente etiam requiſito non poſſet alius procedere. d. gloſa pro pręſente in princ. cuius ratio eſt, quia ſi pręſens fuiſſet, & diſcordaret, nō reperiretur maior pars, & ſic neutrius ſententia valeret c.fin. de re iudic. in c. autem fin. de arbitr. in 6. reperitur maior pars licet vnus abſit, cum ſint tres, & ſicut ſi præſens eſſet, & cōtradiceret, non noceret: ita etiam eo abſente requiſito tamen, cum habeatur pro preſente, quod in duobus arbitris locum non habebit, vbi non militat ratio illius tex. vt ſupra dixi.

Limitatur quinto concluſio non procedere, quando in compromiſſo eſſet per partes appoſita certa forma,
41. nam tunc † illa ſeruanda eſſet, etiam ſi reluctaret illi textui, cuius ratio eſt, quia cum poteſtas arbitrorum tota dependeat à compromiſſo, & ſic à poteſtate partium l. non diſtinguemus §. de officio ff. de arbit. l. ſicut dies. §. ſi quis littigatorum ff. eodem adeo quod poſſunt partes apponere in cōpromiſſo quamlibet clauſulam, veluti, quod non ſit neceſſaria requiſitio alterius, & quod alter ſine altero poſſit procedere, & iudicare, d. §. ſi quis littigatorum not. DD. in c. cum plures de officio de leg. in 6. Franc. in d. c. fin. ante num. 5. ideo hac ratione ſi appoſita fuerit certa forma, illa ſeruāda erit, aliàs ea omiſſa non valebit actus, prout in iudicibus dici ſolet, quod ſi certus numerus requiritur, ille adhiberi debet de neceſsitate glo. vlt. in d.c. fin. verbo niſi in prædictis caſibus &c.

Dubitatur circa ſuperiora, & poſ-
42 ſet eſſe limitatio videamus quid ſi tertius arbiter ſit præſens, taceat † tamē, & nihil dicat, nunquid alij duo poterunt pronuntiare, & eſt dicēdū quod ſic, quoniam præſens. & tacens habetur pro contradicente Anchar. ibi. num. 1. ſed ſi eſſet præſens, & contradicens valeret aliorum ſententia l. duo ex tribus ff. de re iudic. Anchar. vbi ſupra, d.c. fin. ibi ſicut poſſent &c. ergo dicemus idē eo tacente facit d. c. fin. de arbitr. in 6. in fin. vbi dicit abſentem haberi pro pręſente, vbi tex. videtur ſolam pręſentiam conſiderare, ſiue ipſe præſens, & tacens habeatur pro contradicente, ſiue non, ita tenet Franc. ibi num. 2. vbi iura allegat, & alios DD. glo. 1. in l. ſi in tres ff. de arb. nam non eſt neceſſe quod aliter loquatur dummodo ſit præſens.

Sexto limitatur hęc concluſio ex quo contrariatur legi ciuili, vt procedat tantum in foro Eccleſiaſtico, in terris quæ ſint imperij, ſeu quę non ſint de temporali iuriſdictione Eccleſiæ, † non autem in foro ſeculari, vbi
43. tantum ſeruabuntur leges ciuiles, at vero in terris quæ ſunt de temporali iuriſdictione Eccleſiæ, tunc in vtroq. foro ſeculari, & Eccleſiaſtico ſeruabitur ille tex. & ius canonicum, glo. lex ciuilis ibi in fin. Fran. num. 5. vbi adducit 6. caſus fallenciales, in quibus in vtroq. foro ſeculari, & Eccleſiaſtico ſeruatur ius canonicum in terris etiā, quę ſunt de temporali iuriſdictione imperij, ſeu aliorum temporaliū dominorum,

dominorum, & ſic quæ non ſint Eccleſiç in temporalibus.

Limitatur ſeptimo concluſio n. vt procedat tantũ in arbitris compromiſſarijs à partibus electis, ibi ex tribus arbitris à partibus electis &c. Secus autem in arbitris iuris de quibus in c, ab arbitris de offi. de leg. in 6. c. ſuſpicionis eod. extr. c. ſecundo requiris §. 2. c. cum ſpeciali de appel. in quibus iſte tex. non habet locum, nec
44 procedit: cuius ratio eſt, quia tales potius accedunt ad naturam † iudicum delegatorum, quam arbitrorum, notatur in d. c. ab arbitris, & ideo in eis idem dicemus, quod de iudicibus delegatis, de quibus in c. prudentiam dę offi. deleg. extr. & c. cum plures eodẽ in 6. & in glo. fin. in d. c. fin. & ſequenti limitatione, & hoc tenent communiter DD. omnes, vt reffert Philip. Fran. ibi ante n. 3. contra Io. And. qui omittendus eſt.

Vltimo limitatur concluſio noſtra, vt non procedat in iudicibus, ſiue delegatis, ſiue ordinarijs, in quibus certa forma ſtatuta eſt, vt traditur per gloſſam fin. in d. c. fin. ad quam te remitto vbi DD. & Domin. à num. 9. quem vide. & ad ea quę in locis ibi allegatis traduntur per DD. & ad c. 1. de arbitr. in 6. vbi aliqua dicuntur de his iudicibus, ſiue delegatis, & ordinarijs. Et quare aliud ſtatutum ſit in iudicibus, aliud vero in arbitris, vide gloſſam vltimam in fin. d. c. fin. & hæc de hoc concluſione.

45 Ex his patet quod poſſunt duo † arbitri pronuntiare tertio nolente, ſupponendo quod fuerit requiſitus, exploſa ciuili ſanctione, quę contrariũ ſtatuit, & cum in Regno defficiente lege municipali reccuratur ad ius canonicum, tanquam continens equitatem, ſecundum prohæmium Regis Iacobi, in fin. Molin. in verbo fori Aragonum, late Portoles in Scholijs ad Molin. in §. forus num. 2. ex quo ius Canonicum magis inhæret iuri diuino, ideo à primo ad vltimum dicemus in Regno id ſeruandum eſſe: & quando de iure id non procederet, adhuc tamen in Regno idem eſſet, nam de foro ſtamus chartę, niſi quid impoſsibile, vel contra ius naturale contineat obſ. item iudex de fide inſtrum. quam multis exhornat Portoles in Scholijs. §. inſtrumẽtum à num. 68. inter alia inferens ex hoc non dari in Regno impoſsibile iuris, nam quidquid charta continet valet, niſi illud ſit impoſsibile, ſicut ibi declarat, vel contra ius naturale, ſed ſic eſt; quod quando teſtificantur compromiſſa in Regno, ſic compromittitur in tres, vt omnes, vel maior pars pronuntient, igitur valebit factum à duobus, etiam non requiſito tertio iuxta tradita ſupra in limita. 2. in viã iuris canonici, cum hic non ſimpliciter dati ſint, ſed cum ſupra dicta clauſula, quæ in ſolidum dedit iuriſdictionẽ tribus, & etiam duobus, vt ſupra, non igitur habent trepidare legiſtæ in Regno, ſi ſimul canoniſtę ſunt, cũ deciſsionem habeant Pontificiam, & legem Regni per quam idem ſuſtinetur.

Ad propoſitum redeundo, habes amantiſsime lector aliqua inſtrumentã habentia executionem priuilegiatam, plura adduci poſſent, quæ in ſuo caſu omnia tibi breuiſsimẽ recenſebo, nunc autem iſta ſufficiant, vt ad inſtar eorum, reliqua cũ eiſdem clauſulis, & priuilegijs tibi figuranda proponas, nam gratia exempli ſolum apponuntur iſta, non vt reſtringant iur. vulgatis.

46 Iſta igitur, & alia habentia executionem priuilegiatã, † mandantur executioni, in vim fori abſque alio circuitu,

circuitu, & inſtrumentum habetur pro exequibili, per inde, ac ſi ſententia ſuper eo lata foret, vt in obſ. vſus reg. & alijs ſupra allegatis, nec mirũ hoc eſt, quia ſecũdum Bart. in l. cum vnus, num. 11. de bon. auth. iud. poſsiden. ęquiparantur inſtrumẽtum guarentigię, ſeu confeſsionatum, & cauſa iudicati; nam habent illa vim ſententię diffinitiuę ſecundum eum, & ſic idem in terminis illius legis iudicandum eſt de pignoribus captis vigore illorum inſtrumentorum, quod eſſet in pignore iudiciali, & quod capitur in cauſam iudicati.

Bald. tamen in l. non ſolum §. neceſsitate C. de bon. quæ lib. tenet,
47. quod talia inſtrumenta habent vim † ſententię interlocutorię, vide Angel. in §. ſi quis autem alias illud quoque in authent. de hęred. & falcid. bona additio alios allegans in d. l. cũ vnus, & idem per ſtatuta terrarum ordinari, & diſponi aſſerunt Bald. in l. peremptorias num. 29. C. ſentent. reſcind. non poſſe, & in l. ab executione, nu. 6 C. quorum appel. non recip. Rebuf. in d. titul. d. litter. obligatione in pręf. à nu. 13. cum ſequẽ. & art. 6. gloſ. 3. à nu. 27. cum ſequẽ. vbi ius exequendi iudicis authoritate, & partium conuẽtione, ęquiparantur: de quo dicitur eſſe tex. non omnibus notus, & maximè notandus, in l. cum quaſi §. ſi plures ff. de fideicommiſ. libert. vbi Alber. & alij tex. maximè commendãt, quia ibi lex habet actum pro ſententiato, ſuper quo nulla fuit lata ſententia, latius Rebuf. vbi ſup. vna tn. potiſsima differentia reperitur inter inſtrumenta guarantigię, † ſeu confeſ-
48 ſionata ſtante tali ſtatuto alibi, & inſtrumenta priuilegiata, paratauè Regni noſtri, pro cuius intelligentia eſt aduertendum, quod in ea queſtione, qua queritur an in executione ſententię requiratur citatio partis, miſſis oppinionibus, quæ reperiuntur, regula figenda eſt, videlicet quod requi-
49 ratur citatio † partis, l. 1. ibi ſi cæperis ex ſententia conueniri, C. de iur. & fact. ignor. l. meminerint C. vnde vi, faciunt in comprobationem multa adducta per Rebuf. in titul. de ſentẽt. execut. art. 7. gloſ. 11. n. 9. cum ſequẽ. & gloſa 9. num. 2. cum ſequẽ. Bald. in l. ab executione num. 5. C. quorum appel. non recipi; debet enim iudex in executione interrogare reum, an velit ſatisfacere, vel non, & poteſt reus in executione lędi propter multas exceptiones, quas poteſt in executione opponere, ſecundum Rebuf. vbi ſup. hoc tamen intelligendum eſt procedere, quando non præceſsiſſet cogni-
50. tio ſuper executione, † ſecus autem ſi pręceſsiſſet, veluti quia iudex dixiſſet mandamus exequi, vt fit in hoc Regno, & ſolum reſtaret executio facti, tunc enim non eſt opus citare partẽ, vnde iudex poſſet ad petitionem partis committere nuntio, vt exequatur nulla facta partis citatione, & ſic intelligitur oppinio Innocent. & aliorũ in d. c. ex ratione de appel. Bar. alij in l. à Diuo Pio §. in venditione, & in verbo executionẽ ff. de re iudic. Bald. l. ab executione num. 5. Benedict. de Barzis in loco ſupra citando.

Ex ſuperioribus in ferre poſſemus, quod cum inſtrumenta Guarentigię non habeant maius priuilegium re iudicata, quod eſt in eorum executione citanda pars; verum in proprijs terminis hoc tenent Benedict. de Barzis in titu. de libel. Guarentig. 2. p. prin. queſ. 3. dicens, quod in hoc ad impa-
51. ria iudicantur res iudicata, † & inſtrumẽtum Guarentigię, nam licet in executione rei iudicatę, quando non fit nouus proceſſus, & ſolum reſtat executio facti (nam alias, vt ſupra di-

xi requiritur citatio partis, & petitur executio implorãdo officium iudicis, non eſt opus citare partem, tamen ſecus eſt in inſtrumento Guarentigię, & eſt ratio ſecundum eum quia ex quo nulla cauſæ cognitio præceſsit, neceſſe eſt, quod citatio præcedat executionem. §. fin. inſt. de pęna temere litigantium arg. eorum quæ notantur in l. nimis propere C. de executione rei iudic. vnde ſecundum eum nõ valet conſequentia, hæc ſolemnitas non requiritur in ſententia, ergo nec etiam requiretur in inſtrumento Guarentigiato, idem per eandem rationẽ tenet Bal. in d. l. ab executione num. ſexto, faciunt tradita per Ruynum conſ. 15. num. quinto, & ſexto, in 4. In noſtro tamen Regno ſecus eſt, quam
52. executantur inſtrumenta † liquida nõ citato, nec vocato debitore, obſ. vſus reg. in fin. de pignor. dũ dicit. *Et hoc ſciendum eſt ſuper pignoribus ſupradictis quod poſſunt fieri non monito, nec citato debitore, vel illo, de quo quęrella habetur obſ. fin. eod. vbi habetur, quod ſi debitum ſit cum carta, fit pignoratio in cõtinenti, & ſine citatione, per Iuſtitias locorum foro homo quidam de pignoribus.*

Verum ſuperiora proxima procedunt contra debitorem obligatum,
53. † ſecus autem contra hęredem, nam contra eum non datur ius executiuũ, & idem eſt de iure, quia etiam non datur niſi pręmiſſa citatione, & liquidato quod ſit hęres, nam ita ſunt intelligendi DD. dicentes ius executiuum dari contra hæredem, Suarez in l. poſt rem iudicatam extentione 1. n. 2. Brunorus à ſole in queſtionibus legalibus queſ. 11. nu. 5. cũ ſequen. & ſic eſt in Regno, vbi non datur executio, ſed monitoria executoria virtutę inſtrumenti priuilegiati, vel monitoria pignoratitia virtutæ inſtrumenti habentis executionem paratam, vt ſoluat, vel deſamparet bona. Bardaxi in foro vni. de citation. & monition. & ſi tacet, cenſetur fateri ſe eſſe heredẽ, & fiet executio: quod ſi neget ſe heredem, vel habere bona, tunc quieſcit executio, & tractatur via ordinaria an ſit hęres, & hęc eſt † practica Regni cõformis iuri communi; hoc idẽ quod dixi de non citando partem in inſtrumentis priuilegiatis, ſeruatur in Fran
54 cia in inſtrumentis obligatorijs Regio, vel alio authentico ſigillo ſignatis, vt teſtatur Rẽbuf. de liter. obligatione in pręf. num. 26. cum ſequentib. & art. 1. glo. 5. nu. 5. ſicut etiam in curijs delphinalibus de ſtilo, & conſuetudine non fiunt citationes, quando ſententia exequitur infra vnum annum ſecus ſi poſt Rebuf. de ſentent. execut. ar. 7. glo. 11. num. 19. verbo ſecundo limita.

Agitur late de executione priuilegiata et Guarentigia, & de interlocutione quam iudex facit, ſuper tali executione; vbi multa declarantur in materia.

SVMMA EORVM QVÆ in hoc. §. 3. continentur,

1. *Agenti aduerſus debitum comandę, ſiue depoſiti, duplex competit via, vna ordinaria alia executiua.*
2. *Executionem habere paratam, & poſſe pignorari, vel executari debitorem, paria ſunt in hoc regno.*
3. *Ordinarium iudicium, quod proprię dicatur, exponitur; & quod extraordinarium. num 4.*

N 5. Sta-

43. *Firma iuris in dubio, ſiue iuſta, ſiue iniuſta obtemperanda eſt.*

44. *Firmæ iuris declaratio ſolum pertinet locumtenenti qui eam prouiſit.*

46. *Firma tertij, vt opponi poſſit, quæ requirantur, remiſſiue traditur.*

47. *Agens via ordinaria, in vim inſtrumenti Guarentigij, pēdente iudicio ordinario, non poteſt ad executiuum habere recurſum; prout ita iudicatum fuiſſe traditur nu. 48. & limita, vt nu. 49.*

50. *Clauſula appoſita in inſtrumento, vt creditor poſſit variare iudiciū, operatur in hoc Regno, vt poſſit omiſſo ordinario, ad executiuum recurrere.*

51. *Sententia qua iudex pronunciat procedendum eſſe ad vlteriora in execucione, vel non, num ſit diffinitiua, an vero interlocutoria remiſſiuè diſputatur.*

52. *Sententia de exequendo inſtrumē to priuilegiato, interlocutoria dicitur non diffinitiua. & num. 54. vbi traditur ratio.*

53. *Executio inſtrumenti Guarentigij, verificatio conditionis, & liquidatio quantitatis, in hoc Regno fiūt non citata parte.*

55. *Setencia de exequendo inſtrumento priuilegiato reuocabilis eſt, & multoties eſſe declaratum fuiſſe traditur num. 56. & amplia, vt num. 57. & limita, vt nu. 58.*

59. *Sententia de exequendo inſtrumēto priuilegiato, pręmiſſa cauſę cognitione, diffinitiua reputatur, nec reuocari poterit. vt num. 60. & ſequentibus.*

62. *Mixtus caſus ſub ſimplicibus non cenſetur comprehenſus in Regno. Stante ſtatuto, quod verba ad literam intelligantur.*

63. *Sententiæ diffinitiuæ diffinitio, & traditur, & explicatur. & num. 64.*

65. *Sententię interlocutorię diffinitio traditur & explicatur.*

66. *Sententię interlocutorię habentis vim diffinitiuæ diffinitio traditur. & declaratur. vt nu. 67.*

68. *Sententia lata in iudicio ſumario, non eſt mere interlocutoria, nec mere diffinitiua, ſed habens vim diffinitiuæ.*

69. *Sententiā appellationem, vel electionem iurisfirmę eſſe deſertam, eſt interlocutoria, habens vim diffinitiuæ: quod extende. vt num. 71.*

70. *Sententia quæ fertur partibus auditis ſuper repulſione iurisfirmæ, & exceptionum, dicitur mere diffinitiua. & declara. vt num. 73. & 74.*

72. *Qualitas ſententiæ, ex qualitate iudicij mutari ſolet.*

75. *Diſtinctio elegans traditur ad cognoſcendum, quando ſententia ſuper exceptionibus lata ſit deffinitiua, vel habens vim diffinitiuæ Quod amplia, & declara. vt num. 76.*

77. *Sententiæ receptionis iurisfirmæ, vel repulſionis eiuſdem ſunt irreuocabiles. Vbi de ratione nu. 78.*

79. *Appellare non licet a ſententia de exequendo niſi in ea excedatur modus. vt n. 82. & 86.*

80. *Vno prohibito, prohibetur id omne per quod peruenitur ad illud.*

81. *Appellare non licet a ſententia principali, quæ tranſiuit in rem iudicatam:*

83. *Sententia de exequendo, factum reſpicit.*

84. *Appellare quāuis nō liceat a ſentētia de exequēdo ad finem impediendi, valet tū. ad finē deuoluendi*

cauſam ad ſuperiorem.

85. *Nullitas allegata, & in promptu probata impedit executionem.*

87. *Firma iuris, vel appellatio, non impediunt praeceptum de exequendo virtute inſtrumenti priuilegiati, quamuis ſecus ſit ſi inſtrumentum ſolum habeat executionem paratam.*

88. *Appellatio regulariter de iure in omni caſu, & ab omnibus grauaminibus, locum habet.*

89. *Appellatio à diffinitiua de iure ſtatim ligat manus iudicis à quo; ſecus in appellatione ab interlocutoria, vt num. 90. quae non ſuſpendit ſed deuoluit, vt num. 91. idem in hoc Regno, vt nu. 92.*

93. *Apellatio à repulſione iuris firmae non obſtat quo minus iudex à quo, ſententiam, ante inhibitionẽ praeſentatam, exequatur.*

§. 3.

EX his quę in praecedentibus §. §. dicta ſunt, inferre aliqua oportet ad praxim huius Regni, & pręſertim curię Iuſtitię Aragonum, cuius propia eſt materia iſta.

Et primo, ſicuti pro conſequendis legatis, & fideicommiſsis, licitum eſt agere via ordinaria, ſcilicet rei vendicatione, hypothecaria, actione perſonali ex teſtrmento Bened. vbi ſupra num. 139. & etiam via executiua, per tex. in §. illud iuncta glo. decreto vbi Angel. in authentico de hęred. & Falcid. ita Alexan. in l. ait praetor. §. primo ff. de re iud. & ſupra late explicuimus, & pro repetendo depoſi-
1. to † ſimiliter duplex patet agenti via, vna ordinaria, alia executiua, ſecundum Didacum à Segur. in l. ſi ex legati cauſa nu. 62. & 64. in fin ff. de verb. oblig. vt ſic de prima intelligas tex. in l. pen. C. depoſiti iuſtis notatis in l. 1. ff. de edendo ſecundum Bald. & Salicet. in d. l. pen. de ſecunda intelligas eandem l. pen. in verbo illico, & verbo omnibus modis ſecundũ Bart. & Angel. ib i. eodem etiam modo dicendum eſt, in Regno circa inſtrumenta liquida, quę habent de foro executionem paratam, ideſt, quod in vim talium inſtrumentorum poteſt procedi ad pignorationẽ, & executionẽ debitoris obligati, nã paria iſta ſunt habere executionem paratam, & poſ-
2. ſe † pignorari, & executari debitorẽ obligatum in vim inſtrumenti, vt deciditur in obſ. vſus Regni de pigno. & alijs ſupra allegatis, & infra recitãdis, & in hunc ſenſum hi loquendi formulę recipiuntur cũ in materia executionis ſententię latę per iudicem competentem, leges vtantur eiſdem verbis, vt conſtat ex tota. l. à Diuo Pio ff. de re iudi. de qua re eſt pulchra deciſio in l. 2. C. de executione rei iudicatę, inquit enim, ſi cauſam iudicati non nouiſti, rem iudicatam pręſes prouincię etiam pignoribus captis, ac diſtractis ad emolumentum perduci videbit &c. Iam ergo dicit tex quod ſi quis habet ſententiam, ſeu iudicati cauſam, & ſic executionem paratam illa exequetur, per captionem ac diſtractionem pignorum, vt ſic, in vim talis ſententię procedatur, ad pignorationem bonorum debitoris condemnati vide in l. quarta. §. ſi ex conuentione de re iudi. & cum noſtra inſtrumenta, habeant vim ſententię, vt ſupra diximus, habebunt ſimilem executionem.

Cum

Cum igitur (redeundo ad materiã) in Regno, inſtrumenta habeant executionem paratam, inde colligitur, quod ex obligatione contenta in inſtrumento, oriuntur duo iura agendi, (ſicut diximus in legato, & depoſito.) quorum alterum dicitur ordinariũ, aliud vero extraordinarium, ſeu executiuum.

Ordinarium autem dicitur illud
3. ius, ſeu iudicium, † per quod proceditur via, vt dicitur ordinaria, & plenaria, vocato ſcilicet, & citato reo, oblata petione informa rectè concludente, lite conteſtata, & alijs ſolemnitatibus à iure cõmuni, ſeu legibus municipalibus, & partitularibus Regni ſtatutis, & ordinatis, prout id regulare eſſe in omni inſtrumento, & obligatione in eo contenta traditur in l. minor 25. ann. cui fideicõmiſſum ff. de mino. l. 2. in fin. C. de executio rei iud. obſ. de cõſuetudine iuncta obſ. præcedẽti vſus Regni, in fin. de pigno. for. vnico, ꝙ in factis vſur. ibi omnia debẽt iudicialiter, & ordinario iudicio expediri ex quo inferũt DD. regulariter de iure inſtrumenta non habere executionẽ paratam; ſed ex eis agendum eſſe via ordinaria.

Aliud ius agendi, quod in Regno naſcitur ex inſtrumento eſt extraordinarium † executiuum, ſeu etiam
4. ſummarium apellatum, hæc duo iura naſci ex inſtrumento executiuo fatentur DD. & præſertim Socinus conſ. 255. in 2. Bald. in l. 2 §. planè ff. quod falſo tuto. auth. Decius cõſ. 96. & 119. Felin. in c. cum venerabilis nu. 25. de exceptionibus aſſerentes, quod hæc duo iura, & iudicia ſũt adeo diuerſa, & diſtincta, & ſtant ſimul de perſe, quod ſublato vno, aliud ſublatum nullo modo cenſeatur, ex hoc varias illationes inferendo. Et primo Bald. vbi ſupra infert, quod quando ſtatutũ
5. dicit † quod ſi debitum non ſit petitum infra decẽnium, quod poſtea nõ poſsit peti executio inſtrumẽti, ꝙ tũc elapſo termino cautela eſt, quod non agatur executiuè, cũ ſit præcluſa via, ſed ordinariè in proceſſu plenario, & fiat probatio per confeſsionẽ inſertã in inſtrumento, quę valet, vt dicemus ſuo loco. Faciunt notata per Angel. & Io. de Imol. in l. ſi pupillus in prin. ff. de noua, vbi in queſt. qua quęritur, an creditor, qui poteſt regulariter compellere debitorem, vt de debito faciat ſibi inſtrumentum publicum, vt habetur in l. ſi contendat ff. de fideiuſſ. & in l. ſicut data C. de lib. cauſ. ſpecu. in titu. de inſtrumenti. editio. §. poſt quam verſ. quid ſi, poſsit etiam debitorẽ ſuum ſtringere, vt recipiat Guarentigiam, & ſic quod conficiatur inſtrumentum Guarentigiatum; in hac queſt. ſupradicti DD. dicunt, non teneri; conſiderato, quod per tale inſtrumentum ſic Guarentigiatum, poſſet etiam incipi ab executione (cum aliàs ſola via ordinaria eſſet agẽdum) vnde debitor grauaretur in eo, in quo non erat obligatus Bald. in ſuper in l. de quibus ff. de legibus in queſtione qua queritur, verum clerici poſsint vti via executiua, & ſic beneficio ſtatuti de Guarentigijs laycorum, dicit, quod ſtatutum, & conſuetudo
6. † laycorum eſt proficua etiam clericis, can. ſi in adiutorium 10. d. cap. dilecti de foro comp. dummodo ipſi clerici velint ſeruare formam ſtatuti, & conſuetudinis, vnde infert Baldus ſi eſt ſtatutum, vel conſuetudo, quod inſtrumenta Guarentigiata mandentur executioni, niſi ſint elapſi decem anni, certe non poterit tunc eccleſia, poſt decem annos petere dicti inſtrumenti executionem; ſed debet agere

agere ordinariè, cum iuri extra ordinario ſit præſcriptum, argumento l, eius militis §. milicia miſſus ff. de milit. teſtamento. Quidquid igitur ſit de hoc dicto Bald. quod infra examinabimus, illud tamen manifeſtè reſultat, quod ſublata vna via ex his duabus, altera non cenſetur ſublata Xuarez, in l. poſt rem limit. 6. num. 7. Anton. à Canario de executione inſtru. n. 25. facit in ſimili ſecundum Areti. conſ. 75. col. 8. verſi. aut ergo qui in ſtatuto, quod opponi nõ poſsit de nullitate, vult quod non tollatur quin per viam principalis petitionis de nullitate dici poſsit, licet ſublatum ſit iudicium exceptionis ſummarium, cuius opinio fuit aprobata per rotam ſecũdum Conradum in l. vni. C. ſi de moni poſſ. limit. 7. nu. 67. quod vt dilucidius appareat, infero ex ſupradictis ad duas notabiles concluſiones inter ſe diuerſas. Quarũ prima ſit, quę ſequitur.

Prima concluſio.

Agens via executiua, virtute inſtrumenti guarentigiati, † ſi ſuccu-
7 buerit, ſententia contra eum lata, nihilominus poterit de nouo agere via ordinaria, & in iudicio plenario, vt in proprijs terminis eleganter idem reſoluit Bart. Socin. conſ. 255. in 2. volu. idem tenet Decius conſ. 96. vbi licet concludat, quod is qui ſuccubuit, excipiendo in iudicio executiuo, non poſſit ſuper eodem iure agere principaliter, & ordinariè, ſi in iudicio executiuo, & ſummario, plenariè fuerit probatum, & cognitum, tamen ſi ſummaria fuerit probatio, fatetur, poſſe iterum agi principaliter, in iudicio ordinario, & plenario, ſecundum Bart. in l. qui Romæ §. duo fratres, in ſ[illegible] oppo. de verb. obligat. pro quo facit ſecũdum eundem Bar. quod traditur in l. à Diuo Pio §. ſuper rebus ff. de re. iud. Confirmantur ſuperiora ex his quę tradit Suarez in l. poſt rem iudicatam, circa declarationem legis Regni Caſtellę num. 4. ff. de re iudi. vbi ſtante lege illa, quę omni inſtrumento, in quo debitum continetur, executionem tribuit promptam, & paratam, vt inibi per eum latius explicatur, niſi debitor infra decem dies oſtendat contra inſtrumentum ſolutionem, quitationem, vel aliam legitimam exceptionem, quæ illum excuſet à ſolutione debiti, dicit Suarez quod ſi reus intra dictos decem dies exceptiones allegatas non probet, quod poſt decem dies nulla exceptione obſtante debeat exequi contractus, & debitor compellendus ſit ad ſoluendum: facta tamen ſolutione, & executione, aſsignabitur ſibi terminus competens ad probandum, datis fideiuſſoribus à creditore, quod in duplum reſtituet, quòd ſibi ſolutum eſt, ſi debitor probet ſolutionem, vel aliam legitimam exceptio-
8 nem: ecce ergo quomodo, licet debitor excipiens ſuccubuerit in iudicio executiuo ſummario, nihilominus poterit iterum allegare, & probare eaſdem exceptiones in iudicio plenario, vt fuit factum in caſu, de quo Decius dicto conſilio 96. & hoc quod licet reo excipienti, licebit eodem modo actori agenti, ſi ſuccumbat in iudicio executiuo ſummario, vt dixit Socinus vbi ſupra præſertim ſtante eadem ratione, vt dicemus ſtatim ſecundũ quod traditur in regula non debet de reg. iur. Facit deinde Cuman. in l. cum quęritur, ff. de exception. rei iudic. quia ſi intentata eſt vna actio, contra quam obſtat exceptio, & lata eſt abſolutoria, ſi poſtea intentatur alia actio ex eadem cauſa, contra quam illa non obſtat;

exceptio

exceptio rei iudicatæ non obſtabit, argumento l. duobus. § colonus, & l. ſi duo. §. ſi quis iurauerit ff. de iur. iur. ita in caſu noſtro, licet cauſa eſſet eadem, tamen actum fuit remedio executiuo, contra quod obſtat exceptio ſummariè probata, quæ non obſtaret in iudicio plenario, & præſertim ſi per viam iuris firmæ opponatur exceptio, quo caſu † facilius ofuſcat de-
9. bitum in hoc iudicio ſummario, quã ordinario, vt ſtatim dicam, ergo non debet obſtare hæc exceptio, quo minus in iudicio plenario agi poſsit. Ratio autem ſupradictorum eſſe poteſt, quoniã ſententia lata in iudicio ſummario, quale eſt iudicium executionis inſtrumenti Guarentigiati, & ſimiliũ, non præiudicat † in iudicio plenario,
10. ſi res iterum via ordinaria in iudiciũ deducatur. Vt voluit Bart. in l. qui Romæ. §. duo fratres de verb. oblig. & in l. 1. col. pen. verbo nunc videndum C. quãdo prouo. non eſt neceſſe allegat Bart. rex. in l. à Diuo Pio §. ſuper rebus ff. de re iudi. hinc eſt, quod quãdo petuntur alimẽta) ratione filiationis, ſumma ria fit cognitio reſpectu probationis, vnde non obſtante ſentẽtia lata ſuper alimentis, iterum principaliter agi poteſt ſuper filiatione, vt traditur in l. pen. ff. de his qui ſunt ſui, pro quo facit Inno. in c. 2. de ordin. cog. vbi dicit, quod ſi contra agẽtem excepi ego de ſpoliatione mea, & ſuccubui, potero nihilominus illã ſpoliatione deducere per viã accuſationis, loquitur tñ. Inno. quãdo ſuper exceptione fuit ſummaria cognitio, ſicut loquitur in eiſdem terminis Bart. in d. §. duo fratres verſi. quinto oppono. Ex hoc principio procedit illud, ꝙ notat Paul. de Caſtro in l. de pupillo, & in l. is cui in fine de oper. noui. nũt. Contar. in l. vnica limit. 7. n. 21. 22. C. ſi de momenta. poſſ. fuerit appell. ꝙ ſi
11. quis deducit nullitatem ſententię † in iudicio, per viam exceptionis ad impediendam executionem, & ſuccubit, non prohibetur eandem nullitatem deducere in alio iudicio per modum agẽdi, & ſic principaliter, & plenariè, vt ſententia infirmetur, & ſi facta ſit executio retardetur, & certum eſt, quod loquuntur DD. iſti, quãdo fuit ſummaria probatio, quia cum opponatur exceptio ad impediendã executionem ſententiæ, & iudicati cauſa ſit ſummaria, ita vt talis exceptio ſit probanda in continenti, & ſummariè, alias non impediret Contard. num. 25. ſequitur quod ſummariè ſit probatio facienda. Ex quo infert Menoch. de adipiſ. poſſ. remed. 4. n. 884. Angel. in l. 1. n. 5. C. quãdo prouocar.
12. quod exceptio litis pẽdentię præiudicialis executioni † ſententię, nõ impedit executionẽ illius ſententię, quãdo illa exceptio requirit altiorem indaginem, quia non inuenitur iure cautum, quod impediat. & ratio eſt quia cauſa iudicati eſt ſummaria, in qua non recipiuntur exceptiones, quę exigunt altiorem indaginem l. ille à quo §. de teſtamento ff. ad trebel. multa in propoſito adduci poſſent, ſed concludamus cum domino Couar. practi. queſtionũ c. 24. num. 8. vbi in ſimili dicit, quod vbi nullitas fuerit incidentur cum appellatione tractata, veluti quia condemnatus ſimpliciter appellauit, quod regulariter fit l. quædam mulier ff. famil herſis l. ſi is quę C. de liber. cauſ. & apellans in cauſa apellationis fuerit victus ac ſuccubuerit, poterit iterum agi de nullitate, ex eo quia ſub apellationis nomine incidẽtur tractata, & examinata fuit clemen. 1. de re iudi. ea enim quæ ſummatim, & incidentur fuerunt examinata, poterunt etiam finito eo examine, iterum principaliter tractari c.

veniens 2. de teſtibus, nec ſentẽtia la-
13 ta in principali, † præiudicat inciden
ti, de quo nõ fuit præmiſſa plena cau
ſæ cognitio, d. l. à Diuo Pio §. ſi ſuper
rebus, l. ſi quis à liberis §. meminiſſe
ff. de liber. agnos. Bart. in l. ſi expreſ-
ſim num. 3. ff. de appellat. Franc. Abb.
in c. dilecto de appellationibus quorũ
opinio communis eſt ſecundum Co-
uar. vbi ſup. qui eam declarat, quomo
do accipienda ſit hæc de nullitate opi
nio, qualiter autem ſit facienda hæc
probatio ſummaria de incidenti, Gar
cia de nobili. gloſ. 1. num. 28.

Superior tamen reſolutio non vi-
detur ita ſimpliciter accipienda, ſi
quidem illa vera eſt, & procedit, quã-
do in iudicio ſummario non fuit ple-
ne cognitum de re, de qua agitur, ſed
ſummariè tantum. † Secus autem
14 quando plenariè cognitum fuiſſet,
quia tunc ſententia lata in iudicio ſũ-
mario, & præiudicat plenario, & or-
dinario Bart. in l. 1. C. de ordi. iudi.
Bal. in l. ſi iudex verb. ſed quęritur ff.
de his qui ſunt ſui, vel alien. vbi dicit,
quod ſi in primo iudicio ſummario,
plenè fuit probata exceptio, obſtabit
exceptio rei iud. quia plenaria cogni-
tio non attenditur penes ordinem iu-
dicij, ſed penes qualitatem probatio-
nis, & ita late diſtinguit Abba. lib. 1.
conſil. 50. Decius conſ. 96. vide nota-
ta per Iacob. Butr. in l. ab hoſtibus §.
ſed quod ſimpliciter. ff. ex quibus cau
ſa maior. late Alexan. in l. à Diuo Pio
§. ſi ſuper rebus in prima charta. ff.
de re iudi. facit preterea, † quia quan
15. do ſuper aliquo iure propoſito incidẽ
tur per viam exceptionis fuit plena-
riè cognitum, & pronuntiatum, & il-
lud idem per modum actionis in alio
iudicio ad eundem effectum deduca-
tur, illa ſententia præiudicat, & agen-
ti principaliter obſtabit exceptio rei
iud. l. duobus, cum ibi not. ff. de excep.
rei iud. ita Abb. in c. pen. circa fin. de
exceptio. Bart. in l. ſi pupilli §. fin.
aliàs eſt l. ſi quocunq. per illum tex.
ff. de nego. geſt. & in l. quod in diem
per illum tex. de compen. & hoc re-
ſoluunt, & concludunt, Abb. & De-
cius vbi ſupra, & faciunt not. per In-
no. in c. ſuborta de cauſa poſſ. & pro-
pi, dicentem, quod ſi ſuper iure de-
ducto incidenter, ſeu per modum cau
ſæ, partes aſſumunt diſputationem,
& plenè proſequuntur ſicut ipſum
principale, quod ſententia lata ſuper
incidenti, parit exceptionem rei iudi
catę, ac ſi principaliter fuiſſet de illo
actum, ſequitur Anto. de Butrio in c.
aduerſario de exceptionibus in anti-
quis, de quo non eſt dubitandum, cũ
Lu ce Clarius ſit. Ex quibus dubia,
ſaltem non ſimpliciter vera, remanet
concluſio ſupra tradita, verum pro
16. conciliatione † iſtarum opinionum,
dico quod vtraq. veriſsima eſt, prima
quando ſummaria fuiſſet probatio ſe
cunda quando plenè cognitum fuiſ-
ſet. Et ſic in caſu occurrenti, ſi con-
tra agentem via executiua, oppone-
retur exceptio aliqua coram eodem
met iudice exequẽte, & pignorãte, (vt
permititur vt dicemus in §. 4.) & ibi
ſummariè de exceptionis iuſtitia cog
nitum eſſet, & ſuccumberet actor, nõ
eſſet dubium ex ſupradictis in caſu
iſto, quin poſſet res iterum in iudiciũ
deduci principaliter, & directè, ordi-
nariéq. Sed dificultas eſt non parua,
quando fuerit victus agens via execu
17 tiua, in iudicio repulſionis iuris firmę,
† an iterum poſsit petere debitum
via ordinaria, nam videbatur di-
cendum quod hoc non liceat, cum vi
deamus in hoc iudicio ſecundum fo-
rum de voluntad dela cort calataiub,
de firm. iur. exactiſsimas probatio-
nes recipi, & pleniſsimè tractari ius
executiuum actoris, & ius exceptio-
nis

nis rei, firmantis, & ſic attento, quod in hoc iuditio ſummario, pleniſsimè ius partium panditur, concludendum videbatur non poſſe iterum de eadē re iudicem adiri, ſecundum ſupradictam reſolutionem: Et tamen totum
18 contrarium videmus in dies † ſeruari, & praxi receptum eſſe. Quod ſi ad impediendam executionem, & pignorationem fieri mandatā per quamcunque Curiam & Audientiam Regni, præſentetur inhibitio, in vim iurisfirmę emanatę à Curia domini Iuſtitię Aragonum, (id eſt opponatur exceptio cum firma quia idem ſunt, vt dicemus,) & creditor in eadem Curia comparens, agat prout vulgo dicimus in Regno, ad repulſionem iurisfirmę ſeu exceptionis, petendo declarari procedendum eſſe ſuper tali pignoratione, ſeu executione, non obſtātibus quibuſcunq; exceptionibus propoſitis per reum, ſeu vt cōmuniter dicitur; non obſtante firma; petendo eam reijci, & repelli, licet creditor in hoc iuditio ſuccumbat, & ſic iurisfirma preſentata per reum recipiatur à Locumtenente Iuſtitię Aragonum, aliter ſolet etiam in eo ſu hoc pronuntiare per Locumtenentem non recipiendo firmam. Sed pronunciando
* repulſionem iurisfirmę ſuplicatā locum non habere, vt in proceſſu Raphaelis Iulian habitatoris Cæſarauguſte ſup. a repulſio iurisfirmæ, die 26. Auguſti 1600. verumq. pronuntiari poteſt, quamuis mihi magis placeat, vt firma recipiatur, vt in electione iurisfirmę conſuetum eſt fieri, quā do ſententia fertur pro firmante, nā ſi contra firmam pronuntiatur tunc reijcitur & repellitur.

Nihilominus tamen ipſe creditor
19 poterit via ordinaria † agere, & conſtito de bono iure ſuo, ſententiā obtinere prout receptiſsimum eſſe in hoc Regno conſtat.

Hæc praxis, non parum anxios, & dubios tenuit animos multorum iuriſperitorum huius fori, & præſertim illius ſummi ingenij viri Anthonij
* Labata, cuius aliqua hac de reſcripta, ſcitu, & notatu digna referenda cenſui. Ideo oportet in hac difficultate, in memoriam reducere, quid in hac re ſentiat Bart. Socin. d. conſ. 225. nu. 6 cum practici huius Regni dicant, eius opinionē vſu receptam, & conſuetudine aprobatam eſſe, in eodem ergo dubio quando ſcilicet in iudicio ſummario executiuo plena fuit probatio, conſultus Socinus reſpondet, non obſtare ſententiam latam in eo, quominus poſteà ordinariè agatur, quia non ſolum ad hoc, vt talis ſententia prejudicet, debet eſſe cognitum, & diſcuſſum ſuper meritis, ſed ſolemniter, ſicut ſi ordinariè actum fuiſſet, quod vix ordinariè credi poteſt.
In iudicio ſimili ſummario, tum quia licet iudex plenè cognouerit, tamen hoc non ſufficit, quia requiritur etiā, quod reſpectu partis fuerit plenè cognitum, hoc eſt quod pars conata fuerit deducere, & probare, ſicut ſi ordinariè egiſſet, potuit enim forte non curare producere probationes ſicut in ordinario: quia cauſam agere reputabat in ordinario, ita Bart. in extrauaganti ad reprimēdum ver. ſummariè ad fin. Vnde dicit Socin. conſiderandum eſſe, ſi in caſu iſto pars fecerit diligentiam ſuam in ducendo, & probando incumbentia, quia alias non diceretur plenè cognitum, & cū difficultate probari poteſt, quod pars non fuiſſet diligentior in cauſa ordinaria, & magis præiudiciali, quam in iudicio ſummario, hæc Socinus, cuius verba annectere libuit, vt videat quiſque an cum ratione noſtri practici dicant, hanc opinionem in forenſibus cauſis

cauſis circa præſens dubium receptā fore, vt ſcilicet ſine aliqua diferencia, & diſtinctione ſententię latæ in illo proceſſu executiuo, in quo agitur ad repulſionem iurisfirmæ, & ſic ad obtinendam declarationem, & ſententiam, quod exceptiones propoſitæ per reum non obſtant, neq. impediũt executionem; creditor ipſe intentare poſsit de nouo iudicium ordinarium, & plenarium, non attento, nec conſi-
20. derato, † quæ, & quales probationes fuerint factæ in illo iudicio executiuo ſummario, ſequendo (vt ipſi dicũt) doctrinam Socini qui (ſalua eorum pace) non ſine diſtinctione loquitur, nec ita abſolutè, vt ipſi dicunt, cum fateatur Socin. ſententiam latā in ſummario, obſtare plenario, quando plenisſimè probationes factę ſunt per partes in ſummario executiuo, cumq; in Regno in repulſione iurisfirmę, plenisſimè fiant † probationes, vt & tironi-
21. bus notum eſt, inde ſequitur, male iuſtificari praxim huius Regni, per doctrinam Socini, cum imo cõtraria ſit. Quare melius dixiſſent aſſerēdo hoc in ſola praxi fundari.

Verum ne dicant exteri, leges huius Regni alioquin iuſtisſimas prudētisſimaſq; tāquā ex viſſeribus vtriuſq. iuris deprompt as, praximq. vſu reſceptam carere ratione, & ſpiritu, ideo veram huius praxis rationem à nemine quod viderim tactam, non ſine aliqua cogitatione elicitam tradā tibi. Qua propter cõſiderari oportet, quis ſit finis, & efectus huius iudicij, in quo agitur de repellendo firmam, ſeu exceptionem, nam ex hoc reſultabit clara pręſentis dubij deciſio, eſt igitur ſciendum, quod licet ſupra diximus, quod inſtrumenti liquidi, & clari, habentis executionem paratā, (demptis priuilegiatis) executio, & pignoratio impediatur per iurisfirmam, & exceptiones in ea allegatas, vt in §.4. dicemus, tamen hoc obſtaculum, quod executionem impedit,
22 non durat perpetuo, † ſed eo vſq. quo in iudicio repulſionis firmę fuerit cognitum de bono iure partiũ, vbi ſi iuſtitia fuerit pro actore, & eius iure, tũc repelletur firma, & iudex pronunciabit fore eam repellendam, quod idē eſt ac ſi diceret, fore procedendum ad vlteriora in executione, non obſtantibus exceptionibus iuris firmæ, nam ſat fuit quod in eo interim, executio inſtrumenti parata fuerit impedita, & ſuſpenſa, & ſatis eſt quod actor faciat fidem de illo eodem inſtrumento, cuius virtute emanauit executio ſi ſit liquidum, & clarum vt repellatur firma, ſi tamen illud reus non offuſcauerit etiam in vna ſcintilla, Molina verbo manifeſtum ſecunda col. ſicuti fuit pronunciatum, & motiuatum hac eadem ratione in proceſſu iuratorum deſuētesſupra repulſione iurisfirmę anno. 1594. vel 1595. in hac curia, & hoc eſt quod dici ſolet, quod ad repellendam firmam pręſentatam contra executionem, debet fieri fides de caſu ma-
23. niſeſto, † foro de voluntad de la cort, de firm. iuris Calataiub, Moli. verb. manifeſtum, & etiam in emparamētis, ad repellendam firmam, debet fieri fides de caſu manifeſto. for. ſi ſe firmare titu. de emparamen. Molin. verbo emparamentum verſ. emparamento ſi eſt firmatum, aliàs ſi non faceret actor fidem de caſu manifeſto, tunc firma reciperetur dictis foris. & locis à Molin. citatis. tanquam remanentibus debito ofuſcato, & inſtrumento illiquido, & debitum manifeſtum dicitur, † de quo conſtat per inſtrumen-
24 tum, vel cõfesſionem partis, obſ. vſus Regni de pigno. obſ. de foro tit. de fideiuſſo. obſ. item in debito titu. de rerum teſtatio. de quo vide tex. cũ gloſ.

in

in l.fin.C.de reb.credi. Abb. in c. licet extra de probatio. Molin. verb. manifeſtum,ver. liquidatio : Bardaxi tit.de citatio.& monitio à num. 6.cũ
25 ſequen. Inſtrumentum tamen debet eſſe liquidum, † hoc eſt non conditionale,non in diem, non requirens aliquod ad implementum, quod per teſtes veniat probandum , Molin. ver. liquidatio verb.manifeſtum,& verbo emparamentum ver. die 4. Auguſti. Bardaxi vbi ſup. aliàs enim ſicuti in vim illius inſtrumenti , cuius ad implemẽtum, ſeu liquidatio, vel aliquid aliud venit per teſtes probandum,nõ debet dari executio , nec pignoratio, quia non inducit caſum manifeſtum de foro, ſine quo non datur executio, obſ. differentia eſt de rerum teſtatio. Molin.verb.liquidatio verb.litera pignoraticia ver. pignoratio, Couarru. lib.2.var.c.11.vbi dat rationes , & ꝓbatur in obſ.pen.depigno.dum dicit,
26 *de conſuetudine Regni † vbi contrahentes non ſtant , vel aliquid venit liquidandum per teſtes , extra contenta in inſtrumento licet de debito conſtet per inſtrumentum , ſi petatur debet offerri petitio concludens* , nec ſufficit propoſitionem offerri,de cuius obſ.intellectu.Molin. in verb. liquidatio.& facit for. de arbitrij. Eadem ratione nõ eſſet admittẽdũ huiuſmodi inſtrumentum non liquidum , ad repellendam firmam , vt in locis ſupradictis, vt fuit determinatum in caſu quem refert Molin. verb. emparamentum, ver.die 4.Auguſti,& verb.manifeſtũ in fine. Si ergo inſtrumentum eſt in ſe illiquidum,& liquidatio non fit niſi per teſtes (demptis caſibus for. 2. de emparam.)non eſt cur dici valeat, eſſe caſum manifeſtum, & idem eſt. Si vel conditionale,vel in diem eſſet, vel ſi reus firmans aliter probaret intentionem ſuam , exceptionem , vel aliud per quod remaneret oſuſcatum debitum,nam tali caſu reciperetur firma,& denegaretur executio illa prõpta inſtrumenti,nam volens repellere firmam , debet adeo facere fidem
27 de caſu manifeſto,& claro , ſeu liquido,quod ſi vna ſola † ſcintilla turbaret,ſeu oſuſcaret talem caſum, firma eſſet in dubio recipienda,propter priuilegium iurisfirmę , quæ habet locũ in omni caſu,præterquam in caſu manifeſto:vt late habuiſti ſupra, & in.§. item demandam in priuileg. generali.Molin.verb.firma fol.150. 3. col in fin.Sed diceret aliquis, ſi hic iurisfirma non habet locum in caſu manifeſto,ſed imo repellitur;quomodo videmus quotidie,quod ſi præſentatur ad impediendam executionem emanatam à debito manifeſto, veluti capitulorum matrimonialium,& ſimilium, impedit eã? Et ſic habet locum cõtra caſum manifeſtum. Ad hoc reſpondetur ſupponendo primo, quod modo non loquimur de ſola,& nuda firma
28 † de ſtando,& parendo iuri, quia illa nunquam habet locum in caſu manifeſto,vt in priuileg. generali , & late ſupradixi,& dicemus in §.4. ſed agimus de firma,in qua ſunt allegatæ exceptiones releuantes,nam hæc oppoſita ad executionem,impedit,dũ non repellitur quia per exceptiones fit res dubia,& ſic oſuſcatur debitum, & iã dici non poteſt manifeſtum & habet locum firma. Verum in repulſione,ſi exceptiones reijciuntur,quia non ſubſiſtant,nec probãtur, remanet debitũ manifeſtum , & exceptiones dantur pro nullis,ſeu iniuſtis , & ſic remanet firma nuda, ſine exceptionibus , quæ ſola non habet locum in caſu manifeſto, vt dixi & latius dicam in §.4.

Sed quorſum iſta dicet aliquis , vt
29 † inde appareat in repulſione firmæ, ſolum agi de proſequẽda executione illa

illa prompta,& parata, vel deneganda, quæ, vt dixi,ſi in aliquo fuerit debitum oſuſcatum, non habebit locũ, veluti quia illud eſt conditionale, in diem,non liquidum,vel aliter reus illud oſuſcat, vel extra contenta in inſtrumento aliquid per teſtes venit liquidandum, quia in his caſibus non eſt debitũmanifeſtũ,ideo executio retardabitur,& firma recipietur;quę tamen liquidatio etiam per teſtes in iudicio ordinario illius debiti admitteretur,& ſic dici debet,quod ex alijs probationibus, & diuerſo iure iudicatur in iudicio ordinario, & de diuerſa re agitur in vtroque,cum illic ſolum de quadam rigida executione, hic autẽ in ordinario de ordinaria actione aliter probanda ad debitum conſequendum:his ſic habitis, modo aſſummo doctrinamRaphael.Cuman.in l.cum
30 queritur cum duabus ſequent. ff. de excep.rei iud.vbi dicit,quod ſi intentata eſt vna actio, contra quam obſtat aliqua exceptio,& lata eſt abſolutoria,ſi poſtea eſt intentata alia actio ex eadem cauſa,cõtra quam non obſtat illa prima exceptio,vt quia in ſecunda actione plus continetur quam in prima,vel ad aliud dirigitur, tunc non obſtabit exceptio rei iudi. vt apparet per iura quæ allegat Cuma. vt in l.duobus.§. colonus iũcta gloſ. defendi poterit l.ſi duo .§.ſi quis iurauerit,ff.de iur.iur.faciunt not.per Alex. in d.l. duobus §. exceptio; ſed ſic eſt, quod ad iudicium executiuum impediendum obſtat exceptio rei dicentis, non potes liquidare rem per teſtes obſ.pen.de pigno.quę tamen exceptio in iudicio ordinario non obeſſet, quia teſtes admitterentur d. obſ. ergo abſolutio in hoc iudicio non obſtabit agenti in iudicio ordinario; vt ita in proprijs terminis reſoluit Soci. vbi ſupra, num.6.in fin. Deinde quia cum de diuerſa actione agatur, & aliter probanda,& ad alium finem, non obſtabit † exceptio rei. iud. d. l.cum
31 quæritur. Alexan. vbi ſup. ſuppoſito quod non negatur factũ, à quo emanant iſtę diuerſæ actiones, ſecundum Alex.vbi ſup. & ita Antho. de Butr. in c.aduerſario de except.dicit, quod vbi variatur modus agendi, de ſummario ad plenarium,non prohibetur cumulatio, ſeu variatio, iuxta not.in l.1.C.de cond.indebit.& in l.ſi quis à liberis.ff.de liber.agnoſ. ex his apparet,quã benè,& eleganter ad propoſitũ more ſolito loquutus fuerit Paul. de Caſtro.lib.1.conſ. 87.vbi loquens de illo qui dimiſſo iudicio executiuo,
32 † fecit tranſitum ad ordinarium, dicit id de iure licuiſſe in quaſcumque parte litis,quia in primo iudicio executiuo petitur inſtrumentum executioni mandari,in ordinario vero debitorem condemnari, vnde non potuit opponi exceptio litis pendentiæ;quia ſuper hoc,quod condemnetur,alia lis non pendebat,& licuit recedere à via executiua, & tranſire ad ordinariam, cum aliqua poſsint obſtare in prima quę non obſtant in ſecunda,(vt ſupra nos diximus.) Pro quo facit Bart. in l.conſentaneum C.quom. & quando iud.Arch.ſuper rubr.de eo qui mittitur in poſſ.vbi dicunt quod ſi vna via exequtiua intentata non ſufficit, poteſt actor ad aliam accedere, tunc enim prohibitum eſt quem ſuper eodem pluries vexare,quando per eundem modum vexaret, non quando per alium, maximè quando primus modus eſt ſummarius, & executiuus, nam ſi ſuccumberet in illo,non prohibetur redire ad aliud,ſcilicet ordinarium.l.ſi iudex,ff.de var.& extra cog.l.ſi quis aliber,ff.delib. agno. ergo,nec eo pendente debet prohiberi, hæc Paul.per totũ conſ. vbi (iudicio meo)

meo) conclusionem hanc, quasi deliberatè & consultò decidit, nec aliũde ipse infert, poſſe quem dimiſſo executiuo, ad ordinarium transire, nisi vt ipse dicit, ex eo quod ſententia lata
33. † in ſummario, non præiudicat ordinario, vt ſupra concluſsimus, & cui nõ poſſet nocere ſententia contra eũ lata, vt in noſtro caſu, non poterit etiã nocere pendentia talis cauſæ, & proceſſus, quia media non debent eſſe fortiora fine, ſicut è conuerſo dici
34. ſolet quod † litis pendentia, & acta iudicij, nocent omnibus his, quibus, & ſententia nocere ſolet. cap. inter dilectos verbo, nec atteſtationes de fide instrumẽ. l. ſed etſi poſſeſſor. §. fin. ff. de iur. iur. l. lege iulia ff. de manumiſſio. Inno. in c. cauſam, quę primo. n. 3. de teſtib. vbi Io. And. & Hoſtienſ. Butrius, & Bald. Anchar. & Immol. Abb. & alij Canoniſtę, Bart. in l. ſæpe num. 12. ff. de re iudi. vbi Alexander. num. 125. idem Bart. & DD. in l. qui repudiantis §. primo num. 4. verbo nam hęc regula eſt ff. de inoffi. teſtamento. Ex quibus remanet (iudicio meo) ſatis corroborata hæc prima concluſio, reſpectu actoris facientis tranſitum de iudicio executiuo ſummario, ad ordinarium plenariũ, vel ſuccũbentis in executiuo.

Superiora reſpectu actoris ſuccumbentis, vel tranſientis in & de executiuo ad ordinariũ, vera ſunt. Sed reſpectu rei qui ſuccubuit in exceptione propoſita contra inſtrumentum executiuum, ſiue illam proponat coram iudice exequente, ſiue coram Iuſtitia Arago. per viam iurisfirmę, eſt maior dificultas. Et ſi exceptio opponatur corã iudice exequente, tunc facilis ex ſuperioribus reſultat reſpon-
35. ſio, vt ſi ſummariè fuerit † cognitũ, & pronunciatũ, poſsit iterũ in iudiciũ principaliter, ac ordinariè tractari. Si vero in iuditio executiuo fuerit cognitũ plenariè de exceptione cõtra inſtrumentũ appoſita, & ſententia contra exceptionẽ lata, non poterit amplius in iudiciũ deduci via ordinaria, nã ſecũdũ Bar. in l. 1. col. 3. verbo ſed an hęc ſentẽtia. C. de ordi. iud. quãdo ſu-
36. per aliquo incidẽter per † viã exceptionis pronuntiatũ fuit, & illud idẽ per modũ actionis in alio iudicio ad eundẽ effectũ deducatur, illa ſententia preiudicat, & agenti principaliter obſtabit exceptio rei iudicatę, per not. in l. duobus ff. de excep. rei iudi. Abb. in cap. pen. de exceptionibus, Bal. in l. ſi iudex ff. de his qui ſunt ſui, vel alien. Abb. in d. cõſ. 50. lib. 1. & alij, quos allegat Decius conſ. 96. vbi idẽ concludit, & loquuntur DD. omnes quãdo plenariè cognitũ fuiſſet in executiuo, & ſummario, iuxta reſolutionẽ ſupra traditã, vt declarat Decius vbi ſupra verbo nõ obſt. allegata &c. Sed difficultas eſſe poteſt quãdo exceptio per viam iurisfirmæ oppoſita fuerit, quid leges regni hoc in caſu ſtatuãt, dicẽdũ eſt: ꝙ cum in hoc caſu certiſsimę ſint determinationes relatę per Michaellẽ del Molino, & diſpoſitiones forales, ex eis ſequitur, quod repulſa
37 vna firma, † omnes alię firmæ ſunt repulſę, & nõ impediũt amplius executionẽ, quod eſt dicere, quod poſtquã ſemel Iuſt. Arago. ſeu eius locũtenens declarauerit fore procedendũ ad vlteriora in executione nõ obſtãtibus exceptionibus allegatis per reũ in iurisfirma, ſi iterũ opponãtur iſtę exceptiones in alia iurisfirma, non impedient amplius executionẽ proſequendã, & hoc eſt dicere, quod vna firma repulſa ſunt omnes aliæ repulſę: ſic Moli. verbo firma verſi. firma vna repulſa &c. & in verbo executio verſi. executioni alicui ſi eſt prę́ſẽtata iurisfirma grauaminũ fiẽdorũ &c. & ꝓbatur per forũ

vnicum in correctis de executioni-
bus non impedi. & per forum vni-
cum de executionibus, non impe-
diendis Alcanicij, & per forum a
los abuſos, de firmis iuris., qui licet
loquantur in executione ſententię,
tamen ſemper fuerunt intellecti,
etiã in executione inſtrumẽti Guarẽ-
tigiati habẽs executionẽ paratã, ſecun
dũ Molin. vbi ſup. per doctrinã Bart.
in l. cũ vnus ff. de bonis author. iud.
poſsid. quod tñ. intelligendũ eſt, quã
38. do prima firma, † quę fuit pręſentata
in prima executione, fuit repulſa, cita-
to & vocato procuratore illo, qui ob-
tinuit firmam, & qui eſt nominatus
in ea, vel citato principali: ſecus ſi
fuiſſet repulſa cũ procuratore conſti-
tuto in cõtractu comãdę, aut alio ad
confitendũ debitũ, quia tunc ſi cũ illo
procuratore eſſet firma prima repul-
ſa, & non cũ principali, vel procurato
re nominato in iurisfirma, ſi poſtea in
ſecũda executione, pręſentaretur alia
firma, impediretur executio, nõ obſtã
te prima repulſione iurisfirmę, prout
ſic fuiſſe iudicatũ in hoc graui ſena-
tu refert Molin. vbi ſup. verbo execu-
tio, & in verbo firma verſiculo die. 10.
Aprilis, ex ea ratione quia procura-
39. tor conſtitutus in contractu † ad cõ-
fitendũ debitũ, nõ eſt ad alia procura
tor, ſicut fuit idẽ iudicatũ, in alia ma-
teria in proceſſu Petri Hieronimi Vi-
llanoua ſuper manifeſtatione in mẽſe
Martij die 20. in curia Iuſtitię Arago.
anno. 1600. qui petebatur liberari per
viã priuilegiatã ex hoc capite, ipſe pre
ſentauit Regię Audientię firmã, & in
hibitionẽ, ne procederetur ad captionẽ
perſonę eius, non verificatis prius qui
buſdã conditionibus, cuiuſdam ſentẽ-
tię arbitralis: poſtea fuit appellitatus
in Regia Audien. & captus vigore
dictę ſententię arbitralis, dicebat ipſe,
quod non fuerant per apellitatem ve
rificare conditiones ſententię arbi-
tralis, & quod ſic fuerat captus con-
tra tenorẽ firmę, ex eo quia pars quæ
apellitauerat de ſententia arbitrali,
tenebatur ſecundum eam incontinẽ-
ti habita notitia ſententię arbitralis,
facere certas ſeparationes quas tamẽ
non fecerat niſi poſt menſem, com-
putando illum à die ſcientię, & noti-
tię procuratoris immortalis contra-
ctus, (qui de conſuetudine ſolet eſſe,
quidam officialis curię, vel alius ſimi-
lis) cui fuerat intimata ſententia eo-
demmet die quo fuit lata, dicebatur
per Locumtenentes, quod illa notitia
erat intelligenda de notitia, & ſcien-
tia partium, quibus non fuerat ſentẽ-
tia intimata, non vero de notitia pro-
curatoris, qui ſolũ erat conſtitutus ad
laudandam ſententiam arbitralem,
non vero ad aliud, & ſic non poterat
conſtituere (vt dicit Molina) partem
ſuam in mora, & per conſequens nõ
erat ille defectus conditionis, & ſic
nõ fuit liberatus per viã priuilegiatã:
fuit etiam ibi dictum quod ſalaria
40 † arbitri & notarij non erant condi-
tiones adimplendę per partes, ſed
quod illi habebant actiones contra
partes ad conſequendum illud ſala-
rium, confirmantur iſta ſecundum
doctrin. Molin. verbo firma verſicu-
lo firma iuris pręſentata per debito-
rem fol. 151. quorum ratio eſt quia cõ-
feſsio, & alia quę fiunt per procurato-
rem contractus, (vltra id ad quod fuit
cõſtitutus) non habent tantã eficatiã,
ſicut haberent ſi eſſent facta per prin
cipalem, vel ſuum legitimum, & ſuf-
ficientem procuratorem, Molin. vbi
ſupra: ita in alio propoſito tenet idem
Nauar. in Manuali cap. 27. nu. 274.
verſi. 12. quod penſionarius &c. Bald.
conſ. 138. in 4. & 119. vbi dicit, ꝙ pro
curator conſtitutus ante laudum ad
emologandum, non videtur habere
mandatum

mandatum ad conſentiendum iniqui tati, & dolo. l. ſi procurator ff. de condi. indebi. nec poteſt emologando excludere ius petendi reductionẽ, neq. apellationem quia non eſt conſtitutus ad hoc, & in proprijs terminis noſtris vide Maran. 6. p. de inſtru. productione n. 28. ſic ergo intelligẽdo repulſionem iurisfirmę, remanet concluſio: quod vna firma repulſa, om-
41 nes alię ſunt repulſę. Verum hoc † limitatur per ſupradictos foros (de firmis iuris, & de executionibus non imped.) non procedere quando in ſecũda firma, & inhibitione illius, fieret mentio, qualiter fuit facta fides prōpta iudici prouidenti firmam, de rebus, aut exceptionibus legitimis impediẽtibus executionem, quoniam tunc iſta ſecunda firma arctabit, nec ſenſebitur repulſa, per repulſionem primæ iurisfirmę: limitatio hæc ſatis obſcura & fortis videtur, nã ſi in repulſione primę iurisfirmę fuit actum plenariè, de exceptionibus allegatis in firma, & de illarum iuſtitia, & partibus ibi pręſentibus, fuit declaratum eas non obſtare, quo minus executio fiat, & vtendo terminis foralibus, fuerit iurisfirma, ſeu inhibitio repulſa quo ad intereſſe deductum, probatum, & publicatum, pro parte habentis caſum manifeſtum, & ſic executionem inſtãtis, cuius erit efectus iſta ſententia: ſi alia firma etiam cum informatione obtenta ſuper eiſdem iuribus eam poteſt impedire, quare reſoluẽdo hanc concluſionem dic, quod per obſ. vſus Regni de pigno. (de cuius intellectu, & materia late agemus in § 4.) ad impediendam executionem non priuilegiatam, licet ſit paratam, ſuficit ſolũ allegare exceptiones legitimas, quę ſint tales, † quod pro-
42 batę releuarẽt, & pẽdente illarũ cognitione, & examine ſuperſedebitur in executionẽ, vt probatur in d. obſ. Vnde ſequitur, quod ſi prima firma fuerit repulſa cenſebitur repulſa omnis alia firma eiuſdem qualitatis, & naturę, & ſic quęcunq. alia firma communis (quam bolanderã vocamus) quia in vtraq. ſolum allegantur exceptiones, & ad illarum allegationẽ ſuperſedetur in executionẽ. aliàs eſſet ire in infinitum.

Tum etiam quia cum in prima repulſione, fuerit ſententia lata plenariè contra has exceptiones, certũ eſt, quod hęc ſentẽtia producet exceptionem rei iudicatæ inter eaſdem perſonas, & ſuper eadem re & cauſa petendi, iuxta l. cum quęritur cum ſequen. ff. de except. rei iud. & in l. ſi quis cum totum §. generaliter ff. eod. Corneum in 4. volu. conſ. 126. num. 5. Nicol. Euerard. conſ 7. 2. col. Alex. in 1. volu. conſ. 61. n. 1. Decium conſ. 475. n. 43. & 44. & conſ. 96. Abb. in 1. volu. conſ. 50. nu. 2. et 3. quod bene declarat Cumã. in d. l. cũ quęritur Angel. in §. ſi in iudicio inſt. de excep. n. 23. Bertrand. in 1. volu. conſ. 1. nu. 104. primæ impreſsionis, & per cõſequẽs, ſi alia firma cõmunis, & inhibitio pręſentatur, cũ eiſdẽ exceptionibus allegatis tantũ, & non probatis, & ſuper eiſdẽ iure, & rebus, & inter eaſdẽ per-
42 ſonas, non erit obtẽperanda, ſed imo executor ea nõ obſtãte procedet ad vlteriora ſine aliqua conſultatione, vt in dictis foris cõtinetur, nã tũc clariſſimè conſtat illud calũnioſe fieri, cum nil de nouo allegetur, & ſic adeſt pręſumptio ꝙ cauſa deferẽdi iudiciũ exceptio illa ſeu firma opponitur, & ſic poteſt, & debet iudex, & executor procedere ad executionẽ Contar. in l. vnica C. ſi de moment. poſſ. limit. 7. n. 41 quinimo ſi iudex, & executor præſumit tertiũ apellare ſolum, vt diferat executionem, non debet per hoc illã

Secunda concluſio.

Circa ſecundam concluſionem, qua queritur, vtrum is qui via ordinaria petierit, id quod via executiua etiã petere poterat, poſsit dimiſſa via illa ordinaria intentata, ad executiuam redire, an vero ſibi ad id præcluſa ex hoc maneat via, quia hæc queſtio ſatis perplexa eſt, & varias recipit opiniones, ideo videndi prius ſunt qui eã tractant, ex quibus eligemus opinionem frequentiori calculo in negocijs forenſibus receptam. hanc tractant Suarez in l. poſt rem iudicatam. §. fin. ff. de re iudi. Roman. conſ. 133. Borgninus deciſ. 1. nu. 15. & 16. prima parte, Maranta. de ordin e iudicio ſexta parte, de inſtrumentorum productione num. 31. & diſputatione ſexta, per totam. Marcus Anthon. Maſſagal. de obli. in forma camerę pag. 78. Azeuedo lib. 4. nouę recopilat. in l. 1. titu. 21. num. 151. & num. 154. Burgos de paz conſ. 39. num. 7. Portol. in ſcholijs ad Molin. verbo Mercator, Ioan. Gutierrez lib. 3. practi. queſtionum queſ. 39. vbi late multos alios allegans, Rebuf. de litteris obligato. articul. 6. glo. 3. à nu. 7. cum ſequentibus. & arti. 2. gloſ. 1. num. 20 vbi alios allegat: ſit igitur concluſio.

Concluſio.

Agens via ordinaria in vim inſtrumenti Guarentigiati, † cuius vigo-
47. re poterat agere via etiam executiua, non poteſt pendente iuditio ordinario, & illo cæpto, ad viam executiuã recurſum habere; hanc tenent omnes fere DD. ſupra citati, & alij paucis demptis, & ſic eam veriorem, & receptiorem dicit, Gutierrez vbi ſupra n. 5. vbi dicit eam eſſe ſequendã in iudicando, & conſulendo, per glo. in l. fin. in fin. & in l. proinde 2. §. notandum ff. ad l. aquiliam, prout eã ad hoc ponderant. DD. ſupra citati, & gloſ. verbo partibus in clem. cæpe. de verbo. ſigni. in verſ. ſed pone, pro qua vide Roman. d. conſ. 133. Gutierrez vbi ſupra num. 24. & ſecundum hanc opi-
48 nionem fuit iudicatum, & firma ad hoc prouiſſa in curia Iuſtitię Aragonum. Vide in proceſſu Antonij Alberite ſupra iuris firma die. 17. Augusti 1558. quem refert Portol. ad Moli. verbo mercator, num. 25. prout ſimilis declaratio facta fuit in curia Eccleſiaſtica per Cancellarium competentiarum noſtris temporibus, Vide in proceſſu Annæ Tolon, contra Iacobum Lopez in anno 1594. & aliæ multę ſimiles declarationes factę ſunt in curia Eccleſiaſti ca.

Hęc tamen cõcluſio inter alios modos quibus limitatur per Gutierrez vbi ſup. hoc pręcipuo modo limitatur non procedere. † quando actor ſolue-
49 ret expenſas factas in iudicio ordinario, & eas ſolueret reo, nam tunc poterit ad viam executiuam redire, Gutierrez nu. 7. & Rebuf. vbi ſupra, nã ideo agit ordinariè, vt veniat ad executionem, ergo non renunciatur executioni, nec tollitur per actionem, ſecus ſi plures competerent actiones. vt declarat Rebuf. vbi ſupra, & ſic hanc opinionem refectis expenſis viæ ordinarię ſequitur D. Paz. Dicens ſic vidiſſe practari in ſua praxi. cap. 2. 4. p. 1. tom. nu. 2. Maranta d. n. 31. quam & nos æquã, & iuridicã reputamus, ſaltim quãdo in inſtrumento executiuo, eſſent clauſulæ appoſitæ, (ut fieri ſolet) per quas ſit data creditori facultas uariandi iudicium, de vno ad aliud, & de vno iudice in alium iudicem, de vno tramitte in alium. Nam tunc quia illæ clauſulæ operari debent aliquid, ſicut & omne. Verbum poſitum in inſtrumento. gloſ.

in c.ſolitæ in verb.tāquā de maio. & obed Iaſ.in l. 2 §.creditum in fin. ff. ſi certum petatur Corn.conſ.259.col. 4. volu. Bald.in rubr. in nona queſ. C. de contra emprio,& notarius ſem per ſenſetur rogatus ponere iſtas clau ſulas conſuetas l.fin.vbi Bald. C. de fideiuſſo,& in l.ſi quis ſub conditione in fin. ff.de condi.inſti. Alexan. conſ. 89. in 3. volu. ideo videtur dicendū quod licitum erit actori redire ad viā
50. † executiuam, dimiſſa ordinaria intentata, præſertim in Regno vbi ſtamus cartæ,& vbi iudex debet iudicare ſecundum quod in carta continetur,niſi aliquid impoſsibile, vel contra ius naturale cōtineatur in ea,obſ. item iudex deberet de fide inſtru. nā in regno non habemus impoſsibile iuris, ſed poſſumus quęcunq. volumus contrahere, ſi impoſsibile,vel contra naturam non ſit, & ſic hanc opinionem tenent Maranta.in ſpecul. diſputa.6.num.3. nec contrarium ſentit in num.29.ibidem,vbi ſatis fatetur, idē iudicandum fuiſſe, ſi in caſu quo loquitur,adfuiſſent iſtę clauſulę,verum dicit ipſe ꝙ nō erāt appoſitę hæc clauſulæ,& ſic nō licuit dimiſſa via ordinaria ad executiuā redire, Mar. Antho. Maſſa.Galez.de obli.in forma Came. pag.78.pro qua ſententia facit forus 21 & forus deſeantes de vſur. & cum his ſit expedita hæc ſecunda concluſio.

Ex ſuperioribus colligere licet quātum cum iure communi conſonet hęc interlocutio, per quam iudex pronunciat, iuris firmā,& ſic exceptionē fore repellendam, & per conſequens executionem ſemel ceptam poſſe cōtinuari,cum etiam de iure communi in hoc iudicio executiuo ſummario, quaſi ſub eadem forma pronuncietur, quia vbi iudici conſtat exceptiones propoſitas per reum non obſtare, nec impedire executionem fieri mandatam,iudex ipſe inquit procedendum eſſe in executione, non obſtantibus quibuslibet exceptionibus, & defenſionibus per reum propoſitis, & vbi iudici conſtat exceptiones,& defenſiones per reum propoſitas eſſe iuſtas,legitimas,& benè probatas,declarat,& dicit tales exceptiones impedire prędictam executionem, ſicut in Regno declarat tales exceptiones per firmā propoſitas fore recipiendas,& admitendas,vt ex doctoribus ſupradictis colligere licet,& ſignanter ex traditis per Angel. conſ. 114. 115. vbi in proprijs terminis in principio concilij ſimilem interlocutionem examinandā proponit,quod cauetur in lege Regni Caſtellæ,vt per eius thenorem apparet apud Suarez,vbi ſupra.

Pro complemento huius §.3. videndum eſt,an hęc ſententia,quę profertur in hoc iudicio executiuo reijciendo, & repellendo exceptiones,ſeu eas admitendo,cenſeatur difinitiua,an vero
51. † interlocutoria,(nec enim deſunt qui eam anomolam appellant quaſi compoſitam ab vtraq;)qua in re,licet multa ſatis obſcure a DD. tradita ſint,& multę reperiantur diuerſę opiniones,vt apparet ex traditis per Philip. Decium in l.Imperium à num.22. ff.de iuriſ. omnium iud. Angelum d. conſ.114.115. Anthoni à Canario de executione inſtrumentorum queſ. 46 & 23.Benedictus de Barzis de libellis Guarentigijs queſ.7.Lanfran.Doriano.in c.quoniā contra verbo interlocutiones.de probatio. Maranta de ordi.cogni.6.par.verbo,& demū fertur ſententia à num. 24.cum ſequentibus Ludouicus Roman.conſ.174.& multi alij quos refert in propoſito Porthol. in ſchol.ad Molin.verbo ſententia,illud tamen ante omnia expeditiſsimum eſt,quod ſententia prouiſionalis

ſionalis, ſeu preceptum de exequendo
inſtrumento priuilegiato, quod in
Regno fit contra obligatum in inſtru
mento, vt ſoluat, & adimpleat conten
ta in inſtrumento debitorio, ſententia
52. interlocutoria † dici debet, & non di-
finitiua ad cuius comprobationem
præmitendum eſt, quod ad obtinen-
dum ſimile preceptum in hoc Reg-
no, ſi aliquid venit liquidandum, ſeu
purificandum, vel aliqua incluſio pro
banda eſt, illud fit parte minime cita-
ta, minuſq; audita, vt latiſsimè reſol-
uit Bardaxi in titu. de citatio, & moni
tionibus, & nos ſupra diximus à nu.
6. cum ſequentibus, cum de iure com
muni hec ſummaria cognitio de pu-
rificatione conditionis, vel liquidatio
nis quantitatis fieri debeat vocata par
te, & ea audita, ita quod ſi iudici ex
informationibus, & probationibus
conſtet, de purificatione, & liquidatio
ne, debet mandare procedi ad execu-
tionem, vel captionem perſone, ſecun
dum Bardaxi vbi ſupra num. 6. Co-
uarruuias lib. 2. uar. cap. 11. Suarez in
l. poſt rem iudi. prima exten. num. 2.
& limitatione 4. Ioan. Gutierrez lib.
3. pract. queſtionũ queſ. 39. nu. 15. cum
ſequentibus vbi alios allegat. Iudex
tamen eo caſu nullam declarationem
facere debet ſuper tali purificatione,
& liquidatione ne debitor fugam ar-
ripiat, & quia ab illa liquidatione pro
nunciata poſſet apellari, & in ea via
ordinaria eſſet procedendũ, quo vſq.
res iudicata ſuper liquidatione habe-
retur, in quo multum temporis, & ex-
penſe conſumerentur, & ſic debet eſ-
ſe cautus aduocatus, ne petat pronun
ciari ſuper liquidatione, ſed tantum
conſtito de allegatis in libello manda
re exequi: vt ſic conſulit Garcia vbi
ſupra Couarru. & Suarez d. limit. 4.
per totam, ſimilem cautelam de iure
ponit Anto. à Canario vbi ſup. queſ.
46. iã igitur, de foro hec executio in-
53. ſtrumẽti Guarẽtigij petitur, & verificã
tur cõditiones † quãtitateſq. liquidã-
tur debito modo, abſq. eo ꝙ pars cite
tur, nec audiatur ſecundũ obſ. pen. de
pigno. Bardaxi vbi ſupra: quo ſic ſup-
poſito, intrepide tenenda eſt ſupra-
dicta concluſio, quod tale præceptũ
de ſoluendo ſit ſententia interlocuto-
ria, quia licet quando ſimile preceptũ
de ſoluendo fit debitori confitenti, cau
ſa cognita, & partibus auditis, diuer-
ſe fuerint opiniones doctorum, nam
aliqui dixerunt eſſe interlocutoriam,
alij difinitiuam, vt apparet ex relatis
per Marantam vbi ſup. à num. 28. cũ
ſequentibus Portol. vbi ſupra verbo
ſententia à num. 12. cum ſequentibus
tamen omnes in hoc videntur con-
currere, quod ſi ſimile preceptũ de-
ſoluendo, & exequendo inſtrumento,
& ſimilibus fiat, & proferatur, vna tã
tum parte audita, & abſq. vlla cauſæ
cognitione, tunc talis ſententia ſit me
rè interlocutoria, Maranta. vbi ſupra
num. 28. in fine. Philip. Fran. in capit.
cum ceſſante col. 4. de apell. vbi An-
to. de Butrio. Felin. in rub. de ſent. &
re iudi. num. 5. verſ. & pulchrè dicit
Angelus. Portol. alios referens. num.
14. in propijs terminis. Anton. à Cana
rio de executione inſtrumentorum
54 queſ. 48. ea ductus inter alias ratione
† quia talis pronuntiatio, tendit ſolũ
ad finem executionis, & productio in-
ſtrumenti fit ſine aliqua cauſe cogni-
tione, & in hanc opinionem allegat
Canarius vbi ſupra Angelum in §. ſi
quis autem non adimplens in glo. de-
creto in autho. de hered. & Falcid. in
qua glo. monitio iudicis facta heredi,
quod ſoluat legata, dicitur interlocu-
toria, & ſic Angelus dicit ibi quod iu-
dex precipiens debitori, quod ſecun-
dum formam l. ſi debitori de iudicijs
ſatisfaciat, vel mandando inſtrumen-

tum confeſsionarum executioni ſecũdum formam ſtatutorum, dicitur ferre ſententiam interlocutoriam, non difinitiuam, & loquitur Angelus, quã do hoc fit nulla præcedente cauſæ cognitione, & in hunc ſenſum poteſt intelligi idem Angelus in l. ſi debitori ff. de iudic. vbi plus dicit, quod hæc ſententia, & pręceptũ eſt voluntarię iuriſdictionis, non autem contẽtioſę, & ſic poteſt fieri quibuſcũq. diebus etiam feriatis ob honorem Dei, iuxta l. actus publici. C. de ferijs, & hanc eandem opinionem ſic communiter reſceptam tenet nouiſsimè Ioã. Babtiſta Marcheſſan. in tractatu de ſententiarum ſpeciebus cap. 20. queſ. 9. num. 4. ex eo potiſsimum, quod huiuſmodi pręcepta non finiunt negotium principale, ſi fuerit aliàs finitũ, vel ſi fuerit principium cauſæ, reus poterit comparere ſe defenſurus in termino ſtatutario, vel iuridico, & ſic non dicetur per pręceptum huiuſmodi in omnem euẽtum negotium principale finiri: vide notata per Ripam. in l. 2. num. 2. verſi. quandoq. iudex. ff. de re iud. vide Baldum in rubr. C, cõmi. vel epiſt. num. 3. & 5. & in hac noſtra ſententia conueniunt omnes Doctores, & tandem approbata eſt à noſtro Molin. in re Porto. verbo ſententia verſi. ſententia per quam &c. vbi ſic fuiſſe cenſitum non ſemel in hoc conſiſtorio refert. Ex qua reſolutione iam illud neceſſariò ſequitur huiuſmodi † pręceptum, & ſententiam re-

55. uocari poſſe contrario Imperio tanquam interlocutoriam, vt ſentit Molin. vbi ſup. Lanfran. & Angelus vbi ſupra: Philip. Fran. in d. c. cum ceſſante 4. colum. verbo ſed aduerte, vbi dicit quod pręcepta, quę fiunt abſq. cauſę cognitione poſſunt reuocari, quia nunquam tranſeunt in rem iudicatã, nec habent vim diffinitiuę, ſecundum Inno. & alios in c. 2. de reſtitu. in integr. ita etiam idem concludunt Butr. & immol. in d. c. cum ceſſante col. 3. in fin. facit glo. in c. ex parte de verb. ſigni. & ſpeculator in titu. de ſententię prolat. §. ſpecies verſi. eſt quoq. quod eſt menti tenẽdum, vide de hoc Baldũ in l. ex ſtipulatione C. de ſent. & interlocu. Bartol. in l. nõ fatetur ff. de confeſsis vbi ſingulariter concludit, quod pręceptum factum in confeſſum de ſoluendo, non eſt difinitiua ſententia, & poteſt contrario Imperio reuocari, ſi fuerit factum abſq. cauſæ cognitione, & in hoc DD. omnes conueniunt, vt apparet ex ſupra citatis, & ſic multoties vidi reuocari ſimi-

56. lia præcepta, † de exequendo inſtrumento Guarentigio, tanquam male prouiſa, vide in proceſſu procuratorum hoſpitalis Villæ de Epila ſuper appellitu executorio die 20. Marcij 1599. in curia Iuſt. Ara. qui fuit reuocatus ex eo, quia appellitans non probauit qualitatem procuratoris Hoſpitalis, quod debet probari, licet pars non opponat, quia in primis prouiſionibus iudex opponit pro parte, & quod ſimilia pręcepta ſint reuocabilia, tenet Bardaxi, in foro. vni. de citatio. & monitionibus num, 6. de quo non eſt dubitandum cum Luce Clarius ſit, & bis poſſunt peti reuocari ſimiles ſententię, & bis iudex poteſt pronuntiare ſuper renocatione ſecundum forum vnicum, ſub titulo del tiempo que los Iuezes tienen para cõfirmar, o reuocar las interlocutorias, anni 1564. Molina vbi ſupra, & ibi Portol. n. vigeſimo quarto late, prout idem de iure cautum eſt, vt teſtatur Lanfran. de Oriano vbi ſup. verſ. conſequenter quero.

Similiter pręceptum de exequen-

57 do † ſoluendo, & tranzando & ſimilia, ſi fiant poſt ſententiam difinitiuam,

tiuam, erit ſententia interlocutoria, vt teſtatur Molin.verb. ſententia vbi ſupra per gloſ.notabilem in l.1. C.de ſentent.quæ ſine certa quãtitate, &c. vbi præceptum de exequendo, factũ per iudicem poſt ſentẽtiam diffiniti- uam, eſt ſententia interlocutoria, & nõ diffinitiua, & hoc idem dic de ſen tentia lata poſt diffinitiuam, ſuper executione ſententię diffinitiuę, vt ſit interlocutoria.per d.gloſ.quam commendat Bald. in l. actori C. de rebus credit.ita Io.de immol. in l.ab executore col.1.ff.de apell. Bald.in l.ab executione C. quorum apell. non recip. Maranta vbi ſupra, num. 25. & multi alij, quos ibi refert Portol.vbi ſup.numer.15.vbi multos alios in hanc ſentẽtiam adducit: niſi huiuſmodi præceptum, & ſimilia fierent ſimul cum ip-
58 ſa ſententia diffinitiua, † nam tunc dici debent ſententia diffinitiua, tanquam pars alterius, & non poterit tunc contrario imperio reuocari ſecũdum Molin.vbi ſup.verb.ſecus tamẽ, ſi in ipſa ſententia, &c. Maranta nu. 36. dicens idem de condemnatione expenſarum facta in ipſa ſententia diffinitiua, vt diffinitiua ſit, nec poſſit reuocari Franc. vbi ſup. ver. decimo ſeptimo, &c. ambo ex hoc ad alia inferentes; idem tenet Fęlin. in rubr. de ſenten. & re iud.num.13.ver.limita primo, & alij multi relati per Portol. vbi ſup.nu. 16.

Sed tota difficultas eſt, quando huiuſmodi decretum, ſeu præceptum, emanat partibus auditis, & præmiſſa cauſæ cognitione, vt fit in iudicio repulſionis iurisfirmarũ, vel quandocũque illud fiat, ſiue in principio litis, ſiue poſt decem dies, ſecũdum varias terrarum conſuetudines, nam tunc reus opponit de ſuis exceptionibus, ad eneruandum illud præceptum, & de eis, & bono iure partium cognoſcitur, ſiue plenariè, ſiuẽ minus plenariè, an tunc ſententia lata ſuper huiuſmodi præcepto, & exceptionibus, ſiue eas repellat, ſiue admittat, & ſic ſiue præceptum concedat, ſiue deneget, dicatur diffinitiua, an vero ſit interlocutoria, ita vt reuocari poſsit, vel nõ. Et licet in hoc puncto vnico verbo nos poſsemus expedire, (vt dicemus) tamen ne aliquis dubitationi locus ſit, oportet latius rem expedire.

59 Intrepidè igitur tenendũ eſt, quod hęc ſententia ſit diffinitiua, † non vero interlocutoria, & ſic reuocari contrario imperio nullo modo poterit, quod multis ſuadetur, primo, quia cũ hæc ſententia proferatur precedente cauſę cognitione, & negocium principale directo finiat, & iudiciario ordine ſeruato in iudicio repulſionis iuris firmę, ſeu exceptionum, (quod parũ ab ordinario diſtat) ideo mera diffinitiua dici valet, nec poteſt reuocari, †
60 prout ita tenet Ripa in l. quod iuſsit, num.2.ff.de re iud. Angel.in l. fin. ff. de iud.vbi Bart. Marcheſſan.vbi ſup. cap.20. q. 9.num.3. vbi habes in numer.1.& 2.& in cap.29.q.18.idem eſſe in effectu, quando reus citatus ſtatim confeſſus fuiſſet ſe debere, non dum dato libello, nec ſpectatis alijs ſolennitatibus iudiciarijs, nam huiuſmodi ſententia diceretur interlocutoria, habẽs vim diffinitiuę, quia negotium principale finit, in iudicio executiuo, licet tunc mera diffinitiua non ſit, quia in eo, ex quo ſtatim confeſſus eſt, non ſeruatur ordo iudiciarius, ſecundum Aretinum in l. quinta col.2. in fin.ff.de verb.oblig. & alij, quos refert Marqueſſan.vbi ſup.num.1. & 2. Ita hęc duo in proprijs terminis cum multis authoritatibus cõprobat Marant.de ord.iud.6.par.verb. & fertur ſententia num. 24. & 28. per totum, Anton. de Butrio in c. cum ceſſante,

& ibi

& ibi Immol. de apell. Felin. in rubr. de ſent. & re iud. num. 5. Fran. in d. c. cum ceſſante col. 3. verb. ſed aduerte vbi poſtquam tenuit huiuſmodi præceptum factum abſque cauſę cognitione eſſe interlocutoriam, limitat niſi antequam eſſet factum præceptum. Foret datus terminus ad reſpondendum. quare non deberet fieri præceptum, & confeſsio debitoris executioni mandari, tunc enim eſſet idem, quod in ſententia ſecundum Bart. in d. l. non fatetur col. 3. verb. ſed an iſto caſu. ff. de confeſſ. quia tunc dicitur factum cauſa cognita, ita reſoluit Portol. in Scholijs verbo. ſententia, n. 14. vbi multos alios refert in hanc ſententiam, quam etiam tenet Molin. verb. ſententia, & ſic ſunt conciliandi omnes DD. vt eos conſiliat Maranta vbi ſupra. Tandem in propria materia de qua loquimur, idem tenet Anthon. à Canario de execut. inſtrumen. q. 48. dicens, quod ſi huiuſmodi præceptum fiat poſt terminum ad opponendum, & dicendum, quare inſtrumentũ non debeat pronunciari exequendum, & ſic fiat cum cauſæ cognitione, tunc habet vim diffinitiuę, & de eo vt de diffinitiua eſt cenſendum, allegat alios. Vltimo ad noſtrũ propoſitũ facit Bened. de Barzis de libell. guarentig. q. 7. verb. quod limito, &c. vbi in terminis noſtris loquitur. Ex quibus bene ſequitur † hanc ſententiam, ſeu
61 præceptum de ſoluendo cum cauſæ cognitione emiſſum, non poſſe reuocari contrario imperio cum ſit diffinitiua ſententia, ſeu habens vim diffinitiuæ, ita tenet Maranta, Molin. Portol. Anton. de Butr. Felin. Canario vbi ſupr. & multi alij allegati per ſupra dictos DD. per tex. cum ibi not. in l. quod iuſsit. ff. de re iudi. & vltra eos hoc tenet Fran. vbi ſup. ver. ſed tamen limita primo hanc regulã, vbi dicit, quod quando interlocutoria habet vim diffinitiuę; tunc non poteſt reuocari, ſicut nec diffinitiua, ſecundum Abb. Imol. Anto. in d. c. cum ceſſante, ſed quia in caſu pręcedenti alij ex DD. dicunt eſſe diffinitiuam, alij interlocutoriam habentẽ vim diffinitiuę, quã etiã anomolam id eſt mixtã vocant. (nec defuerunt qui meram interlocutoriam apellarũt) & poſſet eſſe alicuius effectus iſta cognitio, pręſertim in Regno, vbi ſtat ſtatutum per quod reijcitur omnis interpretatio extenſiua, & vltra iubet quod verba intelligantur ad literam prout iacent, quo
62 caſu mixtum ſub ſimplicibus † non cõprehenditur, vt cum multis allegatis reſoluit Portol. in Schol. ad Molin. verb. forus num. 24. quod maxime verum eſt, quando ſtatutum loqueretur de mero ſimplici, vt tenet Decius in l. imperium num. 13. ff. de iuriſdictione omnium iud. circa quod ſtatutum, vltra alllegatos per Portol. vbi ſupra, nu. 16. vbi latiſsimè, & magiſtraliter, multa diſtinguendo cumulat, vide Stephanum de Federicis de interpręiuris vltim. parte. Ideo pro vera intelligentia iſtorum, opportet diſtinguere vnam ſententiam ab alia, quoniam diuiſio legentis animum mouet, mentem intelligentis pręparat, & memoriam artificioſè reformat, glo. eaſdem in §. igitur, poſt libros in prohem. inſtitu. ciuiliũ. Sententia igitur diffinitiua (vt omnes doctorũ deffinitiones comprehendamus, & in aliquo non defitiamus) eſt quæ † iudiciario
63 ordine ſeruato, condemnatione, abſolutione, vel quouis equipollenti, id quod principaliter in iudicium deducitur, a nullo alio dependens, directo finit. Huius diffinitionis partes aliquę probantur per text. in l. rem non nouam. C. de iudi. l. ſententia. ff. de re iudi. l. quid tamen cum ſimilibus. ff. de

arbitr.

arbitr. eædem, & aliç traduntur per DD. omnes, qui nemine dempto requirunt, quod ſit lata præcedente iudiciario ordine, & ſolemni, & quod decidatur per eam id, quod principaliter deducitur in iuditium, hoc eſt, quod ſi emergens finiret, eſſet interlocutoria, vt dicemus, & quod illud, quod principaliter deducitur, & terminatur per ſententiam, non veniat acceſſoriè ad aliud principale negotiũ, & ſic à nullo alio ſit dependẽs, & ꝙ directo finiat, negotiũ nõ autẽ per indirectum, hæc omnia colligũtur ex traditis per Alexan. in l. imperium num. 11. Decium num. 3. ff. de iuriſd. omnium iud. etenim ſecundum Decium mera diffinitiua dici non poteſt illa, in qua ſolemnitas iuris in proceſſu non ſeruatur, cum diffinitiua dicatur duplici † reſpectu, definitionis, &
64 ſolemnitatis ſecundum Bart. in l. titia ff. de acuſat. Vide ad comprobationẽ huius definitionis Rom. in rubr. ff. de re iud. in princi. Hoſtienſ. in ſumma de re iudi. Marantam vbi ſupra nu. 3. Franc. Aret. in tractatu de ſent. num. 15. Bart. in l. 1. in princip. ff. de re iud. vbi Iaſſon. nu. 6. & Alexan. de Imol. in rub. ff. de iud. qui omnes licet ſuas, & diuerſas ſententię deffinitiuę definitiones tradiderint; verum omnes iñ ſe ſunt defectuoſę. Sed ex eis omnibus vnam veram, & quæ cum ſuo deffinito conuertatur iuxta l. 1. §. dolum ff. de dolo. tradit Marqueſſan. de ſententiarum ſpeciebus cap. 7.

Sententia vero interlocutoria, eſt
65 omnis iudicis † pronunciatio præter diffinitiuam, ſeu diffinitiuę vim habẽtem, quoniam quæ habet vim diffinitiuæ, cum participet de vtraq. ſcilicet diffinitiua, & interlocutoria, appellanda erit mixta, ſeu habens vim diffinitiuę, & ſic per hanc definitionem cognoſcetur differentia inter ſententiarum ſpecies. Deffinitio iſta colligitur, ex traditis per Alexan. in rub. ff. de re iud. num. 6. Felin. in rubr. eo. titu. Fran. de Aret. in tract. ſententiarum num. 16. 17. & licet alij dicant, quod interlocutoria ſit illa, quæ fertur inter principium cauſæ, & finem, non ſuper negotio principali, ſed ſuper incidẽtibus quęſtionibus, vel emergentibus, ſecundum Marant. in praxi. 6. p. verbo ſententia num. 2. vbi allegat glo. in verbo diffinitiua in clem. 1. de ſequeſt. poſſ. & fruct. & alij per Marantam relati, tamen hæc definitio eſt defectuoſa, quia etiam interlocutoria quæ habet vim diffinitiuæ fertur inter principium, & finem cauſæ ſuper incidentibus, & depẽdẽtibus, & tamen eſt mixta habens vim diffinitiuę, nõ vero interlocutoria ſimplex. Deinde quia ſententia ſubhaſtationis bonorum debitoris, & aliæ ſimiles, quæ dantur poſt diffinitiuam non ante, dicuntur interlocutoriæ, vt ſupra diximus. Et ſic eſt tenenda prima definitio ſecundum Marqueſſan. vbi ſup. cap. 8. & 9.

Sententia, vero interlocutoria hã
66 bens vim diffinitiuę, eſt illa, † quæ in modo producibili eſt interlocutoria, nam profertur ſicut intelocutoria, verum tamen, in efectu eſt diffinitiua, cum eundem pariat efectum, quẽ diffinitiua pareret, licet non ita directè, ſed per indirectum vt dicemus, Felin. in rub. de re iud. num. 3. Anto. de Butr. conſ. 6. num. 4. verbo quedam eſt mixta Fran. in c. cum ceſſante. 3. col. verbo ſed tamen limita, dicẽs quod illa eſt interlocutoria habens vim diffiniuæ, quæ non expectat aliã poſt ſe, (& loquitur Francus de interlocutoria, quæ fertur ante tempus diffinitiuæ, nam ſi poſt diffinitiuam ferretur eſſet mera interlocutoria) ſecundum Imol. ibi. Vnde dicit Bart. in d. l.

d.l. quod iuſsit, quod omnis interlocutoria dicitur habere vim diffinitiuæ,quando per illam ſpirat iudicis officium,vide Marqueſſan. vbi ſupra cap.10. aliquando vero dicitur habere vim diffinitiuæ quoad quid, ſcilicet vt faciat præiudicium cauſę principali,& quo ad quid non, veluti quo ad hoc vt non poſsit reuocari, nam ſi iſta talis interlocutoria. quę facit præiudicium cauſæ principali,aliam poſt ſe expectat ſententiam, poterit reuocari,ſecundum Io.de Imol.in c. cum ceſſante num.6.verſi.forte tamē &c. Ponens exemplum,vt ſi interlocutoria ſit lata expreſſè ſuper aliqua exceptione peremptoria,nam licet illa habeat vim diffinitiuæ quoad quid quia facit prçiudicium negotio principali not. in clem. cum à repulſione de appellationibus, tamen cum expectet poſt ſe aliam diffinitiuam,poſſet reuocari, vt patet ex traditis in c.fin. de appellationibus in 6. & hoc ſentiunt DD. omnes loquentes de interlocutoria habente vim diffinitiuæ, ad effectum ne ſit reuocabilis,tradentes pro ratione;quod ex quo per illā ſpirat iudicis officium & non expectat aliā poſt ſe,ideo eſt irreuocabilis, quaſi ſecus ſit,ſi aliam poſt ſe expectaret, & ſic diuerſis reſpectibus conſideretur ſentētiam interlocutoriam habere vim diffinitiuę.

Ex ſuperioribus infertur, quod interlocutoria habet ſe ad alias ſententias tanquam genus,quia quęlibet ſententia participat de interlocutoria, in quantum interlocutoria dicitur quęlibet pronunciatio iudicis glo. in l. 2. §. 1. verbo credendum ff. ſi certum pet.& ibi not. Decius in l. iusdicentis num.3.ff.de iuriſ. omnium iud. & ſic nunquam reuocatur in dubium,an ſentētia participet de interlocutoria, ſed tātū de diffinitiua,in quo nota ꝙ ſi ſētētia habet omnes qualitates diffinitiuæ,dicitur mera diffinitiua referēdo nomē ſpecie.ſi autē nullas qualitates ſpeciales diffinitiuæ retinet, manet in ſuo nomine generali, & interlocutoria dicitur pura,& mera, &

67 quando participat de diffinitiua non tamen in totum, tunc † eſt tertia ſpecies ſententię, & dicitur interlocutoria habens vim diffinitiuę, per l.queritur ff. de ſtatu homi. de quo plene vide DD.ſupradictos & Marqueſſan. cap.11.nec parui momenti eſt cognitio iſta ſententiarum ſecundum varios illarum effectus,nam ſententiam diffinitiuam iudex reuocare, mutare neq.corrigere poteſt poſtquam eam tulit etiam infra 10.dies, & etiam de conſenſu partium glo.ſingul. in l. ſi diuerſa C. de tranſact. Bal.in l. 1. C. ſent.reſcindi non poſſe l. quod iuſsit ff.de re iud.nam ſiue bene, ſiue male iudex functus eſt ſuo officio l. iudex poſtea quam ff.de re iud.c. in litteris de offi. deleg. ita Fran.in c. cum ceſſante col.2. verbo primus articulus &c. vbi hoc 4. modis eleganter limitat.ita hoc reſoluit Maranta de ordi. iud.6.parte de ſententia num. 7. interlocutoriam vero merā reuocare poteſt ante difinitiuam l.quod iuſsit vbi DD.ff.de re iudi etiam poſt 10. dies, etiam ſi à tali interlocutoria eſſet apellatum c. cum ceſſante de apell. nam quoad iudicē interlocutoria nunquā tranſit in rem iudicatam d. l. quod iuſsit vbi Alexan.Bart.& DD.glo. in c.fin. de apell. in 6. ita Maranta vbi ſupra verbo ſed interlocutoriā Fran. vbi ſupra verbo ſi vero queritur,& latius 11.col.in princi. vbi declarant,& proſequuntur latius;vide in l.poſt ſententiam vbi DD.C.de ſent. Abb. in d. capit. cum ceſſante numer. 10. l. diem alias dicere ff. de reſcept.arbitr. & multi alij relati per Marqueſſan.

vbi

vbi ſupra cap. 9. nu. 6. vbi multis mo-
dis ampliat. & limitatur hanc noſtrã
concluſionem ad quem, & alios te re
mitto vltra Portol. in verbo ſenten-
tia vbi latè, nam ad noſtrum finem ſu
ficit concluſionem anneƈtere ſumma
tim confirmatam. Interlocutoriam
autem habentem vim diffinitiuæ iu-
dex non poteſt reuocare Anto. Im-
mol. Abb. in d. c. cum ceſſante, Fran.
vbi ſupra 2. col. verbo ſed tamen limi
ta &c. quia de ea ſicut de diffinitiua
iudicandum eſt, & parit rem iudica-
tam ſicut diffinitiua, non tamẽ ex ſua
natura ſed ratione mixturę ſecun-
dum Bald. in l. 1. num. 25. C. quando
prouo non eſt neceſſe, & in l. minori
bus num. 5. C. de his quibus, vt indi-
gnis, & propter hanc rationẽ reuoca
ri non poſſe tenent ſupra d. doƈto-
res, & Marqueſſan. d. cap. 9. n. 4. & 5.
& loquendo de hac interlocutoria
habente vim diffinitiuę per quam
ſpirat iudicis officium, dicit Bart. in
d. l. dicere, quod quando interlocuto-
ria non expeƈtat aliam ſententiam
poſt ſe, ita demum non poterit reuo-
cari, quando ferturpropoſita aƈtione,
vel officio iudicis mercenario, puta ſi
iudex pronunciat non eſſe ad vlterio-
ra procedendum, vel facit præceptũ
parti, quod ſoluat ſecusvero ſi aliquid
petitur officio iudicis nobili, puta ſu-
per decretis imponẽdis, nam poterit
iudex cauſa cognita reuocare ſecundũ
Bart. in d. l. quod iuſsit circa finem,
tum officium iudicis nobile duret,
etiam poſt ſententiam, vt per Bart.
in l. 1. in fin. ff. de preto. ſtipul. hæc re-
fert Fran. vbi ſup. 3. col. circa mediũ.

Multos alios effeƈtus, & differẽtias
inter has ſententias, diffinitiuam, in-
terlocutoriam, & habentem vim diffi
nitiuæ, vide per ſupradiƈtos DD. Ma-
rantu n. 6. & verbo quandoq; appella-
tur vbi latiſsimè, & Portol. in verbo
ſententia à n. 23. cum ſequen. Redeun
do igitur ad inſtitutum, & ad no-
ſtram praxim deducendo theoricam
iſtam, examinemus aliquos caſus qui
in praxi occurrere ſolẽt, & primo ſen
tentia lata ſuper negotio, & in iudi-
tio ſummario, non eſt mera interlo-
cutoria, quia finit direƈtè negotium
principale, & cauſam, neq. eſt diffini
tiua mera, quia in ea ordo iudiciarius
nõ ſeruatur, diffinitiua nãque dicitur
duplici reſpeƈtu, ſcilicet ſolemnitatis,
& diffinitionis, vt not. Bart. in l. titia
ff. de acuſat. nec poteſt dici mera dif-
finitiua illa, in qua ſolemnitas iuris
non ſeruatur ſecundum Decium in d.
l. Imperium n. 12. in fin. & ſic erit in-
68 terlocutoria † habens vim diffinitiuę,
ita Anchar. conſ. 417. n. 1. verbo in cõ
trarium, & conſ. 342. in fin. Alexan. &
DD. in l. Imperium n. 14. ff. iuriſd. om
nium iud. Angel. conſ. 114. 115. ita cũ
alijs à ſe relatis tenet Marqueſ. vbi ſu
pra c. 19. q. 8. & de cõmuni atteſtatur
Angel. in d. l. Imperium nu. 22. & ſic
ſtatutum loquẽs de mera diffinitiua,
non haberet locum in hac ſententia
lata in iudicio ſummario, & ſimilibus
ſecundum Deciu qui allegat Angel.
in d. l. imperium, ex quo non eſt me-
ra diffinitiua. Sed interlocutoria ha-
bens vim diffinitiuæ.

Sentẽtia vero per quam iudex pro
nuntiat appellationẽ fore deſertã, &
eleƈtionem firmę deſertam, dic quod
69 eſt interlocutoria habens vim † diffi-
nitiuę, quia participat de diffiniti-
tiua, in eo quod finit negotiũ princi-
pale, tamen non eſt mera diffinitiua,
quia nõ determinat direƈtè, ſed per
indireƈtũ, & ſic neq; remanet interlo-
cutoria mera, nec erit mera diffiniti-
ua, & per cõſ. neceſſe dici debet inter-
locutoria habens vim diffinitiuæ: ita
Ale. & DD. in l. quod iuſsit n. 17. ff de
re iud. domini de rota in deciſ. 12. co.

tit.in nouis.& deciſ.1.vt lit.pend. Felin. in rubr ex de re iud. Marqueſſ. cap.13.q. 2. vbi tres notabiles limitationes ad hanc concluſionem adducit,quem omnino vide, & per eandē rationem, idem dicemus,quando peteretur reſtitutio in integrum, & iudex pronunriaret ſuper ætate, declarando petentem reſtitutionem maiorem eſſe ętate, & ſic per indirectum finiret reſtitutionem petitam, quæ maiori non datur, nam tunc diceretur talis ſententia interlocutoria habens vim diffinitiuę, vt conſtat per Alex.in rubr.ff.de re iud. in fin.verb. & bene probatur, &c. Nam licet finiat cauſam, cum directo non finiat, non erit diffinitiua, neque interlocutoria pura, quia ponit finē cauſę qualitercunque ſit,& ſic dici debet interlocutoria habens vim diffinitiuæ, vt ex ſupradictis conſtat, ita Marqueſſ. cap.3.nu. 3. in fin. apud quem videre poteris in occurrentibus caſibus,quæ ſententia dici velat vnaquęque.

Iam cum his concludere poſſemus rem hanc,aſſeuerando, hanc ſententiam, quę fertur partibus auditis ſuper repellendo exceptiones, & firmas, ſeu eas admittendo, quod ſit †

70 mera diffinitiua, ex eo quia fertur in iudicio plenario,vt ſupra dixi,& finit directò id,quod in iudiciū deducitur, & à nullo alio dependens, quia quod in hoc iudicio tractatur,(quod ſcilicet eſt an inſtrumentum debeat exequi priuilegiatè) à nullo alio iudicio dependet,nec reſpectum habet, & ſic conuertitur cum diffinitione ſententię diffinitiuę.

Sed vt magis in terminis rem expediamus,eſt ſciendum, quod in terminis iuris, ſententia,qua iudex pronuntiat ſuper exceptionibus peremptorijs incidentibus, & dicit eas non obſtare, mera dicitur interlocutoria, quia nec negotium principale, nec inſtantiam finit, notatur per Bald. in l.eleganter.§ ſi poſt col. 3. in fin.ff.de cond.indeb.ea ratione,quia licet non obſtet exceptio per reum oppoſita, poſſibile tamen eſt,quod ſine ea reus abſoluatur, puta actore non probante,ac per conſequens per d.ſententiā, nec negotium principale,nec inſtantia finitur,Imol poſt glo. ibi in clem. fin.num.9.verb.glo.reſpondi,& verſ. fatetur de appell. Marqueſſ. cap. 18. q.7. ita concludit Marant.vbi ſup. n. 39.verb.ſi vero pronuntiet, dicēs hoc ideo eſſe, quia hæc ſententia ſperat aliam poſt ſe: & ſecundum hoc videbatur dicendum, ſententiam in artic. iurisfirmarum, per quam iudex pronuntiat exceptiones non obſtare,(& hoc eſt repellere firmam,)quod ſit interlocutoria, cuius contrarium ſupra diximus.Quare ſciendum eſt,quod in

71 noſtro caſu † ſecus dicendum eſt:quia hęc noſtra ſententia non ſperat aliam ſententiam poſt ſe,ſed cum ea finitur inſtantia, & negotium principale in iudicium deductum, & directè: ideo diffinitiua dici debet, vt ſentiunt ſupradicti DD. in ſuis rationibus ſupra adductis, neque mirum hoc eſt, quia qualitas ſententię † mutatur,ex quali

72 tate iudicij,vt de ſummario iudicio dicebamus,quod ſuadetur & ex eo,quia licet dixerimus,quod ſententia deſertionis appellationis ſit interlocutoria habens vim diffinitiuę, quia finit negotium per indirectum, & etiam nullam poſt ſe ſententiam ſperat: illud tamen eſt verum in ſententia ſuper deſertione appellationis interpoſitę à diffinitiua, alioquin ſi ab interlocutoria, vel grauamine fuiſſet appellatum, mera diceretur interlocutoria, quia negotium principale

cipale aliquo modo non finit, nec ei
prȩiudicat ſicut peremptoria excep-
tio, & in eo aliam etiam poſt ſe ſentẽ-
tiam expectat. rota. deciſ. 21. 22. de re
iud. in nouis. & 12. verbo quia licet hu
iuſmodi pronuntiatio de appell. in
nouis. Felin. in rub. ext. de re iud. n. 11.
verbo eſt, & alia limitatio, milis in re-
portorio verſi. ſententia, per quā pro-
nuntiatur appell. deſertam &c. quia
ſententia, quȩ poſt ſe aliam expectat
in negotio principali, & negotium
etiam indirectè non finit, eſt mera
interlocutoria, non diffinitiua, nec ha
bens vim diffinitiuȩ: & è contra quæ
negotium principale fuit directè, dif-
finitiua, ſi vero in directè (licet aliam
expectet, vt dixi) habens vim diffini-
tiuȩ, cumq. in noſtro caſu aliam poſt
ſe in hoc iudicio non expectet, & di-
recto finiat, dicetur mera diffinitiua,
(vt diximus) & hæc vera quando pro
nuntiatur, exceptiones non obſtare,
& ſic quando firma repellitur.

Sed quid dicemus, quando per ſen
tentiam in hoc arti. repulſionis firmȩ,
(quod eſt in hoc quaſi iudicium ap-
pellationis) iudex pronunciat excep-
tiones, & ſic firmam obſtare, eas reci-
piendo, & admittendo, quȩ ſententia
erit iſta? dic quod Maranta vbi ſupra
verbo ſi vero &c. dicit. quod ſi iudex
pronuntiat eam exceptionem obſta-
re, & eius contemplatione imponit
ſilentium actori, vel reum abſoluit
erit diffinitiua, allegat Felin. in rubr.
de re iudi. col. 7. alij dicunt eſſe inter-
locutoriam habentem vim diffiniti-
73 uȩ, † ſecundum glo. ordinariam in
clem. fin. de appell. & ibi plene nota-
tur: ita Bald. in d. l. elegẽter, Ripa in
l. quod iuſsit n. 27. verbo, vel illa dici-
tur ff. de re iud. Felin. vbi ſup. nu. 9. &
alij relati per Marqueſſ. c. 17. q. 6. nu.
1. ex eo potiſsimum, quia licet hȩc ſen
tentia finiat, negotiũ principale, & ei
præiudicet, non tñ. finit directè, ſed
indirectè, & diffinitiua non eſt, quia
aliā poſt ſe diffinitiuā expectat, & ſic
dici debet interlocutoria habens vim
diffinitiuȩ. Pro cuius intelligẽtia ſciẽ
dum eſt, quod regulariter, licet iudex
pronuntiet, exceptionẽ perẽptoriam
obſtare: non ex hoc ſolo finitur inſtan
tia, ſed iterũ iudex poſtea diffinitiuè
pronunciat abſoluendo, vel aliàs, ita
tenet Ioan. d. Imol. in d. cum ceſſante.
n. 6. verſi. forte tñ. &c. de appellat. &
ſentit Felin. in rub. de ſent. & re iud.
n. 10. in princi. idem ſentit Fran. in c.
1. n. 12. de litis conteſt. in 6. Marqueſ-
ſan. vbi ſup. c. 17. q. 6. n. 2. & hanc opi
nionem, quod ſit interlocutoria ha-
bens vim diffinitiuȩ, vltra prædictos
tenet Fran. vbi ſup. n. 12. in fine.

Verum hȩc opinio vnam notabilẽ
recipit limitationem, ſecundum ali-
quos, vt procedat, † quando hȩc ſentẽ
74 tia ſuper exceptionibus recipiendis la
ta, aliam poſt ſe ſententiam diffiitiuā
expectaret, nam tunc, vt dixi eſt in-
terlocutoria habens vim diffinitiuæ:
ſecus autem, quando nullam aliā ex-
pectaret, quoniam tunc pura diffiniti
ua dici debet, tāquā aliam poſt ſe nõ
expectans, & negotiũ principale dif-
finiens, ita expreſſe tenet Feli. in d. ru
br. de re iud. 10. vbi allegat Feder. de
ſen. conſ. 198. aliàs 98. Butr. & Milis, in
locis ibi citatis per eum, & ſi hȩc limi
tatio vera eſt, benè ſequitur, q cū ſen
tentia lata in judicio repulſionis fir-
mȩ recipiẽdo eā, nullā poſt ſe aliā ſen
tētiā diffinitiuā expectet, erit mere
diffinitiua. Sed quia hæc limitatio ita
abſolutè ſumpta, nimium periculo-
ſa eſt, & non ſimpliciter vera, pro-
ut eam impugnat Marcheſſan. vbi
ſupra capit. decimo ſeptimo. queſ-
tione ſexta num. tertio dicens, quod
licet nullam poſt ſe ſententiam diffi-
nitiuam expectet, nihilominus non

erit diffinitiua, quia per indirectũ fi-
nit, ſed tantũ interlocutoria habens
vim diffinitiuæ(vt de deſertione ap-
pellationis dixi)ideo neceſſe eſt,vt vel
Felinum defendamus,vel aliter noſ-
tram concluſionem cõprobemus , &
vtrunq.Deo duce vno verbo fiet cum
75 diſtinctione.† Nam aliquando prin-
cipaliter pronuntiatur ſuper excep-
tionibus,vt obſtent(nulla facta men-
tione directè de negotio principali,)
& tunc eſt interlocutoria habens vim
diffinitiuæ,ſecundum glo.in d.clem.
fin.de appell.& ſic intelligendi ſunt.
DD.pro hac parte ſuper allegati , ꝙ
regulariter(prout ſupra dixi)fit, pro-
nunciando tantum ſuper exceptioni-
bus,vt obſtent, & poſtea proferendo
diffinitiuam abſoluendo,vel alias , &
hunc modum non aplicamus nos ad
caſum noſtrum.

Aliquando vero exceptiones oppo
nuntur peremptoriè poſt litem con-
teſtatam,& ſententia fertur nõ ſuper
ipſis exceptionibus,ſed principaliter,
& directè ſuper negotio principali,
abſoluendo,vel alias,quia ſic pronun
tiando,videtur tacitè pronuntiatum
ſuper exceptionibus ſecundum glo.in
c.1.de litis.conteſ.in 6.nec eſt neceſſe
tali caſu,quod expreſſe pronuntietur,
ſuper exceptionibus . ſecundum not.
in c,1.de ordi.cognitio.& iſta ſenten-
cia dicitur mera diffinitiua , ſecundũ
glo.in d.c.1.de litis cõteſ.quæ ſic de-
bet intelligi,ſecundum Philip. Fran.
ibi.n.12 qui diſtinctionem hanc mirá
bili ſuo ingenio tradit,& in hunc mo
dum intelligi debent DD.qui dicunt
eſſe diffinitiuam.Et ſic Maranta lo-
quitur,per verba denotantia ſenten-
tiam ſuper principali latam , qualia
ſunt ſilentium actori imponendo,reũ
abſoluendo,vt per eum , & in hunc
ſenſum allegat Maranta Felin.qui ſic
debet intelligi , nam ſi ipſe loquitur,
quando hæc ſententia nullam poſt ſe
diffinitiuam expectaret,certe de hoc
vltimo pronuntiandi modo fuit lo-
quutus,nam aliàs ſi de ſentẽtia ſuper
exceptionibus expreſſè lata loquere-
tur,male diceret,quod aliam poſt ſe
nõ expectat,quia vidimus ſupra,quod
regulariter diffinitiuam expectat , ſe-
cundum Imol.& alios ſupra relatos,
& ſic Felin.benè fuit loquutus, & Mar
queſſ. male eum intellexit,nec conſi
derauit diſtinctionem Philip. Fran.
modo ad caſum noſtrum , ſententia
quę fertur in iudicio repulſionis iuriſ-
firmę admittendo,& recipiendo fir-
mam,ſeu exceptiones,(quia firma nil
aliud eſt,quam allegatio exceptionũ)
fertur tam ſuper negotio principali,
quam ſuper exceptionibus,& ſic nul-
lam aliam poſt ſe expectat diffiniti-
uam: quare aſſeuerandum eſt eſſe me
rè diffinitiuam.

76 Vltimò,& firmaliter comprobatur
hæc noſtra ſententia,authoritate De-
cij,in l.d. Imperium n.24.verbo ter-
tius eſt caſus &c. Quia ſcilicet in Reg
no in his iudicijs ſummarijs , & pro-
ceſsibus,in quibus agitur de repulſio-
ne,vel receptione iuriſfirmæ,generali
ter ſunt ſublatę ſolẽnitates,tam iuris
cõmunis,quam fororũ pręſentis Reg
ni,ſeruādę regulariter in alijs iudicijs,
& proceſsibus,ac data,& ſtabilita cer
ta forma procedendi, & ſubſtantian-
di in hijs executionibus, & exceptio-
nibus allegatis cõtra tales executiones
per for.de volũtad,de firma iuris,& in
hoc caſu concludit Decius,vbi ſup.ꝙ
ſententia lata ſuper his proceſsibus,&
iudicijs, dicetur mera diffinitiua , &
ſic in Regno,vt certiſsimũ,& firmiſsi-
mũ obſeruamus,ꝙ iſtę ſentẽtię,quę in
Regno in dies proferuntur reijciẽdo,
& repellendo iuriſfirmas pręſenta-
tas,& ſic declarando exceptiones pro

poſitas,

poſitas, & proſequutas per debitorē non obſtare, neq. impedire huiuſmodi executiones, ſeu pignorationes, ſeu eas recipiendo, & admittēdo, ſunt ſententię diffinitiuę, & per conſeq. irreuo-
77 cabiles † contrario Imperio, prout reuocari poſſent, ſi eſſent interlocutorię, & vt certum tales ſententię nunquam fuerunt reuocatę contrario Imperio, neq. attentatum, nec petitum eas reuocari, imo ab eis appellatur ad Regiam Audientiam tanquam à ſententia diffinitiua ita Marqueſſan. in
78 ſpecie hanc opinionem refert, cap. 19 q. 8. num. 3. ea ratione, quia cum aliàs hęc ſententia lata cum cauſę cognitione, attēto iure communi eſſet diffinitiua, ſola relaxatio, ſeu immutatio ſuper ordine iuditiario, non operatur quod immutandum ſit ſententię nomen, ſed ſolum quo ad proceſſum, & licet ipſe hanc opinionem impugnet, nobis tamen vera videtur: maximè cum alijs ſit rationibus munita, & hęc de quęſ. hac ſatis dicta ſint.

Illud tamen non omitto, quod ſi iudex pronuntiat exceptionem peremptoriam eſſe admittendam, vel non admittendam, erit interlocutoria, ex quo ſperat aliam poſt ſe, & non declarat iudex, vtrum obſtet, vel non, ita Maranta, vbi ſupra num. 39. de qua materia recurre ad Marqueſſan. Felin. & alios ſupra citatos, & ad noſtrū inſtitutū ſufficiant iſta.

Vltimo videamus, an ab illa prouiſionali ſententia, per quam iudex etiā parte non citata (vt dixi) pronuntiat fore exequendū, ſeu verius procedendū ad captionē perſonæ, & executionē bonorū, poſſit appellari. (nā à ſententia lata in arti. repulſionis iurisfirmarū, tāquā à diffinitiua, poſſe equidē appellari ad Regiā Audien. pluſquam certiſsimū eſt,) & licet glo. 1. in fin. in l. ab executore ff. de appell. & glo. in l. ab executione C. quorū appell. nō recipi. dicāt generaliter poſſe appellari à pronuntiatione de exequēdo quod & alij tenent nonnulli diſtinguētes, inter executionē facti, ſeu executorē facti, vt ab iſto nō liceat appellare, & pronuntiationē de exequēdo, vt ab hac liceat appellare, ſecundū dictas glo. tñ. verius eſt, quod etiam à
79 pronuntiatione † de exequendo non ſit licitū appellare, & ſic cautela Baldi in d. l. ab executore, redditur inutilis, tanquā fundata in ſupradicta diſtinctione, & hanc noſtrā opinionē tenent Maranta de ordi. iudi. 6. p. verbo, & quādoq. appellatur n. 260. Philip. Corneus lib. 1. conſiliorum conſ. 71. n. 5. vbi hanc opinionē magis cōmunē dicit, allegans multos DD. in eius comprobationē, fundatur in ea potiſ-
80 ſimū ratione, quia prohibito † vno videtur prohibitū id per quod neceſſario peruenitur ad illud, l. oratio ff. de ſponſalis, ideo ſi prohibetur appellatio ab executione facti, videtur prohibita appellatio à pronunciatione de exequēdo, per quā peruenitur ad executionē facti, & ad illam tendit, deinde quia ſecundū Anto. à Canario de execut. inſtru. q. 46. ſententia de exequendo eſt de executione primę ſententiæ principalis, & pars executionis, & ideo ſicut ab executione facti nō appellatur ſecūdū d. glo. & omnes DD. ita ab illa pronuntiatione de exequendo tāquā ab executione primę ſententię, non licebit appellare: ita Bal. in d. l. ab executione vbi ſup. Moli. verſi. euocatio, deinde quia ab ipſa
81. ſentētia † principali tranſacta in rem iudicatā, nō licet appellare l. eos C. de appell. l. 1. C. quādo prouo. nō eſt neceſſe, ergo nec à pronūciatione de exequēdo, quæ vt cōcludit Barzis vbi ſup. q. 13. habet vim ſententię diffinitiuæ, ad not. per Bald. in l. 1. C. de arbitr.

quę omnia vera ſunt. Niſi in hac pronuntiatione de exequendo eſſet factus exceſſus, ſeu excedatur modus, †
82 quoniam tunc non ſolum à pronunciatione de exequendo, ſed & ab ipſa executione facti licitum eſt appellare ratione exceſſus, ita Maranta nu. 259. Corneus vbi ſup. Canario, & Barzis vbi ſup. quod certiſsimum eſt. Iam nos cum hac generalitate contenti eſſe poſſemus, concludentes non poſſe ab hac pronunciatione de exequendo appellari. Sed magis in ſpecie in noſtris terminis pronunciationis de exequendo inſtrumentũ exequutiuũ, idem tenent, & multis confirmant Barzis, & Canario vbi ſup. & Bald. in d.l.1.C.de arbitrijs, dicens quod ſi ſtatutum diſponeret, quod laudum ſi ue arbitramẽtum mittatur executioni, ſicut ſententia diffinitiua tranſacta in rem iudicatam, quod ſicut tũc nullo modo licebit appellare, ita nec à pronunciatione de exequendo inſtrumentum exequutiuum, nec mirũ, quia iſta pronunciatio de exequen-
83 do, † factum reſpicit, & hoc fieri pronuntiant, & precipit, ergo ſicut a mero executore facti non appellatur. d. l. ab executore, & ibi Bart. & DD. ff. de appell. & l. ab executionẽ C. quorum appell. non recipi. ita nec ab iſta pronunciatione de exequẽdo, & hoc eſt, quod concludit Corneus vbi ſup. verb. in caſu noſtro, &c. dicens quod quando iudex non pronuntiat ſententiam exequendam, ſed mandat ſimpliciter nuntio, quod exequatur ſententiã diffinitiuam, & ſic reſpicit executionem facti faciendam per nuntium, per inde eſt ac ſi ipſe exequeretur, regul. qui per aliũ facit de regu. iur. in 6. l.1. §. deieciſſe, ff. de vi, & vi armat. Vnde ſicut ab executione facta non appellaretur vt dixi, ſic nec ab iſta pronũciatione, ſed ſic eſt, quod in Regno, quando Iudex pronunciat ſuper executione inſtrumenti priuilegiati, non dicit fore exequendum: ſed tantum prouidet appellitum, mandã do exequi, & ſtillus eſt quod dicat (mandat exequi,) ergo ab hoc decreto non licebit appellare. Et facit in terminis id quod tradit Maranta vbi ſup. verb. quandoque appellatur nu. 321. dicens, quod quando conceditur decretum ſuper aſsiſtentia, vigore inſtrumenti habentis promptam executionem, vt ipſemet declarat, in diſputatione 6. num. 8. & eadem 6. part. de inſtrumentorũ productione nu. 2. & 30. 31. quo caſu iudex conceſſa aſsiſtentia, concedit decretum ſuum propter clauſulas inſtrumentales, vt ſcilicet res illa hypotecata, cum conſtitutione præcarij capiatur, & ſub haſtetur, & de precio creditori ſatisfiat, hoc caſu dicit Maranta, quod non licet appellare à tali decreto affirmatiuo ſecundum ritum magnę Curię: ergo idem dicemus in caſu noſtro, cum ſimilia ſint hæc inſtrumenta de quibus loquitur Maranta, & nos loquimur, quod tamen intelligi oportet, vt procedat id quod dixi non poſſe appellari ab hoc pręcepto quo ad effectum ſcilicet retardandæ executionis, quia non obſtante appellatione fit executio, ita Marant. d. n. 321. latius Antho. à Canario q. 47. dicens, non licere appellari quoad finem impediendi executionem, ſed quo ad † finem deuo- 84
luendi cauſã appellationis ad ſuperiorẽ tenet appellatio, etiã à mero executore interpoſita, ſpec. in tit. de acti, & pet. §. ſuper actionibus, & petitionibus verb. ſed quid ſi antequam quinta colum. vide per eos, & ſic iſta pronũciatio de exequendo, & ipſa executio fit ſub periculo retractationis: ſi ergo in decreto ſuper aſsiſtentia, quod fit parte citata, non licet appellare ad

ad effectum retardandæ executionis; multo minus licebit in caſu noſtro, vbi fit hoc præceptum parte non citata, vt dixi latiſsimè, benè autẽ fiet ad finem deuoluendi, & hoc caſu appellatio quomodo ſit iuſtificanda. Canario queſ. 47. in fin. Sed licet non impediatur executio per appellationẽ, poterit tamen impediri allegata nul-
85. litate, & in † promptu probata, vt ſupra dixi, ita in decreto ſuper aſiſtentia, tenet Maranta vbi ſupra d. num. 321. vbi ſecundum eum de nullitate dici poteſt ad effectum retardandę executionis, confirmat Barzis vbi ſupra in fin. dicens quod licet non poſſit in hoc caſu appellari, tamen ſi aliqua noua cauſa occurreret, propter quam quis vellet retractare hoc præceptum, tunc ſecundũ eũ dabitur reſtitutio, ex clauſula ſi qua mihi iuſta cauſa videbitur in ſimili Bald. in l. 1. C. de cond. indebit. & cum in Regno, non habeamus remedium reſtitutionis ęquiſsimè habebit locum imploratio officij ipſius iudicis exequẽtis, vt vel reuocet vel ſuper ſedeat, ex cauſa nullitatis, vel ſimili, ſicut quotidie fieri videmus, vel quod, eo hoc nõ faciente, interponatur appellatio ad retractandum ex poſt facto præceptum, & cautius erit obtinere tali caſu firmam, & eam pręſentare iudici exequenti, vel allegare coram eodem exceptiones releuantes, quibus caſibus ſuper ſedere tenetur vt dicemus in §. 4. vel obtinere inhibitionem à iudice ad quem ſuo caſu, & eam præſentare iudici à quo.

Hęc autem omnia intellige, niſi in hac pronunciatione de exequendo
86. modus excederetur, † quoniã tunc licebit appellare de iure, etiam quo ad vtrumq. effectum, ſicut etiam idem ab executore facti, ſecundum Corne. & Barzis vbi ſupra, Maranta d. num. 259. Canario vbi ſup. queſ. 46. dicens quod ſi in pronunciatione de exequẽdo, vel in executione facti modus excedatur, quod tunc ratione exceſſus, licebit appellare ſecundũ omnes DD. per eum ibi allegatos. Et hoc caſu debet exprimi cauſa in appellatione ſecundum Bart. in d. l. ab executore, & Maranta vbi ſupra. Modum autem videtur iudex non excedere, mandando ſimpliciter, quod appellitus, ſeu debitum in inſtrumento cõtentum exequatur, attento quod à tali executione ſecundum forum non licet appellare ad eam impediendam, ſic Corn. vbi ſupra.

Sed ne ſub inuolucro ommittamus quę magis declaratione indigent, ideo videamus an hęc, quę proxime dicta ſunt, procedãt in diſtincte, tam in pronunciatione de exequendo virtute inſtrumenti priuilegiati, ſeu habentis executionem priuilegiatam, quam inſtrumenti habentis tantum executionem paratam, quorum priori non
87. obſtat † (quo minus exequatur) firma, nec appellatio. Poſteriori vero obſtat firma, non autem appellatio. Et ideo pręmittẽdum eſt, quod DD. ſupra citati qui dicunt, non poſſe appellari ad finem impediendi executionem, loquuntur ſupponendo quod inſtrumenta, de quorum agitur executione, habent executionem, ſicut ſententia diffinitiua lata in cõfeſſum, quo caſu non appellatur ad effectum ſuſpenſiuum Barzis vbi ſupra iunctis traditis per Marantam vbi ſupra nu. 183. & ſecundum aliquos etiam ſi eſſet tranſacta in rem iudicatam, alij dicunt eſſe interlocutoriam hoc præceptum, à qua non appellatur ad effectum ſuſpenſiuum, vt dicemus, quos caſus æquiparant, quo ad effectum, ſcilicet ſuſpenſiuum, ſic loquitur. Corne. vbi ſupra qui facto ſermone de ſen-

tentia diffinitiua,dicit quod pronunciatio de exequendo, ſimiliter non obſtante appellatione exequetur, ſub dens pro ratione,attento quod ab ea (ſcilicet ſententia diffinitiua)non potuit appellari &c. Maranta loquitur in caſu quo denegatur appellatio quo ad effectum ſuſpẽſiuum, & eo modo loquitur Canarius vbi ſupra, Barzis magis ſtricte equiparat ſententiam tranſactam in rem iudicatam,& hoc inſtrumentum Guarentigiatum, vt ſcilicet nullo modo detur appellatio: & quoad nullum efectum, ſed ſolum reſtet via reſtitutionis, vt ſupra dixi & ſic DD.iſti loquuntur, in caſibus, in quibus non detur appellatio, ſiue ex eo quia habet executio vim ſenten tiæ tranſactæ in rem iudicatam,ſeu latæ in confeſſum, ſiue ex eo, quia ſic per ſtatutum prohibetur,ſiue quia ſit interlocutoria à qua non appellatur,ſaltem ad efectum ſuſpenſiuum. Nos vero ſupra diximus, quod hæc prouiſio, eſt ſententia interlocutoria emanans virtute inſtrumenti, quod nec equiparatur ſententiæ tranſactę in rem iudicatam,nec ſententiæ latæ in confeſſum, licet habeat vim ſenten tiæ, & regula generalis,& afirmatiua de iure eſt,quod regulariter in omni

88. cauſa † appellatur,& ab omnibus grauaminibus, tam iudicialibus, quam extraiudicialibus, Fran.in rub.de appell.col.4.in fin. & præſertim de iure cano. ſecundum quod appellatur à quocunq. grauamine, c. vt debitus c.cum ceſſante de appell.quod ius ſequimur in Regno,vt cauetur in prohem.Regis Iacobi ita glo.in l.qui reſtituere ff.de rei vend. nam appellatio eſt quædam defenſio, quę nemini debet denegari, Socin. conſ. 195. 2. vol. cum vulgaris ſic proſequitur Maranta,vbi ſupra num.278.ideo videndum eſt an ita generaliter in Regno procedat hec regula,in caſu,& quæſtione de quibus agimus, quare præmittendum eſt vnico verbo,quod de iure appellatio à diffinitiua ſtatim cũ

89 eſt interpoſita,ligat † manus iudicij à quo, vt non poſsit procedere ad aliquem actum vlter ius in illa cauſa, l. appellatione C. de apell.l.1.in princi. ff.nil innouari.appell.pend.c.non ſolum in princi. de appell.in 6.ita Maranta vbi ſupra num.171. cum ſequẽtibus vbi multis modis hoc limitat.

Appellatio vero ab interlocutoria

90 † non ligat manus iudicis à quo,quin poſsit procedere ad vlteriora, donec per iudicem appellationis fuerit inhibitus, c.non ſolum,de appella. circa finem Bart.in l.eius qui col.1.ff.de appell.recipi.adeo quod vſq. ad diffinitiuam incluſiue procedere poteſt ante inhibitionem non obſtante appellatione, & tunc non requiritur noua citatio partis,ex quo appellando videtur ſe facere contumacem, vt declarat Maranta vbi ſupra num. 172. vbi latius proſequitur, & limitat.Modo autem diſtingui opportet, nam alia ſunt inſtrumenta de foro quæ habent executionem priuilegiatã, adeo quod exequuntur non obſtante appell.inhibitione,firma,exceptione,& omni alio impedimento,vt ſupra diximus,& in his certum eſt,quod præceptum de exequendo fiet non obſtante appellatione, quinimo, nec ob ſtante inhibitione, & firma communi,quia ſic per forum ſtatuitur, & in hoc,ſcilicet ad effectum executionis æquiparantur hæc inſtrumenta, ſententię illi,à qua non licet de iure appellare, quia ſi appellatur, non ſuſpẽdetur ſententia,nec eius executio,Maran.nu.183.Alia ſunt inſtrumenta de foro non tam priuilegiata, vt omnia,demptis ſupradictis, qualia ſunt locatio,conductio, capitula matrimo

nialia

nialia, & ſimilia, & hæc de foro non habent tale priuilegium, licet habeat illud, quod exequuntur non obſtante firma, vt dixi ſupra, in his ergo eſt maior dubitatio: dicendum tamen eſt, quod dixi, vt non poſsit appellari ad effectum ſuſpendendi, patet quia, vt dixi hæc eſt interlocutoria, appel-
91 latio autem ab interlocutoria † non ſuſpendit, licet deuoluat: ergo, &c. & ex hoc certe videtur deſumpta praxis Regni. Cōfirmatur que, quia in Regno ſequimur hanc regulam appellationis ab interlocutoria, in qua appel-
92 latio non impedit Iudicem à quo, † quominus ſuam ſententiam exequi poſsit, donec ei ſit preſentata inhibitio appellationis, ſic Molin. verb. appellatio, verſi. appellatio non impedit, fol. 19. vbi Portol. quod etiam de iure eſt, quoniā quouſque inhibeatur iudex à quo, poteſt procedere, non obſtante appellatione ab interlocutoria. Sed ſequuta inhibitione iudicem ſuperſedere teneri de foro, ſicut de iure ſtatutum eſt. Et quia ſunt multi caſus in quibus poteſt hæc inhibitio fundari, & iuſtificari in vim iuris ſecundum Maranta; vbi ſupra. à 207. cum ſequent. ideo obtemperare debebit ipſe iudex à quo, & idem erit ſi poſt electionem iurisfirmæ factam à tali precepto habente executionem tantū paratā, præſentetur firma communis, quoniam obſtabit ſicuti inhibitio, & hæc eſt praxis Regni deſſumpta ex viſſeribus iuris. Et ſi ſequaris ius ciuile idem erit, quoniam eo attento, ab interlocutoria non appellatur ſecundum text. in l. pen. C. quorum appellationes non recipiantur, quam multis ornat Dueñas reg. 52. & hoc argumento vtitur Canario d. q. 46. & quando de iure non datur ab aliquo actu appellatio: tunc appellatio, vt dixi non ſuſpendit effectum ſententiæ, & poteſt iudex à quo innouare. Maranta d. num. 183.

Aliæ rationes adduci poſſent quæ omitto conſulto, mihi perſuadens rē hanc ſufficienter fore expeditā. Alijs autem congruus ſuus locus ſuo tempore Deo duce accomodabitur.

Ex his tandem patet, quid dicendum ſit, in ſententia lata in repulſione iurisfirmę, nam licet videbatur dicendum, quod appellatio ab ea lata, deberet ligare manus iudicis à quo, ne vlterius procederet in cauſa. Ex quo illa ſententia diffinitiua eſt, vt dixi, & appellatio à diffinitiua habet vtrūque effectū, deuolutiuum, & ſuſpenſiuum, tamen quia in Regno appellatio, vt dixi ſortitur naturā appellationis ab interlocutoria, & illa non ſuſpendit, vt ſupra docuimus, ideo hec appellatio non impediet, † quominus iudex à quo exequatur, quouſque
93 ſibi inhibitio præſentetur. Et hæc de hoc §. ſufficiant, & quę dicta ſunt in hoc præcepto emiſſo à Locumtenēte Iuſtitiæ Aragonum, eadem ſunt dicēda, ſi fiat tale pręceptum à Regente Cancellariam Regiā, ſiue à quolibet ordinario, nam nunquam appellatio ſuſpendit, donec preſentetur inhibitio, aut ſuo caſu iurisfirma reſpectiue, loquendo tamen de inſtrumentis habentibus executionem paratam tantum.

§. 4.

Diſcutitur late an

cōtra executiones inſtrumentorū, exceptiones aliquę opponi valeat, & an per eaſdem executio illorum retardetur, tam de foro, quam iure communi attento, & inibi de intellectu obſ. vſus Regni de pignoribus.

SVMMA

SVMMA EORVM QVÆ IN hoc §. 4. continentur.

1. *DEum opt. max. in initio mundi, hominem ad ſuã imaginem, creaſſe, plus quã certiſsimum eſt.*
2. *Ius naturale primeuum dicitur, quod omnibus animantibus commune eſt.*
3. *Ius naturale ſecundarium, quid ſit explicatur, & num. 7.*
4. *Antidoralis obligatio ex iure naturali ſecundario oritur, & in hominibus ſolum, non in brutis reperitur, vt num. 5.*
6. *Iure naturali primeuo omnia erant communia.*
8. *Contractus proprie debet eſſe vltro citroque obligatorius.*
9. *Obligatio naturalis eſt illa, quæ naſcitur ex naturali æquitate fidei ſeruandæ; & vide num. 13. vbi de effectu etiam eiuſdem.*
10. *Forma contractus non obſeruata, totus contractus corruit.*
11. *Obligatio inter dominum, & ſeruum cadere poteſt.*
12. *Naturali iure omnes homines liberi naſcebantur.*
14. *Naturalis obligatio ſufficit ad compenſandum.*
15. *Obligatio naturalis actionem non producit, ſed exceptionem, niſi ſit geminata.*
16. *Obligatio naturalis ſola ſine ciuili quandoq. ſubſiſtere poteſt, & ibi exempla traduntur.*
17. *Obligatio ciuilis dicitur quæ ſolo ciuili vinculo fulcitur.*
18. *Obligationis ciuilis effectus eſt actionem producere.*
19. *Obligatio litterarum poſt biennium effectum naturalis, & ciuilis obligationis ſortitur.*
20. *Lex quæ nominatim, & expræſſe conuentionem improbat, impedit ex ea, & ciuilis, & naturalis obligationis ortum.*
21. *Defenſionem ab exceptione diſtingui quomodo dignoſcatur. & nu. 22.*
23. *Obſeruantia vſus Regni de pignoribus declaratur, & in num. 43. & 44.*
24. *Fidantia de directo, in debito manifeſto non admittitur. Exceptiones tamen legitimæ admittuntur. nu. 25. & quæ illæ ſint num. 26. traditur.*
27. *Inſtrumentum licet per forum*

rum priuilegiatum, quantum ad excludendum exceptionē non habet vim ſententiæ, & ibi de ratione.

28. Exceptiones ortæ poſt ſententiam, vel cum ipſa ſententia, poſt ſententiam opponi poſſe certiſſimum eſt.

29. Pauli Caſtrenſ. opinio in l. ſi cauſa cognita num. 4. C. de tranſac. exponitur, & declaratur n. 30. & 31.

32. Praxis opponendi exceptiones contra inſtrumenta, tā in curia Iuſticiæ Aragonū, quam in Regia Audientia traditur, & intellige: vt nu. 36.

33. Extrahendus nemo eſt a ſuo iudice ordinario, & locali.

34. Firma iuris ſpecies eſt euocandi cauſas ad curiam Iuſt. Arago.

35. Firma iuris vt obtineatur, duo copulatiue neceſſaria ſunt.

37. Inhibitiones, cur potius a curia Iuſtitiæ Aragonum, quam a Regia Audien. petantur, ratio traditur.

38. Negans non excipit, quod nota pro limitatione dictæ obſer. vſus Regni.

39. Inſtrumentum inducit caſum manifeſtum euidens, & notorium.

40. Notorium per ſolam negationē abſque probabili ratione non redditur dubium. Et reprobatur Molina verbo firma. verſ. per Marti. de Laraga num. 41.

42. Negatio ſola debitoris, non ſufficit ad prouiſsionem iurisfirmæ.

45. Traditur ratio, quare ſola fidantia de directo nō ſufficiat ad hoc, vt reſtituantur pignora capta debitori, ſed penes iudicem remaneant.

46. Condemnatus per ſententiam iudicis ad ſoluēdum aliquid, non admittitur ſatisdādo ad impediendam executionē, & idem ſi fiat virtute inſtrumenti habentis executionem paratam nu. 47.

48. Tex. in l. 4. § ſi ex cōuētione ff. de re iudica. declaratur.

49. Exceptio falſitatis propoſita impedit executionem, & pignora ſub fideiuſſoribus reſtituuntur, donec de ea cognoſcatur, & ratio ſpecialitatis traditur, n. 50.

51. Exceptio falſitatis quare in firmis (quas volanderas dicimus) apponatur, & ibi praxis

xis traditur ordinaria.

52. *Conſuetudo, & praxis curiæ, iudicem a contra foro excuſare poteſt.*

53. *Firma iuris in limine executionis præſentata, quãuis impediat pignorum venditionẽ, debent tamen pignora penes curiam remanere, niſi reus idoneos fideiuſſores præſtiterit, in quo ius nouum conſtituitur, vt nu. 54.*

§. 4.

ACTVRIS an exceptiones contra inſtrumenta quęcunq opponi poſſint, etiam vbi in vim ſtatutorũ nõ opponuntur, illud ante oculos ſe ofert aduertere ante omnia, quantum attinet ad cognitionem instituti noſtri, DD. non ſolum cõſtituere maximas differẽtias inter ipſas, vt dicemus ſuo loco: verum etiam in negotio hoc, quod agitur, notare maximum diſcrimen, an ſtatutum priuilegians inſtrumentum dicat nõ obſtante exceptione, vel vlterius procedendo adijciat, nec quacunq. defenſione: vt notant Bart. in l. 1 §. & parui ff. quod vi aut clam. & DD. infra citandi, propter ꝙ differẽtiã inter exceptiones & defenſiones conſtituunt, ſpecul. in titu. de exceptionibus. §. 1. nu. 4. Contar. in l. diffamari. in gloſ. nu. 1. 2. & 3. C. de inge. & manu. Alciat. in praxi tit. de exceptione per totum. glo. defenſionis. & ibi Philip. Fran. & alij DD. in c. 1. de litis cont. in 6. & quia circa cognitionem hanc attingendum eſt aliquid, de obligatione naturali, & ciuili, ideo aliqua ex principijs iuris rudimenta recenſere opportebit, ſic inter hæc diſcrimina non ingrato vagemus pelago.

Iam illud ab omnibus, qui bene recteq. de fide ſentiunt, quinimo generaliter ab omnibus hominibus tenendum eſt. Deum Op. Max. in initio
1. † mundi creaſſe hominẽ ad ſuã imaginem, Geneſ. cap. 1. can. hæc imago. 33. q. 5. l. ſi quis in metallum C. de pœnis hocq. in campo Damaſceno, qui in Syria eſt, vbi noſtri parentes Adã, & Eua in Paradiſo creati fuerunt, cuius propius locus tam etſi nobis incognitus maneat, certo tamen credẽdum eſt, quod in Syria, aut prope eã fuerit, idq. propter circunſtantias Geneſ. c. 2. deſcriptas, quatuor enim illi capitales fluuij, quorũ Moſes mentionem facit, omnes Syriam alluunt, aut circunfluunt quodq; Lactantius Firmianus fatetur, in libro intitulato Phenix, & nos (Deo duce) latius in noſtra Geografica dicemus. Creato homine, & brutis, omnibuſq. animalibus homini ſubiectis, illico pro-
2. dita fuit prima lex naturæ, quę ius naturale primęuum nũcupatur, † quod commune eſt omnibus animalibus l. 1. §. ius naturale ff. de iuſt. & iur. quod eſt quaſi impetus quidam naturæ, & affectus, ex quo maris, & fęminę coniunctio, liberorum procreatio &c. quę ſunt communia omnibus. Obligantur itaq. parentes filios ſuos alere, atq. nutrire, idq. iure naturali, quod ius naturale lex ciuilis ſcripta, naturam ſequuta, ita moderatur, vt primis tribus annis mater ſobolem ſuã teneatur alere, & nutrire, eo quod eius ętatis infans potius matris, quam patris indigeat ſolatio. c. fin. de conuerſ. infidel. & ibi glo. poſt triennium

ab

Digitized by Google

abinde vero onus alendi, & nutriendi propiam ſobolem, ad patrẽ expectat l. nec filiũ. C. de patr. poteſt iuncta ibi glo. primo. & l. 2. C. de infant. expoſ. hoc intellige de alimentis, quę non debentur, nec ſuccedunt loco legitimę, nec iure actionis, ſed quæ mero iure naturę debentur ad ſuſtentum filiorũ; & ſic debentur officio iudicis quo caſu dicẽdũ eſt, ꝙ mater nõ teneatur alere filium vltra triennium niſi in ſubſidium, etiam ſi mater ipſa dives ſit l. penul. ff. de lib. agnoſ. Ripa qui de communi teſtatur in l. 1. ſolut. matr. num. 78. DD. in l. fin. C. de dot. promiſ. veruntamen autem quando alimenta ſuccedunt in locum legitimæ, & debentur iure actionis: quod eſt quãdo mater maioratũ conſtituit etiã de legitima aliorũ ex Regia facultate. vt in Regno Caſtellę Molin. lib. ſecũdo de primogenijs, vbi infra, quando legitimam poteſt coarctãdo ad nihilũ redigere: vt in noſtro Regno per forum 1. de teſta. tunc matri etiã vltra triennium ſicut pater tenetur filijs ſuis alimenta, & ad eorum menſurã filiabus dotes indiſtinctè miniſtrare. Cum enim in locum legitimę tunc alimenta ſubrogentur, matresq. debeant filijs legitimam relinquere, conſequẽs eſt, vt nulla facta diſtinctione teneantur eis alimenta, & dotes præſtare reſoluit Molin. de primoge. lib. 2. cap. 15. nu. 4 quem omnino vide ad conſiliandas varias opiniones doctorum, qui variatis terminis varias in hac materia ſuſtentant opiniones in ſeueras. Et ibi ſatis aduerſas. Fuit inſuper alia prodita lex naturę, rationis ſcilicet, quæ non ex ſolo inſtinctu, ſeu affectu naturæ pro-

3. cedit, ſed ex vi † animi hoc eſt, ex inclinatione quadam naturali rationẽ ſuborta, & per hoc ius differt homo ab alijs animalibus, ꝙ conſiſtit in ratione ſola, quam Deus & natura ſolis dedit hominibus, hocq. ius naturale ſecũdarũ appellatur: idẽq. ius gentiũ primeuũ, eo quod ſolæ gentes eo vtantur. l. 1. §. fin. ff. de iuſt. & iur: hoc ius primo Deum O M. & erga ipſum religionem reſpicit l. veluti ff. de iuſt. & iur. hoc etiã iure naturali monemur neminẽ debere alterius iactura locupletari l. nam hoc natura ff. de cond. indeb. l. iure naturę ff. de reg. iur. hinc inferunt. Bart. in l. Iulianus num. 26. de cond. indeb. DD. vbi ſupra quod ſi quis infantis, aut furioſi negotia geſſerit vtiliter tamen, obligat ſibi pupillũ, aut furioſum naturaliter, ne contingat eos locupletari cũ iactura aliena, quod ius hoc naturale aborret, de quo vide alia exempla per Decium in d. regula iure naturę & per DD. in l. frater a fratre ff. de cõd. indeb. Ex

4. hoc etiam iure naturali rationis oritur obligatio † antidoralis, naturali ſiquidẽ ratione ei, à quo beneficiũ accepimus, obligamur ad antidorũ, hoc eſt ad remunerationẽ & accepti beneficij gratiã referre l. ſed etſi lege §. conſuluit ff. de petitio. hered. c. cũ in officijs ex. de teſtam. qua obligatione filij erga patrem, diſcipuli erga magiſtros obligantur l. Aquilius regulus ff. de donatio. ex iſto etiam iure naturalis rationis, dependet preceptũ illud, quod tibi nõ vis alteri nõ facias, & firmiter credimus verbo ornatiſſimã de ſum. Trinit. & fid. Catho. & licet quidam putent hanc antidoralem obligationem in brutis cadere illiſq. conuenire, prout vult Maranta de ordi. iud. tertia parte prin. numer. 4. ex eo quia bruta animalia ſolent bene facientes ſibi dirigere, illiſq. ſeruitia preſtare, vt docemur tum experientia, tum varijs Plinij & aliorum naturalium hiſtorijs, Quod videtur ſentire Accurſi.

in l. ſed etſi lege §. conſuluit verbo
obligauerit de petitio hered. tamen
5. hoc non euenit in brutis † ex iſto iu-
re naturali ſecundario, ſeu gentium
primeuo, ſed prouenit in ipſis ex ſo-
lo inſtinctu, & affectu naturali, quo cō
pelluntur ad id faciendum, & non ex
aliqua ratione naturali prout in homi
nibus.

Tempore autem huius iuris nullę
aduch conditæ erant leges, ſeu conſti
tutiones. ſed omnes naturaliter viue-
bant, inter quos omnia erant † cōmu
6. nia neq. aduch inuentū erat meu, &
tuum, can. dilect. can. quo iure 8.d.
Deinde vero adauctis hominibus cæ
pit etiam & eorum creſcere malitia,
adeo vt iure naturali viuere non vale
rent, atq. ideo interſe quaſdam ll. con
diderunt, ac conſtitutiones, ſcilicet
quodcumq. calcauerit pes tuus, tuum
ſit: item ne liceret alicui alterius
poſſeſ ionem ingredi, vt atteſtatur Ac
curſius in glo. 2. in l. 1. ff. de adq. poſſ.
itaq. his editis conſtitutionibus inuen
tum fuit, meum, & tuum, d. c. 1. 8. d.
diſtinxeruntq. homines his conſtitu-
tionibus dominia rerum, quod iusgē-
tium ſecundarium dicitur l. ex hoc iu
re ff. de iuſt. & iur. ſuper quibus ita di
ſtinctis, cęperunt homines interſe mui-
cem contrahere, & commertia con-
7. ſtituta fuerunt, † & inſtituti contra-
ctus paucis exceptis quos ius gen-
tium non nouerat, ſed à iure ciuili po-
ſtea introducti fuerunt l. ex hoc iu-
re, & ibi glo. de iuſt. & iur. Contractus
8. autem illi proprię dicuntur † qui vl-
tro citroq. obligant l. Labeo. 2. §. con-
tractum de verb. ſigni. alij vero con-
tractus qui alteram tantum partem
obligant, neq. aſtringunt, contractus
dicuntur, ſed impropię, & ex lata vo-
cabuli ſignificatione, vt eſt mutuum,
& donatio ex quibus, quia facti ſunt,
& in facto conſiſtunt l. conſulto §. fin.
ff. de curat. furio. oriuntur obligatio-
nes l. ex placito C. de rerū permut. l.
ſicut C. de actio & oblig. Quibus ſic
ſuppoſitis dicendum eſt, naturalem
9. obligationem illā dici, † quæ oritur
ex quadam ratione naturali, & ex illa
æquitate fidei ſeruandæ. l. Stichū aut
Panphilū. §. naturalis ff. de ſolut. l. cū
amplius §. is natura debet, de reg. iur.
ff. atq. ita naturalis obligatio oritur
ex quolibet iuſto pacto, & conſenſu,
quia nil magis congruit humanæ fi-
dei, quā ea, quæ placuerunt inter par-
tes, ſeruare l. 1. cū vulgatis ff. de pact. l.
1. de conſti. pecu. ff. & d. l. ſtichum aut
Pamphilum §. naturalis, modo is cō-
ſenſus verus ſit: & non fictus, ſeu inter
pretatiuus ſecundū Corraſ. in antelu.
l. frater à fratre. nu. 33. atq. ideo ſi hu-
meris quis, aut capite annuat, quantū
uis interpretatiue conſentire dicatur,
ex eo tamen conſenſu nec naturalis
oritur obligatio l. 1. §. ſi quis ita inter-
roget ff. d. de verb. oblig. ſed hęc ſentē
tia Corraſij non mihi placet, ſed imo
in his, quę ſolo conſenſu geruntur, ſuf-
ficit capite annuere, vt conſenſus, atq.
naturalis obligatio oriatur, l. ſi ſtipu-
let §. fin. de verb. oblig. l. nutu. de leg.
3. §. quod vero & ibi Accurſ. verbo in
ſcripſerit in authentico, vt ſponſal. lar
git, ſpecial. ſit. Neq. obſt. tex. Corraſij
in d. l. 1 §. ſi quis, quia loquitur vbi ver
ba de ſubſtātia, & pro forma cōtractus
requiruntur in ſtipulatione, atq. ideo
10 ſi forma nō ſeruetur totus † cōtractus
corruit: quare vt naturalis obligatio
ex ratione naturali, & ęquitate illa fi-
dei ſeruandę oriatur, conſequens eſt
hanc obligationē naturalē iurisgētiū
primęui eſſe, quia eo iure ſolę gentes
vtūtur l. 1. §. fin. ff. de iuſt. & iu. & cōfir
matur iſta cōſequētia ex l. ex hoc iure
ff. eo. & ibi glo. & l. cū amplius. §. is na
tura debet ff. de regu. iur. neq. po-
teſt eſſe hæc naturalis obligatio iuris
natu-

naturalis primeui, quia illud commune eſt brutis, d. l. 1. § ius naturale de iuſt. & iur. nam ſi naturalis obligatio à iure naturali primeuo oriretur, ſequeretur bruta interſe ratione naturali, & equitate fidei ſeruandæ, & mutuo conſenſu obligari, quod eſt abſurdum; quia ratione, & conſenſu caret, l. 1. §. 1. ff. ſi quadrupes paup. concludendum igitur eſt, vt dixi iſtam obligationem eſſe iuriſgentium primeui, ideſt iuris naturalis ſecundarij.

Sed dubium facit, quod obligatio
11. inter † dominum, & ſeruum cadit, l. ſi id quod ff. de cond. indeb. l. nec ſeruus ff. de peculio. l. quibus diebus. §. dominus ſeruo. ff. de cond. & demo. ſed ſeruus pro nihilo habetur quantū ad ea, quę ſunt de iure ciuili, & ad ius ciuile attinent, l. quod attinet de reg. iur. vbi conſultus appellatione iuris ciuilis omne ius etiam gentium præter ius naturale cōprehendit: ita glo. 2. in l. ſi id quod ff. de cond. ind. ergo &c. Quare Bart. in l. ſi id quod num. 2 pro reſolutione huius dubij diſtinguit, ius gentium duplex eſſe, primeuū & ſecundarium: cuius diſtinctio elegans eſt, & ſic viſa Corraſio in anteludijs d. l. frater à fratre, n. 28. & eſt cōmunis, vt dicit Cagnolus in rubr. de verbo. obli. n. 3. Lancelotus Galiaula in repetitione eiuſdem l. n. 157. quos & alios refert Pinellus in 1. p. rubr. de reſcin. vend. C. vt ius gentiū primeuū eo ipſo quo gentes cęperunt, fuerit productū, & non ex aliqua gentiū cōſtitutione, ſed ex ratione naturali, & equitate illa fidei ſeruandæ, quod ius quia natura ſimul cū homine producit, l. 1. in fin. ff. de acq. rer. dom. placuit Iuſtiniano hoc ius gentiū, ius naturale appellare, §. ſingulorū de rerū diuiſio. inſt. & hoc iure nulla erat inter homines
12. differentia, omneſq. liberi † naſcebantur, & liberi viuebant quia aduch ſeruitus, nec manumiſſio erant inuenta, l. manumiſſio ff. de iuſt. & iur. in princi. de libertin. inſti. & d. l. quod attinet ideo huius iuris ſeruus capax erat, illud vero quod dicitur, ius naturale omnia animalia docuit de primeuo intelligitur l. 1 §. ius naturale de iuſt. & iur. §. 1. inſt. de iure naturali, & ex hoc iure gentiū primeuo, ſeu naturali ſecūdario, orta eſt obligatio naturalis, quę diffinitur quod ſit † obligatio, quæ ſo-
13. lo naturali vinculo conſtat, conſenſu ſcilicet, l. 1. ff. de pactis. Cuius exēplū eſt in princi. inſt. de auctio. tuto. Effectus autē naturalis obligationis nō eſt, vt ex ea oriatur actio, ſed exceptio ſolū, & retētionis ius, l. naturaliter de cō. ind. l. ſi id quod eo titu. licet quādoq. etiā actionē pariat, l. fideiuſſor. §. fideiuſſor, vbi glo. actio. de fideiuſſo. deinde ſatis eſt naturalis obligatio † ad cō-
14 penſandū l. etiam de cōpenſat. & ad nouandū l. 1. in. fin. ff. de nouatio. ad conſtituendum l. 1. ff. de conſti. pecu. item vt accedat fideiuſſor l. naturaliter de cond. indeb. §. at nec. de fideiuſſor. inſt. & vt pignus accipiatur, d. l. naturaliter, quod autem dictum eſt obligationem naturalem non producere actionem, hoc verum eſt, ſi vna, ac ſimplex fuerit: ſi vero ſit geminata, tunc eſt eficax ad producendum † actionem. Eſt enim regula quod
15. vbi præcedit debitum naturale tantum, ſi illud idem debitum nudo pacto promittatur à debitore, vel ab alio, inducatur conſtitutum, locumq. habeat actio de conſti. pecun. tex. in d. l. 1 §. debitum de conſt. pecum. c. Quintauallis de iur. iur. poteſt etiam obligatio naturalis ſola, ſine ciuili conſiſtere, ſicuti quandoq. etiam ciuilis ſine naturali conſiſtit, (vt ſic iam ad materiam reuertamur.) Conſiſtit obligatio naturalis ſola
16. ſine ciuili † veluti cū legiſlator pro-

pter circūſtantiam fortè impedientē eam conuentionem,ex qua hęc naturalis obligatio fluit, non approbat,vt ſi credam pupillo pecuniam ſine tutoris authoritate,atq; is eam pecuniā malè conſummat,toto titulo inſt. & ff. de auth.tuto.Item ſi frater credat fratri,quorum vterq. ſit in patris poteſtate, l. frater à fratre de con. indeb. impedit enim circunſtantia perſonę,quo minus ciuilis obligatio naſcatur;idem eſt ſi pater contrahat cū filio,dominus cum ſeruo, ex his enim conuentionibus proficiſsitur naturalis obligatio ſine ciuili, quoniā legiſlator,ſeu ius ciuile, huiuſmodi conuētionibus non ſubſcripſit, tum quia tales perſonæ habentur pro vna, tum etiam quia indiuiſum habent patrimonium.

Ciuilis vero obligatio dicitur quę
17 ſolo † ciuili vinculo,nec naturali fulcitur l. legitima ff. de pact. ſiuè quæ oritur,vel aprobatur ex aliqua conſtitutione iuris ciuilis, Bart.in l.Iulianus ff.de cond indeb.num.26. per tex.in princi.de oblig. inſt.& in l.1.ff.de acqui.rerum dom.& hęc etiam ſola ſine naturali ſubſiſtere poteſt, eiuſmodi eſt litterarum obligatio ante bienium, de qua in titu. de litterarum oblig.inſt.vt ſi ſcribam Syngrapham, vbi confiteatur me accepiſſe centum à titio, eamq. ſpe futurę numerationis tradam, atq. is accipiat Syngrapham, neq. tamen numeret pecuniā, hic oritur ſola ciuilis propter authoritatem, & probationem legislatoris toto titu.de litter.oblig.inſt.& tamen hic ſola,ciuilis non naturalis eſt obligatio,quę non poteſt oriri cum pecunia non ſit numerata,deſſiciatq.conſenſus,eatenus enim conſenſit debitor,quatenus numeraretur pecunia. Hinch tradit Barthol.in d.l. Iulianus de cond.indeb.gloſ.in l. naturaliter. C.de non numerat.pecun. obligationem ciuilem eſſe,quādo quis eſt obligatus,non ex inſtinctu iuris naturalis,ſed tātum ex diſpoſitione,ſeu approbatione iuris ciuilis, deficiēte cōſenſu debitoris, ſic ſi vi,& tali metu qui in virū conſtantem poteſt cadere, cogar titio centum promittere,& ad ea ſoluenda iudex me ex falſis probationibus per ſententiam condemnet,ciuiliter tantum obligor,non etiam naturaliter, cum deſit conſenſus. Effectus
18 autem iſtius obligationis eſt, † producere actionem, non etiam exactionem,quoniam in iudicio ciuilis obligatio per exceptionem non numer. pecu. eliditur,atq.ipſa actio per exceptionē excluditur, vt nihil poſsit exigi.Contingit tamē aliquando,vt vna ab altera ſubinde diuellatur,vt cumq; hęc ab initio ſimul cōiunctæ fuerint, vt ſi creditor fecerit pactum cum debitore vtroq.modo naturaliter ſcilicet, & ciuiliter ſibi obligato, ſe id, quod ſibi debetur,non petiturum, ex iſto pacto liberatur debitor naturaliter, ne cogatur creditori ſoluere l. ſi vnus §. pactus ne peteret ff.de pact. licet ciuiliter obligatus maneat, & è contra contingit,vt ciuilis obligatio tollatur naturali remanente.vt ſi debitor per ſententiam abſoluatur,quia creditor non probet mutuum, tollitur enim ciuilis obligatio,naturalis autem remanet.

Literarum vero obligatio poſt bie-
19 niū,† effectū habet vtriuſq.obligationis,& naturalis,& ciuilis:ſecūdū glo. in l.generaliter verbo religionē C. de non num.pecu. ad mediū,& licet aliqui exiſtimauerint vnā tantū obligationē eſſe eāq.naturalē,ciuilē vero eſſe tantum qualitatem,quæ qualificat naturalē obligationem;errant tñ. per l.ſifideiuſſor ff. de cōd.indeb.l.fideiuſ. §.fideiuſſor obligari, ff. de fideiuſſo. & l.

& l.quibus diebus §. dominus ſeruo
de cond.& demõſ.ſi enim ciuilis obli
gatio qualitas,& accidẽs eſſet naturalis
obligationis,ſequeretur,ꝙ ciuilis obli
gatio per ſe ſubſiſtere nõ poſſet,quia
accidẽs ſine ſubiecto eſſe nõ poteſt na
turaliter,l.2.ff.de vſu.fr.at ciuilis obli
gatio per ſe ſubſiſtit,ſicuti naturalis,
vtſupra,quia & ſolę ciuili accedere po
teſt fideiuſſor l.1.de fideiuſſor, & ibi
glo. in verbo omni & l. fideiuſſor. §.
ſi fideiuſſor obligari ff.de fideiuſſori-
bus. ergo &c.

Quando verò naturalis obligatio
cũ ciuili coniungitur,tunc eius officiũ
eſt, & actionẽ,& exceptionẽ produce
re:ex quibus omnibus in ſumma colli
ge,obligationẽ naturalẽ eſſe ex nudo
cõſenſu,& cõuentione nuda, & quę
impedit ſoluti repetitionẽ. Ciuilẽ ve-
rò eſſe quę prouenit ex approbatione
legis,parit q. actionẽ,nõ autẽ exactio-
nẽ,naturalis autẽ & ciuilis,ſiue mixta,
quę ex vtraq.reſultat.eſt quę profluit
ex cõtractu,vel delicto. à iure ciuili
approbato,vel ex ſubſcriptione legis,
producitq.tã exactionẽ, quam actio-
nẽ, quales ſunt obligationes omnes,
quę oriuntur ex cõtractibus à iure ci-
uili inuentis,vel approbatis.

Nec omnittendũ hic eſt, quod ali
quando, nec ciuilis, nec naturalis,
nec mixta poteſt produci obligatio,
quando ſcilicet lex conuentionem ali
quã nominatim, & expreſsis verbis
improbat, † vt ſi pupillus contrahat
20 cũ tutore,l.pupillus de autho. tuto.
vel alter coniugum alteri donet,l.1.&
toto titu.de donat.inter.vir,& vxor.
his enim & ſimilibus caſibus,vt cũq.
cõſentiant interſe contrahentes, nõ ſo
lum ciuilis, vt patet, verum nec na-
turalis oritur obligatio propter legis
prohibitionem, l. ſi non ſortem vbi
Bart.de cond.indeb. l.pactaq. contra
C.de pactis, & ibi Decius ponderãdo
verbum nullam, quod vniuerſale eſt
omnino negãs glo.nullo modo in cle.
vt hij qui de ętat.& qualitate.

His ſic præhabitis facilimè cogno-
21. ſcemus, quomodo defenſio † ab ex-
ceptione diſtinguatur.Nam exceptio
eſt.quę nõ ipſo iure,ſed ope exceptio-
nis tollit ciuilẽ obligationẽ, licet natu
ralẽ tollat ipſo iure, veluti ſi ſecũdũ ꝙ
ſupradiximus,creditor fecerit pactũ cũ
debitore naturaliter,& ciuiliter ſibi o-
bligato,ſe id, ꝙ ſibi debetur non pe-
titurum, & idem ſi hoc creditor iura
uerit,ex iſto enim pacto liberatur de-
bitor.ipſo iure naturaliter,ſed non ci
uiliter ipſo iure,ſed ope exceptionis l.
ſtichũ § naturalis ff.de ſolut.vbi ha-
betur,quod obligatio naturalis tolli-
tur æquitate conuentionis, quo ſolo
vinculo tenebatur,ſed ciuilis obliga-
tio non eſt ſublata §.præterea de ex-
ceptionibus,vbi in hoc pacto dicit tex.
ꝙ debitor nihilominus obligatus rema
net, quia pacto conuento obligatio-
nes ſcilicet ciuiles non omninodiſſol-
uuntur, quade cauſa eficax eſt aduer
ſus debitorem actio, qua actor inten
dit, ſed quia iniquum eſt contra pa-
ctionem eum condemnari, defendi-
tur per exceptionem pacti conuenti,
hęc ibi Imperator (vbi hoc per glo.
limittatur aliquibus caſibus) l.ſi vnus
§.pactus,ne peteret ff. de pactis. vbi
22 longa, & bona gloſ. Defenſiones ve
ro ſunt, quæ ipſo iure † actiones
tollunt, vt ſolutio,acceptilatio, ſti-
pulatio, quia ſolutione eius,quod de-
betur & acceptilatione, & ſtipulatio-
ne tollitur omnis obligatio, d.§.
pactus ne peteret, §. 1. inſt. quibus
mod.tollitur obligatio, & §. per ac-
ceptilationem eod. rationem autem
quare in 1. caſu non tollitur ipſo iure

actio,& obligatio, in ſecundo vero
caſu ſic,eſt quia in ſolutione, & alijs
ſupra dictis ius,in pactis vero factum
verſatur d.§ pactus ne peteret vbi
gloſ.in verbo in pactis declarat La-
tius,quo te remitto vide ibi,huiuſ-
modi enim defenſiones nō propriè di
citur exceptiones, cum non exclu-
dant, & elidant actionem, quæ
non eſt,imo fuit extincta, licet large
exceptiones dicantur,quia excludunt
agentem,& ſic generaliter vbicunq.
obligatio,& actio ſunt extinctę iuris
miniſterio,quia ſcilicet ius operatur,
dicitur defenſio, vbi vero ſolum fa-
ctum hominis verſatur, vt in pacto.
Exceptio tantum dicitur,effectus iſto
rum patebit ex ſequentibus.

Deueniendo igitur ad materiam in
ſtitutam, opportet tanquam cardi-
nē ipſius annectere hic verba obſ.
vſus Regni de pignoribus,quæ breui
compendio vniuerſam firmandi pra-
cticam nos docet.

Vſus Regni Aragonum eſt, (in-
quit obſeruantia) quod pro deman-
23. da, debito,vel iniuria, vel alia qua-
cunq.re poteſt quilibet pignorari, ſi
obligatio ſit cum carta, & tunc non
obſtāte fidātia de directo remanebit
pignus,donec reus ſuas exceptiones,ſi
quas habuerit,probauerit,quia in de-
bito manifeſto non recipitur fidantia
de directo in Aragonia,iuxta priuile
gium domini Regis Petri, & iuxta
for.de fideiuſſo.Exceptiones vero le-
gitimæ admittuntur,ſed non poſſunt
probari, ſi eſt debitum manifeſtum
cum carta,niſi cum carta,vel cum no
tario,& teſtibus in carta conſcriptis
ſimul, vel iuramento ipſius rei,iuxta
forum nouum curię Cęſarauguſtę,
vt in cap.de exceptionibus. Et ſi for
te proponerentur exceptiones illæ,
quę impediunt litis conteſtationem,
vt exceptio rei iudicatæ, tranſactio-
nis,diffinimenti,pacti de non petēdo,
ſiue fiat petitio cum carta, ſiue ſine
carta,non poſſunt proponi,ac proba-
ri tales exceptiones, niſi cum carta,
vel rei iuramento,vt in illo foro dicti
titu. de exceptionibus,& hoc ſciendū
eſt ſuper pignoribus ſupradictis,quod
poſſunt fieri non monito, nec citato
debitore,vel illo, de quo querella ha-
betur.Hactenus obſeruantia.

Secundum hanc obſ. vſus Regni,
& iuxta priuilegium generale Arago
num.§.item demandam,obſ.de foro,
& vſu Regni in princi. de fideiuſſo.
Molin.verbo firma in princi.pro quo
libet debito manifeſto, ſeu contento
in inſtrumento liquido,poteſt proce-
di ad executionem, ſeu pignorationē
bonorum debitoris, non obſtante
quod reus compareat coram iudice
exequente,& det fideiuſſores de ſtan-
do,& parendo iuri,& iudicato ſoluē-
do.(quod in Regno ex vulgari vſu lo
quendi ſolemus dicere firmare de di-
recto)quia ſecundū ſupradictas obſ.
& for.in debito manifeſto non recipi
24 tur fidantia † de directo, ſed ea non
obſtante debitor pignoratur,& rema
net pignus penes curiam,& procedi-
tur vlterius in pignoratione etiam
ad venditionem pignorum, vt ſupra
docet obſeruantia. Nihilominus ta-
men ſi ad impediendam talem exe-
cutionem, ſeu pignorationem fieri
mandatam, comparendo opponat
reus defenſiones,ſeu exceptiones ali-
quas legitimas ſecundum, ius, vel fo-
rum, ad detinendam pignorationē,
ſeu ſaltem ne procedatur ad venditio
nem bonorum pignoratorum, pen-
dente examine ſuper exceptionibus
propoſitis,& illę ſint tales,quod pro-
batę releuare,& impedire poſſint, &
debeant venditionem bonorum pig-
noratorum, & ſolutionem debiti per
creditorem prætenſi, audiri debet
ipſe

Digitized by Google

25 † ipſe reus talia proponens, & interim ſuperſederi in pignoratione, non procedendo ad bonorum venditionem, etiam ſi in eo interim dicta bona debeant eſſe penes curiam ipſam pignorãtem, prout expreſſe hęc omnia probantur per dictã obſ. vſus Regni ibi. Exceptiones vero legitimę admittuntur &c. & ibi & tunc non obſtante fidantia de directo remanebit pignus donec reus ſuas iuſtas exceptiones, ſi quas habuerit probauerit &c. Imo licet fori de cenſualibus, de comanda, de ſententia arbitrali, & alijs ſimilibus loquentes, ita eos actus priuilegient, vt impediant opponi exceptiones, firmas, defenſiones, nec quid aliud, per quod illorum executio, impediri, retardari, nec vno momento ſuperſedere debeat, aduch tamen ſunt multę exceptiones, adeo priuilegiatæ, tam à iure, quam à foro, vt ab his foris excluſę non videantur, vt luti ſi quis † reus opponat de apocha
26 ſolutionis, de cancellatione, de contra carta. De pacto de non petendo, de præſcriptione, de non iure agentis, nam tales exceptiones, & defenſiones, tam de iure, quam de foro admittendæ ſunt, vt quotidie admitti videmus, vt reſoluunt Bald. in rub. C. de probat. Paul. Caſt. conſ. 44. lib. 1. Felin. in c. ex parte. 2. Fallen. 5. & ibi Decius nu. 13. de officio deleg. Rip. in l. naturalis. §. nil cõmune num. 70. ff. de acqui. poſſ. refert Contardus in l. diſamari C. de ingen, & manumiſ. limittatio 2. fol. 51. idẽ in l. vni. C. ſi de mom. poſ. limitt. 9. num. 33. Abb. conſ. 44. in 2. dub. lib. 1. per quos patet, ꝙ notoria exceptio, qualis eſt inſtrumẽ talis, & quæ non habet diſputationẽ nunquam cenſetur excluſa, etiam ſtãte ſtatuto, quod nulla poſsit opponi exceptio. prout de his latiſsimè videbimus in c. 5. ac ibi loco oportuno differemus, & hoc non ſine ratione obſeruantia Regni admiſit, cum idẽ de iure ſit ſtabilitum. Nam licet contra ſententiam non poſsit opponi exceptio peremptoria competens ante ſententiã l. peremptorias C. ſent. reſcindi non poſ. quod adeo verum eſt, vt nec exceptio ſolutionis aliàs priuilegiata poſsit contra ſententiam opponi, ſi ante eam competebat, ſecundum obſ. item de conſuetudine Regni. de prob. faci. cum cart. Molin. verbo exceptio ſolutionis in fine: tamen contra executionem inſtrumenti Guarentigiati. & quantumuis priuilegiati, competit, & opponi poteſt quelibet iuxta exceptio peremptoria, quia quantum ad excludendum exceptionem, iſtud inſtrumentum licet † per
27 ſtatutum, & forum priuilegiatum, non habet vim ſententiæ; cum nulla precesſit cognitio cauſæ iudicialis, ſunt verba formalia Baldi in d. l. peremptorias num. 29. C. ſententiam reſsindi non poſ. Et ſi dicas quod huiuſmodi inſtrumenta, quorum vigore in Regno proceditur ad executionẽ, & pignorationẽ bonorũ debitoris, habent vim ſententię, & quod à pari procedunt cum ſententijs, cum contineant in ſe ſententiam legalem, & priuilegiatam: ſecundum doctrinam Bart. in l. cum vnus ff. de bon. autho. iud. poſ. & ſupra latius diximus, Aduch hoc non obſtat, quia pluſquam certiſsimum eſt exceptiones or
28 tas poſt ſententiam, † vel cum ipſa ſententia, poſſe opponi poſt ſententiam, & tunc ceſſare vim, & effectum ſententiæ, argumento l. 4. §. ſi ex conuẽtione ff. de re iu. per tex. in l. poſt. ff. de trãſact. l. tãcitu ff. ad S.C. Macedo. declarat latius Anto. a Cana. de executione. inſtrum. q. 5. & decidit. d. obſ. vbi exceptio ſolutionis cõpetens poſt ſententiam, veluti quando poſt eam

facta ſit, poteſt opponi poſt ſenten-
tiam, ſed iſtæ exceptiones, quæ oppo
nuntur contra executionem inſtru-
menti, naſcuntur poſt confectionem
inſtrumenti debitorij, & ſic poſt ſen-
tentiam legalem, quę prolata cenſe-
tur in eodemmet inſtanti, quo inſtru
mentum conficitur, & à lege, ſeu foro
priuilegiatur, & ſententiatur, ſeu ſal-
tem naſcuntur cum ipſo inſtrumen-
to, & ſic vna cum ipſa ſententia lega-
li, veluti in pacto de retrouendendo,
pacto de non petento, vel alijs ſimili-
bus pactis in continenti appoſitis: er-
go iuſtiſsimum eſt has exceptiones,
ſeu defenſiones opponi poſſe contra
executionem inſtrumẽti, & illius ſen-
tentiam legalem de exequendo: pro-
ut in expreſſo has rationes tradit Ca-
nar. vbi ſup. in fin. & licet Paul. † Ca-
29 ſtrenſ. declarando Bart. in l. ſi cauſa
cognita num. 4. C. de tranſact. dicat,
non poſſe opponi exceptiones contra
inſtrumentum, quando per ſtatutum
ille tolluntur, & tunc tale inſtrumen-
tum habere ſimilitudinem cum ſen-
tentia, poſt quam non poteſt opponi
exceptio, d. l. peremptorias, & per cõ-
ſequens non valere compromiſſum,
vel tranſactionem ſuper eo, de quo
eſt inſtrumentũ huiuſmodi, ſicut nec
valet ſuper eo, quod eſt iudicatum. d.
l. ſi cauſa cognita, & ſecus dicit quan-
do inſtrumentum ſolum eſt priuile-
giatum in executione, quam habet
per ſtatutum, & ſic ſolum habet exe-
cutionem paratam, omiſſa via agen-
di ordinaria, & non eſt excluſa excep
tio contra illud: nam tunc dicit in
eius executionep oſſe obijci exceptio-
nes omnes, quæ poſſent obijci in iudi-
cio ordinario ante latam ſententiam,
& ſic non habere vim ſententię, &
poſſe ſuper eo tranſigi, & compromit
ti, & ſic per ſupradicta videatur Ca-
ſtrenſem, non abſolute admittere ex-
ceptiones contra inſtrumẽta omnia,
ſed ſolum contra ea, quæ tantum ha-
bent executionem paratam, ideſt quę
ab executione exordiuntur, non ve-
ro contra ea, quę adeo per ſtatuta pri
uilegiata ſunt; vt cõtra ipſa exceptio
aliqua opponi non poſsit, quoniam
tunc non videtur exceptiones admit-
tere doctiſsimus ille vir. Nam reſpõ-
dendo (& ne huius doctrinę ocaſione
aliquorum mentes turbentur.) Dici-
mus Caſtrenſem non eſſe intelligen-
30 dum, † ita abſolutè, vt velit exceptiõ
nes omnes reijcere, quando per ſtatu-
tum illę reijciuntur, ſi quidem frequẽ
tiſsimè in praxi videmus, contra cen-
ſualia, comandas, ſententias arbitra-
les admitti exceptiones plures, etiam
in vim ipſorum fororum: & ſi de iure
contra ſententiam, vt dixi admittun-
tur tales exceptiones ortæ poſt ſen-
tentiam, vel in ipſa ſententia, cur non
erit idem in inſtrumentis, quæ maio-
rem vim re iudicata non habent, ſed
ad inſtar illius regulantur? Voluit igi
tur Caſtren. ex mente Bart. conſtitue
re differẽtiam, inter inſtrumenta, quæ
per ſtatutum ſunt priuilegiata in exe
cutione tãtũ, taliter vt, cũ alias via or
dinaria eſſet agendũ, vi tamen ſtatuti
ſint exequibilia ſine litis conteſta-
tione, ac ordine iudiciario, & hæc
ſecundum illum non habent vim ſen
tentię, nec iudicati, & cõtra talia poſ-
ſunt opponi abſolutè exceptiones om
nes, ſicut in proceſſu ordinario, & per
conſequẽs ſuper his cadit tranſactio,
& compromiſſum, qualia ſunt in Re-
gno omnia inſtrumenta liquida ha-
bentia caſum manifeſtum. Et inter
alia inſtrumenta, adeo per ſtatutum
priuilegiata, ꝙ vltra quam ſunt exe-
quibilia ſine litis cõtentione, adeo h.
contra ea exceptio aliqua opponi nõ
poſsit, qualia ſunt in Regno cenſua-
le, comanda, ſententia arbitralis. Lau
data,

Digitized by Google

data, condemnatio voluntaria, albaranum mercatoris.

Hæc enim ſecundum eum habent vim ſententiæ, & rei iudicatę: & ſicut contra ſententiam non opponuntur regulariter exceptiones peremptorię poſt ſententiam: ſic nec contra talia inſtrumenta: & ſicut in ſententia, & re iudicata non cadit tranſactio, ſic nec ſuper eo, de quo eſt inſtrumentũ huiuſmodi. Ad effectũ igitur cõpromittendi, conſiderauit Caſtr. caſum, quando vi ſtatuti non poſſunt opponi exceptiones, quo caſu ad inſtar iudicati verum eſt dicere non poſſe opponi exceptiones regulariter, ſicut nec cõtra ſententiã. ſed abſit ꝙ Paul. Caſtr. neget, tam contra ſententiam, quam contra huiuſmodi inſtrumenta poſſe aliquas exceptiones opponi, vt ſup. cum Bald. & Canario diximus, & latiſsimè in cap. 5. §. 1. & 8. videbitis, quoniam iſte paſſus eſt alta mente diſcutiendus. Vel intellexit Caſtr. † non admitti exceptiones tali caſu,
31 eo modo, quo ipſum ſtatutum priuilegians inſtrumentum ſimiliter intellexit. At paſsiua interpretatione à iure facta, ipſa ſtatuta ſunt intelligenda de his exceptionibus, quę requirunt altiorem indaginem, & non ſunt notorię, veluti ſi ſunt illiquidę, & obſcurę; cum alias ſi quis inſtrumentaliter, & in promptu eas probaret, admittẽdus eſſet ſine dubio aliquo, vt typis notum eſt, in quo articulo pro nunc non inſiſto quia ſua veniet dies de his agendi. Nunc autem ſufficiat probaſſe contra huiuſmodi inſtrumenta quantumuis priuilegiata, poſſe exceptiones legitimas opponi, tales, quæ de iure & foro releuent, ad effectum ne procedatur vlterius in pignoratione, & executione bonorũ debitoris, quæ fiunt in vim talium inſtrumẽtorum, ſeu ſaltem ne procedatur ad venditionem pignorum captorum per iudicẽ exequentem, pendente cognitione ſuper his exceptionibus, licet ipſa pignora debeant in eo interim remanere penes curiam pignorantem, quę autem ſint iſtę exceptiones videbimus infra.

Sed hoc duobus modis poteſt practicari: ſi quidem reus, cuius bona pignorantur & executantur, ſi habeat
32 iuſtas exceptiones † comparere poteſt coram iudice exequente, ſeu mandante exequi, & coram eo eas proponere abſque eo, quod det fidantiam de directo, hoc eſt abſq; eo quod det fideiuſſorem de ſtando, & parendo iuri, & tenetur iudex ipſe, ſi iuſtę ſunt exceptiones, ſuper ſedere in pignoratione, ſeu mandare ſuis officialibus executoribus, vt ſuper ſedeant: quia cum ſit ipſe iudex qui exequitur, & ſic competens, & habens iuriſdictionem in cauſa illa, nõ eſt mirum, quod audiat reum in ſuis exceptionibus abſque illa fidantia, ſeu fideiuſsione, vt ſit in Reg. Aud. & alijs tribunalibus Regni.

Secundo ſolet reus eas proponere, comparendo ſcilicet corã Iuſtitia Aragonum, & tunc, vt per Iuſtitiam Aragonum, ſeu eius Locumtenentes poſſit fieri tale ſuper ſedimentum, & mãdatum de ſuperſedendo, ſeu inhibitio cõcedi ad ſuperſedendũ contra alios quoſuis iudices pignorantes, requiritur vltra allegationem exceptionũ, quod firmet de directo corã eo, quia alias dominus Iuſt. Arago. nec ſui Locumtenentes nõ haberent iuriſdictionem extrahẽdi, ſeu euocandi cauſam illam iam cęptam coram alio iudice. Nam vt diximus ſupra in c. 1. Iuſtitia Arago. non ſe intromittit de cauſis particularium perſonarum, niſi illius iuriſdictio protogetur per illas, vel non declinetur, quod varijs modis fit, vt

vt per Molin. verbo Iuſt. Arago. &
alias iudicium vbi eſt cęptum, ibi ſe-
cundum forum finiri debeat l. vbi cę-
ptum ff. de iudi. & nulla maior regula
foralis, quã ꝙ nullus extrahatur à ſuo
iudice ordinario & locali, niſi in caſi-
33. bus † à foro expreſsis, for. 3. de for. cõp.
§. item que como; in declarat. priui.
generalis, foro cum ſecundum de iu-
dicijs, Molin. verbo iudex ordinarius
verſi. à iudice: & negari non poteſt
iudicium & inſtantiam dari in his iu-
dicijs executiuis ſummarijs ſecundũ
Marant. de ordi. iudi. 4. p. diſtinct. 9.
Barthol. Socin. conſ. 255. in 2. Decius
conſ. 95. Quare cępta inſtantia, &
iudicio executiuo coram vno iudice,
non eſſet cauſa illa euocabilis per Iu-
ſtitiam Aragonum, nec eius Locum-
tenentes, nec ad hoc haberent iuriſdi-
ctionem, niſi firmando de iure coram
eis † quod eſt genus euocandi cauſas
34 ad curiam Iuſti. Arago. quia cum ipſe
ſit iudex grauaminum illatorum, &
inferendorum, allegando coram eo,
quod timet aliquis grauari, & aſſecu-
rando illius curiam de ſtando, & pe-
tendo iuri, & iudicato ſoluendo, ſolet
ipſe, & eius Locumtenentes, & debẽt,
concedere ſupradictam inhibitionẽ,
inhibendo omnibus iudicibus Regni,
ne contra bonum ius partis, ſeu exce-
ptionem oppoſitam, in pignoratione
vlterius procedant, aſſũmendo ad ſe
cauſam illam grauaminis, ſuper quo
emanauit illa inhibitio, vt dicetur: &
in hoc conſiſtit fundamentum totale
eorum, quę frequenter in Regno per
manus tradũtur, quod per viã iurisfir
mę habetur recurſus ad Iuſtitiã Ara-
gonum, & eius Locumtenentes, &
quod iurisfirma habet locum in omni
caſu. Duo † itaq. neceſſaria ſunt ad
35. obtinendas firmas, ſeu inhibitiones ab
ipſa curia Iuſti. Aragonum. Primum
quod firmetur coram Iuſticia Arago-
nũm, & eius Locumtenentibus de ſtan
do, & parendo iuri, quia hoc tribuit il
lis iuriſdictionem ſuper cauſa illa, quã
aliàs non haberent, ſecũdum eſt, quod
allegentur exceptiones releuantes, &
legitimę ad iuſtificandam inhibitio-
nem, itaq. alterum eorum non ſuffice
ret ſed ipſa duo concurrere neceſſario
debent.

36. Et hęc procedunt & intelligenda
ſunt, † quãdo ſcilicet iſthęc firmę, ſeu
inhibitiones conceduntur per Iuſtit.
Arago. ad impediendas pignoratio-
nes aliorum iudicum, vt iudicum or-
dinariorum, vel Regię Audi. quia tũc
cum alibi ſit iudicium cæptum, vt in
de euocari poſsit, neceſſe eſt firmare
coram Iuſt. Arago. & eius Locumte-
nen. ſed quando ageretur de pignora-
tione, ſeu executione procedente ex
eadem curia Iuſti. Aragonum, tunc
ad eas impediendas ſufficit, quod reus
legitimas proponat exceptiones, nec
neceſſe habet firmare de directo corã
eodem Iuſt. & eius Locũtenentibus, &
obtinebit inde firmam, ſeu inhibitio-
nem, ad hoc ne executores procedant
vlterius in pignoratione, donec ſit
cognitum de talibus exceptionibus,
& ſuper eis ſit lata ſententia, & hoc,
quia cum iam cauſa ibi ſit introducta,
non eſt neceſſaria fidantia, quę ſolum
datur ad circunſerendam iuriſdictio-
nem vt dixi, quod colligitur ex for.
de cenſualibus Turoli, & de executio-
ne carte comandę.

Quare autem frequentius recurra-
tur ad curiam Iuſtitię Aragonum pro
obtinenda huiuſmodi inhibitione iu-
risfirmę, quam ad alioſmet iudices
pignorantes, imo licet cauſa ſit intro-
ducta in eadem curia, fere ſemper ob
tinentur huiuſmodi firmæ, cum etiam
ſine firma poſſent obtineri hęc ſuper-
ſedimenta in tali caſu, ex eo exiſtimo
37 niſi fallor fuiſſe, † quod in cognitio-
ne

ne talium exceptionum in firma alle-
gatarum, (quam cognitionem in Re
gno vulgariter appellamus receptio-
nem, aut repulſionem iurisfirmę) eſt
ſecundum foros Arago. ſtatutus cer-
tus ac determinatus modus procedē-
di ſummarius, cum præciſſa aſsigna-
tione, & præfixione terminorum pe-
remptoriorũ, quę forma non reperi-
tur ſtatuta, quando exceptiones hu-
iuſmodi proponuntur alia via, & quā
do aliàs proceditur, quia poſſent ter-
mini nimium protrogari, & tardius
finiri. Deinde quia huiuſmodi inhibi-
tiones quæ per viam iurisfirmę ema-
nāt, ad impediēdas huiuſmodi pigno
rationes magis obſeruātur, timentur,
& venerantur, quā aliæ: quia grauius
puniuntur iſtarũ firmarum fractores,
quam aliarũ inhibitionũ, & habentur
iſtę firmæ pro vna ex maioribus li-
bertatibus, & pręrogatiuis Regni:
contra quarum fractores proceditur
multũ priuilegiatè, tam circa partem
legitimam, quam in modo proce-
dendi, vt docet Molinus noſter in
verb. fractor inhibitionis, & nos ſuo
loco infra dicemus.

Ex his quæ ſuperius dicta ſunt ad
obſ. vſus Regni de pignoribus, reſul-
tat, ad obtinendam hanc inhibitionē,
iurisfirmę, ſeu ſuper ſedimentum, nō
ſufficere ſi quis coram Iuſti. Arago.
vel alio iudice pignorante cōpareat,
& firmando de directo neget ſe debe
re alicui rem, ſeu debitum illud in cu-
ius vim pignoratur, ſeu executatur,
quia cum hoc ſolum permitat ſupra
dicta obſeruantia, quando exceptio-
nes legitimę allegantur, & aliàs ſine
eis ſit procedendum ad venditionem
bonorum pignoratorum, non erit di-
cendum idem in eo qui ſolum negat,
38 nam qui negat † non excipit ſecun-
dum Bald. in l. peremptorias num. 25
C. ſententiā reſcind. non poſſ. negans
enim non tenetur probare, at vero ex
cipiens ſic, ſicut agens enim tenetur
probare gloſ. in l. verbum in fin. ff. de
verb. ſignifi. l. 1. ff. de exceptionibus,
ita Bald. vbi ſupra, & in l. ſi quidem,
C. de exceptionibus.

Tum etiam quia licet per excep-
tionem fiat dubium debitum, d. obſ.
āt per negationem ſolam non effici-
tur dubium, ſeu obſcurum inſtrumen
tum ipſum, in vim cuius proceditur
ad pignorationem, ſeu executionem,
ita ex Bald. refert Felin. in c. ſi Cleri-
cus laicum. num. 1. de for. comp. lo-
quens de his inſtrumentis guarenti-
giatis. Bald. in l. etiam 1. col. C. de exe
cut. rei iudi. nec hoc mirum, quia ex
39 inſtrumento inducitur caſus † mani-
feſtus, d. obſ. vſus Regni, vbi appel-
lat debitum manifeſtum, quod reſul-
tat ex charta. obſ. item differentia. eo-
dem tit. & non ſolum, quod emanat
ex inſtrumento dicitur manifeſtum,
verum etiam euidens, c. licet cauſam
vbi Abb. de prob. c. auditis, vbi Butr.
de in integr. reſti. Imo notorium in-
ducitur, ex charta, ſeu inſtrumento,
quia inſtrumentum facit rem noto-
riam, & dicitur veritas apparens, pro
batio probata, & aliàs noli me tange
re, Bald. in l. Imperator, colu. 2. ff. de
ſtatu homo. Alexandr. conſ. 62. in 7.
idem Bald. in l. 2. col. 2. C. quando fiſ.
vel priua. latè Tiraq. de retrac. lign. §.
2. gloſ. 1. nu. 20. notorium autem † per
40 ſolam negationē, abſque probabili ra
tione nō redditur dubium, nec offuſ-
catum, ſecūdum Abb. in c. tua nos de
cohabit. Cler. & mul. & in c. ſi Cleri-
cus laicum, vbi Felin. de foro. comp.
c. ſuper, eo de teſtib. cog. igitur non
mirum, ſi cum ſola negatione non de
cur hæc iurisfirma, inhibitio, ſeu ſu-
per ſedimentum contra caſum mani
feſtum inſtrumenti. Ex quo ſequitur
41 male Molin. noſtrum dixiſſe † in re-
portorio

Google

repoſitorio verbo firma verſi. per M. Delarraga quod ſi firma obtineatur cum ſola negatione debiti, ad hoc ne in pignoratione procedatur ad venditionem pignorum, & præſentetur executori ſi poſtea eidem executori conſtiterit per inſtrumentum de caſu manifeſto debiti: tunc abſque alia declaratione non arctabit firma, & poterit executor procedere ad venditionem pignorum, niſi in iuris firma inſtrumenta impugnentur de falſo, quaſi non eſſet procedendum venditionem pignorum, ſi eſſent impugnata de falſo, hęc enim quę per Mol. noſtrũ traduntur, aliena ſunt à principijs, & regulis foralibus, vt ſcriptum reliquit per ſupradicta doctiſſimus ille cauſarũ patronus Anto. Labata nunquam ſatis laudatus pro dignitate & eruditione ſua.

Nam dum dicit quod ſolum negãdo debitum, & firmando de directo poſsit obtineri firma: abſit quod in curia Iuſt. Aragonum, nec coram alio quocunq. iudice pignorante, talis inhibitio ſeu ſuperſedimentum prouideatur, nam cum ſolum in vim exceptionum allegatarum ſit ſuperſedendum in talibus pignorationibus, & ipſum negare non ſit excipere, vt ſupra ſequitur quod ob ſolam negationem firmantis non poſsint tales firmę prouideri. Deinde in quantũ Mol. ibi dicit ſupradictam firmã cum ſola negatione obtentam non arctare, oſtenſo inſtrumẽto debiti ipſi executori vel iudici. Niſi inſtrumenta ſint impugnata de falſo, (quoniã tũc donec firma ſit repulſa ſemper arctat firma) certe hęc ſunt contra dictam obſ. vſus Regni, quę ſine differentia aliqua exceptionum, dicit ſuperſedendum eſſe in pignoratione, ex ſola allegatione exceptionũ ſi legitimę ſint, & infinitę ab initio naſcentis Regni prouiſę ſunt firmæ, abſq. exceptione falſitatis, cum alijs exceptionibus legitimis. Et ſic cõſtat
42 ob ſolam † negationem debitoris, etiã firmando de directo non poſſe prouideri firmã: & ſi prouideretur eſſet nulla: & vt prouiſa de facto reuocanda de facto. & hoc abſq. oſtenſione inſtrumenti debitoris, & quod licet nõ allegetur exceptio falſitatis, ſed alia quęlibet iuſta tamẽ, ſit prouidenda firma, quia exceptio falſitatis ſolum operatur quod ea propoſita pignora debeant dari ſub cableuatoribus parti pignoratę, & non habet aliam maiorem prærrogatiuam ſuper alias exceptiones, vt dicemus.

Ex his apparet intellectus ad verba ſupradictę obſer. vſus Regni,
43 dum dicit † quod ſi obligatio ſit cum carta debitor poſsit pignorari, & quod tunc non obſtante fidantia de directo remanebit pignus, donec reus ſuas iuſtas exceptiones ſi quas habuerit probauerit, quia in debito manifeſto nõ recipitur fidantia de directo in Aragonia, verba hęc etſi in ſe vera ſint quocunq. modo interpretentur, etiam licet dicamus ibi loqui obſeruãtiã de fidantia data, & prouiſa in vim exceptionum, prout videtur ſentire dum dicit, donec ſuas exceptiones probauerit, adhuc fatendum erit verum eſſe, quod ab ea dicitur, nempe pignora capta debere penes curiam eſſe, donec exceptiones diſcutiuntur, & examinantur, in quo omnes foriſtæ concordabunt (extra caſum exceptionis falſitatis de qua illa obſeruantia non loquitur) Sed huic interpretationi licet in ſe verę obſtabit multũ, quia fidantia de directo prouiſa cum allegatione exceptionum, ex communi practica & olim, & nunc habet locum cõtra caſum manifeſtum inſtrumenti, cuius vigore quis pignoratur, obfuſcando

offuſcando illud, & tamen dicit obſ. aſsignando cauſam ſui dicti, quia in debito manifeſto non recipitur fidantia de directo in Aragonia: ergo non videtur loqui ibi in propoſito de fidātia & iurisfirma obtēta cū allegatione exceptionū. Qua propter verba hæc
44 turbare ſolent † multoties ingeniū nouorum iuriſperitorum practicātium, cum in dies videant practicari, quod præſentando fidantiam de directo, in Curia Iuſt. Arago. conceduntur inhibitiones ne, procedatur ad captionē, & venditionem pignorū, quę in vim & virtute taliū obligationū contentarum in charta in Regno fieri conſueuerunt, ita quod ſecundum vulgarem modū loquendi in vim iurisfirmę, ſeu fidantię de directo, videbatur in talibus pignoratiōibus, & executionibus, in dies ſuperſedendū fore, ob tales fidantias de directo, & tamen obſ. dicit nō habere locū fidantiā de directo in debito manifeſto. Quare eſt aduertēdū pro eruditione nouorū practicantium, quod prædicta ſuper ſedimenta non proceſſerūt, nec potuiſſent procedere à ſola allegatione & pręſtatione fidantię de directo, ſed à propoſitione & allegatione iuſtarū exceptionū, quarū excuſsione durante, per dictā obſ. ex viſceribus iuris elicitā, diſponitur ſuper ſedendum eſſe donec durat diſcuſio, examinatio, & deciſio dictarū exceptionū: & ſic vis & efficatia obtinendi tale ſuper ſedimentum, inhibitionē, ſeu iurisfirmam aliàs fidātiā de directo (retento nomine à firmando) non emanat à ſola fidātia de directo, que per reū offertur, et preſtatur, ſed à propoſitione exceptionū, quę vt dixi etiā in vim iuris admitti debent, quātūcunq; leges particulares diſponant, quod inſtrumenta ſint mandāda executioni, & quod ſint guarentigiata ſicut ipſa ſententia, vt ſupra dixi latè. Ratio autē quare ſola fidantia de directo nō ſufficiat ad hoc vt reſtituantur pignora capta per iudicē debitori pignorato, ſed potius penes iudicem pignorantē detineātur, quod procedit etiā ſi exceptiones legitimę cum fidātia allegatę ſint, (excepta exceptione falſitatis) licet obſeruantia dicat hoc ex eo eſſe, quia indebito manifeſto nō habet locū fidātia de directo: huius tamē ratio iam à iure cōſiderata ea eſſe
45 videtur, † quā aſsignat Paul. Caſtr. in l. ſi fideiuſſor. §. fin. n. 5. ff. qui ſatisdare cogantur, vbi dicit, quod quādo ſequeſtrū fit propter litē agitandā, tunc tollitur ſequeſtrū quotieſcūq; ſati datur, tamen quādo fit ſequeſtrū, vel appręhenſio rerū, ad finē vt debitor ſoluat & ſic pro executione inſtrumenti, vel ſententię, nō reuocabitur niſi ſoluat, quia ſecundū eū illud requiritur ad reuocandū, & tollendū impedimētum, quod requirebatur ab initio, ad impediendū ne illud fieret per l. ſi pecuniæ §. fin. ff. vt in poſſ. legat, vel fideicom. vbi ſecundum tex. & doctrinā Bart. ibi tunc receditur à facto iudicis quando fit illud, quod ſi ab initio factū fuiſſet. Iudex non feciſſet: vnde ſi miſsio in poſſeſsionem eſt facta quia non ſoluitur, nō recedetur à poſſeſsione, niſi ſoluatur. Soluto autem recedetur, ſi miſsio eſt facta quia nō ſatisdatur ſtatim cū ſatisdatur recedetur. Si miſsio eſt facta vel quid aliud, quia eſt cōtumax quis in nō veniēdo, ſtatim cū venit, receditur, quod eſt ad multa notandum. Vnde quando quis eſt condemnatus per ſententiam iudicis † ad ſoluendum aliquid,
46 tunc ad impediendum pignorationem, & executionem inde procedentem, non admittetur reus ſatisdando, ſeu dando (vt nos dicimus) fidantiā de directo, ex eo quia per talem ſatisdationem, ſeu fidantiam, condemnatus

adſoluendum , non cenſetur ſoluere,
& ſic nec ſatisfacere cauſæ ob quam
proceditur ad pignorationem ſuorũ
bonorum, & idem quando procedi-
tur ad pignorationem bonorum de-
bitoris in vim inſtrumenti habentis
47 executionem † paratam,non erit ad-
mittendus ipſe debitor ſi ſatiſdare ve
lit, & per ſatiſdationem impedire pro
ceſſum, & progreſſum talis pignora-
tionis,vt dixit expreſſe Caſtr.vbiſup.

Huius ratio eſt, quia etiã hoc caſu
agitur de ſententia legis tribuentis
executionem paratam inſtrumento,
& in vim illius fiunt pignorationes,
vt debitor ſoluat,&ſic cum per talem
ſatiſdationem , & fidantiam non ſol-
uat , non erit admittendus. cum non
ſatisfaciat cauſæ propter quam pig-
norationes fiunt: pro quibus facit op
time,l.4.§. ſi ex conuentione.ff. de re
iudi. † vbi Vlpianus agendo de execu
48 tione ſententiæ dicit : *Sed etſi pignora*
accepta ſint. vel fideiuſſores in rem iu-
dicatam , conſequens erit dicere non
ceſſare executionem , quippe cum ac-
ceſſerit aliquid rei iudicatæ non eſt à
re iudicata receſſum, ex quibus omni-
bus liquet,pignora non eſſe reſtituen
da debitori pignorato , & executato,
quantũcunque ſatiſdet, & in hoc cõ-
ſiſtit ratio fundamentalis omniũ foro
rum dicentium,quod in caſu manife-
ſto non habet locũ fidantia, ſeu iuris-
firma , iuſtè cenſendo , quod vbi res
eſt manifeſta,ſatiſdatio quę pręſtatur
ad ſecuritatem non debet recipi,cum
per eam non cõſulatur, nec ſatisfiat
cauſæ, quæ ad executionem trahitur,
in vim caſus manifeſti : vti declarant
DD. ſupra dicti in locis allegatis. Et
hoc voluit noſtra obſ. quod in ipſo in
terim, quo exceptiones per reum pig
noratum allegantur,diſcutiuntur , &
probantur, pignus ipſum debeat re-
manere penes curiam , non obſtante
quod reus firmauerit de directo , &
ego addo,etiã non obſtante,quod ex
ceptiones ſimul cum firma proponã-
tur , nam ſemper pignus remanebit
penes curiam,quod apud Gallos, dici
tur (guarnire curiam in ipſo interim,
vt tradit Rebuf.de liter. oblig. art.1.
gloſ.13.dicens illud verbum guarnire
ſignificare permanſionem pignorum
penes ipſam curiam.)

Sed licet hoc in d. obſ. pro regula
tradatur,nihilominus tamen in exce-
ptione falſitatis propoſita contra ip-
ſum inſtrumentum † ſpecialiter,& in
49 priuilegium , & prerrogatiuam illius
diſpoſitum extat , quod durante diſ-
cuſsione , & examine talis exceptio-
nis. pignora ipſa ad capleutã ſub fi-
deiuſſoribus, ſeu potius cuſtodibus cu
rię(qui in Regno cableuatores appel
lantur)relinquantur. & reſtituantur,
ſub obligatione, & ſecuritate talium
capleuatorũ , ita obſ. de foro , & vſu
Regni de fideiuſſõ , *veruntamẽ ſi char*
ta illa de falſo redarguatur , quia infra
annum,& diem aduerari debet ſecũdum
forum , iudex dabit pignora capta ad
capleuandum , durante adueratione,
& facta adueratione ceſſabit capleta,
& reſtituentur pignora curiæ iudicis
50 *pignorantis*, hęc illa obſ. cuius ratio†
eſt quia eo ipſo quo proponuntur ſpe
cies falſitatis,& aduerantur medio iu
ramento,ſecundum forũ, por quanto
de fid.inſtrum. remanet probata falſi
tas inſtrumenti, ſaltem pręſumptiuè,
& remanet inſtrumentum offuſcatũ,
& ſine fide quouſq. fuerit aduetatum
per aliã partẽ,iuxta forũ,& de conſue
tudine in hoc noſtro caſu nõ aduera-
tur falſitas cũ iuramẽto,ſed ſufficit eã
proponere ad efectũ de quo agitur tã
tum. Ex his aſſumpta eſt praxis
communis , quod in omnibus iſtis
firmis(quas volanderas vocamus)pro
51 ponũtur exceptiones falſitatis † cõtra
inſtru-

inſtrumenta, quorum virtute manda
tur procedi ad pignorationem, ſeu
executionem bonorum ipſius firman
tis: nam licet ſine propoſitione huius
exceptionis falſitatis, per propoſitio-
nem, & allegationem quarumcunq.
aliarum exceptionum; iudex ipſe pig-
norans, in ipſo interim quo ipſe debi
tor. Illas allegat, proponit, proſequi-
tur, & probat, teneretur ſuperſedere
in talium pignorum venditione, cum
tamen in ipſo interim pignora remã-
ſiſſent eſſent penes curiam, ad effectum
tamẽvt debitor ipſe pignoratus frua-
tur beneficio, & commoditate retinẽ
di ipſa bona pignorata, aſſecurando
per bonos & ſufficientes cableuato-
res: inoleuit conſuetudo, quod propo
natur dicta exceptio falſitatis, quia
alias ſine hac exceptione falſitatis il-
la verba infirmis ſolita apponi, *& ſi
quæ pignora permiſſorum occaſione fa-
cta ſunt illa firmanti reſtituatis, ſeu ad
cabletam detis*, male & perperam
ponerentur, & iudex prouidens, ta-
lem firmam contra dictam obſeruan
tiam expreſſam illud, prouideret, &
mandaret, & ſic poſſet de cõtra foro,
& iniuſtitia conueniri, & acuſari: &
hęc eſt vera intelligentia dictarum
obſeruantiarum, & iſtarũ iurisfirma-
rum quas bolanderas dicimus. Et ſi
forſan aliquando in aliquibus iurisfir
mis quę ad caſum ſpecialiter prouide
tur, illa eadẽ verba aponãtur, licet in-
ſtrumenta ipſa non impugnentur de
falſo, ita quod domini iudices, & Lo-
52. cutenẽtes † ob hanc conſuetudinẽ ex
cuſari poſſent à contraforo, & iniuſti
tia: nihilominus tamen reuera fuit &
eſt erroneũ apponere illa verba, vbi
exceptio falſitatis non apponitur, nec
allegatur, quẽ errorẽ puto emergiſſe,
ex pura ignorantia notitię vocabulo-
rum, & applicationis terminorum vul
gariũ noſtri Regni, ad veros & pro-
pios terminos iuris cõmunis, à quibus
proceſſerunt, & emanarũt omnes iſtæ
decisiones Regni. Ex ſuperioribus ſub
infertur male noſtris temporibus ob-
ſeruatũ, quod vbi in limine pignora-
tionis præſentabatur quęlibet iuriſ-
firma, inhibitio erat ſeruanda, ita &
taliter quod per executorẽ non pote-
rat procedi ad captionẽ pignorũ, &
q; ſi procedebat officialis, poterat ac-
cuſari defractione inhibitionis, hoc
enim totũ erat cõtra obſeruantiã ſu-
pradictam vſus Regni, quę diſponit
quod nec per ſatisdationẽ, ſeu firmã
de directo, imo nec per allegationẽ ex
ceptionũ impediatur talis captio pig-
norũ, ſed quod talia pignora debeant
remanere penes curiã, donec tales ex-
ceptiones legitimę probentur abſq.
20 beatur † alijs ne eum impediant quo minus poſſeſsionem alicuius rei accipiat, etiã in vim alicuius inſtrumenti, quia hoc non eſt excipere, & petere declarationem ſuper aliqua exceptione, & ſe defendere, ſed velle agere, & vulnerare, & licet ſuper poſſeſsione iam obtenta, & quam quis habet, ſi timeat ſe ſuper ea turbari, poſsit obtinere hanc inhibitionem, & manutenentiam vt in §. retinendæ de interdictis vbi Io. Faber. & ſuo loco dicemus, quia illud eſt iudicium rei, quod de retinenda poſſeſsione dicitur: tamẽ ad conſequẽdam poſſeſsionem ſi daretur ſimilis firma, daretur actori & eſſet illud dare, non autem conſeruare, & tueri poſſeſsionem, de quo eſt elegans tex. in l. pen §. ſpecies ff. de acq. poſ. *ſpecies* (inquit) *inducendi in poſſeſsionem alicuius rei eſt prohibere vim fieri ingredienti, ſtatim enim cedere aduerſarium, & vacuam relinquere poſſeſsionem iubet prætor quod multo plus eſt quam reſtituere.* Hæc ille tex. Ex quo apparet quod concedere hanc inhibitionẽ nihil aliud eſſet quam poſſeſsionem dare, quod per firmas fieri non poteſt, cum illæ ſolũ
21. defendant, † tueantur, & protegant reos, non vero dent, nec tribuant ius ſeu poſſeſsionem actori, & ex hoc capite vidi denegari plures inhibitiones, & iurisfirmas de quo atteſtor. Et fidem facio, quas tanquam vulgares & nullius difficultatis non refero.

Alia ſubſequitur etiam notabilis conſequentia ex ſuperius dictis, ſuppoſito quod in his iurisfirmis ſolum deducuntur exceptiones: vt ſupra diximus. Videlicet ea quę naſcitur ex vna differentia & maxima, quæ reperitur inter actionem & exceptionem. Tu ſcis quod licet actio tollatur præſcriptione, vel præfixione termini per ſtatutum, non tamen tollitur ius excipiendi, & ſic alias dici ſolet quod temporalia ad agendum ſunt perpetua † ad exceptionem l. pure §.
22 vltimo ff. de exceptione doli. gloſ. in c. ſi autem de reſcriptis ea ratione quia in poteſtate rei non eſt excipere contra actionem non productam, ſecus in poteſtate actoris d. §. fin. his cõſonat illa concluſio quod licet accuſatio de adulterio quinquennio finiatur l. mariti §. pręterea cum duobus ſequentibus ff. de adulter. l. adulter. C. eod. fallit hoc tamen quando adulterium deduceretur per viam exceptionis, puta quia mulier mortuo marito repeteret dotem: & contra talem repetitionem opponitur exceptio adulterij per heredes, nam poterunt: & talis exceptio erit perpetua Bald. in l. cum mulier col. 4. q. 13. ff. ſol. matr. cõtra Bart. in l. miles §. ſocer. ff. de adulter. qui communiter reprehenditur ſecundum Alex. in d. l. cum mulier num. 18. verbo vlta ea quę hic tetigit Bart. & per Bald. in tract. de præſcrip. in 4. p. 4. partis prin. 2. q. nu. 9. in 7. limitatione licet vere neq. Bald. neq. Bart. id. expreſſe dicant ſed tantum quod maritus, & heres ſi repellantur ab acuſando, non repellentur ab excipiendo quod tamen videtur in idem cadere.

Quod tamen intelligi debet in exceptione quæ non deſcendit à iure agendi, ſed ab alia equitate, hoc eſt quæ non competit ſolum quia agere poſſum, licet naſcatur ſimul ex eodẽ facto

facto cum actione, & ſic in exceptione propria quæ ſapit meram defenſionem, hæc enim perpetua ſemper eſt, licet actio fuerit extincta, & ſic
23 quandocunque tu egeris, potero excipere. Secus tamen eſt, † quando ius excipiendi, & ſic exceptio naſcitur ex iure agendi, hoc eſt quando competit exceptio, ex eo ſolum quod compe tit ius agendi, & ſic reſpicit actionẽ, & non eſt propria exceptio, nam tunc ſublata actione tollitur etiã exceptio. l. Papinianus §. ſi filius, ff. de inoffi. teſtamento, vbi ius excipiendi, quod habet filius poſsidens per querellam contra teſtamentum patris, & heredẽ ſcriptum, ſublata actione quærellandi per lapſum quinquenij per l. cõtra maiores. C. de inofficioſ. teſtamento, ſimiliter erit ſublatũ, licet Decius teneat contra. quia ideo poteſt filius poſsidens excipere per querellam, quia poſſet agere per querellam ſi non poſsideret, & ſic excipit, quia poteſt agere: ita in c. ſi autẽ de reſcript. poſſum excipere contra ſecundum reſcriptum, non faciens mentionem de primo, ex eo ſolum quia poſſum agere vigore primi. Si ergo ius agẽdi ex primo reſcripto eſt ſublatum per meam negligentiam, & dolum non vtendo infra annum iuxta c. plerumque de reſcriptis, in conſequentiã tollitur ius excipiendi vt ibi, propter quod dixit Bart. in l. 2. col. 1. ff. de exceptionibus, quod exceptio compen-
24 ſationis præſcribitur † præſcripto debito, & hoc quia eſt in poteſtate tua eã exercere via ordinaria, & ſic ceſſat ratio d. l. pure, & quia exceptio compen
25 ſationis non eſt † propria exceptio, quia qui compenſat dicitur petere. l. amplius non peti. ff. rem ratã haber. & quia ideo talis exceptio competit, quia competit actio ad debitũ, quod debet compenſari, ita tenent Abb. & alij in d. c. ſi autem, quem mirabiliter declarat Decius ibi de reſcript. & Abbatem ſequuntur omnes ibi.

26 In vim iſtorum vbi ſtatutum † prohiberet poſt certum tempus agi de nullitate ſententiæ, tunc non prohibebitur quis excipere, vt per multa tenet Alb. Brun. verb. nullitas col. 3. de conſtit. & decret. poſt Alex. conſ. 82. col. 3. volu. 3. & ſequitur allegando plures Rote deciſiones Contardus in l. vnica. limit. 7. num 68. C. ſi de moment. poſſ. quia exceptio perpetua eſt licet actio temporalis, quod tamen limitat ſex modis Felin. in d. c. ſi autem de reſcriptis Contard. nu. 67. In omnibus igitur caſibus in quibus exceptio durat, licet actio ſit ſublata, & in quibus quis agere non poſſet, poterit reus poſsidens, & ſeu excipiendo adire iudicem pro obtinenda ſupra dicta declaratione, ſeu iurisfirma; non obſtãte quod. actio fuerit præſcripta, vt ſic iudicatum vidi in ingreſſu meo ad officiũ Locũten. Iuſt. Arag. facit in ſimili Portol. verb. apprehẽſo. 2. n. 76

Ex ſuperioribus ſatis reſultat iuris firmarum origo, & natura, & per cõſequẽs, inde facile colligi poſſet illarum diffinitio, ſeu deſcriptio, cum nihil aliud videatur firma † quam quędam aſſecuratio, & fidantia de ſtando & parendo iuri, & iudicato ſoluendo, per quam iudicium firmatur, ſeu aſſecuratur, nomine inde aſſũpto ab ethymologia vocabuli, vt de poſſeſsione tradũt DD. & gloſ. in l. 1. ff. de acquir.
27 poſſ. Sed quia aliquando firmatur † excipiendo ſuper grauaminibus iam illatis, aliquando vero firmatur excipiendo ſuper grauaminibus non dum illatis, ſed quæ timẽtur inferri, aliquã do vero ſuper poſſeſsione, ideo oportet (licet breui manu) ſecundum naturam ac ſubſtantiam harum inhibitionum, ac id quod communiter accide-

re

5 *In firma grauaminum factorum, ea omnia de nouo deduci poſſunt, quæ coram iudice a quo deducere quiſque tenebatur, & non deduxit.*

6 *Tempora foralia in electione iuris firmæ non poſſunt prorogari, niſi facto iudicis aut notarij.*

7 *Actus factus non ſeruata fori forma nullus eſt, etiamſi forus actum non annullet.*

8 *Firmans, an teneatur cũ literis teſtimonialibus repræſentationis fide factis iudici a quo publicare in electione iurisfirmæ, diſcutitur, & ibi praxis traditur.*

9 *Verba ambigua, in dubio interpretanda ſunt, vt euitetur deſertio.*

10 *Appellationẽ non fore deſertam, in dubio iudex pronuntiare debet.*

11 *Firmans in proceſſu ſummario ſi petat, non fore per iudicẽ a quo ſufficienter reſponſum, cũ tñ eſſet, & interim tẽpus 20. dierũ labitur, in deſertionẽ cauſæ incurrit, m. 12*

13 *Impeditus facto notarij, quotidie tenetur proteſtari. Secus vero ſi facto iudicis, nã tũc vna pteſtatio ſufficit, vt n. 14. niſi nouus iudex ſubſtituatur, nã tũc iterũ debet moneri, vt nu. 15.*

Cap. 3. §. I.

1 IVRIS firmarum ſpecies multæ ſunt, nam aliæ dicuntur † grauaminum fiendorum, quia tendũt ad impediẽdum ne grauamina fiant, & harum vnæ ſunt poſſeſſoriæ, quia ad tuendam poſſeſſionem ſunt, quæ non ſolũ per Iuſtitiã Aragonũ, & eius Locumtenentes prouidentur, ſed etiam per quemcunque iudicem ordinarium in ſuo diſtrictu, per forum, literas inhibitorias tit. de litibus abreui. obſ. itẽ notã de fideiuſſoribus, & hæc diriguntur contra perſonas priuatas, de quibus late dicetur in c. 7. Aliæ ſunt iurisfirmæ etiam grauaminum futurorum, ad impediendas executiones iudicum, quas ſola curia Iuſtitiæ Arag. concedere poteſt, vt in foro, de voluntad de la corte, tit. de offic. Iuſtitiæ Aragonum, & iſtarum aliæ ſunt caſuales, quia ad caſum aliquẽ emanãt, quarũ aliæ priuilegiatæ, quia executionẽ priuilegiatã, veluti cenſualis impediunt, aliæ cũ ſi quas cauſas, quia tantũ impediũt executionẽ paratam, vt ſimplicis obligationis. Aliæ vero cõmunes, quas volanderas vocamus, quæ ſolum impediunt executionem paratã, & ad caſũ ſpecialẽ nõ ſunt, & iſtæ dirigũtur cõtra iudices, et executores & nõ cõtra priuatas perſonas: vt in foro multoties de firmis iuris licet poſſint etiã præſẽtari priuatis perſonis vt in d. for. de quibus in c. 4. latius agetur.
2 Aliæ ſũt iurisfirmæ grauaminũ † factorũ, de quibus in pñti agẽdũ eſt, quæ vt diximus nihil aliud ſunt, quã quidã recurſus ad ſolũ Iuſt. Arag. & eius Locũtenentes, habitus in vim fidãtiæ, & ſatiſdationis corã eis præſtitæ de ſtãdo & parẽdo iuri, & de iudicato ſoluẽdo, & licet ad eoſdem poſſit appellari, tñ quia in hoc recurſu electionis iurisfir. graua-

grauaminum factorum, licet non alle
gata coram iudice à quo allegare, &
probare, quod in appellatione non li-
cet, ideo frequentius practicatur iſte
recurſus.
Modus autem † procedendi ſuper
3 hoc recurſu eſt, quia ſi cauſa fuerit an
tiqua dependens à contractu, & obli-
gatione orta ante annum 1461. Et ſic
ante foros Calataiubi, & à ſententia
data ſuper tali cauſa fuerit facta ele-
ctio iurisfirmę grauaminum factorũ,
in tali electione procedetur ſecundũ
forum quotieſcumque de firmis iuris.
Si vero cauſa fuerit noua, poſt dictos
foros, procedetur iuxta forum Cala-
taiubi querientes.
Et in primis electio iurisfirmæ, tã
in cauſis nouis, quam antiquis ſicut
4 & appellatio, debet fieri intra decem
dies computandos à die ſententiæ, ſi
partes fuerint præſentes for. 1. de exe-
cut. rei iudi. ſin autem à die intima-
tionis eis factæ, & facta electione iu-
risfirmę intra viginti dies computan-
dos à die electionis, debet pars ſe re-
præſentare coram Iuſtitia Aragonũ
cum inſtrumentis publicis ſententiæ,
& electionis iurisfirmę, & præſentatio
nis illius ſi fuerit præſentata, vel cum
copia totius proceſſus, & obtinere li-
teras, à curia Iuſtitiæ Aragonum te-
ſtimoniales, de ſua repræſentatione,
& eas præſentare coram iudice à quo,
& facere inſeri in proceſſu, & totum
hoc intra dictos viginti dies, vt in fo
ro querientes decidamente, de firmis
iuris, & poſtea infra ſexaginta dies
computãdos ab electione, tenetur de
ducere & probare omnia grauamina,
& nullitates ſemel aut pluries in fir-
ma, vel in cedulis, dum modo in eis
firmet de ſtando & parendo iuri, &
ad hunc effectum poteſt de nouo de-
ducere & probare ea omnia, quæ co-
5 ram iudice à quo potuit † deducere,
& non deduxit: verum ſi ea deduxiſ-
ſet coram iudice à quo, & non pro-
baſſet amplius hic deducere non po-
terit, à quo tempore, & ſeu à publica-
tione firmantis, currunt quadraginta
dies ad contradicendum, probandũ,
& publicandum, & ab hac publicatio
ne, currunt firmanti alij viginti dies,
ad recontradicendum probãdum, &
publicandum, & ab hac alia publica-
tione, currunt alij viginti dies alteri
parti ſimiliter ad recontradicendum,
probandum, & publicandum, & hæc
vltima publicatio habetur pro renun
tiatione & concluſione cauſę, & inci-
pit eſſe in ſententia proceſſus, pronun
tiandus ſecundum tempora foraliã.
6 Et iſti termini † non poſſunt proro-
gari niſi facto iudicis aut notarij acti
tantis proceſſum, & ſunt ita præciſi
iſti termini dati à lege, quòd ſi tranſ-
grediãtur, vel ommitantur inducent
nullitatem, quia hic forus inducit for-
mam actui faciendo, & dato quod
non procedat annullando, tamen
7 † actus factus, non ſeruata hac forma
eſt nullus, Oſaſcus deciſione 165. vbi
late & 172. & 174. in tantum quod
ſi dictam electionem, & repræſenta-
tionem non fecerit, intra dictum tem
pus erit deſerta electio, & tranſibit
in rem iudicatam ſententia, quod ſi
electionem fecerit, & repræſentatio-
nem, non autem fuerit eam proſequu-
tus intra dictos ſexaginta dies, tunc
Locumtenens Iuſtitiæ Aragonum re
jiciet iurisfirmam, tollendo inhibitio
nem, quod ſi eam fuerit proſequutus,
tunc ſecundum merita iuſtitię repel-
let, vel admittet firmã. Circa ſuperio-
ra, vidi de pluribus dubitari. Et pri-
mo quid ſi faciẽs electionẽ iurisfirmę
ſe repræſentauerit infra viginti dies,
& fecerit fidem per literas teſtimo-
niales iudici à quo de dicta repræ-
8 ſentatione, † an teneatur publi-
care

care in cauſa electionis iurisfirmę cũ inſtrumento repreſentationis, hoc eſt cum literis teſtimonialibus, & fuit multories declaratum ſufficere ſi ſe repreſentet intra viginti dies, & quod intra eoſdem faciat fidẽ iudici à quo de dicta repreſentatione, & hoc maxime quando ſe repreſentauit cum tota copia proceſſus, quia ſufficiet in ſertiſſe literas teſtimoniales in proceſſu originali iudicis à quo, dum modo de eo conſtet iudici ad quem ſi à parte contraria petatur, ſaltem poſt publicationẽ, ſeu in quacunque parte litis, quorum ratio eſt, quia ſi ſe repreſentauit cum copia proceſſus, & adduxit illum ante fidem factam iudici à quo de repręſentatione, & cum illa copia publicatur, quo modo poterunt in ea publicari dicta fides, & literæ teſtimoniales niſi de nouo adducantur, ad quod forus neminem obligat, vide in proceſſu Hieronymi Lambea ſuper iurisfirma, anno 1595. & in proceſſu Io. Saluatoris Perez, ſuper iurisfirma, dicto anno 1595. & in proceſſu iuratorum de Cerberuela, ſuper iurisfirma, die 9. Octobris. 1598. & in proceſſu maiordomorum de los parcheros ſuper iurisfirma, anno 1595. vel 1596.

Verum tamen eſt quod literę teſtimoniales debent pręſentari coram iudice à quo in iudicio, nam ſi extra iudicium non valebit, etiam intra viginti dies, & erit cauſa deſerta, ſic fuit pronuntiatum in proceſſu Anthonij Muñoz, ſuper iurisfirma factorum anno 1595. o 1594.

21 Et ſi electio iurisfirmę fiat in cauſa ſummaria, iuxta forũ final. de appellationibus, loco literarum teſtimonialium conceditur cartellum firmatũ manu notarij iudicis ad quem, quod per virgarium curię intimatur iudici à quo, & poſtea virgarius facit relationẽ de intimatione infra viginti dies, quæ relatio ſi ommiſſa fuerit per virgariũ cauſa erit deſerta, vide in proceſſu Petri Lucas Alexandre, ſuper iurisfirma grauaminum, die 9. Maij, 1601.

Et ſi dictum cartellum non fuerit firmatum, cauſa ſimiliter erit deſerta, vide in proceſſu Gaſparis Segura, ſuper iurisfirma, die 13. aut 14. Februarij. 1602. totum hoc fundatur in forma quam fori pręſcribunt in his ritibus.

Vidi inſuper dubitari quid ſi quis poſt quã fecit electionem iurisfirmæ obtineat compulſam, per quam compellatur notarius, vt facienti electionem iurisfirmæ ad finem ſe plenius repreſentandi tradat inſtrumenta electionis iurisfirmę, à tali & tali grauamine, numerando grauamina: & poſtea dicat cum inſertione talis, & talis ſententiæ, dubitabatur, an per illa verba eſſet compulſata ſententia originaliter, & inſtrumentaliter, an ſolũ ſit viſus petere inſertionem narratiuam ſententię: effectus eſt maximus nam in primo caſu ſi mille annis ſtet per notarium qui non tradat ſententiam, non erit cauſa deſerta, quia ſtat facto notarij; in ſecundo autem caſu ſi intra viginti dies non ſe repręſentet cum ſententia, poſtea non poterit ſe repreſentare, licet millies faciat diligentias contra notarium, cum non fuerit compulſata ſententia: fuit reſolutum in conſilio, quod licet illa verba ſint ambigua, tamen in dubio debent interpretari, vt euitetur deſertio, & ſic conſulatur iuſtitiæ vtriuſq; partis, & per conſequens, quod per illa verba ambigua cenſeatur compulſata ſententia, quia in dubio iudex debet † pronuntiare appellatio-
10 nem non eſſe deſertam, Paulus de Caſtro & ibi Alexand. & Iaſſon. in l. 1. ff. ſi quis cautionibus, Felinus in capite ſignificauerunt de teſtibus

* teſtibus, vide in proceſſu Dominici Corralet ſuper iurisfirma, die vigeſima ſecunda Aprilis, anno 1597.

Fuit inſuper dubitatum, ſi faciens electionem iurisfirmę à ſententia verbali, & ſummaria lata per iudicem à quo, obtineat compulſam contra eũ, vt faciat relationem de geſtis in dicta cauſa, & iudex fecerit relationem, fir-
11 mans autem petat non fore ſufficienter relatum, & interim † labantur viginti dies ad ſe repreſentandum: an cauſa ſit deſerta? videbatur quod nõ, quia iudex à quo debebat ſufficiẽtius referre, & iudex ad quem pronunciare teneri, vel non teneri, tamen fuit pronuntiatũ de conſilio cauſam fore deſertã, attento quod non releuabant allegata per firmantem, quia iudex à quo ſufficientem fecerat relationem, alias eſſet in manu firmantis † allega-
12 re quid ſimile ad prorrogandam cauſam, vide in proceſſu iuratorũ de Ba-
* guena ſuper iurisfirma, die 26. Aprilis anno 1597.

Dubitatur quid ſi notarius Regię Audiẽtię et iudicis à quo cõpulſatus, vt extrahat copiam proceſſus, non faciat fidem de poteſtate notarij principalis, quando petit tẽpus coram Iuſtitia Aragonum ad extrahendam copiã proceſſus, pro vt facere tenetur, per for. ſecũdum de edendo: ſit ne ex hoc cauſa deſerta? Et fuit pronuntiatum, quod ſic, ſi hoc euenit ante debitã repręſentationem, alias, ſi id contingat poſt repręſentationem foralem debet reijci firma, tollendo inhibitionem, vide in proceſſu Nicolai de Scoriguela,
* ſuper iurisfirma, die 19. Nouembris.
* 1597. aduerte quia ſunt duo proceſſus, & in proceſſu Bernardi Comes, ſuper iurisfirma menſe Auguſti. 603.
* Verum hoc debet intelligi in notarijs regentibus Regiæ Audientiæ, qui petunt tempus in curia Iuſt. Arago. Secus autem in regentibus notarijs curiæ dñi Iuſt. Aragon, vel curię Zalmetinæ, qui ſine mandato notarij principalis, abſque eo quod faciant fidem de eo in regia Audientia, ſupplicant tempus ad extrahendum copiã proceſſus cõpulſati, & ex hoc capite nec fit deſerta firma, nec reijcitur. ratio eſt, quia iſti notarij ſunt habiti & reputati pro notariis principalibus, & teſtificantur acta in curijs ſuis, ſicut notarij principales, quod ſecus eſt in
* regentibus Reg. Aud. ſic fuit iudicatum, & deliberatum in proceſſu Petri Moreno, ſuper iurisfirma, menſę Septembr. 1604. licet non fuerit pronunciata ſentẽtia, quia ex alio capite fuit repulſa firma, ſcilicet quia mandatũ fuit factum vni regenti Zalmetinatus, vt copiã extraheret, & alter regẽs cõparauit & petiuit tempus, nec conſtitit quod fuiſſet notarius regẽs, quo tẽpore de medio ſublato reſultabat, quod publicatio non fuerat facta intra tempus, & ſic fuit repulſa firma. Secundũ ſuperiora, tradita. n. 11. et 12. & Mol. in ver. impedimẽtũ. impedito
13 facto notarij, vel iudicis à quo ſi proteſtetur † quotidie, nõ fit preiudiciũ, nec currit tẽpus ad proſequendã cauſam, ſecus ſi eſſet impeditus facto iudicis coram quo litigat, vt quia peto non fore ſufficienter declaratũ, reſpõſum,
14 & exhibitũ, tunc vnica proteſtatio ſufficit † nec opus eſt quotidie proteſtari, quia iam feci quod in me eſt, & iudex eſt cauſa impedimenti, & ſic quotidie practicatur (per forũ quęrientes, tit. de firmis iuris.) Sed videamus ſi iſte iudex ad quem recedit & alius in
15 trat in officio, debeo ne iterũ eũ requirere vt declaret, vel ſufficiet prima ꝓteſtatio, dic ꝙ debet iterũ moneri, & fieri proteſtatio, alias curret firmãti tẽpus ad omnia, & poterit ex hoc capite fieri cauſa deſerta ex allegatis per Frãc. in c. ex ratione col. 10. in princ. de appell. alias num. 46. ſic fuit pronuntia-

nuntiatum in proceſſu Marię de Arrego, ſuper electione iurisfirmæ die 14. Februari anno 16 1. & fuit cauſa deſerta ex hoc capite.

SVMMA EORVM, QVÆ in hoc §. 2. continentur.

1. *Electio iurisfirmæ fit ab omnibus actibus iudicialibus, & extra iudicialibus, item & a ſententia delegati dati de conſenſu partium ad cognoſcendum de hypotecis, & creditis bonorum confiſcatorum, vt num. 2.*

3 *Electio iurisfirmæ non habet locum a ſententia diputatorum circa fraudes generalitatum, & num. 7. & de ratione num. 8.*

4 *Clauſula, ſaluo derecho de retractacion, quid ſignificet explanatur, & n. 5.*

6 *Clauſula ſaluo derecho, &c. appoſita in ſtatutis poſt illa verba, quod fiat non obſtante appellaitone, firma, inhibitione, &c. quid operetur accurate explicatur.*

9 *Clauſula, ſaluo derecho, &c in cauſis generalitatũ, quæ nõ ſunt fraudũ operatur recurſum deuolutiuum tantũ.*

10 *Recurſu denegato, non cenſetur denegatus recurſus qui competit ratione nullitatis.*

11 *Electio iurisfirmæ proſequibilis eſt, quamuis procurator faciens electionẽ, nor firmauerit ſubſcribẽdo ſe in firma cõmuni, quam obtulit ad proſequenda grauamina.*

13 *Solemnitas minus ſolemniter adhibita, vbi neceſſaria non eſt, non nocet, & ibi traditur intellectus fori Querientes de firmis iuris.*

§. 2.

A QVIBVS fiat electio iurisfirmę regula eſt, ꝙ ſicut ab omni cauſa appellatur, & ab omnibus grauaminibus tam iudicialibus, quã extraiudicialibus gloſa in l. qui reſtituere de rei vind. Franc. in rubr. de appella. col. 4. cũ appellatio ſit quædã defenſio, quę nemini eſt deneganda, vt reſoluit Maran. 6. p. verſ. & quandoq; appellatur n. 278. vbi cũ multis ſequentibus limitat hanc regulã: ita eodẽ modo iſte recurſus electionis iurisfirmę, fit † ab omnibus acti-
1 bus iudicialibus, & extra iudicialibus quia in omni caſu, in quo datur appellatio. datur iurisfirma, ſola hæc datur differentia, quia quando fit electio iurisfirmę, à ſententia & actu iudiciali, debet ſe repreſentare ſaltem cum ſententia, & inſtrumẽtõ electionis vt diximus, ſi autẽ fit ab actu extraiudiciali ſufficit ſe repreſentare cũ inſtrumẽto electionis iurisfirmę intra tẽpus fori, & poſtea debet peti cõpulſa contra notariũ, vt tradat inſtrumẽta actuũ, à quibus fit electio firmę, ad finẽ proſequẽdi grauamina, pro vti ſic fuit facta electio iurisfirmę per quoſdã infãtiones, à certis ſtatutis factis per iuratos villę de Cariñena, contra dictos infantiones, vide in proceſſu Petri de Epila, & aliorum ſuper iurisfirma

grauaminũ anno.1552. immo & à ſen
2 tentia † delegati dati etiam de con-
ſenſu partium, ad cognoſcendum de
hypotecis creditis bonorum confiſca-
torum, (non vero de ipſa cauſa con-
fiſcationis) poteſt fieri electio iurisfir-
mę ad curiam Iuſtitiæ Aragonum, vi
* de in proceſſu Thome Fort, ſuper iu-
risfirma die 26. Auguſti, anno 1600.
quod nota.

Aliquibus caſibus fallit hæc regu-
la. ſed nec omnes recenſere expedit,
nec notabiles ommittere, ideo limito
ſupra dictam regulam in ſententia
dipputatorum lata circa fraudes ge-
neralitatũ Regni, à qua † non datur
3 recurſus ad ſuperiorem aliquem, nec
deuolutiuus, nec ſuſpenſiuus, ita fuit
pronuntiatum in proceſſu Antonij
* Carreras ſuper electione iurisfirmę
die 8. Martij anno 1595. me exiſtente
Locumtenente, & idem antea fuerat
pronuntiatum in proceſſu fratris Ga-
* ſparis Sangueſſa, ſuper iurisfirma an-
no 1536. & id fuit habitum pro con-
ſtanti in motiuis T. Bardaxi Locum-
tenentis, & aliorum in proceſſu Mi-
* chaelis de la Era, nec non Sebaſtiani
de Arbas, ſuper iurisfirma anno 1555.
quorum motiua nimium erudita &
elegantia hic referre decreui ad intel-
ligentiã clauſulæ *Saluo drecho de re-
traction,* † quæ appoſita reperitur in
4 quam plurimis foris, vt in foro 1. de
arbitris, & ſimilibus, & in tribus acti
bus curię qui de generalitatibus Reg
ni loquentes tollunt omnẽ recurſum,
appoſita poſt clauſula *ſaluo drecho de
retractacion,* quę clauſula meis tempo
ribus turbauit ingenia Locũtenentiũ
& ideo apponuntur hic motiua illo-
rum Locumtenentium, pręſtita tunc
die prima Februarij, anno 1555. vbi di-
cunt quod dicta clauſula eſt, & ſua
5 verba † ſunt conſeruatiba remedio-
rum aliàs competentium ad retractã-
dum actum, non autem noui remedij
inductiua, ea enim eſt natura clauſulę
reſeruatiuæ, vnde ſi dicta verba appo
nãtur ad executionem ſentẽtię, à qua
ex forma ſtatuti non poteſt ad ſupe-
riorem haberi aliquis recurſus, vt in
actu curiæ, de los juezes locales,
tunc ſolum cenſerentur reſeruari re-
media nullitatis, reſtitutionis in inte-
grum, implorato officio nobili quę-
rellę, quia alia conſiderabilia non re-
periuntur introducta de iure, denega
to omni recurſu, niſi facto partium
poſt ſententiam id eueniſſet, & hoc in
eis tantum caſibus, in quibus aliàs cõ
petere poſſunt, ex quo per dicta ver-
ba reſeruatiua nihil de nouo induci-
tur: Et ſic attento caſu quando veni-
ret, talia remedia reſeruata compete-
re non poſſent, vel propter diſpoſitio
nem foralem, vel aliàs veluti attenta
qualitate facti, fori, ſtatuti, &c. Tunc
dicemus dictam clauſulam nihil ope-
raſſe. Nam licet denegato recurſu,
& appellatione ad ſuperiorem, non
cenſatur denegatus recurſus ad ſupe-
riorem, vel eundem iudicem per viã
ſupplicationis, ad retractandam ſentẽ
tiam: verum hoc procedit in caſibus,
in quibus implorato aliàs officio iudi
cis nobili in integrum reſtitutio, ratio
ne qualitatis, perſonę, vel capitis, *ſi
qua mihi iuſta cauſa videbitur, &c.*
ea cauſa probata, eamque ius, & ęqui
tas ſuadeant petita fuerint, aut quan-
do à Principe vel prefecto prętorio,
qui legis cõdendę poteſtatem habẽt,
lata fuerit ſententia, à quibus propter
eorum excellentiam appellare non li
cet, aut etiam impetratis codicillis à
Principe abſoluto legibus, aut eius ab
ſoluta poteſtate vtente id agatur, vt
iterum cauſę tractẽtur, quod raro fit,
quia lites ſuſcitantur ex eo, & de au-
ferendo ius quęſitum ex re iudicata
tractatur, & ideo ſolus Princeps qui
ius

-ius quæſitum auferre poteſt, dicitur eas ſupplicationes admittere, vt cauſę iam deciſę iterum reuideantur, & retractentur, in Regno tamē hæc omnia ceſſare videntur, vbi non datur, nec ſupplicatio, nec in integrū reſtitutio, nec officium nobile, & ſic nō poſſet in Regno, ex ſupra dictis cauſis haberi recurſus ad retractandam ſententiam ſemel latam, quinimo denegato recurſu per viam querellę, poteſt adiri idem iudex ad retractandam ſententiam, implorato officio iudicis nobili, eo caſu quo natura ſentētię nō admittit eam tranſire in rem iudicatam, immo idē iudex ratione nullitatis adiri poteſt, vt iterum ſententiam dicat, tanquam eo caſu non dicatur functus officio ſuo.

Sed circa hanc clauſulā nota quod ſi per ſtatutum dicatur, quod fiat executio non obſtante appellatione, firma, inhibitione, & ſeu omni alio remedio, ex his quæ operantur effectum ſuſpenſiuum, & deuolutiuum, tunc certum eſt quod vtrunque remediū, & ſuſpenſiuum, & deuolutiuum eſt ſublatū, ſed ſi poſt dicta verba, apponatur in ſtatuto iſta clauſula † *ſaluo*
6 *drecho de retractacion*, operatur ſublationem dictorum remediorum, quo ad effectum ſuſpenſiuum, non vero deuolutiuum, vnde non ſuſpendetur executio, ſed per deuolutionem erit recurſus ad ſuperiorem, ad retractandam executionem, nam alias eſſet inpertinens dicta clauſula, & ſic virtute illius, dicta remedia cenſentur reſeruata quoad deuolutiuum tantum effectum, & iſto modo debet intelligi, in toto volumine fororū, vbi poſt ſublationem remediorum operantium effectum deuolutiuum, & ſuſpenſiuū, adiecta reperitur, vt ſi dicatur *fiat executio non obſtante firma, appellatione, &c. Saluo drecho de retractacion*, Bardaxi vbi ſupra verbo quanto fortius.

Et idem quod ſupra dixi circa fraudes, dic † etiam in alijs cauſis, tangē-
7 tibus generalitates Regni, licet non ſint fraudum, vt in proceſſu Franciſci Molinos, nec non Marię dela Fuſtera ſuper iurisfirma anno 1574. & eſt ra-
8 tio † quia actus curiæ, de los juezes locales fol. 74. & actus curiæ, item que en las cauſas fol. 60. generaliter denegant omnem recurſum in omnibus cauſis Regni, tam fraudum, quā alijs, nec obſtat actus curię, item que, &c. fol. 60. & alius actus, que los Diputados, &c. fol. 76. ibi. *Saluo drecho de retractacion*, quia illud intelligitur conditionaliter, Bardaxi vbi ſupra ante verbum, quanto fortius ſi quod competit alias non. Aliter & ſecundo ſoluit hanc difficultatem Bardaxi vbi ſupra, qui tenet quod actus curię, de los juezes locales, ſpecialiter loquitur tantum de fraudibus Regni, in quibus ſecundum eum tollitur omnis recurſus ſuſpenſiuus, & deuolutiuus, per d. actum curię, & quod alij duo actus generales curię loquuntur in alijs cauſis quę non ſunt fraudum, in quibus ſecundum eum tollitur ſuſpenſiuus, & non deuolutibus recurſus, virtute dictę clauſulæ, *Saluo drecho, &c.* Sine
9 qua omnis recurſus cenſeretur ſublatus, vt ſupra: Tu dic quod actus curiæ generaliter loquuntur in omnibus cauſis, ſed de conſuetudine datur deuolutiuus in cauſis quę nō sūt fraudū, tantum, Bardaxi dicit hoc contineri in actibus curiæ, concordamus enim licet per diuerſas vias, & ſic debet ille actus interpretari ſecūdum actum, de los juezes locales, qui eſt magis ſpecialis & derogat alium generalem.

Dicunt igitur, quod de conſuetudine ſolet dari recurſus deuolutiuus tantū in cauſis generalitatum, quę non ſunt

ſraudum, licet in fraudibus ſecus; & hoc mihi placet. Alij dicunt quod illi actus in omnibus dabát recurſum, propter verba illa *Saluo drecho, &c.* per quę dicunt intelligi debere actũ curię de los juezes locales, videtur tamen durum, & quod de conſuetudine ſolum denegatur in fraudibus; mihi magis placent quę ſupra dixi.

Sed dicta in principio, ſcilicet quod illi actus curię denegant recurſum, limitatur in aliquibus caſibus, in quibus datur recurſus, Portol. in verbo deputati, veluti ſi eſt nullitas in ſententia dipputatorũ, nam tunc ſit ele-
10 ctio iurisfirmæ, quia denegato recurſu † non cenſetur denegatus qui fit ratione nullitatis, vt ſupra dixi, (quinimo in dicto caſu non denegatur recurſus ad eundem iudicem, per viam querelę, reſtitutionis in integrum, attenta clauſula *ſaluo drecho de reſtitucion*, ibi poſita, de qua ſupra) veluti quod occupator nõ ſit pars legitima, ſic fuit pronuntiatum per duos Locũtenentes in d. proceſſu Antonij Carreras & (niſi per arrendationem generalitatum hoc fiat, & concedatur ſcilicet, quod arrendator poſsit creare guardas ad occupandum fraudes auri) non erit pars legitima talis guarda, vt in proceſſu Bernat Ferro Biarnenſis cora dipputatis actitato circa an. 1569. Alios caſus in quibus non habetur recurſus, tradit Bardaxi de offi. Iuſt. Arago. q. 5.

Redeundo ad electionem iurisfirmę, iũ ea vidi multum dubitatum & diſcuſſum dubium ſequens, Petrus fecit electionem iurisfirmę, ad curiam Iuſtitiæ Aragonum: & ad finem proſequendi grauamina, obtulit eius procurator iurisfir. cõmunẽ corã Iuſ. Arago. ſed nõ ſe ſubſcripſit in fine illius,
11 iuxta forum de formulis ſublatis: † Erit ne proſequibilis electio iurisfirmę? dixerunt Locumtenentes aliquãdo quod non eſt proſequibilis, quia ſi firma non eſt firmata habetur pro nõ data & ſine firma non ſunt proſequibilia grauamina, vt in foro querientes de firm. iuris vide in proceſſu Io. Artieda ſuper iurisfirma anno 1603. & in proceſſu D. Violantis de Luna ſuper iurisfirma, anno 1603. & Agnetis Recuenco ſuper iurisfirma, 1600. ſeu 1601. vel 1602. ſed cõtrarium fuit iudicatum, in proceſſu Io. de Segura Notarij ſuper iurisfirma 11. Februar. 1591. & ego ſemper ita iudicaui, quia † ſufficit firmare de ſtando & paren-
12 do iuri, & iudicato ſoluendo ad proſequutionem iurisfirmę in aliquo memoriali, abſque eo quod offeratur firma communis ſeu volandera, cum allegatione exceptionũ, immo ſufficit talem fidantiam pręſtare in ipſa firma communi, ſeu volandera, licet ipſa firma nõ ſit firmata per procuratorẽ, iuxta for. de formul. ſublatis. Et eſt ratio quia cum eam iurisfirmam cum allegatione exceptionum (quã cõmunem dicimus) offerre non ſit neceſſe, imo ſufficiat in ſimplici memoriali, talem fidantiam pręſtare, non nocebit nullitas illius firmæ communis ex defectu firmę procuratoris, quia ſolemnitas minus ſolemniter ad-
13 hibita, † vbi neceſſaria non eſt, non nocet, l. vni. C. de rei vxo. actio & ſic ſemper remanet fidantia de iudicato ſoluendo, quod ſolum ſufficit ad proſequutionem huius recurſus electionis iurisfirmę, vt fuit alias per omnes Locumtenẽtes iudicatum in proceſſu Io. Lucæ de Tena ſuper iurisfirma graua. facto die 12. Octob. 1594. quæ deſſumuntur ex d. for querientes, vbi dicit forus quod debent allegari grauamina in iurisfirma, vel in cedula de per ſe, dummodo in ea ad ſit, & detur fidantia de ſtando iuri, &c. Et ſic eſt

eſt electio partis in firma communi, vel cum firma communi allegare & deducere grauamina, vel in cedula de per ſe, dum modo in ea præſtet fidan tiam per fideiuſſorem de ſtãdo, & pa rendo iuri, & hæc eſt vera intelligentia dicti fori quęrientes; licet ex varietate intellectuum rotet aliquando rota.

SVMMA EORVM, QVÆ in hoc Cap. 3. §. 3. continentur.

1 *Differentia quoad appellationem a diffinitiua, inter ius cano. & ciuile, exponitur, & ratio traditur numer. 2.*

3 *Teſtes vtroque iure, ſuper capitulis nouis de, pendentibus a primis, in ſecunda inſtancia examinari poſſunt.*

4 *Iudex electionis iurisfirmæ, non tenetur ex eiſdem actis pronunciare, & num. 8.*

5 *Capitulum diuerſum non cẽſetur illud, quod de neceſsitate facti, & probationis in primo includitur, ſecus ſi de neceſſitate facti tantum, n. 6. & 7.*

9 *Electionem faciens iurisfirmæ, quamuis poſsit de nouo deducere, illud tamen intelligendum eſt ſuper re petita in cauſa principali, non vero ſuper alia, & n. 12.*

10 *Traditur exemplar & deciſsio curiæ ad propoſitum accomodata.*

11 *Sententia, quæ non eſt conformis libello, eſt nulla.*

13 *Actor tenetur iuſtificare libellum, ex cauſa deducta expreſſe, & non ex alia.*

14 *Libellus generalis includẽs intentionem actoris, in qualibet ſpecie generis, ad omnia extenditur, quæ poſtea probantur.*

§. 3.

CIRCA queſtionem qua quæritur quid debeat deduci in electione iurisfirmæ, ſunt pręmittenda aliqua. Et primo quod inter legiſtas, & canoniſtas eſt differentia † circa,
1 hunc paſſum, reſpectu appellationis à diffinitiua, nã de iure ciuili poſſunt in cauſa appellationis allegata & probata coram iudice à quo, iterum allegari & probari coram iudice ad quẽ, & etiã connexa, ſed non extranea, ita vt ſuper eiſdem capitulis. & ſuper nouis dependentibus a primis, non autem ſuper prorſſus exttraneis cauſam nullatenus tangentibus, fieri poſsint probationes, l. eos. C. de appellationibus. l. per hanc. C. de temp. appellationum. Sed de iure canonico allegata coram iudice à quo, non poſſunt iterum allegari coram iudice ad quẽ, nec probari, quinimo nec ſuper capitulis directo contrarijs, vel prorſus extraneis, teſtes examinari poſſunt de iure canonico, de primis duobus eſt ratio

2 ratio, quia ex quo † teſtificata ſunt
dedicita, & publicata, ideo propter
metum ſubornationis id non licet, vt
in clem. fin de teſtibus vbi gloſa hanc
notat differentiam. De tertio caſu eſt
ratio, quia capitulum extraneum, ad
cauſam non contingit, & ſic tanquã
impertinen. admitti non debet, l. ad
probationem. C. de probationibus
Aymon conſ. 5. num. 18. late Roland.
conſil. 34. num. 13. volu. 3. vbi dicuntur
in pertinentia (quando ex eis nullus
effectus ſequi poteſt,) nec articulantẽ
iuuare, ſeu releuare poſſunt, Aymon.
vbi ſupra eleganter Bald. conſil. 143.
verſic. dicta igitur capitula in ſecun-
do: Et maxime ſi notorie nõ poſſunt
ponentẽ iuuare, Imola in l. 4. §. præ
tor. ff. de damno. infecto. Roland.
vbi ſupra cum ſequent. vbi limitant,
concordant igitur hæc duo iura in ca
pitulis nouis dependentibus † a pri-
3 mis, & facientibus ad cauſam in qui-
bus bene poſſunt teſtes examinari,
clem. 2. de teſtibus Bart. in d. l. per
hanc Abb. & Felin. in cap. fraternita-
tis de teſtibus Maranta 6. part. de ap-
pellatione num. 162. Et opinio cano-
niſtarum recepta eſt in hoc Regno,
in electionibus iurisfirmæ grauami-
num factorum, vt in foro querientes,
in primo de firmis iuris, ſecundum
4 quem iudex electionis † iurisfirmæ
non tenetur ex eiſdem actitatis iudi-
care, ſed ex nouiter productis iudica-
re poteſt, allegata tamen coram iudi
ce a quo amplius allegare non licet,
ita Molina & Ferrer, quos, & alia mul
ta refert Portoles in verbo appella-
tio. nu. 82. vbi latius. Iam igitur ſu-
per eiſdem capitulis non licet teſtes
recipere. Sed quia dubitari poteſt quã
do dicantur eadem vel non, ideo ex
Angelo in auth. de teſtibus §. quia ve
ro collatione ſeptima, ſequentes con
cluſiones ſubijciendæ ſunt, nam ſi al-
legata de nouo includuntur, de neceſ
ſitate facti, & de neceſsitate probatio
nis, tunc † capitulum non cenſetur
5 diuerſum, ſed idem. Exemplũ, actor
articulauit quod rem præſcripſiſſe per
decem annos, tunc de neceſsitate fa-
cti; & etiam probationis, titulus inclu
ditur ſub iſto articulo, nam de iure ſi-
ne titulo preſcriptio decennalis non
procedit, l. nullo. C. de rei vindicatio-
ne. l. ſine poſſeſsione de vſu capioni-
bus, teſtis in 1. artic. coram iudice à
quo non depoſuit de titulo, modo in
appellatione vult actor articulare &
probare titulum, certe non poterit
ſecundum Angelum, quia non cenſe-
tur proponere diuerſum factum, ſed
idem, ſed quando comprehenditur
6 de neceſsitate facti non tamen de ne
ceſsitate † probationis; tunc cenſetur
factum diuerſum, & poteſt de nouo
articulari, & probari per teſtes. Exẽ-
plum teſtis depoſuit coram iudice à
quo de mutuo, non tamen de loco &
tempore poterit de nouo articulari lo
cus, & tempus in appellatione, quia
licet de neceſsitate facti includantur
1 tempus & locus, quia nihil fit niſi in
tempore & loco, nõ tamẽ de neceſsi-
tate probationis, quia teſtis poteſt va
lide deponere de mutuo, licet non de
ponat de loco, & tempore, vt l. teſtiũ.
C. eodem, & idem eſt quando illud
quod articulatur, in appellatione nõ
includitur ſub primo de neceſsitate
facti, † nec de neceſsitate probatio-
7 nis. Exemplum in eo qui allegat preſ
criptionem 40. annorum, quæ de ne-
ceſsitate facti, nec probationis, non re
quirit titulum: nam poterit in appel-
latione titulus allegari, & probari per
teſtes Orianus in c. quoniam contra
verbo teſtium depoſitiones num. 62.
de probationibus, Aymon, conſil. 134.
num. 5. dicens quod ſi in effectu illud,
quod ſecundo articulatur erat com-
prehen-

Digitized by Google

prehenſum ſub primo de neceſsitate
facti, & probationis: non cenſetur
nouum factum, etiam ſi quod ſecūdo
preponitur tendat ad declarationem
eius, quod prius fuerat propoſitum,
nam poſt dedicita, & teſtificata, non
poterunt noui teſtes deduci. Exem-
plum, in primo iudicio fuit articula-
tum & probatum per teſtes, quod ca
pitulum cuiuſdā Eccleſię erat in poſ-
ſeſsione conferendi quandam capel-
laniam, in ſecundo iudicio fuit dedu-
ctum quod prouiſsi & collati per di-
ctum capitulum poſſederunt capella-
niam illam, certe non ſunt admitten-
di teſtes, quia ſub primo articulo cō-
prehendebatur, quod prouiſi, & colla
ti poſſederunt, & alias non poteſt con
ſuetudo conferendi, & identitas capel
lanię probari.

Cum his regulis facile erit cognoſ-
cere, an quod allegatur in appellatio-
ne, vel electione iurisfirmę, ſit inclu-
ſum, & comprehenſum in primis ar-
ticulis iudicis à quo, & ſic facilius di-
iudicabitur an poſsit deduci & allega
ri coram ſuperiore: quod deſeruiet ad
multa. Et nota quia in Regno † non
ſolum noua dependentia à primis, ſed
8 etiā quælibet noua, ſeu de nouo arti-
culare licet, dum modo coram iudice
à quo non fuerint allegata, nec com-
prehenſa, modo quo ſupra dixi tibi
niſi dicas quod intelliguntur noua,
dependentia à veteribus illa quæ fa-
ciunt ad cauſam, & non ſunt extra-
nea.

Hoc autem quod de nouo deduci,
& allegari poſsit in electione iurisfir-
9 mę eſt intelligendum ſuper † re peti-
ta, & deducta in cauſa principali, &
non ſuper noua re, & ſuper nouo &
differenti libello, & ſic intra limites
rei deductę coram iudice à quo, & ſic
ſolum licet allegare de nouo ad iniu-
ſtificandam & annullandam primam
ſentētiam. Vnde ſi in cauſa principa
li petij æquum, non potero in electio-
ne iurisfirmę petere bouem, vel ſi pe-
tij centum, non potero petere ducen-
ta, vt in foro querientes verſic. cucā-
ra de firm. iuris, ita Portoles in verbo
appellatio num. 83. vbi allegat exem-
plaria, Maran. 6. part. 2. actu. num. 163
ſuper quo nota caſum ſequentē. Qui-
dam Vallabriga † probauit ſuper poſ
10 ſeſsione infantioniam ſuam, ſeu nobi
litatem in curia Iuſtitię Aragonum,
tempore Regis Petri, & cum eſſet ad
mittendus ad ſe ſaluandum, ſecundū
legem Regni, hoc eſt ad purgādam
præſumptionem, quam habet de iure
contra ſe, oſtēdendo caſale, (quia hoc
eſt ſe ſaluare) iudex declarauit eum
eſſe infantionem, quod facere non de
buit, quia non fuit ſententia confor-
mis libello: cum hac ſententia poſt
multos annos poſtea Petrus Vallabri
ga, & alij conſanguinei conuenerunt
fiſcalem in Regia Audientia, petendo
declarari ſaluam illam antiquam pro
deſſe eis, tanquam conſanguineis, &
fuit declaratum ſupplicata locum nō
habere, tum quia dicta ſententia erat
nulla, ex quo non fuit † conformis li-
11 bello, tum etiam quia illa ſententia
antiqua non erat ſalua, ex quo fuit la
ta in proprietate per verba denotan-
tia proprietatem, & ſic cum ſalua nō
eſſet, non potuerunt poſtea conſan-
guinei petere ſaluam factam prodeſſe
eis. & ſic fuit iudicatum ſupplicata lo
* cum non habere, in proceſſu Petri
Vallabriga ſuper infantionia in ſcri-
bania gene. gubernationis anno 1586
poſtea fuit facta electio iurisfirmę ad
curiam Iuſtitiæ Aragonum, & allega
uerunt de nouo quādam ſaluam, quo
non obſtante fuit ſententia confirma
ta & repulſa firma, & licet ſalua erat
ſufficiens titulus, tamen quia non fuit
allegata coram iudice à quo, & ideo
non

non potuit haberi ratio de illa, quia
bene verum eſt, quod in electionę iu-
risfirmæ poſſunt de nouo allegari, &
probari, quæ coram iudice à quo fue
12 runt ommiſſa, ſed illud intellige † in-
tra limites tituli, & rei ſuper quibus
contenditur. Vnde ſi coram iudice à
quo quis ſe fundat & reſtringit ad
vnum contractum, ſententiam, lau-
dum, feudum, emphiteuſim, ſeu actio
nem aliquam, reſtringendo ſe ad ea,
bene poterit in electione iurisfirmę
allegare de nouo, ad confirmandum
illum titulum, ſed non poterit nouos
titulos allegare: vnde cum de illa ſal-
ua, coram iudice à quo non fuiſſet fa
cta mentio, non potuit allegari in ele
* ctione iurisfirmę. Vide in proceſſu
Thomæ Vallabriga, & aliorum ſuper
iurisfirma, anno 1590. Idem fuit iudi-
* catum in proceſſu Franciſci Perez de
Oliban, nec non Petri Perez ſuper iu
risfirma, 19. Mart. 1578. vbi fuit allega
ta quędam ſalua per firmantem, quã
etiam allegauerat in Regia Audien-
tia, extra tempus tamen, quia in tem
pore poſſeſsionem ſolã allegauit, &
ad eam ſe reſtrinxit, & Locumtenens
Iuſtitiæ Aragonum ad quem fuit fa-
cta electio iurisfirmæ, declarauit gra-
uamitar deducta ſuper articulis ſaluę,
non fore proſequibilia ad finem obti
nendi cum ſalua, ex eo quia coram
iudice à quo, intentauerat firmans
probare per poſſeſsionem tantum, &
non per gradus: licet extra tempus &
nulliter, facta fora electione poſſeſſo
rij, allegaſſet ſaluam: Vnde declarauit
Locumtenens illum, titulum diuer-
ſum à cauſa poſſeſſoria intentata co-
ram iudice à quo, non fore deducen-
dum, allegandum, & proſequendum,
ad finem obtinendi cum eo: licet poſ-
ſet allegari ad corroborandam, & co
adiuuandam cauſam poſſeſsionis, pro
vt fuit ibi motiuatũ, vide in meis de-
ciſionibus, deciſ. 4. Ex quo ille titulus
non includebatur intra limites cau-
ſæ allegatę coram iudice à quo.
Secus autem eſt quando in electione
iurisfirmę mutatur cauſa, quæ poteſt
includi ſuper generalitate primi libel
li: vt ſi petij rem ad me ſpectare iure
dominij, non altringendo me ad ali-
quam cauſam ſpecialẽ, & deinde in
primo proceſſu proſequutus ſum cau-
ſam emptionis, & ſuccubui; poſſum
in appellatione proſequi cauſam le-
gati, vel aliam ex qua dominium poſ
ſit acquiri, quia iſta noua cauſa poteſt
includi ſuper primo libello generali-
ter loquente de dominio, ita Bald.
ad ſpeculum in tit. de appellatione,
col. 15. Franc. in c. cum Eccleſia in fi-
ne de appellationibus, nam iudex ad
quem, cognoſcit tãtum de eo, de quo
cognouit iudex à quo, ita Maran. vbi
ſupra cuius differentię ratio confir-
mari poteſt, ex his, quę coram iudice
à quo in materia libellandi à Docto-
ribus traduntur: nam quando peti-
tio eſt clara, ſpecifica, & certa, reſpe-
ctu alicuius iuris, ſeu cauſæ, tunc ſi ſit
inepta uitiatur, & nunquam trahitur
ad diuerſam, & aliam alterius form
& naturę, Socin. conſi. 39. numer. 19.
verſic. ſecus ſi petitio per l. 1. ff. ſi me.
ſor. fal. mod. dix. iuncta ibi gloſa, nec
poteſt tunc ex aliqua cauſa ſequi con
demnatio, ſed actor ſuccumbere de-
bet, quia † opus eſt iuſtificare li-
13 bellum, ex cauſa deducta expręſſe, &
non ex alia Socinus vbi ſupra, verſic.
circa tertiam, exprimendo enim vnã
cauſam videtur illam dumtaxat, &
non aliam in iudicium deduxiſſe, &
ſic reſpectu alterius eſt opus noua in-
terpellatione, & nouo libello, Socinus
vbi ſupra per caput Abbate & ibi glo
ſa de re iud. in 6. nam quando agens
clare, & ſpecifice intentat ſolam vnã
cauſam, nec aliquo modo appareat,
quod

Digitized by Google

quod fuerit alia cauſa deducta in indiciũ, non poteſt haberi ratio niſi de cauſa deducta, quare caueant libellantes quam viam deducunt, quoniam extra illam nõ poſſunt obtinere, quia quando reſtringit ſe ad vnam cauſam, vel viam non poteſt in alia non intentata obtineri, l. habebat ff. de inſtitoria; quod in tantum verum eſt, quod nec in dicto caſu operatur aliquid clauſula iuſtitiam miniſtrando, &c. Secus autem quando libellus † eſt generalis, concludens intentionem actoris, in qualibet ſpecie generis, nam ad omnia extẽditur, quę poſtea probatur, Socinus nu. 18. vnde vtilius eſt libellanti nullam cauſam exprimere, nec ad certã cauſam ſe reſtringere, quoniã poterit omnẽ cauſam ſibi competentem proſequi, etiam ſi agat actione perſonali. Anto. in c. 2. de libelli oblatione, Socin. vbi ſup. n. 21. dũmodo includantur ſub generalitate narratorũ, quod non poſſet ſi ad vnam ſolã cauſã. vel ad plures ſe reſtringiſſet: in quo amplius non inſiſto quoniã ſufficiẽt nęc ad demonſtrandum, quod licet de nouo poſsit allegari in elect. iurisfirm. illud tamen eſt, & debet intelligi intra terminos rei petitę: & alias vti ſupra.

SVMMA EORVM, QVÆ in hoc §. 4. continetur.

1 *Appellatio, & electio iurisfirmæ a ſententia diffinitiua ſortiuntur in Arago. cum effectũ, quem habent de iure appellationes ab interlocutoria.*

2 *Attentatorum reuocationẽ in Arago. non habemus, niſi poſt præſentatam inhibitionem.*

3 *Recurſus nullus datur ab electione iurisfirmæ grauaminum factorum, & num. 4.*

5 *Recurſus per viam appellationis datur a repulſione & admiſſione iurisfirmæ grauaminum fiendorum.*

6 *A Reg. Aud. non appellatur ad Iuſt. Arago.*

7 *Iuſtitia Aragonum eſt iudex peculiaris, priuatiuẽ, cognoſcẽdi de cauſis contrafori.*

§. 4.

CIRCA effectum electionis iurisfirmę aliquid dici opportet. Et primoquod appellatio
1 † electio iur. fir. à ſententia diffinitiua ſortiuntur in Aragonia
cum effectũ, quem habent de iure appellationes interpoſitę à ſentẽcijs interlocutorijs, vnde ſicut de iure pẽdente appellatione ab interlocutoria nõ ligantur manus iudicis, quin poſsit procedere antequã inhibeatur à ſuperiori, & multo minus ligantur ante appellationẽ infra decẽ dies, glo. & ibi Bal. in l. ĩ procedente. C. de dilationibus idem Bald. in l. ita demũ verſi. ſed hic queritur. C. de procurator. quã regulam multis limitat, & proſequitur Marã. vbi ſup. n. 173. cũ ſequẽ. ſic in Regno per huiuſmodi appellationes, & electiones iurisfirmæ, non impeditur iudex à quo, quominus ſentẽtiã exequatur, vt deſumitur, ex for. 1. de executione rei iudicate, ibi, (*ſe pueda deuidamẽte executar, ſino que en el proceſſo ſe aya preſentado inhibicion de appellaciõ, o firma, &c.*) ita tenet Mol. in verb. appel. verſi. appel. non impedit, & verſi. appel. licet operetur, & ibi Porto. n. 119. Mol. ver. executio verb. executio ſententię nõ impeditur, & ibi Port. n. 62. Ferrer in ſua metho. tit. de appellationibus, verſ. appel. firma, &c. &
2 ſic dici ſolet, ꝙ in Aragonia nõ habemus reuocationẽ attẽtatorũ † poſt interpoſitã

T appel-

appellationem, nec poſt factam electionem iuriſfirmæ, niſi poſt præſentatam inhibitionem, quæ regula aliquibus modis limitatur, & declaratur in locis ſupradictis.

Ab hac autem electione iuriſfirmæ grauaminum factorũ nullus datur † re-
3 curſus ad Reg. Aud. ſecundum Portol. n. 127. & 128. ver. appellatio Bardaxi de offi. Iuſt. Arag. q. 5. num. 5. verb. de cauſis igitur verſi. tamen ſi ad dictam curiam, idem in foro 17. de offic. Iuſt. Arag. Mol. in verb. appellatio, verſi. appellari poteſt de foro, vbi late Ferrer, vbi ſup. verb. in Aragonia. Cuius ratio eſt quia Iuſt. Arago. eſt peculiaris iudex, & priuatiuè ad alios, ad cognoſcendum de firmis grauaminum factorũ, tã ſuper recto, quã ſuper titu, vt colligitur ex foro quotieſcumq; de firmis iuris, in quo omnes quotquot ſumus concordare debemus neceſſario, vt in notiſsimo principio, ſicuti ipſe ſolus poteſt prouidere iuriſfir. grauaminũ fiendorũ, earũq; confirmationes, & reuocationes, ſublato omni recurſu, vt in d. foro, de voluntad. ſecũdo illius nominis, de offi. Iuſt. Arag. & licet à repulſione, & admiſsione, harũ iuriſfirm. graua. fiendorũ detur † recurſus regulariter per viã ap-
4 pellationis, & etiã ab omni ſententia, ſeu declaratione facta in his iuriſfi. grauami-
* nũ fiendorũ, vti fuit iudicatũ in proceſſu D. Gartię de Funes ſuper iuriſfir. in menſe Nouembr. 1595. vbi fuit iudicatũ quod etiã in proceſſu iuriſfir. poteſt appellari à ſententia lata ſuper ſuſpicionibus, quia ſola prouiſio, vel denegatio, cõfirmatio, & reuocatio, iuriſfir. ſunt priuilegiatę in hoc quod ab eis nõ datur recurſus, ergo in alijs non habent tale priuilegium de foro, nec alias, Bart. in l. ſolent nu. 16. de alim. & cib. leg. Tamen à repulſione & admiſsione iuriſfirmę grauaminũ factorum nullus datur recurſus, nec poteſt appellari ad dñm Regẽ, ſecundum foriſtas modernos, & antiquos, & licet non ſit ſcriptũ in foris ſecundũ noſtrum practicum in verb. appellari poteſt, tamẽ eſt in capitibus prudentũ. & ſic fuit multoties deliberatũ. Idq; probatur ea ratione quã tradit Molin. verb. libertates Regni verb. libertatũ Aragonenſium ibi ſed dubiũ maximũ, &c. fol. 205. vbi dicit, quid ſi dñs Rex, vel primogenitus dicant, ego volo videre ſi feci deſaforamentũ, & ſi feci volo reuocare iuxta for. de his quę dñs Rex, & ſi non feci volo approbare, quod feci, an iſtud procedat, & ſuper hoc maximę fuerunt anguſtię, nã videtur ꝙ ſolu ſupereſt Principi poteſtas reuocandi, ſed cognoſcẽdi poteſtas Iuſtitię Arag. quia ſi dñs Rex, vel eius primogenitus poſſent cõfirmare geſta per eos contraforos, trãſire poſſet deſaforamentũ, ſine reparatione, & ſic omnes libertates ſubuerterentur, & per hanc viã poteſtas Iuſti. Arag. vel recurſus ſeu remedium eius impediretur, & tolleretur tanta pręheminẽtia Iuſt. Arag. qui ſolus, & nullus alius eſt iudex cõtra fororũ, hęc ille, qui ãplius dicit quod princeps poteſt ſuplicari vt reuocet, & ſic medicina ab eo peti per hãc viam, ſecus per viam cognitionis, vt ſupra dixi quia poſſẽt officiales regij confirmare ſuũ deſaforamẽtũ, et vno verbo omnes libertates regni proſternere licet de dño rege id credẽdum nonſit propter eius maximã religionẽ, aut igitur dicãt fiſcales quod Iuſtitia Arag. nõ eſt iudex priuatiuè ad alios de contra foris factis, aut hoc aliud debent fateri; primũ negare nõ poſſunt, vt notũ eſt lypis, imrao deriuatur à creatione regni, & à primo lacte legũ Suprarbienſiũ, vbi vt in 1. c. dixi talis lex ſcripta, iurata, & pactionata habetur: *ne quid autẽ damni, detrimẽti ve leges, aut libertates noſtræ patiantur, iudex quidam medius eſto, ad quem a Rege prouocare ſi aliquem læſerit, iniuriaſque arcere, ſi quas forſam Reipublicæ intulerit, ius faſq; eſto.* Hanc legem tanto ſanguine ac pactionibus ſtabilitam, niſi quis euertat, fateri debet nullũ aliũ petere re-

curſum

curſum ad dominũ Regẽ, poſtquam de eius geſtis reparandis, reformandiſue Iuſt. Arago. cognouerit per viã contraſori, nam illud eſſet in girum vagari, in infinitum protrahi, & ad ſuſpectos iudices pro ſalute redire, quod niſi cum maxima cęcitate defendi, neq; imaginari debet, quando queſſo viſſum aut attentatum fuit in toto iure, vt à iudice reformante habeatur regreſſus ad iudicem reformatũ ſuper re reformata, hoc potius ridiculoſium quã ſuſtẽtabile videtur, & ſi verũ eſt prout eſt, quod à ſentẽtia lata ſuper iurisfirma grauaminũ factorum nullus datur recurſus, queritur de duobus, primo ſi de facto vellent iudices Regij ſe intromittere ſuper repulſione, vel admiſsione iurisfirmæ grauaminũ factorũ, quo remedio, quibus medijs eſſet eis obuiandum, pro obſeruantia legũ & fororũ Regni, nũ quid manu armata? hoc non, ergo iurisfirma, ſeu inhibitio tunc prouidenda eſt, ne id fiat, quia alia remedia in Regno nõ habemus, nec nouimus in tali caſu, poſtquam iam recurſus habitus eſt ad eum iudicẽ, qui grauamina tollit, qui eſt Iuſt. Arag. Secũdo circa id queritur an poſsit agi ad repulſionẽ illius firmę, & à repulſione vel admiſsione illius poſsit etiã ad dñm Regẽ appellari, & videtur quod ſic, quia id regulariter fit in repulſione, vel admiſsione firmę grauaminũ fiendorũ, nec reperitur in pręſenti caſu illud correctum. Veritas eſt quod poteſt agi de illius repulſione in curia Iuſtitiæ Arag. tantum, vt in dict. proceſſu Thomæ Fort fuit declaratum, & conceſſa citatio ad repulſionem ſic limitatam, ſed à dicta repulſione, vel admiſsione & à ſententia per quam declaratur electionẽ firmę fore proſequibilem, & fore procedendum ad vlteriora in proceſſu firmę grauaminum factorũ, non poterit appellari ad Regiã Aud. nã priuilegiata cauſa electionis firmæ graua. factorũ, & omnia incidentia illius cauſę erũt ſimiliter priuilegiata, Bart. in l. ſolẽt. n. 16. ff. de alim. & ciba. leg. & citatio ad repulſionẽ debet concedi limitatim, ita vt finiatur in cur. Iuſt. Arago. vt in d. proceſſu. proprius tamẽ eſſet, ſi ſimpliciter cõcederetur citatio ad repulſionẽ, & ſi à repulſione apellaretur ad Reg. Aud. quod tunc denegaretur appellatio, ex quo in Reg. Aud. non poteſt tractari de repulſione; nec de incidenti aliquo firmę grau. factorum (ſupponẽdo tamẽ circa iſta quod ſimus in caſu, quo poteſt fieri electio iurisfirm. ſeu non reperiatur prohibita, nam ſi electio fieri non poſſet, non eſſet noſter caſus) horũ ratio eſt, quia illa firma fuit prouiſa ad obuiandũ ne officiales Regij ſe intromittant ſuper repulſione, vel admiſsione iurisfim. grauam. factor. & ſi de illius repulſione agi poſſet, operaretur per indirectum contrariũ effectũ eius, qui pręteẽditur per eam, & per indirectũ fieret cõtra libertates Regni, pro quo facit bene tex. & ibi DD. in c. accepta de appellat. vbi Decius; deinde ſi ageretur de repulſione iſtius firme graua. fiend. & ab eius ſententia appellaretur ad Regiũ conſiliũ, vbi à primo ad vltimum pronuntiarẽt iudices, repellendo illã firmã: percontor poſſent ne tunc intromittere ſe de repulſione firmę grauam. factorũ? hoc non, niſi regnũ euertas, igitur fruſtatoria erit alterius firmę repulſio, iura autẽ remedia fruſtatoria, & ſuperflua non curant l. qui bis. idẽ ff. de verbo oblig. cũ vulgatis.

Ad hæc ſi ad tutandas Regis regalias poteſt inhiberi iudici Eccleſiaſtico de præciſſo, ſine nominatione arbitri, quando res eſt clara, notoria, & manifeſta, idque fiſcales amplexantur & non ſine ratione vt alibi dicemus:

Digitized by Google

& tunc Eccleſiaſticus non habet licẽtiam aperiendi os, nec agendi de tollenda illa inhibitione per viam competentiæ, cur non idem dicemus in caſu iſto? vbi pluſquam notum & certũ eſt, de cauſis contra fororum factorũ non poſſe cognoſcere dominum Regem, vt ſi ad id ſibi preſentetur inhibitio præciſſa, non poſſit de illius repulſione agere, nec aliquo modo diſputare, principia enim ſecũdum philoſophum diſputanda non ſunt, ſed vt firmiſſima fundamẽta ſupponẽda.

Vltimo facit hęc ratio, nam hæc firma non debet regulari mẽſura aliarum firmarum graua. fiendorum, ratio eſt, quia illę priuãt iudicem à quo cognitione ſua, & partem petentem grauant, cumque adhuc reſtet cognoſcendum de cauſa, & potuit iudex inhibens, ſine ratione inhibuiſſe, iuſtũ videtur agi de iuſtitia inhibitionis, tã coram iudice inhibente, quam in Regia Audientia, appellando à repulſione, vel admiſſione firmæ grauam. fiendorum, at in caſu noſtro non priuatur iudex aliquis cognitione ſua, nec pars grauatur, nec reſtat cognoſcendum aliquid, iam enim cognitum eſt, & ſententia tranſacta in rem iudicatam, & ſic inhibitio eſt, & debet eſſe preciſſa immo abſq; fidantia de ſtãdo iuri. ex quo iam iuriſdictio eſt Iuſtitię Arago. quo caſu fidantiam dari non oportet ad deuoluendam iuriſdictionem, vt ſupra c. 2. §. 4. num. 36. immo fidantiæ preſtatio in tali caſu contrariatur, fini per inhibitionem pretenſo, qui eſt ne iudices Regij ſe intromittant ſuper repulſione, vel admiſſione iuriſfirmę graua. factorum, & ad id prouidetur, vnde per firmam (licet tutius eſſet eam non dare) non cẽſetur firmans velle rem de nouo diſcuti, cum potius totum oppoſitum in inhibitione articulet, & petat. Deinde quia illa firma ſit pars & portio alterius firmæ grauaminum factorum, cumque de illa non poſſit amplius diſcuti, ergo nec de iſta alia in Reg. Aud. Bart. in l. ſolent. ff. de alim. & cib. legat. finaliter tandem quando poſt electionem iuriſfirmę preſentatur firma communis iudici à quo, ad hoc ne in cauſa procedatur ad executionem, nunquam fuit actum huc vſque de repulſione illius firmæ, idque non ob aliud meo iudicio, niſi propter connexitatem firmę graua. factorum, quæ ſemel iudicata repellibilis non eſt, cum in vtraque ſit vna ratio iudicij, & ob id idem de vtraque iudicandum propter illam cõnexitatem, ſecundum Immol. in l. ſed ſi plures. §. filio num. 4. per tex. ibi ff. de vulgar. Bald. in l. cum actum. ff. de neg. geſt. Alexand. de neu. in cap. tranſlato numer. 18. de conſtitu. Alexand. in d. l. ſed ſi plures §. filio num. 2. Paul. in l. ſi ita ſcriptum §. regula num. 2. ff. delib. & poſthum. Pacian. libr. 1. de probat. cap. 26. num 15. Natta conſ. 286. num. 4. Cephal. conſ. 634. num. 26. in 5. igitur idem in caſu noſtro, & ſic firma & inhibitio debet eſſe de præciſſo, & ſine fidantia abſq; eo quod de eius viribus tractetur. Quare cõcludo de huius firmę graua. fiendorum repulſione in Reg. Aud. agendũ non eſſe, & minus de repulſione & admiſſione firmę graua. factorũ, à qua recurſus aliquis non datur, vt ſupra dixi; iſthęc ſunt viuę & efficaces rationes de foro & praxi, quę mentem cõuincere debent, nõ exercitus iuriũ male aplicatorũ ad caſum de quo agitur. Et hęc eſt vna de magnis pręheminẽtijs Iuſtitię Aragonũ, quando per viã iuriſfirmę grauaminum factorum aditur eius authoritas, & iuriſdictio per regnicolas; qui ſentiunt ſe grauatos, & leſos per alios iudices contra

foros, & libertates regni, quia à ſententia per eum lata ſeu per eius Locumtenentes nullus datur recurſus ad alios iudices. vt ſupra dictũ eſt, ſecus tamen ſi fuiſſet aditus per viam appellationis: quoniam ab eo poſſet iterũ appellari ad Regiam Audientiam ſecundum Bardaxi in d. q. 5. vbi ſupra.

Sed licet ita ſit quod a ſententijs domini Regis, Regentis offitium gubernationis, & aliorum ordinariorum Regni, poſsit haberi recurſus ad curiam Iuſtitie Aragonum per viam iuris firme grauaminum factorum, & etiam à delegato regis in omnibus caſibus in quibus contrarium per foros ſtatutum non reperitur. attamen per viam appellationis non patebit †
6 recurſus a domino rege nec a Regente offitium gubernationis, ad curiam Iuſtitie Aragonum, ita Mol. in verbo appellatio verſiculo appellari non poteſt de Regente &c. & in verſiculo appellatio ſecundum foros antiquos, Portoles ibi num. 3. cuius ratio eſt, quia de ſubſtantia appellationis eſt, quod appelleturde minori ad maiorẽ; quia non eſt equum vt minor corrigat errorrem maioris, gloſa c. 2. de conſuetudine lib. 6. Decius in rub. de appellat. nec de equali ad equalem fieri debet appellatio, cum par in parem non habeat Imperium tex. in l. ille à quo §. tempeſtiuum ff. ad trebell. vnde in dictis caſibus ille qui habet recurſum ad Iuſtitiam. Aragonũ à ſententia lata in regia audientia, non debet dicere quod appellat, licet poſtea faciat electionem proſequtionis iuris firmę & hoc propter honorem dñi regis & curiæ ſuæ qui ſeruandus eſt. foro vt debitus de regente officium gubernationis c. vt debitus de appellationibus, ſed debet dicere, quod habet recurſum ad remedium iurisfirmę grauaminum factorum coram Iuſt. Arag. neq; per hoc fit fraus appellationi, quod cognoſcat Iuſtitia, ſeu Locumtenens de ſententia lata in Regia Audient. quando aditur per viam iurisfirmę, quia cum Iuſt. Ara-
7 gonum † ſit iudex peculiaris ad cognoſcendum de cauſis cõtratororum, & nullus alius cognoſcat de eis, nec ſe poſsit intromittere niſi ſolus ipſe, non eſt mirum quod ad eum habeatur recurſus, & in hoc caſu ſecundum Iuriſtas, antiquos dicitur additus per viam recurſus, & tunc ceſſat electio illa de qua in foro 1. de executione rei iudicatę. In vno autem caſu conceditur appellatio à delegato domini Regis, ad Iuſt. Arag. videlicet quando delegatus domini Regis taxat ſibi inmoderatum ſalariũ, quia poterit etiã appellari ad Iuſtitiam Aragonum, vt in priuilegio generali § Item como los iudges delegados, quod eſt irregulare vt dixi, nam quod à delegato Regis poſsit fieri electio iurisfirmę ad Iuſtitiam Aragonum fuit cenſitum in proceſſu Thomę Fort, ſuper iurisfirma, die 26. Auguſti. 1600.

SVMMA EORVM, QVÆ in hoc §. 5. continentur.

1 *Executio ſententiarum latarum in electione iurisfirmæ grauaminum factorum, pertinet priuatiue ad Locumtenẽtem qui eas pronuntiauit.*

2 *Sententia exequenda eſt per eundem iudicem, qui eam protulit.*

3 *Iudex ſuperior cõfirmãs ſen-*

tentiam inferioris, eam exequitur, & agitur ex ſententia confirmante, non vero ex confirmata.

4 *Iudex pronuntians appellationem eſſe deſertam, ſententiam non exequitur, ſed iudex a quo.*

5 *Recurſus ad curiam Iuſtitiæ Arago. dupliciter haberi poteſt.*

§. 5.

DE poteſtate autem Iuſtitię Aragonum, ſeu eius Locumt. in his ſententijs quas ferũt, in iurisfirmis grauaminum factorum pro choronide dicenda aliqua reſtant, quibus ab hoc capite erimus expediti. Et primo ꝙ
1 executio † ſententiarũ latarũ in electione iurisfirmarũ grauaminũ factorum, per quas reformantur grauamina illata regnicolis, expectat priuatiuè ad Locumtenentes Iuſtitiæ Aragonum, qui illas ferunt, & non ad alios iudices, quod vltra quod maxima nititur equitate, vt ſcilicet executio ſententiæ judicis reformantis non fiat per iudicem à quo, ex quo quodammodo eſt ſuſpectus per rationem text. in capit. in accepta conqueſtione de appella. Eſt amplius de foro & iure expreſſum, hanc executionem debere fieri per iudicem ad quem reformantem, ratio eſt quia ex quo illa ſententia reformatoria eſt ſententia iudicis reformantis, & non iudicis à quo, qui cõtrariam tulit ſententiã, ſtatim intrat regula iuris, quę dictat exequendam fore † per eundẽ
2 met iudicem, qui eam dedit, & protulit. c. quoad cõſultationem de re iud. l. cum quędam puella de iuriſdictione omni iud. & ibi DD. Et ſi quod fortius eſt, quando iudex ſuperior confirmat ſententiam iudicis à quo, ex eo ſolum quia confirmat, agitur ex ſententia confirmante, & non ex ſententia confirmata, & per conſequens ſo-
3 lus ſuperior eam † exequitur, & non iudex à quo, ſecundum Bart. in l. eos in fine principi. Et in l. præcipimus, C. de appell. vt apparet per forũ primũ de executione rei iud. ibi (*por el juez aquella pronũtiant.*) declarat Mol. in verbo executio fol. 30. verſiculo executio ſententie latę & ibi Portoles de communi atteſtans, & ſic fuiſſe iudicatum aſſeuerans, quod limita-
4 tur quando † appellatio eſt deſerta quia tunc ſententia debet exequi per iudicem à quo Mol. Porto. vbi ſupra Bart. Bald. & DD. in l. ſi contra, C. de appella. Ergo multo fortius executio ſententiæ reformatorię expectabit ad eũdem iudicem qui eam protulit, non ad alios.

In modo autem interponendi hũc
5 recurſum aduerte, quod fit † duobus modis, vno ſi dictum fuerit quod facit quis electionem proſequutionis iurisfirmæ grauaminum factorum: ſecundo modo ſi appellauerit & poſt appellationem infra decem dies præſentauerit firmam iuris, & eius inhibitionem, nam illa pręſentatio habetur pro electione iurisfirmæ, quod licet indeciſſum relinquat Mol. in verbo appellatio fol. 20.3. colu. in princ. probatur clarè per for. 1. de executione rei iudicatæ, vbi dicit tex. quod executio ſententię diffinitiue, à qua eſt appellatum, debeat fieri non obſtante appellatione, niſi appellans pręſenta-

ſentauerit iurisfirmam, vel inhibitionem appellationis, intra decem dies, quo caſu executio ſuſpenditur, & ſic eſt electio appellantis, vel proſequi appellationem per viam appellationis preſentando inhibitionem appellationis, vel iurisfirmam pręſentare, quę pręſẽtatio pro electione habetur, ita tenet Portoles vbi ſup. nu. 153. Ferrer tit. de appellationibus verſic. appellatio firma, &c. & probatur per d. for. 1. de execut. rei iud. vt dixi.

SVMMA EORVM, QVÆ in hoc §. 6. continentur.

1 *Iudex appellationis, ad quem de ſolo poſſeſſorio eſt appellatum, poteſt cognocere etiã de petitorio, & ẽ contra. & iudicatum ita eſſe refertur. & num. 2.*

3 *Contrariam ſententiam, au thor vt veriorem amplectitur, & n. 5. & 6. & ibi traduntur exemplaria.*

4 *Conceſſum in vno caſu, in alio cenſetur denegatum.*

7 *Curia Iuſt. Arag. per repulſionẽ iurisfirmæ, nũ videatur functa ſuo officio, ita quod cauſa remittenda ſit ad iudicem à quo, fuit pronuntiatũ, quod non, & quod cauſa non erat remittenda, ſed poſtea fuit reuocatum. nu. 8.*

9 *Contrarium tamen in regia Audientia declaratum eſt, & vide exemplaria num. 10. & 11.*

12 *Exemplaria diuerſa ob diuerſitatem opinionum naſcuntur.*

13 *Electionis iurisfirmæ grauaminum factorum materia remiſſiue traditur.*

§. 6.

MVLTOTIES vidi dubitari de vno magno dubio, an iudex electionis iurisfirmę, ſeu appellationis, ad quem de ſolo poſſeſſorio † eſt
1 appellatum, poſſit cognoſcere etiam de petitorio, vel ſi de ſolo petitorio eſt appellatum, poſſit cognoſcere de poſſeſſorio. & multoties fuit iudicatum, quod ſic, vide in proceſſu Petri Lucas de Aladreo, in art. iurisfirmarum in ſcrib. Io. Palatio in Regia Audientia, circa annum 1593. & 94. Et in proceſſu Roderici Celdran ſuper apprehenſione loci de Sobradiel in Regia Audictia, in art. iurisfirmatum, & in proceſſu Nicaſij de Garde, necnon Ioannis de Erla, ſuper iurisfir circa annũ 1580. Et nouiſsime idem fuit iudicatum per tres Locumten. in proceſſu Abbatis & Conuentus ſancti Ioannis de la Peña in art proprietatis, die 24. Aprilis 1597. hoc modo, quia in Regia Audientia ad inſtantiam Abbatis, & Conuentus dicti monaſterij, fuit apprehenſa ad manus curię pardina de Biarz, & fuit lata ſententia in fauorem Prioris monaſterij de Roda, vide in proceſſu Abbatis ſancti Ioan. de la Peña ſuper apprehenſione in ſcrib. Io. Montañes. Ab iſta ſententia Abbas fecit elect. iurisfirmę, & in anno 1596. fuit lata ſententia, & recepta propoſitio dicti Abbatis, & recupe-

rauit fructus lite pendente perceptos à dicto priore comiſſ. Reg. Aud. proceſſus eſt Abbatis ſancti Io. vbi ſupra intitulatus, &c.

Poſtea in eadem curia Iuſt. Arag. ad inſtantiam dicti Prioris de Roda, fuerunt citati dicti Abbas & Conuentus de la Peña, in art. proprietatis, & excipiendo allegabant citati, quod non erat procedendum ad vlteriora in d. curia, quoniam vbi erat cæptum & inchoatum iudicium ibi finiri debuit, replicabatur pro parte Prioris, quod cauſa fuit deuoluta ad d. curiam, & ibi ſententia Regię Audientię reuocata, & Abbas miſſus in poſ-
2 ſeſsionem, & ſic poterat † ibi tractari de proprietate. Et tandem d. die 24. Aprilis. 1597. de conſi. trium Locumtenent. fuit pronuntiatum, & mandatum procedi ad vlteriora non obſtantibus exceptionibus, & alijs allegatis, neutram partium in expenſis condẽnando. Verum ego omnium minimus & alius Locumtent. † fuimus
3 contrarię opinionis, remittentes cauſam ad iudicem à quo, vt ibi procederetur in propietate, ex eo, quia Couarru. lib. 1. variarũ c. 16. num. 13. tenet, quod ſi appellatur in cauſa beneficiali, & ſpirituali ad Papam, tunc ſiue ante, ſiue poſt litis conteſtationẽ fiat appellatio, & ſiue fiat ſuper petitorio, ſeu ſuper poſſeſſorio tantum, potuit Papa de vtroq. cognoſcere. clem. 1 §. vlti. de cauſ. poſſ. & propriet. Et hoc ſpeciali fauore, & priuilegio cauſarũ beneficialium & ſpiritualium, Couar. vbi ſupra. verſi. quid ſi appellatus. At vero in alijs cauſis ſi appellatur ante litem conteſtatam ab aliquo grauamine, ſeu interlocutoria, & iuſtificetur & finiatur appellatio idem erit.

Si vero appelletur poſt litis conteſtationem, ſolum cognoſcet de illa cauſa, & art. ſuper quibus eſt appellatum, ſequuntur Abbas in c. paſtoralis num. 34. de cauſa poſſeſsionis, & proprietatis. Caſtro. conſ. 277. lib. 1. quos & Immol. Stephanum, Paulum, Alcazar, & alios allegat Couar. vbi ſupra. Et ſic dicta clementina cauſa beneficiali, &c. ex communi opinione ſecundũ Couar. vbi ſupra, in omnibus eius partibus eſt inducta ſpeciali fauore cauſarum beneficialium, & ſpiritualium, ita ſcilicet vt data appellatione ante vel poſt litis conteſtationem, ſiue à ſolo poſſeſſorio, ſiue petitorio, poſsit curia de omnibus cognoſcere, ergo in alijs cauſis ſecus, quia conceſſum in vno caſu in diuerſo † cenſetur
4 denegatum, ex vulgari, Ang. conſil. 373. vt clare dicit Couar. ſcilicet quod ſi fiat poſt litis conteſtationem, ſolum cognoſcat de cauſa, ſeu art. ſuper quo eſt appellatum, hęc tenent Caſtro, & couar. vbi ſupra. Ergo in noſtro caſu † cum ſit appellatum ſuper poſſeſſo-
5 rio poſt litis conteſtationem tantum, iudex ad quem de eo tãtum cognoſcet, non autem de petitorio, immo erit recurrendum ad iudicem à quo, vt agatur ſuper petitorio. Neque ad hoc conducunt. L. ordinarij. C. de rei vend. l. incerti. C. de interdict. l. nulli. de iudicijs c. 1. de cau. poſſ. & propriè, quoniam illa iura loquuntur, in prima inſtantia, in qua non licet tractare poſſeſsionem corã vno iudice proprietatem vero coram alio, ne continentia cauſæ diuidatur, & ne pars laboret pluribus expenſis & laboribus, non autem loquuntur in cauſa appellationis, in qua loquitur. d. clemen. & Couar. & hoc dico de illis legibus licet faciant pro hac parte. Sed dices contra quod immo iudex ad quem qui cognouit de poſſeſsione, poſsit cognoſcere de proprietate, argumento illorum iurium licet proceſſus de proprietate, non diceretur ciſternus,

nec

nec priuilegiatus; nam videtur clarũ quod ſi pars ſuccumbẽs in poſſeſſorio renuntiaret illi inſtantiæ & vellet tra ctare de proprietate coram alio iudi ce competente, id poſſet; reſpondeo negando hoc vltimum, nec illę leges loquuntur in caſu noſtro, & d. clemẽt. facit pro nobis argumẽto ab ſpetiali, ſed contra hoc videtur tenere Ottala ra 3. p. 3. parti princ. c. 5. num. 1. verſu dubium &c, Verum dico quod eo ca ſu coram primo iudice fuerat actum de poſſeſſorio, & petitorio, licet petito rium fuiſſet ſuſpenſum per poſſeſſori um, & ſic videtur quod in eo caſu il la potuit fieri, de qua re vide Garſiã de nobil. gloſ. 11. per totam † ex qui bus fundamentis ego & alius Locum
6 tenens in contrariã fuimus ſententia prout pro eadem noſtra opinione idẽ antea fuerat iudicatum in ead. curia in proceſſu Ioannis Pallares nec non
* D. Sperantię Diez de Aux ſup. appre henſione die 10. Martij 1588. nam in Reg. Aud. fuerat apprehenſus locus de Alfoçea & in eo obtinuit D. Fran ciſcus de Altarriba dñs de guerto, D. Eſperança Diez de Aux fecit electi iurisfirme, & eam fuit proſequuta vi
* de in proceſſu Ioannis Pallares ſupra intitulato, quæ iuris firma fuit repul ſa, & illico per eand. curiam in eodẽ q; proceſſu d. D. Sperantia obtinuit citationem contra dñm de guerto ad agendum in artic. iuris fir. & oblata propoſitione iur. fir. fuerunt oblatæ exceptiones pro parte dñi de Guer to, pretendendo quod non erat ad vl teriora procedendum nec dictus pro ceſus poterat inchoari in cur. Iuſt. Ara gon. ſed in Reg. Aud. & quod cau ſa debebat remitti ad primum iudicẽ, coram quo cepta fuit & quod dicta cur. Iuſt. Arag. per repulſionem iur. fir. † functa fuerat offitio ſuo: tamen
7 ex omnium locumtenent. voto fuit mandatum procedi ad vlteriora, non obſtantibus exceptionibus excipien tem in expenſis condemnando, & di cta pronuntiatio fuit petita reuocari, & die 10. Martij 1588. Ex voto Hiero. Chatlez, Martini Baptiſta de la Nuça nunc Iuſt. Arag. & Franciſ. Torral
8 ua, olim Locumten. fuit reuocata, & fuit & declaratum non eſſe ad vlteriora procedendum, agentem in expenſis condẽnãdo, duobus in prima ſenten tia perſiſtentibus. Proceſſu eſt ſupra intitulatus Ioannis Pallares, & idem
* fuit iudicatum in proceſſu Petri Par dos, necnon Ioannis de Pertuſa ſuper iurisfirm. die 2. Martij 1590. ex bonis mobilis pretij die 23. Februarij eiuſ dem anni. licet in hoc proceſſu con trarium fuiſſet iudicatum in Regia Audientia; nam in cur. Iuſti. Arag.
9 fuerunt apprehenſa bona Io. de Per tuſa ad inſtantiã Martinę del Buſto,
* virtute comandæ: concluſo proceſſu relator votauit in fauorem Martinæ, & ante prolationem ſententię ſe ſepa rauit a voto, & ipſe & alij Locumten. votarunt in fauorem Ioannis, repel lendo propoſitionẽ Martinę, & lata ſententia fuit petita reuocari, & intra 10. dies ex communi omnium voto fuit reuocata d. ſententia, & recepta propoſitio Martinę, ſeu eius heredum
* proceſſus eſt Martinę del Buſto ſuper apprehentione; ab iſta ſententia fuit appellatum ad Reg Audientiam, & ibi cauſa proſequta ex omnium voto die 10. Iulij 1588. fuit recepta propoſi tio dicti Io. de Pertuſa alijs rejectis,
* proceſſus eſt Ioannis de Pertuſa ſuper appellatione inſcribania Petri Ludo uici Lopez. His ita factis per d. Regiã Audientiam, ad inſtantiam heredum d. Martinæ d. Io. de Pertuſa fuit cita
10 tus in art. proprietatis iux. for. 1. de rei vend. & oblata petitione fuerũt pro parte dicti Pertuſa, oppoſitę excep tiones

tiones ad impediendum litis progreſſum, articulando inter alia quod contra dictam comandam ante apprehẽſionem fuerat ab eccleſiaſtico obtentæ literę inhibitorię, & formata competentia fuit declarata in fauorem iudicis eccleſiaſt. & etiam quod cauſa fuit cępta in cur. Iuſt. Arag. & ibi erat finienda, & non poterat intentari in Reg. Aud. petendo declarari non eſſe ad vlteriora procedendum, pro altera vero parte dicebatur, quod literæ inhibitoriæ nec competentia non habebat locum in proceſſibus apprehenſionum, & ſic fuerat ſepius declaratũ, & quod non obſtat vbi cęptum eſt iudicium, &c. Quoniam per appellationem cauſa fuerat ad Reg. Aud. deuoluta, & ſententia Iuſt. Arag. reuocata, & quod Reg. Aud. poſuit in poſſeſſionem bonorum Ioannem Pertuſa, & condemnauit commiſſarios curiæ ad reſtitutionem fructuum, tandem poſt magnam diſputationem fuit pronuntiatum die 28. Ianuarij 1589. Et mandatum procedi ad vlteriora in d. cauſa, non obſt. exceptionibus fori declinatorijs, excipientem in expenſis condemnando, ſed non fuerunt concordes: à dicta ſententia fecit elect. iuris firm. Ioan. Pertuſa, eamque proſequutus in cur. Iuſt. Arag. & concluſo proceſſu die 2. Martij 1590. fuit ſententiatũ, & recepta iur. fir. & reformãdo ſententiam iudicis aquo, dixerunt regiam audientiam non eſſe iudicem competentem ad procedendũ in preſenti cauſa, & remittendam fore, prout remiſſerunt ad eandem cur. Iuſt. Aragonum non obſtantibus in contrarium allegatis, fuerunt omnes Locumtenentes concordes, Proceſſus eſt Petri Pardo vbi ſupra & idem ſecundum aliquos fuit iudicatum in proceſſu tutorum & curatorum D. Dioniſię Dembun ſuper apprehẽſione in ſcribania Petri Sanchez del Caſtellar quę hodie eſt Martini Ioannis de Lanuça & ne iſtud exemplar aliquos decipiat † eſt aduertendum quod ad inſtantiam tutorum Dictę Dioniſiæ fuerunt apprehenſa multa bona in cur. Iuſt. Aragonũ, & lata ſententia in fauorem dictorum tutorum, pars aduerſa appellauit ad Reg. Audientiam & ibi obtinuit, & ibi tutores fecerunt citari in titulo iuris firmarum obtinentem, & dederunt firmam & licet ex parte citatorum fuerunt propoſitę exceptiones dilatorię, licet in ſpecie non allegaſſent regulam l. vbi ceptũ eſt iudiium, non obſtantibus exceptionibus fuit mandatum procedi ad vlteriora, & lata ſententia contra tutores, qui fecerunt electionẽ iuris firmę, qua proſequta reportarunt ſententiam, & fuit eis recepta iur. fir. Proceſſus eſt tutorum & curatorum D. Dioniſię de Embum, ſunt duo proceſſus vnus ſuper apprehenſione, alius ſuper iuris firma, ex quo aparet quod in hoc proceſſu non fuit diſcuſſus in ſpecie caſus iſte, ſed lata ſententia ſecundum merita cauſę, & licet hec ſentẽtia nobis videatur de iure verior, non tamen poſſumus non mirari ob tantam diuerſitatem opinionum, tot aduerſa exemplaria † ſed quid mirum cum nihil ferme in iure noſtro ſine controuerſia ſit, ſiue id iuris obſcuritas eficiat, ſiue ingeniorum ſubtilitas, ſiue contra imbecillitas, ſiue etiam ſtudium contradicendi, ſiue quid quã aliud ſecundum Alex. in l. 1. de authoritate tutorum Tiraq. de legibus conubialibus gloſ. 8. n. 121. fol. mihi 338. col. 2. in fin. & hoc non me in magnam rapit admirationem, ſed illud me torquet, atq; contorquet, nec ſine animi languore repeto, quod plerique faciunt, qui animo oſtentandi vt plus ſapere videantur, opiniones

rectas

rectas impugnant, cauillosis quibusdam interpretationibus, iure nostro abutentes, plurimumque præstitiſſe arbitrantes, quotiens clientis cauſam etiã per injuriã ad victoriã perferũt, quo fit vt cruciatus ſibi laborent, dũ gloriæ aut alieno ſtudẽt commodo, nõ tot tantæque eſſent DD. varietates in iure ſi (bone Ieſu) ad veritatem omnes reſpicerent, ſed tam longe hoc abeſt, quando caſus conſulentis proponitur, vt ſolum illud nonnulli quærant quomodo veras rectasque opiniones clientis deſiderio minime cõmodas liceat efugere, & alias reprobatas & ab omni ratione æquitateque alienas manibus & pedibus pertinaciter ſuſcipere ac tutare.

13 Reliqua quæ circa † caput hoc electionis iuris fir. graua. factorum dici poſſent, cum ſcripta ſparſim ſint per Portol. verb. appell. Bardaxi queſt. 5. de offic. Iuſt. Arag. & alios alijs in locis, ideo cõſultoomitũtur, cũ animus noſter non ſit alienis laboribus velle decorari, ſed proprijs potius tibi amantiſsime Lector ad tui eruditionem deſeruire.

SVMMA EORVM, QVÆ in hoc §. 1. cap. 4. continentur.

1 *Melius eſt ante tempus occurrere, quã poſt vulneratam cauſam medellam quærere.*

2 *Iuris firmæ grauaminum fiendorum diffinitio traditur, item & diuiſio num. 3. & 4.*

5 *Iuris firmæ communes quæ dicantur proponitur.*

6 *Iuris firma in continenti prouidenda eſt, vel intra triduum, ſi probabile dubium ſit.*

7 *Iuris firma caſualis quæ dicatur accurrate exponitur, & prouidẽda eſt de conſilio, ſi tẽdat ad impediendam executionem priuilegiatam, numer. 8.*

9 *Forus vni. Tiraſonæ anni 1592. tit. de las firmas qualiter intelligatur late traditur, & num. 10. & 13.*

11 *Ratio prohemialis alicuius fori, cauſam finalem denotat.*

12 *Inducta ad augmentum non debent diminutionem operari.*

14 *Forus generaliter loquens generaliter eſt intelligẽdus.*

15 *Firmæ caſuales etiam non priuilegiatæ hodie non reuocantur, vel declarantur; niſi per omnes Locumtenentes, licet in puncto iuris contraria ſententia verior ſit numer. 16.*

17 *Iudex ſecularis ſuam iuriſdictionem tueri debet a iudicibus eccleſiaſticis, etiam per viam mulctæ, per ocupationẽ temporalitatuum vt num. 18.*

19 *Forenſes Firmarum beneficia*

cio gaudent.

20 *Nemo debet extrahi a ſuo iudice locali.*

21 *Firma tertij impedit executionem inſtrumenti etiam per ſtatutum priuilegiati & ibi de ratione.*

22 *Negans non excipit.*

23 *Capi nemo poteſt niſi in fragantia, aut cum appellitu.*

24 *Capi quilibet poteſt in fragātia per priuatas perſonas ad finem remittendi.*

25 *Officium iudicis nobile in Regno non habemus, neque abſolutum illud Principis imperium, vt nu. 26.*

27 *Agere de poteſtate Principis ſacrilegij crimen eſt.*

Cap. 4. vbi agendũ nobis eſt, de iurisfirma grauamin. fiendorum & quotuplex ea ſit, & de firma communi quam volanderam vulgus appellat.

§. I.

POSTQVAM egimus de iurisfirmis grauaminũ factorũ, & late explicuimus in §. 2. iurisfirmã ideo dici quia firmatur de ſtãdo & parẽdo iuri & iudicato ſoluendo, coram Iuſtitia Aragonum, & eius Locumten. coram quibus ſolum dantur & proponuntur iſthæ iurisfirmę de quibus agitur, (exceptis poſſeſſorijs de quibus ſubſequenter fiet ſermo) reſtat vt agamus de iurisfirmis grauaminum fiendorũ alias futurorum, & quæ nõdum illata ſunt, (nam ſi illata ad iurisfirmas grauaminũ factorum recurrẽdum eſt. vt per eas reparentur grauamina facta, & illata vt ſup. eſt explanatum) ſed timentur inferri, & quia
1 melius eſt ante tempus † occurrere, quam poſt vulneratam cauſam remedium quęrere, l. fin. C. in quibus cauſ. in integ. reſti. non eſt. Ideo in Aragonia frequentius recurritur ad has iurisfirmarum ſpecies grauaminum fiẽdorum ad euitandum ne fiant, quam ad iurisfirmæ graua factorum, ad reparanda, curanda ve grauamina iam illata, & ſic ſolent ab effectu dici, hæc remedia alia preſeruatiua, alia curatiua, harum iurisfirmarũ grauaminũ fiendorum diffinitio tradita fuit ſupra §. 5. vt ſupra hęc iurisfirmæ nihil aliud ſunt, quam † quędam inhibitio
2 à curia Iuſtitię Arago. in vim iuſtarũ exceptionum, & ſatisdationis de ſtando & parendo iuri obtenta, tam contra iudices, quam contra particulares perſonas, ne firmantem reum contra ius & forum pignorent, moleſtent, vel in ſua poſſeſsione turbent, ac vexent, quę diffinitio genus, & proprias differentias continet, vt ſupra latius dictum eſt dict. §. 5. vbi videnda ſunt.

Iſthæc firmę diuiſionem patiuntur, nam alię ſunt & dicuntur iurisfir-
3 mæ grauaminum fiendorum, ad impediendas executiones iudicum ſecularium quas ſolus Iuſtitia Arago. & eius Locumten prouidere poſſunt, & fororum prerrogatiua maxima, foro. de vo'untad de la corte. tit. de officio Iuſt. Arag. de quibus agendum primo eſt, quam de alijs iurisfirmis grauaminum

minum

minum fiendorum, quas poſſeſſorios
vocant.

Sed & hę de quibus agimus. &
quæ executiones impediunt, aliç ſunt
4 ad caſum ſpecialem, & in iurisfirma
narratum prouiſſę. Aliæ vero com-
munes, ideſt quę ad nullum caſum
ſpecialem prouidentur, & emanant
(quas vulgus appellat firmas commu
nes, ſiue volanderas.)

Firmę communes (quas vulgus vo
landeras vocat) ſunt illę firmę, & in-
hibitiones in quibus non concluditur
ſuper † certo & ſpeciali caſu, ſuper
5 quo pars petat inhiberi, ſed potius
generaliter petitur à iudice in vim fo
ri, vt inhibeat omnibus iudicibus ſecu
laribus Regni, ne ſupplicantem ve-
xent, ac moleſtent contra ius & forũ,
quominus fruatur, & vtatur beneficio
libertatum, ac priuilegiorum Regni,
& ne ipſum ſupplicantem pignorent,
ac executent, capiant, & moleſtent in
caſibus quibus de foro, facere id non
poſſunt, proponendo generales quaſ-
dam exceptiones, veluti ſolutionis,
falſitatis, & ſimilium. Has iurisfirmas
appellamus communes, & generales,
& prouidentur per ſolum Locumte-
nen. à quo petuntur, abſq. cõſilio alio-
rum & cum ſola allegatione partis,
abſque probatione aliqua in vim obſ.
vius Regni de pignoribus quę ſic ſta-
tuit. & hęc & aliç omnes iurisfirmę de
6 bent prouideri in † continenti, niſi ad
ſit dubium aliquod, quo caſu per tri-
duum differri prouiſio illarum poteſt,
foro, de voluntad, de offi. Iuſt. Arago.
quod dubium in his firmis commu-
nibus cadere non poteſt, & ſic ſem-
per prouidentur in continenti, immo
in ſcribanijs dantur propter facilio-
rem expeditionem. (vt dictum eſt in
principio) & prouidentur cum clau-
ſula iuſtificatiua, cum ſi quas cauſas,
de quo iam ſupra actum eſt. Hęc iu-
risfirmę communes, quę ſine allega-
tione exceptionum non impedirent
executionem, & pignorationem ca-
ſus manifeſti, quia tamen ſemper con
cipiuntur cum exceptionibus vt dixi,
& paulo poſt videbitur, hinc fit quod
impediunt omnem executionem pa-
ratam, & ſic executionem non priui-
legiatam, & generaliter impediunt
executionem, & pignorationem fieri,
(etiam ſi de debito conſtet per caſum
manifeſtum) niſi in caſibus in quibus
ſpecialiter per foros prouiſſum eſt exe
cutionem fieri debere non obſtante
firma, qui multi ſunt, vt videbimus,
quibus caſibus cum hęc firma cõmu-
nis non ſit ſufficiens, neceſſe erit ad
aliam firmam ſpecialem recurrere, vt
mox dicemus.

Firmę vero caſuales ſunt illæ in
quibus narratur, & exprimitur ca-
7 ſus † ſuper quo firmatur, & ſuper quo
ſupplicatur iudici vt inhibeat omni-
bus iudicibus ſecularibus Regni, ne
firmãti ſuper illo caſu vexent ac mole
ſtent: veluti ſi ſum in fantio, & peto
firmam ne virtute ſtatutorum vniuer
ſitas in me ſtatuat, vel ſolui debitum,
& peto firmã ne in vim obligationis
debiti poſſim pignorari. Aut ſum re-
gnicola, & non ſum officialis, peto fir
mam, ne fiat contra me inquiſitio: &
ad inſtar iſtorum exemplorum poſ-
ſunt concipi millæ aliç iurisfirmę ca-
ſuales, fundatæ in foro, vel alia priua
ta partis iuſtitia. Quę ſi fuerint ad
impediendam executionem paratam
tantum, & ſic quę non habeat execu-
tionem priuilegiatam, vt ſtatim di-
cemus, tunc prouidentur per ſolum
Locumtenentem, ſine conſilio alio-
rum, cum informatione tamen ſi
aliquid veniat liquidandum, & inhi-
betur cum clauſula (cũ ſi quas cauſas)

V quod

Digitized by Google

quod ſi tendant ad impediendam exe
cutionem priuilegiatam , veluti cen-
ſualis,comandę,albarani mercatoris,
condemnationis voluntarię , ſenten-
tiæ arbitralis laudatę & aprobatę, &
8 ſimilium:tunc debent prouideri † de
conſilio aliorum Locumtenentium,
& facta informatione: & inhibitio de
bet fieri in forma priuilegiata, ad de-
notandum quod impediunt executio
nem priuilegiatam,in tantum , quod
ſi alio modo inhiberetur ommiſſa
hac forma , veniret firma reuocanda
ſecundum Molinam verb. cenſualia.

Ab iſtarum prouiſionibus,& dene
gationibus , & illarũ reuocationibus,
& confirmationibus,non datur recur
ſus.d.foro,de voluntad,ſed poteſt agi
ad repulſionem firmę coram Iuſtitia
Aragonum,& à repulſione,& admiſ-
ſione iurisfirmę poteſt ad Reg. Aud.
appellari , for. querientes occurrir
de firm. iur. & ſimiliter poſſunt peti
declarari,quod obſtant , vel non ob-
ſtant in tali caſu , prout dicemus , à
qua declaratione an detur recurſus,
vide ſupra c.3.§. 4.

Circa prouiſiones tamen & confir
mationes harum iurisfirmarum caſua
lium vidi non ſemel dubitari poſt fo-
ros Tiraſonæ anni 1592. an ille forus
qui diſponit † quod firmę caſuales
9 prouideantur per omnes Locumte-
nen. vel maiorem partem illorum &
vbi non fuerit integrum conſiliũ pro
uideãtur per maiorẽ partẽ aſsiſtentiũ
in camara conſilij,comprehendat nõ
ſolum firmas caſuales impedientes
executionem paratam, ſed etiam fir-
mas caſuales impedientes executio-
nem priuilegiatam,& ſic comprehen
dat omnes iurisfirmas caſuales priui-
legiatas , & non priuilegiatas, in quo
puncto vidi ad oculum, quod de rota
dici ſolet quod quandoque rotat , nã
aliter , atque aliter, ac vario modo
vidi meis temporibus habitum con-
ſilium, ac ſtabilitas non ſine ratione,
& fundatas ſemel opiniones in no-
uas parum acommodatas cauſarum
expeditioni, opiniones omnino mu-
tari. Et pro opinione dicentium non
comprehendere firmas priuilegia-
tas , ponderabantur ſequentia inter
alia.

Primo quod per foros anni 1528.
ſub tit. del reparo del conſejo del Iu-
ſticia de Aragon, ſtatutum reperitur
inter alia, quod firmas priuilegiatas,
ſiue ſint contra iura regalia,ſiue con-
tra perſonas , & alia iura , non poſsit
Locumtenen. prouidere niſi de con-
ſilio aliorum quinque Locumtenen.
eius collegarũ,vel maioris partis illo-
rum, ſub pœna officialium delinquẽ-
tium,& argumento ſumpto ab inclu-
ſione(quod validũ eſt l.maximũ vitiũ)
ſequitur quod aliàs firmas caſuales
non priuilegiatas ſolus prouidere , &
confirmare poterat,ita in foro vnico.
ſub tit.que los Lugartenientes no pue
dan pronunciar definitiones,ſino con
conſejo de los Lugartenientes,o de la
mayor parte dellos. Poſtea ſubſequẽs
forus tit. dela forma de hazer la rela-
ciõ,ſub eodem reparo, diſponit quod
Locumtenen . teneatur de conſilio
aliorum Locumtenen.vel maioris par
tis illorum votare prouiſiones , reuo-
cationes firmarum priuilegiatarum,
& etiam confirmationes illarum,iun-
cto verb. y el dicho Lugartenientę,
cum principio illius fori,quod ſi ſecus
actum fuerit , vltra quod Locumten.
poteſt accuſari vt officialis delinquẽs,
ſententia etiam & prouiſio erit ipſo
iure nulla,vt per d. foros prouidetur.

Superuenit poſtea forus vnicus,ſub
tit.que en votar las cauſas concurran
cinco Lugarten. anni 1564. qui forus
dicit,quod ex quo erat magnũ incõueniẽs
pronũtiari & decidi cauſas à minori
nume-

Digitized by Google

numero Locumtenentium quã quinque, quod eueniebat excluſo aliquo, vel aliquibus Locumtenentibus propter ſuſpiciones, vel alias cauſas, quia inde multoties in æqualitate votorum præualebat qualitas relatoris, & quod ſic multoties fuerat factum, pro inde forus ille ſtatuit, quod in conſilio Iuſtitię Arago. debeant ſemper aſsiſtere. & ad eſſe quinque Locũtenentes taliter quod ſemper debeant votum ſuum præſtare quinque Locumtenẽtes & non minus, in omnibus cauſis. ſententijs, & prouiſionibus, quę iuxta forum debent pronuntiari de conſilio aliorum (qualis eſt firma priuilegiata) vt ſic non pręualeat qualitas relatoris, niſi in caſu quo reperiantur tres diuerſitates votorum, & adſit paritas tunc, pręualet qualitas, & quod in defectum excluſorum ſubrogentur alij ſecundum forum. Iam igitur ex hoc foro reſultat, quod in firmis priuilegiatis, & illarum expeditione debent ad eſſe quinque Locumtenentes.

10 Tandẽ ſuperuenit forus anni 1592. ſub tit. delas firmas, que ſe han de proueer de parecer del conſejo, vbi † diſponitur quod omnes firmæ caſuales debeant expediri per omnes quinque Locumtenen. vel maiorem partem illorum, niſi quando conſilium non fuerit integrum ideſt quando non ad ſint omnes quinque Locumtenentes, quo caſu debent expediri per maiorem partem Locumtenen. ibi aſsiſtentium. Ex collectione horum triũ fororum deducunt illi qui primam fouent opinionem. quod hic forus nõ comprehendit firmas priuilegiatas, licet ſint etiam caſuales, ſed alias firmas caſuales non priuilegiatas, & ſic illas caſuales, quæ expediuntur in forma communi, cum clauſula (cum ſi quas cauſas) & per conſequens, quod hic forus loquitur de firmis caſualibus in ſpecie ſumptis, non vero de caſualibus in gñe, hoc deducunt primo ex ratione prohœmiali fori noui, vt firmę maturius, & cum ſaniori conſilio prouideantur, quæ ratio prohemialis † cauſam finalem denotat,

11 ampliat, reſtringit, & declarat diſpoſitionem, l. fin. ff. de hęred. inſti. & ibi Bart. quod adeo verum eſt, quod ſi prohœmium ſit generale, licet ſequãtur verba ſpecialia, erit diſpoſitio generalis, Azeuedo lib. 4. tit. 1. l. 11. num. 6. & 7. & quomodo cognoſcatur cauſa finalis, & ex quibus pręſumatur, Aymon. conſ. 192. cum ergo illa ratio prohœmialis ſolum tendat ad firmas caſuales. non priuilegiatas (cum circa priuilegiatas, iam erat ſufficienter cautum per d. foros) per quos diſponitur, quod prouideantur cum conſilio, & ſic quo ad eas nõ erat neceſſaria noui fori prouiſio, per l. 1. C. de theſau. lib. 11.) ſequitur, quod illę ſolę ſunt comprehenſę. Et ſi forus dicit quod firmæ caſuales non prouideantur per ſolum vnum Locumten. ſed per omnes, vel maiorem partem, ſequitur clare quod loquitur de non priuilegiatis quæ antea per ſolum vnum Locumtenentem prouidebantur, & non de priuilegiatis quę antea per vnum Locumtenentem non poterant prouideri, aliàs foret inepta & falſa noua diſpoſitio.

Deinde quia ſi hic forus venit ad augmentum, & augendum maiorem deliberationem, debet intelligi in non priuilegiatis, vt aliquid operetur, aliàs nihil operaretur. Præterea quia aliàs intelligendo de priuile-

12 giatis, operaretur hic forus diminutionem contra ſuũ † inſtitutum, quod abſit. l. legata inutiliter. ff. de alim. leg. pater, antea debebant

prouideri reuocari & declarari firmę prilegiatę aſiſtentibus omnibus quinque Locumten. per foros antiquos, modo forus nouus diſponit quod licet non aſiſtant omnes, poſint prouideri per aſiſtentes omnes vel maiorē partē illorum, igitur operaretur diminutionem conſilij, cum quo antea expediebantur priuilegiatæ, vltra quod ſi de priuilegialis loqueretur iste forus, cū ipſe correctorius ſit reſpectu firmarū caſualium non priuilegiatarum, induceretur alia correctio quo ad priuilegiatas: quod in dubio fieri non debet ex vulg. reg. l. præcipimus C. de appell.

12 Vltimo quia fori antiqui loquentes de priuilegiatis, & requirentes concurſum quinque locūtenentium, ſunt ſpeciales, hic autem forus diſpenſans vt per aſsiſtentes, licet non ſit integrū conſilium, prouideatur, eſt generalis & licet ſub ſui generalitate alias cōprehendatur priuilegiatæ, quæ ſunt etiā caſuales, & forus loquitur generaliter de caſualibus, adhuc tamen diſpoſitio noua generalis non corrigit foros antiquos diſponentes ſpecialiter in aliquo caſu particulari conprehenſo ſub generalitate nouæ diſpoſitionis, for. vnico de in ius vocando in fin. obſ. fin. de injurijs Mol. verb. citatus legitime fol. 68. col. 1. & verb. fori Aragonū, verſ. forus primus ſpecialis, fol. 152. eſt elegans glo. in verb. pragmatica in l. decurionibus. C. de ſilētiarijs & decurionibus lib. 12. quā valde ſingularē dicunt & ſequitur Alex. cōſi. fin. num. 25. in 4. Iaſſ. in auth. res quæ num. 25. C. coram delega. Alex. conſ. 1~1. num. 5. volum. 1. vide Hippolit. de Marſil. js in praxi cauſ. crim. §. quęritur. nu. 9 cum ſequentibus, vbi latiſſime fol. 11. adde Bald. conſ. 112. in 2. Iaſſ. in l. poſtquam liti numer. 13. vbi glo. ſimiliter C. de pact. ex his concludunt quod hic forus circa firmas caſuales priuilegiatas nil innouat, nil diſponit, † ſed ſolum quo ad non priui-

13 legiatas, vt prouideantur cum maiori conſilio, quam antea, non tamen tanto, quo priuilegiatæ expediuntur & quod ſic hodie ad priuilegiatas debeant adeſſe per neceſſe omnes v. Locūtenentes, vt antiquitus fiebat per foros antiquos, alias non poſsint expediri. Et hoc ex ea ratione quia cum priuilegiatę debeant impedire executionem ſimiliter priuilegiatam, rigidam, & per foros multis fauoribus proſequutam, eſt ibi cautius, & maturius attendendum, quam ad caſuales non priuilegiatas, vbi non agitur de tanto periculo argumento cap. vbi periculum de elect. in ſexto.

Et licet rationes iſtę de iure videātur concludere, & efficaces, tamen pro bono iuſtitiæ & faciliori negociorum expeditione, cum poſſet aliquando periculum imminere, ſi ſecus fieret, vidi meis temporibus introductum, vt omnes firmę caſuales priuilegiatę, & non priuilegiatę prouiderentur, vel denegarentur per Locumtenentes aſsiſtentes in camara concilij, vel maiorem partem aſsiſtentium, licet non eſſent quinque, vt reperiri poterunt multę firmæ ſic expeditæ, de quo atteſtor tanquam teſtis oculatus. & hoc non ſine ratione, quia cum ratio prohœminialis ſit generalis ad omnes firmas, videtur quod etiā ſit generalis diſpoſitio ſecundum Azeued. vbi ſupra.

Et cum forus generaliter loquatur,

14 † generaliter debet etiam intelligi, obſ. item donatio 1. & 2. de donationibus, Mol. verb. fori Aragonū verb. forus vbi non diſtinguit, &c. & nihil magis contra chartam, quam interpræatatio reſtrictiua, & limi-

& limitatiua diſpoſitionis generalis, ſecundum Alciat. conſil. 96. num. 33. Socin. conſil. 98. num. 25. in 4. & alijs quos allegat Portol. verb. fori nu. 55. vbi hanc veriorem opinionem dicit, quam etiam ſequitur Aymon. conſi. 135. num. 23. & 641. n. 15.

Quo ad reuocationes autẽ, & declarationes illarum, de quibus forus nouus non loquitur, erat deſtinguendũ, nam priuilegiatæ erant reuocandæ, & declarandę quinq; omnibus Locũtentibus aſsiſtentibus ex voto omniũ vel maioris partis, ſecundum quod antiquitus fiebat. Non priuilegiatę vero, quod eſſent reuocandæ & declarandæ non per vnum ſolum Locumtenentium vt antiquitus fiebat, ſed per omnes illos qui pręſentes eſſent, vel maiorem partẽ illorum, licet nõ adeſſent omnes quinque Locumten. & hoc non in vim fori noui, qui non hoc dicit expreſſe, cum ſolum loquatur de prouiſione firmarum, & nullũ verbum faciat de reuocatione, & declaratione, ſed ex mente fori, quia ſi vult forus nouus, quod firmæ caſuales non priuilegiatæ (quę antea per vnum ſolum prouidebantur, reuocabãtur, & declarabãtur,) debeant prouideri per omnes eos qui aſsiſtunt quotquot ſint, vel maiorem partem illorum, certe idem dicendum eſt, & à fortiori ex mente fori in reuocationibus, & declarationibus illarum, vt ad minus per eaſdem cauſas reſoluantur, per quas conſtituuntur reg. nihil tã naturale. ff. de regu. iur. quis enim negabit quin maior, vel ad minus nõ requiratur tanta ſolemnitas in reuocanda firma, & declaranda, quanta in prouidenda.

Et licet hęc ſic ſe haberent, hodie tamẽ intelligo practari per dominos Locumten. vt nullæ firmę † caſuales
14 etiam non priuilegiatæ reuocentur, nec declarentur, per quatuor Locumten. ſi non plures aſsiſtant, quouſque omnes quinq; ſint pręſentes in camera cõſilij, quod circa priuilegiatas bene eſt, ſi quidem antiquitus ita fiebat, quod non reperitur immutatum. Sed quantũ ad non priuilegiatas (parcant mihi domini Locumten.) id videtur
15 durum, & nociuum expeditioni negotiorum, & contra diſpoſitiones foraleſ; nam in vim fori antiqui id nõ poſſunt pretendere, quia ſolus vnus Locumten. reuocabat, & declarabat illas. vſque ad annum 1564. in vim vero fori noui 1592. nequaquã: quia forus nouus expreſſe non loquitur de reuocatione & declaratione, ſed ſolũ de prouiſione. Vnde potius erat dicẽdum fore ſtandum foro antiquo, non correcto; ſi vero dixerint forum nouum ſecundum mentem, & rationẽ fore intelligendum in reuocatione etiã & declaratione, conſequẽtia erit contra illos, quia forus non requirit pręſentiã quinq; Locũt. per neceſſe, quia contentatur numero aſsiſtentiũ, quotquot illi ſint: igitur firmę nõ priuilegiate ſunt reuocandę & delarãdę per eos qui aſsiſtunt & non remittendę ad plenum concilium vt dixi, vel oſtendant forum cui innitantur cum ratio deſſiciat.

THENOR FIRmæ communis eſt ſequens.

a ILLVSTRISIMO & Reuerédiſsimo domino Archiepiſcopo Ceſarauguſtano,ac etiam ad modum Illuſtribus & Reuerendis dominis Epiſcopis Oſcen,Tiraſonen, Iaccen, Albarrazinen, Barbaſtren, Turolen, Illerden-Dertuſen, Pampilonen, Sagũti & Segoruicen, nec non eorum & cuiuslibet eorum in ſpiritualibus & temporalibus Vicarijs Generalibus, ſeu officialibus ecleſiaſticis, ac dictorum ofitiorum & vicariarũ regentibus & etiam iudicibus piarum cauſarum,ac alijs iudicibus pro dictis dominis Archiepiſcopo & Epiſcopis iuriſdictionem exercentibus, & iudicum meris executoribus nec non etiam quibuſuis conſeruatoribus Apoſtolicis, commiſſarijs S. Cruciatę & corũ collectoribus & ſubcollectoribus & alijs quibuſcumque iudicibus eccleſiaſticis, quocunq. nomine nuncupentur, eorumque & cuiuslibet locumtenentibus

GLOSSÆ FIRMÆ communis.

Et quia agitur de condemnatione expenſarum in ciuilibus, nota quod
12 ſi quis conſentit, quod recipiatur † propoſitio litis pendentię alicui, debet cōdemnari in expenſis, à die conſenſus factis, non antea, vide in proceſſ. Michael. Ronçales, ſuper apprehenſione 22. Nouemb. 1597. in curia Iuſtitiæ Arago. Ego tamen dixi in conſilio, quod debet ſoluere omnes expenſas, etiā vſq; ad conſenſum, ex eo quia dedit cauſā litigandi, & intrandi in alijs articulis, & eo ipſo quo conſenut,

quod alteri recipitur propoſitio, fatetur ſuam iniuſtitiam, & niſi doceat quod habuit de nouo notitiam ſuę iniuſtitię, debet condemnari in expẽſis, niſi conſentiat cum hac conditione quod non condemnetur in expenſis & non aliàs, nam ſi aduerſarius acceptet hunc conſenſum, euitabit expenſas.

Verum ſi aprę̨hendens eſt qui conſentit, quod alteri recipiatur propoſitio, condemnatur in expenſis vſq; ad diem conſenſus, quia iſte non habet excuſationem aliquam, vide in proceſ. Petri Seſſan. ſup. aprehenſione die 16. Febru. 1598. in cur. Iuſt. Arago.

13 In expenſis non condemnatur † dominus vtilis, quando res emphyteotecaria adiudicatur domino directo in lite pendente, vel alio proceſſu, virtute commiſsi per eum facti, eſt ratio; quia cum tota res reſoluatur in dominium directum, & nihil penes vtilem remaneat, non debet amplius prę̨grauari ſublata re emphyteoticaria, & ſic eſt recipiẽda propoſitio domino directo, propoſitionẽ vtilis reijciẽdo, non tamẽ condẽnando eum in expenſis, ſed debet dicere, recipimus propoſitionem dñi directi cum expenſis, intelligendo quod ſoluantur illæ expẽſę de fructibus, ſi aliqui reperiũtur in re emphiteoticaria, non quod ſoluantur ex alijs bonis dñi vtilis, & ſic dici ſolet in propoſitione dñi directi recipimus propoſitionẽ, &c. bona ipſa in expenſis condemnando, non autẽ dominum vtilem, & ſic ſententia dicitur cum expenſis, intelligendo quod ſoluãtur de fructibus rei, ſic fuit declaratum in proceſ. Mathei de Alcouer ſuper aprehenſione die 18. April. 1595. in curia Iuſtitię Aragonum.

Fuit etiam dubitatum quod ſi cõpetentia formata iuxta forum, fuerit declarata in fauorem ecclęſiaſtici neutram partium in expẽſis condemnando, tunc certum eſt quod officialis eccleſiaſticus, cui fuit prę̨ſentata firma per laycũ, ꝓcedet in cauſa, modo videamus poterit ne firmantẽ in expẽſis factis in competentia condẽnare?

14 curia eccleſiaſtica ſolet condenare & male, & ideo per Iuſt. Arago. ſolet dari firma † contra iudicem eccleſiaſticũ ne hoc faciat, quia cauſam excuſandi habuit firmans, maxime quia cũ iud. cancellarius dixerit neutram partium, non debet officialis contra hoc innouare aliquid, in ſuo tamen proceſſu poterit condemnare in expenſiis, quem viderit condemnandum: vide in proceſſu Ioan. de Porquera alias Spinoſa diem 26. Nouembr. 1592. ſuper iuris firma & in proceſ. D. Franc. de los Cobos Marchionis de Camaraſa ſuper iuris firma anno 1593. verum hæc non mihi placent, quia cum hoc expectet ad merita cauſę iudicis eccleſiaſtici, non debet per firmam impediri, licet male fecerit in cõdemnando, vide idem quod ſupra, in proceſſu Dominici Perez & aliorum ſuper iuris firma die 15. Dezembris 1597.

15 Expenſę aduocati † & procuratoris non ſunt illorum, nec habent actionem aliquam ad eas, ſed ſunt domini litis & cum eo taxantur, & ſuo nomine datur cedula expenſarum quotidie, & licet contrarium ego iudicauerim in proceſſu procuratoris generalis aſiſtentis, & Communitatis Darocæ contra Simonem Diez, ſuper

ſuper crimin. in cur. Iuſtitiæ Arago. anno 1596. vel 1597. fui deceptus, quia dixerunt mihi curiales, quod talis erat conſuetudo curiarum, vel ſtilus, (vide à quibus capiebam informationem in hac materia) de iure totum contrarium eſt verius, & ſic poſtea contrarium fuit iudicatum in proceſſu domnę Iuannę Enriquez de Cabrera, ſuper iurisfirma, die decimoſecundo Decembr. 1597. & in Regia Aud. fuerat idem iudicatum, vt reſultat per dict. proceſſum.

Ex eo quia procurator habet actionem honorariam, quaſi ex locato, contra ſuum principalem, vt ſoluat ei ſuas operas, & principalis debet ei ſoluere, & poſtea eas recuperare à cõtrario, dando cedulam expenſarum, vt fit quotidie. Verum eſt quod ſe ſolent procuratores componere cum ſuis principalibus, & per gratiam, vel importunitatem, ſolent ab eis obtinere donationem, & gratiam expenſarum, & ſic eas colligunt ſub nomine tamen principalium.

9. Sententia lata per iudicẽ contra perſonam manifeſtatam, & à curia Iuſtitię Arago. ſibi remiſſam, iuxta forum penult. in fin. de manifeſt. perſo. fol. 61.

10. Fiſcalis ſi appellitauerit ficte, vel non fuerit proſequutus appellitum, condemnatur in expenſis, quorum executio fit in bonis regalibus, non obſtan. firm. for. fin. tit. de procurator. fiſcal. fol. 42.

16 Regulariter autem † fiſcus non condemnatur in expenſis, quia for. 2. de procurato. fiſcali, continet caſum ſpecialem, in quo fiſcus condemnatur in expenſis, Molin. verb. procurator. fiſcal. colum. 3. & ſic temeritas fiſci nomine officij quod habet, & præheminentiæ, non ita cenſetur, vt ſic condemnetur in expenſis. Facit pro hoc obſer. Item nota quod ſi bauli. de homicidio, vt i qui ratione officij accuſant non ſe inſcribunt ad penam talionis, fundatur in dicto Bald. in l. 2. per illum text. C. qui acuſ. non poſſunt vbi dicit quod officialis non præſumitur eſſe in culpa, vti priuatus præſumeretur, Baldus conſil. 451. in 4. referens quod ratione officij quis excuſatur, niſi probetur dolus per not. in l. athletas. §. calumniator, ff. de his qui not. infam. Vnde dicit Romanus, in l. ſi vero §. de viro fallen. 27. ff. ſoluto matrimonio, quod qui ex neceſſitate officij accuſant, non præſumuntur eſſe in calumnia. In contrarium tamen videmus forũ, è ſi deſpues, & forum è porque, col. 2 de procurator. aſtrict. vbi procurator aſtrictus condemnatur in expenſis. Veritas eſt quod ratione officij non ita præſumitur facile calumnia, & delictum, vnde merito non ſe aſcribit, & non ita facile pręſumitur temeritas in litigatore, vnde non condemnatur in expenſis. Ex quo ſum-

17 mitur practica. † quòd procurator fiſcalis non condemnatur in expenſis,ſed ſi clare liqueat de dolo, & calumnia, & ſumus in certo, tunc qui accuſat ratione officij,qui delinquit tanquam officialis, nedum non eſt leuius plectendus, ſed acrioribus penis ſubiugandus.Hæc diſtinctio colligitur ex Bald.in cap. quoniam contra colum.9.de probationibus. verb. contra quæro.Et conſil.119.colu.4.in 2. Tiraquel.de pęn.cauſ. 58. colu fin. vbi latè,nec enim prætextu officij debet inpunè graſſari, concludo igitur
18 quod ex præſumpta calumnia † non condemnabitur procur. fiſcal. in expenſis, quia forte non probauit, niſi conſtaret de calumnia, vt in dict. for. 2.nam tunc cōdemnabitur, quia conſtat de dolo, vt in procuratore in dando appellitum fictum, & ſic ſi fiſcus deſiſtat ab accuſatione debet condemnari in expenſis, iuxta forum. Et reus abſolui diffinitiuè, & hoc quod de expenſis dixi, eſt verum licet fiſcus quando ſe ſeparat diceret quod ſe ſeparat cum tamen hoc quod expenſę non veniant, nam ſi pars aduerſa non acceptaret illam ſeparationem ita qualificatam, ſed peteret condemnari in expenſis, debet condemnari in eis, & etiam ad reſtituendum expenſas cabletæ, & aliàs ſolutas per accuſatum, ſic fuit iudicatum in proceſſu procurator. fiſcal. contra los de Torralua, de los frayles ſuper criminali, die decimo nono Octobris anno milleſimo quingenteſimo ſexageſimo octauo.

11. In proceſſu manifeſtationis bonorum, tam in articulo tenutæ, quam poſſeſsionis & proprietatis, vt in foro. é por dar breu. tit. de manifeſt. bonorum, in principio, folio 63.

12. Sententia lata in proceſſu firmæ grauaminum factorum,vel appellationis,ſi eſt cōfirmatoria ſententię iudicis à quo, executatur non obſtan. firma, vt in foro 1. tit de executio.rei iudi.fol. 134. colu. 3. in fine.

13. Exceptionem falſi contra inſtrumentum opponens, ſi ſuccumbat incidit in pęnam 500.ſolidorū,qui executantur non obſtante firma,vt in foro, por quanto,circa finem,tit.de fid.inſtrum.fol.98.

14. Proceſſus iurisfirmæ poſſeſſoriæ, non impeditur per iurisfirmam, for.vnico de firmis iuris ſuper poſſeſsione, folio 140.

15. Procurator qui fecit partem poſt primam publicationem in proceſſu rei vendicationis, ſi non fecit fidem de ſua poteſtate ante renuntiationem poſt viginti dies, poſt-

poſtquam captus ob id extiterit, punitur tanquam falſarius, & condemnatur ad intereſſe, & in expenſis, quarum executio fit non obſtante firma, vt in for. 1. tit. de rei vendi. col. 4 circa fin. fol. 53.

16. Pœna pecuniaria quæ imponitur ſuper notorio, executatur non obſtan. firma, for. fi. in fin. de proceſſu ſuper notorio, fol. 48.

De hac coertione multum bene
Bardaxi in foro de proceſſu ſuper no
torio, quem vide, ſed ſi iudex laycus
cauſaret notorium contra clericum,
vel alium priuilegiatum non ſuę iu-
riſdictionis, appęnando illum pro-
pter aliquam iniuriam iudici irroga-
tam, eam reputando notoriam, quia
hoc eſt cauſarę notorium, an † infor-
19 matio illius faceret fidem coram iudi
ce priuilegiati, videtur quod non ſe-
cundum Decian. tom. 1. lib. 4. cap. 11.
fol. 169. numer. 5. de quo vide Felin.
Abb. Decium in cap. atſi clerici de iu
di. Boet. deciſ. 90. Iul. Clar. §. fin. q. 36.
ad fin. Maſcard. de probatio. concluſ.
33. num. 24. vide bonam diſtinctio-
nem traditam per Decianum vbi ſu-
pra, circa bona mobilia & immobilia
exempti appęnati.

16. Appellitans qui poſt oblationem petitionis per 20. dies ceſſat cauſam proſequi, ſi poſt aſsignationē ſibi factam, quatenus infra quindecim dies oſtendat qualiter habuit iuſtam cauſam appellitandi, id non fecerit, condemnatur in expenſis, & damnis, quorum executio fit non obſtan. firma, for. añadiendo, tit. de appellitu fol, 154.

18. Panni lanæ & ſerici ſi veneant, metiendi ſunt per ora, ſiue per eſquinā, ſub pęna 60. ſolidorum, quæ executatur nō obſtan. firma, for. vnic. tit. de pannis lanæ & ſerici, folio 116.

19. In captione commiſſariorum foralium, & eorum detentione, donec compotū reddiderint, for. prouidendo de appręhenſionibus fol. 88.

20. Pęna vaſſalli transferentis ſe in locū alterius domini, executatur non obſtan. firma, vt in foro fin. tit. de vaſſal. non mutan. fol. 165.

Immo vaſſallus recedens à loco
domini temporalis perdit omnia bo-
20 na ſua; † obſ. 2. de iudęis vbi hoc li-
mitatur aliquibus modis, de quibus
vide per Lucam de Penna in l. ſi quis
prædium verb. decimo prohibetur.
de agricol. & cenſ. libr. 11. C. & in
l. ſi coloni cod. & in l. cum per alias

Prouincias de Colon. illyri. libr. 11. vbi latè de materia vaſſallorum recedentium à feudo: & an dominus poſsit eos reducere, & qua authoritate id facere debeat; vide ibi per Lucam de Penna qui bene diſcutit, in Regno autem vt vidiſti ſemper reducuntur vaſſalli per dominum ſuum authoritate iudicum Regni, conſtito quod ſunt vaſſalli ſigni ſeruitij & non alias, vt ſepè vidimus practicari.

21. Sententiæ latæ ex cauſa criminali executantur non obſtan. firma, vt in foro 1. in fin. tit. de modo & forma proceden. in crim. fol. 155.

22. Captio appellitati fit non obſtan. firm. quando conſtat per vnum teſtem, de aliquo ex criminibus contentis in for. de homicid. etiam quando accuſatur aliquis cum qualitate nobilis, vel infancionis for. con calidades de nobles verb. e en todos, tit. de apellitu, fol. 153.

23. Inuentariatio quæ fit ad effectum conſeruationis iuris alicuius non impeditur per iurisfirmam, vt in foro vnico, tit. Que los officiales y executores, &c. anni 1564. Secus quando fit propter executionem, vt tradit Molin. §. inuentarium, verſiculo. 4. folio 188.

24. Alfarda executatur non obſtante firma, cum limitatione tamen quam tradit Molin. in §. Alfarda in princ. fol. 14. colum. 3.

De hac alfarda, ſiue collecta quæ debetur à terraſtenentibus ratione expenſarum factarum in detergendo, & purgando azequias, per quas fluit aqua ad irriganda prædia, & an à clericis † & alijs exemptis debeantur ratione hereditatum per eos poſ-
21 ſeſſorum, vide per Portol. verb. Alfarda, vbi benè, nec poſſumus hic omnes materias adducere quę tractatum per ſe requirunt. vide Oſaſc. deciſ. 181. vbi de exemptis loquitur.

25. Captio appellitati, præcedente informatione, fit non obſtante firma, vt in foro, Itē que los, tit. de appellitu, fol. 154.

26. Guidaticum pręſentans in cauſa criminali, condemnatur in expenſis factis per accuſantem, quæ executantur non obſtan. firma for. vnic. tit. de remiſsio. & guidaticis. folio 188.

27. Proceſſus cauſarum ciuilium, ſeu earum cognitio, vſque

que ad ſententiam diffinitiuã incluſiuè, non impeditur per iurisfirmam, earum tamẽ executio impeditur, vt in foro multoties, tit. de firmis iur. fol. 139.

In explicatione huius caſus poſſent multa cumulari de exceptionibus dilatorijs, & peremptorijs non impedientibus litis ingreſſum, (quia de impedientibus ingreſſum litis non loquitur §. iſte, quoniam illę non ſolũ executionem, ſed etiam cognitionem cauſæ impediunt, vt fuſius dicemus in cap. 5 §. 1. vbi proprius locus) vult igitur hic verſi. quod qui opponit de
22 iuſtitia, † & iniuſtitia, & meritis cauſæ ad principium, & impediendum litis ingreſſum, non debet audiri, nec impediet litis ingreſſum, niſi opponat de perẽptoria exceptione, notoria, & in prõptu probãda, per viã dilatorię nã cũ ea impedietur litis ingreſſus, & dabitur firma ſecũdum Felin. in c. exceptionem numer. 36. de exceptio. Bald. in l. 2. C. de epiſ. audi. num. 10. Vel aliter intelligas quod loquatur ille forus de firma communi, quam volanderam vocamus, in qua proponuntur exceptiones releuantes, non tamen probantur, & hæc firma non impedit cognitionem cauſæ, quia nõ impediret licet eſſent probatę exceptiones per teſtes (nam tantum impediunt, quando probantur per inſtrumentum, vel aliàs eſſent notoriè probatę, vt dicetur in c. 5.) ergo multo minus ſi nulla ad ſit probatio. ſed executionem benè impediet, quia licet ſimplex iurisfirma, de ſtando & parendo iuri non impediat executionem inſtrumenti liquidi: exceptiones vero propoſitæ impediunt dictam executionem, obſ. vſus Regni de pignoribus. Et interim pignora remanere debent pęnes curiam, vt illa ſit guarnita, niſi exceptio de falſo proponatur in firma, nam tunc pignora parti reſtitui debent, quia exceptio falſitatis hoc priuilegium habet de foro, vt in principio latiſsimè dixi; aliàs ſi intelligeres hunc verſiculum de omni firma, & exceptione peremptoria, notoria & inſtrumentali, male intelligeres, ſi quidem illæ † differunt negotium, ſi in vim dilatoriæ proponantur, & perimunt, ſi in vim peremptoriæ deducantur, per inſtrumentum tamen, & non aliàs. iam igitur intellige de firma communi, vel de firma caſuali fundata ſuper exceptionibus non inſtrumentalibus notorijs, ſed per teſtes probatis, & alijs huiuſmodi ad merita cauſæ oppoſitis, hæc enim † non debent impedire litis cõteſtationem, & progreſſum ad vlteriora in cauſa; cum debeant deduci ad merita cauſæ, & diſcuti, & examinari in cauſa; licet executionem impediant in vim obſ. vſus Regni de pignoribus, & ſic for. multoties 2. de firmis iuris remanebit declaratus. Su-
24 periora limita † ſi exceptiones tales opponantur contra executionem priuilegiatam, quia tunc nec executionem impedient, quia contra talia inſtrumenta & executiones priuilegiatas, non obſtat firma communis, niſi caſualis, & priuilegiata, vt iam fuſius vidiſti in ſuperioribus.

28 Caloniarum & pęnarum executio non ex cedentium ſummā 60.ſolidorū impoſitarum per ſtatutum aut forum, contra facientem damnum in hæreditatibus, aut bonis, fit non obſt. firma, for. declaramus tit. de firm. iur. fol. 132.

Hoc fallit in calonia ſeu pæna homicidij, quam leuat merinus pro dño rege: pro quo nota quod ſi aliquis occidat vaſallum dñi regis qui ſit vaſſallus ſeruitij debet pro pęna ſoluere †
26 mille ſolidos, & hoc propter damnum quod ſuſtinuit dominus rex in in amiſſione vnius hominis, ſeu vaſſalli ſui ſigni ſeruitij, aquo potuit habere emolumenta, in quorum reconpenſā ſoluitur dño regi talis calonia & per contrariu ſi occidatur miles ſeu infantio non ſoluitur calonia, quia nihil amiſit dñs rex, ex quo ille nihil ſoluere tenebatur domino regi molin. ver. calonia, & ad leuandam hanc caloniam ſufficiunt duo teſtes de fama. Verum ſi præſentetur firma que dicitur bolandera ipſi merino, arctabit
* hæc firma, vt in proceſſ. Ioan Baraiz ſuper iuris firma menſe octob. 1597. nā quelibet firma cōmunis, arctat dū non repellitur in hoc caſu, contra merinum. Sed eſt verum quod poſtea in repulſione iurisfirmę fuit illa firma repulſa per quatuor locumtenentes, non obſtante quod firmans probauit quod fuit abſolutus de homicidio, de quo accuſabatur in Reg. Aud. fundabantur dicti quatuor locumtenentes ex eo quoniam dicebant ipſi quod licet ſit abſolutus, potuit abſolui quia non conſtitit de delicto abſq; eo quod reus probaſſet ſuam intentionem, & licet ad abſolutionem obtinendam ſufficiat ſi de delicto non conſtet concludenter, tamen ad leuandam caloniam ſufficiunt duo teſtes de fama, & bene potuit eſſe quod delictum cōmiſerit, & quod ſit abſolutus ex defe-
* ctu probationis delicti vide in proceſſ. Ioan. Barayz ſuper iuris firma 20. octob. 1597.

Verum ego ſemper contrarium tenui, & admiſi dictam firmam abſoluens firmantem a calonia contra merinum, quia conſtito de abſolutione à contentis in petitione criminali, debet pręſumi fuiſſe abſolutum, quia plenè reus innocentiam ſuam probauit & ſic cēſetur purgata fama, & per cōſeq. debet ei recipi firma præſētata ex eo,
27 quoniam licet ad leuandā,† caloniam ſufficiant duo teſtes de fama, quod homicidum fuerit commiſſum per talē, illa tñ fama remanet purgata per ſētentiam abſolutoriam in proceſſu criminali latam, & ſic cum fuerit abſolutus, nec probatum ſit delictum, nō tenetur ſoluere caloniam. Nec obſt. ſi dicatur fuiſſe abſolutum, quia non eſt probatum delictum, non quia innocentiam ſuam oſtenderit (vt eſt communis opinio in dubio de iure ſecūdum Iul. Clar. in § fi. q. 57. verſ. ſed id quęro,) & ſic poſſunt ſimul ſtare ꝙ delictū cōmiſſerit, & ꝙ ſit abſolutus ex defectu probationis, merito leuatur calonia. Nam reſpōdeo, quod in regno verius eſt vt pręſumatur abſolutus in dubio quia delictum non commiſsit, quam quod non ſit probatum. ex quo in regno in proceſſu pręſentię ſemper abſoluitur accuſatus ſimpliciter, & diffinitiue, adeo quod nec amplius poſſit

ſit idem de eodem delicto accuſari, (niſi in certis caſibus fallencialibus) quod ſi preſumeretur abſolutus quia non probatum ſit delictum, vtique lex permitteret eundem poſſe accuſari de eodem delicto, vt de iure cõmuni permittitur, cogita hanc rationem nam non multum aſtringit.

28 Verum eſt quod ſi merinus cui pręſentatur firma, † vult eam repellere cum duobus teſtibus de fama, & pars aduerſa quæ illam preſentauit vellet ibi probare innocentiam ſuam, non debet admiti, imo debet firma repelli, nam ſufficiuntur duo teſtes de fama donec abſoluatur per iudicem competentem, coram quo cauſa criminalis pendet. Sed nota quod dictus Barayz ad partem obtinuit firmam contra merinum, ex capite quod fuit abſolutus in Reg. Aud. de homicidio de quo accuſabatur, et eam dederunt tres locumtenentes, tandem poſtea cum repulſa fuiſſet alia firma communis, de qua ſupra, & quę fuerat preſentata merino ad impediendam executionem calonię, fecerunt fidem dedicta repulſione iuris firmæ in hac alia caſuali iuris firma, & petierunt eam reuocari & eam reuocarunt quatuor locumtenentes ex capite quod non obſtante abſolutione debet leuari, ego fui eiuſdem voti ex alio, quia ex quo alia iuris firma fuit repulſa ſiue bene, ſiue male non obſtante abſolutione, iam dicebatur cauſam tranſiſſe in rem iudicatam, & ſic debebat reuocari iſta firma, vide in materia Auendañ. de exequend. mand. verb. calumnia.

Si calonia leuatur contra aliquem, quia aliquod maleficium commiſit percutiendo vel alias, ſi poſtea coram iudice cauſę criminalis conſtiterit reum fuiſſe mortuum ex alio, non autem ex vulnere, reſtituetur calonia, vide in proceſſu Michael. Batiſta ſuper iuris firma grau. die 14. octob. 1620. * ſed aduerte quia videtur, de hoc debere conſtare in cauſa criminali, non vero in repulſione, firmę vt dixi vltimo loco. Verum in hoc proceſſu fuit habitum pro conſtanti quod poteſt de hoc agi, & conſtare in repulſione firmę, vt hic fuerat factum in proceſſ. Michael Baptiſta.

29 Sententia & eius executio contra portarios, virgarios, & alios meros executores, excedentes modum executionis iuxta forum, fit per iudicem a quo prouiſio ſeu mandatum de exequendo manauit, non obſtante firma, vt in foro vni. tit. de la ſubmiſsion, de porteros fol. 36.

Ratio huius eſt, quoniam meri executores qui iuriſdictionem non habẽt, 29 debent † tenaciter mandatum ſibi iniunctum exequi, nec habent facultatẽ excedendi nec arbitrandi, c. cum dilecta de reſcriptis, & aduerſus eos de dolo actio intentari poteſt l. non videntur 127. §. qui iuſſu ff. de reg. iur. à contrario ſenſu, vbi Decius nu. 5. tradit optime Guido Papæ deciſ. 293. & poſt eum Abiles in capitul. pretor c. 10. gloſa drechos num. 3. vbi docet, executores capientes pignora vltra modum, eſſe puniendos quem ſequuntur Ioan de platea in l. contra C. de executo & exacto lib. 10.

30 Pena 4000. ſolidorũ contra alienantes aliquid in fauorem

ali-

alicuius ſcolaris, fit & exequitur non obſtante firma, vt in foro vnic.tit. de la prohibició de alienacion,&c.fol.117.

Nam cum hoc fiat in fraudem, &
30 fruſtra legis † auxilium imploret qui fraude adhibita in legem committit l.1.C.de precibus imper.offer. iuſtiſsimè ſtatutum eſt in fauorem Aragonenſium, ne laboribus & expenſis grauentur, & ſic coram non ſuo iudice litigare cogantur,vt pęna, aduerſus talem alienationem facientes,non obſtante firma executioni demandetur. Limita tamen hæc per ea quæ tradit gloſ.in l.ſi ita quis §. ſi ea lege, verb.intereſt,& ibi laſſ. num.15. circa finem, ff. de verb. oblig. & Felin. in cap.2.num.2. de pręſump. Tiraquel. de retract. fol.217.num. 5.

31. Iudex localis, ſeu ordinarius,cognoſcit de fraudibus,& iuribus generalitatum, vſque ad certam ſummam, non obſtante firm.for.vnico tit.delos juezes locales fol.23.

32. Receptores & adminiſtratores pecuniarum reipublice, executantur non obſtante firma,vt in foro vnic.tit.de los receptores de las pecunias de la republic.fol.141.

33. Proceſſus qui fit contra vaſſallum alterius domini, & eius executio, non poteſt impediri per iurisfirmã, for. vnico,tit.de guerreantibus in crimin.fol.186.

34. Arrendatores rerum reipublicæ, & corũ fideiuſſores. Item, & omnia debita reipublicę † executantur non ob-
31 ſtante firma, vt in foro vnic. tit. de executione facienda aduerſus,&c. fol.141.

Duplici ratione, prima quia cum ipſi arrendatores,redditus percipiant à regnicolis priuilegiatè, & non obſtante firma,text.in authent. de mandatis Principum §.opportet,&.§. coges. per quem text.dicit Bald. conſil. 138.num.3. volum. 1. quod in his poteſt fieri executio pendente litte: Et in conſil.238 volum.1. quod incipitur à præceptis executiuis,facit etiã text. in l.commiſſa,C. de exacto. tributo, & in l.2.& in l.miſsi opinatores eod. tit. lib. 10. Ita quoque ſi ipſi pretium arrendationis non ſoluant:priuilegiatè,& non obſtante firma executandi ſunt,pro vt ita expreſsè decidit text. in foro vnic.tit.Quę los precios delas arrendaciones,fol.107.tradit Rebuff. ad leges Regias,tom. 1. tit. de literis obligator.art.13.gloſ.3.num.19. Bald. conſ.90.num. 4. volum.5. Secunda quia ſi talis executio non fieret priuilegiate,& non obſtante firma patrimonia,

monia, res & bona vniuerſitatum, & Reipublicę defraudarentur, atque perirent, quo caſu vt malitijs hominum obuictur id exprępſſe ſtatutū fuit in d. foro vnic. titul. de executio. facienda. fol. 141.

35. Inſtrumenta comandarum, poſt forum Cæſarauguſtæ executioni demandantur non obſtante firma, vt in foro vnic. tit. de la execucion priuilegia. de la carta de encomienda, fol. 112.

Ratio huius eſt quia cum in depoſitario requiratur magna fides, ob fidem, quæ de eo habetur, ideo non poteſt excipere † nec compenſare, Gutier. de iuramento confir. cap. 16. nu-
32 mer. 71.

36. Cedulæ mercatorū per eos ſcriptę, vel ſubſcriptæ, exequuntur non obſtante firma, foro vnic. tit. de los Albalas de mercaderes, fol. 112.

Hæc executio priuilegiata, quæ fit contra ſcripturas mercatorum, prouenit ab exuberantia fidei, quæ in eorum factis requiritur, propter quam nec expedit † eos excipere poſſe, ſicut
33 neque admittitur compenſatio contra depoſitum, ob ex vberantiam fidei depoſitarij, quo caſu ceſſant regulæ omnes generales, Gutierrez de iuramento confirmat. cap. 16. num. 71. vbi vide.

37. Cedulæ cambij, acceptatæ per mercatores, ad quos remittuntur, executioni demādantur, non obſtante firma, vt in foro vnic. tit. de cedulis mercatorum. fol. 112.

38. Arrendatores appręhenſionum, & eorum fideiuſſores executantur, non obſtante firma, vt in foro. Otroſi ſtatuymos, tit. de appręhen. fol. 92. colum. 3. tradit optimè Bardaxi ad forum 38. tit. de appræhenſionibus, num. 1.

39. Officiales depoſitorum Tabulæ Cæſarauguſtæ, ſi requiſiti voluerint partibus oſtēdere partitas, datas, ſiue receptas librorum, dictæ Tabulæ, condemnātur in expēſis, quas ad videndum dictas partitas, mediante proceſſu manifeſtationis; vel aliàs pars ipſa fecerit, quarum executio fit priuilegiatę, vt in foro vnic. tit. priuilegio dela Tabla de Çarago ça, anni 1553.

Copia enim † actorum & partitarum eſt danda vnicuique, prǫſertim
34 à publicis perſonis, quanto magis ſolum oſtendenda, & demonſtranda, Paulus Caſtrenſ. in l. is apud quem per text. ibi C. de edendo, Auiles in cap. prætor. cap. 6. gloſ. parecer nu. 2. quil

qui allegat Bart. in l. ex quibuſdam §.diuus, ff. de iure fiſci. vbi dicit quod ſi æditio petatur à publico officiali, debet indiſtinctę fieri, quo caſu ſi non fiat, & ob id expenſæ ſequantur, quaſi in pęnam non exhibentis, executio earumdem priuilegiatę, & non obſtã te firma facienda erit.

40. Captio ratione criminis comiſsi poſt datam iurisfirmæ obtentę ſuper crimine, & captione perſonæ, non impeditur per eam, ſecundum Molin. §. firma, fol. 142. colum. 4. in fin.

Nam non debet remedium iuris
35 † dare ocaſionem delinquendi, ſi extẽdatur ad futura delicta, facit tex. in l. 1. ibi, *Neque perfidiæ, neque periurij me authorem tibi futurum ſperare debuiſti*, C. ſi aduerſus venditio. vbi Bart. Bald. & Odofredus recte notãt, neque enim iniuriæ naſci debent, ab his à quibus iura ſperantur, vt optime aduertunt Imperatores, in l. 2. in fin. C. de indic. vidui. tol. in l. meminerint, C. vnde vi tex. optimus in l. ſi legationis 25. ff. de iudicijs, in l. cum ij §. ſi cum lis. ff. de tranſactio. in l. 2 §. diem. ff. quęmadmodũ teſtam. aper. cum alijs traditis à gloſ. verbo. puniũt in d. l. 2. c. de indicta viduitate tollen. & in d. §. ſi cum lis. verbo ne circumueniatur, & à Saliceto, Cino, Bart. Fulgoſio, Alexan. & alijs in dictis locis.

41. Notarij curiarum tenẽtur intra ſex dies, acta & memorialia curię, deducere à Baſtardello, & in proceſſu continuare, ſub pœna 100. ſolidorũ quę executatur non obſtante firma, vt in foro vnic. tit. de tabellionibus. Montiſoni, anni 1553.

42. Sentẽtia iudicis ordinarij ſuper ſalarijs mercenariorum quorumcunque, executioni demandatur, non obſtãte firma, vt in foro vnic. tit. de la ſoldada de los criados. Montiſoni, anni, 1553.

Huiuſmodi enim ſalaria mercenariorum ſunt multum priuilegiata de iure diuino & humano. Diuino, Leuitici cap. 19. non morabitur opus mercenarij tui, vſque ad veſperam. Deuteronomij cap. 24. Non negabis mercedem indigentis, ſed eadẽ die reddes ei pecuniam laboris ſui ante ſolis occaſum. Prouerbiorum 25. Non alligabis os bouis in area tua triturantis. Thobiæ 4. Quicumque tibi aliquid operatus fuerit, ſtãtim ei mercedem reſtitues, & Lucæ 7. Dignus enim eſt mercenarius mercede ſua. Humano autem probatur per ea quæ docet Bald. in authen. ſed iam cautum, C. depoſiti. per tex. ibi vbi docet ſalaria mercenariorum non poſſe aliquo impedimento, & oppoſitione etiam tertij impediri, & conducunt tradita per Rebuf. ad leges Reg. tom. 1. tit. de ſenten. prouiſionalibus, art. 3. gloſ. 7. nu. 1. vbi docet ea appellatione non obſtante exigi poſſe. Portol. ad Molinum, in §. famulus n. 14. & Nauar. in Manua. cap. 17. nu. 108.

Pœna

43. Pœna occidentiũ vitulas, & alia animalia, de quibus in foro vnic. tit. de conſeruacion, y multiplicacion de ganados, Montiſoni, anni 1553. executatur non obſtante firma.

44. Pœna extrahentium, ſeu exportãtium, à Regno mulos, ſiue mulas, vulgo dictas mulatos, o mulatas, executatur non obſtan. firma, for. vnic. Montiſon. tit. de la prohibicion de la ſaca de los mulatos y mulatas anni 1553.

45. Pœna ementium coria ad recuendendum ea extra Regnum, executioni demandatur non obſtan. fir. for. vnic. Montiſ. tit. de la prohibicion y vieda de ſaca de cueros, anni 1553.

46. Expenſę curię, executantur priuilegiatè non obſtante firma, quod intellige quando exequũtur in eodem loco, vbi curia reſidet, ſecus vero extra curiam, ſecundum Molinũ in §. expenſæ fol. 134. col. 3. in fi.

Vide Rebuf. ad leges Regias, tit. de expenſ. art. 5. gloſ. vnic. nu. 31. & Caxauita in ritibus magnæ curię ritu. 298. num. 21.

47. Expenſarum executio eſt priuilegiata, quãdo cauſæ principalis executio eſt priuilegiata ſecundum Molin. §. expenſę, fol. 136. colu. 1. poſt principium.

Huius ratio eſt quia priuilegiata aliqua cauſa † ſimiliter cenſentur pri-
37 uilegiata omnia eius incidentia & dependentia. Moli. verb. euocatio Bart. in l. ſolent de alim. & ciba lega. vide bonam determinationem Molinę in d. §. expenſæ, fol. 135. colu. 1. verſi. die ſeptimo Septembris, & in §. executio fol. 129. colu. 1. verſi Executio ſententiæ latæ in iudicio. Rebuf. ad leges Regias, tit. de ſenten. exequto. tom. 1. art. 16. gloſ. 7. Hippol. ſingu. 17. facitque tex. in l. cum principalis, ff. de regul. iur. & in cap. acceſſorium eodẽ, tit. in ſexto, Baldus, conſi. 275. vol. 5. & Aymon de indemnita. mulie. nu. 5.

48. Pignoratio facta alicui ingredienti in aliena hereditate, pro fructibus inde extractis, vel pro damno ibi illato, cum ganato aut aliàs, non impeditur per iuris firmam ſecũdum Moli. §. firma fol. 143. colu. 4. ad medium, vbi tradit duplicẽ rationẽ. quarum vltimam impugnant multi relati per Portoles in d. §. firma, nu. 39.

49. Aſsignans bona voluntariè in executione, non poteſt poſtea impedire eãdem executionem cũ iurisfir. ſecundum Moli. in §. debitor fol. 86. col. 4. ad fin.

Ratio eſt quia aſsignando bona iam conſenſit, cui conſenſui con-
38 trauenire † non poteſt. l. in ędibus §. penult. ff. de donatio. l. ſi ſeruus communis, ff. de donat. inter, l. apud Celſum

ſum §. queſitum, ff. de doli ex cep. tex.
in l. fin. ff. de inoffi. te. tam c. ex literis
vbi gloſ. de tranſact. Paulus de Caſtro
conſil. 314. num. 3. lib. 2. Socin. conſ. 43
& ſequen. lib. 4. Corneus conſi. 208.
lib. 4. Aymon, de indemnita. mulie.
num. 12. 13. & 14. 17. & 38. & Baldus
in cap. 1. § preterea quibus mod. feu-
dum amita. facitq; obſer. 1. tit. de teſta
ment. & obſeruãtia. Item de conſuetu
di, tit. de pignor. atq; ita ſepiſsimè iudi
catum fuit, prout refert etiam Molin.
vbi ſup. & in verbo executio, verſi. in
exequtione ſi debitor. fol. 130. col. 1.

**50. Iura generalitatuum exe-
cutantur priuilegiatè, vt in fo-
ro vnic. tit. de los adminiſt. del
general, fol. 141. & in for. vnic.
tit. de los receptores de las pe-
cu. fol. 141.**

Vide quę diximus ſupra verſi 34.

**51. Executio duarum, vel triũ
ſententiarum conformium, eſt
priuilegiata, & fit non obſtan
te firma, etiam ſi tales ſenten-
tię non fuiſſent obtentę conſe-
cutiuè, vna poſt aliam, vt habe
tur in foro 1. col. 3. circa finem,
tit. de executione rei iudicatæ,
fol. 135.**

Hoc intellige † de ſententijs latis
in foro ſeculari ſecus autẽ in foro ec-
cleſiæ. vbi ſeruatur in ordinariuis lex
39 illius fori, Anchar. in reg. eaq; de reg.
iur. in ſexto, q. vltim. Vnde ſtãte foro
quod ſententia bis, vel ſemel cõfirma
ta, ſit exequibilis non obſtãte appella
tione, for. 1. de execut. rei iud. ſi laycus
litigaret in foro eccleſię, & ibi à tali
ſententia ſemel cõfirmata appellaret.
ſuſpenderetur appellatio, quia ibi de-
bent eſſe tres ſententię conformes, &
licet ſecũdo appellare liceat, nõ tertio
& non ſufficiunt duę ſentẽtię, nec exe
quuntur non obſtã. appel. & ſic tene-
bit appellatio, & ſuſpẽdetur executio
ſententię; eſt ratio quia eſſe ſententiã
priuilegiatã nõ obſtãte firma, vel non
dari, vel denegari vnã, vel plures ap-
pellationes eſt de ordinatiuis Anchar.
vbi ſup. q. vlti. Alexã. conſi. 176. aliàs
167. 2. volu. vide in proceſ. Dñę Ma-
riannę de Gueuara; ſuper iuris firma,
menſe Martij 1595.

**52. Declaratio quæ fit contra
notariũ amittentẽ proceſſum,
exequitur non obſtante firma,
vt in for. vnic. tit. de los proceſ-
ſos que ſe pierden, fol. 40.**

Cum enim cuſtodia † proceſſuũ ad
40 ipſos notarios pertineat, vt in d. foro
fin. de offi. Iuſt. Arag. c. quoniã cõtra.
de probatio: Imol. Abb. & Felin in c,
cũ bonę eodẽ tit. Speculator. in tit. de
teſte. §. publicatis, n. 1. & Carauita. ri-
tu. 26. n. 2. Si forſam amittãtur, quam
uis de iure tenor amiſſi proceſſus, vel
inſtrumenti, teſtibus probari valeat,
vt tradit Velaſcus, q. 7. n. 8. & Decius
conſ. 215. in prin. de foro tamẽ nõ pro
cedit vt in obſ. itẽ ſi quis dixerit de fi-
de inſtru notat que Moli. in § inſtru-
mẽtum, verſ. inſtrumẽti amiſsi tenor,
fol. 184. colu. 1. Inde fit quod in hoc ca
ſu quaſi in pena negligentię, & deſi-
diæ notarij declaratioquę ob eam ra-
tionem aduerſus eundem fit, propter
partis intereſſe (quod aliter reſarciri
nequit) executioni demandetur, priui
legiatè & non obſtante firma.

**53. Executio compromiſsi, &
ſententiæ arbitralis laudatę &
approbatæ per partes, fit non
obſtan. firm. vt in for. vnic. tit.
de arbitris, fol. 44.** Quod

Quod procedit etiam † ſi tenor cõpromiſsi non appareat, ſufficit enim, de ſententia & eius laudatione apparere, Molin. verbo ſententia arbitralis el 1. Bertachi. verbo compromiſſum Xuarez in l. poſt rem iudica. num. 1. Iaſſ in l. ſi vnus §. ante omnia, num. 1. cum ſequen. ff. de pact. Hipol. ſingu. 62. Alexand. conſil. 84. n. 1. vol. 5. Ancharran. conſi, 35. Boer. decis. 284. nu. 15. Abenda. de exequen. mand. libr. 2. cap. 1. nu. 20. in fin. & Panor. in c. per tuas n. 4. de arbitris, vbi n. 5. aſſerit, ſententiã arbitri à partibus emologatã, priuilegiatè exequi poſſe. cum limitatione tamẽ d. Sti fori vnic. ſcilicet ſi is qui executionem petit probet ſe omnia pro ſui parte adimpleuiſſe, tradit Segura in l. ſi ex legati, nu. 212. de verbo. obli. Rolan. conſ. 57. nu. 17. vol. 1. & plura Pleban. in §. rexi. n. 232.

54. Executio ſententiæ contra Bohemianos, ſiue Gitanos latæ, non impeditur per iurisfirmam, vt in for. vnic. tit. de exilio Bohemia. Mõtiſ. anno 1585

55. Pœna ſeu condemnatio lata contra mercatores fallitos, executatur non obſtan. fir. vt in for. vnic. Montiſ. anni 1585 tit. de los mercaderes alçados.

Cum enim eorumdẽ in negotiis maxima debeat eſſe bona fides & legalis, quia conſiderauit Iuriſconſultus in l. bona fides ff. depoſiti, & habetur in foro vnic. tit. de los albalas de los mercaderes, & in foro vnic. tit. de cedulis

42 mercatorum, ſi forſan fugiant † fidemque frangant, creditores propriis, ſuis bonis defraudando, iuſtiſsime ſtatutum fuit executionem aduerſus eoſdem faciendam eſſe priuilegiatè, & non obſtante firma, nam nec eis im-

43 munitas eccleſiaſtica † prodeſſe ſolet, ſecundum aliquos Boerius deciſio. 215. numer. 7. Rebuffus. ad leg. Reg. tom. 2. tit. de mercatoribus, gloſ. fin. nu. 7. & 8. Benbenutus in tract. de mercatura, tit. de cocto. tertia p. n. 42. & Cerdan de Tallada in ſua viſita de la carcel. c. 9. nu. 22. vt latrones enim puniuntur, vt in d. for. vnico Montiſ. anni 1585. omniq. iuris auxilio priuantur, extat enim ad hoc expreſſa Caroli Imperatoris conſtitutio Bruxellis edita anno 1542. quam refert Rebuffus vbi ſup. nu. 8. & vide quæ in materia circa iſtos fallitos tradit ipſe in tractatu de immuni. eccleſiarũ, Bohemius dicta deciſ. 215. Maſcar. de probatio. conclu. 819. n. fin. Cerdan vbi ſupra, c. 9. n. 22. & 23. & ibi gloſ. marginaria, Paris. de Puteo in tract. de ſindica. tit. an in cauſa pecunia. nu. 2. Franciſ. Purpu. in l. ſingularia n. 4. ff. ſi certum peta. Hipolit. de marſ. in l. diuus nu. 5. ff. de queſtio. Farinac. infinitos allegans, q. 42. n. 35. tit. de indi. & tortu. & Suarez in declaratione legis 2. fori tit. de los emplaçamientos, q. 3. in fin.

44 verſi. quod in falſis, vbi prædicta declarat in decoctoribus ſiue fallitis qui ex dolo † & malitia cum pecuniis aufugerint, non vero in hijs qui ex fortunæ euentu id facere attentauerint.

56. Pœna aduerſus eos qui deferunt tormenta ignea, ſiue pedrenales cortos, iuxta foru, & cum eis. repertos executatur non obſtante firma, vt in

Digitized by Google

foro vnic. Montiſoni, tit. veda de arcabuzes, anni 1585.

Statutum puniens inuentum cum armis non comprehendit eum qui detulit arma non tamen fuit cum eis inuentus Bart. in l. ſi barſatoram, C. de fideiuſſor. Alexan. in l. 1. num. 77. de adquir. poſſeſ. vbi dicit communẽ et magis communem dicit Auguſt. ad Angelum in verbo fama publica, num. 75. ſequntur & alij multi quos allegat Clarus §. fi. practicæ criminal. queſt. 8. circa ſtatutum ſextum.

57. Sententia lata cõtra officiales exercentes iuriſdictionem non ſuam, ſeu frangentes manifeſtationẽ perſonę à curia Iuſt. Arago. emanatam, executioni demandatur non obſtante firma, vt in for. 1. tit. de accuſatio contra officiales, fol. 148

58. Pœna piſcantium truchas tempore à foro prohibito, exequitur non obſta. firma, vt in foro vnico Montiſo. tit. de la prohibicion y veda de la peſca de truchas, anni 1564.

59. Executio ſententiæ latæ ab inquiſitoribus aduerſus alguazirios, portarios, & alios officiales regios, fit non obſtãte fir. forus ſtatuymus 2. Ioan. 2. Calataiub. tit. de ſupraiunctarijs, fol. 35.

60. Apprehenſionis prouiſio iuxta forũ licet de appellitu, & for. ad noſtrũ de ordine cognitio. nõ poteſt impediri per iurisfir. forus, item como, tit. de apprehẽ. Bardaxi n. 9. fol. 86. Molin. verb. appellitus apprehenſionis verſ. ante penul. & verbo apprehenſio, verſi. apprehenſionis prouiſio.

Immo nulla interloquutio, nec intermedia proceſſ. apprehẽſionis, nec ſententia. & eius executio poſſunt per firmam impediri, immo Bard. ibi nu. 9. dicit quod licet allegetur fori declinatoria ratione in competentiæ, procedetur nihilominus ad vlteriora Molin. fol. 36. col. 3. & fol. 41. colu. 1. & 2. & refert ſuo tempore fuiſſe denegatã formationem competentiæ licet literæ inhibitorię fuiſſent eccleſiaſtico pręſentatę cum nomine arbitri, & totum hoc propter priuilegium maximum apprehenſionis, & in tantum hoc eſt verum quod etiã lata ſententia in proceſſu competẽtię in fauorẽ eccleſiæ, & licet de ea opponeretur in proceſſu apprehenſionis, adhuc non ceſſabit, ſed procedetur vlterius non obſt. quod for. 1. de las competencias, dicat, quod ſileant omnes proceſſus, & nullus de nouo inchoetur, ratio huius eſt, quia iſte proceſſus apprehẽſionis non poteſt impediri aliqua via, & cauſa, refert multa Porto. 1. p. pag. 251 & 252. num. 60. & 70.

61. Si petitio criminalis nõ fuerit oblata intra tres dies, vel ſuo caſu intra ſex, iuxta forum nouũ captus venit liberandus nõ obſta. fir. vt in for. de voluntad, tit. de fir. iur. Mol. ver. petitio, verſi. Petitio criminalis, quando non, &c.

Exe-

62. Executio expenſarum, & damnorum in quibus condemnatur procurator, qui requiſitus non exhibuit intra 15. dies ſuum principalem, fit nõ obſtante firma, vt in foro querientes, tit. de appellitu, folio 150.

SVMMA EORVM, quæ in hoc §. 3. continentur.

1 *Exactio collectæ, & onerũ publicorum fit ſummariè & priuilegiatè.*

2 *Vaſſalli regulariter præſumuntur liberi de iure, niſi cõtrarium probetur num. 3. pacto ſcilicet, aut conſuetudine immemoriali.*

4 *Vaſſallis non ſeruitutis aſſerentibus aliquid certum debere vniuerſitati ratione collectarum creditur in Regno, & ſi petant firmam, ne aliquid amplius præſtare cogantur, conceditur, & an idẽ in vaſſallis dominorum, numer. 5.*

6 *Vaſſalli ſeruitutis, an poſſint firmare contra dominos abſolutam poteſtatem habentes accurate multum diſcutitur, & vide exemplaria, multe. qum. 11. & 12.*

7 *Dominus vaſſallorum fungitur vice duorum, habet enim poteſtatem ordinariam, & abſolutam, ut num. 8. & quæ illæ ſint.*

9 *Domini locorum non poſſunt facere inquiſitionem contra ſuum notarium.*

10 *Dominorum abſolutam poteſtatem, curia generalis, & fori Aragonum in aliquo reſtringere poſſunt.*

13 *Abſoluta poteſtas in Principibus humanis non datur, maxime iuſta deficiente cauſa.*

Clauſula de plenitudine poteſtatis nihil operatur in præiuditium tertij.

15 *Diſpenſatio Principis ſine cauſa diſſipatio dicitur.*

16 *Abſoluta poteſtas de per ſe iniqua non eſt.*

17 *Domini vaſſallorum nõ poſſunt tuta conſcientia eos bene, vel male tractare, ad intellectum obſer. in curijs, tit. actus curiarũ late examinatur.*

18 *Leges ciuiles approbantes aliquid, in conſcientia ſeruandæ ſunt, ſecus vero vbi non approbant, ſed permitunt, vt num. 19.*

20 *Authoritate legis qui pec-*

 cat,

cat, non videtur peccare, niſi lex ſit nutritiua peccati.

21 *Lex dans facultatem occidendi, non videtur dare facultatem occiſionis cum qualitate parricidij.*

22 *Incartatus non poteſt occidi a filio vel fratre, etiam ſi ſe defendat, quamuis ab alio poſſit.*

23 *Vaſſallus ſigni ſeruitij manifeſtatus, reſtituitur domino ſuo, non obſtante manifeſtatione, per Locumtenentes Iuſtitiæ Arago. & vide exemplaria num. 24.*

25 *Domini vaſſallorum nō poſſunt vaſſallos extra ſuum territorium manifeſtare. Sed cōtrarium verius videtur, numer. 26.*

27 *Nobiles, milites, & infanziones caſtra & loca ſua libera tenent cum iuriſdictione alta baxa, & ſine appellatione.*

28 *Obſer. de conſuetudine Regni: de priuilegio generali, cum alijs declaratur.*

29 *Petri Salanouæ Iuſtitiæ Aragonum verba explicantur.*

30 *Dominus Rex non ſe poteſt intromittere in factis dominorum, circa ſuos vaſſallos ſeruitutis.*

31 *Abſolutæ poteſtatis origo & initium traditur eleganter, & num. 36.*

32 *Nobiles ab initio bona, & loca poſſidebant in honorem, ac quaſi præcario, poſtea vero non n. 33.*

34 *Familiæ Seſſeſiorum nobilis ſtatus infelixq́; fortunæ euentus enucleatur.*

35 *Seniores dicebantur antiquitus in Regno, qui ſuperioritatem quandam iuriſdictionis in terris ſibi commiſſis exercebant.*

36 *Nobiles Aragonum abſolutam poteſtatem adquiſierunt, exemplo Turcarum in Arabia de gentium, qui Alcaydiatus ſibi ab Almanzore comiſſos, in proprios vſus conuerterunt, ſeſe Reges nominando.*

37 *Tituli in Regno in honorē conceſſi, paulatim in dominium liberum conuerſi ſunt.*

38 *Text. in §. Item del mero, priuilegij generalis explicatur.*

39 *Obſeruantia ſubſequta, declarat conuentionem antea factam.*

Domi-

83. Dominus facit executionem in bonis vaſſallorum pro peytis ordinarijs, non obſtante firma, ſecundum Molin. verbo vaſſallus, fol. 325. colu. 2. in principio.

§. 3.

1 RATIO huius eſt quia executio collectę † & onerum publicorum ſit ſummarie priuilegiatè & executiuè. § coges in auth. de mandat. prin. Bald. conſ. 228. ad veritatem lib. 1. & conſ. 434. licet iudex n. 3. Molin. ver. vaſſallus ver. die 5. Iulij ver. fuit deliberatum et ver. vaſſallus in prin. idem Bald. in l. etiam C. de execut. rei iud. dicens quod ſi quis recuſat ſoluere et aliàs auferetur ab eo res, vel fructus, remiſſa omni ſolemnitate iuris, de qua materia latiſsime Aymon in ſuo illo eleganti conſ. collectarum iii. hoc tamen intelligi debet in illis, quę probat domini deberi ſibi per vaſſallos nam de iure, nec foro deffinitum quid certum reperitur, quod vaſſalli dominis pręſtare debeant, ſed hoc totum veniat regulandum ſecũdum varias terrarum leges, & conſuetudines. Imo de iure & foro vaſſalli burgenſes & alij ſubditi ratione iuriſdictionis (omiſſis feudalibus) ad nullas collectas, ſiue onera dominis tenentur, imo pręſumptio facit pro eis quod ſunt liberi, & quod nihil; Pręſtare ratione vaſſallagij, & in ſignum ſuperioritatis teneantur & de hoc eſt pręſumptio † iuridica, quę pro
2 vaſſallis cõtra dominos facit, vt nulla onera teneantur ſoluere dñis prout reſoluit Aymon conſ. 132. nu. 10. per reg. l. altius C. de ſeruit & aqua, non docto de contrario & in alio conſ. ... Nata conſ. 406. num. 12. eleganter Gregorio Lopez l. 6. tit. 25. partit. 4. ver. deuen les ſeruir, dicens quod de iure iſti dñi & Barones non poſſunt vaſſallis imponere collectas, angarias, & alia id genus, quia cum ſint regalia, ſoli Principi competunt Bald. in l. cum multa in fin. C. de bon. quę lib. neque ius hoſpitandi in domibus vaſſallorum habent, niſi hęc de conſuetudine † vel conuentione ſibi
3 deberi dñi oſtendant, & neque in generali conceſsione Principis hęc tranſeunt l. 1. in fin. ff. de offi. eius cui mand. eſt iuriſdictio quia per hoc vaſſalli inducerentur in duriorem conditionem, & conſuetudo in contrariũ debet eſſe immemorialis, nam alias ſi immemoralis nõ ſit, pręſumeretur per violentiam introducta, & quod potius ſubditi ex timore pręſtent quam ex debito, can. nullus vltimo 1. q. 1. c. quia cognouimus 10. q. 3. Innocen. & Abb. in c. ſi diligenti de præſcrip. ſi vero ſit immemoralis, tunc domini ſe per eã defendentes, tenentur de iure articulare, & probare quod voluntariè ſine coactione pręſtita fuerunt à ſubditis, alias non obtinebunt, quia in dubio iudicandum eſt pro ſubditis, quaſi pręſumantur coacti, nam ſi pignora capiantur, vel ſubditi probabiliter timeant, & vexationem ſuã redimant, per talem pręſtationem iura domini non acquiruntur c. quod late ... ter vbi Hoſti. Io. Andr. de reg. iur. quãdo enim potens viſus eſt ſuper non potente & maximè quando gagiabat, vel arreſtabat, vel gagiari ſine cauſæ cognitione faciebat, pręſumitur violentia, l. fin. § penul. ff. quod met. cauſa

Z 4 parte

poſſit exercere iuriſdictionem in pro-
pria perſona, in ſpecie dicit obſ. in.
cauſis criminalibus de foro comp. fol.
6. tradit Molin. verb. domini loco-
rũ verſi. dominus loci in fine fol. 109.
& iuxta hanc doctrinã fuit aliquãdo
pronuntiatum in cur. Iuſt. Arago. in
quadam cauſa Abbatis S. Fidei vt ac-
cepimus.

Aliam habet poteſtatem non ordi-
8 nariam nec regulatam ſed abſolutam
† & irregularem, quam ob id pote-
ſtatem abſolutam in regno appella-
mus, quoniam ſcilicet dominus vtitur
abſoluta poteſtate contra ſuos vaſſa-
llos, aliquid abſolutè contra eos facie-
do prohibito ſuæ voluntatis, non re-
gulato diſpoſitione forali remouen-
do omnem appellationem, quo caſu
nullus poteſt ei dicere cur ita facis,
& reſpectu huius poteſtatis liberas
habet ędes, iuxta obſ. de conſuetudi-
ne regni nobilis de priuil. generali cu-
ius verba ſunt. *De conſuetudine regni
nobiles Aragonum, & alij domini loco-
rum qui non ſunt eccleſiæ, ſuos vaſſallos
ſeruitutis poſſunt bene vel male tracta-
re pro eorum libito voluntatis, & bona
eis auferre remota omni appellatione, &
in eis dominus Rex non ſe poteſt ali-
liquo intromittere, imò poteſt domi-
nus vaſſallorum ſuos vaſſallos ſeruitutis
ſiti & fame necare.* Neque hoc pot-
teſt dominus Rex, nec Iuſtitia Ara-
gonum impedire inhibendo, vel alias
obſer. in curijs ex actus curiarum
Molin. ver. domini locorum verſ. do-
mini locorum qui non ſunt ecleſię &
hęc eſt maior excellẽtia & maior dig-
nitas dominorum vaſſallorum huius
regni (ſuo videri) vt nulla detur ap-
pellatio nullus recurſus à geſtis per e-
os licet fiant (quod non eſt credẽdũ)
inutilè & inique & ſic quodammodo
Reguli in hoc dicuntur.

Iam igitur domini locorum poſſunt
vti poteſtate ordinaria immo tenen-
tur, & debent ſeruare foros ſuis vaſſa-
llis ſeruitutis, vt probatur in obs. 1.
de priuile. gñli vbi prohibetur domi-
nus locorum facere † inquiſitionem
9 contra ſuum notarium, & melius pa
tet per obs. 2. de Iudeis & ſarracenis
vbi habetur quod dominus vaſſallorũ
poteſt ocupare bona vaſſalli receden-
tis, prę terquam in certis caſibus de
quibus ibi, in quibus id facere non po-
teſt ſed aſtringitur foris & eorũ regu-
lis circa ſuos vaſſallos. Verũ hęc duę
obſeruantiæ parum obſtant quia be-
ne poſſunt fori & curia generalis in a-
10 liquo † reſtringere, & moderare illo-
rum abſolutam poteſtatem tum,
quia in obſeruantia 2. de iudeis iam
ille cuius bona ocupantur non repu-
tatur vaſſallus. Verum hanc fouet opi
nionem. Molin. ver vaſſallus in prin.
vbi dicit quod dempto in peytis
ordinarijs & aſſuetis, in quibus non
poteſt vaſſallus firmare contra domi-
num, poteſt tamen in alijs, ſaluando
tamẽ fidelitatem, & loquitur Molin.
in vaſſallis ſeruitutis idem Molin. ver.
firma verſ. firma habet locum etiam
contra dominum fol. 147. col. 1. vbi
11 expreſſè etiam tenet, allegando pri-
uil. generale & ita ſecundum hanc
opinionem † fuit data firma Iuratis
de Oliete conquerentibus vltra pey-
tas ordinarias collectari. vide in pro-
* ceſſu Iurat. de Oliete ſuper iuris firma
* die 30. Setembr. 1597. & in proceſſu
Iurat. loci de Aguaron, ſuper iuris fir.
eodem die & anno, ſed credo quod
hic locus eſt religionis, ſimilis firma
fuit data hominibus de Pina contra
dominum ſuum, vide in proceſſu con
ſilij de Pina ſuper iurisfirma die 6.
* nouembr. 1600. ſed quia in inhibitio
ne fuerat appoſita dictio alias inhibẽ-
do

Digitized by Google

do, ne de iure foro, vel aliàs compellerētur vaſſalli ad nouas peytas, vel ſimilia verba, per quæ videbatur inhiberi contra abſolutam poteſtatem, ideo fuit reuocata non vero ex aliq.

Poſtea die 17. Nouemb. 1600. fuit data ſimilis firma contra dominum dicti loci de Pina, inhibendo eum & eius officiales, ne ordinaria via imponerent nouas collectas (nam de abſoluta poteſtate non ſe intromittebat inhibitio immo eam dimittebat dicto Comiti, tanquam in manu conſilij ſui, Deum vindicatorē accepturo, ſi grauamen vaſſallis inferret) vide in proceſſu concilij Iuratorum de Pina, ſuper iurisfirma, quæ tamen poſtea fuit reuocata, ſub prætextu quòd ſit inhibitio fruſtatoria, cum dominus poſsit dicere quod facit in vim abſolutæ poteſtatis, & ſic dare euaſionem inhibitioni, quæ fundatur in ordinaria poteſtate, quā ſi dominus loci nolit ſeruare, non eſt qui eum reprehendat, nam fori hoc non puniunt, ſed dimittūt iudicio Omnipotentis Dei. Vnde reſoluendo † eſt dicēdum, quod

12 in his in quibus dominus loci poteſt vti abſoluta poteſtate, hoc eſt quod in his, in quibus permiſſum & nō prohibitum eſt ei facere quicquid voluerit ſine recurſu, non poſsit vaſſallus eum inhibere, quia inhibitio eſſet ſine effectu, ſi dominus diceret ſe in vim abſolutæ poteſtatis feciſſe, in alijs vero in quibus præciſſè fori eius poteſtatem ligant, ac moderantur, poterit inhibere, & in hoc ſecundo caſu loquitur priuil. generale, & Moli. verb. vaſſallus in princi. Ratio primi eſt, quia licet debeat & teneatur ſeruare foros ſuis vaſſallis ſeruitutis in omnibus, ſi tamen non ſeruet, non id punit lex, nec occurrit ad illud vt dixi. & ita mihi videtur tenendum in iſto paſſu, ſuppoſita hac abſoluta poteſtate qua domini vaſſallorum cum tanto diſpēdio ſuæ ſalutis animarum abuti poſſunt.

Sed quia hanc abſolutam poteſtatem inueſio in multis locis iuris odioſam, damnatam, & reprobatam, in tantum quod dicunt DD. quod in

13 Principibus humanis † non datur poteſtas abſoluta, ſicut datur ordinaria, maxime ſi cauſa iuſta defficiat, nam immo tunc nō erit abſoluta poteſtas, ſed tirannis potius, Couar. lib. 3. var. cap. 6. num. 8. per totum, & ſi aliqui poteſtatem abſolutam admittant, dicunt tamen temperando Principes, ea vti non debere, niſi ad remouenda ſcādala ſecundum Ripp. in rubr. de conſtitu. extra nu. 16. vide ibi ad Clem. 1. in fin. vt lit. pend. Pinell. in l. 2. C. de reſcind. vend. immo in dubio nō præſumitur Princeps vti abſoluta poteſtate Abb. in c. illa quotidiana, extra de elect. immo clauſula † de plenitudine

14 poteſtatis nō operatur quādo fit præiuditium, tertio & plenitudo poteſtatis non extenditur ad aliquod iniquū, ſecundum Curtium Sen. conſ. 73. & 65. & non debet exerceri niſi cum magna cauſa Iaſſ. in l. Barbarius num. 25. ff. de offi. præſto, Selva in tract. de benefi. 2. p. q. 1. pag. 6. dicētes quod plenitudo poteſtatis non debet exerceri, in euidens præiudiciū ſubditorum, & quòd Princeps ea raro vti debet Bal. in l. 1. §. cum autem C. de cadu. toll. in in l. 2. C. de com. rer. aliē. & ea vtendo ſine cauſa diceretur vti plenitudine tempeſtatis, Selua vbi ſup. dicunt amplius moderni in l. reſcripta, C. de precib. imperat. offer. quod plenitudo poteſtatis intelligitur conceſſa Papæ dummodo non faciat expreſſe iniquum, & diſpenſatio Principis †

15 ſine cauſa, dicitur diſsipatio, Archid. in cap. conſequens 11. d. Ioan. Andr.

in

in cap. de mulcta de preb. & vtendo
plenitudine poteſtatis vltra debitum
peccaret mortaliter Caſtr. conſ. 34.
lib. 2. & ideo debet premitere Papa
quando vtitur plenitudine poteſta-
tis clauem diſcretionis. Inno. in c. quan
to de iur iur. ideo ex his & alijs quę
latiſsime dici poſſent quę conſulto di
mitto, alijs, qui plura in re hac con-
geſta habebunt, vt in lucem ea dedu
cant, conſulo deniq; dominis vaſſallo
rum, vt ea non vtantur tyranide, ſed
cum claue diſcretionis, & ſeruando
foros Aragonum, vel ſaltim ius gen-
tium, licet ab eis non detur recurſus
ad dominum Regem, nec ſuperiorē
aliquem, pro vt ſcilicet alię gētes ſimi
lem poteſtatem habentes refert Por-
tol. ver. dominis locorum num. 19.
Sed licet hæc ita ſint quod hæc abſo-
luta poteſtas, ſiue denegatio recurſus
& appellationis, in regno recepta ſit
per illius obſeruantias, & leges, non
ob id dicendum eſt leges regni alio-
quin iuſtiſsimas, & prudentiſsimas,
eſſe iniquas & iniuſtas, tanquam per
miſsiuas abſolutę poteſtatis, & pec-
cati, quoniam vltra quod † abſoluta
16 poteſtas de ſe iniqua non eſt, & po-
ſunt Barones ea vti cum magna ratio
ne, & juſtitia, cum ſolum conſiſtat il
la in denegatione recurſus, ſi tamen
aliquis Baro aliquid iniquum faceret
non ideo lex eſſet injuſta, ſed iniuſti-
tia eſſet in Barone, non in lege.

Placuit inſuper hic ſcribere quæ
circa intellectū obſeruantię in curijs
tit vt actus cur. ſcripta dimiſerunt do
ctiſsimi antiqui cauſarum defenſo-
res, qui in effectu in hunc loquebãn-
tur modum, declarando dictam obſer
uantiam quę permitit dominis loco-
rum, vaſſallos ſuos bene & male tra-
ctare, ſiti & fame necare, ſine apella
tione & recurſu, fuit ſemper circa hãc
obſ. dubitatum an domini vaſſallo-
17 rum † poſsint hoc facere cum bona
conſcientia, ſcilicet tractare bene vel
male vaſſallos, & quibuſdam videba
tur quod ſic, quia leges ciuiles ab
habente poteſtatem condite, ſunt,
in conſcientiæ foro ſeruandæ, & fa-
ciunt eas ſequentes tutos in illo foro,
c. quæ in eccleſiarũ de conſtitu. quam
Bald. ibi commendat, & Iaſſ. in l.
nemo num. 106. ff. de leg. 1. Inno. in
c. quia plerique num. 6. de immu. Ec-
cle. ſed in hoc parua difficultas eſt, &
non oportet inſiſtere, quia ſi ſine cau
ſa hoc faciunt, contra non citatos, to
llendo defenſionem, & citationem
quod non poſsunt facere in conſcien
tia, & circa id non oportet allegare,
cũ ſenſus communis hoc dictet. Nec
obſt. ratio ſuperior quod leges &c.
Nam reſpondeo dupliciter, & primo
18 dico, quod leges ciuiles quando † ali
quid aprobant ſunt ſeruandæ in con-
ſcientia, & ita ſi lex aliquid permitit
approbando, tutus erit qui legem ſe-
quitur, ſecus vero quando lex permi-
tit actum non eum approbando, ſed
ex aliqua cauſa omittendo eius pu-
nitionem, vt eſt in caſu huius obſ. tũc
enim † non erit tutus ſequens legẽ in
19 conſcientia. Ratio enim quare domini
locorum hoc poſsint, non eſt ex eo
quod lex hoc tanquam licitum appro
bet, & permitat, ſed quia cum domi-
ni habeãt abſolutam poteſtatem in
vaſſallos ſuos, hoc eſt quod non detur
recurſus ab illorum factis, circa vaſſa-
llos ſeruitutis, viſſum fuit quod ſi do
minus eorum eos male tractat, do-
minus Rex non deberet ſe ad punien
dum hoc facinus intromitere, & iſtud
eſt quod dicit obſeruantia de con-
ſuetudine regni nobiles de priui. ge-
nerali, & non eſt bona conſequentia
lex non vult ex aliqua cauſa aliquid
puni-

punire, ergo eſt licitum l. at ſi quis. §. Diuus ff. de relig. & ſumpt. fun. Bald. in l. 5. C. de ſacroſanctis eccleſijs, Baldus conſ. 15. in 5. Tiraq. in ll. connub. l. 8. nam eccleſia & lex ciuilis tollerãt meretrices, c. inter opera de ſpõſalib. & tamen peccatum eſt ad eas accedere, c. meretrices 32. q. 4. Couar. de ſpõſal. 2. p. c. 4. num. 7. & ſic hoc dubium diſſoluit Syluester. verb. homicidium, 1. q. 2. Optime Felin. in cap. eccleſia, num. 42. de conſtitu. Thom. Palud. & Theologi, in 4. diſt. 37. q. 2. vbi volunt, leges permittentes occiſionem adulterorum, non eſſe ſeruandas, in conſcientia, quia tales leges non approbant occiſionem, ſed propter iuſtum maritorum dolorem punitionẽ & animaduerſionem omittunt.

Secundo reſpondeo, quod dato quod iſta lex approbaret iſtam malã tractationem, adhuc domini non eſſent tuti in conſcientia, nam licet dicatur quod non peccat qui authoritate legis peccat, l. grachus C. de adulter. fallit ſi lex ſit inuitatiua peccati. la
20 te Fortun. de vltim. fin. illat. 11. Bald. in c. in omnibus, num. 4 de teſtib. Felin. in d. c. eccleſia, num. 42. de conſtitu. ſed illa lex eſſet diabolica ſi ſine cauſæ cognitione ad libitum permitteret & approbaret, quod vaſſalli male tractarentur, & ſiti & fame occiderentur, non igitur excuſaret. Ex quibus etiã non eſt tutus maritus ſi adulteros trucidauerit, gloſ. 1. in c. inter hæc. 33. q. 2. Iaſſ. in l. vt vim, col. 3. n. 22 de iuſt. & iur. Felin in d. c. quoniam eccleſiarum col. 4. n. 42. de conſtitu. Abb. & Præpoſit. in c. veniens 2. de ſponſalib. gloſ. ergo in c. quæ in eccleſiarum procedit in lege iniuſta, aliàs non meretur nomen legis, can. erit autem lex. 4. diſtinct.

Seclusis tamen limitationibus quibus hoc ſolet limitari; de quibus per Molin. noſtrum practicum, verbo domini vaſſallorum: limitarem vt ſi dominus vaſſallorum haberet patrem, fratrem, vel vxorem, caſu quo ipſi eſſent vaſſalli filij, vel fratris, dicens quod ſi eos occideret, eſſet puniẽdus, etiam attento foro, quia lex dans facultatem occidendi, † non videtur
21 dare facultatem occiſioni cum qualitate parricidij, aut fratricidij Bald. in l. data opera C. qui accuſ. non poſſ. Io. de Anania conſ. 63. & pro hoc eſt determinatio Angeli per illum tex. in l. miles §. liberto, ff. de adulter. cum cõcord. quos adducit late Decius in c. quæ in eccleſiarum, num. 14. de conſtitu. Cepol. conſil. 5. Ex quo infero quod in caſu obiect. ſi. de citationibus
22 non poterit † incarcatus occidi à filio, vel fratre etiam ſi ſe defendat, per illud dictum Angel. in §. liberto vide omnino Felin. in d. c. quę in eccleſiarum, num. 5.

Ex quibus omnibus reſultat quod lex Regni non approbat malam tractationem vaſſallorum, ſed ſolum eã impunem dimittit, nec occurrit, caſtigando malas tractationes, quia denegatur ab eis omnis recurſus, & omnis appellatio. Nec ſe dominus Rex nec Iuſtitia Aragonum intromittũt in negotijs vaſſallorum ſigni ſeruitij, immo quod plus eſt vaſſallos ſigni ſeruitij reſtituunt dominis ſuis, eos petentibus, etiam ſi ſe manifeſtent, nam ſi dominus vaſſalli compareat & in vim
23 abſolutę poteſtatis renunciet manifeſtationi, petendo ſibi reſtitui vaſſallũ, ſolet Locumtenens Iuſtitię Aragonum tollere manifeſtationem, & reſtituere vaſſallum domino ſuo petenti, & idem faceret dominus Rex, vide in proceſſu Michaelis Piluete, ſuper manifeſt. perſon. de menſe Februa. 1570. & in proceſſu Philippi Paſtor, ſuper manife-

manifeſt. perſonæ 5. die Martij 1568. & in proceſſu Ioan. de Algayo, ſuper manifeſt. 15. Iulij 1603. & in proceſſu Paſchaſiæ la Torre ſuper manifeſt. 8.
24 December. 1602. vbi fuit petita † remitti quędam mulier, quæ aufugerat à carceribus de Eſterquel, & fuit capta in territorio Alcannicij in dicta fragantia, & ducta ad villam Alcannicij, vbi ſe fecit manifeſtari per Iuſt. Arago. dominus tamen villæ de Sterquel renunciauit manifeſtationem, & petijt remitti, ipſa autem petebat ſe liberari per viam priuilegiatã, quæ liberatio fuit denegata, quia non fecerat tres requiſitiones ſecundum forũ, vel conſuetudinem, fuit tamen de cõſilio mandata remitti, tollendo manifeſtationem, non dico remiſſa, ſed mandata remitti iuxta obſer. item licet ſecundum forum, de foro comp. reſtituta tamen non fuit domino loci, licet hoc etiam peteret, quia in mãdato ad renuntiandum non, dicebat, quod in vim abſolutę poteſtatis renuntiabat, ſed vt dominus, ſimpliciter loquendo, nam ſi illud expręſſiſſet, debuiſſet reſtitui: adhuc tamen videbatur mandatum fore intelligendum eo meliori modo quo poſſet, & quod ſic viã etiam abſolutę poteſtatis comprehenderet; de hoc tamen cogita: illud tamen certum eſt quod ſi in vim abſolutę poteſtatis renuntiaret dominus, reſtitueretur ſibi vaſſallus abſq; dubio.

Sed meis temporibus in menſe Octobr. 1599. in curia domini Iuſtitię Arago. in proceſſu Don Gabriel Blaſco de Alagon Comitis de Saſtago, ſuper manifeſta. fuit pronuntiatum, quod dominus vaſſallorum non poteſt manifeſtare † vaſſallum extra
25 ſuum territorium, quia videtur deſijſſe ſuus vaſſallus eſſe, & ex hoc fuit ãnullata dicta manifeſtatio. Ve-
26 rum mihi hoc nõ placuit † quia dum non ſe facit vaſſallum alterius, transferendo ſe ad alium locum, videtur adhuc ſuus vaſſallus eſſe, alias nunquam poſſent domini vaſſallorum ſuos vaſſallos manifeſtare, quos manifeſtare poſſe, tanquam ſuos vaſſallos, ſemper viſſum fuit, vide circa hoc, Lucam de Penna, in l. ſi coloni C. de agricol. & cenſit lib. 11. C. & l. vnic. C. de colon. Paleſt.

De antiquitate autem huius abſolutæ poteſtatis, de q; eius potentia & vi, varia maiores noſtri dixerunt, & hodie dicunt, & periculoſum puto de his longum ſermonem facere, & aliqua tetigiſſe ſufficiet, cum tanta ſit Varonum hujus Regni potentia, vt qui de his dixerit latius, niſi ad libitum illorum fuerit locutus (coacervant enim ſibi aduocatos prurientes auribus) maximos ſibi quęreret inimicos, qui nunquam parcant: illud in hoc certiſsimum eſt, vt ex ſupradictis obſeruantijs notauimus, *Quod nobiles, milites, & infantiones, caſtra, &*
27 *loca ſua, cum hominibus, & fœminis libera tenent, & immunes ſunt, & ſine aliqua ſubiectione, & ſeruitute cum omni iuriſdictione alta, & baxa, & ſine appellatione*, hæc ſunt propria verba Eximini Petri Salanoua Iuſtitię Aragonum equitis honeſti, ac iuris ciuilis intelligentia pręſtantis, vt refert Blancas in eius vita, quę verba ipſe Salanoua in quadam conſultatione reſpondit, vt refert Pertuſa in obſeruantia in curijs titulo actus curiarum, & in lib. determi. titulo de iudeis, & hoc eſt quod ſibi volunt obſeruantia de con-
28 ſuetudine † Regni de priuileg. generali, dicens, quod domini locorum quæ non ſunt Eccleſiæ ſuos vaſſallos ſeruitutis poſſunt benè, vel

male tractare pro eorum libito voluntatis, & bona eis auferre remota omni appellatione,&in eis dominus Rex non ſe poteſt in aliquo intromittere, obſeruātia item in curijs, titulo actus curiarum quæ in hęc prorrumpit verba, *Quilibet nobilis, miles, & quilibet alius dominus vaſſallorum dicti Regni, poterat bene, vel male tractare ſuos vaſſallos, & etiam ſi opus erat illos occidere fame, ac ſitti, ac captionibus*, cuius obſ. tenor originalis inſeretur infra, determinatq; ſupra dicta obſeruātia, q̃ nō poteſt dominus Rex,ſalua ſua clementia concedere inhibitionem contra dominos vaſſallorum, ne id faciant, pro vt ibi, ſimilemque inhibitionem reuocauit ſupplicante curia alia obſeruantia,item per forum titulo de priuilegijs militum, in hęc verba loquens, *Dominus loci poteſt vaſſallum necare fame, frigore, & ſitti*,& quilibet dominus loci habet hanc iuriſdictionem neccandi fame, frigore,& ſitti, in ſuo loco, licet nullam aliam iuriſdictionē criminalem habeat,latiſsime Moli. in verbo domini locorum quę non ſunt eccleſię, quod omnibus notiſsimū eſt.

29 Sed redeundo ad verba illa † Salanoue quę elegantiſsima ſunt, & multum pregnantia, conſideranda ſunt illa verba(libera)item & illa verba (ſine aliqua ſubiectione) quæ verba denotant poteſtatem hanc Varonum non eſſe ſubiectam aliquibus legibus fori exterioris,& ſic loquendo de hac abſoluta poteſtate dicit Bald. in prohemio Gregoriano, in decretalibus, num.3. ab omni regula arctatiua pręter quam ab Euangelica,& Apoſtolica,poteſtas abſoluta libera eſt,& nulli neceſsitati ſubiecta, nulliſque iuris publici regulis limitatam nuncupat idem Bald.in l.2.C.de ſerui. & aquanum. 40. & eſſe poteſtatem anomalam, nullaque lege clauſam dicit in conſil.327. numer. 11. & 333. in princ. 1.par. Petra de poteſtate Principis c. 3.q.1. per totam. Et cum tanta, & tam excellens ſit prerrgatiua Varonum huius Regni, vt de illorum factis circa ſuos vaſſallos ſeruitutis nullus ſe poſſit intromittere, † nec dominus Rex. 30
Qua propter ſolent appellari iſti Varones quodāmodo Reguli in ſuis territorijs.Iam inde in neceſſariam conſequentiam ſequitur, poteſtatem hāc tam abſolutam in abſtracto,& aliquādo in concreto rigidam, & pernicioſam, (quando ſcilicet ea ab vtuntur) non deſumpſiſſe originem ab eo tempore, quo in Reges Aragonum tranſlatum penitus fuit Imperium, Monarchia,& Reſpublica, non enim eſt veriſimile, ipſos primos Reges alioquin bellicoſiſsimos, & Chriſtianiſsimos, fuiſſe permiſſuros vt tanta pars iuriſdictionis a corona Regia reſecaretur, applicanda dominis locorum, tollendo abſolutè omnem recurſum, qui de iure ad ſuppręma tribunalia patere debet in cauſis vaſſallorum,in quibus ipſi à dominis ſuis grauantur,& ſic videtur fatēdum † neceſſario,quod hęc 31
abſoluta poteſtas ab initio naſcentis Regni,in ipſa creatione primarū legū huius Regni, quæ fuerunt leges tam notiſsimę Suprarbi, vbi inter alia habetur,quod omnia loca, quę à Mauris recuparerentur, tenerentur Reges Aragonum, Riccis hominibus qui verè nobiles ſunt applicare, verba autem fori Suprarbi hęc ſunt: pro vt refert Blancas in Commentarijs, fol.25. *E mauris vendicabunda diuiduntor, inter Ricos homines non modo, ſed etiam inter milites, ac infanciones: peregrinus autem homo nihil inde capito.* Hæc ſunt verba illius antiquiſsimi fori, & quamuis à principio iſti nobiles dicta bona, & loca poſsiderēt & tenerent in honorem, † ac quaſi pręca- 32

tio.

rio, quia Reges poterant vni auferre & dare alteri, dummodo dicta bona ſemper remanerent penes ricos homines. poſtea tamen lapſu temporis & creſcente hominum auaritia, & malitia, & præueniendo caſus varios, & nouas Regum voluntates, curarunt ſibi rici homines quærere dicta loca, titulo proprietatis, nō temporis lapſu, non inuidia, non aliquo lapſu collapſura, quod elegantiſsimis verbis refert Blancas in Commentarijs pag. 438. loquens de nobiliſsima familia de los Seſſes, & de illo Petro Seſſe Rico homine de meſnada qui fuit Iuſtitia Aragonum anno 1188. *Tunc enim* (dicit) *apud nos vetus iſta Reipublicæ noſtræ gerendæ ratio vigebat, vt honores hi* (*loquitur de locis datis in honorem & precario*) *ipſorum Regum penderent ad nutum, dummodo circum ricos homines aſsidua illa* (*quam diximus*) *conuerſione torquerentur perpetuo: ſed iam ricci homines ipſi videbantur hoc tempore inclinatione voluntatum in eam, quæ ſibi ac ſuis manſit, honorum petiendorum conditionem propendere, nempe vt eorum* † *permaneret*
33 *ipſis ſtabilis ac certa poſſeſsio, ne ea amplius, quemadmodum ſolita quondam fuerat, vacillaret.* Et ex hoc titulo refert Blancas dictum Petrum Seſſe Iuſtitiā Aragonum Mediana, Morata, Almonacirio, alijſque locis potitum fuiſſe iure iam hereditario, immo ſuis poſteris ſane diu hereditaria remanſerunt dicta & alia loca, vt ipſe refert, quouſque temporibus Comitis Vrgelenſis, tota hęc familia, quę potētiſsima in hoc Regno erat, in quam pluresque familias diuiſa, quę huius appellitus erant multę ſecundum Zuritā c. 51. lib. 11. in prudēs, & malis ducta cōſilijs, pro vt refert zurita, amiſso ſtatu ſuo cum multis locis & villis, cadēs à dignitate ſua antiqua, in numero ceterorum militum equeſtris tantū ordinis cępit collocari, ab eaq; quā pluri mi infātiones oriri cęperūt, quę huius familię caſum quaſi lugēs ipſe Blācas, dum de alio Iuit. Arago. Ioanne Luppo de Seſſe loquitur, in hunc modum
34 dicit, *Cumque Seſſeſsiorum* † *gens patritia olim fuerit, Iuſtitiam hunc equeſtris ordinis fuiſſe, vel inde colligi poteſt aperte, quod aliter Magiſtratum obtinere nequiret. neque vero ob eam rem illius genus aliunde ductum, quam a Seſſeſijs patricijs arbitrabor, ſimiles namque tranſitiones in nonnullis familijs factas obſeruādi, vt cū eędem eſſent, a ſuperiori ad inferiorem ordinem omnino deſcendiſſe, alias interdum altiorem dignitatis gradum aſſequtas.* Prout redeundo ad inſtitutum in ſimili legimus antiquitus fuiſſe obſeruatum in Hiſpania, Francia, & Italia, vbi antiquitus tituli Ducum, Comitum, & Marchionum, non denotabant dominium, nec proprietatem, ſed ſuperioritatē quandā iuriſdictionis in terris ſibi comiſsis: & ſic antiquitus qui hæc ſibi comiſſa gubernabant appellabantur ſeniores, † veluti
35 Artal de Alagon, ſenior in Alagone, Io. Ximenez de Vrrea ſenior in Tiraſona; Petrus Seſſe ſenior in Borja, vt in meis deciſsionibus late, ſed poſtea iſti gubernatores iſta ſibi ipſis procurarunt conuertere in proprietatem, & titulum vt dixi, & colligitur ex legibus fori Iuzgo. Et ex varijs locis Ambroſij de morales, & in Imperio Turcæ iſti appellabantur antiquitus & hodie Alcaydi, & memini me legiſſe. in Arabica quadam hiſtoria vltimi excidij Hiſpanię traducta de Arabico in Hiſpanum per Michaelem de Luna c. 33. quod tot numero Reges Maurorū, quot erant in Hiſpania tunc temporis, erant effecti Reges de Alcaydis, nam Alcaydiatus ſibi commiſſos, vel propter ſuam potentiam,

vel nimiam diſtantiam Almançoris
Regis ſuperioris illorum, qui in Ara-
bia degebat, conuerterunt ſibi in pro
prias ſedes proprietatis, & dominij,
ſe ipſos Reges nuncupando, ad quo-
rum omnium ſimilitudinem maiores
noſtri in initio naſcentis Regni dum
hæc ſibi quærebant, acquiſiuerunt ſi-
militer † hanc prerogatiuam abſolu-
36 tę poteſtatis,& denegationis recurſus
ab illorum factis, quinimo de multis
legitur qui in ſuis terris acquiſierunt
ſibi eandem poteſtatem,quam habet
Imperator in ſuo imperio, prout tra-
ditur deDuce Ferrarię,Sabaudiæ,Me
diolani, & aliorũ dominorũ in Italia
late Anto.de Petra de poteſtate Prin
cip.3.p.q.4. per totam & iſto modo,
37 Tituli † qui in Regno in honorẽ con-
cedebantur, paulatim in dominium
liberum & abſolutum conuerſi ſunt.
Ex quo ſequitur quod tempore pri
uilegij generalis,& multo ante, & ſic
in initio naſcentis Regni, Reges Ara
gonum(ſalua ſua clementia) non po-
terant iudices creare, nec facere iudi-
care in locis,quę ſua non erant,ita ha
betur in priuilegio generali in.§.item
del mero imperio, ibi, *E que el ſeñor
Rey no meta juſticias,ni faga juzgar en
ninguna villa, ni en ningun lugar que
proprio ſuyo no ſia.* Et cum hoc pri-
uilegio eſsẽt ſpoliati Rici homines,&
Meſnadarij, & cęteri milites de Reg-
no, pro vt idem priuilegium genera-
le in princ.teſtatur,ibi.*Eſtas ſon las co-
ſas de que ſon eſpullados los ricos homes,
&c.* Iam inde ſequitur quod ab anti-
quiori tempore hęc poteſtas abſoluta
competebat dominis vaſſallorum,im
mo Pertuſa & Hoſpitalis in d.§. itẽ†
38 del mero imperio dicunt, illa verba
eſſe intelligenda reſpectu abſolutę po
teſtatis, quam habent domini locorũ,
& cum vſque in noſtra tempora hæc
abſoluta poteſtas fuerit obſeruata,
& per dominos Reges tollerata, nec
conſtat de certo initio, aſſeuerandum
eſt, in traſlatione imperij in Regem
tale ius fuiſſe reſeruatum, vi pactio-
nis, & contractus: quia obſeruantia
ſubſecuta declarat † quid ab initio
39 fuerit conuentũ & pactatũ,Bald.in c.
1.quid iur.ſi poſt alien.vaſſal.feud.re-
cup. Grego.Lopez,in l.3.tit. 25. verſ.
algunas parturas, part. 4. Caſtro.de
lege pennali,lib.1.cap.1.Vaſquius con
trouer.illuſtrium lib.1.c.47.Aymon.
poſt Caſtrenſem, Romanum, Soci-
num,conſ. 211. num. 6. late Ioſephus
Ludouicus concluſ. 38. Bart. Socinus
conſi.111.num.5.Surdus conſ.140.nu.
43.in primo & tanta eſt vis obſeruan
tiæ ſubſecutę, quod dat fidem prece-
denti inſtrumento, ſeu contractui mi
nus ſolemni,quia illa obſeruantia iux
ta tenorem inſtrumenti licet minus
ſolemnis,habet vim teſtium deponen
tium de ipſo actu, Aymon de antiqui
tate,1.p.§. quarto limitatur.num. 17.
fol.69.

SVMMA EORVM,
quæ in hoc §. 4. conti-
nentur.

1 *Abſoluta poteſtas an cõtra vniuerſitates, quemadmodum contra particulares homines ſeruitutis exerceatur; explicatur.*

2 *Abſoluta poteſtas, odioſa cum ſit, & a iure exorbitans debet reſtringi.*

3 *Legis verba vbi non adaptantur, nec eius diſpoſitio, & mens adaptabitur.*

Bona

4 *Bona vniuerſitatis, non ſunt bona ſingulorum.*
5 *Maurorum a Regno expulſio, initium abſolutæ poteſtati dedit, quaſi in remunerationem, ob idque ſeruanda videtur, num. 6. dummodo iniquum aliquid non fiat.*
7 *Abſoluta poteſtas in Regno fauorabilis eſt, & nu. 8.*
9 *Vniuerſitas delinquere poteſt.*
10 *Vniuerſitas eſt collectio plurium ſingularium.*
11 *Cauſa dicitur ſingulorũ non vniuerſitatis, quando agitur de poſſeſſione cuius fructus in ſingulos de vniuerſitate diſtribuuntur.*
12 *Abſoluta poteſtas, in vaſſallos infantiones & non ſeruitutis, non exercetur, neq; in locis Eccleſiæ, num. 13.*
14 *Abſoluta poteſtas durante appræhenſione ſuſpenditur.*
15 *Abſoluta poteſtas an exerceatur in vaſſallum, allegantem ſe eſſe nobilem, non ſeruitutis, vel aliam ſimilem exceptionẽ diſcutitur late. Et cum diſtinctione reſoluitur.*
16 *Vaſſallo mouenti litem contra dñm ſuper abſoluta poteſtate, iuris firma, ſeu inhibitio concedi ſolet: & qualiter ea concedatur nu. 17. & de ratione, num. 18.*
19 *Litte pendente nihil eſt innouandum.*
20 *Vaſſalli propter nimiã ſæuitiã per ordinarium eximendi ſunt pẽdente litte a iuriſdictione abſoluta, ſecus per delegatũ etiam Principis nu. 21. & intellige, vt nu. 22.*
23 *Statutũ prohibens poni exceptionẽ contra inſtrumentũ, non prohibet exceptionẽ qua dicitur non eſſe inſtrumentũ.*
24 *Executio ſuſpenditur, vbi agitur de dãno irreparabili.*
25 *Executio abſolutæ poteſtatis ſuſpenditur vaſſallo allegãte ſe non eſſe vaſſallum, & interim pro libero habetur, cauſa ſtatus pendente, nu. 26.*
27 *Lis nulla eſſe poteſt, inter dñm & ſeruum, quod declara, vt nu. 28.*
29 *Poſſeſſori, ſi timeatur quod litte pẽdente dilapidabit bona, adminiſtratio interdicitur eorundem.*
30 *Spoliatus ante omnia eſt reſtituendus etiam fur.*
31 *Traditur intellectus ad obſer. de conſuetudine Regni, tit. de citationibus.*
32 *Minor cauſa, maiori præiudicare non debet, & vide exẽplaria, nu. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39.*

39.40.41.& 42.per totum.

43 *Inhibitiones ſunt concedendæ in vim exceptionum deductarum ſupra num. 15.contra abſolutam poteſtatem.*

44 *Reſolutio traditur cum diſtinctione, ad cognoſcendum quando firma cõtra abſolutã poteſtatẽ concedi debeat.*

45 *Firma iuris cõtra abſolutã poteſtatem reſpectu bonorũ vaſſalli non datur niſi ſecuto damno irreparabili.*

46 *Iudex habens iuriſdictionẽ limitatam in certis cauſis, nõ dicitur illam habere ante ortum illarum cauſarum, nec poteſt talis iudex cauſam antea delegare quod intellige, vt num.47.*

§. 4.

SVPPOSITA iã vti recepta hac abſoluta poteſtate, quã dñi locorũ habẽt in ſuos vaſſallos ſeruitutis, (nã ſic loquũtur obſ. Regni ſup. allegatę) orta fuit magna dubitatio quæ adhuc ſub iudice exiſtit, an non ſolũ hæc abſoluta poteſtas detur contra † homines particu-
1 lares ſeruitutis, ſed etiam contra vniuerſitatem, ita vt contra eam poſsit dñs loci poteſtatem abſolutam exercere, alijs dicentibus quod non, quia poteſtas abſoluta pertinet de foro dominis contra vaſſallos ſuos ſeruitutis, & ſic non poteſt exerceri contra vniuerſitatẽ, quia hęc eſt materia odioſ-
2 ſiſsima, multumq; exorbitans † & ſic reſtringenda, l. quod vero contra & l. quod ratione ff. de legibus, nã appellatione perſonæ non comprehenditur vniuerſitas, Bald in rubr. ad Trebell. vbi dicit, quod ſi iuro fidelitatem contra omnem perſonam mundi, non videor iuraſſe contra rempublicã, & ſi cõſtituo procuratorẽ contra omnem perſonam mundi, ſimiliter nõ videor cõſtituiſſe cõtra rempublicã late Calcan. conſ.1. Roman. conſ.400.n.4.& 436.nu.2. Deci. in l. ſi familia, ff. de iuriſdict. omnium iud. nu.11. Felin. in c. cam te de reſcriptis, nu.6. Alciat. cõſ. 4. nu.10. Plotus conſ.108.n.2. in prin. Gomez. in reg. de idiomate. q.2. vbi ꝙ ita iudicauit, Rota, Lamb. de iure patron.1.par. lib.art.15.7.q. prin. n.2. Plot. nu.19. cõſi.20. & comprobatur ex verbis fororum de hac materia loquentiũ, nam forus ſi aliquis de homicidio, dicit quod dñs temporalis vaſſallorũ poteſt talẽ homicidam in captione, fame, & frigore occidere, & hęc pęna nõ poteſt cadere in vniuerſitate argumento tex in cap. Romana. §. in vniuerſitatẽ de ſententia excommu.
3 in ſexto, & vbi verba legis † adaptari non poſſunt, nec legis diſpoſitio adaptatur l.4. §. toties de damno in fecto, Iacob. Butri. in l. mancipia. C. de ſeru. fugitiuis, vbi ſtante ſtatuto, ꝙ ſi quis turbauerit aliquẽ in poſſeſsione reſtituat poſſeſsionęm, & ſoluat centum, quod dicta pęna centum nõ habebit locum in eo qui tantum vi turbat, cũ pęna ſtatuti de reſtituenda poſſeſsione, non poſsit adaptari in ſolo turbatore, & vbi non habet locum vna pęna, nec alia locũ habebit, Tiraqu. lib.1 de retractu. § 8. gloſ.7. in princ. Et in hac ratione poteſt fundari determinatio relata per Mol. in verb. vaſſallus, verſi. vaſſalli, fol.325. col.3. vbi cũ vniuerſitas villę de Ayerbe ageret con-

tra

tra dominum, & ipſe dominus oppoſuiſſet exceptionem quod non poterat conueniri per ſuos vaſſallos, ex eo quia de foro poterat eos benè & malè tractare, nihilominus fuit mandatū procedi ad vlteriora, & facit quia bona † vniuerſitatis non ſunt bona
4 ſingularium, l. 1. quod cuiuſq. vniuer. nomine vbi notatur. Alijs cōtra viſſū eſt ſupponendo quod principale fundamentum introductiuum abſolutæ poteſtatis fuit, in remunerationē propter ſeruitia & labores quos preſtiterunt. Varones Aragonum ipſis Regibus in recuperando Regnum è faucibus Maurorum, quæ cauſa Regibus † Hiſpaniæ dedit exemptionem ab
5 Imperio. can. Adrianus 66. diſtin. & ſic vt à capite ad membra arguamus, & veluti a Regno ad maioratus particulares, quod argumentū valet Mol. lib. 1. de primog. c. 2. nu. 21. videtur, quod idem erit dicendum in abſoluta poteſtate Varonum huius Regni, & quia natura & conditio vaſſallorū ſeruitutis huius Regni hoc poſtulat, maximè vbi tanta diffugiorum occaſio ex libertatibus Regni abutendo deſſumitur, & ſic videtur quod debet
6 ſeruari hęc † ęconomica poteſtas (dūmodo iniquum aliquid non fiat) moribus enim gentiū, regimē & gubernatio inſtitui debet, Diuus Thom. de regimine Princ. lib. 2. c. 9. tradit Capitius, deciſ. 130. nu. 38. & ob hanc rationem fuit hec abſoluta poteſtas tanquā fauorabilis in ſui principio, & principaliter de caſu ad caſū extēſa, quod patet quia obſeruātię loquitur per nomē maſculinum veluti vaſſallos ſuos, & cum maſculinum non compręhendat femininum in odioſis, hic tamen compręhenduntur feminæ ex antiqua conſuetudine, ſi quas vaſſallas etiam exercetur abſoluta poteſtas, quod ex
7 eo ſolum eſt, quia eſt fauorabilis † hęc poteſtas. Et ex eodem fonte naſcitur, quod ſimiliter compręhendat vaſſallos mortuos reſpectu bonorum, cum tamen in odioſis homo mortuus nō ſit homo, & idem in alijs caſibus per viam extenſionis erit dicendum, & ſic in caſu noſtro vniuerſitas veniet appellatione perſonarum, cum ſimus in fauorabilibus Romanus conſil. 400. vbi additio Menoch. caſſu 123. nu. 16. Decianus conſ. 55. num. 14. 42. 52. lib. 5 ita teſtatur eximius ille aduocatus Io. de Ribas in quibuſdam ſuis adnotationibus dicens, abſolutam poteſtatem eſſe fauorabilem † reſpectu dominorum, & ſic extendendam, & inter alias illationes quas facit vna pręcipua eſt, vt compręhēdat vniuerſitates, allegando legem mortuo. de fideiuſſoribus. l. ſi à te ff. vt in poſſeſſ. legatorum. 8

Facit quia ſi abſoluta poteſtas pro vt videtur, tendit ad hunc finem vt vaſſalli delinquentes puniantur, ac ſine diffugio aliquo coerceantur, videtur quod debeant compręhendi ſub hac poteſtate omnes quicunque delinquere poſſint, & cum vniuerſitas etiam poſſit delinquere data culpa in ea, videtur quod debet compręhendi ſub hac poteſtate, & ſic videmus quod ſtatuta quæ fiunt contra bannitos etiam ſi diſponant contra perſonas, procedunt in vniuerſitate, cum ipſa vniuerſitas † etiam delinquere
9 poſſit, Iaſſ. in l. ſancimus, numer. 7. verſ. 5. extende, C. de iudicijs, Nellus de bannitis, par. 1. 1. temporis. q. 5. Boſsius in praxi, titul. banniri quis poſſit, numer. 2. verſiculo aduerte tamen. Carpanus in conſtitutio. Mediolani, cap. 10. numer. 3. par. 1. Farinacius in quæſtionibus crimina. lib. 1. q. 24. numer. 111.

Vltimo facit quia DD. diſputatio procedit, quando nominantur perſonę de iure; at obſeruantię de caſu noſtro loquētes, nō loquuntur de perſonis ſed ſolū de vaſſallis cū qualitate vaſſalli loca autē vaſallorum vaſſalla ſunt, & vniuerſitas etiam dicitur vaſalla quia vniuerſitas nihil aliud eſt quam collectio plurium ſingularium, gloſa in l. ſicut § ſi quid ff. quod cuiusq. vniuer. nomine & valet argumentum a contento ad continens. ego credo quod ſi dominus loci occuparet terminos vniuerſitatis, & conquerente vniuerſitate ipſe opponeret exceptionem, quod non audiretur vniuerſitas & vinceret ipſe dominus, pro vt factū
* fuit meis temporibus in proceſſu D. Franciſci de Monte cateno ſuper apprehenſione in art. iur. firmarum in curia Iuſtitię Arag. in anno 1592. niſi dicatur quod in hoc exemplari, herbagia occupata, non erant vniuerſitatis nec ſingulorum iure plenij dominij niſi ſola commoditas & vſus fructus, & cum hęc commoditas & vſus fructus non dicatur proprie vniuerſitatis ſed vaſallorum, hinc eſt quod dici debeat occupatio facta potius contra particulares, quam cōtra vniuerſitatem, quando enim agitur de poſſeſſione, cuius fructus in ſingu-
11 los de vniuerſitate diſtribuuntur, cauſa particularium † dicitur non vniuerſitatis, Ioan. Andreas in c. cum nuntius num. 4. verſiculo ſi vero. non ſingularibus vbi additio, de teſtibus, & in terminis paſcuorum tradit Angelus in l. omnibus num. 2. verſiculo aut reſpicit ſingulos C. de teſtibus, vbi Paul. num 2. Doctores in c. in ſuper de teſtibus vbi Abbas. num. 2. Bald. 3. Anchar. 5. Felinus 5. Decius 18. Lamfranch. de teſtibus num. 73. & omnes ita tenere refert Campegius de teſtibus reg. 99. fallentia 2. & procul dubio eſſe communem opinionē dicit Cobarr. practicarum queſt. c. 18. num. 4. late Farinacius in criminalibus lib. 1. queſt. 60. numer. 50.

Ex ſupradictis obſeruantijs, concedentibus poteſtatem abſolutam contra vaſallos ſeruitutis dominis locorum quę non ſunt eccleſię, reſultat vnum non minus fauorabile quā iuſtiſſimum, quod ſcilicet in alios vaſallos qui non ſunt ſeruitutis, prout ſunt milites, infantiones, & ſi qui alij ſunt
12 huiusmodi, non exercebitur † abſoluta poteſtas, quia non ſunt vaſalli ſeruitutis, neq; ſimiliter habebit locum
13 in locis † eccleſiæ, Ordinis, aut Religionis, vt ex obſeruantijs reſultat, tradit Mol. in verbo vaſſalli, nec in locis feudalibus dabitur hęc abſoluta poteſtas, nec in locis quæ poſsidentur iure viduitatis, Mol. in verbo viduitas quia poſſet vſufructuarius diſſipare ipſa loca in damnum ſucceſſoris, foro per quanto de iure viduitatis.

Nec qui poſsidet bona emphiteuticaria poteſt vti abſoluta poteſtate in damnum etiam domini directi, aliàs caderet in commiſſum. l. 1. C. locati, ſicut & durante apprehenſione alicuius loci ſuſpenditur abſoluta po-
14 teſtas, † Molin. in verbo domini locorum in fine, Rebuf. de ſenten. executione, art. 1. gloſ. 4. num. 10. Portol. ad Molin. alios allegans. Similiter nō habet locum in vaſſallis pactionatis, ſi aliqui ſunt in Regno, in quo pro nunc non inſiſto, cum ſuper hoc pendeat de preſenti lis: audiui tamen quod propter hoc ceſſat abſoluta poteſtas in loco de Oſſo, quod an verū ſit cum conſiſtat in facto non diiudico, & circa hoc vltimum, vide gloſ. in l. 3. de obſeq. à liber. prǽſtan. & hæc veriſsima ſunt.

nobilem

Sed difficultas ardua & maxima in alio verſatur, an ſi Baro & dominus loci vellit vti abſoluta poteſtate in aliquem tanquam vaſſallum ſeruitutis, & vaſſallus id neget, aſſerẽdo ſe nobilem eſſe, militem, infancionem, vel alias exemptum ab abſoluta poteſtate, vel dicat ſe eſſe vaſſallumpactionatum, feudalem, vel locum eſſe Ecleſiæ, Ordinis, aut religionis, aut tandem alleget aliquam qualitatẽ excluſiuampoteſtatis abſolutę, &caſum in quo illa non procedat: quęritur an dominus loci poſsit eam exercere, an vero ſuper ſedere, quouſq; de hoc cognoſcatur, & hoc quando ſaltim aparenter & colorate vaſallus verum diceret, alias enim ſi a notorio conſtaret iſta allegari in diffugium, tunc certum eſt quod dominum vaſſalli non impediret, ſed potius abſolutam exercere poſſet, in caſſu namq; dubio, & colorato nos loquimur, & vbi per fumũ ſaltem de hoc conſtat, quo caſſu executiones damni irreparabilis ceſſant ſecundum Felin. in c. veniens 2. de teſtibus Hipol. ſing. 343. Ripa. in rub. & in l. 1. ff. de dam. in fec. Paul. Caſtrens. in l. 2. C. de ædicto diui Adrian. quem ſequuntur communiter omnes ſcribentes, Menoch. in conſ. 2. n. 202.

Etquid ſi vaſſallus, inſtituta de hoc lite, peteret inhibitionem a Domino Rege, vel a curia Iuſt. Aragonum ſi ibi eſſet lis, nunquid eſſet concedenda inhibitio contra dominum ne pẽdente cognitione ſuper hijs exerceret abſolutam poteſtatem? & ſic executionem damni irreparabilis, ex quo non datur recurſus ab his executionibus ſupoſita abſoluta poteſtate? hec queſtio fuit multum ventilata meis temporibus, in qua tene pro firmiſsima concluſione de iure, quod quando cõtra dominum temporalem alicuius

16 loci mouetur lis per † vaſallos, vel fiſcum ſuper abſoluta poteſtate, & exemptione, vt quia dicunt ſe eſſe infantiones, milites, & exemptos ab abſoluta poteſtate, vel fiſcus dicit non poſſe dominum vti abſolutapoteſtate in prejuditium domini Regis, & poſſe vaſallos appellare, & recurrere ad dominum Regem, & ſic quando aliquo modo negatur abſolutapoteſtas, & juſtificatur hecpretenſio aliquo modo colorato, ſolet dari inhibitio contra dominum loci, ad effectum tantum ne vtatur abſoluta poteſtate, † &

17 ne impediatur proſecutio litis motæ, reſeruato iure judici inhibenti, reuocandi inhibitionem ſi appareat vaſallos vel fiſcum nimium differre, & dilatare litem, ne ſic vitioſe, & cum calumnia lites contra dominos temporales moueantur, & propterea debeant iſtę inhibitiones eſſe juſtificatę, juſtitia ſaltem colorata, ad effectum obtinendi eas, ſic fuit data inhibitio inſtituta iam lite in curia Iuſtitię Aragonum in proceſu procuratoris fiſcalis, nec non vicarij portionariorum & aliorum de Pina ſuper ciuili die 24. Martij anni. 1600. in qua inhibitione nulla fuit facta fides de ſeruitia domini, & quod vellet vti abſolutapoteſtate, pro qua inhibitione facit Mandoſsius de inhibitionibus queſt. 103. dicens, quod accuſſatione, vel inquiſitione pendẽte, iudex inhibere poteſt domino habenti vaſallos & iuriſdictionem, ne eam exerceat, vt ſic ſuper querellis † accuſſatione, ſeu inquiſitione abſq; metu procedatur, & ne ſubditi metu retrahantur à proſecutione cauſę criminalis, & à deponendo & detegendo delicta domini, ita Gramaticus conſ. 10. per totum & hec inhibitiones, interdictiones ſeu exemptiones a iuriſdictioneſuperioris conce di ſolent & debent lite pendente, ac durante ne ſuperiorpropter litem ſæ

uiat

niat, aut contra ſubditos aliquid iniu rioſè agat, per rationem tex. in cap. cum olim cap. ex parte de accuſſatio-nibus, Hoſtienſis, Abbas, & gloſ. in cap. dilectus, nono caſu, verbo & per hoc dicit de ſequeſtratione poſſeſsio-num, & in queſtione 104. proſequen do querit, an in cauſis ciuilibus iudex interdicere poſs t adminiſtrationem iuriſdictionis, vel ſuperioritatis lite pẽ dente, & primo dicit quo d non, quia
19 lite pendente † nihil eſt innouãdum, toto titul. ne appellatione pendente, immo erit attentatum, & non debet quis ſua poſſeſsione, vel quaſi priuari lite pendente, etiã facto iudicis, & reſ cripto Principis, niſi ordine iudicario pręmiſſo, l. extat ff. quod metus cau-ſa. & pro opinione negatiua alia ad-ducit.

Tandem diſtinguendo dicit, quod ſi agimus de ordinario, & ſubſiſtente cauſa. præſertim quod quis in ſubdi-
20 tos ſuos nimium ſæuiat, † & dicerem ſubditos eximendos, lite quacunque ſiue ciuili, ſiue criminali pendente, inhibendum quę fore domino tempo rali, vel eccleſiaſtico, ſeu cuicumque prælato, vel cuiuis ſuperiori, ne iuriſdi ctionem vel ſuperioritatem exerceat in eos, contra quos ſæuire incepit, vel veriſsimiliter credendum eſt, quod ſę uire vellit, per l. 1. §. quod dicimus ff. de offic. præfec. vrbis, Faber. in §. per hoc ſemper verſi. fin. inſtituta de his qui ſunt ſui.

Aut loquimur in eiſdem iudicibus ordinarijs, vel etiam delegatis & gra-tiam exemptionis per reſcriptum gra tiæ, addita per ſignaturam clauſula ſolita, videlicet, durante lite, obtẽtam eſſe ſupponimus, & forma & tenor re ſcripti ſeruari debent, ad caput cum dilecta de reſcriptis. c. venerabili de offic. delega.

Aut loquimur in delegato, cui co-miſſa eſt cauſa ſimpliciter iuxta ſtyl-lum ordinarium, per ſignaturam Iu-ſtitiæ, & nihil dictum eſt de exemptio ne concedenda, ſeu de interdicenda adminiſtratione, vel vſu, ſeu exerci-tio iuriſdictionis in ſubditos, & dice-
21 rem quod delegatus † etiam Princi-pis pręmiſſa concedere non poſsit, reſ cripta enim ſunt ſtricti, & limitati iu-ris, Doctores in cap. ſuper literis de reſcrip. limitarem hoc niſi turbare-tur, vel impediretur delegati ipſius Principis iuriſdictio, adnotata in cap. 1. de offic. deleg. in ſexto, vbi Mandoſ. num. 49.

22 Aut delegato per ſignaturam com mittitur † cauſa cũ illa clauſula, quod conſtito de ſęuitia eximat, adminiſtra tionemquę iuriſdictionis interdicat, & tunc ante omnia conſtare debet de ſęuitia, ſeu mala tractatione, propter illam conditionem adiectam. ſeu mo dum datum in procedendo. c. ſi tibi conſtiterit, vbi Felin. num. 5. de accu-ſationibus, Pariſ. conſ. 41. num. 14. & 21. & hęc non ſolum procedent in do minos temporales, ſed & eccleſiaſti-cos ac in quoſcumque ſuperiores, & in fauorem cuiuſcumque qui à ſuo ſu periore durius grauetur, quod poſsit ad ſęuitiam exiſtimari Faber. vbi ſu-pra.

Facit pro ſuperioribus quia hæc pote ſtas conceſſa eſt dominis contra vaſ-ſallos ſuos, vt eos poſsint bene, vel ma le tractare, & quod dominus Rex nõ ſe intromittat, ſupponendo quod ſint vaſſalli, verum ſi probaretur non eſſe vaſſallos, tunc non offenderetur ob-ſeruantia; nec poteſtas dominis con-ceſſa, & poſſet dominus Rex ſe intro-mittere, nam ſi datur priuilegium in-ſtrumento, quod nihil opponi poſsit,
23 † poterit allegari quod non eſt inſtru mentum, l. diues. ff. de teſta. mil, Barr. in l.

in l. 1. §. & parui ff. quod vi aut
clam Bald. in l. 1. C. de iur. & fac
ign. Aymon conſ. 6. num. 72. vnde
ſtãte lege quod bannitus ofẽdatur im
punè, poterit dici quod non erat ritè
bannitus, & ſic quod offendi non potu
it. Bart. in l. vlti. ff. de adult. Angel.
in l. 4. §. condemnatum in prin. ff.
de re iud. cum allegatis per Felin. in
c. quæ in eccleſiarũ de conſtitu Alex.
conſ. 77. num. 3. merito igitur eadẽ
ratione dici poterit, quod non erat
vaſſallus ille cuius bona fuẽ ablata, vel
qui eſt occiſus, & quod puniatur domi
nus occidens, vel ſi res eſt integra po
terunt bona manifeſtari & perſona,
& hoc oſtenſo quod non ſit vaſſallus
defendetur a rege & indemnis conſer
uabitur, & ſalua guardia concedetur
& ſecuritas, faciunt not. per Alex. poſt
Rom. in l. 3. §. ſi ſeruus ff. de acqui.
poſſ. vbi Iaſon & alij poſt Bart. Felin.
in c. quæ in eccleſiarum nu. 6. de con
ſtitu. vbi volunt quod pendente lite,
ſuper banno, bannitus non poteſt o-
fendi, ne impunitas iuuet occiſorem,
deinde quia cum dominus litiget cũ
vaſſallo, nihil eſt innouandum c. fin.
vt lit. pend. l. diximus de excuſ. tutor.
Bart. Bald. in l. 2. C. vt litte pen-
dente.

Facit quia vbi agitur de damno †
irreparabili omnes regulæ iuris & exe
24 cutiones ſuſpenduntur, & ceſſant, Fe
lin. in c. veniens 2. de teſtib. Hypol.
de Marſil. ſing. 343. Rip. in rubr. &
l. 1. ff. de damno infect. atqui exe-
cutiones factæ in vim abſolutę poteſta
tis continẽt damnũ irreparabile, ſup-
poſito quod non detur recurſus per
obſ. regni: ergo cum pendeat lis ſu-
per hoc an ſit vaſſallus dicendum eſt,
quod executio † debet ſuſpendi, & va
25 ſſallus qui petit declarari ſe liberum,
debet haberi pro libero ad proſequen
dam litem, Alex. Iaſ. vbi ſupra. Faci-
unt not. per Iul. Clar. §. fin. q. 94.
Immol. in l. qui à latronibus §. fin. ff.
de teſtamen. facit Rippa in l. 4. §.
condemnatũ. Hoc ſi quidem caſu ve
rificatur hoc, ſcilicet quod ſeruus qui
petit libertatẽ habeatur pro libero pẽ
dẽte lite tex. in l. ordinata ff. de liber.
cauſa l. lite C. eod. vbi tex. quem no
tat Bald. in l. ſi is qui §. ſi ſeruus ff.
vſu cap. Caſſa. in conſ. Burg. rubr. 9.
de mans mortes §. 2. Nellus 4. p. pri.
temp. queſt. 5. & ſic quo ad litem,
& vt nihil ſit pendente lite innouan-
dum, pro libero † habetur, licet ad alios
26 effectus diſtinguatur, & non paſſim
pro libero habeatur l. ſi cui §. licet
& l. liberis ff. de lib. cau. not. Alex.
& Iaſſ. in l. 1. §. per ſeruum de acq.
poſſ. Quãdo ſiquidem dñs litigat cũ
vaſſallo ſuper hoc iure an ſit vaſſallus,
non eſt quo ad litem illam habendus
pro vaſſallo, licet alias ſecus ſit dicen-
dũ. Videmus enim quod inter domi-
num & ſeruum nulla lis eſſe poteſt,
† ſicut nec inter patrem & filiũ in po-
27 teſtate, l. lis ff. de iudi. vbi Doctores.
tamen hoc eſt verum ſi de alio † con-
28 tendatur, ſed ſi ſit lis ſuper filiatione,
& patria poteſtate, ſubſiſtit lis, & quo
ad hoc pro non filio reputatur, glo.
in d. l. lis vbi Bart. Bald. in l. 1. C. de
patr. poteſt. ſic videmus quod ſi ſer-
uus contrahit, vel tranſigit cum do-
mino, non valet tranſactio l. interpo-
ſitas ad fin. C. de tranſ. Bald. in c.
de cetero c. ſtatuimus de tranſ. ſed ſi
litigẽt dñs & ſeruus, poterit ſeruus tã-
quã liber tranſigere l. fin. vbi Doctores
C. de tranſact. & ita licet ſeruo tu-
tor dari non poſsit l. ſi arrogator ff.
de tutel. ſi tamen litiget de libertate,
daretur tutor tanquam libero, pẽden-
te lite ſuper ſtatu, lege 1. vbi Docto-
res C. qui dar. tutor. poſ. vide Bart. in
l. ſi impuberi ff. de tutor & cur.

Confirmat quia quando lite pen-
dente

dente eſt ſuſpicio quod poſſeſſor poſſit dilapidare nedum res, ſed fructus, † tollitur res, & interdicitur ad-
29 miniſtratio, Bald. in l. fin. C. de edic. Diui Adr. facit l. Imperator, ff. ad trebel. l. cum C. de ſuſpect. tutor. vbi Bal. Capell. Tholoſ. 371. merito ergo ſi timeatur, quod Baro vult occidere vaſſallum, vel male tractare, debet fieri inhibitio, ne vtatur abſoluta poteſtate pendente lite, quia qui attentat, hominem occidendo lite pendente, eſt verus homicida, Bald. in l. ſi quis ff. .o. .§ ij autem de inoffi. rupt. alias ni ita non eſſet; ad quid prodeſſet obtinere poſtea libertatem in proprietate, ſi interim vita aufertur? bona confiſcantur?

Illud certiſsimum eſt ſpoliatum †
30 eſſe de iure reſtituendum, licet ſit fur. cap. in literis de reſtitu. ſpoliat. Sed ſi eſſet timor propter fortitudinem caſtri, ad quod fit reſtitutio, quod hęc poſtea eſſet difficilis in proprietate, ſi aduerſarius obtinuerit, tunc dicit lex. quod propter hoc damnum irreparabile nō debet reſtitui ſpoliatus, Caſtr. in l. 2. de edic. diui. Adr. tol. quem omnes DD. ſequuntur, teſte Menoc. cōſ. 2. num. 202. Alia exempla in id quęre per Marant. de ordi. Iudi. tit. de appell. nu. 212. Ergo litigantibus vaſſallis cum domino ſuper abſoluta poteſtate, videtur quod ſint defendendi in vita, & bonis, & ſic dicunt DD. Caſtellani, quod quando ſeruus litigat cum ſuo domino ſuper libertate, non debet dominus priuari poſſeſsione, quam habet ſupra vaſſallum, debet tamen dare cautionem, quod non impediet ei litem motam, neq; propter hoc eum vexabit, nec damnificabit, Azeued. lib. 3. titul. 9. leg. 8. vbi alios refert Bened. pulchre verb. ſucceſsio ab inteſtato, ver. & vxorem num. 390. Ergo clarum eſt, quod non debet dominus male tractare vaſſallum litigantem durante lite, facit pro his omnibus
31 obſ. † de conſuetudine Regni Iuſtitia Aragon. titulo de citatione vbi ſupponendo quod quilibet debet conueniri coram ſuo iudice ordinario, de iure & foro, vt in for. quilibet homo de for. compe. ſi tamen tractatur de aſſecurando aliquem in perſona, & bonis, recedimus ab hac regula propter periculum, quod ex mora & dilatione poſſet oriri, & ſic ad hunc effectū quilibet eſt iudex ordinarius, vbi reperitur ille qui debet cautionem offerre de non offendendo. vt in d. obſeruantia.

Pro chronide facit hæc ratio vrgens nam minor cauſa non debet prę-
32 iudicare maiori, l. per minorem, ff. de iudi. l. ſi quis libertatem, ff. de petitio. hęred. & dicitur cauſa maior quando habet aliquam connexitatem cum cauſa minore, reſpectu alicuius prejudicij, ſicut cauſa petitionis hęreditatis cum ea, in qua petitur fundus, vel domus hereditaria, nam in hoc caſu minor cauſa non debet pręiudicare maiori, immo cauſa minor debet ceſſare, quouſq; maior finiatur, glo. Bart. & alij in l. qui prior. ff. de iudi. Alb. late, conſil. 111. ex hoc naſcitur quod Bart. dicit in d. l. ſi quis libertatem, & in l. ſi poſt litem ff. de exceptio, quod ſi lis ſit mota ſuper vniuerſa iuriſdictione, & ſubiectione alicuius loci, debent ceſſare omnes lites particulares, & cauſæ particulares, quę compręhendi poſſunt ſub generali lite mota, & quæ ei pręiudicant, quouſque maior cauſa terminetur, ita Bald. in l. emptorem colum. 2. C. locat. vbi ſi moueтur lis Prælato de ipſa prælatura, non poterunt tractari interim queſtiones particulares, quæ poſsent eſse pręiuditiales ipſi liti de prælatura: ergo in caſu noſtro pendente lite ſuper abſoluta pote-

poteſtate,omnes aliæ cauſę particulares ceſſare debent, quouſque illa finiatur,ex quo lis principalis mota ſuper exemptione patit preiuditium alijs cauſis particularibus,& è contra.

Et in vim iſtorum, & aliorum fuit † conceſſa ſimilis inhibitio,in proceſ-
33 ſu Iuratorum de Erla,ſuper apprehen
* ſione, 13.Septembr. 1567. in curia Iuſtitiæ Arago.vbi agebatur ſuper libertate, & infantionia, & ſic petebatur inhibitio,ne dominus vteretur abſoluta poteſtate, & fuit conceſſa; & nota quod hic non fuit facta, fides aliqua de ſæuitia. Sed hoc ideo, quia in alia de Luna fuerat iam facta fides de ſæuitia domini, & ex quo erat eadem cauſa,& eædem partes, ideo fuit habita fides pro facta in hoc proceſſu.

In proceſſu Iuratorum de Luna †
34 in curia Iuſtitiæ Aragonum, ſuper ci-
* uili, milleſimo quingenteſimo ſexageſimo ſeptimo,decimoquarto Auguſt. fuit data citatio, & duodecimo Septembr.conceſſa inhibitio, & hic fuit facta fides de ſæuitia domini: & fuit idem caſus qui fuit in proceſſu de Erla.

In proceſſu Iuratorum de Fauara †
35 in eadem curia ſuper ciuili, fuit ſicut
* in facto de Luna, Portol.verb.vaſſallus,vide in libro Cameræ cõſilij, 1542 decimo ſexto Martij,vel decimoquinto Decembr. 1541. vbi fuit conceſſa inhibitio per quatuor Locũtenentes reſpectu abſolutę poteſtatis, donec aliud per curiam prouideretur. Sed poſtea fuit reuocata ex capite, quod ſcilicet (vt audiui) fuit conceſſa ſaluaguardia non citato domino,& fuit reuocata per tres Locũtenẽtes, donec aliud per curiam prouideretur, duo Locumtenentes non reuocarunt.

In proceſſu Don Roderici de Palafox,in curia Iuſti. Aragonum,ſuper
* apprehenſione,in articulo proprieta-
36 tis † 24. Iulij. 1565. fuit petita inhibitio lite pendente,&non fuit conceſſa, ex eo quia fuerat recepta domino propoſitio litis pẽdẽtię, reſpectu abſolutę poteſtatis,& fuit bene denegata,cum que eſſet commiſſarius curię, prætendebant vaſſalli ſe eſſe feudales,exemptos ab abſoluta poteſtate. Verum eſt quod hic ad effectum litigandi dabat curia licentiam vaſſallis, ſe ipſos collectandi, & imponendi onera ad litigandum.

* In proceſſu Anthon. Aziron, alias
37 Iuratorum de Oſſo, ſuper apprehenſione,8.Octobr.1548. fuit recepta propoſitio domini,reſpectu abſolutę poteſtatis,& cum citaretur dominus in articulo proprietatis,vaſſalli obtinuerũt inhibitionem,ne lite pendente dominus vteretur abſoluta poteſtate.

38 In proceſſu Iuratorum de Iuſſeu, & Laſguarne,fuit conceſſa inhibitio, ne
* dominus vteretur abſoluta poteſtate, & hoc ex eo,quia illa loca habent priuilegium,quod tractentur iuxta conſuetudinẽ Cathalonię, & ſic non ſunt ſubiecta abſolutę poteſtati, & meis temporibus dedi ego eis firmam, vt tractentur ad vſum Cathalonię.

de poſſeſsione iuſta & iuridica, ſed
tantum de tenuta, inſiſtentia rei, &
aliquã de ſemtatione, & ſufficit tunc
eſſe in poſſeſsione, licet non poſſideat
quis rem ipſam, vt eſt vulgatum ex
multis allegatis per Bardaxi & Mo-
lin. ſuper for. item por dar forma de
apprehenſ. immo licet ſit quis violen-
tus poſſeſſor, debet obtinere in illa te
nuta, arg. eius qui fur eſt & reſtitui-
tur,

tur, cap. in literis de reſtitu. ſpoliat; nã in hoc articulo tenutę, ſeu inferioris poſſeſſorij, ſolum attenditur ſtatus rei, qui erat tempore motę litis, & qualem te inuenio talem te iudico, nec amplius perquirendum eſt in Regno, vt etiam eſt de iure de quo agere huius loci non eſt, & ſic Baro cum tenutam habeat bonorum, in ea defendendus eſt, non diſcuſſo qua cauſa poſſideat, & quo titulo, ſed hoc ſolum, an inſiſtat in re ipſa, quod ſolum attendi debet, & ſic multoties vidimus per ſupprema tribunalia † fuiſſe pronun-
6 tiatum, nam in negotio de Vallouar, ſeu in proceſſu procur. fiſcal. nec non Iunato de Vallouar, ſuper apprehenſione, & in eodem ſup. iurisfir. fuit recepta propoſitio per quatuor Locumtenentes, & per omnes Regiæ Audiẽtię conſiliarios, & ſic in vtroque conſiſtorio domino loci, circa occupationem herbagiorum per eum factam, cõſtito de poſſeſſione illorum, in qua exiſterat per plures menſes ante litẽ motam, & hoc ex motiuis ſequentibus.

Motiua curiæ Iuſtitiæ Aragonum.

Ex eo præſertim, & aliàs recipitur
7 propoſitio dicti Comitis, quia ex allegatis, deductis, ac probatis in præſenti proceſſu, conſtat de eius legitima incluſione, & de vera & legitima poſſeſſione caſtri, & loci de Vallouar, & iurium, in quibus ſua recipitur propoſitio, conſtatque de legitima occupatione herbarum, per Comitem facta virtute abſolutæ poteſtatis, de foro præſentis Regni ſibi pertinentis, & in præſenti proceſſu probatæ.

Motiua Regiæ Audientiæ.

Ex eo potiſsimum, & aliàs, quia
8 reſpectu Don Franciſci de Montecateno Comitis de Aytona, conſtat de eius legitima incluſione, & poſſeſsione caſtri, & loci de Vallouar, & iuriũ, ſuper quibus ſua recipitur propoſitio, ſufficienti ad obtinendum in hoc iudicio, ac etiam conſtat de occupatione herbarum, per eundem Comitem facta in vim dominicę poteſtatis: Reſpectu vero hominum de Vallouar cõſtat etiã de poſſeſsione ſufficiẽti ad obtinendum in his tantum, in quibus ſua propoſitio recipitur.

Verum tibi fateor, quod hęc motiua latius ſe extendunt quam eſſet neceſſe ad hunc tenutę articulum, quia ex quo conſtabat de poſſeſsione herbarum, in ea ſe fundare debuerant tãtum, & non vlterius progredi.

In ſuper reperiuntur duę iurisfirmę, ſeu inhibitiones, conceſſę Comiti Lunenſi Don Federico ab Aragonia, ad conſeruandum eum in poſſeſsione
9 † quorumdam bonorum, quę in vim abſolutę poteſtatis occupauerat cuidam vaſſallo ſuo loci de Xelſa, vna fuit prouiſa anno 1426. alia vero anno 1427. 8. Februa. intitulantur Don Federici ab Aragonia, Comitis Lunę, & eſt recondita in archiuo præſentis Regni, de vna illarum facit mentionem Molin. verb. firma, fol. 152. col. 3. licet non multum benè, & de ambabus Pertuſa in libro determinationũ, tit. de firmis iuris, fol. 161. & in tit. de executionibus, fol. 323. & in obſeru. 2. de iudeis, fol. 95. & ſi dixeris, quod in his iurisfirmis, ſeu inhibitionibus agitur de vera poſſeſsione, certe magis

faciunt

faciunt & aſtringunt pro nobis, qui loquimur vbi ſolū detenuta agitur, ſed veritas eſt quod etiàm firme ſ fundan
10 tur in tenuta & detentatione, quia in eiſdē caſibus in quibus dantur remedia poſſeſſoria, pro poſſeſſore datur etiam pro detentare officium iudicis pro cōſeruanda poſſeſsione, Gomez ad ll. tauri. l. 45. num. 13. in fin.

Pro his multum facit ſequens exemplar Laurentius rotellar vicinus loci de Alfajarin propter diſcordias, quas habebat cum D. Petro de Alagon domino dicti loci, mutauit domicilium ſuum in ciuitatē Ceſarauguſte. & fecit aprehendi in Reg. Aud. bona quæ habebat in loco de Alfajarin, fuit prouiſa 10. Auguſt. oblata 17. eiuſdē menſis in anno 1566.

Don Petrus de Alagon die 27. occupauit bona in vim abſolutæ poteſtatis, & dedit propoſitionem in dicto proceſſu, deducendo ſuam ocupationem, & fuit ei recepta ſua propoſitio, alijs repulſis, vide in proceſſu Laurētij
* Rotellar ſuper apprehen. in ſcriban. guber. ligamen. 57. & nota maxime, quod non petiuit don Petrus denegari audientiam vaſſallo, & ſic exemplar fortius diſtringit quam apparet.

Motiua Reg. Aud. ſunt ſequentia de anno 1572.

Ex eo & aliàs, quia conſtat Laurentium rotellar fuiſſe, tempore occupationis per D. Petrum factæ, vaſſallū de ſigno ſeruitio dicti D. Petri, & poſſidere bona in preſenti proceſſu apprehenſa & occupata, ideo propoſitio dicti Laurentij, de rotellar non recipitur.

Idem Laurentius rotellar dedit appelitum manifeſtationis bonorum in Reg. Aud. de menſe Auguſt. 1566. in eadem ſcrib. guber. & cum bona eſſent in loco de Alfajarin, fecit ibi ſuprajunctarius executor proceſſum, & die 26. dedit ſententiam in qua mandauit fieri contenta in propoſitione oblata per Laurentium rotellar, quia cum occupatio facta de iſtis bonis mobilibus fuiſſet facta eadem die 26. non potuit ſe opponere in proceſſu D. Petrus de Alagon.

Sed dictus don Petrus citauit in proprietate in Reg. Audientia. & allegauit ocupationem & die 15. Iulij anno 1569. fuit lata ſententia per quam fuerunt mandata reſtitui dicto don Petro bona ipſa iure pleni dominij.

Duo hęc exemplaria, ſi poſſeſſionē bonorū non habuerunt pro parte D. Petri, ſed ſolam occupationem (quod credo quia occupationes fuerunt factæ exiſtentibus iam bonis penes curiam) fortiſsima ſunt, & contra ea, quæ iudicata fuerunt per eandem
* Reg. Audien. in proceſſu iurator. de Luna, & ideo altius ea perpende. Hic tamen nota vnum ſcitu dignum, quod cum dictus don Petrus timeret quod Archiepiſcopus Ceſaraug. D. Ferdinandus ab Aragonia volebat ſe intromittere, & cognoſcere de dictis occupationibus, & hoc propter iniquitatem fori, obtinuit firmam iuris à cur. Iuſt. Aragonū contra illum de
11 prçciſo (quod nota) inhibendo eum & ſ cancellarium, ne ſe intromitterēt in illis occupationibus, & hæc firma fuit bis confirmata, licet perita reuocari, vide in proceſſu D Petri de Spes
* ſuper iuris firma 23. Febru. 1571.

In ſimili fuit factum in proceſſu Anthonij Caſiz ſuper apprehenſione
* die 14. Ianuarij 1576. in Reg. Aud. vbi cum dictus Caſiz, & eius vxor decon-

conſenſu viri apprehendiſſent bona exiſtentia in villa de Luna, oblato appellitu Dux Villeformoſe, dominus illius loci, occupauit illa bona in vim abſolute poteſtatis, & dedit propoſitionem,eam occupationem deducendo,& 14. Ianua.1576. fuit lata ſententia, vbi recepta fuit propoſitio Ducis, pro medietate bonorum; cum eſſent bona vaſſalli ſeruitutis, & in alia medietate recipitur propoſitio mulieris (mortuo iam marito lit. pendẽ.) quia erat infantiona,& non potuit ei præiudicare occupatio, in bonis acquiſitis titulo oneroſo, in quibus habebat ipſa medietatem, in motiuis reperiuntur verba ſequentia.

MOTIVA.

In cuius occupationis & manus iniectionis vim, etiam ſi poſt oblationẽ appellitus facta fuerit, dictus Dux tamquam dominus dicti vaſſalli,beneficio fori fuit effectus actualis poſſeſſor medietatis dictorum bonorum, &c.

Verba hæc certè ſunt notabiliſsima,nam domini iudices fuerunt maximè moti,à poſſeſsione habita de nouo,etiam poſt oblatam apprehenſionis, & amplius dicunt, quod eo ipſo

12 quo dñs occupat, acquirit in vim † fori poſſeſsionẽ, etiam actualem rei occupatæ. quod ſi ita eſt,videtur debere prodeſſe etiam in alijs articulis, ſcilicet firmarum, aliàs poſſeſſorij plenarij, & proprietatis. ego tamen, vt ad meas Kalendas reuertamur, ſi dominus non haberet poſſeſsionem actualem rerum occupatarum, ſed ſolam occupationem, non approbarẽ eam, nec reciperem ei propoſitionem, & abſit quod talia feciſſem, niſi quando dominus expreſſe in replica, vel alias proteſtatus fuiſſet, quod non audirentur vaſſalli, quoniam tunc non reciperem propoſitionem vaſſallorum,& denegarem eis recurſum, proteſtãtibus id dominis, & cum in hoc poſſeſſorio inferiori,non poſsit fieri neutram, vt dicemus infra cap. 6. §. 1.latius. Ideo in conſequentiam reciperem propoſitionem, domini non autem alias.

Reſumendo hęc exemplaria ad pũctum de quo agitur, clariſsimè remanet probatum per ſententias latas in negotio de Vallouar,in proceſ. ſupradic. et per firmaſillas poſſeſſorias,conceſſas Comiti Lunenſi,quod dominus loci,qui occupauit,&accepit poſſeſsionem bonorum,obtinebit in poſseſſorio inferiori. † & ſic lite pendente,cũ

13 illa poſseſsione,ſicut quilibet alius obtineret, cum detentatione bonorum, non diſcutiendo, quo titulo poſsideat.

Alia vero exemplaria Laurentij Rotellar,& Anthon.Caſiz plus volũt, ſcilicet, quod cum ſola occupatione, etiam poſt inchoatam litem facta, debeat obtinere, quaſi per eam occupationem dominus, ſit effectus actualis poſſeſſor bonorum occupatorum beneficio fori,vt motiua dicunt: ego tamẽ pro nũc nõ me ſubſcribo eis:ſed illud habeo pro comperto, quod ſi ſi-

14 mul cum occupatione † proteſtaretur dominus, ne audiretur vaſallus, φ tali caſu non eſset audiendus, & denegandus eſset recurſus ei,& per conſequens dominus remaneret victor, & obtineret contra vaſſallum, cum non poſsit vtraque propoſitio repelli, & ita ſentio coram domino, & in proceſſu Iurator.de Luna, ſic ſentierunt domini de Regio conſilio, denegando repoſitionem Ducis, & hoc eſt ſecurius ſaluti animarum.

Tota

Tota difficultas verſatur, quid di-
cẽdum ſit in articulo iurisfirmarum,
ſeu poſſeſſorio plenario, & quid in iu-
ditio proprietatis, in quibus de poſſeſ
ſione iuris agitur, & non ſufficit eſſe
in poſſeſſione rei, ſed vel poſſeſſio iu-
ſta, ſiue ciuilis, ſiue naturalis deducen
da eſt, vel proprietas poſſeſſione iu-
ris acquiſita, vel alio titulo iuris iuſto,
& valido, & hoc inter alia certum eſt
ęqua lance, & ęquo tramite idem
quod de poſſeſſorio plenario, id idem
de proprietate dicendum fore, vt ſic
iſti caſus ęquiparentur in omnibus,
vt idem ſit iuditium de vtroq; in pro
ceſſu Laurentij Rotellar vidiſtis quod
15 in artic. † proprietatis obtinuit domi
nus cum occupatione abſolutę pote-
ſtatis, & facta poſt inchoatã litem, in
proceſſu iurator. de Luna vidiſtis to-
tum contrarium reſpui occupationẽ,
& agebatur de ſolo titulo ad obtinẽdã
repoſitionem, dicunt aliqui, qui ni-
mium fauent huic poteſtati, non fore
eam in his articulis iuſtificandam, ſed
cum ſola ea fore obtinendum, nam
dicunt quod per occupationem fit do
minus, actualis poſſeſſor bonorum oc
cupatorum, vt dicunt motiua Regiæ
Audientię in proceſſu Antho. Caſiz,
apparetq; ex eiſdem, ex multis ratio-
nibus apparentibus, & primo dicunt,
quod ex quo forus non ſe intromitit
16 ad cognoſcendum iniſta, † an iniuſta
ſit occupatio, ex quo denegat omnem
recurſum: ideo non poteſt apparere de
vitio poſſeſsionis, nam ſi leges quæ de
bent cenſurare poſſeſſionem, non ſe
intromittunt de abſoluta poteſtate,
quomodo dignoſcetur de vitio poſ-
ſeſsionis? Et ſic cum ſola ocupatione
obtinendum dicitur. Deinde quia
ſi hæc abſoluta poteſtas eſt tam libe-
ra, & abſoluta tollens omnem recur-
ſum ad ſuprema tribunalia, debet
habere præſidium remediorum poſ-
ſeſſoriorum ad ſui conſeruationem,
ſicut quilibet alius poſſeſſor, alias eſ-
ſet fruſtratoria ſi ſolum per viam fa-
cti, & armorum eſſet cuſtodienda
poteſtas hæc, per forum approbata,
17. & leges ſemper † remedia fruſtrato-
ria odio habuerunt, l. penult. ff. de
calumniat. l. qui bis idem, ff. de verb.
oblig.

Ad hæc ſi poteſtas hęc abſoluta,
tam antiqua eſt, & ab initio naſcen-
tis Regni (vt diximus) & ſemper per
ſereniſsimos Reges Aragõnum, & eo-
rum officiales tollerata, approbata,
& cuſtodita, pro qua antiqui Barones
ſanguinem proprium effuderunt in
18 recuperatione Reḡli, iuſtum, † vide-
tur, quod etiam hodie conſeruetur, &
pro illius conſeruatione dentur reme-
dia poſſeſſoria, & proprietatis, quæ
dantur cuicumque alio poſſeſſori, &
domino alicuius iuris.

Deinde quia lex Regni dicit quod
domini locorum poſſunt benè & ma-
le tractare, & dominus Rex non ſe
poteſt intromittere, obſeruan. de con
ſuetudine Regni de priuileg. genera-
li, quę verba non enuntiatiua, & nar
ratiua ſolum, ſed verè diſpoſitiua
ſunt; ibi, *Domini locorum poſſunt, &c.*
Et dominus Rex non poteſt &c. Quæ
non nudam narrationem inducunt,
& enuntiationem ſolam; quia verba
legum non debent interpretari con-
tra poteſtatem conceſſam ab ipſis
legibus, qualis eſt hæc abſoluta po-
teſtas qua vtuntur domini locorum
beneficio fori.

Et ſicuti in dubio verba legum de
19 bent interpretari † ſecundũ propriam
ſignificationem, ſecundum quam id

Digitized by Google

propriè poſſumus quod de iure poſſumus, ita etiam in dubio verba ſupradicta debent referri ad ius, quaſi dixiſſet obſeruantia, domini poſſunt benè & malè tractare, & dominus Rex non ſe poteſt intromittere, & cum in eo quod dicit, quod dominus Rex non ſe poteſt intromittere, loquitur obſeruan. de iuris effectu, & diſpoſitione: eodem modo videtur obſeruãtia loqui reſpectu dominorum, cum vnica ſit determinatio, l. iam hoc iure de vulg. & ſi aliter obſeruantiæ de hoc loquentes forent intelligendę, de multis obſeruantiis & foris poſſet dubitari an diſponerẽt, ex quo loquũtur, per eadem met verba, quaſi narrando factum antiquum, vt in toto priuilegio generali, & tamen nuſquã fuit dubitatum, niſi quod † diſponunt,
20 quid quod narratio legis ſi refertur ad priuatum, tribuit illi actionem, gloſ. in l. ſi ſoror verb. reſtitui, C. de coll. & in l. ſi res obligata, gloſ. ſuo tempore de leg. 1. gloſ. per iudicem in l. cum ſatis, C. de agri. & cenſit vbi Bart. num 10. Rip. in l. 1. num. 20. C. de edendo, Gutier. 1. par. de iura. confirm. cap. 34. numer. 3. DD. in l. 1. de cond. ex lege, vbi Bart. numer. 3. & alij affirmant, quod quando lex permittit aliquid in alieno alicui, ius agẽdi tribuit eidem. Sola enim relatio huius poteſtatis facta à iure, licet quo ad partem ſit voluntaria, quo ad iudicem autem neceſſaria eſt, quia datur ius parti illum adeundi, & ipſe tenetur iuſtitiam facere, vel per ſe cognoſcendo, vel aliter delegando, ex l. ſepe ff. de offi. præſid. vbi Bart. fortu. Garcia in l. Gallus à numero 65.

Et licet hæc facultas, quam habent domini, recurrendi ad tribunalia pro conſeruatione ſui iuris, non
21 exerceatur † ante occupationem, quia ſolent iudices reſpondere dominis, quod agant in vim ſuę poteſtatis, & non ſine ratione, quia cum fori permittant, quod ſi aliquid fecerint nõ detur recurſus, iam habent facultatem occupandi propria authoritate, & ſic non habẽt neceſſe quęrere vim, & authoritatẽ aliorum iudicum, qua non egent. Plurimum enim differt facultas capiendi poſſeſsionem propria authoritate, ab ea quę accipitur à manu iudicis, Bald. in l. 2. numer. 29 C. de ſeruit. & aqua. & in l. idem, numer. 13. C. locat Corbul. de cauſ. priua. ob non ſolut. can. queſt. 13. numer. 2. Verum tamen ſicuti ſi aliquis habens poteſtatem ad id, à lege, vel à conuentione partium, poſſeſsionem occuparet ſine aditione iudicis, poterit poſtea petere remedia poſſeſsoria pro conſeruanda ſua poſſeſsione, vt poteſt exemplificari in herede & ſucceſſore Prælati, & alijs mille, qui poſſeſsionem occupant propria authoritate in vim iuris, & poſtea agũt interdictis: Ita ſimili modo dominus qui propria authoritate occupauit bona vaſsalli, accepta poſſeſsione in vim huius facultatis, ſibi à foro permiſſę, poterit poſtea comparere, coram iudicibus Regijs, & intẽtare quę
22 libet † interdicta, & remedia poſſeſſoria, & etiam agere in articulo proprietatis, ad declarationem iuris rerum occupatarum, aliàs hæc facultas, & hæc abſoluta poteſtas foret fruſtratoria, & ſuperflua: & magnis littibus inuoluerentur domini locorum, quia quotidie appręhenſionibus & manifeſtationibus, & alijs remedijs foralibus impedirentur vti ſua poteſtate abſo-

abſoluta

abſoluta, & ſic perturbaretur quies
et ſtatus totius reipublicæ.
Vt de ſimilibus dominis & Baroni-
bus, habentibus poteſtatem abſolu-
tam, & plenam loquitur Bald. conſil.
23 267. in primo, dicens † quod omnes
domini Lombardię de conſuetudine
vſuali, & quaſi de quadam theorica,
& practica, ſolent apponere clauſulā
de plenitudine poteſtatis, & iſti quia
ſunt in quaſi poſſeſsione verbi, & fa-
cti: (puto ſalua ſubſtātia veritatis) cre-
dendum eorum ſermoni, quia non
eſt veriſimile, quod falſa voce vteren-
tur argumento, l. fin. C. ad l. Iul. repe-
tu. alioquin multæ poſſent lites exci-
tari, & quęcumque bona reſolui, quod
eſſet iniquum, l. 3. C. de ſum. tri. &
illuſoria fierent decreta tantorum do
minorum, l. ſi prętor in princip. ff. de
iudi. Ecce quomodo Bald. hic non
appellat hanc poſseſsionem domino-
rum clandeſtinam, iniuſtam, ſed po-
tius iuridicam, & veram, & poſtea di-
cit idem Bald. quod geſta per eos va-
leant de iure abſque dubio, ſi in vim
illius poteſtatis fiant, quia plenitudi-
ni poteſtatis nihil reſiſtit, niſi duo tan
tum, ſcilicet ius diuinum, & ius natu-
rale, immutabile & neceſſarium,
§ ſed naturalia. inſt. de iur. naturali,
l. 2. ff. de vſufruct. videtur ergo quod
non ſit amplius iuſtificanda occupa-
tio per dominum vaſſallorum: ſed
quod potius credatur ei † aſſerenti
24 ſe iuſtè occupaſſe, vt dicit Bald. ibi,
& alij aſſerentes ſtandum eſſe aſſer-
tioni alicuius, in hijs, quæ abſque re-
curſu facere poteſt, Cardin. conſil.
128. colum. 2. Paul. conſil. 339. colu 2.
volum. 1. Alexand. conſil. 15. colum. 2.
volum. 1. Ruin. conſil. 21. colum. 2. vo
lum. 2. conſil. 175. colum. 2. in primo,
quo caſu hæc aſſertio habet vim iu-
ſtificationis, ac ſi deduxiſſet titulos
validiores & efficaciores iuris.
Confirmantur ſuperiora, quia do-
mini locorum habent pręſumptio-
nem iuris, & de iure; & ſic non tenen
tur iuſtificare ſuas occupationes; pa-
tet, quia habens † præſumptionem iu-
25 ris, & de iure, releuatur ab onere pro-
bandi, ex quo non admittitur proba-
tio in contrarium. Innoc. in cap. quia
veriſsimile, num. 2. de præſumptioni-
bus, Bald. in l. ſiue poſsideris. num. 6.
D. de probat. vbi Salicet. numer. 16.
Abb. Immol. Anania, Felin. in cap.
quanto de præſump. hic autem verſa
mur in pręſumptione iuris, & de iu-
re: iuris quia fori & obſeruantię lo-
quuntur de hac occupatione: de iure
autem quia tollendo recurſum tol-
lunt obligationem probandi, & ſic
qui ſe fundat in hac pręſumptione nō
26 tenetur iuſtificando † aliquid proba-
re, ſed allegare ſolam occupationem.

Neque his obſtabit ſi dixeris hunc
Baronem venire tamquam actorem,
& ſic oportere quod iuſtificet tan-
quam actor ſuam occupationem, vt
dicunt motiua Regię Audientię, in
* proceſſu Iuratorum de Luna, ſupra
dicto, quia licet illa iuditia ſint dupli
tia, ex eo quod quilibet eſt actor, &
reus, adhuc tamen atenditur prouo-
catio, vt is dicatur propriè actor qui
prouocat, † reus autem qui prouoca-
27 tur, pro vt in terminis interdicti po-
ſſeſſorij, vti poſsideris, (de quo loqui-
mur) tradit Matheſil. ſingul. 109. &
additio late; vbi & ſi dubitent an
etiam quoad deciſsiua habeatur pro
actor eis, qui prouocauit, veriſsimum
28 tamen eſt quoad deciſsiua † & ordi-
natoria actorem eſſe, vt dicit Decius,
conſi. 302. col. 2. Purpur. conſi. 71. n. 1.
& conſi. 545. nu. 1. Neuiſ. conſ. 80. nu.
38. Borni decis. 12. nume. 14. par. 1. qui

omnes tenent prouocantem eſſe proprie actorem, & ſic eum debere probare ſuam petitionem, quia prouocatus, vti reus, probatam habebit intentionem, eo ipſo quo actor defecerit in probatione, & cum in regno vaſſallus conquerens non ſit audiendus propter denegationem recurſus, iam inde ſequitur quod dominus prouocatus, ſi prouocatus ſit, obtinebit cum ſola ocupatione, & poſſeſsione, & ex conſequeti, quod nõ teneatur, iuſtificare ſuam occupationem, & poſſeſsionenem, cum poſsideat, & vaſſallus non poſsit audiri.

His & alijs ſimilibus rationibus, in multitudine copioſſa apparẽtibus, & friuolis, mouẽtur fautores abſolutæ poteſtatis, confuſsi, non diſtinguentes inter lepus & lepram, & ſic veritatẽ atergo reſpicientes, & parietem, difficultatis (vt aiũt) non fodientes, neſcio an cupiditate auri, an imbecillitate intellectus, an obſequio dominorum, ita ducantur, ego autem ſecutus opinionem inſignis illius fiſcalis Martini Miràuete de Blancas, poſtmodum monachi religioſiſsimi Ordinis Carmelitarum deſcalciatorum efecti, & aliorum, cenſeo huiuſmodi dominos cum ſuis occupationibus non fore au-
29 diendos in plenario † poſſeſorio, & proprietate, niſsi occupationem ſuam iuſtificent aliqua legitima cauſa, ex his que ſupra dicta ſunt. Sed ſi dominus loci, qni occupauit, proteſtaretur expreſſe, quod vaſallus non audiatur, & quod denegetur ei audientia, & recurſus: non audiretur, & denegaretur ei audientia, & recurſus, & per hãc viam indirectam obtineret dominus in plenariopoſſeſſorio iuris firmarum, & etiã in proprietate, excludendo vaſſallum, quia cum leges regni tollãt
30 omnem recurſum † ab his tractationibus, nec dominus rex, neque ſui officiales ſe poſsint intromittere, ideo ſi domini deducant hoc ius, quod vaſſallus non audiatur in firma, vel in alio iudicio, vbi vaſſallus conqueritur de occupatione, quam exhibet dominus, in hoc: ſcilicet quod vaſſallus non audiatur, recipietur illius firma, & obtinebit, & ita fuit iudicatum in proceſſu procuratoris fiſcalis, nec non iuratorum de Vallobar, in articulo iuris firmarum, ſuper apprehenſione, in curia Iuſtitię Aragonum in anno 1604. & quia motiua ibi perme preſtita, videntur multum conducere a dcaſſum noſtrum, ideo hic inſerenda decreui.

MOTIVA.

31 Non recipitur firma † domino ex eo & aliàs, quia licet aliquando domini locorum in vim abſolutæ poteſtatis obtinuerint *in* artic. litis pẽdẽt. ſuper bonis occupatis, illud ideo eſt, quia ſecundum forum debent obtinere, ex quo de foro detentator, & iniuſtus, & violentus poſſeſſor defenditur in ſuo ſtatu, & inſiſtencia, non curando de iuſtitia vel vitiopoſſeſsionis, vnde tali caſu non fauentur ſpeciali, ſed iure communi, verum quando ipſi domini locorum in alijs articulis, vbi de iuſta agitur poſſeſione ſe opponunt, cum occupatione bonorum vaſſalli, ſeu declaratione animi in occupando, & petunt preſidia per viam declarationis, authorizationis vel aliàs, tunc maxima oriturdubitatio, an ſint audiendi, & licet variè fuerit de hoc iudicatum, pro & contra, tamen iuſtius videtur eorum recipere opinionẽ qui dixerũt, nõ fore defẽdẽdos, niſi ſuã occu-

occupationem iuſtificarint, & honeſto aliquo titulo & cauſa fulcierint, nam licet ipſi occupent bona vaſſallorum ſine cauſa, & ab ea occupatione nullus detur recurſus, ſecundum conſuetudinem & obſeruantiam regni, lex non aprobat poſitiuè talem tractationem, & occupationem, ſed permitit eam, non tamen aprobando, ſed ex aliqua cauſa omitendo eius punitionem, & non ſe intromitendo, vt eſt in caſu dictę obſeruantiæ: vnde ſicut ſine cauſa occupando peccaret Baro, ſic etiam iudex regius & foralis peccaret, approbando talem tractationem ſine cauſa factã, quinimo delinqueret, ſicut nec lex quę talia aprobaret, iuſta foret. Ex quo ſequitur occupationem ſine cauſa factam per Baronem in vim abſolutæ † poteſtatis, non poſſe exequi per iudicem regalem, & foralem,
32 cum ſolum in ſuo territorio poſſit exequi ea, quę ſecundum forum facta ſunt, nam ſicut in ſuo territorio non poteſt exequi plenitudinem poteſtatis, ſic nec ad requiſitionem Baronis poteſt exequi factum in vim eiuſdẽ, quia in exequendo debet iudex † ſe-
33 qui legem loci vbi exequitur, & conſuetudinem illius, ſicut quando iudex petit ab alio iudice, vt ſuam ſententiã exequatur, ſi corãm illo iudice a quo petitur, non erat exequibilis, non mãdabitur, exequtioni, & cum Rex & varo habeant diſtincta territoria, & iuriſdictiones, & lex quam edidit curia, circa auferenda bona vaſſallorum, militet ſolum in loco varonum, hinc eſt, quod confiſcatio facta a varone, non habebit locum apud iudicem regalem, apud quem non viget tale ſtatutum, quinimo neque quo ad bona ſita in loco regali, ex quibus ſequitur, quod nos non debeamus hanc occupationem & poſſeſsionem vi illius factam approbare, defendere, & authorare in hoc art. vbi de iuxta poſſeſsione agitur, ſed agant in vim ſuę poteſtatis, quaſi circa hoc relinquãtur in manu conſilij ſui, ſed nec etiam circa eadem herbagia recipitur firma vaſſallis, quia cum domina loci expre-
34 ſſe † pro teſtata fuerit quod circa hãc occupationem non audiantur, & ſic opposuer it de inconpetentia iuriſdictionis, non poteſt dominus Iuſtitia Aragonum, nec eius Locumtenentes ſe intromittere, obſeruantia namque de hoc loquens, denegat omnem potiam † omnibus de mundo, vt non ſe
35 intromitant in aliquo, & ſi parte opponente contumax non auditur, quo vſq; purget contumaciam, excomunicatus quouſq; abſoluatur, & ſi ſtatutum dictaret, quod non audiretur certum genus perſonarum, repellerentur a limine iuditij, dato quod hoc non ſit plerumq; ex defectu poteſtatis, & iuriſdictionis, ſed in vim actionis dilatorię, veluti ſi agat quis antequam dies ceſſerit, aut venerit, quo caſu etiam repellitur: quanto magis quando iudex eſt prorſus incõpetens, & in capax, vt in caſſu noſtro, vbi videmus, & paſsim legimus nunquam iudices regales potuiſſe ſe intromitere, † circa ſimiles tractationes, ſed eas inpunitas reliquiſſe. Neq; ob- obſtat ſi dicatur, quod dominus loci in ſua firma firmauerit deſtando iuri, & faciendo iuſtitiæ complementum omnibus querellantibus, inter quos vaſſalli ſunt, & etiam poſiti iii tollerantibus, per quod videtur eos vocare, aprobare, & cum eis iuditium legitimare, nam abſit quod tale quid domina intendat facere, ex ratione ſequenti, nã ſi domina loci in ſua firma in articulo 23. expreſſe proteſtata fuit, quod circa occupationem non audiantur vaſſalli, allegando obſeruantiam, & conſuetudinem regni, quomodo

 dicen-

dicendum eſt, firmaſſe eam vaſſallis de ſtando iuri cum eis circa hoc? non ne quęſo in vim iuris illa cautio, & clauſula generalis † refertur vltra
37 ſpecificata, ne ſibi ipſi repugnet? hoc dubium non habet.] Quid igitur voluit domina facere in illa cautione, fuit ſane, & eſt legitimare iuditium quo ad alia iura vltra occupationem, & circa ea ſtare iuri cum ſuis vaſſallis, prout multoties vidimus fieri per dominos locorum, quos non ſemper preſumendũ eſt deſtitutos eſſe in omnibus iuſtificatione occupationũ, per eos factarũ. Quãto magis, quia hic vices rei ſuſtinet dñs loci, quod patet, quia citatus venit, & tamquam talis, non ſolum ſe includit, ſed etiam excipit, & replicat, quod tamen citans non facit, quia dumtaxat incluſiones adfert, qui verè actor eſt: faciant igitur domini in vim ſuę poteſtatis, & vaſſalli coram eiſdem deducant ſua iura, & cauſam, cum nos eos audire non poſſimus iuxta obſeruantiam Regni.

Vides igitur per hęc motiua, quod domini locorum in his articulis, non
38 † admittuntur, niſi iuſtificando ſuas occupationes, vel niſi proteſtentur, quod vaſſalli non audiantur, quo caſu vaſſalli excluduntur, domini autem admittuntur circa hoc jus negatiuũ, in alijs autem non admittuntur, & ſic occupationes ſuas deffendunt illeſſas per indirectum.

Quod ſi domini locorum non allegarent occupationem aliquam, & ſeu tractationem aliam in particulari, ſed ſolum allegarent poteſtatem abſolutam, quam de foro habent, vt ſcilicet nullus vaſſallus audiatur, nullus recurſus detur ab eorum tractationibus, tunc ſiue id deducant in lite pendente, & ſic inferiori poſſeſſorio, ſiue in iuditio iurisfirmarum, ſeu in plenario poſſeſſorio, & ſeu in articulo proprietatis, tunc † obtine-
39 bunt vtique, cum hoc iuſtiſsimum ſit, & nihil amplius petant, quam quod obſeruantia permittit, ſcilicet denegationem recurſus: tunc namque nihil iniquum apparet, nihil iniuſtum, & cum lex Regni tollat iſtum recurſum, iuſtum eſt, vt remedia ad illius iuris conſeruationem tribuat, & hoc ſibi volunt, & in hoc tendunt omnia allegata pro aduerſa parte, & ita fuit pronuntiatum millies in varijs proceſsibus, vt in appręhenſione loci de Luna, in proceſſu Hieronymi Torrero, ſuper appręhenſione, vbi fuit recepta propoſitio Ducis, reſpectu abſolutę poteſtatis, & in ann. 1432. die ſeptimo Maij refert Pertuſa, in titulo de firmis iuris, fol. mihi 165. quod fuit prouiſſa firma, in facto hominum de Colungo, in fauorem domini firmantis, ſuper abſoluta poteſtate. Et in anno milleſimo quingẽteſimo quadrageſimo quinto, die trigeſimo Iunij fuit recepta propoſitio, in fauorem domini de las Pedroſas, reſpectu abſolutę poteſtatis, vide in proceſſu Ioannę Clauero, ſuper appręhenſione loci de las Pedroſas, & in anno 1548, die octauo Octobris, in proceſſu Anthonię Aſsiron, ſuper appręhenſione fuit recepta propoſitio domini, quoad omnimodam iuriſdictionem, compręhẽdendo in illis verbis abſolutam poteſtatem, & declarando commiſſarium curię reſpectu abſolutę poteſtatis, & aliorum iurium, & in proceſſu Sanctij Nadal, ſuper criminali, anno milleſimo quingẽteſimo ſexageſimo, die duodecimo Decembris in eadem cu-

ria Iuſtitię Aragonum, vbi fuerunt
accuſati quidam homines, quia occul
tauerant quendam vaſſallum de las
Pedroſas, & detinebant captum in
quodam caſtro, & exercebant actus
abſolutę poteſtatis, fuerunt abſoluti,
quia fuit probatum, feciſſe mandato
domini in vim ſuæ poteſtatis abſolu-
tæ, Motiua ſunt quę ſequentur.

Neque obſtat, quod prætenditur
40 eſſe litem ſuper dominio dicti loci,
cum conſtet dictum dominum eſſe
commiſſarium curiæ, & ei receptam
fuiſſe propoſitionem litis pendentis,
ſuper omnibus iuribus ad dominica-
turam pertinentibus, in quibus inclu-
ditur abſoluta poteſtas.

Et in proceſſu Don Roderici de
Palafox, ſuper apprehenſione, in cu-
ria Iuſtitiæ Aragonum, die vigeſimo
quarto Iulij, milleſimo quingenteſi-
mo ſexageſimo quinto, fuit recepta
propoſitio domini, in loco de Ariza,
reſpectu abſolutæ poteſtatis, & fuit
ibi declaratum, quod debebat ea vti
pendente lite, in proceſſu Iuratorum
* de las Pedroſas, ſuper iurisfirma, an-
no 1557. fuit data firma, ne dominus
vteretur abſoluta poteſtate, cum lo-
cus eſſet feudalis: ſed fuit declarata
non obſtare, quominus dominus tam
quam commiſſarius curiæ vteretur
abſoluta poteſtate ſibi commiſſa: Et
in proceſſu Egidij Diez, ſuper ap-
* prehenſione loci de las Pedroſas, in
curia Iuſtitię Aragonum, ſimiliter
fuit recepta propoſitio domino reſpe
ctu abſolutę poteſtatis, & declaratum
quod non obſtante, quod pendebat
lis, ſuper abſoluta poteſtate, quod de
bebat ea vti, attento quod erat com-
miſſarius curiæ: itaque hoc ſemper
fuit practicatum, nec de eo dubitan-
dum eſt, nam ad cõſeruationem eius,
quod fori concedunt, in conſequen-
tiam dantur omnia remędia, quę de
iure & foro dari poſſunt.

Et vt finem imponamus huic ma-
teriæ queri ſolet, an Baro poſsit au-
ferre bona vaſsalli, quę vaſſallus poſ-
ſidet in locis Regalibus, & an poſsit
vaſsallum occidere in loco Regali, di-
41 cendum † eſt quod non, quia ſicut
Rex non poteſt in alieno territorio,
multo minus poterit baro. l. fin. de
iuriſdictione omn. iudi. cap. 1. de con-
ſti. in ſexto, & licet Baro poſsit con-
fiſcare bona vaſsalli, ſine cauſa proli-
bito voluntatis, hæc tamen confiſca-
tio non debet trahi ad bona, vbique
ſita, nam executio debet fieri per iu-
dicem territorij, vbi ſita ſunt, l. cum
vnus §. penultimo, ff. de bon. authen.
iud. poſs. d. l. a Diuo Pio. §. 1. de re iud.
facit lex tutores §. hęres, vbi Bartol.
ff. de adminiſt. tutorum. Sed ſic eſt quod
iudex Regius non poteſt exequi ea,
quæ facta ſunt prolibito voluntatis,
ſed tantum ea, quæ facta ſunt ſecun-
dum forum, & in ſuo territorio iudex
Regalis non poteſt exequi plenitudi-
nem poteſtatis, ergo ad requiſitio-
nem Baronis non tenetur † exequi
42 factum in vim eiuſdem, quia in exe-
cutiuis attenditur lex loci vbi petitur
executio, & conſuetudo ibi vigens †
43 ſeruanda eſt, Bald. in l. 1. C. ne filius
pro parte. Paul. in l. à Diuo Pio §. ſen
tentiā n. 4. Xuar. in l. poſt rem iudica
tā, de re iud. dicetur latius infra §. 11.
Vnde ſi iudex petit ab alio iudice, vt
exequatur ſuam ſententiam, ſi coram
illo iudice a quo petitur non erit exe-
quibilis, non mandabitur executioni,
Bart. in d. l. à diuo Pio §. 1. ſed volun-
tas non lege corroborata non eſt exe-
quibilis in loco regali, igitur, &c.

Item cum Rex & Baro habeant diſtinctas iuriſdictiones, & lex quam edidit curia, de auferendis bonis, militet tantum in loc Varonis, certè confiſcatio ab eo facta non habebit locũ, quoad bona ſita in loco regali, vbi nõ eſt talis conſtitutio, Bart. in l. cunctos populos, vbi ſupra.

Quinimo Papa licet exerceat plenitudinem poteſtatis in Clericos; & alios laycos, in dominio ſuo exiſtentes, non tamen poteſt quo ad bona, quæ poſsident etiam Clerici de eorũ patrimonio, ſita in territorio Regis, Abb. in c. cum dilectus de iure patronatus, & cap. cum nobis de teſtibus.

Et in horum conſequentiam, ſi vaſſallus timens †domini oppreſsionem,
44 confugiat ad eccleſiam, an per dominum extrahi poſsint, taliter quod ſi extraxerit, tamquam eccleſię violator, & ſacrilegus veniat puniendus, vide de hoc Couarruuiam libr. 2. vari. cap. 20. Ante tamen quam recedam ab hac abſoluta poteſtate, rogo & obſecro omnes dominos locorum, qui habent abſolutam poteſtatem, vt maximè aduertant ad id quod Pineda refert de eorũ abſoluta poteſtate, & irregulari, vt ſic cognito, & benè intellecto illius periculo, ab eo fugiant, & declinent, imitando clementiam diuinę potentiæ.

Pineda in Iob, cap. 8. verſiculo 3. ſub num. 3. ſuper illis verbis Pſalmi. 47. Iuſtitia plena eſt dextera tua; nam cũ aliorum dextera, potentia, fortitudo, plena ſit rapinis, ſanguine, violentia, & iniquitate (ſi enim poſſunt omnia per ſummam iniuſtitiam; contra ius faſque gerunt) at diuina potentia atque fortitudo cum ſumma iuſtitia, & equitatis moderatione coniuncta eſt, nihil enim niſi quod iuſtum & æquum eſt agit. Quod diſcrimen expręſsit Oſeas, cap. 11. Non faciam furorem iræ meę; non conuertam vt diſperdã Ephraym, quoniam Deus (El) Ego & non homo; quaſi diceret, tu, ò Deus, non quidquid aut vales, aut quidquid improbus mali, ſupplicijque meretur, infligis, ſi enim tantum nocuerit quãtum poſsit, nullam malè de pauperibus merendi occaſionem prętermittens, ſicut iniquo Regi, ab adoleſcente ſanctiſsimo dictum eſt 2. Machabeor. cap. 7. Poteſtatem inter homines habens, cum ſis corruptibilis facis quod vis, & de hominibus iſtis dicitur quod ſint viri ſanguinum, Pſalm. 5. 7. & 25. vbi etiam dicitur (vbi eſt poteſtas vt diripiamus, non enim inquiũt ius ſed poteſtatem, & huc alludit Sapientiæ 2. inquiens ſit fortitudo noſtra lex iuſtitiæ.

SVMMA EORVM, quæ in hoc §. 6. continentur.

1 *Redditus regales in hoc Regno ſunt multum tenues, quia a principio Regnũ fuit multum liberum, & exemptum.*

2 *Pedaticum ſoluunt tranſeuntes per Regnum cũ ſuis mercibus, vt ita Rex, ac alij domini temporales ſua territoria ſecura conſeruent.*

3 *Vniuerſitas quælibet habet ſuum territorium diſtinctũ, per actus curiarum.*

4 *Salaria pedatici, per actus curiarum taxata ſunt, & ad propoſitum in materia fiſcali*

vide

vide bonum exemplar & deciſsio.num.5. & 6.

7 Monetaticum & morabetinum ſoluunt homines conditionis, de ſeptenio in ſepteniū, quod ius fuit introductum ad ſuſtinenda onera guerræ, in ſubſidiū patrimonij regalis. num.8.

9 Seruitium olim ducentarū mille librarum, in Curijs Aragonū per homines eiuſdem, Domino Regi ſolui ſolebat, ſed quandoq. creuit.

10 Siſsæ in Regno, niſi in Curijs Generalibus imponi nequeunt, & num.12.

11 Actus Curiæ Tiraſonæ anni 1592. incipit, dominus Rex, declaratur, in materia ſiſſæ, & indictionis regalis.

13 Siſſæ aliæ reales, aliæ vicinales appellantur, Reales ab omnibus hominibus ſoluuntur, & quæ illæ ſint exponitur.

14 Siſſæ vicinales, ſoluntur à vicinis conditionis ciuitatis, villæ, vel loci, non vero ab alijs, & quæ illæ ſint, & ad quid deſeruiant traditur.

15 Siſſæ ſouluntur pro vna quaque domo, iuxta inueſtigationem in Regno factam, & nō amplius, alias ciuitatibus, & alijs locis ad id firma cōcedi ſolet, vt nu.16.

17 Modus indicendi ſiſſas explunatur.

18 Siſſæ conſignari ſolent, ad ſolutionem ſeruitij, domino Regi in curijs generalibus facti.

19 Siſſæ an creſcant, vel deminuantur, auctis vel diminutis vniuerſitatibus, ciuitatibus, villis, vel locis, concluſionibus reſoluitur, a num. 20. & 21.cum alijs.

22 Focagium quid ſit eſſentialiter exponitur.

23 Focagium quandoque non reſpicit fumantes, ſeu familias, ſed ipſam vniuerſitatem.

24 Singulares vniuerſitatis, pro talijs, & alijs ſubſidijs Regijs non tenentur: ſed vniuerſitas.

§. 6.

Iura Regalia, immo & arrendatores iurium regalium, executantur, & exiguntur, non obſtante firma, forus vnicus, Que los precios de las arrendaciones. fol. 107.

RED-

REDDITVS & iura
regalia domini Re-
gis in Regno Arago
1 num ſunt multũ te-
nua, † quia vltra quàm
Regnum hoc à ſui
principio fuit multũ
liberum, exemptum, & priuilegiatũ,
Reges namque maxima exemptionũ
conceſſerunt priuilegia regnicolis, exi
mendo eos ab omni iure regali, quod
homines ſigni ſeruitij tenebantur ſol
uere, prout reperiuntur multæ vniuer
ſitates & valles præſentis Regni, qui-
bus hæc priuilegia conceſſa reperiun-
tur à temporibus naſcentis Regni, &
poſtea per ſucceſſores Reges confir-
mata, tamen iura magis ordinaria
ſunt, illud ius, quod pedaticum ap-
2 pellamus, quod ſoluunt tranſeuntes †
per Regnum cum mercantijs, & alijs
rebus. & hoc ius debetur de foro &
iure, ad hoc vt dominus Rex, & alij
domini teneant ſua territoria tuta &
ſecura a latronibus, & alijs huiuſmo-
di incurſionibus, vt reſoluit Guido
Pap. decis. 415. plus dicens ex hoc,
quod ſi ſint aliqua robaria in aliquo
territorio domini exigentis pedagiũ,
tenetur ipſe dominus reſtituere dam-
num, vel malefactorem exhibere ſecũ
dum Bal. in tit. de pace iur. firm. cap.
conuenticulas, & Archidia. in cap.
ſi quis, Peregrinos 33. queſt. 6. & ſunt
in Regno ad finem exigendi huiuſmo
di pedagia, diſtincta territoria, quia
fere quælibet vniuerſitas habet ſuum
† territorium diſtinctum per actus cu
3 riarum, & in quolibet ſoluitur ſuum
pedagium, hoc ius ferè non aſcendit
ad decem mille libras annuales, ſu-
per quibus ſolent conſignari ſalaria
officialium, & aliæ conſignationes,
quas domini Reges faciunt pro ſerui-
tijs hominibus de Regno, ab hoc iure
eximuntur nobiles, milites, & infan
tiones, & eccleſiaſtici, & multæ Reg
ni vniuerſitates.

Et per actus curiarum taxata ſunt
4 ſalaria, quę pro hoc iure † ſolui de-
bent, ita vt nihil amplius exigi poſsit.
De cuius iuris præſcriptione, Lucas de
Penna, in l. 2. C. de quib. muner. lib.
10. col. fin. Caſſan. conſ. 64.

Et not. quod 21. April. 1600, in
proceſſu procur. fiscal. ſuper appręhẽ
* ſione pedatici ciuitatis Burgię, pete-
bat fiſcus, ius pedatici, ſecundum the-
norem cabreui † actus curiarum di-
5 ctę ciuitatis, & etiam de rebus in actu
curię non contentis, petebat pro di-
cto iure trigeſsimam partem, aut ſep-
tem ſolidos pro carga, & quod ſi di-
ctę res non manifeſtarentur poſſet
eas occupare, fuit recepta ei propoſi-
tio reſpectu rerum contentarum in
actu curię, & pro quantitatibus il-
lius, reſpectu autem rerum aliarum
fuit ei propoſitio reiecta, & alię recep
tę, ex eo & aliàs, quia ius reſiſtit fiſco
per dictum actum curiæ, & quando
haberet aliquam poſſeſsionem, illa
non valet contra præſumptionem
actus curię, qui habet clauſulam de-
rogatoriã, & prohibitiuam, ſaltem ne
lite pendente conſeruetur in poſſeſ-
ſione cap. cum perſonę, de priuileg.
in ſexto, Tum & potiſsimum, quia col
lectores iurant de ſeruando actum cu
rię, for. el ſeñor Rey, de pedaticis &
lezdis, & ſic eſt interrupta poſſeſsio
quælibet per iuramentum, & eſt vſur
patio praua, & ſic ſuccubuit.

Vide ſimilem caſum in alia apprę
* henſione Cæſaraugustę † vbi licet de
6 conſenſu partium fuiſſet recepta pro
poſitio fiſci in eadem apprehenſione,
tamen ſuccubuit in proprietate, vt to
tum hoc narratur in quadam firma,
quæ poſtea fuit obtenta in vim dictę
* apprehenſionis. Vide in proceſſu Iu-
ratorum Cæſarauguſtæ, ſuper iuris-
firma

firma 19. Nouembr. 1586. & licet hic fuit iuxta conſenſum recepta pro poſitio fiſci, debuit eſſe quia teſtes fiſci ſufficienter probabant, & erant idonei. at in proceſſu Burgię teſtes qui probabant erant collectores, iſti autẽ nil valent, quia ex quo iurant ſeruare actum curiæ, ipſimet interrumpunt prę ſcriptionem ſuam, ſecundum Socin. conſ. 7. 10. & ſic cum per eoſdem conſtet de intruſione, ſeu vſurpatione iuris, ideo nil probant pro ſe, ſed contra fiſcum, & ſic iure ſuccubuit, nam in lite pendente quando conſtat de violenta poſſeſſione in temporibus foralibus, pręfertur alia poſeſſa iuſta in paritate probationum Molin. ver. aprehenſio verſ. in iuditio aprhenſionis vbi Portol.

Aliud ius percipiunt domini reges, quod appellatur monetaticum, &
7 morabetinum † de ſeptenio in ſeptennium, quod ſoluunt homines conditionis, demptis infantionibus, & eſt ſeptem ſolidi, vt in foro vnico de ſecunda cõfirmatione monetę. Molin. ver. moneta. Circa quę volo te ſcire quod monetaticum fuit impoſitum ad ſuſtinenda onera guerræ, in ſubſidium Patrimonij regij; † quod erat multum
8 exhauſtũ propter nimian liberalitatem regis Petri ſecundi, quia diffuſe largiebatur in vaſallos, & iã ab anno 1205. cepit ius hoc induci conſentientibus Petro Seſſe, Otho de Foces, Petro de Pomar, Artal de Alagone, & alijs ricis hominibus, vt refert Zurita 1. parte cap. 52. fol. 91. & ab hoc tempore, & ocaſione ceperunt introduci exactiones nouæ, & noua tributa, quale hoc ius monetaticum fuit impoſitũ in Aragonia, & Cathalonia, a cuius ſolutione tunc nullus excuſabatur, nec infantio, nec miles cuiuſcumque ordinis, excepto milite armato vt dicit Zurita vbi ſupra.

Aliud ius & pinguius, alijs eſt illud quod ſolent domini reges recipere in conuocationibus curiarum ratione ſeruitij, quod homnes de regno faciũt eis voluntarie, quod communiter ſo-
9 lebat eſſe ducentarum mille † librarũ, ſed poſtea paulatim cepit augeri, vſq; quo noſtris temporibus vidimus dari pro ſeruitio ſeptingente mille libre: hoc ſeruitium in curijs ſolet dari, cũ magnis proteſtationibus & ſaluitatibus, vt ſcilicet non trahatur per dominos reges in conſequentiã, cum ſit gratuitum, & voluntarium, & quod non petatur ab inde iure actionis, nec tranſeat in obligationẽ, & neceſſitate. & ſic antiquitus appellabatur commodatũ vel mutuum, quia ſcilicet curia dicebatur credere, & mutuare domino Regi dictam quantitatem, & domini reges quando iurabant ſeruare foros regni, non iurabant reſtituere dictam quantitatem ſed hoc tantũ promitebant. Forma ſolutionis huius ſeruitij gratuiti eſt ſequens, nam centum quinquaginta ſex mille librę ſoluuntur ſpacio trium annorum, quolibet anno tertia pars, quæ ſumitur ex ſiſis ipſis, quæ per curiam indicuntur, & per omnes de regno ſoluuntur
10 (alias citra curiam non poſſunt † indici) ſuper tritico, & carnibus, hoc modo, ex qualibet libra carnis duo denarij, & pro quolibet caffitio tritici moliẽdo vnum ſolidum, has ſiſſas ſoluũt omnes de regno etiã priuilegiati, quia omnes in curijs conſentiunt, tã Eccleſiaſtici quam Barones, Nobiles, milites, & infanciones.

Reſiduæ vero quadraginta quatuor mille libre ad ſuplementum ducentarum ſupra dictarum, ſoluuntur ex generalitatibus regni, & ſi regnũ nõ habet tunc pecunias, ſolet eas quęrere ſub cenſu redimibili, quas poſtea redimit.

Et quia ad intelligentiam huius indictionis, conducit actus curiæ Tiraſonę de anno 1592. ideo illũ hic † ad verbum tranſcribere libuit, (Dominus
11 Rex & curia generalis, attento quod die preſenti fuerunt indictę ſiſſę, tam pro ſeruitio domini Regis, quam pro alijs expenſis narratis in actu indictionis, & in obſeruantia actus curiæ, diſponentis quod debent ſolui domino Regi, per taxã, iuxta inueſtigationem factam in curijs vltimis celebratis Tiraſonę, exceptis quibuſdam communitatibus, & locis, de quibus in dicta inueſtigatione. Ideo dicta curia mandat, quod ciuitates Regni ſoluant 33. ſolidos, pro qualibet domo, ſiue foco: villę vero & loca, quę ſunt vltra centum domos incluſiue, ſoluant 22. ſolidos, pro qualibet domo, quę vero ſunt infra centum domos, & monaſteria quæ ſimiliter loca poſſident, ſoluant pro qualibet domo 16. ſolidos, quas quantitates dictę ciuitates, communitates, & loca debent ducere in ciuitatem Cæſarauguſtę ad poſſe theſaurarij generalis, in tribus tertijs, ſicut tãdis, in dicto actu enarratis. Quod ſi hæc facere recuſauerint, poſſit vniuerſitas, quæ ſoluere ceſſauerit executari per Dipputatos Regni priuilegiatè, ſicut iura Regni, & hoc ad requiſitionẽ dicti theſaurarij, ſeu receptatorum ſiſſarum, expenſis vniuerſitatis ceſſantis. Ponitur in ſuper in dicto actu curię, quid portarijs ſoluendum ſit pro executione. Similiter etiam dicta curia generalis indicit ſiſſas in ciuitatibus, villis, & communitatibus, collegijs, & locis, tam regalibus, quã eccleſię, baronum, militum, & infantionum, ciuiumque, & aliorum hominum Regni per tres annos, à fine triennij primi depputati, ad aliàs ſiſſas domini Regis, & hoc ſub forma ſequenti, quod in vniuerſitatibus domini Regis, ſiſſę applicentur conſilio vniuerſitatis, in vniuerſitatibus vero baronum, militũ, & aliorum, applicentur dominis dictarum vniuerſitatum, in locis vero ordinis Sancti Ioannis, Calatrauę, & Sancti Iacobi, applicẽtur concilijs, & vniuerſitatibus dictorum locorum, in vniuerſitatibus vero aliorum Prælatorum, & aliorum religioſorum (exceptis dictis ordinibus) conuertantur ſiſſę in reparationes caſtrorum, murorum, & in alios vſus publicos & communes dictarum villarum & locorum, prout dominis & concilijs dictarum villarum, & locorum bene viſſum fuerit. Volẽtes quod in ſiſsis huius vltimi triennij, deputatis ad ſubueniendas neceſsitates ciuitatum, villarum, & locorum, non teneantur contribuere perſonæ aliquę priuilegiatę, niſi ipſæ voluntariè velſint contribuere. Pro maiori tamen intelligentia ſupradictorum, & aliquorum dubiorum quæ tibi occurrere poterunt nota ſequentia.

12 Siſſę prohibitę ſunt de foro & obſeruantia Regni, & ſic nullus poteſt imponere ſiſſam, nec tenetur aliquis ad ſolutionem ſiſſarum, ſed ſolũ poſſunt indici per curiam generalẽ Aragonum, & iſto modo impoſitę, alię
13 ſunt reales, aliæ vicinales. † Reales dicuntur illę, quę ſoluuntur, ab omnibus hominibus, etiam militibus & infantionibus, & eccleſiæ, et imponuntur ſuper rebus, veluti carne, vino, farina, porcis, et ſimilibus iuxta taxam actus curię, ſub hoc editi in curijs generalibus.

Et dicuntur reales, quia imponuntur ſuper rebus, et non habito reſpectu ad perſonas, vnde omnes qui molliunt, et emunt carnes quicumq; ſint, tenentur ad illarum ſolutionem, & hęc ſunt illę quę ſoluuntur in primis tribus annis proximis, finitis curijs generalibus

ralibus ad ſolutionem ſeruitij Regij, quę in illis tribus annis faciunt quantitatem centum quinquaginta ſex mille librarum, reliquum vero ad ſupplementum ducentarum mille librarum, ſuplet Regnum de conſuetudine, vt fuit factum per curias, anni milleſimi quingenteſimi nonageſimi ſecundi, & in foro, titulo Acto de la ceſſacion del derecho de pontage.

Aliæ vero ſunt vicinales, quæ licet
14 ſimili modo imponantur ſuper rebus, tamen dicuntur vicinales, quia ſolum tenentur ad illorum ſolutionem vicini conditionis ciuitatis, villę, vel loci, & ſic infaciones, milites, & perſonæ Eccleſiaſticę non tenentur ad illorum ſolutionem: & hæc ſunt illæ quæ ſoluuntur, ſeu colliguntur in ſecundo triēnio, poſt ſupra dictum primum, & hæc deſſeruiunt ad commodum vniuerſitatis, pro expenſis factis in curijs, & alijs expēſis, quia alias Vniuerſitates (niſi curia generalis hoc permitteret) non poſſent ſimiles ſiſſas imponere. Et nota quod per actus curię relatos in actu curię ſuper inueſtigatione, Tiraſonę anni milleſimi quingenteſimi nonageſimi ſecundi, eſt data certa forma indicendi ſiſſas pro qualibet re, veluti: Por cada libra de carne dos dineros, y por cada cahiz de grano moliendo vn ſueldo, y ſi ſe paga vn dinero por cada libra de carne, ſe paga por cada cahiz de grano dos ſueldos. Vide en el acto de corte del Rey don Martin, en las cortes de Çaragoça, y el de las de Taraçona de mil y quinientos nouenta y dos. Quam formam non licet egredi, & ſeruatur hodie, ſunt etiam inueſtigata omnia loca Regni per dictos actus curię, ad hunc finem, vt in locis maioribus centum domorum, ſoluantur pro
15 quolibet domo certi ſolidi, in minoribus vero minor quantitas ſoluatur, † pro vna quaque domo, vt videbis in actibus curiæ, & ex hoc pretendunt multa loca, etiam ſuburbia ciuitatum firmas, ne ab eis exigatur vltra quantitatem domorum inueſtigatarum, & taxę factę de illis, & fuerunt datę multę formę. Vide in proceſſu Iuratorum de † Tor-
16 toles, ſuper iurisfirma, anno milleſimo quingēteſimo nonageſimo quarto, quę illis date fuerunt, licet aliqui dicant, quod illa inueſtigatio fuit facta ad hoc vt ſciretur quid, quantū ve domino Regi erat ſoluendum pro ſeruitio curiæ, & ſic ad hoc vt pro vnaquaque domo, tantum ſolueretur domino Regi, ſed quod onus colligendi has ſiſſas pertinet ciuitati pro ſe & ſuis barrijs, ita ſcilicet quod ciuitas eas indicit ſuper ſuos barrios, & eas collectat, quas poſtea ſoluit domino Regi, vel ſuis collectoribus, & ita barrij tenentur ſoluere ciuitati.

Sed adhuc dici poteſt quod licet hoc ſpectet ad ciuitatē veluti caput, tamen non poterit ciuitas amplius exigere, preterquam quod taxatum eſt, & re vera plus exigunt in illis primis tribus annis, hoc mihi videtur iuſtum, licet non placeat ciuitatibus, & ita fuerunt in dictis temporibus, & antea datę multę firmę Iuratis loci de Tortoles tu per te conſidera diligentius.

omnes tenent prouocantem eſſe pro-
prie actorem, & ſic eum debere pro-
bare ſuam petitionem, quia prouoca
tus, vti reus, probatam habebit inten-
tionem, eo ipſo quo actor defecerit in
probatione, & cum in regno vaſſallus
conquerens non ſit audiendus prop-
ter denegationem recurſus, iam inde
ſequitur quod dominus prouocatus,
ſi prouocatus ſit, obtinebit cum ſola
occupatione, & poſſeſsione, & ex conſe
quēti, quod nō teneatur, iuſtificare ſu
am occupationem, & poſſeſsionenem,
cum poſsideat, & vaſſallus non poſsit
audiri.

His & alijs ſimilibus rationibus
in multitudine copioſſa apparētibus,
& friuolis, mouētur fautores abſolutæ
poteſtatis, confuſsi, non diſtinguentes
inter lepus & lepram, & ſic veritatē
atergo reſpicientes, & parietem, dif-
ficultatis (vt aiūt) non fodientes, neſ-
cio an cupiditate auri, an imbecillitate
intellectus, an obſequio dominorum,
ita ducantur, ego autem ſecutus opi-
nionem inſignis illius fiſcalis Martini
Mirauete de Blancas, poſtmodum
Carmonachi religioſiſsimi Ordinis Car-
melitarum deſcalciatorum efecti, &
aliorum, cenſeo huiuſmodi dominos
cum ſuis occupationibus non fore au
diendos in plenario † poſſeſſorio, &
29 proprietate, niſsi occupationem ſuam
iuſtificent aliqua legitima cauſa, ex
his que ſupra dicta ſunt. Sed ſi domi-
nus loci, qui occupauit, proteſtaretur
expreſſe, quod vaſallus non audiatur,
& quod denegetur ei audientia, & re-
curſus: non audiretur, & denegare-
tur ei audientia, & recurſus, & per hāc
viam indirectam obtineret dominus
in plenario poſſeſſorio iuris firmarum,
& etiā in proprietate, excludendo va-
ſſallum, quia cum leges regni tollāt
30 omnem recurſum † ab his tractatio-
nibus, nec dominus rex, neque ſui of-
ficiales ſe poſsint intromittere, ideo
ſi domini deducant hoc ius, quod vaſ
ſallus non audiatur in firma, vel in a-
lio iudicio, vbi vaſſallus conqueritur
de occupatione, quam exhibet domi-
nus, in hoc: ſcilicet quod vaſſallus non
audiatur, recipietur illius firma, & ob
tinebit, & ita fuit iudicatum in proce
ſſu procuratoris fiſcalis, nec non iura-
torum de Vallobar, in articulo iuris
firmarum, ſuper apprehenſione, in cu
ria Iuſtitię Aragonum in anno 1604.
& quia motiua ibi perme preſtita, vi-
dentur multum conducere ad caſſum
noſtrum, ideo hic inſerenda de-
creui.

MOTIVA.

31 Non recipitur firma † domino ex-
eo & aliàs, quia licet aliquando domi
ni locorum in vim abſolutæ poteſta-
tis obtinuerint in artic. litis pēdēt. ſu
per bonis occupatis, illud ideo eſt,
quia ſecundum forum debent obtine
re, ex quo de foro detentator, & in-
iuſtus, & violentus poſſeſſor defendi-
tur in ſuo ſtatu, & inſiſtencia, non cu
rando de iuſtitia vel vitio poſſeſsionis,
vnde tali caſu non fauentur ſpeciali,
ſed iure communi, verum quando ip
ſi domini locorum in alijs articulis, v-
bi de iuſta agitur poſſeſione ſe oppo-
nunt, cum occupatione bonorum va
ſſalli, ſeu declaratione animi in occu
pando, & petunt preſidia per viam de
clarationis, authorizationis vel alias,
tunc maxima oriturdubitatio, an ſint
audiendi, & licet variè fuerit de hoc
iudicatum, pro & contra, tamen iuſ-
tius videtur eorum recipere opinionē
qui dixerūt, nō fore defēdēdos, niſi ſuā
occu-

occupationem iuſtificarint, & hone-
ſto aliquo titulo & cauſa fulcierint,
nam licet ipſi occupent bona vaſſallo
rum ſine cauſa, & ab ea occupatione
nullus detur recurſus, ſecundum con-
ſuetudinem & obſeruantiam regni,
lex non aprobat poſitiuè talem tracta
tionem, & occupationem, ſed permi-
tit eam, non tamen aprobando, ſed
ex aliqua cauſa omitendo eius puni-
tionem, & non ſe intromitendo, vt eſt
in caſu dictę obſeruantiæ: vnde ſicut
ſine cauſa occupando peccaret Baro,
ſic etiam iudex regius & foralis pecca
ret, approbando talem tractationem
ſine cauſa factā, quinimo delinqueret,
ſicut nec lex quę talia aprobaret, iuſta
foret. Ex quo ſequitur occupationem
ſine cauſa factam per Baronem in vim
abſolutæ † poteſtatis, non poſſe exe-
qui per iudicem regalem, & foralem,
32 cum ſolum in ſuo territorio poſsit e-
xequi ea, quę ſecundum forum facta
ſunt, nam ſicut in ſuo territorio non
poteſt exequi plenitudinem poteſta-
tis, ſic nec ad requiſitionem Baronis
poteſt exequi factum in vim eiuſdē,
quia in exequendo debet iudex † ſe-
33 qui legem loci vbi exequitur, & con-
ſuetudinem illius, ſicut quando iudex
petit ab alio iudice, vt ſuam ſententiā
exequatur, ſi coram illo iudice a quo
petitur, non erat exequibilis, non mā
dabitur, exequtioni, & cum Rex & va
ro habeant diſtincta territoria, & iuriſ
dictiones, & lex quam edidit curia,
circa auferenda bona vaſſallorum,
militet ſolum in loco varonum;
hinc eſt, quod confiſcatio facta a varo
ne, non habebit locum apud iudicem
regalem, apud quem non viget tale
ſtatutum, quinimo nequæ quo ad
bona ſita in loco regali, ex quibus ſe
quitur, quod nos non debeamus hanc
occupationem & poſſeſsionem vi il-
lius factam approbare, defendere, &
authorare in hoc art. vbi de iuxta
poſſeſsione agitur, ſed agant in vim
ſuę poteſtatis, quaſi circa hoc relinquā
tur in manu conſilij ſui, ſed nec etiam
circa eadem herbagia recipitur firma
vaſſallis, quia cum domina loci expre
34 ſſe † proteſtata fuerit, quod circa hāc
occupationem non audiantur, & ſic
oppoſuerit de inconpetentia iuris-
dictionis, non poteſt dominus Iuſtitia
Aragonum, nec eius Locumtenentes
ſe intromittere, obſeruantia namque
de hoc loquens, denegat omnem po-
tiam † omnibus de mundo, vt non ſe
35 intromitant in aliquo, & ſi parte op
ponente contumax non auditur, quo
vſq; purget contumaciam, excomu-
nicatus quouſq; abſoluatur, & ſi ſta-
tutum dictaret, quod non audiretur
certum genus perſonarum, repelle-
rentur a limine iudicij, dato quod
hoc non fit plerumq;, ex defectu po-
teſtatis, & iuriſdictionis, ſed in vim
actionis dilatorię, veluti ſi agat quis
antequam dies ceſſerit, aut venerit,
quo caſu etiam repellitur: quanto
magis quando iudex eſt prorſus incō
petens, & in capax, vt in caſſu noſtro,
vbi videmus, & paſsim legimus nun-
quam iudices regales potuiſſe ſe intro
mitere, † circa ſimiles tractationes,
ſed eas inpunitas reliquiſſe. Neq; ob-
obſtat ſi dicatur, quod dominus loci
in ſua firma firmauerit de ſtando iuri,
& faciendo iuſtitiæ complementum
omnibus querellantibus, inter quos
vaſſalli ſunt, & etiam poſiti iii tolleran
tibus, per quod videtur eos vocare,
aprobare, & cum eis iuditium legiti-
mare, nam abſit quod tale quid do-
mina intendat facere, ex ratione ſe-
quenti, nā ſi domina loci in ſua firma
in articulo 23. expreſſe proteſtata fuit,
quod circa occupationem non audian
tur vaſſalli, allegando obſeruantiam,
& conſuetudinem regni, quomodo

dicendum eſt, firmaſſe eam vaſſallis de ſtando iuri cum eis circa hoc? non ne quæſo in vim iuris illa cautio, & clauſula generalis † refertur vltra
37 ſpecificata, ne ſibi ipſi repugnet? hoc dubium non habet.] Quid igitur voluit domina facere in illa cautione, fuit ſane, & eſt legitimare iuditium quo ad alia iura vltra occupationem, & circa ea ſtare iuri cum ſuis vaſſallis, prout multoties vidimus fieri per dominos locorum, quos non ſemper præſumendũ eſt deſtitutos eſſe in omnibus iuſtificatione occupationũ, per eos factarũ. Quãto magis, quia hic vices rei ſuſtinet dñs loci, quod patet, quia citatus venit, & tamquam talis, non ſolum ſe includit, ſed etiam excipit, & replicat, quod tamen citans non facit, quia dumtaxat incluſiones affert, qui verè actor eſt: faciant igitur domini in vim ſuæ poteſtatis, & vaſſalli coram eiſdem deducant ſua iura, & cauſam, cum nos eos audire non poſſimus iuxta obſeruantiam Regni.

Vides igitur per hæc motiua, quod domini locorum in his articulis, non
38 † admittuntur, niſi iuſtificando ſuas occupationes, vel niſi proteſtentur, quod vaſſalli non audiantur, quo caſu vaſſalli excluduntur, domini autem admittuntur circa hoc ius negatiuũ, in alijs autem non admittuntur, & ſic occupationes ſuas deffendunt illæſas per indirectum.

Quod ſi domini locorum non allegarent occupationem aliquam, & ſeu tractationem aliam in particulari, ſed ſolum allegarent poteſtatem abſolutam, quam de foro habent, vt ſcilicet nullus vaſſallus audiatur, nullus recurſus detur ab eorum tractationibus, tunc ſiue id deducant in lite pendente, & ſic inferiori poſſeſſorio, ſiue in iuditio iurisfirmarum, ſeu in plenario poſſeſſorio, & ſeu in articulo proprietatis, tunc † obtine-
39 bunt vtique, cum hoc iuſtiſsimum ſit, & nihil amplius petant, quam quod obſeruantia permittit, ſcilicet denegationem recurſus: tunc namque nihil iniquum apparet, nihil iniuſtum, & cum lex Regni tollat iſtum recurſum, iuſtum eſt, vt remedia ad illius iuris conſeruationem tribuat, & hoc ſibi volunt, & in hoc tendunt omnia allegata pro aduerſa parte, & ita fuit pronuntiatum millies in varijs proceſsibus, vt in appręhenſione loci de Luna, in proceſſu Hieronymi
* Torrero, ſuper apprehenſione, vbi fuit recepta propoſitio Ducis, reſpectu abſolutę poteſtatis, & in ann. 1532. die ſeptimo Maij refert Pertuſa, in titulo de firmis iuris, fol. mihi 165. quod fuit prouiſſa firma, in facto hominum de Colungo, in fauorem domini firmantis, ſuper abſoluta poteſtate. Et in anno milleſimo quingẽteſimo quadrageſimo quinto, die trigeſimo Iunij fuit recepta propoſitio, in fauorem domini de las Pedroſas, reſpectu abſolutę poteſtatis, vide in proceſſu Ioannę
* Clauero, ſuper appręhenſione loci de las Pedroſas, & in anno 1548. die octauo Octobris, in proceſſu Anthoniæ
* Aſsiron, ſuper appręhenſione fuit recepta propoſitio domini, quoad omnimodam iuriſdictionem, compręhẽdendo in illis verbis abſolutam poteſtatem, & declarando commiſſarium
* curię reſpectu abſolutę poteſtatis, & aliorum iurium, & in proceſſu Sanctij Nadal, ſuper criminali, anno milleſimo quingẽteſimo ſexageſimo, die
* duodecimo Decembris in eadem curia

ria Iuſtitię Aragonum, vbi fuerunt
accuſati quidam homines, quia occul
tauerant quendam vaſſallum de las
Pedroſas, & detinebant captum in
quodam caſtro, & exercebant actus
abſolutę poteſtatis, fuerunt abſoluti,
quia fuit probatum, feciſſe mandato
domini in vim ſuæ poteſtatis abſolu-
tæ. Motiua ſunt quę ſequentur.

Neque obſtat, quod prætenditur
40 eſſe litem ſuper dominio dicti loci,
cum conſtet dictum dominum eſſe
commiſſarium curiæ, & ei receptam
fuiſſe propoſitionem litis pendentis,
ſuper omnibus iuribus ad dominica-
turam pertinentibus, in quibus inclu-
ditur abſoluta poteſtas.

Et in proceſſu Don Roderici de
Palafox, ſuper apprehenſione, in cu-
ria Iuſtitiæ Aragonum, die vigeſimo
quarto Iulij, milleſimo quingenteſi-
mo ſexageſimo quinto, fuit recepta
propoſitio domini, in loco de Ariza,
reſpectu abſolutæ poteſtatis, & fuit
ibi declaratum, quod debebat ea vti
pendente lite, in proceſſu Iuratorum
* de las Pedroſas, ſuper iurisfirma, an-
no 1557. fuit data firma, ne dominus
vteretur abſoluta poteſtate, cum lo-
cus eſſet feudalis: ſed fuit declarata
non obſtare, quominus dominus tam
quam commiſſarius curiæ vteretur
abſoluta poteſtate ſibi commiſſa: Et
in proceſſu Egidij Diez, ſuper ap-
* prehenſione loci de las Pedroſas, in
curia Iuſtitię Aragonum, ſimiliter
fuit recepta propoſitio domino reſpe
ctu abſolutę poteſtatis, & declaratum
quod non obſtante, quod pendebat
lis, ſuper abſoluta poteſtate, quod de
bebat ea vti, attento quod erat com-
miſſarius curiæ: itaque hoc ſemper
fuit practicatum, nec de eo dubitan-
dum eſt, nam ad cōſeruationem eius,
quod fori concedunt, in conſequen-
tiam dantur omnia remedia, quę de
iure & foro dari poſſunt.

Et vt finem imponamus huic ma-
teriæ quæri ſolet, an Baro poſſit au-
ferre bona vaſſalli, quę vaſſallus poſ-
ſidet in locis Regalibus, & an poſſit
vaſſallum occidere in loco Regali, di-
41 cendum † eſt quod non, quia ſicut
Rex non poteſt in alieno territorio,
multo minus poterit Baro. l. fin. de
iuriſdictione omn. iudi. cap. 1. de con-
ſti. in ſexto. & licet Baro poſſit con-
fiſcare bona vaſſalli, ſine cauſa proli-
bito voluntatis, hæc tamen confiſca-
tio non debet trahi ad bona, vbique
ſita, nam executio debet fieri per iu-
dicem territorij, vbi ſita ſunt, l. cum
vnius §. penultimo, ff. de bon. authen.
iud. poſs. d. l. a Diuo Pio §. 1. de re iud.
facit lex tutores §. hęres, vbi Bartol.
ff. de adminiſt. tutorum. Sed ſic eſt q
iudex Regius non poteſt exequi ea,
quæ facta ſunt prolibito voluntatis,
ſed tantum ea, quæ facta ſunt ſecun-
dum forum, & in ſuo territorio iudex
Regalis non poteſt exequi plenitudi-
nem poteſtatis, ergo ad requiſitio-
nem Baronis non tenetur † exequi
42 factum in vim eiuſdem, quia in exe-
cutiuis attenditur lex loci vbi petitur
executio, & conſuetudo ibi vigens †
43 ſeruanda eſt, Bald. in l. 1. C. ne filius
pro parte. Paul. in l. à Diuo Pio §. ſen
tentiā n. 4. Xuar. in l. poſt rem iudica
tā, de re iud. dicetur latius infra §. 11.
Vnde ſi iudex petit ab alio iudice, vt
exequatur ſuam ſententiam, ſi coram
illo iudice a quo petitur non erit exe-
quibilis, non mandabitur exequtioni,
Bart. in d. l. à diuo Pio §. 1. ſed volun-
tas non lege corroborata non eſt exe-
quibilis in loco regali, igitur, &c.

Item cum Rex & Baro habeant diſtinctas iuriſdictiones, & lex quam edidit curia, de auferendis bonis, militet tantum in loc Varonis, certè confiſcatio ab eo facta non habebit locũ, quoad bona ſita in loco regali, vbi nõ eſt talis conſtitutio, Bart. in l. cunctos populos, vbi ſuprà.

Quinimo Papa licet exerceat plenitudinem poteſtatis in Clericos, & alios laycos, in dominio ſuo exiſtentes, non tamen poteſt quo ad bona, quæ poſsident etiam Clerici de eorũ patrimonio, ſita in territorio Regis, Abb. in c. cum dilectus de iure patronatus, & cap. cum nobis de teſtibus.

Et in horum conſequentiam, ſi vaſſallus timens †domini oppreſsionem,
44 confugiat ad eccleſiam, an per dominum extrahi poſsint, taliter quod ſi extraxerit, tamquam eccleſię violator, & ſacrilegus veniat puniendus, vide de hoc Couarruuiam libr. 2. vari. cap. 20. Ante tamen quam recedam ab hac abſoluta poteſtate, rogo & obſecro omnes dominos locorum, qui habent abſolutam poteſtatem, vt maximè aduertant ad id quod Pineda refert de eorũ abſoluta poteſtate, & irregulari, vt ſic cognito, & benè intellecto illius periculo, ab eo fugiant, & declinent, imitando clementiam diuinę potentiæ.

Pineda in Iob, cap. 8. verſiculo 3. ſub num. 3. ſuper illis verbis Pſalmi. 47. Iuſtitia plena eſt dextera tua; nam cũ aliorum dextera, potentia, fortitudo, plena ſit rapinis, ſanguine, violentia, & iniquitate (ſi enim poſſunt omnia per ſummam iniuſtitiam; contra ius faſque gerunt) at diuina potentia atque fortitudo cum ſumma iuſtitia, & equitatis moderatione coniuncta eſt, nihil enim niſi quod iuſtum & equum eſt agit. Quod diſcrimen expręſsit Oſeas, cap. 11. Non faciam furorem iræ meę; non conuertam vt diſperdã Ephraym, quoniam Deus (El) Ego & non homo; quaſi diceret, tu, ò Deus, non quidquid aut vales, aut quidquid improbus mali, ſupplicijque meretur, infligis, ſi enim tantum nocuerit quãtum poſsit, nullam malè de pauperibus merendi occaſionem pretermittens, ſicut iniquo Regi, ab adoleſcente ſanctiſsimo dictum eſt 2. Machabeor. cap. 7. Poteſtatem inter homines habens, cum ſis corruptibilis facis quod vis, & de hominibus iſtis dicitur quod ſint viri ſanguinum, Pſalm. 5. 7. & 25. vbi etiam dicitur (vbi eſt poteſtas vt diripiamus, non enim inquirũt ius ſed poteſtatem, & huc alludit Sapientiæ 2. inquiens ſit fortitudo noſtra lex iuſtitiæ.

SVMMA EORVM, quæ in hoc §. 6. continentur.

1 *Redditus regales in hoc Regno ſunt multum tenues, quia a principio Regnũ fuit multum liberum, & exemptum.*

2 *Pedaticum ſoluunt tranſeuntes per Regnum cũ ſuis mercibus, vt ita Rex, ac alij domini temporales ſua territoria ſecura conſeruent.*

3 *Vniuerſitas quælibet habet ſuum territorium diſtinctũ, per actus curiarum.*

4 *Salaria pedatici, per actus curiarum taxata ſunt, & ad propoſitum in materia fiſcali vide*

vide bonum exemplar & deciſsio. num. 5. & 6.

7 *Monetaticum & morabetinum ſoluunt homines conditionis, de ſeptenio in ſepteniũ, quod ius fuit introductum ad ſuſtinenda onera guerræ, in ſubſidiũ patrimonij regalis. num. 8.*

9 *Seruitium olim ducentarũ mille librarum, in Curijs Aragonũ per homines eiuſdem, Domino Regi ſolut ſolebat, ſed quandoq. creuit.*

10 *Siſsæ in Regno, niſi in Curijs Generalibus imponi nequeunt, & num. 12.*

11 *Actus Curiæ Tiraſonæ anni 1592. incipit, dominus Rex, declaratur, in materia ſiſſæ, & indictionis regalis.*

13 *Siſſæ aliæ reales, aliæ vicinales appellantur, Reales ab omnibus hominibus ſoluuntur, & quæ illæ ſint exponitur.*

14 *Siſſæ vicinales, ſoluntur à vicinis conditionis ciuitatis, villæ, vel loci, non vero ab alijs, & quæ illæ ſint, & ad quid de ſeruiant traditur.*

15 *Siſſæ ſoluuntur pro vna quaque domo, iuxta inueſtigationem in Regno factam, & nõ amplius, alias ciuitatibus, & alijs locis ad id firma cõcedi ſolet, vt nu. 16.*

17 *Modus indicendi ſiſſas explanatur.*

18 *Siſſæ conſignari ſolent, ad ſolutionem ſeruitij, domino Regi in curijs generalibus facti.*

19 *Siſſæ an creſcant, vel deminuantur, auctis vel diminutis vniuerſitatibus, ciuitatibus, villis, vel locis, concluſionibus reſoluitur, a num. 20. & 21. cum alijs.*

22 *Focagium quid ſit eſſentialiter exponitur.*

23 *Focagium quandoque non reſpicit fumantes, ſeu familias, ſed ipſam vniuerſitatem.*

24 *Singulares vniuerſitatis, pro talijs, & alijs ſubſidijs Regijs non tenentur: ſed vniuerſitas.*

§. 6.

Iura Regalia, immo & arrendatores iurium regalium, executantur, & exiguntur, non obſtante firma, forus vnicus, Que los precios de las arrendaciones. fol. 107.

RED-

REDDITVS & iura regalia domini Regis in Regno Arago-
1 num ſunt multũ tenuia; † quia vltra q̃ Regnum hoc à ſui principio fuit multũ liberum, exemptum, & priuilegiatũ, Reges namque maxima exemptionũ concesserunt priuilegia regnicolis, eximendo eos ab omni iure regali, quod homines ſigni ſeruitij tenebantur ſoluere, prout reperiuntur multæ vniuerſitates & valles præſentis Regni, quibus hæc priuilegia concesſa reperiuntur à temporibus naſcentis Regni, & poſtea per ſucceſſores Reges confirmata; tamen iura magis ordinaria ſunt, illud ius, quod pedaticum ap-
2 pellamus, quod ſoluunt tranſeuntes † per Regnum cum mercantijs, & alijs rebus, & hoc ius debetur de foro & iure, ad hoc vt dominus Rex, & alij domini teneant ſua territoria tuta & ſecura à latronibus, & alijs huiuſmodi incurſionibus, vt reſoluit Guido Pap. decis. 413. plus dicens ex hoc, quod ſi ſint aliqua robaria in aliquo territorio domini exigentis pedagiũ, tenetur ipſe dominus reſtituere damnum, vel malefactorem exhibere ſecũdum Bal. in tit. de pace iur. firm. cap. conuenticulas, & Archidia. in cap. ſi quis, Peregrinos 33. queſt. 6. & ſunt in Regno ad finem exigendi huiuſmodi pedagia, diſtincta territoria, quia ferè quælibet vniuerſitas habẽt ſuum † territorium diſtinctum per actus cu-
3 riarum, & in quolibet ſoluitur ſuum pedagium, hoc ius ferè non aſcendit ad decem mil'e libras annuales, ſuper quibus ſolent conſignari ſalaria officialium, & aliæ conſignationes, quas domini Reges faciunt pro ſeruitijs hominibus de Regno, ab hoc iure eximuntur nobiles, milites, & infantiones, & eccleſiaſtici, & multæ Regni vniuerſitates.

Et per actus curiarum taxata ſunt
4 ſalaria, quæ pro hoc iure † ſolui debent, ita vt nihil amplius exigi poſſit. De cuius iuris præſcriptione, Lucas de Penna, in l. 2. C. de quib. muner. lib. 10. col. fin. Caſſan. conſ. 64.

Et not. quod 21. April. 1600. in proceſſu procur. fiscal. ſuper appręhẽ-
* ſione pedatici ciuitatis Burgiæ, petebat fiſcus, ius pedatici, ſecundum theorem cabreui † actus curiarum di-
5 ctæ ciuitatis, & etiam de rebus in actu curiæ non contentis, petebat pro dicto iure trigeſsimam partem, aut ſeptem ſolidos pro carga, & quod ſi dictæ res non manifeſtarentur poſſet eas occupare, fuit recepta ei propoſitio reſpectu rerum contentarum in actu curiæ, & pro quantitatibus illius, reſpectu autem rerum aliarum fuit ei propoſitio reiecta, & aliæ receptæ, ex eo & aliàs, quia ius reſiſtit fiſco per dictum actum curiæ, & quando haberet aliquam poſſeſſionem, illa non valet contra præſumptionem actus curiæ, qui habet clauſulam derogatoriã, & prohibitiuam, ſaltem ne lite pendente conſeruetur in poſſeſſione cap. cum perſonæ, de priuileg. in ſexto, Tum & potiſsimum, quia collectores iurant de ſeruando actum curiæ, for. el ſeñor Rey, de pedaticis & lezdis, & ſic eſt interrupta poſſeſſio quælibet per iuramentum, & eſt vſurpatio praua, & ſic ſuccubuit.

* Vide ſimilem caſum in alia apprehenſione Cæſarauguſtæ † vbi licet de
6 conſenſu partium fuiſſet recepta propoſitio fiſci in eadem apprehenſione, tamen ſuccubuit in proprietate, vt totum hoc narratur in quadam firma, quæ poſtea fuit obtenta in vim dictæ
* apprehenſionis. Vide in proceſſu Iuratorum Cæſarauguſtæ, ſuper iuris-

firma

firma 19. Nouembr. 1586. & licet
hic fuit iuxta conſenſum recepta pro
poſitio fiſci, debuit eſſe qnia teſtes fiſ-
cij ſufficienter probabant, & erant
idonei. at in proceſſu Burgię teſtes qui
probabant erant collectores, iſti autẽ
nil valent, quia ex quo iurant ſeruare
actum curiæ, ipſimet interrumpunt
pręſcriptionem ſuam, ſecundum So-
cin. conſ. 7. 10. & ſic cum per eoſdem
conſtet denitruſione, ſeu vſurpatio-
ne iuris, ideo nil probant proſe, ſed
contra fiſcum, & ſic iure ſuccubuit,
nam in lite pendente quando conſtat
de violenta poſſeſsione in temporibus
foralibus, pręfertur alia poſeſia iuſta
in paritate probationum Molin. ver.
aprehenſio verſ. in iuditio aprhenſio
nis vbi Portol.

Aliud ius percipiunt domini re-
ges, quod appellatur monetaticum, &
7 morabetinum † de ſeptenio in ſepte-
nium, quod ſoluunt homnes conditio
nis, demptis infantionibus, & eſt ſep-
tem ſolidi, vt in foro vnico de ſecun-
da cõfirmatione monetę. Molin ver.
moneta. Circa que volo te ſcire quod
monetaticum fuit impoſitum ad ſuſti
nenda onera guerræ, in ſubſidium Pa
trimonij regij, † quod erat multum
8 exhauſtũ propter nimian liberali-
tatem regis Petri ſecundi, quia difu-
ſe largiebatur in vaſallos, & iã ab an-
no 1205. cępit ius hoc induci conſen
tiẽtibus Petro Seſſe, Otho de Foces,
Petro de Pomar, Artal de Alagone,
& alijs ricis hominibus, vt refert Zuri
ta 1. parte cap. 52. fol. 91. & ab hoc
tempore, & ocaſione ceperunt intro-
duci exactiones nouæ, & noua tribu-
ta, quale hoc ius monetaticum fuit im
poſitũ in Aragonia, & Cathalonia, a
cuius ſolutione tunc nullus excuſaba-
tur, nec infantio, nec miles cuiuſcum
que ordinis, excepto milite arma-
to vt dicit Zurita vbi ſupra.

Aliud ius & pinguius, alijs eſt illud
quod ſolent domini reges recipere in
conuocationibus curiarum ratione
ſeruitij, quod homnes de regno faciũt
eis voluntariè, quod communiter ſo-
9 lebat eſſe ducentarum mille † librarũ,
ſed poſtea paulatim cepit augeri, vſq;
quo noſtris temporibus vidimus dari
pro ſeruitio ſeptingente mille libre:
hoc ſeruitium in curijs ſolet dari, cũ
magnis proteſtationibus & ſaluitati-
bus, vt ſcilicet non trahatur per do-
minos reges in conſequentiã, cum ſit
gratuitum, & voluntarium. & quod
non petatur ab inde iure actionis, nec
tranſeat in obligationẽ, & neceſsita-
te. & ſic antiquitus appellabatur com
modatõ vel mutuum, quia ſcilicet cu
ria dicebatur credere, & mutuare do
mino Regi dictam quantitatem, &
domini reges quando iurabant ſerua
re foros regni, non iurabant reſtitue-
re dictam quantitatem ſed hoc tantũ
promitebant. Forma ſolutionis huius
ſeruitij gratuiti eſt ſequens, nam
centum quinquaginta ſex mille librę
ſoluuntur ſpacio trium annorum, quo
libet anno tertia pars, quæ ſumitur
ex ſiſis ipſis, quæ per curiam indicun
tur, & per omnes de regno ſoluuntur
10 (alias citra curiam non poſſunt † in-
dici) ſuper tritico, & carnibus, hoc
modo, ex qualibet libra carnis duo
denarij, & pro quolibet caffitio tri-
tici molīẽdo vnum ſolidum, has ſiſſas
ſoluũt omnes de regno etiã priuilegia
ti, quia omnes in curijs conſentiunt,
tã Eccleſiaſtici quam Barones, Nobi
les, milites, & infantiones.

Reſiduæ vero quadraginta qua-
tuor mille libre ad ſuplementum du-
centarum ſupra dictarum, ſoluuntur
ex generalitatibus regni, & ſi regnũ
nõ habet tunc pecunias, ſolet eas quę-
rere ſub cenſu redimibili, quas poſtea
redimit.

Et

ralibus ad ſolutionem ſeruitij Regij, quę in illis tribus annis faciunt quantitatem centum quinquaginta ſex mille librarum, reliquum vero ad ſupplementum ducentarum mille librarum, ſuplet Regnum de conſuetudine, vt fuit factum per curias, anni milleſimi quingenteſimi nonageſimi ſecundi, & in foro, titulo Acto de la ceſſacion del derecho de pontage.

Aliæ vero ſunt vicinales, quæ licet
14 ſimili modo imponantur ſuper rebus, tamen dicuntur vicinales, quia ſolum tenentur ad illorum ſolutionem vicini conditionis ciuitatis, villę, vel loci, & ſic infaciones, milites, & perſonæ Eccleſiaſticę non tenentur ad illorum ſolutionem: & hæc ſunt illæ quæ ſoluuntur, ſeu colliguntur in ſecundo trienio, poſt ſupra dictum primum, & hæc deſeruiunt ad commodum vniuerſitatis, pro expenſis factis in curijs, & alijs expēſis, quia alias Vniuerſitates (niſi curia generalis hoc permitteret) non poſſent ſimiles ſiſſas imponere. Et nota quod per actus curię relatos in actu curię ſuper inueſtigatione, Tiraſonę anni milleſimi quingenteſimi nonageſimi ſecundi, eſt data certa forma indicendi ſiſſas pro qualibet re, veluti: Por cada libra de carne dos dineros, y por cada cahiz de grano moliendo vn ſueldo, y ſi ſe paga vn dinero por cada libra de carne, ſe paga por cada cahiz de grano dos ſueldos. Vide en el acto de corte del Rey don Martin, en las cortes de Caragoça, y el de las de Taraçona de mil y quinientos nouenta y dos. Quam formam non licet egredi, & ſeruatur hodie, ſunt etiam inueſtigata omnia loca Regni per dictos actus curię, ad hunc finem, vt in locis maioribus centum domorum, ſoluantur pro
15 quolibet domo certi ſolidi, in minoribus vero minor quantitas ſoluatur, † pro vna quaque domo, vt videbis in actibus curiæ, & ex hoc pretendunt multa loca, etiam ſuburbia ciuitatum firmas, ne ab eis exigatur vltra quantitatem domorum inueſtigatarum, & taxę factę de illis, & fuerunt datę multę formę. Vide in proceſſu Iuratorum de † Tor-
16 toles, ſuper iurisfirma, anno milleſimo quingēteſimo nonageſimo quarto, quę illis datę fuerunt, licet aliqui dicant, quod illa inueſtigatio fuit facta ad hoc vt ſciretur quid, quantū vel domino Regi erat ſoluendum pro ſeruitio curiæ, & ſiç ad hoc vt pro vnaquaque domo, tantum ſolueretur domino Regi, ſed quod onus collectandi has ſiſſas pertinet ciuitati pro ſe & ſuis barrijs, ita ſcilicet quod ciuitas eas indicit ſuper ſuos barrios, & eas collectat, quas poſtea ſoluit domino Regi, vel ſuis collectoribus, & ita barrij tenentur ſoluere ciuitati.

Sed adhuc dici poteſt quod licet hoc ſpectet ad ciuitatē veluti caput, tamen non poterit ciuitas amplius exigere, preterquam quod taxatum eſt, & re vera plus exigunt in illis primis tribus annis, hoc mihi videtur iuſtum, licet non placeat ciuitatibus, & ita fuerunt in dictis temporibus, & antea datę multę firmę Iuratis loci de Tortoles tu per te conſidera diligentius.

De modo autem indicendi ſiſſas nota ſequentia quæ apud actus curię idiomatę vulgari continentur.

El Emperador Carlos, y Doña Iuana ſu madre, en las Cortes de Caragoça, anno mil quinientos diez y
7 ocho, y la corte general, imponen ſiſſas in ſequentem modum, primo ſuſpenden los fueros de la prohibicion † de las ſiſſas, y la excommunion por ſeis años, y el Arçobiſpo la ſuſpende, y que paſſados los ſeys años ſe guarden dichos fueros, y que los tres años primeros pague ſiſſa el Rey y Reyna, y ſe ayan de cullir de neceſſidad por menudo en todas las ciudades, villas, &c. de la manera ſiguiẽte. En la carne y molienda, vn ſueldo del cahiz. Dos dineros de la libra de carne, y que aya cullidores à arbitrio de las ciudades y villas, en las ciudades y villas a quien ſe pagara la molienda y ſiſſa, y ellos daran aluaran, con que ſe lleue el pan al molino, y al peſo do habra peſo, ſin pena, aliàs caygan en pena, y tambien para coger las ſiſſas de las carnes, ha de auer cogedores que las cobren, durantes los dichos tres años, y que por los del eſtado de la Seu de Caragoça, ſe nombren dos perſonas: por el eſtado de Caualleros Infançones de dicha ciudad otras dos: por la ciudad de Caragoça ocho perſonas, que todas doze tomaran a ſu cargo lo dicho en la ciudad de Caragoça, con juramento de hauerſe bien, y eſtos nombraran cogedor, guardas, notario de las ſiſſas: y eſtas doze perſonas tienen juriſdicion en eſtas ſiſſas priuilegiada, como los Diputados para lo que ſe offreciere large, fuera de Caragoça, en otras ciudades y lugares, donde haura Clerigos militares excedientes numero de catorze los jurados, y ſi no los ay, los officiales mas preheminentes nombraran quatro perſonas, y los Eccleſiaſticos otra: los Caualleros Infançones otra: Los quales ſeys ſeran guardas cogederas ſi querran, con que vaya vno que ſea Clerigo, o Infançon, y ſeran juezes de las ſiſſas y ſus incidentes y dependentes.

Y ſi los Caualleros Infançónes, y Clerigos, fuera de Caragoça excederan numero de veynte, ſe guarde lo que en dicha ciudad de Caragoça.

Y ſi dichas perſonas no llegarẽ à catorze, lo hayan de hazer las ſeys perſonas, como dicho es, (ſupponiendo que las haya.) Las quales perſonas tendran larga juriſdicion, como en Caragoça, &c.

Y que las Vniuerſidades Reales, de Igleſia, de Barones, puedan arrendar las ſiſſas dichas, con que cada año haya de pagar cumplidamente la tacha que ſera ordenada è concordada, è que pagada la dicha tacha, lo que ſobrara de las dichas ſiſſas, hayan ſu porcion los Eccleſiaſticos, como los militares, è otras perſonas libertadas en cada vna ciudad, villa, lugar del dicho Reyno, ſegun ſe ha acoſtumbrado entre ellos, en otras indictiones de ſiſſas: Et no obſtante que las dichas ſiſſas ſe hayan de coger por menudo, ordena la corte ſe haya de reſponder de aquellas en los caſos que la diſtribucion de las dichas ſiſſas ſe ha de fazer por aquella tacha, que por la dicha corte

ſerá

ſera diſpueſta è ordenada, que ſea en facultad de las vniuerſidades de pagar y coger la dicha ſiſſa entre ellos por menudo, y ſino querra que no ſean tenidos a cogerla por menudo, ſino repartirla y cogerla en aquellas coſas, y de aquella manera que les pareſcera: pero que en todo caſo ſean obligadas las vniuerſidades, cada vna de pagar ſu tacha, ſegun la dicha tacha es fecha y ordenada por los preſentes capitoles Caragoça. Iuxta hanc capitulationem, arrienda las ſiſſas de los tres primeros años.

18 Siſſæ ſolent † conſignari in parte ad ſolutionem debitorum domini Regis in curiis generalibus, & illos cui conſignantur appellamus conſignatos, quibus conſignat curia generalis ſuper exactione ſiſſarum, ſolutionem debitorum, & hoc hac forma, quod conſignati teneantur concedere apocham, & obtinere ab ſcriba portionum cedulam conſignationis, & certificationis, emanatam à libro rationali, & illas tradere exactoribus ſiſſarum, & cum his cautelis exactores ſoluunt dictis conſignatis.

Sed quid ſi conſignati perdideſint illas cedulas conſignationum, quid fiet? petere enim à ſcriba portionum aliam cedulam eſt durum, quia non dabit abſque expreſſo mandato domini Regis: praxis ergo eſt, quod conſignatus compareat coram Iuſtitia Aragonum, ideſt Locumtenente, & offerat cedulam, includendo, ſe cum illo iure actus curię, & petendo, in ea concedi mandatum contra receptores ſiſſarum, vt ſoluant, vel ſi quas cauſas, &c. Et data cedula petetur mandare ſe informare, & dominus Iudex mandabit, factaque informatione faciet (cũ cõſtet, &c.) petẽdo concedi dictũ mandatũ, offerendo tamen prius cautionem de ſeruando curiam indemnem in omnem caſum, & iurando perdidiſſe dictum albaranum, & promittendo ſe illum daturum receptoribus, ſi aliquando inuenerit, hæc omnia debet cedula continere, facto igitur (cũ conſtet,) iudex concedet mandatum ſupradictum. Aliqui ſolent etiam petere intimari aduocato fiſcali, ſed ego credo, quod non ſit neceſſe, & ſi poſtea compareret fiſcalis, & non excludit incluſiones conſignati, iudex mãdabit de conſilio receptoribus, quatenus ſoluant conſignato quantitatem in mandato mentionatam, ſeu partem contingentem, iuxta thenorem actuum curię, non obſtantibus in contrarium allegatis, ſub fideiuſſoribus præſtitis (ad fines ſupradictos.) Vide in proceſſu Don Petri & Don Martini de Pomar fratrum, ſuper mandato, vbi hoc fuit pronuntiatum in menſe Auguſti, anni milleſimi quingenteſimi nonageſimi quinti, credo quod fuit ad hoc allegatus Crauetta conſil. 690. numer. 2. Et vide in proceſſu Reuerendi Ludouici de Herrera, ſuper mandato.

Et in proceſſu Don Ioannis Franciſci Chriſtophoris Fernãdez de Ixar, ſuper mandato, anno milleſimo quingenteſimo nonageſimo quinto. Et in proceſſu Dominæ Marię Perez de Arnal viduę, ſuper mandato, in anno milleſimo quingenteſimo nonageſimo quinto, menſe Decembris, & in proceſſu Ioan. Mauran, ſuper mandato, eodem anno & die, & omnes proceſſus ſupradictos, vide in curia Iuſtitię Aragonum.

Et quia vidi multoties dubitari tam in primis tribus annis, quam in alijs tribus, præcipue in quibus ſiſſæ impoſitę ſunt vniuerſitatibus Regni, iuxta inueſtigationem ſupra dictam, vt ſoluant vniuerſitates ſingulæ pro tot domibus, vel focis ſecundum dictam inueſtigationem, vidi inquam dubitari an ſi vniuerſitates diminuantur, vel † creſcant

19 in numero, ſimiliter ipſę ſiſſę accreſcant, & minuantur, tam in fauorem Domini Regis in primo triennio, quam aliorum dominorum in ſecundo triennio, qui aliquando ſolent eas exigere à ſingulis de vniuerſitate, & non ab ipſa vniuerſitate, & ſi aucta ſit vniuerſitas, recipiunt vltra taxam inveſtigationis: ideo libuit hic apponere tibi ſequentem reſolutionem in viam iuris, quæ ad hęc, & alia multum deſeruiet, in materia hac de qua loquimur.

Focagium aliquando imponitur per † fumantes ſimpliciter, & abſo-

20 lutè, & tunc omnes habitantes in vna fumaria, habentur pro vno fumante, & conſtituunt vnum focum, voluit Bart. in l. 4. §. actor. colum. 1. numer. 3. & in l. placet 2. lectur. numer. 53. C. de ſacroſan. eccleſ. Franc. Claperio cauſa 27. queſt. 1. & tunc debentur à ſingulis familijs, & puto quod tunc recipiunt collectę augmentum, & diminutionem ad menſuram familiarum.

Aliquando vero imponitur foca-

21 gium per modum vniuerſi, ipſi ciuitati, ſeu caſtro, pro certo numero focorum, quod tam ex forma impoſitionis ipſorum focagiorum, quam ex modo illa exigendi, colligi debet, nam ſi dicatur in archiuis, vel alijs deſcriptionibus, quod talis ciuitas, vel caſtrum ſint quotizata ad focos quinquaginta, talis vero ſit deſcripta ad quadraginta focos, & ſic de alijs locis, ſeu municipijs nulla facta mentione ſingulorum ciuium, vel municipum, vt in noſtro Regno fit: tunc onus eſt impoſitum vniuerſitati, non ſingulis, & maximè ſi tale onus non petitur à ſingulis, ſed à ſindicis, vel theſaurarijs ſoluentibus pro vniuerſitate, & nomine vniuerſi, l. 4. §. actor. ff. de re iudi. vbi DD. & fit executio contra vniuerſitatem, & eius bona, non autem contra res, vel perſonas ſingulorum, Doctores vbi ſupra, & in tantum agitur contra vniuerſitatem pro hoc numero, quod ſi vniuerſitas non habet bona, cogetur indicere collectam, gloſ. communis, in l. 1. §. quod ſi nemo verb. proconſul. in fin. ff. quod cuiuſque vni. Bartol. in §. actor. Claper. numer. 3. Et ſic cum ponatur ſub nomine vniuerſi, ſequitur quod dirutis caſtris nō poteſt imponi eis, ex quo in eis non ſunt ciues, nec municipes, quaſi deficiat ſubiectum huius muneris, & in iſto ſignificato deffinitur focagium,

22 † quod ſit ciuitatis, vel caſtri per modum vniuerſi, certa & vniformis authoritate publica facta quotizatio, pro vniuerſis municipum facultatibus non exemptorum, aut aliorum ibi bona poſſidentium, vt inter ciuitates & caſtra, ſubſidiorum Regiorum, & Prouincię facilior eſſet contributio, exactio, atque ſolutio. Et ſic hoc focagium non reſpicit fuman-

23 tes, † aut familias, aut ſingulas perſonas, ſed ipſam vniuerſitatem, & ita dicitur onus impoſitū vniuerſitati, & ſic cum vniuerſitas non mutetur muta-

mutatione perſonarum, vel bonorum diminutione l. proponebatur ff. de iudi. l. grege §. 1. de leg. 1. l. ſicut. §. fin. ff. quod cuiuſq; vni. quãdiu vnus ciuis viuit, viuit vniuerſitas, & habet locum focagium, ſicut è cõtra, ſi poſt quotizationem vniuerſitas augeatur, ſeu multiplicetur populo, & diuitijs, non creſcit focagium, cum non ex hoc mutetur vniuerſitas.

Infertur etiam, quia pro talijs, &
24 alijs ſubſidijs Regijs † ſinguli non tenentur, ſed ſolum vniuerſitas, d. l. ſicut §. nec quod debet ff. quod cuiuſque vni. nomine, & ſi nulla habet bona, debet imponi collecta per æs, & libram municipibus, gloſ. in dict. l. 1. §. quod ſi nemo.

Nec in indictione huius focagij citantur ſinguli, ſed ſindici vniuerſitatis, per l. ſuſceptores. de ſuſceptoribus lib. 11. C. quia quando fit vniuerſalis deſcriptio omnium bonorum, ſufficit requirere ſyndicum, non ſingulares, de quibus & de collectarum impoſitione, vide Claperium vbi ſupra.

Nunc in memoriam cadit, redeundo ad ius pedatici, id quod vidi multũ diſcuti. An ſcilicet exempti priuilegio Regio à ſolutione omniũ iurium regalium nominatim expreſſorum, cum clauſulis exuberantibus, teneantur ſoluere dimidium pedaticum Albarracinij, quod Turoli exigitur, ex rebus emptis, & venditis, & videbatur dicendum quod non teneantur ſoluere illud ius pedatici, quod continetur in actibus curię, fol. 18. col. 4. ſub rubri. Capbreu del medio peage de Albarrazin, & fol. 21. colum. 1. in fin. ibi. e qualquiere: idque ex eo, quia priuilegia † de non ſoluendis pedaticis, ſer-
25 uanda vnicuique ſunt obſ. fin. titulo actus curiarum, fol. 37. non obſtante quauis litis pendentia in curia Iuſtitię Aragonum, vt & in foro vnico, vt pedagium fol. 121. generalitas autem priuilegij ſupra figurati, tam mediũ, quam integrum pedaticum compręhendit, quia vtitur dictione (omni) &
26 (quarumque,) dictio † autem (omnis) ſingularis numeri tribuit vnicuique actum in ſolidum, gloſ. Bart. & alij in l. moſchis, de iur. fiſ. Couar. lib. 3. vari. reſolu. cap. 7. nu. 7. & nihil excludit, Natta, conſi. 63. nu. 12. & 13. Borg. deciſ. 2. num. 26. multum enim operatur ſignum vniuerſale ad ampliandam conceſsionem, vt per Corbul. de iur. emph. tit. de cauſa priuat. fol. mihi. 57. Vbi multum bene. Et hęc dictio cum ſit vniuerſalis affirmatiua; nihil incompræhenſum relinquit, l. Iulian. de leg. 3. et nihil videtur exceptum. Cephal, conſ. 497. num. 20. nec aliqua perſona, aut locus excipitur, Menoch. conſi. 282. num. 12. & compræhenduntur grauia Craueta conſ. 290 col. 4. decimo in terminis. & cõſ. 294. num. 1. vbi dicitur compręhendi etiã perſonas exemptas; & caſus improprios, & habet vim ſpecialis expreſſionis, Cephal. conſ. 451. num. 229. & 518. num. 45. Concurrit etiam dictio (quęcũq;) quæ eſt effrenata, late Mandoſ. ad Roman. conſi. 31. & compræhendit caſus maiores expreſsis. gloſ. in Clem. 1. de re iud. verb. quamuis, & in Clemen. 2. de rebus eccleſ. gloſ. fin. & compræhendit ea, quę requirunt ſpecialem mentionem, Socin. conſil. 3. num. 23. lib. 3. & quod compręhendat maiora expreſsis, Alexan. conſil. 30. num. 14. in 5.

Tum etiam quia beneſitia Principum pleniſsimè debent interpręt ari l. fin. ff. de conſt. prin. regula decet de reg. iur. in ſexto.

Sed his non obſtantibus, contrariũ
* fuit iudicatum in proceſſu Iurato. de

Cantauieja, ſuper iurisfirma, anno 1602. in curia Iuſti. Aragonũ vbi fuit dictum, & determinatum, quod in quocumque priuilegio, quantum pluis pleniſsimo, per quod liberentur vniuerſitates à qualibet exactione regali, & etiam pedatico, non ſunt exẽptæ à dimidio pedatico Turoli, quod actus curię volunt non compræhendi ſub nomine pedatici, vt in actu curiæ ſuper dimidio pedatico de Albarrazin, verb. los limites, fol. 21. col. 1 in fin. Idque ex eo,
27 † quia in actu cur. fol. 21. colum. 1. in fin. & col. 2. in prin. habetur, *Que todo Cauller, Eſcuder, o Clerigo, no paguen medio peage, &c. ſi ja no fueſſe coſa que la aya comprado, & la venda, & de aqueſto tal ſea tenido pagar medio peage.*

Ex quo infertur, quod cum perſonę exẽptę, & priuilegiatę in actu cur. nominatę ex rebus quas emunt, & vẽdunt, teneantur ſoluere medietatem pedatici, eodem modo erit dicendũ in iſtis priuilegiatis per priuilegium Regium, qui & ſi immunes & franchi ſint, nihilominus tenebuntur illud ſoluere, ex dictis rebus, in quibus mercimonia exercebunt. et quod ex hoc capite in hunc finem ſunt declarandę firmæ concesſę priuilegiatis, & exemptis.

Cui reſolutioni non obſtant adducta in contrarium, quia licet in ſe veriſsima ſint in ſuo caſu, lex tamen Regni, ſeu actus curię declarauit ſub ſimili exemptione militum, clericorum, & ſimilium priuilegiata, non cenſeri comprehenſum dimidium pedaticum. nec etiam obſtat, quod dici poſſet, quod licet actus curiæ generaliter loquatur in perſonis exemptis, nihilominus † lex generaliter loquẽs
28 non tollit priuilegium alicui ſpecialiter conceſſum, gloſ. in l. 3. C. de ſilentiarijs, lib. 12. C. quam extollit Rom. conſi. 436. Caſtrenſ. conſil. 146. num. 1. lib. 1. Felin. in cap. ſicut Romana de reſcript. num. 10. Suarez alleg. 9. num. 5. Tiraquel. titul. 1. §. 1. gloſ. 14. num. 42. & alibi diximus, id enim non procedit in caſu noſtro, vbi lex non generaliter loquitur, ſed ſpecificatim in omnibus exemptis, tam à lege, quam ab homine. Sed licet ita ſit iudicatum, multum tamen obſtant contraria, tu cogita, & maxime quia mitius agitur cum lege quam cum homine l. Celſus cum ibi
not. ff. de arbitr. & durius tenetur quis obligatione per ipſum contracta, quam obligatione legali Paul. Caſtrenſ. in l. in illa ſtipulatione 2. ff. de verb. oblig.

SVMMA EORVM, quæ in hoc §. 7. continentur.

1 *Ius coronationis ſoluunt vniuerſitates reales, & eccleſiaſtici, & quomodo coronatio fiat, & de eius ſolemnitate & origine plura traduntur.*

2 *Ius dotationis filiarum domini Regis: vulgo dictum maridage, ſoluunt vniuerſitates reales, & Eccleſiaſtici, & non ſolum filiabus legitimis, & naturalibus, verum & legitimatis per ſubſequẽs matrimonium, vt num. 3. & ibi ratio traditur.*

Pater

4 *Pater quemadmodum tenetur ad alendam filiam ſpuriam, ita & ad eam dotandam.*

5 *Ius cœnarum abſentiæ, ſiue præſentiæ Domini Regis, quid ſit; & vnde originem habuerit accurate traditur, & de eiuſdem iuris ſubſtitutione in pecuniam, nu. 6.*

7 *Cœnæ præſentiæ non poſſunt percipi a domino Rege niſi quando perſonaliter accedit vniuerſitati, ſecus in cenis abſentiæ, vt nu. 8. & vide num. 11.*

9 *Cœnæ alimentationis Principis quæ ſint traditur.*

10 *Ius ſe hoſpitandi & recipiendi hoſpitia a vaſſallis de iure ſoli Principi, & non alijs competit.*

12 *Cœnæ preſentiæ debentur etiam Locumtenenti generali, et primogenito domini regis. num. 13.*

14 *Cœnæ alimentationis (quæ & abſentiæ dicuntur) debentur omnibus filijs domini regis, quia debẽt viuere in Regno, quod in partitionem non venit, niſi alias habeant vnde ſe alere poſſint, excepto primogenito, vt ibi, et num. 15.*

16 *Cœna præſentiæ, & abſentiæ ſimul in vno anno leuari, et colligi non poſſunt, ſed vna tantum.*

17 *Cœnas abſentiæ poteſt dominus Rex alicui gratuito concedere.*

18 *Cœnas filiorum ſuorum in dubio Rex non videtur conceſſiſſe, et ibi, vide bonam deciſionem curiæ, et nu. 19. 20. et 21. et amplia 22. et 24.*

23 *Primogenitus cœnas nõ percipit niſi a locis, a quibus antiquitus ſolitus eſt percipere*

25 *Priuilegium eximens quẽ generaliter a cœnis, et alijs exactionibus, an videatur comprœbere dotes filiarum domini Regis dubitatur.*

26 *Vaſſalli tenentur de iure cõferre ſubſidiũ domino pro filia nuptui collocanda, et n. 27. et quod ita ſeruat conſuetudo generalis, n. 28.*

29 *Pater filiæ ſpuriæ alimenta de iure canonico præſtare tenetur, limita tamẽ, vt n. 30.*

31 *Valet argumentum de alimentis, ad dotem.*

32 *Dñs Rex an poſſit abſoluere vaſſallos ab obligatione præſtandi dotem filiabus domini regis, ſtante diſpoſitione for. vni. tit. de dotibus filiarum dubitatur, & ibi de intellectu for. ac tandem re-*

ſoluitur negatiue num. 35.

33 *Legatum factum marito cõtemplatione vxoris, eius fauorem reſpicit, & ſola ipſa illud petere poteſt.*

34 *Contrarium traditur nu. 34. & ibi de interpretatione l. titio centum §. titio genero ff. de condition. & de monſt.*

36 *Inquiſitio in hoc regno regulariter prohibetur, permititur tamen contra officiales domini regis.*

37 *Arrendatores ſalinarum domini regis inquiri non poſſunt, & ibi de ratione.*

38 *Appellatione adminiſtratoris de foro & iure, nõ cõtinetur arrendator.*

39 *Forus vnicus tit. quod omnes officiales iurent optime explicatur & num. 41. & 42.*

40 *Arrendator iurium regalium veluti ſalinarum, non dicitur officialis.*

43 *Arrendatores ſalinarum non dicũtur leuatores iurium regalium, vt fori loquntur, quia ad ſuam vtilitatem, non vero domini regis adminiſtrant: prout ita fuit deciſũ in curia, nõ obſtãtibus cõtrarijs exemplaribus: vt nu. 44. & 45. & 46.*

47 *Nõ ſolũ iura regalia executantur priuilegiatè, & non obſtãte exceptione, ſed etiam omnia debita fiſcalia.*

48 *Nulla differentia conſtituitur in regno inter patrimonium publicum, & priuatum regis, & quid de iure.*

49 *An in regno fiſcus agat vt heres creditoris, & quid ſi agat contra debitorem debitoris, & quo iure: late diſcutitur.*

§. 7.

ALIVD ius regni datur quod coronationis dicitur, quod ſoluunt vniuerſitates reales & eccleſiaſtici dominis regibus & Reginis, quando coronantur in Reges, quod antiquitus ſolebat fieri Cęſarauguſtæ in eccleſia maiori, tempore quo ipſe dominus Rex ſuccedebat in regno, & quando ipſæ dominę Reginę nubebant regi Aragonum: quę coronatio fiebat cum magna ſolemnitate & feſto, conuocatis brachijs ſeu ſtatibus regni, & veniendo ex palatio regio, quod communi ſermone dicitur de la Aljaferia ab Aljafa rege maurorum, extra murum ſito, in eccleſiam maiorem, vbi dominus Rex vigilabat vna nocte, & ſequenti die inter miſſę ſolemnia coronabatur & vngebatur

gebatur, quibus actis reuertabatur in
ſuum regium palatium, vbi omnes
inuitabantur quicunq; volebant, ex-
penſis domini regis, & ad exigendum
hoc ius coronationis dabat rex fideiu
ſores de celebrando hoc feſtum intra
annum. Sed iam ſint plusquam cen-
tum anni, quibus domini Reges
non ſolent ſic coronari, & ob id ex
concordia ſolēt vniuerſitates ſoluere
meditatem huius iuris domino Regi,
ſiue coronetur, ſiue non, de quo
iure vide in for. iure de coronatio-
nis.

Ad huius ſimilitudinē datur aliud
ius dotationis filiarum domini regis,
† quod dicitur demaridage, quod ſol
2 uunt vniuerſitates reales, & eccle-
ſiaſticæ in dotationem filiarum ſua-
rum, quando matrimonio collocan-
tur, ſi tamen ſint legitimę & natura-
les, & reſpectu primi matrimonij, prę
ſtita per dominum regem cautione,
quod intra annum fiet ſolemnizatio
matrimonij, ſed an ius hoc debeatur,
ipſis filiabus, an vero dominis regi-
bus in ſubuentionem ad dotandas fi-
lias, magna eſt quęſtio, & magni effe
ctus: de qua vide infra dum de cęnis
agitur. vbi tractatur queſtio hęc in
praxi habita, de hoc iure vide forum
vincū de dotibus filiarum domini Re
gis, & licet forus agat de filiabus ex le
gitimo matrimonio procreatis, adhuc
dico † quod ſi eſſet filia per ſubſequēs
3 matrimonium legitimata, iuxta c. tā
ta qui filij ſint legitimi, adhuc eſſet
dotanda per iſtum forum, quia filius
legitimatus per ſubſequens matrimo
nium eſt vere legitimus, et natura-
lis, & ex legitimo matrimonio natus,
quod requirit iſte forus, vt notat
Butrio in c. innotuit col. 2. de electio
ne Paul. in l. fin. C. de his qui veni
æta impetr. Decius in l. generaliter
§. cum autem C. de Inſti. cum con-
cord. adductis per Couar. deſponſali
bus 2. p. c. 8. §. 2. num. 30. licet fi-
lius ex reſcripto legitimatus, non di-
catur natus ex legitimo matrimonio,
Cur. Iunior conſ. 64. num. 12. Iaſſ.
Alex. Decius in l. generaliter §. cum
autem C. de Inſti. Alex. conſ. 2. in
reſponſione ad 8. vol. 1. & in eo non
procedet iſte forus.

Illud tamen in huius confirmatio-
nē certiſsimum eſt, quod pater ita te
4 netur † ad dotandam filiam ſpuriam,
ſicut ad eam alendam, latè in meis
deciſionibus Bart. in auth. ex cōplexu
C. de inceſtis nupt. Abbas. in c. cū ha
beret de eo qui duxit in matrimo.
comuniſque eſt opinio ſecundum
Ioan Baptiſta. in l. ſi qua Illuſtris col.
penul C. ad ſenatus conſul. orfitian.
vnde niſi forus ita loqueretur, conſue
tudo ſiue lex quod ſubditi teneantur
dotem filiabus domini Regis exhibe
re, intelligenda eſt & etiam de ſpurijs
vt per Prępoſitum in c. 1. §. ſimili-
ter de lege Conradi in feudis Caſſan.
in conſu. Burg. rubr. 8. §. 5. num. 38.

Aliud non minus principale ius re-
gale habetur in foris, & obſeruantijs
Regni Aragonum, quod ſolet appel-
lari ius cænarum præſentiæ, & abſen
tiæ, de quo in foro de cęnis domini
Regis, & in alijs foris, & obſeruan-
tijs loquentibus de cęnis. Ius hoc ha-
buit originem † nam cum in princi-
5 pio naſcentis Regni, Reges Arago-
num non haberent iam extenſum, &
latum Regnum, viſitabant ciuitates,
villas, & loca eius in quolibet anno,
Iuſtitiam adminiſtrando, quia hoc
eſt principale munus viſitationis: vni
uerſitates autem ipſę loco procura-
tionum pręſtabant alimenta, & alia
neceſſaria ad victum, dum ipſi Reges
vaccabant viſitationi, & ex hoc cœ-
pit nuncupari ius cęnarum hoc eſt
cenę. Poſtea vero ſiue quod occupa-
ti do-

Digitized by Google

ti domini Reges non poterant vaccare viſitationibus, ſiue alia de cauſa cępit introduci ferè in omnibus vniuerſitatibus Regni, vt loco cęnarum
6 & victus, daretur † certa quantitas domino Regi, ad huiuſmodi victum, & expenſas, quæ quantitas vbi maior ſolet dari, non excedit centum libras, in alijs minus aſsignatur ſecundum qualitatem vniuerſitatis, & in villa de Almudebar practicatur, quod loco cœnę pręſtentur victualia quædam.

Et iſtę cœnę nõ poſſunt exigi, nec leuari, niſi dumtaxat quando dominus Rex perſonaliter aſiſtit in ipſis locis, & vniuerſitatibus, & ſic appellantur cænę praſentię. Poſtea vero vt
7 vniuerſitates releuarentur ab huiuſmodi expenſis, quas facere tenebantur propter præſentiam Regis, fecerunt concordias paulatim cum ipſis Regibus, de dando eiſdem quolibet anno certam quantitatem, quę ſolet eſſe communiter dimidia pars alterius cœnę pręſentię, & has vulgariter appellamus cœnas abſentię, † quas
8 dumtaxat tenebantur pręſtare, quando dominus Rex non leuabat cęnas preſentiæ. Et hinc eſt quod iſtæ cænæ abſentię non poſſunt exigi, nec leuari niſi in fine anni, & ſic eo tempore, quo iam non eſt locus leuandi cænas preſentiæ viſitando.

His ſimile eſt aliud ius quod appellamus cœnas alimentationis Principis, nam quam primum Rex Aragonum † habet filium primogenitum,
9 ſoluunt vniuerſitates certum quid ad illius alimenta, quantitas non eſt certa, nec determinata, ſed ſoluunt ſecundum quod de conſuetudine ab antiquo ſoluerunt, & credo quod non excedit hoc ius quolibet anno mille ducatos, ex quo manifeſtè patet quanta ſit tenuitas redditũum regalium huius Regni. Sed quia materia hæc cænarum, tam pręſentiæ, quam abſentiæ, & etiam alimentationis eſt nimium inuoluta, & obſcura, nec per foros & obſeruantias Regni bene declarata, & meis temporibus vidi mille dubia. Ideo viſum eſt ſequentia annectere, quibus habeas veram & claram reſolutionem in hac materia.

10 Supponendo primo, quod Principi, & non alijs, de iure competit † ius ſe hoſpitandi, & recipiendi hoſpitia à vaſſallis. l. 2. C. de metha. lib. 12. Bald. in l. obſeruare in princ. ff. de officio proconſul. neque hoc ius tranſit in generali conceſsione caſtri, etiam cũ omni imperio, quia eſt de reſeruatis Principi. Gregor. Lopez. 4. partit. tit. 25. lib. 6. verbo, Deuen los ſeruir vbi glo. & ſi Princeps expreſſe illud ius concederet Baroni, deberet reſtringi taliter, quod in modico lederet vaſſallis, veluti, quod concederet hoſpitium in tranſitu, quando tranſeunt cauſa viſitationis, vel ex alia cauſa per loca vaſſallorum, ſecundum Io. Andr. in additio. ad ſpecul. tit. de feudis, §. quoniam, col. antepen. verb. & nota, quod vaſſalli Comitum, &c. ſeu ita intelligi conceſsio deberet, vt moram ſuperfluam ipſe, neque ſui in talibus hoſpitijs facerent, vt de pace cõſtantiæ verb. moram ſuperfluam in ciuitatibus non faciemus, & ibi Baldus.

Quo ſuppoſito ad intellectum materię cænarum ſuppono, quod cœnę præſentię, ſeu iuriſdictionis, ſiue viſitationis (nam ſic appellantur, & vere dicuntur procurationes) debentur ratione pręſentię † & viſitationis, ad
11 hoc vt Rex viſitet vaſſallos ſuos, & faciat eis iuſtitię complementum etiã per actus curiarũ & aliàs eſt quoddã cabreue, vbi ſunt deſcripta loca in quibus exigũtur hec cœnę, & debet Rex in

in perſona accedere ad ciuitatem, villam, locum & communitates regni, & ibi per certum tempus a foro præfixum manere, for. 1. de las cenas de preſentia & ibi facere iuſtitias querellantibus, hęc cœnæ debentur regi de foro, & locumtenenti † generali d. for. quia pro eadem perſona
12 regia dicitur collocari, & ſic dicitur poſſe omnia quæ dominus rex, excepta conuocatione, & celebratione curiarum. Bardaxi de offi. guber. gen. q. 5. num. 58. debentur etiam † pri-
13 mogenito ratione ſupra dicta, Bardaxi vbi ſupra qui ſimiliter debet, viſitare regnum, vt per Bardaxi vbi ſupra per for 3. de regent. offitium guber. vt non poſſit alium Regentem ipſum offitium facere, ibi cum ipſę cęne gubernatori (qui eſt primogenitus) conſueuerint dari dumtaxat: & forus ille loquitur de omnibus cęnis, & licet dicat quod ſolum gubernatori dantur, hoc dicit ad excluſionem regentis offi. guber. non vero aliorũ filiorum domini regis, quibus cęnę alimentationis debentur etiam, ex quo foro conſtat, quod cęnę aliquę non debentur regenti offi. guber. & ſic iſtę cęnę præſentię ſoli Regi, Locumtenenti generali, & primogenito debẽtur.

14 Aliç ſunt cęnę alimentationis, quę dici poſſũt abſentię † ad differentiam ſupra dictarum, quę propter preſentiam dantur, & dicũtur proprię cęnę alimentationis, quę debentur omnibus filijs domini Regis: eſt ratio quia debent viuere in regno, & regnum non venit in partitionem, & ſic debent alimentari de regno, cum hoc tamen, quod eo ipſo quod filij Regis (excepto primogenito qui licet ſit hereditatus, & habeat vnde ſe alat, propter eius eminentiam qui maiora alimenta exigit vnde ſe alat, debentur ei hęc cænę per for.) habent vnde ſe a-
15 lant & ſunt hęreditati non habebunt iſtas † cęnas: hęc habentur in obſ. fori editi apud Exeam. Et etiam eſt notandum quod eo anno quo leuatur cę-
16 na preſentię non poteſt leuari cęna abſentię, quia vno & eodem anno non poteſt de foro leuari † cęna preſentię & abſentię ſimul, for. vnico de cęnis domini Regis, per rationem dicti for. 1. dico quod etiã primogenitus ſi leuauerit cęnas abſentię, non poterit poſtea leuare cęnas præſentiæ, ſed compenſabit vſque in concurrentem quantitatem, verum ſi Rex leuauerit cænas præſentiæ, ſeu abſentiæ: tunc primogenitus non leuabit ſuas cęnas preſentię, ſed compenſabit illas, leuabit tamen cenas alimentationis. Verum hoc debet intelligi reſpectu domini Regis qui habet cęnas prçſentię, & abſentię, per forum de cęnis dñi Regis, & forum de cęnas de preſentia, & etiam reſpectu primo geniti qui ſimiliter habet de foro cęnas abſentię, & preſentię. Alij autem ſcilicet Locumtenens, & filij Regis, vltra primogenitum non habent duplices cęnas, ſed alij cęnas abſentię, alij preſentię reſpectiue vt dictum eſt. Et ſic dictus forus de cænis domini Regis dicit in fine, quod ſi Rex, & ſui anteceſſores, & ſucceſſores fecerint gratiam de aliqua cæna abſentię alicui, quod in illo anno, & durante illa gratia non ſoluatur cæna præſentiæ vſque ad quantitatem cænæ abſentiæ de qua erit facta dicta gratia. Ex quibus verbis infero quod & Regi debentur cænę abſentiæ, & de his poteſt Rex facere gratiam † alicui vt
17 in dicto foro continetur. Et tunc ſi vna leuatur non poteſt alia leuari, vt in dicto foro continetur. Ex quo ſequitur quod bene poteſt Rex ſuas

cænas

cęnas remittere alicui per priuilegiũ, vt ibi continetur, & tunc non compræhenduntur in dubio cęnæ primogeniti,nec aliorum filiorum (quę proprię alimentationis dicuntur) quia in dubio nõ eſt cenſendũ† voluiſſe Regẽ
18 remittere cęnas filiorum, & priuilegium non preiudicat tertio in dubio, ex deffectu voluntatis concedentis. (Et quid ſit ſi expreſsè remiſiſſet cęnas filiorum, dicam infra.) vt ex hoc capite & motiuo fuit ſimilis declaratio facta in proceſſu Iuratorum Vallis
* de Tena,ſuper iurisfirma, quę fuerat prouiſa virtute priuilegij, cum verbis generalibus de non ſoluendo cęnas, nec iura regalia(nulla tamen mentione facta de cęnis filiorum) vide in eo proceſſu ſup. iurisfir. die 24. Octobris 1534. vbi priuilegium eximebat à ſolutione cęnarum,marabetini, & aliorũ iurium regalium, cum verbis generaliſsimis aptis ad comprehendendum omnes cęnas,&iura,verba ſunt, (Concedimus donationem & priuilegium,vt non detis nobis,nec ſucceſſoribus vllum marauetinum, vllam caualleriam.nec etiam cenam, vel aliquam rem, nec dare teneamini vllum marauetinum, vllam caualleriã, nec cęnã, vel aliquã rem quę dici, vel excogitari poſsit pro marauetino, caualleriã,nec pro cena nobis, nec ſucceſſoribus noſtris.)Et tamen fuit † de
19 claratum in eo proceſſu, die 31. Ianuarij 1571.in dicta firma, & eius inhibitione non fore comprehenſa iura cænarum alimentationis,& primogeniturę filiorum Regis,quaſcumque pronuntiationes in contrarium factas reuocando, & hoc ex deffectu voluntatis,et intentionis concedentis, qui in dubio prçſumitur cõceſsiſſe iura ſua, non autem aliena. Ex eodem capite
* fuit idem declaratum in proceſſu Iuratorum de Sadaua, ſuper iurisfirma, quę firma fuit prouiſa, die 3.Iulij 1582 & verba priuilegij ſunt (Enfranquimus,vos & veſtros ſucceſſores de ſeruitio,ab omni peyta, cęna, exercitu, caualgata,& auxilio,ſubſidio, & alia qualibet exactione regali, & redemptionibus eorum,licet iam per priuilegium dicti Regis Iacobi eſſetis franchi) declaratio vero fuit † facta die 8.
20 Aprilis, 1598. vt ex deffectu voluntatis concedentis non veniat cęna primogeniti,hoc idem fuit pronuntiatũ in proceſſu Iuſti.Iurator.Concilij,ville
* de Exea, contra ſuper grauamine, anno 1554.19.Ianuarij,in libro camarę conſilij Iuſtit. Aragon. illius anni.
21 Vbi fuit dictum & declaratum,† in ſimili priuilegio non contineri cęnas primogeniti,& alimentationis.Quando vero Rex expreſſe concedit exemptionem à ſolutione infantagij,& cęnarum alimentationis filiorum Regis,tunc fuit declaratum non valere illud priuilegium, † ſaltem in preiu-
22 ditium filiorum, in proceſſu Abbatis
* ſanctę Mariæ Sanctę Fidis, ſuper iurisfirma priuilegiata,19. Ianuar.1537. Vbi priuilegium loquebatur de infantagio filiorum,& fuit data firma, tandem poſtea fuit reuocata,die 27. Auguſti 1537. ex deffectu poteſtatis,quia non potuit dominus Rex in prçiuditium tertij concedere illud priuilegium,ſimilem firmam habent Iurati de Anſſo, vbi fuit data 18. Auguſti,
* 1535.Et tamen fuit petitum declarari non fore comprehenſas cęnas primogeniti. Et fuit denegata declaratio, quia erat in effectu reuocare firmam, die 8. Aprilis 1598.Verum ſi fuiſſet petita reuocatio,fuiſſet reuocata firma, ſicut ſuperior,nam ſic vidi inclinatos meos collegas,& ſine dubio ex hoc capite reuocabitur. Verum eſt quod pri
23 mogenitus non percipit † cænas niſi in locis à quibus antiquitus ſolitus

eſt

eſt percipere, Molina verbo primoge
nitus, ſecundum ſuperiora dicit Per-
tuſa ad obſer. fori ędidi apud exeam,
quod priuilegium Regium quod ali-
quem, vel aliquos eximit à cęna, non
24 eximit à cęna primogeniti, † ſic fuit
pluries iudicatum, & deliberatum in
conſiſt. Iuſtitię Arago.

Idem dicendum eſt de cænis alio-
rum filiorum domini Regis vltra pri
mogenitum, vt non fiat eis prçiudi-
tium per priuilegium Regium, &
idem de dotibus filiarum domini Re
gis, cum ſuccedant loco alimẽtorum,
hęc Pertuſa.

Vidi etiam multum dubitari me
exiſtente Locumtenente, an priuile-
gium eximens generaliter à cęnis †
& alijs exactionibus, & c. quinimo
25 licet expreſſe eximeret à ſolutione iu
ris alicuius pro maritandis filijs do-
mini Regis, an valeret, dicebat fiſ-
cus, quod in primo caſu in dubio non
eximit à dote, ex deffectu voluntatis,
ſicut nec à cęnis filiorum, & quod
plus eſt, licet expreſſe hoc diceret, vt
in ſecundo caſu non valeret, ex deffe-
ctu poteſtatis, ſicut nec potuit prę-
iudicare cęnis filiorum, vt ſupra di-
ctum eſt, allegabat fiſcus locum Per-
tuſę vbi ſupra.

Sed pro reſolutione huius dubij de
26 bes aduertere, quod vaſſalli tenentur
de iure ferre ſuppetias, vel conferre †
ſubſidium domino, pro filia nuptui
collocanda, ita Vldaricus Zaſius de
feudis, ſeptima parte, numer. 47. Ho-
ſtienſ. in ſumma de immunit. Eccleſ.
§. 1. ad prin. Martinus Laud. in cap. 1.
An apud iudicem vel domi, queſtio.
feud. termi. &c. in vſib. feud. quod
Zaſius extendit etiam ad filiam ſpu-
riam, cum de iure Pontifitio pater te-
neatur ad alimenta. cap. cum habe-
ret de eo qui duxit in matr. (& licet
Ioan. Andr. ad ſpeculum, vbi ſupra di
cat, vaſſallum non teneri contribue-
re pro filia domini maritanda, nec ad
alia quatuor ibi ſcripta obſequia præ-
ſtanda, allegans alios pro ſua opi-
nione) Zaſius, tamen vbi ſupra dicit,
quod Ioan. Andr. verum loquitur in
omnibus alijs caſibus, excepta dota-
tione filiarum domini, quia in illis
non tenentur ſecundum leges, et con
27 ſuetudines feudorum: Pro dotatione,
† vero filiarum tenentur vaſſalli de
conſuetudine, vt bene reſoluit ſpecul.
in tit. de feudis §. quoniam ad fin. ver
bo, Et nota &c. dicens teneri vaſſallũ
domino pro filia maritanda; & licet
Bald. in c. 1. §. ſimiliter de capite Cor-
radi in vſib. feud. aſſerat, vaſſallum nõ
teneri domino, quãdo maritat filiam,
niſi ſit ſpecialis conſuetudo: contra-
rium tamẽ, quod immo teneatur ſub
uenire domino pro filia maritanda,
tenet Prępoſitus in d. §. ſimiliter, di-
cens, ex Hoſtienſe vbi ſupra, quod ita
28 ſeruat † conſuetudo generalis, ferè
vbique: quinimo Martinus Laud.
cap. 1. an apud. iud. vel domin. queſt.
feud. &c. In vſibus feudorum, tenet,
quod vaſſalli nedum pro filia legiti-
ma, ſed etiã pro filia ſpuria domini ma
ritanda, tenentur, nam ſicut pater te
netur præſtare alimenta † filię ſpurię
de iure cano. dict. cap. cum haberet:
ita tenetur etiam eam dotare, ſecun-
dum Bart. & alios in authen. ex com-
plexu, C. de inceſtis nupt. licet non
debeat tanta dos conſtitui ſpuriæ, ſi-
cut legimæ, DD. vbi ſupra, Bart. in l.
final. ff. de his quibus, vt indig. quod
intellige, quando filia ſpuria, vel

naturalis non habet aliunde vnde ſe alat, ſecus ſi habeat, nā tunc pater nō tenetur dotare naturalem, vel ſpuriā, l. vxorem §. pater naturalis, ff. de leg. 3. & ibi Bart. vide Bald. in l. mater, C. de iure dot. Et ita Caſſan. inconſ. Burg rubr. 8. §. 5. numer. 38. fol. 1162. tenet cum alijs, quod ſtante ſtatuto, vel diſpoſitione, quod vaſſalli teneantur, pro maritanda filia domini, quod etiam inponi poſſunt pro maritanda filia ſpuria, quod eſt notandum, cum filia ſpuria debeat alimentari, & per conſequens dotari, cum bonum argumentum † ſit de alimentis ad do-
31 tem, pro vt tenet Laud. & Card. Alexand. in d. §.

Similiter hanc opinionem, quod vaſſalli teneantur contribuere pro dotibus filiarum domini, tenet Guido Papa, deciſ. 57. nec eſt diſsimile quod in omnibus Regnis dantur alimenta filijs Regum, in Francia datur pro alimentis apanagium filijs maſculis, & deſcendentibus ex eis maſculis fœminis, & deſcendentibus ex eis non datur. In Aragonia vero dantur filijs maſculis cenę, loco alimentorum, obſer. 1. fori ędeti apud exeam, de quibus ſupra dixi, hæc non dantur filiabus Regum, ſed pro dotationibus illarum, Regnum tenetur domino Regi in ſubſidium dare certam quantitatem, de qua in actibus curiæ. Vide forum de dotationibus filiarum.

Dubitatio modo eſt, an Rex poſſit aliquo accepto, ſeu propter bene-
32 merita abſoluere † vaſſallos ab hac preſtatione dotis, (nam de cęnis non poteſt, vt ſupra dixi) hoc dependet ab alio, ſcilicet an hęc actio quæratur Regi, an vero filiabus ſuis; & ſecundum Bart. & Paulum de Caſtro in l. ſeruo legato. § ſi teſtator de leg. 1. videtur dari actio in vim ſtatuti filiabus, ex quo in earum fauorem fuit conditus hic forus de dotibus filiarū, quod ſi ita eſt, non poteſt Rex actionem tollere; ſed hoc eſt dubium, an contemplatione illarum, vel patris, vel omnium, diſponat forus, Sed adhuc pro filiabus facit, quia legatum factum marito nomine vxoris, eius
33 fauorem reſpicit, & ſola † ipſa petere illud poteſt, l. ſeruo legato. § ſi teſtator, ff. de legat. 1. vbi ſi legatur genero nomine filiæ, non genero, ſed filia, cuius contemplatione fit legatum, habet actionem, l. fideicommiſſa. §. interdum de leg. 3. vbi legatum factum publicano pro Titio, Titius ſolus petet, quia eius contemplatione fuit factum, & non attenditur perſona, in quam verba diriguntur.

Contrarium habet, l. Titio centum. §. Titio genero, ff. de condit. & demonſtr. l. tali facta ſtipulatione, ff. de iure dotium, quæ dicunt quod in
34 hoc caſu † vtrique competit actio, quia vtriuſque contemplatione fit legatum, nam in illis legibus legatum factum genero nomine vxoris, ambo poſſunt petere, ſed gloſ. in dict. §. Titio genero, & Paulus Caſtrenſ. in §. ſi teſtator dicunt, quod de rigore ſola vxor habet actionem, dict. §. ſi teſtator, de æquitate vero, etiam maritus, dict. §. Titio genero, & dict. l. tali facta ſtipulatione, & ſi hoc ita eſt, ſequitur, quod etiam maritus poteſt petere dotem, & recipere, & accepto ferre, vt in d. §. Titio genero, & d. l. tali. cū ſequē. pro quo facit l. profectitia de iure dotium, vbi ſi dono marito, vt det vxori, maritus ſit dominus, ſed tenetur reſtituere vxori, vt ibi dicitur

tur, eadem ergo ratione in noſtro caſu idem eſt, vt ſcilicet Rex poſsit petere, accipere, & diffinire, vt ipſe forus, & Molin. verb. dos ſentiunt, ita
34 ſpeculator, tit. de feudis §. quoniam in fin. Sed quidquid ſit, illud certum eſt, quod pendente lite, ſuper hoc dubio, priuilegium debet ſuſtineri, Molin. verb. priuilegium. Vide in proceſſu Iuratorum de Villa Real, ſuper iurisfirma, decimoquarto Auguſti, milleſimo ſexcenteſimo primo.

Tandem fuit iudicatum pro fiſco,
35 ſcilicet vt ſimilia priuilegia non comprehendant dotationes filiarum domini Regis, nec ius alimentationis, in proceſſu procurato generalis, com munitat. Calataiubij, ſuper iurisfirma, menſe Octobr. vel Nouembr. milleſimo ſexcenteſimo ſecundo.

Secundum ſuperiora ius ſalinarũ, quod eſt ius regale, & arrendatores ſalinarum (quæ de regalibus ſunt) executantur non obſtante firma, & exceptione, & hoc citra omnem difficultatem eſt, & ſic non eſt in eo immorandum.

Sed difficultas maxima verſatur, (& de quo vidi multum dubitari) an arrendatores ſalinarum domini Regis, quæ ſunt de reditibus regalibus, poſsint inquiri per dominum Regẽ, tanquam officiales, nam in Regno inquiſitio eſt † prohibita, & omnia fiunt parte legitima inſtante, niſi in aliquibus caſibus ſpecialibus, per foros exceptis, quorum vnus eſt contra officiales delinquentes, & contra leuatores redditum regalium, & adminiſtrantes aliquid pro domino Rege, contra quos datur inquiſitio. Iam igitur dubitatur an detur contra iſtos arrendatores iurium regalium, & dicendum eſt,
36 † quod non, primo, quia ita ſentit Molin. verb. arrendatio, & Pertuſa titul. de inhibitionibus & firmis: ratio eſt, quia arrendator nomine ſuo adminiſtrat, non Regio, nec ad Regis vtilitatẽ, nec eius officialis dicitur, Ancharran. eleganter, conſil. 110. Bertach. in Reporto. verb. fraus, verſi. penultimo vbi allegat alios. Afflictis in conſtit. Neapoli, rubr. 47. num. 4. & 10. in fin.
37 Facit, quia in foris appellatione adminiſtratorum non venit † arrendator, patet per forum de los receptadores de las pecunias, anni 1518. & fuit neceſſe, quod per alium forum ſtatueretur idem circa arrendatores, foro de executione facienda, anni 1533. Facit etiam forus de los adminiſtradores, vbi adminiſtratores tenentur facere librum de adminiſtratis, & dare rationem in Regno, & tamen arrendatores non faciunt librum, nec obſtat forus vt omnes officiales Arago. teneãtur iurare, vbi ponit arrendatores, nã dicit Molinus, quod dicũtur officiales, largo modo. Deinde conſiderandum eſt pro illius fori intelligentia, quod forus ille non venit † ad determinandum qui ſint officiales Regij, ſed potius ad iniungendum onus hoc, vt omnes officiales in ingreſſu officij teneãtur iurare, licet officiales aliquot dinumerit.

Vnde duo ex eo reſultant, primũ eſt, quod alij quoque officiales præter dinumeratos præſtare nihilominus teneantur iuramentũ, vt forus diſponit, alterum vero, quod vbi in facto contingeret, aliquem ex nominatis arrendatoribus officialem non eſſe, tunc ad iurandum non eſſe compellendũ, tanquam officialem. Cum igitur vox arrendator, qua forus vtitur, in facto poſsit eſſe cum officio, & ſine officio, vt nigrum adaptetur rubro dicendum eſt, forum neceſſario eſſe intelligendum de arrendatore, qui officium habet, & non de illo

Ee 2 qui

qui nullum omnino habet officium, qui nec officialis erit, nec tenebitur iurare, huius poſterioris generis eſt ar-
40 rendator† iurium regalium, veluti ſalinarum, quia cum ex locatione nullum officium habeat, non comprehenditur in ipſo foro.

Facit verſ. & officialis & verſ. alij officiales, quatenus forus addẽdo formæ iuramẽti generali quã preſcripſerat, & magis ad ſpeciem deueniendo, officiales omnes ac iudices, de quibus fuerat locutus, in duas ſpecies diſ-
41 tribuit, aut enim tales ſunt † quod ex officio habẽt iudicare, & cognoſcere cauſas ordinariè, & hos precipit debere iurare, quod metu, odio, amore, iuſtè iudicare non deſinent; aut tribunal nõ habẽt nec cauſarum cognitionem, & ij iurent quod non deſinent ſimiliter ſuum officium, quod cuiq. commiſſum fuerit, miniſtrare; cum igitur in has duas ſpecies officiales diſtinguat forus, dicendum eſt ipſum lo-
42 qui de arrendatore, † cui iuriſdictio eſt connexa, vel de eo cui officium aliquod adiunctum eſſet, arrendator autem iurium regalium, veluti ſalinarum nil horum habet.

Nec obſtat ſalinas eſſe de regalijs regis c. 1. quæ ſint regal. Decius conſ. 292. num. 1. quia ex hoc non ſequitur, arrendatorem aliquid pro domino rege miniſtrare

Minus obſt. Molin. verbo inquiſitio dicens, quod poſſunt inquiri per obſ. 1. de generali priuileg. & priuil. gener. quia illæ obſ. ſolum dicunt de collectoribus, & leuatoribus iuriũ regalium, arrendatores autem non dicũtur leuatores †quia ad ſuam vtilitatẽ,
43 & nomine ſuo, & non regis adminiſtrant, & mutatione perſonæ mutatur priuilegium fiſci, Anchar. vbi ſupra
* ita fuit iudicatum in proceſ. Menauti de Morlanes, ſuper iuris firma, anni 1602. Nec his obſtat contrarium exẽplar, deductum de proceſſu Petri
* Ab ego ſuper iuris firma, anno 1583. 12. Febru. quia ibi arrendator petijt firmam, ne poſſet inquiri, quę firma fuit reuocata, & bene † quia erat arrẽ
44 dator pedatici, & ſic officialis vt cõſtat per forum el ſeñor Rey, & alios de pedati. & foros de lezdis, tum quia inhibebat ne contra eum fierent proceſſus aliqui ciuiles per iudicem enqueſtarum, nec per alios iudices, & ſic ex his poſitionibus deſaforatis fuit reuocata. Et eodem modo non obſtat †
45 aliud exemplar, deſumptum ex proce-
* ſu procur. fiſ. contra Iorgium de Rueda, ſuper crimi. an. 1598. quia fuerat arrendator pedatici villæ de Sariñena, & tales ſũt officiales. Nec obſt. etiam proceſſ. procur. fiſ. cõtra B. Conchillos, qui erat peſſador del peſſo real.
* anno 1586. nam ibi non oppoſuit fori † declinatoriam contra iudicem enqueſtarum inquirentem, licet vnus
46 ex inquiſitis eam opoſuiſſet coram nuncio citante, & poſtea comparuit & ſe defendit non opponendo declinatoriam, quod facere debebat, vt tenet Bardaxi in for. 3. de foro comp. & ſic bene fuerũt condemnati.

Alia ſunt iura regalia Regibus Aragonum conceſa quę omitimus recenſere, cum inſtitutum noſtrum ſit iuris firmarum materiam explicare alia autem non niſi perfunctorie, & per tranſitum, vbi id ocaſio petat tractare tantum.

Et non

Et non ſolum iura regalia, quæ ſunt
de demanio Principis, executantur
47 priuilegiatè, verum etiam & quęcum
que alia debita, quę patrimonio, ſeu
fiſco Regio debentur, & ita omnes fiſ
ci debitores, etiam ex confiſcatione
bonorum alicuius rei, poſſunt execu-
tari priuilegiatè ad inſtantiã fiſci, nul
la habita diſtinctione inter debitores
redditimm regalium, & alios quoſcũ-
que, quia de iure debitor fiſcalis com
pellitur ſoluere priuilegiatè & execu-
tiuè l. quoniam nonnulli de appellat.
Suarez in l. poſt rem iudicatam caſu
7. Oſaſcus deciſio. 86. Peregrin. de iu
re fiſci, lib. 6. tit. 7. num. 5. quod pro-
cedit ex quacumq; cauſa debitor ſit,
de foro tamen Regia iura exiguntur
priuilegiatè, non obſtante firma, vt
ſupponit forus, que los precios de las
arrendaciones Reales. Et cum forus
non diſtinguat, nec limitet non eſt fa-
cienda differentia, & ſic videtur reci-
piendus etiam in arrendatoribus bo-
norum de patrimonio priuato, l. bene
à Zenone C. de quadriennali preſcri-
tione, quam pondcrat Garcia de no-
bilitate, gloſ. 3. §. 1. num. 24. & ſic in
quibuſcumq; iuribus videtur loqui, nã
indefinita legis vniuerſali æquipollet,
obſeruantia item donatio, de dona-
tion. Deinde quia quicquid diſtin-
guat Gregorius Lopez † inter patri-
48 monium publicum, vel priuatum in
l. fin. titul. final. partit. ſexta, tamen
praxis huius Regni obtinuit, vt ea-
dem prerrogatiua in vtroque caſu
locum habeat, teſte, Garcia de nobi-
litate, gloſ. 3. §. 1. num. 25. vbi pulchrè
ponderat verba illa, (los bienes delos
Reyes,) quæ cum generalia ſint gene
raliter intelliguntur, & facit ea ra-
tio, quia Reſpublica Romanorum,
etiam in his quæ iure priuato poſſi-
debat, reſtituebatur, ergo idem in
Principe, qui Rempublicam repreſen
tat ad l. 3. C. ad trebell. Confirma-
tur, quia ſi debitores vniuerſitatis,
ex quacumque cauſa debitores ſint,
exequutantur priuilegiate, foro vnico
de executione aduerſus arrendat. er-
go multo fortius in debitore Princi-
pis, qui eſt imago totius Reipublicę,
Auendaño, de exequen. mandat.
capit. 1. & licet diſtinguantur patri-
monium publicum, & priuatum, &
ſint ſub diuerſis iudicibus, & diuer-
ſis procuratoribus, Cæſaris ſcilicet, &
fiſci, Peregrin. libr. 1. titulo primo,
numer. 7. Tamen in Aragonia num-
quam iſta diſtinctio facta eſt, immo
pro omnibus agit, & deffendit procu
rator fiſcalis. & idem aduocatus fiſ-
ci (quod vltimum iuri conſonum eſt,
l. final. C. de aduocat. diuerſo. iudic.
Garcia dicto §. 1. gloſ. 3. numer. 1. vbi
aliud eſt in Regno Caſtellæ,) ita do-
cet Bardaxi ad for. final. de procura-
tor. fiſci, cum ergo omnia iſta re-
putentur fiſcalia, ſicuti iura patrimo-
nij publici priuilegiatè leuantur, ita
de iuribus priuati erit dicendum, ac
multo fortius in iuribus confiſcatis,
quia ſunt de patrimonio publico, li-
cet ante incorporationem non ſint
de ſacro dominio: tum quia ſi fiſcus
ſuccedat priuato, ad huc tamen quo
ad debitores priuati fungitur ſuo pri
uilegio, vt quo ad morę incurſionem,
& vſuras, l. fiſcus cum in priuati, ff. de
iure fiſci, Peregrin. dict. lib. 6. titul. 7.
numer. 3. ergo & priuilegio executio-
nis priuilegiatę, quia licet fiſcus ad-
uerſus debitorem debitoris non agat
priuilegiatè, ſed iure ordinario, Pere-
49 grin. vbi ſupra, numer. 26. Tamen
hic non agit niſi tamquam hæres cre
ditoris, immo, & in Aragonia ſi cre-

ditor poterat obtinere in iudicio tenutę, poſſet fiſcus, qui in Regno priuilegiatus videtur aduerſus debitores, vnde obligatio generalis in eius fauorem valet, obſeruan. ſi quis arrendauerit de pignor. & nota quod dum illa obſeruantia loquitur de arrendatore, exempli cauſa locuta videtur, vnde procedit in receptore, Molin. in verbo fiſcus, ergo idem in quolibet contrahente, & dum poſtea addit pedagia, &c gratia exempli locuta videbitur, quare concludendum, quod ſi debitum ſit illiquidum, ordinariè eſt agendum, ſi liquidum, vt quia adeſt inſtrumentum debiti, priuilegiata erit executio ſecundum Peregrin. Oſaſc. vbi ſupra, & ſecundum conſuetudinem, quam forus ille, que los precios, &c. præſupponit, dum generaliter loquitur, & in vim iſtorum, quæ per aduocatos fiſcales allegari ſolent, fuit mandata fieri executio priuilegiata, ad inſtantiam Hieronymi Labata adminiſtratoris bonorum cōfiſcatorum, contra debitores perſonatum, quarum bona fuerunt confiſcata, et id per Regiam Audientiam meis temporibus, & multo magis id procedet contra ſequeſtrum, & depoſitarium bonorum fiſcalium, ex l. fin. C. depoſiti, gloſ. in l. prætextu, C. commodati late Carroſsi. de depoſit. fol. 42. parte 1. titul. de caſu, à numer. 14. Molina in verbo capleuator, & ita per me, dum eſſem Locumtenens Iuſtitiæ Aragonum fuit conceſſa executio priuilegiata petente fiſco, contra Hieronymum Labata adminiſtratorem, & ſequeſtratorem bonorum, quæ ex confiſcatione preceſſerunt, & ſic ſoluit.

SVMMA EORVM, quæ in hoc §. 8. continentur.

1 *Cenſualia non obſtante firma exequuntur, habentur enim pro ſententiatis de foro, nouo, num. 2.*

3 *Sententia habet tractum ſucceſsiuum, ſufficitque, quod ſemel ſit data, vt in perpetuum duret.*

4 *Cenſuale ſi eſt a principio liberum, & purum, ex poſt facto eidem non poteſt imponi conditio, vel grauamen, vbi ellegans ad propoſitum traditur determinatio.*

5 *Contrariam tamen ſententiam tenuit author nu. 5. quia conſentiens actui obligatur ex eo, & ex motiuis num. 6. relatis.*

7 *Heres ſemel effectus, ex hominis diſpoſitione non poteſt amplius deſinere eſſe heres.*

8 *Fictio, vel præſumptio his, qui medio tempore ius legitimæ habuerunt nocere non poteſt.*

CEN-

§. 7.

CENSVALIA ſecundum diſpoſitiones forales, ſi formata ſint poſt forum Turoli, executantur † nonobſtante firma, & ſine exceptione,
1 foro vnico de cenſualibus Turoli, fol. 311. & inter alia, quę de cenſualibus in practica notaui, aduerte ſequentia.

Cenſualia de foro nouo 1592. Tiraſonę habentur pro ſententiatis, †
2 nec opus eſt ea ſententiare, ſed ſolum facere fidem iudici de incluſione partis, & ſtatim mandabit procedi ad executandum capiendum, &c. Abſque eo quod condemnet partem, quia habetur cenſuale pro ſententiato. Sed videamus ſi pars, ſeu dominus cenſualis, qui habet hodie teſtes ad probandam ſuam intentionem, qui teſtes poſſunt mori, & recedere, &c. petat ſententiari cenſuale, vt ſic poſtea licet teſtes moriantur, habeat ſententiam pro ſe in omnibus ſequentibus caſibus, & annis (quia cum illa ſententia contineat tractum ſucceſsiuum, † & annuum, ſufficit quod ſe-
3 mel ſit data, vt in perpetuum duret, l. 1. C. de fideicom: Molin. lib. 3. de primog. cap. 14. num. 18. Gomez. l. 45. tauri.) nec ſit opus noua probatione, dic quod debet ſententiari cenſuale dicẽdo. Attentis contentis, pronuntiamus & condemnamus talem, vel talem, nominando obligatos, in petitis, abſque refuſione expenſarum. Ratio eſt, quia forus nouus habet cenſuale pro ſententiato in fauorem debitoris ad euitandas expẽſas immoderatas, quas ſoluit. Vnde ſi dominus cenſualis hoc vult facere, ſoluendo de ſua burſa expenſas: Ita quod nihil ſoluat debitor, iure fieri poteſt, & debet, ne ſibi pereat copia probationis, & teſtium, & ita ſolet dici in ſententia, abſque refuſione expenſarum, & ita ſolet in dictis caſibus procurator immortalis debitoris fateri debitum, vt citius, & cum minori diſpendio, & reſpectu cẽſualiſtę hoc fiat. Sic fuit pronuntiatũ multoties: Vide in proceſſu Egidij Gutierrez dę Camargo, ſuper condemna-
* tione cenſualis, die 13. Aprilis. 1595. & in proceſſu tutorum & curatorum Petri Torrellas, ſuper condemnatio-
* ne cenſualis, in anno credo 1594.

Nota quod die 22. Martij, 1597 in proceſſu dominę Eliſabethis de Em-
* bum, ſuper appellitu captionario, in curia Iuſtitię Arago. fuit determinatum, quod poſt quam cenſuale eſt formatum purè, & abſque aliquo onere: ita quod luitio poſsit fieri liberè, & abſque aliquo modo, offerendo pretium domino cenſualis, ſi poſtea Dominus cenſualis illud det alicui, vel tradat cum conditione, quod in caſu luitionis debeat pecunia depoſitari in tabula depoſitorum, aut alio loco ad emendum aliud cenſuale, vel ſmercandam pecuniam, quod non valet illud onus, licet aponatur preſente obligato in cenſuali, & domino carthę de gratia, quia ex quo à principio fuit liberũ, nõ poteſt poni grauamẽ aliquod,
4 † ſic fuit determinatum in dicto proceſſu, vbi cum fuiſſet appellitatum de cenſuali, & capti certi homines de Fuẽtes, poſtea Comes Fontanus fecit fidem de luitione, dicebatur ex aduerſo, quod non valebat, quia licet à principio fuiſſet formatum purè, tamẽ poſtea dña Eliſabeth de Heredia dederat in dotẽ illud cenſuale filię ſuę dominę Blãcę de Seſſe, cũ cõditione ꝙ in caſu luitionis nõ poſſet lui niſi depoſi-

pecuniam in tabula ad emendum aliud cēſuale, & hoc preſētē Comite fōtano obligato in cenſuali, qui erant conſanguinei, fuit determinatum quod luitio erat bona, & ſic fuerunt liberati, ſiue mandati liberari homines capti, ſine refuſione expenſarum, quia cum appellitantes eſſent ſucceſſores in cenſuali, habuerunt iuſtam cauſam ignorandi luitionem, licet eſſent ſtipulatę in contractu, ſed nota quod non fuit annulata captio, nec proceſſus ex eo, quia dixerunt, quod a principio fuit bene lata ſententia prouiſionis, & quod ex poſt facto nō potuit iniuſtificari, & ſic nec annullari, ſed fuerunt liberati homines, ego
5 vero tenui totum contrarium, † quia ex quo illud onus fuit impoſitum preſente Comite debitore cenſualis, non potuit contrauenire, quia remanſit obligatus, Iaſſ. in l. quę dotis ff. ſoluto matr. & vidi de hoc bonam determinationem in lib. cameræ conſilij Iuſtitię Aragonum 28. Maij 1499. vide circa negotium ſupra dictum ſequentia motiua per me pręſtita in alio caſu ſimili.

6 MOTIVA.

Ex eo & aliàs quia ſcilicet tal Algastes tator ea lege † ac pacto, & non aliàs nec alio modo donaſſet inter alia cēſuale, de quo agitur carricatum ſuper villa de Pina, vt in caſu luitionis, deberet pretium ex luitione reſultans depoſitari apud adminiſtratorē generalitatū ad poſtea eſmerçandū, ſeu aliud ſimile cēſuale emendum, per quę verba videbatur ita donationem fuiſſe ſub dicto pacto, ſeu modo, vt cenſeretur illis non ad impletis eam non fuiſſe ab initio, & ſic illa verba effectum merę cōditionis obtinere, vt ſequuta contrauētione, ita deſinat eſſe heres, vt nullo vnquam tempore talis fuiſſe videatur, quod ſi ita eſſet, ſequeretur luitionem medio tempore factam nullam eſſe, vt pote factam in poſſe non heredis, ſeu verius extranei alicuius, ſed iſta magis ſubtilia ſunt quam vera, nam inprimis a tota ſchola iuris receptū eſt quod hęc verba & ſimilia licet conditionem importent quo ad effectum, hoc tamen eſt per viam reſolutionis ſequuta contrauentione, non tamē per viam excluſionis, ac quę à principio ſuſpenderet. Et ſic ſecundum Doctores in tali caſſu ſtatim a principio cōpetit actio ad rem donatam, ſeu relictam conſequendum, licet exceptione ſubmoueatur, ſi non caueat de modo ad implendo, quod ſecus eſt in verè conditionalibus diſpoſitionibus, ſub negatiua conditione poteſtatiua factis, veluti ſi capitolium, vel quid aliud ſimile non feceris, nam de rigore iuris nulla vocato competit actio, nec agere poteſt, magis quam ſi conditio caſualis foret, (ſi nauis ex Aſia venerit) licet tunc propter elicitam diſponentis mentem, lex iuſta ratione mota formam tradiderit, vt per cautionem mutianam, de vera conditione, in modalem tranſeat, vt ſic rem obtineat. Si Igitur talis diſpoſitio per contrauentionem reſoluitur, iam inde ſequitur, quod non deſinit eſſe heres, ita vt nunquam talis fuerit, ſed quod tota hereditate, etiam cum fructibus priuatur, ratione cautionis, quā dedit, in effectu per inde ac ſi nunquā
7 fuiſſet heres, & qui ſemel effectus, eſt heres, † ex hominis diſpoſitione, non deſinit eſſe heres, ſaltim nomine, vt iura clamant. Et ſi quando vocatus ſub conditione negatiua poteſtatiua, poſt ademptā hereditatem contrauenerit, non ita priuatur hereditate, vt deſinat fuiſſe ſemper heres, immo a dimitur ab eo, tanquam ab herede, & legata, & fidei commiſſa ab eo tanquam ab herede relicta debentur, cum verè condi-

conditionalis remanſerit illa diſpoſitio, dempto quantum ad adeundam hereditatem, quo ſolo reſpectu fuit in modalem transfuſſa: & omnia iſta communiter DD. tenent, multo magis in caſu noſtro idem dicemus, vbi non eſt à principio conditionalis, ſed modalis, licet ex euentu habeat effectum conditionis propter voluntatẽ teſtatoris, volentis tali euentu auferre totam hereditatem cum fructibus. Vt ſic ſi interim fuerit heres, luitio cum legitimo herede facta, teneat. Et facit, quia in caſu de quo agitur DD. per verba denotantia fictionem, ſaltim præſumptionem loquuntur, dum dicunt cenſendum eſſe retro heredem non fuiſſe, contrauentione ſecuta, & per ſimilia verba. Certo autem certius eſt, non ſolum fictionem, † ſed
8 nec preſumptionem nocere, his qui ius legitime obtinuerunt medio tempore, vt exemplis mille demonſtrari poſſet, & quod tollit difficultatem eſt, quia donator hunc modum, ſiue grauamen clarè imponit donatario, & non alijs, & hoc poſt luitionem factam cum eodem, dum dicit, quod pretium reſultans ex facta luitione cenſualis, teneatur depoſitari, ſi igitur contrauentionem donator conſiderauit poſt luitionem, quomodo neque ex eius voluntate, quinimo ex potentia illius dicemus voluiſſe, nec potuiſſe eum luitioni, nec redimentibus, prę iuditium inferre. Concludendum eſt, quod ſimiles clauſulę modales, niſi ſic intelligerentur, laqueos maximos redimere volentibus parerent, & mille redemptiones cenſualium retractarentur, huc vſque factę, quod nunquam auditum fuit.

(?)

SVMMA EORVM, quæ in hoc §.9. continentur.

1 *Fideiuſſor iuris firmæ emparamenti poteſt executari non obſtante firma, quod intellige, vt num.2.*

3 *Obligatus ad ſoluendum certo die, ſub pena nõ liberatur ab ea ſi recuſet ſoluere eo quod dicat ſibi fuiſſe debitum emparatum. Secus verò eſt ſi pecunia deponatur penes iudicem, vt num.4. quod procedit etiam ſi debitum ſit priuilegiatum, nu.5.*

6 *Contrarium tamen refertur, & quid tenendum ſit, & obſeruetur traditur, numer.7. vbi cum diſtinctione reſoluitur, & num.8. & pro vtraq; parte diſtinctionis exemplaria traduntur.*

9 *Ille in cuius poſſe bona emparantur, non poteſt ea poſtea alienare, & qui alienat bona ſua, non cenſetur alienare bona emparata, alterius ibidem, num.9.*

10 *Qui reſpondet emparamento, ſiue bene, ſiue male non dicitur contumax verus, & a ſententia contra eum lata poteſt appellare.*

Bona

11 *Bona debitoris poſſunt emparari penes heredem, vel tertium ea poßidentem: & debet fieri emparamentum de bonis debitoris, quæ nunc exiſtunt penes heredem, vel alium, ibidem, & ad tollendã & repellendam firmam debet fieri fides de caſu manifeſto.*

12 *[Non obſtante confeßione emparati poteſt probari amplius eum tenere.]*

13 *Clericus non poteſt compelli ad reſpondendum emparamento.*

14 *Reprobatur quædam praxis, iam recepta.*

15 *Approbatur alia praxis etiam recepta.*

64. In proceſſu emparamẽti bonorum, fructuum, iurium, reddituum, alicuius vniuerſitatis, in quo firma fuit repulſa, & in rem iudicatam trãſacta, nam fideiuſſor in ea datus executatur non obſtãte firm. for. quando, & for. fin. tit. de emparament. fol. 94.

§. 8.

1 FIDEIVSSOR iurisfirmę emparamenti † poteſt executari in bonis per eum actualiter poſſeſſis, non obſtante quacumque iurisfirma, for. quãdo bona, verbo quibus quidem, titulo de emparament. fol. 94. quod intellige, quando † dicta firma, ſuper

2 emparamento fuit repulſa, ſecundum Molin. verb. fideiuſſor. fol. 138. colum. 3. ad medi.

Hæc materia emparamentorum, quę peculiaris eſt noſtri Regni, & ſatis inuoluta. Et quæ verè, & fictè practicatur, pro probandis, & recuperandis debitis, magnas ſolet pati difficultates, vt meis temporibus expertus ſum, & primo, an qui certo die ſoluere aliquid tenetur, excuſetur à ſolutione debiti, & moleſtia, ſi illi per alium authoritate iudicis emparetur, & teſtetur debitum, circa quod nota, quod Molin. verb. debitor, fol. 87. verſi. debitor qui tenetur, & verb. emparamẽtum, fol. 117. verſi. emparata ſi eſt aliqua pecunia, & verbo firma, fol. 151. verſi. die 12. Ianua. ſentit, quod qui te-

3 netur ſoluere † certo die ſub pęna, nõ liberatur ab ea ſi recuſet ſoluere, ſub prætextu, quod ſibi debitum eſt emparatũ, per obſeruan. 4. de pęn. vbi ſolum emparamentum non excuſat, ſed plus requiritur, ſcilicet, quod ad poſſe iudicis pecunia ducatur, ſignata & ſic liberabitur à pęna, ex qua obſ. videtur ſentire Molin. quod ſi vltra empa-

4 ramentum † pars ducat pecuniam cõſignatam ad poſſe iudicis, liberabitur à pœna.

Sed nota, quod hoc poteſt de plano procedere in debitis emparatis, quæ non ſunt priuilegiata, quorum executionem ſuſpendit emparamentum, iuxta forum, item quia de emparamentis, de anno 1414. pro quo facit forus. ſtatuymos en cara eod. titul. de anno 1442. ibi. *En los caſos de la empara, empacha la execucion, o ſolucion del deudo*, ſentiens, quod non ſemper impedit, vt in debitis priuilegiatis, pro-

vt

ut declarant ibi gloſę marginariæ.
Vnde ſolet queri, an idem ſit in de
bitis priuilegatis, vt facta conſigna-
tione de debito emparato excuſſetur
bitur, & poſsit ei prouideri firma ad
impediendam executionem aprehen
ſionum, manifeſtationũ, dicit Portol.
5 ver. debitor num. 4. quod ſic, † &
allegat Molin. pro hac opinione in lo
cis ſupra dictis, in quantum Molin.
(vt ego arbitror) ſe remitit ad dictã
obſ. de pęnis & hoc fundat Portol. ra
tionibus aliquibus iuris quo attento,
ſolum emparamẽtũ abſque conſigna
tione dicit ſufficere, ſed cum cõſigna
tione dicit ſine dubio, allegat Docto
res & Gaſtr. in l. ſi reus paratus n. 5.
de procur.
Sed certe Molin ver. debitor &
ver. emparamentum non loquitur
expreſſè debito priuilegiato, & in ver.
6 firma dicit totum contrarium, † attẽ
to priuilegio debiti, & in ver. empa-
ramentum fol. 115. ver. empara-
mentum pręſentatum, dicit, quod em
paramentum non impedit executio-
nem cenſualis, & idem dicit in ver.
cenſualia ver. in eodem foro fol. 61.
ver. ſed quero, vlterius, idem dicit,
quod non obſtante emparamento, cẽ
ſualia executãtur non obſtante quo-
cumque impedimento, quia poſt fo-
ros Turoli ſunt multum priuilegiata.
Sed dicet aliquis, quod hoc proce
dit quãdo ſolũ eſt emparamẽtũ, quod
in alijs debitis ſuſpendebat, & impe-
diebat, d. for. item quia, ſed non in de
bito cenſuali, & priuilegiato, ſecus
autem ſi vltra emparamentum ducat
pecuniam ad poſſe iudicis ſubſigna-
tam, iuxta d. obſ. 4. de penis, quo ca
ſu dicunt, quod hoc excuſabit debito
rem, per allegata per Portol. vbi ſu-
7 pra. quid tenẽdum? obſeruatur † quod
ſi ante terminum prefixum ſolutioni
emparatur debitum, poteſt illud du-
cere ad curiam conſignatum, & cum
hoc excuſabitur, d. obſ. 4. de pœn. &
* fortius ſi compulſus ducat. In proce-
ſſu Ioan. Michael Palomar & Ioan.
Socarro Villanueua ſuper iuris firma,
18. Februar. 1603 fuit ſibi emparata
certa quantitas ante diem, duxerunt
ad poſſe curię, fuit ſibi data firma cõ
* trã creditores ne eos moleſtarent. Vi-
de aliam firmam in proceſſu Ioan So
carro villa nueua & aliorũ ſuper
iuris firma 28. Ianuar. 1604. ſimilem
* firmam vide in proceſſu Iuratorum
de Oliete & Obon 15. Nouembr.
1603. Si vero poſt morã ſoluendi, ſibi
emparatur pecunia, tunc dicunt, quod
* ſi voluntariè ducit pecuniã ad curiam,
ex quo poſt moram ducit, non excu
ſabitur, vt in proceſſu Petri Cane-
lon vt infra. Ita Carrocius de ſeque-
ſtro p. 3. queſt. 10. num. 2. Af. ictis
150. vide Caball. Milleloq. 645.
Cancer. lib. 2. var. capit. 4. de de-
poſito Rota genu. 61. deciſ. & deciſ.
206.
* In proceſſu Petri Canelon ſuper
executione comandę 21. Nouembr.
1595. fuit mãdatus executari Iacobus
de Funes in vim comandę, ipſe dixit
quod fuerat ſibi debitum emparatũ,
& duxit pecuniam ad poſſe curiæ, de
clarauit iudex non ſatisfeciſſe, quia
poſt moram ſoluendi fuit ſibi factum
emparamentum, & ſic poſt culpam
dicti Iacobi de Funes, & fuit manda-
tum procedi in executione, quia to-
tum fuit poſt moram, idem fuit iudi-
* catum in proceſſu Barberę Martinez,
ſuper emparamento in Reg. Aud.
15. Octob. 1598. in ſcriua. de Roda, vbi
ad inſtantiam Barberę Binuæ, fuit
emparata pecunia cuiuſdam hominis,
dicti Forment in poſſe Ioannis de
Eſquex qui reſpondidit, ſe debere
quindecim mille ſolidos in feſtum na
tiuitatis Domini, tempore emparamẽ

ti nondum venerat dies ſoluendi,
ſed ſic tempore reſponſionis ſolutio-
nis, & executionis, poſtea dictus Eſ-
queix ſoluit heredibus dicti Forment
clerici, & ad poſſe curię cancellatio-
nẽ duxit, Barbara tamen Martinez,
fecit fidem de ſuo iure, & fecit duci de
cõſilio quãtitatẽ ad poſſe curię invim
ſuę comandæ, & hoc non obſtante,
quod dict. Eſqueix ſoluerat, quia ſol-
uit poſt emparamentum: ſed non fuit
data ſententia in hoc proceſſu. Sed cer
tè videtur, quod hic emparamentum
ſolum non impediebat, quominus
teneretur ſoluere, ex quo non fuit co-
áctus per emparamẽtum, quare dic. q
vera ratio fuit, quia Ioan. Eſqueix nõ
debebat ſoluere parti, ſed debebat du
cere pecuniam ad iudicem executio-
nis, quo caſu non eum arctabat ſolum
emparamentum.

8 Si vero emparatus † poſt moram
ſoluendi ducit pecuniam coactus per
iudicem, tunc excuſatur, quia non ſtat
per eũ, vt in proceſſu euocationis per
orreſcẽtię Annę Melchiorę Palacio, ſu
per ẽparamẽto in Reg. Aud. in ſcriu.
Io. Dom. Nauarro, vbi ad inſtantiam
Melchiorę fuerunt emparata bona Pe
tri Lizana, in poſſe T. Sanclimente,
qui reſpondit ſe tenere, & debere quã
titatẽ emparatã, & idem emparamen
tum fuit factum in poſſe T. Seran, &
aliorum, qui etiam reſpõderunt ſe de-
bere Petro Lizana certam quantita-
tem in vim comãdę, procur. emparã
tis fecit fidem de caſu manifeſto, & pe
tijt duci bona ad curiam, & fuit pro-
uiſum per Regentem, & antequam
omnia bona per omnes ducerentur,
quia ſolus Seran duxit pecuniam ſuã,
& antequam declararetur fore ſuffi-
cienter reſponſum, die 28. Auguſti,
1596. petierũt emparati intimari habẽ
tibus ius & cauſam à P. Lizana, cuius
bona emparabantur, vt venirent ad
petendum ſi quid ſibi debebatur, &
etiam intimari officialibus, ne mole-
ſtarent ad illorum inſtantiam ipſos
emparatos, attento quod erãt ſibi per
curiã emparata hęc bona, & hęc fue-
rũt prouiſa, & mandata intimari, ecce
quomodo excuſatur emparati, quãdo
poſt morã fit emparamẽtũ, & cogũtur
per curiã ducere bona, ad poſſe curię.

Et nota in hac materia, quod ſi ad
inſtantiam Petri emparantur bona
9 Ioannis in poſſe Franciſci, & Franciſ-
cus antequam reſpondeat emparamẽ
to, alienat omnia bona ſua in Auguſti
num, deinde reſpondeat, quod tem-
pore emparamenti habebat, & tene-
bat, &c. Præualebit hęc confeſsio, per
doctrin. Decij, conſil. 96. & pręferre-
tur Petrus verus creditor, tum, quia
ille in cuius poſſe, &c. nõ potuit aliena
re, propter clauſulam iudicis inter di-
cẽtis omnem alienationem. Tum,
quia ſolũ alienauit omnia bona ſua, at
vero bona confeſſata non ſunt ſua, ar
gumento eorum, quę tradit Mantica,
de coniect. vlti. volum. lib. 10. tit. 11. cir
fin. ſic fuit iudicatum in curia. Iuſti.
Aragon. me ibi exiſtente, in proceſſu
Martini de Anderris, ſuper iurisfirma
graua. fact. anno 1595.

Nota etiam quod in proceſſu Paſ-
chaſij de vera, ſuper iurisfirma grau.
fact. die 17. Septembr. 1595. fuit deter
minatum hoc dubiũ, quidam reſpon-
dens cuidam emparamento dixit, q
ab illo (cuius bona emparabantur)
habuit duo vaſſa argentea, quę po-
ſtea per furtum fuerant ſibi ablata, &
quod amplius nihil habuit, tenuit, nec
habet, nec tenet, Zalmetina pronun-
tiauit, non fore ſufficienter reſpon-
ſum, & poſtea habuit eum pro con-
feſſo, dubitatur, an iſte poſsit appella
re, vel facere electionem iurisfirmæ,
10 videtur quod non, quia in contuma-
tiã in non reſpõdendo ſufficiẽtius. fuit
habitus

habitus pro confeſſo, at contumax verus non appellat, tamen in contrarium fuit determinatum, quia ex quo iam comparuit, & reſpondit ille in cuius poſſe, &c. non poteſt dici verus contumax, & licet non venerit ad ſufficientius reſpondendum, non obſtat, quia ex quo ſemel reſpondit, non eſt amplius inſiſtendum, & à ſententia poſtea lata, an bene, vel male reſponderit, poteſt appellare, vel facere electionem firmę, ſic fuit determinatum in dict. firma, me relatore exiſtente.

Die 26. Auguſt. milleſimo ſexcenteſimo, in proceſſu Iacobi Vrgel, ſuper iurisfirma graua. fact. fuit dubiū ſequens deciſſum, Don Ioannes de Vrrea Comes de Aranda, fuit condemnatus in Reg. Aud. dare filio ſuo Don Ludouico, pro alimentis certam quantitatem, hanc quantitatem, vel partem illius, credo, quod 1500. libras ceſſit dictus Don Ludouicus Iacobo de Vrgel, (acceperat enim à dicto Iacobo Vrgel, alias quantitates mutuo ad ſe alendum) dictus Vrgel fuit iſto modo factus creditor Comitis Don Ioannis, euenit quod mortuo Ioanne Comite, dictus Vrgel volens exigere debitum, emparauit in poſſe quorundam hominum dicti Comitatus, quęcumque bona pertinentia ad dominā IoannamComitiſsā, viduā dicti IoannisComitis, quocumque titulo, & cauſa ei pertinerent, emparati reſponderunt, quod debebant dictę Comitiſſæ 700. libras, ratione cuiuſdam arrendamenti eis facti de certis prædijs, & herbagijs dicti Comitatus, & per thenorē arrendamenti conſtabat, quod hęc arrendatio fuit facta viuo Comi-
11 te, & quod dicta quantitas iam viuo Comite debebatur, & per cōſequēs, dimidietas ſaltim erat dicti Comitis, cumque ex proceſſu reſultaret, quod dicta Ioanna Enriquez erat hęres Comitis, & vltra hoc, ipſa confitebatur ratione cuiuſdam venditionis per eā factæ de certa Baronia, & alijs bonis ſedentibus, in fauorem Don Petri eius filij, recepiſſe à dicto Don Petro 100000. libras, & dicebatur in venditione, quod ipſa tanquam hęres Don Ioannis vendiderat illa bona, dicebatur igitur, ecce quod ipſa eſt hæres, habetque ex hereditate centum mille libras, vltra illas 700. libras, debet igitur reſtitui Iacobo Vrgel dicta quantitas emparata 700. librarum, verū ipſa reſpondebat, quod in illa venditione non interuenerat pretium, quia ipſa tenebatur diſponere in filios, vel alium eorum, & ſic cauſa vitandi circuitus donationis, elegerat viam venditionis, per quam dederat filio omnem illam quantitatem, quam poſtea dare intendebat virtute vinculorum, quo caſu plus valet quod reuera agitur, quam quod cōcipitur ſimulate l. 1. & toto tit. C. plus valere quod agitur Bart. conſil. 65. & maxime quia poſt factam venditionem, die ſequenti, ipſa & eius filius Don Petrus recognouerunt medio inſtrumento, id quod ſupradictū eſt, & quod prętium nullum interuenerat, ſed quod fuit factum ad fines ſupradictos DñiLocumtenentes mandarunt reſtitui Iacobo de Vrgel totam quantitatem emparatam, tres vero mandauimus ſoluere ſolum medietatem pecunię emparatę, ex eo quia cōſtabat, quod medietas beneficio fori pertinebat ad eam, alia ad Comitem Ioannem ſuum maritum, & ſic cum debitum fuiſſet Comitis, quia ipſe erat tantum obligatus, ideo ſua portio fuit mandata re-

Ff reſtitui

naturalis non habet aliunde vnde ſe alat, ſecus ſi habeat, nã tunc pater nõ tenetur dotare naturalem, vel ſpuriã, l. vxorem §. pater naturalis, ff. de leg. 3. & ibi Bart. vide Bald. in l. mater, C. de iure dot. Et ita Caſſan. in conſ. Burg rubr. 8. §. 5. numer. 38. fol. 1162. tenet cum alijs, quod ſtante ſtatuto, vel diſpoſitione, quod vaſſalli teneantur, pro maritanda filia domini, quod etiam inponi poſſunt pro maritanda filia ſpuria, quod eſt notandum, cum filia ſpuria debeat alimentari, & per conſequens dotari, cum bonum argumentum † ſit de alimentis ad do-
31 tem, pro vt tenet Laud. & Card. Alexand. in d. §.

Similiter hanc opinionem, quod vaſſalli teneantur contribuere pro dotibus filiarum domini, tenet Guido Papa, deciſ. 57. nec eſt diſsimile quod in omnibus Regnis dantur alimenta filijs Regum, in Francia datur pro alimentis apanagium filijs maſculis, & deſcendentibus ex eis maſculis fœminis, & deſcendentibus ex eis non datur. In Aragonia vero dantur filijs maſculis cenę, loco alimentorum, obſer. 1. fori ędeti apud exeam, de quibus ſupra dixi, hæc non dantur filiabus Regum, ſed pro dotationibus illarum, Regnum tenetur domino Regi in ſubſidium dare certam quantitatem, de qua in actibus curiæ. Vide forum de dotationibus filiarum.

Dubitatio modo eſt, an Rex poſſit aliquo accepto, ſeu propter bene-
32 merita abſoluere † vaſſallos ab hac preſtatione dotis, (nam de cęnis non poteſt, vt ſupra dixi) hoc dependet ab alio, ſcilicet an hęc actio quæratur Regi, an vero filiabus ſuis; & ſecundum Bart. & Paulum de Caſtro in l. ſeruo legato. § ſi teſtator de leg. 1. videtur dari actio in vim ſtatuti filiabus, ex quo in earum fauorem fuit conditus hic forus de dotibus filiarũ, quod ſi ita eſt, non poteſt Rex actionem tollere; ſed hoc eſt dubium, an contemplatione illarum, vel patris, vel omnium, diſponat forus, Sed adhuc pro filiabus facit, quia legatum factum marito nomine vxoris, eius
33 fauorem reſpicit, & ſola † ipſa petere illud poteſt, l. ſeruo legato. § ſi teſtator, ff. de legat. 1. vbi ſi legatur genero nomine filiæ, non genero, ſed filia, cuius contemplatione fit legatum, habet actionem, l. fideicommiſſa. §. interdum de leg. 3. vbi legatum factum publicano pro Titio, Titius ſolus petet, quia eius contemplatione fuit factum, & non attenditur perſona, in quam verba diriguntur.

Contrarium habet, l. Titio centum. §. Titio genero, ff. de condit. & demonſtr. l. tali facta ſtipulatione, ff. de iure dotium, quæ dicunt quod in
34 hoc caſu † vtrique competit actio, quia vtriuſque contemplatione fit legatum, nam in illis legibus legatum factum genero nomine vxoris, ambo poſſunt petere, ſed gloſ. in dict. §. Titio genero, & Paulus Caſtrenſ. in §. ſi teſtator dicunt, quod de rigore ſola vxor habet actionem, dict. §. ſi teſtator, de æquitate vero, etiam maritus, dict. §. Titio genero, & dict. l. tali facta ſtipulatione, & ſi hoc ita eſt, ſequitur, quod etiam maritus poteſt petere dotem, & recipere, & accepto ferre, vt in d. §. Titio genero, & d. l. tali. cũ ſequẽ. pro quo facit l. profectitia de iure dotium, vbi ſi dono marito, vt det vxori, maritus fit dominus, ſed tenetur reſtituere vxori, vt ibi dicitur

tur, eadem ergo ratione in noſtro caſu idem eſt, vt ſcilicet Rex poſsit petere, accipere, & diffinire, vt ipſe forus, & Molin. verb. dos ſentiunt, ita
34 ſpeculator, tit. de feudis §. quoniam in fin. Sed quidquid ſit, illud certum eſt, quod pendente lite, ſuper hoc dubio, priuilegium debet ſuſtineri, Molin. verb. priuilegium. Vide in proceſſu Iuratorum de Villa Real, ſuper iurisfirma, decimoquarto Auguſti, milleſimo ſexcenteſimo primo.

Tandem fuit iudicatum pro fiſco,
35 ſcilicet vt ſimilia priuilegia non comprehendant dotationes filiarum domini Regis, nec ius alimentationis, in proceſſu procurato. generalis, communitat. Calataiubij, ſuper iurisfirma, menſe Octobr. vel Nouembr. milleſimo ſexcenteſimo ſecundo.

Secundum ſuperiora ius ſalinarũ, quod eſt ius regale, & arrendatores ſalinarum (quæ de regalibus ſunt) executantur non obſtante firma, & exceptione, & hoc citra omnem difficultatem eſt, & ſic non eſt in eo immorandum.

Sed difficultas maxima verſatur, (& de quo vidi multum dubitari) an arrendatores ſalinarum domini Regis, quæ ſunt de reditibus regalibus, poſsint inquiri per dominum Regẽ, tanquam officiales, nam in Regno inquiſitio eſt † prohibita, & omnia fiunt parte legitima inſtante, niſi in aliquibus caſibus ſpecialibus, per foros exceptis, quorum vnus eſt contra officiales delinquentes, & contra leuatores redditũ regalium, & adminiſtrantes aliquid pro domino Rege, contra quos datur inquiſitio. Iam igitur dubitatur an detur contra iſtos arrendatores iurium regalium, & dicendum eſt,
36 † quod non, primo, quia ita ſentit Molin. verb. arrendatio, & Pertuſa titul. de inhibitionibus & firmis: ratio eſt, quia arrendator nomine ſuo adminiſtrat, non Regio, nec ad Regis vtilitatẽ, nec eius officialis dicitur, Ancharran. eleganter, conſil. 110. Bertach. in Reporto. verb. fraus, verſi. penultimo vbi allegat alios. Afflictis in conſtit. Neapoli, rubr. 47. num. 4. & 10. in fin. Facit, quia in foris appellatione admi-
37 niſtratorum non venit † arrendator, patet per forum de los receptadores de las pecunias, anni 1518. & fuit neceſſe, quod per alium forum ſtatueretur idem circa arrendatores, foro de executione facienda, anni 1533. Facit etiam forus de los adminiſtradores, vbi adminiſtratores tenentur facere librum de adminiſtratis, & dare rationem in Regno, & tamen arrendatores non faciunt librum, nec obſtat forus vt omnes officiales Arago. teneãtur iurare, vbi ponit arrendatores, nã dicit Molinus, quod dicũtur officiales, largo modo. Deinde conſiderandum eſt pro illius fori intelligentia, quod forus ille non venit † ad determinandum qui ſint officiales Regij, ſed potius ad iniungendum onus hoc, vt omnes officiales in ingreſſu officij teneãtur iurare, licet officiales aliquot dinumerit.

Vnde duo ex eo reſultant, primũ eſt, quod alij quoque officiales præter dinumeratos præſtare nihilominus teneantur iuramentũ, vt forus diſponit, alterum vero, quod vbi in facto contingeret, aliquem ex nominatis arrendatoribus officialem non eſſe, tunc ad iurandum non eſſe compellendũ, tanquam officialem. Cum igitur vox arrendator, qua forus vtitur, in facto poſsit eſſe cum officio, & ſine officio, vt nigrum adaptetur rubro dicendum eſt, forum neceſſario eſſe intelligendum de arrendatore, qui officium habet, & non de illo

qui nullum omnino habet officium, qui nec officialis erit, nec tenebitur iurare, huius poſterioris generis eſt ar-
40 rendator † iurium regalium, veluti ſalinarum, quia cum ex locatione nullum officium habeat, non comprehenditur in ipſo foro.

Facit verſ. & officialis & verſ. alij officiales, quatenus forus addēdo formæ iuramēti generali quāpreſcripſerat, & magis ad ſpeciem deueniendo, officiales omnes ac iudices, de qui
41 bus fuerat locutus, in duas ſpecies diſtribuit, aut enim tales ſunt † qꝫ ex officio habēt iudicare, & cognoſcere cauſas ordinariè, & hos precipit debere iurare, quod metu, odio, amore, iuſtè iudicare non deſinent; aut tribunal nō habēt nec cauſarum cognitionem, & ij iurent quod non deſinent ſimiliter ſuum officium, quod cuiq. commiſſum fuerit, miniſtrare: cum igitur in has duas ſpecies officiales diſtinguat forus, dicendum eſt ipſum lo
42 qui de arrendatore, † cui iuriſdictio eſt connexa, vel de eo cui officium aliquod adiunctum eſſet, arrendator autem iurium regalium, veluti ſalinarum nil horum habet.

Nec obſtat ſalinas eſſe de regalijs regis c. 1. quæ ſint regal. Decius conſ. 292. num. 1. quia ex hoc non ſequitur, arrendatorem aliquid pro domino rege miniſtrare.

Minus obſt. Molin. verbo inquiſitio dicens, quod poſſunt inquiri per obſ. 1. de generali priuileg. & priuil. gener. quia illæ obſ. ſolum dicunt de collectoribus, & leuatoribus iuriū regalium, arrendatores autem non dicū tur leuatores † quia ad ſuam vtilitatē,
43 & nomine ſuo, & non regis adminiſtrant, & mutatione perſonæ mutatur priuilegium fiſci, Anchar. vbi ſupra
* ita fuit iudicatum in proceſ. Menauti de Morlanes, ſuper iuris firma, anni 1602. Nec his obſtat contrarium exēplar, deductum de proceſſu Petri
* Ab ego ſuper iuris firma, anno 1583. 12. Febru. quia ibi arrendator petijt firmam, ne poſſet inquiri, quę firma fuit reuocata, & bene † quia erat arrē
44 dator pedatici, & ſic officialis vt cōſtat per forum el ſeñor Rey, & alios de pedati. & foros de lezdis, tum quia inhibebat ne contra eum fierent proceſſus aliqui ciuiles per iudicem enqueſtarum, nec per alios iudices, & ſic ex his poſitionibus deſaforatis fuit re
45 uocata. Et eodem modo non obſtat † aliud exemplar, deſumptum ex proce
* ſu procur. fiſ. contra Iorgium de Rueda, ſuper crimi. an. 1598. quia fuerat arrendator pedatici villæ de Sariñena, & tales ſut officiales. Nec obſt. etiam proceſſ. procur. fiſ. cōtra B. Conchi
* llos, qui erat peſſador del peſſo real. anno 1586. nam ibi non oppoſuit fori † declinatoriam contra iudicem en
46 queſtarum inquirentem, licet vnus ex inquiſitis eam opoſuiſſet coram nuncio citante, & poſtea comparuit & ſe defendit non opponendo declinatoriam, quod facere debebat, vt tenet Bardaxi in for. 3. de foro comp. & ſic bene fuerunt condemnati.

Alia ſunt iura regalia Regibus Aragonum conceſa quę omitimus recenſere, cum inſtitutum noſtrum ſit iuris firmarum materiam explicare alia autem non niſi perfunctorie, & per tranſitum, vbi id ocaſio petat tractare tantum.

Et non

Et non ſolum iura regalia, quæ ſunt de demanio Principis, executantur
47 priuilegiatè, verum etiam & quęcumque alia debita, quę patrimonio, ſeu fiſco Regio debentur, & ita omnes fiſci debitores, etiam ex confiſcatione bonorum alicuius rei, poſſunt executari priuilegiatè ad inſtantiã fiſci, nulla habita diſtinctione inter debitores redditunm regalium, & alios quoſcũque, quia de iure debitor fiſcalis compellitur ſoluere priuilegiatè & executiuè l. quoniam nonnulli de appellat. Suarez in l. poſt rem iudicatam caſu 7. Oſaſcus deciſio. 86. Peregrin. de iure fiſci, lib. 6. tit. 7. num. 5. quod procedit ex quacumq; cauſa debitor ſit, de foro tamen Regia iura exiguntur priuilegiatè, non obſtante firma, vt ſupponit forus, que los precios de las arrendaciones Reales. Et cum forus non diſtinguat, nec limitet non eſt facienda differentia, & ſic videtur recipiendus etiam in arrendatoribus bonorum de patrimonio priuato, l. bene à Zenone C. de quadriennali preſcriptione, quam ponderat Garcia de nobilitate, gloſ. 3. §. 1. num. 24. & ſic in quibuſcumq; iuribus videtur loqui, nã indefinita legis vniuerſali æquipollet, obſeruantia item donatio, de donation. Deinde quia quicquid diſtinguat Gregorius Lopez † inter patri-
48 monium publicum, vel priuatum in l. fin. titul. final. partit. ſexta, tamen praxis huius Regni obtinuit, vt eadem prerrogatiua in vtroque caſu locum habeat, teſte, Garcia de nobilitate, gloſ. 3. §. 1. num. 25. vbi pulchrè ponderat verba illa, (los bienes delos Reyes,) quæ cum generalia ſint generaliter intelliguntur, & facit ea ratio, quia Reſpublica Romanorum, etiam in his quæ iure priuato poſſidebat, reſtituebatur, ergo idem in Principe, qui Rempublicam repreſentat ad l. 3. C. ad trebell. Confirmatur, quia ſi debitores vniuerſitatis, ex quacumque cauſa debitores ſint, exequutantur priuilegiate, foro vnico de executione aduerſus arrendat. ergo multo fortius in debitore Principis, qui eſt imago totius Reipublicę, Auendaño, de exequen. mandat. capit. 1. & licet diſtinguantur patrimonium publicum, & priuatum, & ſint ſub diuerſis iudicibus, & diuerſis procuratoribus, Cæſaris ſcilicet, & fiſci, Peregrin. libr. 1. titulo primo, numer. 7. Tamen in Aragonia numquam iſta diſtinctio facta eſt, immo pro omnibus agit, & deffendit procurator fiſcalis, & idem aduocatus fiſci (quod vltimum iuri conſonum eſt, l. final. C. de aduocat. diuerſo. iudic. Garcia dicto §. 1. gloſ. 3. numer. 1. vbi aliud eſt in Regno Caſtellæ,) ita docet Bardaxi ad for. final. de procurator. fiſci, cum ergo omnia iſta reputentur fiſcalia, ſicuti iura patrimonij publici priuilegiatè leuantur, ita de iuribus priuati erit dicendum, ac multo fortius in iuribus confiſcatis, quia ſunt de patrimonio publico, licet ante incorporationem non ſint de ſacro dominio: tum quia ſi fiſcus ſuccedat priuato, ad huc tamen quo ad debitores priuati fungitur ſuo priuilegio, vt quo ad morę incurſionem, & vſuras, l. fiſcus cum in priuati, ff. de iure fiſci, Peregrin. dict. lib. 6. titul. 7. numer. 3. ergo & priuilegio executionis priuilegiatę, quia licet fiſcus aduerſus debitorem debitoris non agat priuilegiatè, ſed iure ordinario, Pere-
49 grin. vbi ſupra, numer. 26. Tamen hic non agit niſi tamquam hæres creditoris, immo, & in Aragonia ſi cre-

ditor poterat obtinere in iudicio tenutę, poſſet fiſcus, qui in Regno priuilegiatus videtur aduerſus debitores, vnde obligatio generalis in eius fauorem valet, obſeruan. ſi quis arrendauerit de pignor. & nota quod dum illa obſeruantia loquitur de arrendatore, exempli cauſa locuta videtur, vnde procedit in receptore, Molin. in verbo fiſcus, ergo idem in quolibet contrahente, & dum poſtea addit pedagia, &c gratia exempli locuta videbitur, quare concludendum, quod ſi debitum ſit illiquidum, ordinariè eſt agendum, ſi liquidum, vt quia adeſt inſtrumentum debiti, priuilegiata erit executio ſecundum Peregrin. Oſaſc. vbi ſupra, & ſecundum conſuetudinem, quam forus ille, que los precios, &c. præſupponit, dum generaliter loquitur, & in vim iſtorum, quæ per aduocatos fiſcales allegari ſolent, fuit mandata fieri executio priuilegiata, ad inſtantiam Hieronymi Labata adminiſtratoris bonorum cõfiſcatorum, contra debitores perſonarum, quarum bona fuerunt confiſcata, et id per Regiam Audientiam meis temporibus, & multo magis id procedet contra ſequeſtrum, & depoſitarium bonorum fiſcalium, ex l. fin. C. depoſiti, gloſ. in l. prætextu, C. commodati late Carroſi. de depoſit. fol. 42. parte 1. titul. de caſu, à numer. 14. Molina in verbo capleuator, & ita per me, dum eſſem Locumtenens Iuſtitiæ Aragonum fuit conceſſa executio priuilegiata petente fiſco, contra Hieronymum Labata adminiſtratorem, & ſequeſtratorem bonorum, quæ ex confiſcatione proceſſerunt, & ſic ſoluit.

SVMMA EORVM, quæ in hoc §. 8. continentur.

1 *Cenſualia non obſtante firma exequuntur, habentur enim pro ſententiatis de foro, nouo, num. 2.*

3 *Sententia habet tractum ſucceſſiuum, ſufficitque, quod ſemel ſit data, vt in perpetuum duret.*

4 *Cenſuale ſi eſt a principio liberum, & purum, ex poſt facto eidem non poteſt imponi conditio, vel grauamen, vbi ellegans ad propoſitum traditur determinatio.*

5 *Contrariam tamen ſententiam tenuit author nu. 5. quia conſentiens actui obligatur ex eo, & ex motiuis num. 6. relatis.*

7 *Heres ſemel effectus, ex hominis diſpoſitione non poteſt amplius deſinere eſſe heres.*

8 *Fictio, vel præſumptio his, qui medio tempore ius legitimæ habuerunt nocere non poteſt.*

CEN-

§. 7.

CENSVALIA ſecundum diſpoſitiones forales, ſi formata ſint poſt forum Turoli, executantur † nonobſtante firma, & ſine exceptione,
1 foro vnico de cenſualibus Turoli, fol. 111. & inter alia, quę de cenſualibus in practica notaui, aduerte ſequentia.

Cenſualia de foro nouo 1592. Tiraſonę habentur pro ſententiatis, †
2 nec opus eſt ea ſententiare, ſed ſolum facere fidem iudici de incluſione partis, & ſtatim mandabit procedi ad executandum capiendum, &c. Abſque eo quod condemnet partem, quia habetur cenſuale pro ſententiato. Sed videamus ſi pars, ſeu dominus cenſualis, qui habet hodie teſtes ad probandam ſuam intentionem, qui teſtes poſſunt mori, & recedere, &c. petat ſententiari cenſuale, vt ſic poſtea licet teſtes moriantur, habeat ſententiam pro ſe in omnibus ſequentibus caſibus, & annis (quia cum illa ſententia contineat tractum ſucceſſiuum, † & annuum, ſufficit quod ſe-
3 mel ſit data, vt in perpetuum duret, l. 1. C. de fideicom. Molin. lib. 3. de primog. cap. 14. num. 18. Gomez. l. 45. tauri.) nec ſit opus noua probatione, dic quod debet ſententiari cenſuale dicẽdo. Attentis contentis, pronuntiamus & condemnamus talem, vel talem, nominando obligatos, in petitis, abſque refuſione expenſarum. Ratio eſt, quia forus nouus habet cenſuale pro ſententiato in fauorem debitoris ad euitandas expẽſas inmoderatas, quas ſoluit. Vnde ſi dominus cenſualis hoc vult facere, ſoluendo de ſua burſa expenſas: Ita quod nihil ſoluat debitor, iure fieri poteſt, & debet, ne ſibi pereat copia probationis, & teſtium, & ita ſolet dici in ſententia, abſque refuſione expenſarum, & ita ſolet in dictis caſibus procurator immortalis debitoris fateri debitum, vt citius, & cum minori diſpendio, & reſpectu cẽſualiſtę hoc fiat. Sic fuit pronuntiatũ multoties: Vide in proceſſu Egidij Gutierrez dę Camargo, ſuper condemnatione cenſualis, die 13. Aprilis 1595. & in proceſſu tutorum & curatorum Petri Torrellas, ſuper condemnatione cenſualis, in anno credo 1594.

Nota quod die 22. Martij, 1597 in proceſſu dominę Eliſabethis de Embum, ſuper appellitu captionatio, in curia Iuſtitię Arago. fuit determinatum, quod poſt quam cenſuale eſt formatum purè, & abſque aliquo onere: ita quod luitio poſsit fieri liberè, & abſque aliquo modo, offerendo pretium domino cenſualis, ſi poſtea Dominus cenſualis illud det alicui, vel tradat cum conditione, quod in caſu luitionis debeat pecunia depoſitari in tabula depoſitorum, aut alio loco ad emendum aliud cenſuale, vel ſmercandam pecuniam, quod non valet illud onus, licet aponatur preſente obligato in cenſuali, & domino carthę de gratia, quia ex quo à principio fuit liberũ, nõ poteſt poni grauamẽ aliquod,
4 sic fuit determinatum in dicto proceſſu, vbi cum fuiſſet appellitatum de cenſuali, & capti certi homines de Fuẽtes, poſtea Comes Fontanus fecit fidem de luitione, dicebatur ex aduerſo, quod non valebat, quia licet à principio fuiſſet formatum purè, tamẽ poſtea dña Eliſabeth de Heredia dederat in dotẽ illud cenſuale filię ſuę dominę Blãcę de Seſſe, cũ cõditione ꝙ in caſu luitionis nõ poſſet lui niſi depoſi-

pecuniam in tabula ad emendum aliud cēſuale, & hoc preſēte Comite fō tano obligato in cenſuali, qui erant conſanguinei, fuit determinatum quod luitio erat bona, & ſic fuerunt liberati, ſiue mandati liberari homines capti, ſine refuſione expenſarum, quia cum appellitantes eſſent ſucceſſores in cenſuali, habuerunt iuſtam cauſam ignorandi luitionem, licet eſſent ſtipulatę in contractu, ſed nota quod non fuit annulata captio, nec proceſſus ex eo, quia dixerunt, quod a principio fuit bene lata ſententia prouiſionis, & quod ex poſt facto nō potuit iniuſtificari, & ſic nec annullari, ſed fuerunt liberati homines, ego
5 vero tenui totum contrarium, † quia ex quo illud onus fuit impoſitum preſente Comite debitore cenſualis, non potuit contrauenire, quia remanſit obligatus, Iaſſ. in l. quę dotis ff. ſoluto matr. & vidi de hoc bonam determinationem in lib. cameræ conſilij Iuſtitię Aragonum 28. Maij 1499. vide circa negotium ſupra dictum ſequentia motiua per me pręſtita in alio caſu ſimili.

6 MOTIVA.

Ex eo & aliàs quia ſcilicet tal Algasteſtator ea lege † ac pacto, & non aliàs nec alio modo donaſſet inter alia cēſuale, de quo agitur carricatum ſuper villa de Pina, vt in caſu luitionis, deberet pretium ex luitione reſultans depoſitari apud adminiſtratorē generalitatū ad poſtea eſmerçandū, ſeu aliud ſimile cēſuale emendum, per quę verba videbatur ita donationem fuiſſe ſub dicto pacto, ſeu modo, vt cenſeretur illis non ad impletis eam non fuiſſe ab initio, & ſic illa verba effectum merę cōditionis obtinere, vt ſequuta contrauētione, ita definat eſſe heres, vt nullo vnquam tempore talis fuiſſe videatur, quod ſi ita eſſet, ſequeretur luitionem medio tempore factam nullam eſſe, vt pote factam in poſſe non heredis, ſeu verius extranei alicuius, ſed iſta magis ſubtilia ſunt quam vera, nam inprimis a tota ſchola iuris receptū eſt quod hęc verba & ſimilia licet conditionem importent quo ad effectum, hoc tamen eſt per viam reſolutionis ſequuta contrauentione, non tamē per viam excluſionis, ac quę à principio ſuſpenderet. Et ſic ſecundum Doctores in tali caſſu ſtatim a principio cōpetit actio ad rem donatam, ſeu relictam conſequendum, licet exceptione ſubmoueatur, ſi non caueat de modo ad implendo, quod ſecus eſt in verè conditionalibus diſpoſitionibus, ſub negatiua conditione poteſtatiua factis, veluti ſi capitolium, vel quid aliud ſimile non feceris, nam de rigore iuris nulla vocato competit actio, nec agere poteſt, magis quam ſi conditio caſualis foret, (ſi nauis ex Aſia venerit) licet tunc propter elicitam diſponentis mentem, lex iuſta ratione mota formam tradiderit, vt per cautionem mutianam, de vera conditione, in modalem tranſeat, vt ſic rem obtineat. Si Igitur talis diſpoſitio per contrauentionem reſoluitur, iam inde ſequitur, quod non deſinit eſſe heres, ita vt nunquam talis fuerit, ſed quod tota hereditate, etiam cum fructibus priuatur, ratione cautionis, quā dedit, in effectu per inde ac ſi nunquā
7 fuiſſet heres, & qui ſemel effectus, eſt heres, † ex hominis diſpoſitione, non deſinit eſſe heres, ſaltim nomine, vt iura clamant. Et ſi quando vocatus ſub conditione negatiua poteſtatiua, poſt ademptā hereditatem contrauenerit, non ita priuatur hereditate, vt deſinat fuiſſe ſemper heres, immo a dimitur ab eo, tanquam ab herede, & legata, & fidei commiſſa ab eo tanquam ab herede relicta debentur, cum verè condi-

conditionalis remanſerit illa diſpoſitio, dempto quantum ad adeundam hereditatem, quo ſolo reſpectu fuit in modalem transfuſſa. & omnia ita communiter DD. tenent, multo magis in caſu noſtro idem dicemus, vbi non eſt a principio conditionalis, ſed modalis, licet ex euentu habeat effectum conditionis propter voluntatẽ teſtatoris, volentis tali euentu auferre totam hereditatem cum fructibus. Vt ſic ſi interim fuerit heres, luitio cum legitimo herede facta, teneat. Et facit, quia in caſu de quo agitur DD. per verba denotantia fictionem, ſaltim præſumptionem loquuntur, dum dicunt cenſendum eſſe retro heredem non fuiſſe, contrauentione ſecuta, & per ſimilia verba. Certo autem certius eſt, non ſolum fictionem, † ſed
8 nec preſumptionem nocere, his qui ius legitime obtinuerunt medio tempore, vt exemplis mille demonſtrari poſſet, & quod tollit difficultatem eſt, quia donator hunc modum, ſiue grauamen clare imponit donatario, & non alijs, & hoc poſt luitionem factam cum eodem, dum dicit, quod pretium reſultans ex facta luitione cenſualis, teneatur depoſitari, ſi igitur contrauentionem donator conſiderauit poſt luitionem, quomodo neque ex eius voluntate, quinimo ex potentia illius dicemus voluiſſe, nec potuiſſe eum luitioni, nec redimentibus, prę iudicium inferre. Concludendum eſt, quod ſimiles clauſulę modales, niſi ſic intelligerentur, laqueos maximos redimere volentibus parerent, & mille redemptiones cenſualium retractarentur, huc vſque factę, quod nunquam auditum fuit.·.

(?i)

SVMMA EORVM, quæ in hoc §.9. continentur.

1 *Fideiuſſor iuris firmæ emparamenti poteſt executari non obſtante firma, quod intellige, vt num.2.*

3 *Obligatus ad ſoluendum certo die, ſub pena nõ liberetur ab ea ſi recuſet ſoluere eo quod dicat ſibi fuiſſe debitum emparatum. Secus vero eſt ſi pecunia deponatur penes iudicem, vt num.4. quod procedit etiam ſi debitum ſit priuilegiatum, nu.5.*

6 *Contrarium tamen refertur, & quid tenendum ſit, & obſeruetur traditur, numer.7. vbi cum diſtinctione reſoluitur, & num.8. & pro vtraque parte diſtinctionis exemplaria traduntur.*

9 *Ille in cuius poſſe bona emparantur, non poteſt ea poſtea alienare, & qui alienat bona ſua, non cenſetur aliena re bona emparata, alterius ibidem, num.9.*

10 *Qui reſpondet emparamento, ſiue bene, ſiue male non dicitur contumax verus, & a ſententia contra eum lata poteſt appellare.*

Bona

11 *Bona debitoris poſſunt emparari penes heredem, vel tertium ea poßidentem: & debet fieri emparamentum de bonis debitoris, quæ nunc exiſtunt penes heredem, vel alium, ibidem, & ad tollendã & repellendam firmam debet fieri fides de caſu manifeſto.*

12 *Non obſtante confeßione emparati poteſt probari amplius eum tenere.*

13 *Clericus non poteſt compelli ad reſpondendum emparamento.*

14 *Reprobatur quædam praxis, iam recepta.*

15 *Approbatur alia praxis etiam recepta.*

64. In proceſſu emparamẽti bonorum, fructuum, iurium, reddituum, alicuius vniuerſitatis, in quo firma fuit repulſa, & in rem iudicatam trãſacta, nam fideiuſſor in ea datus executatur non obſtãte firm. for. quando, & for. fin. tit. de emparament. fol. 94.

§. 8.

1 FIDEIVSSOR iurisfirmę emparamenti † poteſt executari in bonis per eum actualiter poſſeſsis, non obſtante quacumque iurisfirma, for. quãdo bona, verbo quibus quidem, titulo de emparament. fol. 94. quod intellige, quando † dicta firma, ſuper emparamento fuit repulſa, ſecundum Molin. verb. fideiuſſor. fol. 138. colum. 3. ad medi. 2

Hæc materia emparamentorum, quę peculiaris eſt noſtri Regni, & ſatis inuoluta. Et quæ verè, & ficte practicatur, pro probandis, & recuperandis debitis, magnas ſolet pati difficultates, vt meis temporibus expertus ſum, & primo, an qui certo die ſoluere aliquid tenetur, excuſetur à ſolutione debiti, & moleſtia, ſi illi per alium authoritate iudicis emparetur, & teſtetur debitum, circa quod nota, quod Molin. verb. debitor, fol. 87. verſi. debitor qui tenetur, & verb. emparamẽtum, fol. 117. verſi. emparata ſi eſt aliqua pecunia, & verbo firma, fol. 151. verſi. die 12. Ianua. ſentit, quod qui te-
3 netur ſoluere † certo die ſub pęna, nõ liberatur ab ea ſi recuſet ſoluere, ſub prætextu, quod ſibi debitum eſt emparatũ, per obſeruan. 4. de pęn. vbi ſolum emparamentum non excuſat, ſed plus requiritur, ſcilicet, quod ad poſſe iudicis pecunia ducatur, ſignata & ſic liberabitur à pęna, ex qua obſ. videtur ſentire Molin. quod ſi vltra empa-
4 ramentum † pars ducat pecuniam cõſignatam ad poſſe iudicis, liberabitur à pœna.

Sed nota, quod hoc poteſt de plano procedere in debitis emparatis, quæ non ſunt priuilegiata, quorum executionem ſuſpendit emparamentum, iuxta forum, item quia de emparamentis, de anno 1414. pro quo facit forus, ſtatuymos en cara eod. titul. de anno 1442. ibi. *En los caſos de la empara, empacha la execucion, o ſolucion del deudo*, ſentiens, quod non ſemper impedit, vt in debitis priuilegiatis, pro-

ut declarant ibi gloſę marginariæ.

Vnde ſolet queri, an idem ſit in debitis priuilegatis, vt facta conſignatione de debito emparato excuſſetur debitor, & poſsit ei prouideri firma ad impediendam executionem aprehenſionum, manifeſtationũ, dicit Portol. 5 ver. debitor num. 4. quod ſic, † & allegat Molin. pro hac opinione in locis ſupra dictis, in quantum Molin. (vt ego arbitror) ſe remitit ad dictã obſ. de penis & hoc fundat Portol. rationibus aliquibus iuris quo attento, ſolum emparamẽtũ abſque conſignatione dicit ſufficere, ſed cum cõſignatione dicit ſine dubio, allegat Doctores & Gaſtr. in l. ſi reus paratus n. 5. de procur.

Sed certe Molin ver. debitor & ver. emparamentum non loquitur expreſſe debito priuilegiato, & in ver. 6 firma dicit totum contrarium, † attẽto priuilegio debiti, & in ver. emparamentum fol. 115. ver. emparamentum præſentatum, dicit, quod emparamentum non impedit executionem cenſualis, & idem dicit in ver. cenſualia ver. in eodem foro fol. 61. ver. ſed quero, vlterius, idem dicit, quod non obſtante emparamento, cẽſualia executãtur non obſtante quocumque impedimento, quia poſt foros Turoli ſunt multum priuilegiata.

Sed dicet aliquis, quod hoc procedit quãdo ſolũ eſt emparamẽtũ, quod in alijs debitis ſuſpendebat, & impediebat, d. for. item quia, ſed non in debito cenſuali, & priuilegiato, ſecus autem ſi vltra emparamentum ducat pecuniam ad poſſe iudicis ſubſignatam, iuxta d. obſ. 4. de penis, quo caſu dicunt, quod hoc excuſabit debitorem, per allegata per Portol. vbi ſupra. quid tenedũm? obſeruatur† quod 7 ſi ante terminum præfixum ſolutionis emparatur debitum, poteſt illud ducere ad curiam conſignatum, & cum hoc excuſabitur, d. obſ. 4. de pæn. & fortius ſi compulſus ducat. In proceſſu Ioan. Michael Palomar & Ioan. Socarro Villanueua ſuper iuris firma, 18. Februar. 1603 fuit ſibi emparata certa quantitas ante diem, duxerunt ad poſſe curię, fuit ſibi data firma cõtra creditores ne eos moleſtarent. Vide aliam firmam in proceſſu Ioan Socarro villa nueua & aliorũ ſuper iuris firma 28. Ianuar. 1604. ſimilem firmam vide in proceſſu Iuratorum de Oliete & Obon 15. Nouembr. 1603. Si vero poſt morã ſoluendi, ſibi emparatur pecunia, tunc dicunt, quod ſi voluntariè ducit pecuniã ad curiam, ex quo poſt moram ducit, non excuſabitur, vt in proceſſu Petri Canelon vt infra. Ita Carrocius de ſequeſtro p. 3. queſt. 10. num. 2. Afflict. 150. vide Caball. Milleloq. 645. Cancer. lib. 2. var. capit. 4. de depoſito Rota genu. 61. deciſ. & deciſ. 206.

In proceſſu Petri Canelon ſuper executione comandę 21. Nouembr. 1595. fuit mãdatus executari Iacobus de Funes in vim comandę, ipſe dixit quod fuerat ſibi debitum emparatũ, & duxit pecuniam ad poſſe curiæ, declarauit iudex non ſatisfeciſſe, quia poſt moram ſoluendi fuit ſibi factum emparamentum, & ſic poſt culpam dicti Iacobi de Funes, & fuit mandatum procedi in executione, quia totum fuit poſt moram, idem fuit iudicatum in proceſſu Barberę Martinez, ſuper emparamento in Reg. Aud. 15. Octob. 1598. in ſcriua. de Roda, vbi ad inſtantiam Barberę Binuæ, fuit emparata pecunia cuiuſdam hominis, dicti Forment in poſſe Ioannis de Eſquex qui reſpondidit, ſe debere quindecim mille ſolidos in feſtum natiuitatis Domini, tempore emparamẽti

habitus pro confeſſo, at contumax verus non appellat, tamen in contrarium fuit determinatum, quia ex quo iam comparuit, & reſpondit ille in cuius poſſe, &c. non poteſt dici verus contumax, & licet non venerit ad ſufficientius reſpondendum, non obſtat, quia ex quo ſemel reſpondit, non eſt amplius inſiſtendum, & à ſententia poſtea lata, ân bene, vel male reſponderit, poteſt appellare, vel facere electionem firmę, ſic fuit determinatum in dict. firma, me relatore exiſtente.

Die 26. Auguſt. milleſimo ſexcenteſimo, in proceſſu Iacobi Vrgel, ſuper iurisfirma graua. fact. fuit dubiũ ſequens deciſſum, Don Ioannes de Vrrea Comes de Aranda, fuit condemnatus in Reg. Aud. dare filio ſuo Don Ludouico, pro alimentis certam quantitatem, hanc quantitatem, vel partem illius, credo, quod 1500. libras ceſsit dictus Don Ludouicus Iacobo de Vrgel, (acceperat enim à dicto Iacobo Vrgel, alias quantitates mutuo ad ſe alendum) dictus Vrgel fuit iſto modo factus creditor Comitis Don Ioannis, euenit quod mortuo Ioanne Comite, dictus Vrgel volens exigere debitum, emparauit in poſſe quorundam hominum dicti Comitatus, quęcumque bona pertinentia ad dominã Ioannam Comitiſsã, viduã dicti Ioannis Comitis, quocumque titulo, & cauſa ei pertinerent, emparati reſponderunt, quod debebant dictę Comitiſſæ 700. libras, ratione cuiuſdam arrendamenti eis facti de certis prædijs, & herbagijs dicti Comitatus, & per thenorẽ arrendamenti conſtabat, quod hęc arrendatio fuit facta viuo Comite, & quod dicta quantitas iam viuo
11 Comite debebatur, & per cõſequẽs, dimidietas ſaltim erat dicti Comitis, cumque ex proceſſu reſultaret, quod dicta Ioanna Enriquez erat heres Comitis, & vltra hoc, ipſa confitebatur ratione cuiuſdam venditionis per eã factæ de certa Baronia, & alijs bonis ſedentibus, in fauorem Don Petri eius filij, recepiſſe à dicto Don Petro 100000. libras, & dicebatur in venditione, quod ipſa tanquam heres Don Ioannis vendiderat illa bona, dicebatur igitur, ecce quod ipſa eſt hæres, habetque ex hereditate centum mille libras, vltra illas 700. libras, debet igitur reſtitui Iacobo Vrgel dicta quantitas emparata 700. librarum, verũ ipſa reſpondebat, quod in illa venditione non interuenerat pretium, quia ipſa tenebatur diſponere in filios, vel alium eorum, & ſic cauſa vitandi circuitus donationis, elegerat viam venditionis, per quam dederat filio omnem illam quantitatem, quam poſtea dare intendebat virtute vinculorum, quo caſu plus valet quod reuera agitur, quam quod cõcipitur ſimulate l. 1. & toto tit. C. plus valere quod agitur Bart. conſil. 65. & maxime quia poſt factam venditionem, die ſequenti, ipſa & eius filius Don Petrus recognouerunt medio inſtrumento, id quod ſupradictũ eſt, & quod pretium nullum interuenerat, ſed quod fuit factum ad fines ſupradictos Dñi Locumtenentes mandarunt reſtitui Iacobo de Vrgel totam quantitatem emparatam, tres vero mandauimus ſoluere ſolum medietatem pecunię emparatę, ex eo quia cõſtabat, quod medietas beneficio fori pertinebat ad eam, alia ad Comitem Ioannem ſuum maritum, & ſic cum debitum fuiſſet Comitis, quia ipſe erat tantum obligatus, ideo ſua portio fuit mandata re-

reſtitui, & licet videbatur, quod tenebatur d. domina Ioanna ſoluere aliã medietatẽ, quia erat hæres, & habebat bona per illius confeſsionẽ fuit tñ dictũ, quod reuera nõ recepit quãtitatem, & quod illud fuit ficto modo factum, & licet hæc ſolutio non omnibus placuiſſet, quia ſtamus chartæ, & non habemus exceptionem non numeratæ pecuniæ, reſpondetur, quod ſi ambæ partes hoc conſentiunt, & fatentur, & conſtat de obligatione diſponendi per vincula, ſatis videtur nõ interueniſſe pecuniã, & maxime moti fuimus, quia emparamentum fuit male conceptum, emparauit namque Vrgel bona competentia ad Comitiſſam, cũ debuiſſet emparare bona, quę fuerunt Comitis, & nunc Comitiſſę per illius mortem, & de iure ſtricto videbatur non emparaſſe pro debito Comitis, nec illius bona, ſed bona vxoris, & pro debito illius, cum re uera ipſa nihil deberet, & finaliter quia licet ſatis reſultabat ex actis, illã quantitatẽ eſſe pro dimidia dicti Comitis, tamen illud non ita liquido cõſtabat, vt induceret caſum manifeſtũ ad repellendam firmam Comitiſſæ, & ſic omiſſo rigore, tres fuimus voti, quod illa medietas reſtitueretur Iacobo Vrgel, & quod ageret via ordinaria, in qua ſine dubio obtinebit.

Si in emparamento relictum ſit iu-
12 ramento alicuius, vt dicat quæ bona habeat, aut quid debeat Titio, cuius bona emparantur, & reſpondeat, ſe debere quinquaginta, etiam ſi apponat dictionem tantum, adhuc poterit creditor acceptare illam quantitatem, & probare maiorem quantitatẽ debere illum reum, in alio proceſſu, ſcilicet ordinario, ita fuit iudicatum in quodã caſu vbi T. Andres in emparamento dixit, ſe habere quinquaginta tantum, creditor illa acceptauit, & poſtea in proceſſu ordinario probauit alia quinquaginta, & fuit condemnatus Andres, qui fecit electionem firmæ, & fuit ei repulſa, vide in proceſſu Antho. Andres, ſuper iurisfirma, die decimoquarto Octobris 1600. Vide Fuluium Pacianum, lib. 1. de probat. cap. 25. nu. 20.

Si emparantur bona aliqua in poſ-
13 ſe alicuius Clerici, vel Comendatoris Sancti Ioan. Sancti Iacob. non poſſunt iſti tales compelli ad iurandum, & reſpondendum emparamento, (licet emparamentum poſsit fieri, vſque ad talem coertionem:) Vide in proceſſu dõ Michaelis Xauierre de Garro, militis Sancti Iacobi, ſuper emparamento, die 8. Septembr. vel Octob. 1601. in cur. Iuſt. Arago. ſuppoſitum fuit eſſe exemptum, ego tamen de hoc dubito, cum non emitant milites Sancti Iacobi omnia vota.

Si .D. emparat bona. C. in poſſe
14 E exiſtentia, & reſpondeat quod debet cẽtum, tunc ſolet D. facere fidem de aliqua comanda, ſeu obligatione, vbi obligatus ſibi exiſtat C, & cum hoc ſibi reſtituunt, ſed dicebat eximius ille aduocatus Antho. Labata hoc male fieri, ita abſolutè, ſed quod debebat intimari C. dictum emparamentum, & alia enantata per D. quia forte illa comanda, ſeu obligatio, quã adducit D. adtollẽdam pecuniam emparatam, ſunt cancellata, ſoluta, vel aliàs extincta, quod ignorabitur, ſi dicta intima, & notificatio non fiat.

Quotidie practicatur, quod ad inſtantiam D. ficti emparantur bona E in poſſe F. & ſi F. reſpondet ſe de-
15 bere centum, & tunc conſentit D. emparans, quod reſtituantur E, quo facto, E ſeu eius procurator ſe opponit, & faciens fidem de illa confeſsione, tollit pecuniam, & finis imponitur emparamento.

SVM-

SVMMA EORVM, quæ in hoc §. 10. continentur.

1 *Perdita firma originali ſeu proceſſu originali firmæ caſualis non poteſt procedi ad reuocationem illius.*

2 *Perdito proceſſu originali firmæ caſualis, bene poteſt procedi ad declarationem iuris firmæ.*

3 *Perdito originali proceſſu iuris firmæ caſualis, bene poteſt procedi ad repulſionem, quando eſt repellenda per documenta extrinſeca, ſecus ſi ex eiſdẽ meritis.*

4 *Iuris firmæ communes nõ declarantur, & ratio quare non declarentur ibi.*

SEPE in praxi habetur & dubitatur an perdita firma originali poſſit procedi in copia, tanquam in originali, in quo nota, quod ſi aliquis, cui fuit preſentata firma caſualis, compareat ad eã repellendã vel reuocandam, faciendo fidem de copia, quę ſibi fuit tradita, & petat procedi in ea, tanquam in ſuo originali, non debet † iudex mã-
1 dare procedi niſi conſtet de originali proceſſu iuris firmę, ex eo, quia ſine originali non poteſt eam reuocare, non videndo teſtes, & acta, cum quibus fuit prouiſa, ſic fuit pronuntiatũ in proceſſu Ioan de Rios ſuper iuris firma 28. Iulij 1597. & antea idem fuerat iudicatum in alio caſu. Verũ ego de hoc dubito, nam bene verum eſt, quod quo ad reuocationem id procedit, quia non poteſt reuocari, niſi viſo originali, & eius meritis, verum quo ad declarationem † ſecus eſt, quia bene vel male prouiſa, iam con-
2 tinet totam inhibitionem, & ſecundum eam debet declarari, & poteſt ſine originali, & ſic videtur, quodquo ad effectum declarationis poteſt procedi in copia ſicut in originali, & idẽ poteſt eſſe quo ad repellendam firmam, † quando venit repellenda ex-
3 trinſice, per aliquod inſtrumentum, nam ſine originali poteſt procedi in copia, ſecus autem foret, quando eſſet repellenda ex eiſdẽ met meritis, qui bus male fuit prouiſa, nam tunc ſine originali non poſſet res bene expediri, & ſic non procederetur in copia, & ſic eſt diſtinguẽdum in caſu noſtro.

An autẽ iuris firmæ communes poſſint declarari, dic quod non vt, † in cap. 5. latius dicetur, nam cum
4 ſolum contineant poſitiones forales, claras, & certas, & quę non recipiunt dubitationem aliquam, & intentio iudicis inhibentis clariſſima ſit, & nõ dubia, ideo non eſt opus declaratione aliqua, ibi latius.

SVMMA EORVM, quæ in hoc §. 11. continentur.

1 *Actio contenta in inſtrumento debitorio, extinguitur, per excep-*

exceptionem in iurisfirma caſuali allegatam,miniſtrata in formatione, ſiue inſtrumentũ in regno,ſiue extra factũ ſit.

2 Firma iuris,communis, vulgo dicta volandera, an idem operetur, ex profeſſo diſputatur,& nu.3.

4 Inſtrumenta liquida in regno exequi non obſtante firma, reſpicit non tãtum ordinatiua, verum & deciſſiua cauſæ,& num.6.

5 Ordinatiua cauſæ,& deciſſiua,quæ dicantur,exponitur.

7 Inſtrumentum Romæ confectum,ſi hic producatur,& petatur exequi,exequendũ erit iuxta ordinem iuditiorum huius regni, quamuis in deciſſiuis Romana conſuetudo obſeruetur.

8 Inſtrumentum habens extra regnum exequtionẽ paratam, non obſtante exceptione,exequetur etiam in regno non obſtante firma.

9 Contrarium fuit iudicatum, & vide rationem.

10 Inſtrumenta extra regnum confecta, hic habebunt exequtionem paratam, etiam ſi vbi facta ſunt eam non habeant, & num.11.

12 Inſtrumentum comandæ, in Cathalonia appellatur ſcriptur a de terz.

13 Inſtrumentum de iure non habet exequtionẽ priuilegiatã.

14 Inſtrumenta omnia liquida, in regno hoc,habent exequtionem promptam.

15 Inſtrumenta liquida in regno non habent exequtionẽ priuilegiatã, immo per iuris firmam impediuntur,nu. 16.exceptis aliquibus,& declara, vt num.17.

18 Lex fauorabilis comprehẽdit forẽſes dũ ſunt in regno.

19 Aragonẽſes cõtractibus in regno celebratis,non vero alibi geſtis fauere voluerunt.

20 Delinquens extra regnũ, capitur in regno hoc,ad inſtãtiam partis legitimæ, non obſtan.fir.& vide rationẽ,n.21.

22 Priuilegium generale in §. item demandan, non ſeruatur in criminibus.

23 Firma iuris concedi ſolet cõtra inſtrumenta, extra regnũ facta,ne in hoc exequãtur priuilegiate,quãuis vbi facta fuerũt ſint priuilegiata, n. 24.

24 Contrarium tamen fuit iudicatum,nu.24. Reluctante authore, qui in priori ſententia reſidet, & Plebani opinionem approbat.nu.26.

27 Inſtrumenta guarentigia regni

gni omnem exceptionem excludunt, extra Regnum autem facta non ſic.

28 *Libellus virtute inſtrumenti extra Regnum facti, qualiter concludere & formari debeat.*

29 *Sententiam vnius iudicis alius iudex ſine literis ſubſidiarijs exequi non poteſt.*

30 *Inſtrumentum exequi abſq; libello, conteſtatione, & ſimilibus, litis ordinatoria reſpicit.*

31 *Locus iudicij attenditur, etiam quo ad forenſes, in reſpicientibus litis ordinatoria, & num. 32.*

33 *Statutum priuilegiãs inſtrumenta, ita quod non admitat exceptionem, etiam peremptoriam, non habet locum in inſtrumento extra Regnũ ſtatuentium confecto.*

34 Exceptio *contra inſtrumentum extra territorium factum, opponi poteſt, quamuis adſit ſtatutũ, quod contra inſtrumentum non admittatur exceptio, & fiet probatio attento iure communi.*

35 *Statutum ſi mãdat exequi inſtrumenta guarentigiata vbicũq; fuerint cõfecta, & quod nulla opponatur exceptio, mãdabuntur exequtioni ſecũdũ modum loci iudicis ſtatuẽtis. Sed quoad exceptiones locus contractus attendetur vt num. 36.*

37 *Contrarium traditur cum Paulo. num. 37.*

38 *Inſtrumẽta cõfeſſionata per debitores in iudicio, inquibus iuramentum, aut pena impoſita eſt, habent executionem paratam, quo ad perſonam capiendam, reiecta omni exceptione, niſi ea quæ incontinenti probari poteſt.*

39 *Proſperi Carauitæ ritus 166. declaratur, & nu. 43.*

40 *Carcerari debitorẽ opponẽtẽ exceptionẽ cõtra inſtrumẽtũ, litis ordinationẽ reſpicit.*

41 *Lex loci contractus attenditur in deciſiuis.*

42 *Iudex in exequendo, ſuã non vero alterius iuriſdictionem ſequitur.*

44 *Exceptiones contra inſtrumentum quando tolluntur, nõ autem differuntur.*

45 *Debitor firmãs cõtra inſtrumentum factum extra Regnũ audietur, quia obſtat firma quæ in loco contractus obſtaret. Secus eſſet ſi exceptio, ſeu firma in loco contractus non obſtaret, vt num. 46.*

47 *Exceptiones vbi per ſtatutum*

tum ſolũ ſuſpenduntur; dicuntur de ordinatiuis iudicij.

48 *Capi quis poteſt in Regno, propter inſtrumentum extra Regnũ confectum, quamuis extra Regnũ capi nõ poſſet.*

49 *Contrarium tamen fuit declaratum, & firmæ fuerunt cõceſſæ nu. 49. & vide reſolutionẽ cũ diſtinctione, n. 50.*

An iurisfirma, ſeu exceptio impediat executionem inſtrumẽtorum factorum extra regnũ, materia difficillima, ac quotidiana.

§. II.

IN hac practicabili queſtione oportet ſupponere, nos non loqui de exceptionibus & firmis caſualibus, fundatis in exceptionibus particularibus, & caſualibus, per quas miniſtrata informatione conſtat, actionẽ contentã in inſtru-
1 mento † debitorio eſſe extinctã, vel non eſſe exequibilẽ, vt quia debitum eſt conditionale, & conditio nondũ eſt verificata, vel in diem, & dies non ceſsit, nec venit, vel debitum eſſe reciprocum, & pro altera parte, contra quam firmatur nõdum eſt ad implementum ſequutũ, quibus caſibus exceptio, & firma ſuper ea obtenta impediet executionem, nedum inſtrumẽtorum extra Regnum factorum, ſed etiam licet in Regno fiant, cum id iuſtiſsimum, rationabile, & naturale ſit, ſed nos loquimur de illis firmis com-
2 munibus, quas vulgus volanderas † appellat, in quibus exceptiones proponuntur tantum, & allegantur, non tamen probantur, cõtra omnia inſtrumenta liquida (quæ priuilegiata non ſint) iuxta obſer. vſus Regni de pignoribus, etiam in vim iuris communis, quarum diſcuſione, & probatione pẽdente, de iure & foro executio ſuſpenditur, & differtur, vt ſupra latius diximus. Modo igitur queritur, an hoc idẽ priuilegium, quod ſcilicet ſuſpẽdatur executio inſtrumenti debitorij liquidi (non priuilegiati per forum) propoſita exceptione, & non probata, eius diſcuſsione pendente, † in viã iuris, &
3 fori per d. obſ. vſus Regni, ſecũdũ Bal. in l. perẽptorias, C. ſentẽ. reſci. nõ poſ. habeat locum contra inſtrumenta alibi cõfecta, quę hic exequuntur. Et ad huius queſtionis reſolutionem oportet premittere, quod hoc, quod in Regno cõmuniter dicimus, quod inſtrumentã liquida executãtur, nõ obſtãte firma & exceptione, † reſpicit non tã
4 tũ ordinatiua, ſed etiã decisſiua cauſę: nam vt ſtatim videbis, in quantũ forus mandat inſtrumenta hęc liquida mitti executioni, abſq; ordine iuditiario, & ſolẽnitate, reſpicit ordinatiua iudicij, cuius ordo ſubſtantialis, ſolẽnitatẽ quandã præfefert citationis, litis cõteſtationis, & aliorũ, & in hac parte reſpicit ordinẽ iudicij: in quantum vero forus vlterius procedendo diſponit, quod non ſolum † ordo iuditiarius nõ
5 ſeruetur: ſed quod nec etiã obſtet exceptio, & firma aliqua, ſi proponatur cõtra executionẽ inſtrumenti, & quod ea nõ obſtante mitatur excutioni inſtrmentũ, in hoc reſpicit decisſiua litis, & cauſę. Si quidem poſſe opponi, vel non poſſe opponi exceptiones, decisſiua reſpicit, vt ſtatim dicam, iam
6 igitur, hoc quod dicimus, inſtrumẽta † liquida fore exequibilia non obſtante excep-

exceptiones, & firma, reſpiciet non ſolum ordinatiua iudicij, ſed etiã deciſiua cauſę, & in hoc caſu mixto eſt tota difficultas, vt videbis, nã in ipſis partibus ſimplicibus nulla datur, ſi quidẽ clariſſimum eſt, quod inſtrumentum Romę † confectum, ſi hic producatur,
7 & petatur exequi, exequendũ erit ſecundum ordinem iuditiorum huius patrię, non vero Romanę, & e conuerſo in deciſiuis attendetur cõſuetudo Romana, vnde ſi ibi contra inſtrumẽtum admitantur teſtes, certe hic admittẽtur licet adſit contrarium ſtatutum, & idem circa opponendas exceptiones, quę deciſiua reſpiciunt. His ſic ingenere prælibatis ad caſum accedendo, vbi quęritur an inſtrumẽtum, quod extra Regnum habet † executio
8 nẽ priuilegiatam non obſtante exceptione, debeat etiam exequi in Regno non obſtante firma. Et nota, quod articulus iſte eſt multum altercatus, & nondum bene deciſus, quia ſunt multę determinationes cõtrarię, quas refert Portol. in verb. inſtrumentum, & in hac difficultate nõ omnino pro nunc firmo pedẽ, licet iudicauerim in firma Ioan. Bapt. de Negro, anno 1593 die 28. Iunij, quod in regno † nõ exe-
9 cutantur priuilegiatè, ratio eſt, quia licet contrariũ de iure procedere videatur, ex eo, quia in deciſiuis attẽditur lex loci cõtractus, in ordinatiuis vero lex loci iudicij, modo igitur, aut vis ꝙ exequi priuilegiatè, & ſic non obſtante firma ſit de deciſiuis, & tũc ſeruabitur lex loci cõtractus, & ſi ibi habent hoc priuilegiũ, ſimiliter illud habebũt in hoc regno, ita Bald. in l. vnica. C. ne filius ꝓ patre, Suar. in l. poſt rẽ iudi. q. 5. Palati. Rub. in præfat. rub. aut vero vis, quod illud reſpiciat ordinatiua, & ſeruabitur lex loci iudicij, & ſic inſtrumenta † alibi confecta, habebunt hic
10 executionem priuilegiatam, etiam ſi ibi vbi facta ſunt eam nõ habeant, cũ ſeruetur lex loci iudicij, & multo for-
11 tius ſi † in eo loco eam habebant, & hoc de iure videtur recipi per omnes DD. ſupra citatos, & idem, & multo fortius diceremus, quando iſta inſtrumenta habẽt executionem priuilegiatam extra regnum, & in regno, vt in çomanda † quę in Cathalonia voca-
12 tur ſcriptura de terz, in regno autem comanda, & ſic videtur quod de iure, ſi inſtrumentum alibi confectum ibi habebat executionem priuilegiatam, non obſtante exceptione, cum illud reſpiciat deciſiua, Iaſſ. in l. cunctos populos, habebit etiã in Regno, quia attenditur lex loci contractus, in ordinatiuis vero ſeruabitur lex loci iudicij, nec obſtat dicere, quod de iure
13 nullũ inſtrumentũ † habet executionẽ priuilegiatã l. minor. cui fideicõiſ. ff. de minor. nam licet hoc ſit verum, nos tamen loquimur, quando virtute ſtatuti eſt priuilegiatum, non obſtante exceptione, quo caſu cum illud reſpiciat deciſiua, ex quo excluditur exceptio, Iaſſ. in l. cũctos populos, C. de ſacroſan. eccl. ſuccedit regula iuris, ꝙ in deciſiuis ſeruetur lex loci cõtractus. Si vero inſtrumẽtũ nõ haberet executionẽ priuilegiatã, nõ obſtãte exceptione, virtute ſtatuti, ſed ſolũ executionẽ prõptã obſtãte exceptione, vt in Ara
14 gonia oĩa † inſtrumẽta liquida habent executionẽ prõptã, Moli. ver. firm. obſer. de fideiuſſo, & obſer. de retũ teſt. tunc quia illud priuilegiũ reſpicit ordinatiua, Bal. Iaſ. vbi ſup. licet vbi fuit cõfectũ nõ haberet hoc priuilegiũ, habebit illud in regno, quia in ordinatorijs nõ attẽditur lex loci cõtractus, ſed iudicij, & ſi in loco iudicij ſimilia inſtrumẽta habẽt prõptã executionẽ, ſeruabitur lex loci iudicij, quia in ordinatiuis ſeruatur, lex loci iudicij, & ſic habes quid ſit dicẽdũ de iure, quãdo virtute ſtatutorũ priuilegiãtur inſtrumẽta in executione.

Sed

Sed licet hæc videantur obſtare,
tamen in Aragonia difficilis eſt, nam
videtur quod licet extra Regnum ha
beant hoc priuilegium, vt non obſtan
te exceptione executentur: et ſic ſi-
mus in deceſsiuis, adhuc non ſeruabi
tur lex loci cōtractus, ratio eſt, quia pri
uilegium Aragonum generale eſt,
quod inſtrumenta non habeant † exe
15 cutionem priuilegiatam, non obſtan-
te firma, ideſt exceptione (quę idem
ſunt cū firma nihil aliud ſit quā colle-
ctio exceptionum:) ſed ꝙ potius poſsit
opponi exceptio, & per eam retarde-
tur executio, & impediatur, ita vt ſit
procedendum via ordinaria, parte ci-
tata audita, cum libelli oblatione, &
non alias, vt in priuilegio generali
Aragonum, verb. item demandan. &
for. vnico quod in factis vſur. vnde vo
luerunt fori dare hoc priuilegium ho
minibus de Aragonia, vt per iuris fir-
mā, ideſt exceptionē † impediatur exe
16 cutio, niſi in caſibus à foro exceptis,
videlicet comanda, ſententia arbitra
li laudata, confeſsione voluntaria,
&c. Ratio huius deciſsionis potuit
eſſe, ne vexentur Aragonenſes execu
tione omnium contractuum, dem-
ptis quibuſdam caſibus à foro excep-
tis, & illi caſus exceptuati intelligun-
tur, de geſtis in Aragonia, † nō autem
17 de geſtis alibi, & licet priuilegium ge
nerale compræhendat omnes alieni
genas, vt ſic videatur idem dicendum
de caſibus exceptuatis extra Regnū
factis, dic. quod alienigenæ gaudent
foris, ſi intra Regnum ſunt, quia lex
fauorabilis † comprękendit forenſes,
18 dum ſunt in Regno, caſus autem ex-
ceptuati, non debent extendi ad alibi
geſtos, quia cum priuilegium illud ſit
conceſſum, & in eorum fauorem, re-
gnicolis, non debet extendi, vt ceteris
proſit, ſed dices ſecundum hoc, ſi con
tractus eſſet factus in fauorem Ara-
gonenſis extra Regnum, haberet in
Regno executionem priuilegiatam,
dic quod non, quia contractibus in
19 Regno † celebratis voluerunt Arago
nenſes fauere, non autem alibi geſtis,
ſed dices tu, ſi priuilegium genera-
le, & caſus fallentiales loquuntur de
caſibus exceptuatis in Regno geſtis
ſolum, ſequeretur, quod ſicut inſtru-
menta priuilegiata extra Regnum fa
cta, non executantur priuilegiatè in
Regno, ſed eis obſtat firma obſtabit
etiam contra crimina extra Regnū
perpetrata, quia de illis non loquitur
exceptio priuilegij, & videmus, quod
20 malefactor † Caſtellæ, non obſtante
firma capitur hic, ad inſtantiam par
tis legitimæ, & aſtricti, in caſibus fo-
ri noui, 93. Reſpondeo ad id, quod
cauſauit magnum dubium in conſi-
lio me ibi exiſtente, quod cum priuile
gium illud ſit datum Aragonenſibus,
vide Bardaxi in priuilegio generali
Arago. numer. 5. contra actus † extra
21 Regnum factos, non debet prodeſſe
delinquētibus extra Regnū, tum quia
iam ibi exceptatur omne crimen pro
batum, deinde, quia ſi ſolum crimina
ibi excepta appellitarētur nō obſtan-
te firma, ſequeretur, quod pro alijs cri
minibus minoribus, in Regno perpe-
tratis, non appellitaretur non obſtan
te firma, vt in iniuria, rixa, & alijs, &
totum contra videmus, & ſic dicen-
dum eſt, quod cum per alios foros de
appellitu, hoc ſit prouiſum, vt pro cri
mine probato capiatur quis, non ob-
ſtante firma, non ſeruabitur in crimi-
22 nibus † priuilegiū generale, vel quod
ibi iam exceptuatur omne crimē pro
batum, & non eſt eadem ratio de cri
mine, & contractu, Abb. in cap. poſtu
laſti de foro comp. Suarez in l. poſt
rem iudi. q. 5. dum loquitur de execu-
tione ſententię ab vno latæ, cum re-
quiſitorijs iudicantis. Tandē in mēſe

Iunij

Iunij anni 1593. in proceſſu Ioan. Baptiſtę de Negro, ſuper iuris firma, fuit in conſilio Iuſtitię Aragonum delibe ratum, quod inſtrumenta extra regnum facta, licet ibi ſint priuilegiata, & etiam in regno ſimilia inſtrumenta ſint priuilegiata, non habebunt in regno executionem priuilegiatam, & ſic fuit contra ea inſtrumenta data firma, † & longo examine confirmata, vide exemplaria multa, allegata

23 per Pleban. in ver. inſtrumentum vide in proceſſu Melchioris de Berto la ſuper executione, & captura die 6. Aprilis 1579. in Regia Audientia, & in proceſſu Petri de Arteaga ſuper iuris firma die 3. Ianuarij anno 1585. & in proceſſu Ioannis Rodriguez, ſuper iuris firma, die 21. Nouembris anno 1592. & in proceſſu Michaelis del Frago ſuper exceptione, & captura in Reg. Audientia die 7. Auguſti anni 1587. in quibus in contradictorio iuditio fuit deliberatum, quod executantur ſimilia † inſtrumenta obſtante firma, vide etiam in proceſſu Petri

24 Alfonſo ſupra iuris firma 24. Ianuarij 1597. fuit data firma, ne in vim inſtrumentorum extra regnum factorum, fiat in regno executio non obſtante firma, niſi conſtito quod extra regnum ſint exequibilia non obſtante exceptione, & licet totum contra fuerit iudicatum in proceſſu Petri Carrues, ſuper iuris firma die 6. Maij anno 1575. tamen ex alio capite ibi fuit reuocata illa firma, quia erant quędam poſitiones falſę, & aliæ nulli tates, contrarium † ſimiliter fuit iu-

25 dicatum in proceſſu don Hieronymi Labata ſuper iuris firma 23. Iunij 1600 vbi firma data ne in vim inſtrumenti comandæ extra regnum facti procedatur non obſtante firma, fuit poſtea reuocata per tres Locumtenẽtes, ſed duo eam confirmauimus, ob ſeruando antiqua exemplaria, & in hac opinione reſidit Pleba. dum dicit, quod † executantur obſtante fir-

26 ma, ſicut omnia inſtrumenta in regno liquida, quę aliàs habent executionem paratam, executantur obſtante firma, non vero non obſtante. Deinde conſidera, quod priuilegia guarentigię de alijs regnis, non ſunt tam rigida qualia priuilegia regni, vbi

27 excluditur † omnis exceptio, & deffẽſio, quod ſecus eſt in alijs guarentigijs, vbi admittitur exceptio Bar. in l. 1. §. & parui refert, quod vi aut clam, & ſic non ita debet fieri extenſio, de vno, ad aliud. Vltimo conſidera, quod pauci ſciunt concludere, dũ petunt exequi priuilegiatè inſtrumenta alibi confecta, quia ſic nuditer nõ concludunt, eſt ratio, quia aut ſunt priuilegiata nonobſtante exceptione, & ſic in deciſiuis, & tunc debent concludere petendo † exequi, prout in lo-

28 co contractus, cum attendatur locus contractus, & non concludere, vt exequantur priuilegiatè ſic nuditer, vel vt in regno exequutur, quia cum hoc ſit de deciſiuis, non debet attendi, & ex hoc capite multi ineptè concludunt, & licet ita teneam pro nunc, ad huc Deo duce magis vigilabo in hac difficultate, quia nondum quieſcit animus.

Sed de nouo magis conſiderato negotio hoc, de quo agitur, eſt tenendum, ſupoſito quod, licet ſententiam

29 vnius iudicis, non poſſit alius iudex diuerſi territorij exequi ſine literis † ſubſidiarijs iudicis iudicantis l. vnic. ff. de offi. conſul. Dom. & Fran. in §. cum omnes de offi. deleg. in 6. ſed cum literis ſubſidiarijs poterit, §. ſententiam l. a Diuo Pio, ſecus tamen eſt in inſtrumẽtis, propter rationẽ quã aſſignat Bart. in §. ſententia Romę Xuarez num. 10. ver. nunc ad intentum &c.

&c. & num 12. Materiam inſtrumentorum guarentigiorum proſequẽdo, nota quod in hoc omnes cõueniunt, quod hoc, quod inſtrumentum mandetur executioni abſque libello, conteſtatione, & ſimilibus ſolemnibus, †
30 reſpicit litis ordinationẽ, cõmunis cõcluſio Garauit de rit. mag. cur. rit. 166. num. 61. dicens omnes ſic tenere, Hipolit. in l. fin. num. 57. de iur. omnium iud. Xuarez in declara. regni vbi ſupra queſt. 5. nu. 14. & 22. & tunc etiam omnes doctores tenent, quod vigente tali ſtatuto in regno, ſcilicet quod inſtrumenta habeant executionem paratam, ſi virtute alicuius inſtrumenti confecti in alio loco, ſeu prouincia petatur executio in loco ſupradicti ſtatuti, habebit illud inſtrumentum executionem illam paratã, licet eam non habeat in loco vbi fuit confectum, ratio eſt, quia in reſpicientibus litis ordinationem, ſeu ordinem iudiciorum † attenditur locus iudicij,
31 etiam quo ad forenſes, l. 3. in fin. ff. de teſtib. l. clericis iuncta gloſ. C. de epiſ. & cleri. ita tenent Bart. in l. cunctos populos, C. de ſumm. Trinit. Bald. in l. 1. 4. queſt. C. ne filius pro patre, & in l. vnic. C. de confeſſ. Caſtr. in l. 2. C. quemad. teſt. aperi Hippolit. alios allegans in d. l. fin. num. 57. Garauit vbi ſupra, & Suarez, nu. 14. & 22. cum ſequent. & in hoc non eſt dubitatio, quod etiam ſentit Paul. in d. l. 2. nu. 9. ibi, quia licet illud inſtrumẽtum, &c. ff. de eo quod certo loco dicens, quod circa exequendum attenditur locus iudicij, quia hoc pertinet ad modum procedendi circa exceptiones vero attẽditur locus cõtr actus. (verum hoc vltimum quomodo intelligatur, vide in ſequentibus, nã idẽ Caſtr. hoc vltimum intelligit certo modo vt dicã,) ita Roland. conſ. 48. num. 6. in 3. Aſinius vbi ſupra, Cin. in d. l. cunctos populos. & in l. 1. C. quæ ſit longa. conſu. immo Suarez. num. 22. idem dicit circa ordinem iudicij, licet obſcurè, nam vſque ad num. 24. concludit quantũ
32 ad ordinem iudicij, ſeruandum † eſſe locum iudicij, vnde ſi inſtrumentum alibi factum, vbi non habet executionem paratã producatur in alio Regno, vbi habent executionem paratam, veluti, quia continent guarentigiam, quę ſecundum ſtatuta illius loci vbi producitur habent executionem paratam, mandabitur executioni: & ſeruabitur lex loci iudicij, & ſic tale inſtrumentum alibi confectum, ad hoc vt exequatur in alio Regno, vbi ſimilia inſtrumenta ſunt exequibilia, debet habere ſimile præceptum guarentigię, vel aliud pactũ executiuum, quibus datum eſt priuilegium executionis in loco iudicij, & ſic debet eſſe ſimile illis inſtrumentis, quibus in loco iudicij conceditur priuilegium executionis, & hoc ſentiunt Bald. in d. l. 1. ne filius pro patre, & omnes DD. in hunc ſcopum tendunt, ita practicauit Suarez, n. 23. Palat. Rub. in rubr. charta 2. verb. ex quo infertur quod ſi lex Regni, &c. & è contra licet Venetijs inſtrumentum factum habet executionem, in loco vero iudicij non, minime mandabitur executioni ſecundum priuilegium Venetorum, ſed loci iudicij, ac ſi ibi fuiſſet factum, & hoc ſi eſſet ſecundum morẽ aliorum inſtrumentorum loci iudicij, vt dixi, non aliàs. & hæc eſt veritas in hac prima concluſione.

Dubitatio tota eſt quando ſtatutũ priuilegiãs inſtrumenta, vlterius procedit, quia non ſolum mandat exequi abſque ſolemnitate, ſed etiam diſponit, quod nulla exceptio etiam perẽptoria opponatur, in hoc DD. variè dicunt: Bart. in d. l. cunctos populos
33 dicit, quod tali caſu, † tale ſtatutum non

non haberet locum in inſtrumento confecto in alia prouincia, & ſic circa illius inſtrumenti executionem, non attenderetur ſtatutum huius loci, & per conſequens contra tale inſtrumẽtum poſſet opponi exceptio in viam iuris communis, ſeu loci vbi inſtrumẽtum fuit confectũ, & hoc ex eo, quia hoc reſpicit non ordinem litis, ſed executionem, condemnationem, vel litis deciſionem, & tunc non attenditur in his ſtatutum loci iudicij, ſed contractus, l. ſi fundus, vbi DD. de euictio. (dempta cauſa dotis ſecundum Bart. ibidem) idem dicit Bald. in d. l. 1. in 5. queſt. C. ne filius pro patre. Paul. Caſtr. in l. à Diuo Pio §. ſententiam Romę. ff. de re iud. Hipol. Marſil in l. fin. nu. 58. 59. ff. de iurid. omnium iudicum, Iaſſ. in d. l. cunctos populos à numer. 59. cum ſequentibus, C. de ſum. Trinit. dicens cum Bart. tenere alios, & maximè Salicetum ibi (quicquid ſecundum eum dicat Paul. Caſtr. in l. 2. ff. de eo quod certo loco vt dicemus) Petrus de Bella in d. l. cunctos populos, num. 14. vbi Cacialupus nu. 102. Baptiſta Aſsinius de executionibus cap. 76. fol. 25. vbi idem tenet Suarez vbi ſupra, nu. 24. dicens, quod ſi in loco executionis nulla poſsit opponi exceptio contra inſtrumentum, ſi tamen inſtrumentum eſt factum
34 extra territorium † poterit opponi exceptio, & fiet probatio attento iure communi, ſecundum regul. Bart. & Bald. in dict. l. cunctos populos, Bald. in l. 1. C. ne filius pro patre, Paul. Bal. in d. §. ſententiam Romę, & ſic lex, ſeu conſuetudo loci, quæ dat robur, vel tollit ſcripturę circa probationẽ, & deciſionem ſeruatur vbique in loco iudicij, Bald. in l. exemplum, C. de probat. Suarez num. 25. vol. 24. ita cũ dicta diſtinctione tenet pręcedentia Cynus de Piſtorco in d. l. cunctos populos, & in l. 1. C. quę ſit longa conſuet.

Alij in hoc puncto aliter dicunt, quod ſi ſtatutum ſimpliciter tollit exceptiones, & producitur inſtrumentũ alibi confectum, non regulabitur ſecundum illud ſtatutum, ſed ſecundũ ſtatuta loci contractus, & ſic poterit opponi exceptio, & in hoc omnes conueniunt, ſed ſi ſtatutum mandat exequi inſtrumenta † guarentigiata, vbi-
35 cumque fuerint confecta, & quod nulla poſsit opponi exceptio, tunc eſt caſus mixtus, & dicunt, quod mandabitur executioni, ſecundum ſtatututum loci iudicij, quia hoc eſt eſſe de ordinatiuis litis, ſed quantum ad exceptiones non ſeruabitur ſtatutũ loci
36 iudicij, ſed contractus, † ſic poterunt opponi, quia hoc ſpectat ad deciſionẽ litis, & cauſę, & ita eſſe de mente Bal. in l. 1. C. ne filius pro patre tenet Paul. Caſtr. in l. 2. num. 9. ff. de eo quod certo loco, & hęc opinio videtur vera ſecundum ſuperiora, & continet æquitatem, & iuſtitiam, ſicut & in ſimplicibus verificatur ex iſto modo poſſunt intelligi DD. ſuptacitati, quia in idẽ videntur iſta reincidere cum in ordine iudicij executiuo, attẽdãtur locus iudicij, in deciſiuis, vero veluti exceptionibus, locus contractus, & ſic hæc opinio Bald. non videtur diuerſa à ſuperiori 2. concluſione.

Verum Paul. Caſtr. in d. l. 2. num. 9. ff. de eo quod certo loco tenet cõtra,
37 † in caſu quo ſtatutum mandat exequi inſtrumenta guarẽtigiata, & quod nulla exceptio poſsit opponi, quia dicit ipſe, quod hoc ſtatutum non ad deciſionem, ſed admodum procedendi executiuum pertinet, nam non decidit dubium, ſed reſeruat poſt factam executionem, & hoc verius putat ipſe, vt ſicut proceditur executiuè ſecundum ſtatutum loci vbi petitur executio,

tio, ita debeat executio fieri expeditè ſecundum ſtatuta eiuſdem loci, vt non admitatur exceptio, hoc enim eſt pars executionis, & in hoc reſidet ibi Paul. eandem fere ſententiam tenet Garauita ſuper ritu magnę curię 166. per quem ritum inſtrumen-
38 ta confeſsionata † per debitores in iuditio, & in quibus eſt appoſitum iuramentum, vel penæ pecuniatię, habent executionem paratam, quo ad perſonam debitoris capiendam reiecta omni exceptione, niſi in prōptu, & in ipſo inſtanti probetur exceptio, reſeruato tamen, quod poſtea in vinculis audiatur debitor, & ſi exceptionem probauerit, liberetur, dicit
39 igitur Carauit. † ſi inſtrumentum alibi confectum preſentetur in regno liquidandum iuxta formam ritus, certum eſt, quod mandabitur executioni, quia hoc eſt de ordinatiuis iudicij, & attenditur locus iudicij, licet inſtrumentum extra regnum ſit factum, & in eo habebit locum ritus, & eius liquidatio, ſed ſi opponatur exceptio per debitorem, quę in continenti non poſsit probari contra inſtrumentum, habebit ne locum ritus magnæ curiæ? ita ſcilicet vt carceretur debitor, & in vinculis probetur, an vero ritu non obſtante, ad mitetur ad probādas exceptiones extra vincula in vim iuris communis, ſeu loci contractus: reſpondet Carauit. dicens, quod ex quo ritus non tollit penitus exceptiones, ſed differt tantum, volens, quod in omnibus audiatur, ſed in vinculis dicendum eſt, quod licet inſtrumentum alibi ſit confectū, debitor opponēs circa illud, & in promptu non probans, carcerari debet, & poſtea audiri, quia illud quod prius carceretur, & poſtea audiatur †
40 reſpicit ordinationem litis, & ſic ſeruatur locus iudicij, & per conſequens ritus magnę curię, ſecundum Felin. in c. fin. num. 10. de conſtitu. vbi Abb. & Decius Xuarez in l. poſt rem iudi. q. 5. num. 17. ver. ſed in hoc de executione.

Secus autem eſſet ſecundum Carauit, ſi ritus pennitus tolleret exceptiones contra inſtrumentum, nam tunc ſi factum eſſet extra regnum, vbi iſte ritus non extat, cum hoc reſpiciat litis deciſionem, audiretur debitor opponens exceptiones, ritu nō obſtāte, & ſeruaretur ius commune,
41 quia indeciſiuis † attenditur lex loci contractus, ſecundum DD. ſupra dictos.

Ex his infert Carauit. id quod omnes Doctores ſupra citati ſentiūt, quod ſi inſtrumentum ſit intra regnum, vbi habet executionem paratam inſtrumentum confeſsionatum, & producatur extra regnum, vbi nō viget tale ſtatutum, nec aliud ſimile, an debeat exequi, dicit ipſe ſecundū Bal. in l. vim C. de confeſ. quod ſi iſta executio priuilegiata competit de iure communi, tunc vbicumq. ſit factum, exequetur, aut eſt de iure ſtatutario & ſecus, quia ſeruabitur lex loci iudicij vbi ſit exequendum, non vero lex loci vbi fuit factum inſtrumentum, quia iudex † ſuam, non ve-
42 ro alterius iuriſdictionem ſequitur in exequendo, l. miſsi opinatores C. de exact. trib. lib. 10. latè Carauita nu. 65. vnde cum ipſe ritus ſit conformis iuri communi, quo adhocquod inſtrumenta confeſsionata mādētur executioni, (vt latè ego dixi ſupra) mandabitur hoc inſtrumentum executioni, etiam extra regnum, quia hoc eſt de iure communi, quod iſta inſtrumenta habeant executionem abſque libelli oblatione, & litis conteſtatione, quoniam vero hoc quod opponens exceptionem, ſi in promptu non pro-

probatur, debeat carcerari, & in vinculis ſe deffendere, eſt contra ius commune, tunc ſi opponeretur extra Regnum exceptio contra inſtrumétum, licet in promptu non probaretur, non
44 mitteretur in carcerem debitor, † iuxta ritum, quia extra Regnum non ſeruatur, ſed audiretur iuxta iuris communis diſpoſitionem, quod nota, ratio eſt, quia cum hoc vltimum etiam ſit de ordinatiuis litis, cum non tollantur penitus exceptiones, ſed ſolum reſeruentur, & differãtur tantum, vt in vinculis tractentur, & hoc priuilegium executionis, nõ eſt de iure communi, ſed ſtatutario Regni, ideo non egreditur Regnum, immo ſeruabitur modus exequendi, ſecundum locum iudicij, vt dixi ſupra, quod in effectu eſt dicere idem, quod ſupra in prima concluſione, ſeu §. 1. Vnde cum in Regno exceptiones tollantur, non autem differantur, tolluntur in quã, quia remittuntur in aliũm articulum, ſcilicet ordinarium, & tolluntur ab articulo ſumario executionis, quia debitor tenetur ſoluere, & licet capiatur non poteſt in carcere os aperire, (& exciperem ſi cum inſtrumento exciperetur) & tenetur omnino ſoluere, & carcer dicitur thedialis, ideo hoc eſt de deciſiuis, & per conſequens inſtrumenta extra Regnum confecta, ſi executentur in Regno, non regulabuntur ſecundum hoc priuilegium, cum ſit de deciſiuis, & ſic
45 ſi debitor † excipiat, audietur, & per conſequens obſtabit firma, quę in effectu exceptio eſt, obſtabit inquam ſecundum ius commune, vel locum vbi fuit factum inſtrumentum, ſi ibi ſimiliter obſtat, quia in deciſiuis, & ſic iure excipiendi, regulabitur ſecundum locum contractus, & ſecundum hanc reſolutionem, & theoricam, fuerunt ſemper datę firmę in Regno, ne in vim inſtrumentorum extra Regnum factorum, procedatur in Regno non obſtante firma, ſed quod potius obſtet, licet contrarium fuerit iudicatum per tres Locumtenentes, in proceſſu D. Hieronymi Labata, ſuper iurisfirma, 23. Iunij, 1600. Subſequenter inde ſequitur, quod ſi in loco contractus ſimiliter reijcitur exceptio, tunc conſtito de hoc, ſimiliter neque obſtabit exceptio & † firma, & in hũc modum fuerunt conceptę multæ firmę, vt ſcilicet inſtrumenta extra Re-
46 gnum confecta, exequantur in Regno obſtante firma, & exceptione, niſi in loco vbi facta ſint exceptio tollatur, quo caſu ſi illud probetur, non obſtabit hic firma, vt in proceſſu Petri Alfonſi ſupradicto.

Quando vero ſtatutum non tollit omnino, vel differendo in alium articulum, quod ſimiliter eſt tollere, ſed tantũ ſuſpendit, vt quia vult, quod in vinculis excipiat, tunc quia in illomet articulo executiuo, poſſunt exceptiones opponi, ideo dicentur † ſolum ſuſ-
47 penſę, & per conſequens erunt de ordinatiuis, & tunc inſtrumentum alibi confectum regulabitur, ſecundum illud ſtatutum loci iudicij, vt eſt ritus magnę curię, de quo ſupra, & qui dicunt, in Regno fore exequibilia inſtrumenta extra illud facta non obſtante firma, ſupponunt in Regno exceptiones ſuſpendi tantum, & non tolli, & ſic eſſe de ordinatiuis, vt in proceſſu D. Hieronymi Labata.

Secundum ſuperiora (alio non obſtãte) videbatur dicendũ, quod in vim inſtrumenti debitorij extra Regnũ facti, vbi quis nõ poterat in vim illius capi, ſi produceretur in tali Regno, vbi capi poſſet, tunc † deberet capi. Ec-
48 ce obligauit ſe miles in Principatu Cathaloniæ, vel Regno Caſtellę, vbi milites, & infantiones non capiuntur in perſona, ſi in vim illius obligationis executentur in aliquo Regno, vbi

Gg ſimilia

ſimilia priuilegia non habentur, certe poterunt capi in perſona, ratio eſt, quia captura eſt de ordinatiuis, Abb. Deci. in cap. fin. de conſtit. Xuarez in l. poſt rem iudicatam, queſt. 5. num. 27. verſ. ſed in hoc de executione, & ſic in ea debet attendi lex loci iudicij, non vero contractus.

Sed dices tu, quomodo totum contrarium fuit in Regno iudicatum †
49 in proceſſu Don Martini Cabrero, ſuper iurisfirma anno milleſimo quingenteſimo nonageſimo ſexto, vel milleſimo quingenteſimo nonageſimo ſeptimo: & in proceſſu Martini de Labazuij, anno 1596. vel 1597. vbi fuerunt datę firmę, ne pro inſtrumento alibi confecto extra Regnum, poſſet quis in Regno capturari, ſed reſpondendo dico, hoc ex alio principio fluere tenendo, ſemper reſolutionem ſupra traditam 49. ſcilicet ex eo, quia in Regno (demptis quibuſdam caſibus) non poteſt procedi ad captionem perſonę, niſi prius facta diſcuſſione in bonis, Molin. in verbo captus, & hoc principio attento videtur, poſſe ſimiles firmas dari, ſed hoc non ſine difficultate procedit, & ego contrarium tenui in iurisfirma Don Hieronymi Labata, ex eo, quia ſaltim facta bonorum diſcuſſione, vel quando inſtrumentum obligatorium eſſet pariter priuilegiatum, ſicut inſtrumenta huius Regni, concedens captionem, abſque diſcuſſione bonorum, videtur poſſe procedi ad capturã, & tñ tũc ſupradictę firmę abſolutè denegarunt capturam in vim inſtrumentorum extra Regnum factorum, quod mihi non placuit, ſed quod idem ſtatueretur circa capturam, quod de inſtrumentis in Regno factis diſpoſitum ſit de foro.

SVMMA EORVM, quæ in hoc cap. 5. §. 1. continentur.

1 *Materia iurisfirmarum a natura & qualitate exceptionum in quibus fundantur, dependet.*

2 *Firma iuris litis ingreſſum impediet, quando natura exceptionis, in qua fundatur, impedire poteſt.*

3 *Firma ne pendente appellatione, quid compræhendat traditur.*

4 *Exceptiones, quatenus ad materiã attinet, aut ſunt dilatoriæ, aut peremptoriæ. Peremptoriæ autem tripliciter conſiderantur, vt numer. 5.*

6 *Exceptio fori declinatoria, incompetentiæ, ſiue recuſationis, debet opponi ante litẽ conteſtatam, ita fuiſſe iudicatum refertur, num. 7. & 8. & limita niſi poſt litis conteſtationem oriantur, num. 9.*

10 *Contraria allegans non eſt audiendus, num. 10.*

11 *Exceptiones peremptoriæ regulariter poſt litis cõteſtationẽ opponi debẽt. Fallit in excep-*

exceptione litis finitæ, rei iudicatæ, trãſactionis, & iuris iurandi, num. 12. & declara, vt nu. 13. & 14.

15 *Exceptio peremptoria ſi notoria ſit, & opponatur vt dilatoria ante litis conteſtationem, eam impediet.*

16 *Satutum tollens exceptiones omnes, non videtur tollere notorias, & nun. 26.*

17 *Probatio parata, & incontinenti probanda, priuilegiata eſt.*

18 *Exceptiones impedientes litis ingreſſum debent incontinenti probari de iure, & ſi requirant altiorem indaginẽ, reſeruantur, at de foro ſemper inſtrumento probari debent, declaratur, & repræhenditur Molin.*

19 *Exceptiones dilatorias qui allegare poteſt coram iudice cauſe, poteſt ſimiliter eas proponere coram Iuſtitia Aragonum, vt in vim earum iuris firma concedatur: & vide numer. 21. & 22. 25. & 27.*

20 *Actor ante tempus agere non poteſt.*

23 *Iuris firmæ caſuales in dupli ci differentia ſunt.*

24 *Firma dicitur priuilegiata, eatenus quatenus debitũ priuilegiatum eſt.*

28 *Appræhenſio, et manifeſtatio non impediuntur per iurisfirmã, in qua debitor exceptionem aduerſus inſtrumentum liquidum probauit per teſtes, ſecus ſi per aliud inſtrumentum.*

PROSEQVITVR MATERIA exceptionum.

CAP. 5. §. 1.

RESTAT agere de
iurisfirmis caſualibus fun
datis in ſpecialibus
exceptionibus, quæ
ideo caſuales dicun-
1 tur ſed quia tota hęc
inhibitionum, & iu-
risfirmarũ materia, tã natura & quali
tate exceptionũ, in quibus fundatur, de
pendet, nam ſicuti vt diximus, firma
nihil aliud eſt, quã quędam exceptio,
& in vim illius ſubſequuta inhibitio,
per quam inhibetur quis, ne aliquem
contra pacta conuenta, contra ius, &
forum, & contra exceptionẽ, qua tuetur ipſe reus vexet: iam inde ſequitur,
vim inhibitionis non vlterius progredi, non amplius arctare, non plus compręhendere, quam quatenus patitur natura exceptionis, ſuper qua fundatur, nam ſi exceptio in qua fundatur eſt talis, quę de iure, ſeu foro impedit litis ingreſſum, certè firma & illius inhibitio impediet litis ingreſſum, & hoc caſu non militabit forus multoties de firmis iuris, ſi vero ſit talis, quę non impedit litis ingreſſum, neque ipſa inhibitio & firma impediet, & ſi exceptio ſit, quod creditor non agat intra duos annos, vltra illos firma & eius inhibitio non debet extendi, &

inhibere, ſed generaliter firma, & eius inhibitio debent concipi ad metas iuris comprehenſi ſub ipſa exceptione, in qua firma fundatur; ſicut dicimus de firma & inhibitione, ne pendente appellatione aliquid innouetur.
3 nam illa † non in plus inhibet, quam appellatio de iure arctaret, vnde in caſibus, in quibus appellatio haberet vtrumque effectum, ſuſpenſiuũ & deuolutiuum, arctabit firma, ſecus in caſibus, in quibus deuolutiuum dũtaxat effectum habet de iure appellatio, nam tunc firma; & eius inhibitio executionem non debent impedire, & ſic ad metas iuris appellationis debet concipi, & arctare iurisfirma, & eius inhibitio.

Cum igitur hoc ita ſit, neceſſariũ erit aliqua verba facere circa materiam exceptionum, non plus quam ad inſtitutum oporteat, & ſic breuiſſimè neceſſaria tantum attingendo.

Exceptionum igitur (quantum ad
4 inſtitutum neceſſe eſt) aliquę † dilatoriæ tantum ſunt, & tales ab effectu nũcupatur, alię peremptorię. Dilatorię ſunt illæ exceptiones, quæ tantum differunt cauſam, non tamen perimunt negotium principale, & iſtæ poſſunt cõſiderari tripliciter, quędam
5 † enim concernunt perſonam iudicis, alię perſonam partis litigantis, quędã vero reſpiciunt libellum, ſeu ipſam cauſam, vt colligitur ex allegatis per Abb. Felin. & alios in cap. exceptionem de exceptionibus, Maranta in ſpeculo, 6. part. membro. 9. in principio. Exceptio prima reſpiciens perſonam iudicis eſt exceptio declinatoria fori, ſeu incompetentię, vel exceptio recuſationis, & iſta debet † eſſe pri-
6 ma, quæ opponitur ante omnes alias exceptiones, & per conſequens ante litem conteſtatam, ſeu infra terminum expreſſum præfixum à iudice, ad omnes dilatorias proponendas, cap. Paſtoralis, vbi DD. de exceptionibus, cap. monaſterium de ſent. & re iudicat. l. fin. C. de exception. Ratio autem quare prius debent opponi eſt, quia ſi alia prius opponeretur, cenſeretur opponens, vel tacens interpellare iudicem, vt ſuper alia pronuntiet, & ſic induceretur conſenſus in iudicem, ſeu prorrogatio, & non poſſet vlterius declinari, nec recuſari ſecundum Bart. & DD. in l. quidam conſulebant ff. de re. iudi. ſecundum quod
7 ita fuit iudicatum in curia † Iuſti. Arago. in proceſſu Ioan. de Benauarre, ſuper apprehenſione, in artic. iurisfirmarũ, menſe Octobr. 1603. vbi cum vna
* pars intimaſſet parti aduerſę, ſe habere conſanguinitatem cum iudice, & aduerſa pars tacuiſſet, & per iiſſet ſuper aliis pronuntiari, fuit dictum ſibi prędiudicaſſe, & non potuiſſe amplius recuſare iudicem ex illa cauſa tacitè approbata, immo verè approbata & expreſſe. Vide Bardaxi in foro 3. de foro compet. audiui quod poſtea dum eſſem de Regio cõſilio fuit per Locũtenẽtes reuocata illa declaratio, & poſtea ſequuta, & idẽ fuerat antea iudicatũ in eadem curia, in proceſſu Petri
8 Gayan † ſenioris, & aliorum ſuper iu
* risfirma, oblata die 2. Iulij 1598. vbi quod ſi procurator, vel principalis fecit aliquos actus coram iudice ſuſpecto, ſciendo cauſam ſuſpitionis, cẽſetur eum approbare, & non poterit amplius recuſare eundem.

Hęc omnia limitantur, niſi dictæ exceptiones dilatorię ortę fuerint poſt litis conteſtationẽ, † nam tunc in
9 quocumq; tempore oriantur proponi poſſunt. cap. Paſtoralis, cap. inſinuante de officio delegati, & idem ſi de nouo deuenerint in notitiam partis, Abbas vbi ſup. num. 9.

Exceptio

Exceptio vero reſpiciens perſonam litigãtis, dicitur omnis exceptio legitimationis perſonę illius, vt ſi compareat pupillus ſine tutore, vel minor ſine curatore, vel ſi compareat aliquis ſine mandato, & in alijs caſibus, de quibus per Maranta vbi ſupra, numer. 3.

Exceptiones vero dilatorię reſpicientes proceſſum, ſiue cauſam, ſunt veluti exceptio libelli inepti, vel obſcuri, & alię, de quibus apud DD. vbi ſupra, iſtę autem omnes exceptiones dilatorię, regulariter (vt dixi) debent proponi, & probari ante litis cõteſtationẽ niſi in aliquibus caſibus fallẽtialibus, de quibus apud DD. ratio autẽ regulę, quare non opponãtur poſt litis conteſtationẽ eſt, quia pars litem conteſtãdo, dicit ſe velle litigare, (hoc enim eſt litem conteſtari) & ſic ingreditur negotium principale litigando, ſed per iſtas dilatorias dicit totum cõtrarium, ſcilicet ſe nolle litigare, cum agat ad differendum iuditium, §. appellantur inſtituta de exceptionibus, & ſic ex propoſitione iſtarũ poſt litis conteſtationem, reſultat quędam contrarietas, & ſic merito proponens ea, tamquã ſibi † contrarius non eſt
10 audiendus, cap. ſolicitudinẽ de appell. l. vbi repugnantia de reg. iur. & idem eſt cum proponuntur poſtterminum datum ad dilatorias proponendas, quia ille ſuccedit loco termini iuris, ideſt litis conteſtationis, & ſic debet eodem iure cenſeri cum illo. Cuius totum oppoſitum eſt, quando de nouo ſuperueniunt, vel ad notitiam nouiter deueniunt, nam tunc non fuit à principio liber conſenſus in litigando, quia ignorans non conſentit l. nõ ignorans C. de donatio. l. ſi per errorem, ff. de iuriſdictione omnium iudi. de his latius per Abba. vbi ſupra.

An autem dilatorię poſsint etiam opponi ad iuſtitiam & cauſam, & quãdo, & quomodo. vide Fran. vbi ſupra. vbi bene.

Exceptiones vero perẽptoriè ſunt, quæ in totum perimunt ius agentis, vt exceptio ſolutionis, pacti de non
11 petendo, rei iudicatę, tranſactionis, & ſimilium, & hæc regulariter non poſſunt deduci, niſi poſt litis conteſtationem, vſque ad concluſionem in cauſa, l. peremptorias, vbi Bald. C. ſent. reſcin. non poſſ. non autem poſſunt opponi regulariter ante litem conteſtatam, ratio eſt, quia cum iſtæ exceptiones concernant negotium principale, opportet quod prius partes ingrediantur iudicium ſuper ipſo negotio principali, litem conteſtando, quã deueniant ad conflictum; ſicuti in bello materiali, non enim prius poſſunt pugnare, quam vtraque pars ingrediatur in campum, eſt viua ratio Abbatis vbi ſupra, ſed hæc regula, quod debẽt deduci exceptiones peremptorię poſt litis conteſtationem, fallit multis modis.

Nam primo fallit in exceptionibus
12 † litis finitæ, vt eſt exceptio rei iudicatę; tranſactionis, & iuris iurandi, de quibus in c. 1. de litis conteſta. in ſexto. Iſtæ enim poſſunt opponi ante, & poſt litis conteſtationem, d. cap. 1. vbi Franc. Abb. Felin. & alij vbi ſupr. ratio eſt in his exceptionibus litis finitę, quia cum ſuper inſtantia lis inchoata iam ſemel fuerit, & finita, noluerunt iura, vt pars iterum compellatur aſſumere nouum iuditium, quia ſic abiretur in infinitum. Et ſi opponantur in vim declinatorię, ſeu dilatoriæ † ad impediendum proceſſum, oppo-
13 nuntur ante litem conteſtatam, & impediunt proceſſum ſecundum Fran. numer. 8. Maranta numero, 13. ſi vero opponantur in vim peremptoriæ,

quando ſcilicet opponuntur ad iuſtitiam cauſe,tunc debent opponi poſt litis conteſtationem,& ſi antea opponantur ad iuſtitiam cauſæ non impedient litis conteſtationē, ſed reſeruantur,& veniunt probandæ poſt conteſtetationē.ſecundum Franc. vbi ſupr. De modo autem eas opponendi vtroque modo,& quid in dubio ſi nihil declaratum fuerit per partem opponentem,vide Franc.vbi ſup. num.2. & 8. cum ſequentibus.

Ex his infertur, quod ſi exceptio
14 peremptoria † opponatur in vim peremptorię,ad merita cauſę ante litem conteſtatatam,non impediet litis conteſtationem,nec proceſſum adulteriora,ſed veniet probanda poſt,vt habetur in d.cap.1.per eum tex. Sed impediet ſi opponatur vt declinatoria, & dilatoria ad proceſſum , & iudicium impediendum , & licet huius generis litis finitę exceptiones , tres ſolas adducat dictum cap.1.de litis conteſt.& quatuor obſer.vſus Regni de pignoribus,ſcilicet exceptio rei iudicatæ,trāſactionis,definimenti,pacti de nō petendo , quæ ſunt impeditiuę litis ingreſſus. tamen idem erit in quacumque alia legitima exceptione, quæ de iure , ſeu foro litis ingreſſum prohibeat,quæ multę ſunt . & eſſe poſſunt, vt conſtat ex allegatis per Portol.verbo firma,num. 153. cum ſequentibus, & Philip. Francus huius generis exceptiones , quadraginta & duas congerit , omnino videndus in d. cap. 1. de litis conteſt.in ſexto,id idem,quod de exceptionibus peremptorijs litis finitę dictum eſt,opportet etiā dicere de alijs exceptionibus perēptorijs, ſi notorię ſint. & inſtrumēto probētur,
15 † nam ſimiliter impedient litis conteſtationem , ſi opponantur ante eam vt declinatorię,Franc.Felin.Abb.Maranta vbi ſup. Et ſic ſi exceptio perēptoria poteſt per inſtrumentum probari. (Nam tunc dicitur notoria , & parata probatio) & erit impeditiua litis ingreſſus,ſecundum DD.ſupradictos,Portol.verb.firma, num. 151.153. & 154.

Idem erit in quacumque exceptione peremptoria, per quam concluditur,parti agenti ius aliquod non competere , quod ita tamen verum eſt,ſi huiuſmodi obiectus poteſt ſtatim per inſtrumentum probari. nam ſimiles, vt notorię, nunquam cenſentur reie-
16 ctę à † lege,nec foro exceptiones tollente,Felin.& Decius in cap.ex parte 2.de offi.deleg.Siluan.conſ.17. Auendañ.de exceptio.num.18.Couar.pract.c.7.nu. 4, Menoch.de de retin.remedio vltimo num.43.aliàs autem reſeruabitur poſt litis conteſtationem, ſic declarat Felin.vbi ſupra. num.34. in fin. & 35. quem vide ne decipiaris, aliqui voluerunt idem eſſe in quacumque peremptoria , quę incontinenti veniat probanda: nam impediet ſecūdum eos litis ingreſſum, cuius oppoſitum tenent alij,relati omnes per Felin.vbi ſup.num.36.Veritas eſt, quod ſi illud(incōtinenti) capiatur pro modica dilatione,& breuiſsima,ſecundū prouincię leges,tunc caſus hic erit ſimilis ſuperioribus de notorietate,& inſtrumento,quia probatio † parata,
17 & incontinenti, eſt priuilegiata præ cęteris , cap. interpoſita in principio de appellationibus,& ſic dici ſolet,hodie conſtat,hodie agatur, ita declarat Felin. vbi ſup. Verum ſi dilatio non ſit modica, tunc non eſt curādum de exceptione, nec impediet litis ingreſſum,ſed reſeruabitur poſt litis conteſtationem. Pro qua reſolutione facit fortiſsima ratio,quia ſi ſic eſſet, quod ſufficeret offerre probationem perēptorię incontinenti, profecto non eſſet opus enumerare aliquam aliam excep-

exceptionem impeditiuam ingreſſus litis, ſed ſufficeret ſemper inſpicere ſolum hanc regulam, videlicet an incõtinenti poſsit probari, vel non, quod patet quia Bart. & alij DD. omnes
18 ſemper dicunt, quod exceptiones impedientes litis † ingreſſum, debent probari incontinenti, & ſi requirunt altiorem indaginem debent reſeruari, refert multa Alexan. in l. ille à quo §. 1. ad trebell. Maranta vbi ſup. nu. 14. cum ſequentibus, at videmus enumerari ſpeciales peremptorias impeditiuas litis ingreſſus, ergo non ſufficit offerre probationem incontinenti, ad hoc vt peremptoria ſit impeditiua litis ingreſſus, niſi illud ſit incontinenti, illico; breuiſsime vt diximus, & obſeruando in modo probationis leges prouinciç vbi ſit iudicium.

Hoc intellige iure communi attento, quo caſu probatio, quç ſit incõtinenti modica dilatione, çquiparatur probationi inſtrumentali, & ſeu notoriç, non vero ſi probatio non ſit modici tẽporis, ſed requirat aliquod tempus: Nam tunc non çquiparatur probationi inſtrumentali, & notoriç, de foro autem ſecus eſt, quia ad impediendam litis conteſtationem, & ingreſſum, non opponuntur exceptiones aliquç peremptoriç, vt dilatoriç, nec quecumque aliç dilatoriç, pro vt ſunt illç quatuor, de quibus in obſer. vſus Regni de pigno. & multç aliç de quibus Fran. in c. 1. de litis conteſt. in ſexto, niſi inſtrumẽtaliter probentur, & medio inſtrumento, nec ſufficiet tunc, quod reus vellet eas probare, per notarium, & teſtes inſtrumenti, quod in Regno admittitur contra inſtrumẽtum, dict. obſ. Nam in reo proponente illas exceptiones ad impediẽdum litis ingreſſum, & fugiendum iuditium non illud admittitur, propter præſumptam calumniam differendi, & protelandi iudicium, vt in for. 4. vbi Bardaxi de litib. abreui. quod in actore ſecus eſt, quia probabit tales exceptiones, litis finitç, diſinimẽti, rei iudicatç tranſactionis, & pacti de nõ petẽdo, per notarium, & teſtes inſtrumenti, quia in eo ceſſat hæc prçſumptio. Vnde ex hac ratione, licet reus id non poſsit ad differendum iuditiũ, ſed debet cum inſtrumento venire, tamen in meritis cauſç, ea iam inchoata poſſet reus tales exceptiones probare per teſtes inſtrumenti, & notarium, cum tũc ceſſet illa prçſumptio. Ad rẽ modo, ſi reus vult petere firmam ſeu inhibitionem (quæ idem ſunt) cum his exceptionibus, ad id ne conueniatur, & ſic proponit eas vt dilatorias, debet venire cum inſtrumento, alias non audietur, licet velit probare per teſtes inſtrumenti, & notarium, etiam incontinenti, quia ſemper eſt reus d. i firmat, ſic intelliges Molin. verbo exceptio contra inſtrumentum, fol. 123. col. 2. quia id non intellexit, dum ponit differẽtiã inter actorẽ & reum, vt illẽ poſsit, quia non agit contra inſtrumentum, reus autem non poſsit, quia agit contra inſtrumentum, nam etiã ſi reus non excipiat contra inſtrumẽtum, non poteſt, d. obſ. ibi *ſiue fiat petitio cum charta, vel ſine charta*. Vnde vera ratio eſt, quæ ſupra traditur: vide in deciſsionibus meis latius.

Modo reducendo iſta ad praxim noſtram, ſi tu habes exceptionem aliquam dilatoriam, veluti ne debitum petatur ante duos annos, vel ſi pupillus ſine tutore, minor ſine curatore, te conueniunt, vel procurator ſine mãdato; (illç omnes dilatoriç ſunt) ſicut igitur potes coram iudice cauſæ eas opponere, & declinare, differreq; iuditium, ſimiliter potes comparere †
19 coram Iuſti. Arago. & eas proponere, & probare legitimo modo per inſtrumentum, & firmare de ſtando iuri, &

obtinebis inhibitionem, ne contra Iuſtitiam earum te conueniant,& ſic ante tempus, & ſine mandato, ſine interuentu tutoris, & curatoris.

Sed hic aduerte quia exceptiones dilatoriç, quæ reſpiciunt principale negotium, veluti ne ante biennium petatur debitum, poſſunt opponi vt dilatoriç ad proceſſum, reppellendo actorem ab agendo, & tunc debent proponi,&probari ante litē cōteſtatā ſicut in alijs dilatorijs dixi, non enim
20 poteſt actor agere † ante tempus, l. continuus §. eoq; tempore ff. de verb. obli.l.cedere diē ff.de verb.ſig. poſſunt etiam opponi ad merita cauſæ, ne ſcilicet condemnetur debitor adſoluendum ante tempus, & tunc ſecundum magis communem opinionē,ſatis eſt proponere & probare has exceptiones poſt litis cōteſtationē,& lex exceptionem C.de probat. dum dicit, quod debēt proponi ante, loquitur de conſilio non de neceſſitate, ſecundum Abb. vbi ſupra n. 12. ita tenent Bart. in d. l. exceptionem,Innocen.in d. c. Paſtoralis, & hæc opinio eſt vera, nam ſi opponūtur ad merita cauſç concludit reus, actorem male petere.

Si vero habes peremptoriam exceptionem,quia ſoluiſti,preſcripſiſti, pactum ſimpliciter de non petendo, rem iudicatam, & ſimilia, docendo per inſtrumentum legitimè de his coram Iuſt.Aragonum, & firmando
21 ibi deſtando iuri † obtinebis inhibitionem contra actorem,& alios iudices, ne in vim illius debiti graueris, moleſteris, & ſic ad inſtar, vim,naturam, iuſtitiam,& limites exceptionis quç tibi competit, debes formare & petere iuris firmam tibi ab illa curia concedi,

22 Et hçc ſunt † illç firmç caſſuales de quibus tam frequens mentio fit in foris noſtris, & prçcipuè apprehēſionum, & per practicos dicuntur caſuales, quia ſunt ſpeciales,& ad caſum particularem conceptç,& narratur in eis caſus particularis, & ſpecialis, illius exceptionis ſuper qua fūdatur ipſa firma,ad diferentiam communium firmarum, de quibus dixi ſupra in cap. 4. & hçc firmç, exceptiones, inhibitiones caſuales, ſunt †
23 in duplici diferentia, nam ſi dentur contra executionem ſolum paratam, quam habent omnia inſtrumenta liquida in regno, vt fuſius diximus, prouidentur cum clauſula iuſtificatiua (ſi quas cauſas. &c.) &prouidebantur antiquitus per ſolum vnum Locumtenentem ſine conſilio aliorum, cum informatione tamen; verum hodie per forum nouum debent prouideri de conſilio aliorum, cum informatione, vt ibi diximus in cap. 4. quod ſi iſtæ inhibitiones, & firmç caſuales, tendant ad impediendam executionem, non ſolum paratam, ſed priuilegiatam, quam habēt certa inſtrumenta de foro, vt cenſualia,comanda,&alia de quibus in ſuperioribus,tunc & ſecundum foros antiquos, & nouos, debuerunt, & debent prouideri de conſilio aliorum Locūtenentiū. cum informatione,& cum clauſula in forma priuilegiata, ad denotandum, quod ſicut ipſa debita, contra quæ datur inhibitio ſūt priuilegiata, ſimiliter ipſa † firma
24 eſt priuilegiata, & habet æqualem potentiam,ſicut in foris paſſim habetur mentio de hac clauſa,& in tantum debent ſub hac clauſula concipi, quod ſi omiteretur,& conciperētur ſub alia clauſula,veniret reuocanda firma,vt multoties vidi ex hoc ſolo

ſolo reuocari has inhibitiones, me exiſtente locumtenente de quo non eſt dubitandum vt tenet Molin. ver. cenſualia.

Ex his omnibus ſequitur manifeſtè, quod quando exceptio allegata eſt impeditiua litis ingreſſus, velut quia totaliter, & radicitus tollit & extinguit actionem ipſam, vt ſunt exceptiones litis finitæ, & aliæ ſimiles, tunc ſicuti propoſitæ coram iudice

25 ordinario impediebant litis ingreſſ., eodem modo † coram Iuſt. Arago. debent operari eumdem effectum, vt refert latius Portol. ver. firma a nu. 138. vſq. ad num. 154. & preſertim num. 158. 159. 160. 173. dicens, quod vbicumq. per inſtrumentum conſtat manifeſte, parti ius aliquod non competere, tunc denegandus eſt ingreſſus iudicij, & non obſtante, quod fori rejiciant exceptionem, nam nunquã

26 illa cenſetur rejecta, quę † notoria eſt, & inſtrumentalis, quę non eget diſcuſſione, nam hę nunquam cenſentur reiectę a lege, neć foro exceptiones tollente, Felin. Decius in c. ex parte 2. de off. del. Felin. in c. exceptionem num. 35. de exceptio Silua conſilio 17. num. 1. Auendañ. de exceptio num. 18. Bantius ff. quis poſsit dicere de nullitat. num. 51. Couarr. practicar. cap. 17. num. 4. Menoch. de retin. poſſ. remed. vltim. n. 43.

Sed quando exceptio quæ opponitur, non eſt huius qualitatis, quod impediat litis ingreſſum, ſed potius opponitur ad merita cauſę, veluti quia excipiens dicat non teneri nec obligatum eſſe ad debitum, habere ſe ad partem ſolutionem per teſtes probandam, vel non commiſiſſe delictum, tali caſu, ſicuti coram iudice ordinario talis exceptio non admitteretur, nec impediret litis ingreſſum, immo cum eſſet de meritis cauſę, foret lis conteſtanda, probatio facienda, & publicandum, & ſententia ſpectanda, ita eodem modo † coram

27 Iuſtitia Aragonum, qui reponitur in locum iudicis ordinarij, non debet talis exceptio admitti ad impediendum litis ingreſſum, nec firma concedi, cum hoc ſit de meritis cauſæ, & ſi. in meritis tractandum reſo'uit Bald. in l. 2. C. de Epiſ. aud. nu. 10. Felin. in c. exceptionem n. 35. 36. de exceptionibus, & ſecundum iſta fundamenta, in proprijs terminis fuerunt reuocatę quatuor firmę, me exiſtente locumtenente, vide in proceſſu Franc. Sebaſtian ſuper iuris firma in 2. & in proceſſu Fran. Sebaſtian. ſuper iuris firma in 3. & in proceſſu Hieronymi de Tornamira ſuper iuris firma in 1. & in proceſſu Hieronymi de Tornamira in 2. & omnes in menſe Iulij 1597. in curia Iuſt. Aragonum mori fuerunt locum tenentes conſiderando vitra predicta, quod ſicuti ſi aliquis habet comandã vel aliud inſtrumentum contra Titium, ita tamen quod non poteſt ſe iuuare de dicto inſtrumento, niſi prius verificet conditiones contracaretę, ſeu incontinenti appoſitas, vel ipſius inſtrumenti principalis (ſi ibi ſunt poſitę) & per teſtes eas verificet, non poterit obtinere captionariam, nec executoriam, ſed tantum pignoratitiam, Bardaxi in tit. decitatio, & monitio, quia cũ illud ſia parte non vocata, nec audita, debet moderari, & ſic non dari captionaria, nec executoria, ſimili modo, ſi obligatus vellet probare non eſſe probatas conditiones comandę, vel inſtrumenti, vel aliam exceptionem per teſtes (quod aliàs poteſt facere, cu ſit præter cartã) & peteret firmã ad impediendã

execu-

ſolum excuſatiuã culpæ, & demonſtratiuam innocentiæ, non auditur.

18 *Forus multoties de firmis iuris declaratur.*

19 *Exceptionem excluſiuam habens totaliter accuſationis, veluti ſi de homicidio accuſetur, & hominem viuere oſtendat, firmam obtinere poterit ad impediendum litis ingreſſum, & num. 20. et 24.*

21 *Sententia lata in alicuius cõtumatiã, non ex veris, ſed ex præſumptiuis probationibus dicitur lata, & ſic contumax poterit per contrarias probationes directas ſuam innocentiam demoſtrare, & num. 22.*

23 *Contumax condemnatus non poteſt ſuam innocentiam probare impugnando perſonas teſtium, aliaſue ſimiles exceptiones opponendo.*

25 *Captus in fragantia homicidij, vel furti, ſi de homicidio, vel furto non conſtat, quia homo, qui dicitur mortuus, viuit, liberatur per viã priuilegiatam, & ei firma iuris conceditur.*

26 *Qualitas à foro requiſita omnino probanda eſt, quod intellige, vt nu. 27.*

28 *Locumtenens Iuſtit. Arago. ſi accuſetur de negligentia notabili, & neget hanc qualitatem, debet ab accuſante probari, nam aliâs iudices in cauſa procedere non poterunt.*

29 *Exceptio, qua dicitur delictum non eſſe punibile, impedit litis ingreſſum, & per ea iurisfirma concedi deberet, vt nu. 30. quamuis hodie eſſet os in cœlum ponere, vt nu. 31.*

32 *Mandatum non præſumitur etiam ex antiquitate temporis, & num. 33. vbi de communi.*

34 *Aragonenſes ſubſtantias & effectus rerum, non nomina, & cauilloſſas interpretationes reſpexerunt.*

§. 2.

EX ſuperioribus reſultat, quid ſentiendum ſit in caſibus iurisfirmarũ, quos refert Portol. verb. firma, à numer. 337. cum ſequentibus.

1 Et primo quod iudex debet ſtatim, quo ſibi petitur iurisfirmæ inhibitio, eam prouidere ſi iuſta ſit, vt tenet Molin. verb. firma, verſi. practicatur, fol. 142. aliâs autem fruſtarentur huiuſmodi remedia, quæ regulariter celeritatem requirunt, cum ſemper petantur ad inhibendans, & refrenadas, aliorum

aliorum iudicum celeritates, ita habetur per forum literas inhibitorias de litib. abreui. Portol. ver. firma nu. 138. & licet iudex habeat de foro 3. dies ad prouidẽdũ has primas prouiſiones for. de voluntad de offic. Iuſt. Arag. for. vni. del tiẽpo que los lugart. 1564.

Illud tamen eſt verum, ſi adſit du
2 bium † alias autem delinqueret maxime ſi periculum eſſet in mora, quo caſu tenetur iudex tempora abreuiare, & non dilatare per totum tempus, quod de foro ſeu lege habet, eſt elegans doctrin. Bart. in l. 1. ff. de glande legenda vide late in meo reſponſo ſindicatus, contra don Blaſcũ ab Alagone Comitem de Saſtago, vbi latius Aul. in cap. pręto. c. 2. ver. en iuſticia fol. 81. vbi iudex ſecus faciens, teneretur in ſindicatu, & faceret litem ſuam, & alias pœnas temporales, & ſpirituales incurreret, in quo non inſiſto. nam in his quæ apud alios latiſsime videri poſſunt, non debet occupari, aut detineri ſcribẽtes.

Secunda ſit concluſio num. 139. quod vbi quis habet iuſtam cauſam impedientem inchoationem, & progreſſum proceſſus criminalis, veluti ſi accuſatio ſit legitimo tempore pręſcripta, vel remiſſa, quod poteſt obtinere † hanc inhibitionem, ad impediendum ne accuſatio inſtituatur, &
3 inſtituta non proſequatur, minus q. capiatur inhibens, hec concluſio certiſsima eſt ex ſuperioribus per nos traditis, nam cum hę exceptiones ſint peremptoriæ, impeditiuę † litis
4 ingreſſus, non eſt dubitandum, niſi quod ſi apponãtur in vim dilatoriarum, ad impediendum proceſſum, quod debent admitti, & illarum vigore concedi inhibitio ad impediendum litis ingreſſum, & alia, & ego meis temporibus ſic practicaui, & practicatum vidi, ſi legitima ſit delicti pręſcriptio, & idem erit † reſpe-
5 ctu proceſſus ciuilis, nam ſi habes pręſcriptionem actionis vel ſimilem exceptionem peremptoriam, poteris obtinere firmã, & inhibitionẽ, ne in vim comãdę proceſſus inchoetur cõtrate, minus q. vexeris cõtra ius, quia multum intereſt habentis ſimilem exceptionem, non inuolui litibus, & ſumptibus nõ vexari, ſecundũ Porto. vbi ſupra qui in tantum verum hoc eſſe fatetur, vt procedat etiam ſi quis intra annum a foro pręfixum ad accuſandum directo oficiales delinquẽtes, iudicem adierit, & ab eo citationem criminalem contra dictum oficialem obtinuerit, & etiam ſi appellitum, ſeu prouiſionem de capiendo illum obtinuerit, ſi tamen ipſam citationem criminalem, vel appellitum pręfatum intra annum accuſato nõ
6 pręſentauerit, † quod poſtea audiendus non ſit, ſi poſt annum executionẽ mandati, ſeu citationis petierit, & tunc proceſſus impeditur per iuris firmam, quia ad impediendam & interrumpendam hanc annalem fori pręſcriptionem de accuſando intra annum oficiales delinquentes, debet citatio ſeu appellitus parti intra annum præſentari, & executioni mandari, vel facere quod in ſe eſt pro executione eorum, ſolet allegari Bald in l. 1. num. 3. C. quando libel. prin. datur, & alij relati per Portol. num. 144. vbi late, vbi plus requirit, quod intra annũ reportetur citatio, alias ſi lapſo anno reportata extiterit, accuſatus venit abſoluendus, & per conſequens poteſt ei dari firma ad fines ſupra dictos, refert Portol. num. 145. ſic fuiſſe practicatum in aliquibus exemplaribus curię Iuſtitię Aragonum.

Circa ſuperiora illud certiſsimũ eſt

eſt, ꝙ ſi legitima intercedat † preſcri
ptio, nulla poſsit ſubſequi accuſatio,
veluti ſi 20. anni lapſi fuerunt, l. que
rella C. ad l. Cornel de fal. vbi Do-
ctores latiſsimè Farin. de inquiſit.
queſt. 10. numer. 1. ex quo capite
fuit abſolutus in Reg. conſ Martin.
de mata, loci de Sedites, accuſatus de
quodam homicidio, elapſis ab illius
tempore 20. annis die 21. Aug. 1601.
ſed an ad interrūpēdam hāc preſcri
ptionem in criminalibus, ſufficiat
appellitum oferre iudici, vel citatio-
nem criminalem, an vero requiratur
quod ſit decreta, & parti intimata
vt dicit Portol. non examino hic,
quia non ſine dubio procedit, ſi id
ita abſolutè accipiatur, ſi quidem
in illo caſu duo regij conſiliarij dixe-
runt, quod interrumpitur preſcrip-
tio ex oblatione apellitus, & eius pro
uiſione, licet non exequatur, forſan
quia propter abſentiam acuſati, non
potuit exequi, qui ad hoc allegabāt
Boerium deciſ. 26. num. 15. vbi dicit,
tamen in cauſa dicta, fuerant infor-
mationes prius factę, & per iudicem
decretatę, quod quidem decretum,
ob abſentiam rei fugitiui non potuit
executioni demandari, & ſic fuit a-
ctio per hoc in criminibus perpetua
ta, quia per petitionem, & libe-
8 lli † oblationem in criminibus factam,
interrumpitur præſcriptio, quod
ſecus eſt in ciuilibus, hęc ille, cum
quo concordat Gomez in l. tauri 76.
num. 6. vbi quod in criminalibus
hæc porrectio libelli, (licet non pro
ſequatur,) operatur interruptionem
pręſcriptionis per l. 2. vbi communi
ter DD. C. de exhib. reis, & etiam
quod accuſatus non gaudeat benefi-
tio l. ſi quis diutino ff. de pæn. ad hoc
vt mitius puniatur propter lapſū lon
gū, quia punietur pena ordinaria, ſe
cūdū Gomez, quia ex cauſa abſētiæ,
& non ex negligētia pena nō potuit
ſibi imponi, & loquitur Gomez cōtra
abſēte reū, pro quibus facit Mol. ver.
firma priuilegiata obtinetur. vbi ꝙ
ius exequēdi ſententiam prouiſiona
9 lem † latā a iudice, pręſcribitur 30. an
nis dicet debitū ipſū pręſcriberetur 20.
ann. prout in regno, hoc idē tenet Far.
vbi ſupra n. 28. vbi ex ſola oblatione
libelli, & ſubſequuto decreto iudicis,
dicit interrumpi præſcriptionem in
criminalibus, etiam non intercedeu
te citatione, licet ſecus dicat in ciuili
bus ſecundum eum.

Sed aduerte, quod Gomez, & Boe
rius loqūtur in abſēte cuius captio,
& accuſatio non poteſt expediri prop
ter eius fugā, & ſic iuſtiſsimū videtur,
quod facilius impediatur pręſcriptio,
ne ex ſua malicia commodū reportet,
ſed an idē ſit quando potuit capi, &
exequi, & expediri accuſatio, cogita
tu, quia Farin. videtur loqui in hoc
etiā caſu, illud tamē in regno receptū
eſt (vt ad cauſas ciuiles inferamus)
(attēta obs. 5. de præſcrip. vbi prę
ſcriptio debiti interrūpitur petitione
iudiciali, & extra iudiciali) ꝙ per peti
tionē debiti factā in proceſſu nullo, †
10 interrūpitur pręſcriptio debiti, vt la-
tiſsimè Mōter deciſ. 21. reſoluit, quia
ex proceſſu nullo, ſalt quedā interpel
latio extra iudicialis reſultat, vt ibi per
eū ꝙ ſufficit, in cuius cōprobationē faci
unt, quę habita fuerūt in cōſilio Iuſt.
Arag. me ibi exiſtēte cōſiliario, vbi
fuit dictū, ꝙ ſi petatur debitum etiā ex
tra iudicialiter, interrūpitur pręſcrip
tio, ſed quid ſi petatur iudicialiter, &
proceſſus ſit nullus, an erit interrūp-
ta præſcriptio, fuit etiam dictū ꝙ ſic,
quia licet fuerit nulliter petitū, ta-
men fuit petitum, & ſic non data ne
gligētia nō currit pręſcriptio, verū ſi
fuiſſet annullatus proceſſus ex defectu
11 mādati † procuratoris, quia nō habuit

Hh manda

mandatum, tunc non interrumpitur
præſcriptio per petitionem illam iudi
cialem, quia verum eſt dicere domi-
num non petiuiſſe, ex quo neque per
ſe, neque per illum falſum procurato-
rem petiuit, circa quod nota. quod in
Reg. Audien. Petrus Crexençan ma-
* ior obtinuit virtute comandę, ſeu al-
barani, executionem, & captionem,
contra Petrum Aguaſca, & poſtquam
illum habuit captum, ad pręces capti
recognoſcentis debitum, & aliorum
liberauit eum, & amplius pro tunc
non fuit proceſſum in cauſa, poſtea
ſuus filius Petrus Crexençan minor,
obtulit appellitum de dicta coman-
da in cur. Iuſt. Arago. & ad docendū
quod comanda non fuit pręſcripta,
(ex quo erant multi anni elapſi) fecit
fidem per literas narratiuas Reg. Au-
dien: de illis diligentijs, ſeu petitione
patris ſui, & ſic fuit prouiſus appelli-
tus, & captus Petrus Aguaſca, qui ca
ptus comparuit in Reg. Audien. per
procuratorem, † & petiuit exhiberi
12 procuratorium mandatum ſui patris
in illo appellitu, ſuper executoria cap-
tionaria, & in non exhibendo petiuit
annullari illum proceſſum, & manda
re procedi ad captionem procurato-
ris, tamque falſi, dominus Regens de
clarauit, vtrumque locum nō habere,
& facta ad me electione iurisfirmæ,
ſeu appellatione interpoſita, ego de
conſilio annullaui illum proceſſum,
ex deffectu mandati, cum omnibus
inde ſequutis, die 25. Septembris 1599
* in proceſſu Petri Aguaſca, ſuper iu-
risfirma, dicto tempore, † & quo ad
13 captionem ſupplicatam locum non
habere, ex eo, quia procurator habe-
bat excuſationem, vt in motiuis illius
diei reperies. His ſic ſe habitis, dictus
Aguaſca cum hac ſententia compa-
ruit in alio proceſſu executorio, (qui
contra eum pendebat) & captionario
curię Iuſt. Arago. intitulato Petri Cre
* xençan, ſuper appellitu, & fecit fidem
de dicta ſententia annullatoria, illius
alterius proceſſus Reg. Aud. & dixit
quod illa comanda erat pręſcripta, &
non erat interruptio aliqua, ex quo
fuerat anullatus ille proceſſus, ex defe
ctu mandati, & ſic quod nunquā cre-
ditor hoc mandauit. & licet de hoc Lo
cumtenenti iudici non conſtitiſſet an
tea, ſed totum contrariū, tamen quia
hoc modo conſtabat iudici, ideo pete
bat pars annullari hunc ſecundū pro-
ceſſum, & appellitum captionarium,
& tandem fuit in hoc proceſſu pronū
tiatum per Locumtenentem, annulla
tionem ſupplicatā locum non habe-
re, male tamen iuditio meo, & ſic non
fuit liberatus dictus Aguaſca, quia in
terruptio fuit fundata in petitione,
quam fecit procurator Petri Crexen-
çan, ſed poſtea conſtitit nunquam Pe
trū Crexençan tale quid mandaſſe, vn
14 de bene fuit dictum † non fuiſſe in-
terruptam pręſcriptionē, ſi tamen in-
terruptio fuiſſet fundata, non in ſola
petitione, ſed in cōfeſſione & promiſ-
ſione, quam fecit Petrus Aguaſca, quā
do per Reg. Aud. fuit captus, in primo
proceſſu, certe fuiſſet habita pręſcrip-
tio pro interrupta, quia licet proceſſus
eſſet nullus, tamen illa confeſſio † re-
15 manſit firma, & induxit interruptio-
nem pręſcriptionis, ex allegatis per
Monter. ſup. d. deciſ. cuius dicta referre-
re nō decet. Hęc tibi noue practicans
volui adſcribere, quia in praxi vtilia
ſunt, & faciunt honorem, magis quā
magnę ſubtilitates iuris, quę raro in
praxi, & forēſibus negotijs locū habēt.

Et in quantum Portol. exemplifi-
cando ſuperiora num. 146. & 147. † di
cit, datā fuiſſe iurisfirmā Iuratis Bar-
baſtri, ne poſſent accuſari ſub prætex
tu, quod deſemburſarunt quēdam
redolinum à burſa Iuratorum, ex
quo

quo id facere potuerdt, in vim cuiuſdam ſtatuti, quod in iurisfirma exhibuerũt, & fecerunt fidem de eorum ſi ſtatutum illud ita diſponebat clarè ac liquidè, in conſequẽtiã illius videbantur habere exceptionem peremptoriam, notoriam, & inſtrumentalẽ, cuius vigore bene potuit dari firma, verum eſt, quod non poterat dari, niſi ſtatutum eſſet clarum, & ſine difficultate aliqua. vt cæteræ exceptiones peremptoriæ, quę debent eſſe notoriæ, nullum difficultati locum relinquentes.

Ex his infertur bene dicere Plebanum num. 148. in 3. concluſione, dum aſſerit, quod ſi formans non habet exceptionem peremptoriam, claram, inſtrumentalem, notoriam, etiam impeditiuam litis ingreſſus, ſed ſolum excuſatiuam † culpę, & demonſtratiuam innocentię ipſius firmantis, veluti quia velit probare, ſe delicto non aſtitiſſe, vel innocentem eſſe, vt quia fuerit inſultatus, irritatus, vel alias ſimiles excuſationis cauſas attulerit, non erit audiendus, ratio eſt, quia hæ defenſiones licet peremptorię etiam ſint, non tamen ſunt inſtrumentales, notorię, & excluſiuę iuris agendi, ſed debent deduci, diſcuti, & examinari in iudicio, poſt litis conteſtationem, parte aduerſa audita, & hoc eſt, quod diſponit in proprijs terminis forus

17

18 multoties ſecundus † de firmis iuris, Molin. verbo firma fiendorum, folio 151. colum. 3. quod ſcilicet exceptiones, quæ defenſionem & innocentiam rei accuſati reſpiciunt, ante litis conteſtationem, ad impediendum proceſſum admitti non poſſunt, pro vt tenent Felin. in cap. exceptionem, numer. 36. de exceptionibus Bald. in l. 2. C. de Epiſc. aud. vbi qui opponit de iuſtitia & iniuſtitia, & meritis cauſę ad principium, & impediendum litis ingreſſum, non debet audiri, nec impedict litis ingreſſum, niſi oppo-nat de peremptoria, notoria & in promptu probata, veluti inſtrumentali, nam tunc impeditur litis ingreſſus, & dabitur firma, & meis temporibus in principio mei officij, quando iudices in experti, & parum in his practicis eruditi, ſolent per partes, non dico cauſidicos, decipi, inuolui, & male doceri, fuerunt multoties denegatę firmæ huiuſmodi, quę in fraudem ſupradictorum fuerant conceptę.

Sed hic poſſet dubitari, quid ſi quis haberet aliam exceptionem, non reſpicientem innocentiam, & excuſationem, ſed excluſiuam totaliter accuſationis, veluti, quia oſtenderet ad

19 oculum, † hominem illum, (de cuius nece imputabatur) viuum eſſe, & nõ mortuum, an tunc firmam obtinere poſſet, ad euadendam accuſationem, & impediendum litis ingreſſum, & licet quis poſſet dicere, quod non, ſed quod hanc defenſionem oſtenderet in diſcurſu cauſæ, adhuc tamen, quando legitimè oſtenderet ad oculum, &

20 certiſsimè, illum hominem viuere, eſſet iuſtiſsimum illi firmam huiuſmodi concedi, ad impediendum † litis ingreſſum, ratio eſt, quia tunc radicitus denegatur à iure accuſatio, nã ſi inquiſitio, & accuſatio formari non poſſunt, niſi ante omnia conſtet de corpore delicti, ſaltim in genere l. 1. §. item illud ff. ad ſyllan. cuius verba ſunt. *Item illud ſciendum eſt, niſi conſtet aliquem eſſe occiſſum, non haberi de familia quæſtionem, liquere igitur debet ſcelere interemptum, vt ſenatus conſulto locus ſit.*

et ibi communiter DD. in tantum
quod defficiente hoc requiſito,inqui-
ſitio , & accuſatio eſſet nullæ, & pro-
ceſſus,& omnia inde ſequuta. pariter
nulla eſſent, Angel.conſ.178. & com-
munis etiam opinio ex allegatis la-
tiſsime per Farinat.1.par.queſt.1.nu.5
& queſt.2.vbi multis ampliat,& limi
tat,ſi igitur hoc ita eſt , multo fortius
id procedet , quando ad oculum id
pateret.licet verum ſit, quod deberet
id liquere,vel notoriè , vel per ocula-
tam inſpectionem , quæ vim inſtru-
menti habent, alias autem non dice-
retur id probatum eſſe inſtrumenta-
liter,& notoriè ad effectum obtinen-
di iurisfirmam.

Facit in confirmationem ſuperio-
rum in terminis,quando quis in con-
tumatiam habetur pro confeſſo vi ſta
tuti,& ex illa ficta confeſsione banni-
tur,quo caſu dicitur ſententia lata,nõ
ex veris probationibus.ſed ex preſum
21 ptiuis, † & priuilegiatis, tunc certum
eſt de iure, hunc bannitum ſi capia-
tur,poſſe ſuſpẽdere executionem ſen-
tentię , defenſionem ſuam oſtenden-
do,& innocentiam probando per cõ-
trarias probationes directas , contra
fictam confeſsionem , & alias proba-
tiones, ſi quæ ſunt, † dicendo ſe tem-
22 pore delicti,alibi ſtetiſſe,& non in lo-
co delicti,& ſic per impoſsibile, in lo-
co delicti non ad fuiſſe , vel ſi alleget
delictum non fuiſſe commiſſum ,
tunc enim iſtę talis audietur. Anto.de
Butr.in cap.fin,extra de confeſſ.Are-
tin.conſil.147,colum.3.verſ. non ob-
ſtat prima ratio Roland.conſi. 60.in
2.latè Farinatius. de inquiſitio, queſt.
11. num. 12. verb. quid dicendum , &
nu.13.non tamẽ poſſet iſte talis, ſe de-
fendere, † inpugnando perſonas te-
23 ſtium,eos obiectando inimititia,& ſi-
milibus obiectibus, vel ſe ad ſui defen
ſionem feciſſe, aſſerẽdo ſe prouocatũ,
&ſic exceptiones tales allegando, quę
de directo ipſum non probarent non
delinquẽtem,ſed vel eundem excuſa-
rent,vel ad fiſci probationes debilitã-
das tenderent,nam tunc ſentẽtia , his
exceptionibus non obſtantibus, exe-
qui debet,ſine alio proceſſu,vt ſupra-
dicti DD.tenent, nec ad tales excep-
tiones proponendas admitteretur; nõ
mirũ igitur ſi in caſu noſtro nõaudite
tur firmãs,ſeu excipiẽs ſi ſuã defenſio
nẽ teſtibus probare vellet;ſecus vero ſi
probaret delictum non fuiſſe commiſ
24 ſum,vt quia † viuit,qui dicebatur oc-
ciſſus, & hoc ad oculum demonſtre-
tur, nam iuſtiſsimum eſt tunc firmã
ſic firmãti concedi.Ex quo reſultat ſo
lutio alterius queſtiõis quã multoties
vidi diſputari inter practicos. Per for.
nouum Tiraſonę anni 1592.titul.dela
via priuilegiada: eſt ſublata liberatio,
quę per viam priuilegiatam fiebat de
perſonis delinquentiũ , qui capti fue-
rant ſine fragantia, & appellitu legiti
mo,& forali, & ſic capti erãt nulliter:
hæc liberatio per dictum forum eſt
ſublata in multis delictis , de quibus
ibi, veluti in homicidio proditionali,
ſtrupo violento,& ſimilibus, quę nu-
mero multa ſunt,in quibus diſponitur
odio delinquentiũ,quod licęt capti re-
periantur,ſine fragantia,& appellitu;
non ideo liberentur per viam priuile
giatam,modo finge,quod quis ſit cap
tus propter mortẽ Titij,qui reperitur
viuus,vel propter furtũ factum in tali
ſtrata , tali die , cum reuera tale furtũ
factum non fuerit, & de hoc legitime
25 conſtet,dicebam ego,quod iſte talis †
liberabitur per viam priuilegiatã , &
dabitur firma ad impediendũ proceſ-
ſum,quia ſolũ ſublata eſt illa liberatio,
quando adſunt aliqua de dictis deli-
ctis ibi connumeratis, quamuis cap-
tus omnino ſit innocens,ſufficit enim
delictum dari , & pro eo illum cap-
tum , vt ſimus in caſu fori , ve-

verum

Digitized by Google

verum ſi corpus delicti excluditur,
iam ſumus extra caſum fori, & caſus
fori probari debet, vt eius diſpoſitio
locum habeat, nam ſi quando in lege
26 vel ſtatuto requiritur qualitas aliqua,
probanda illa eſt ante omnia, † alias
nihil agitur, Oſaſc. deciſ. 71. nu. 22. &
88. num. 6. licet ſit qualitas tribuens
iuriſdictionem, DD. in c. 7. de officio
deleg. in ſexto, cap. 1. de homicid. in
ſexto, vbi Ioan. Andr. Vantius de nul
lit. ex defect. iuriſdictionis, nu. 53. aliàs
non valeret, quod ageretur, niſi prius
conſtaret de cauſa exercendę iuriſdi-
ctionis, & caſu ſtatuti, Alexan. conſ.
99. num. 4. in primo, & 127. num. 6.
in 4. comunem dicit Bald. conſi. 465.
num. 4. Crauet. conſi. 201. num. 24. &
ſi à principio ad impediendam iuriſ-
dictionem, qualitas huiuſmodi, ex ad
uerſo negata fuerit, debet probari ſal
tim ſummariè, Vantius num. 53. verb.
& ſi à principio, Alexand. conſi. 1. nu.
4. Felin. in cap. ſi clericus laycum de
for. comp. pro quibus facit, quia ſi ſta
tutum dictat quod maleficia cõmiſ
ſa in territorio Cæſarauguſtę, emen-
dētur per vniuerſitatem, cum intelli-
gantur premiſſa culpa, ſeu negligen-
tia ciuitatis, debet negligentia proba
ri ante omnia, tãquam qualitas, aliàs
nihil valebit omne quod agetur, & eo
dem modo qualitas, quę requiritur in
cap. 1. de homicid. in 6. ad incurrēdas
illas pœnas debet probari, quod mor
tuus ſit Chriſtianus, aliàs non proce-
det ille tex. ſecundum Ioan. Andr. ibi
& ita ſecundum Oſaſcum vbi ſupra,
quando agitur de imponenda pœna
aliqua ſtatuti, vel legis, debent prius
probari omnes qualitates legis, & ſta-
27 tuti, quod non ſolũ verum † eſt, quan-
tum ad merita cauſæ, vt ſcilicet abſol
uatur, vel non condemnetur reus, ſed
etiã ad impediendum proceſſum, vt
dixit Vantius, & omnes ſup. dict. DD.

pro quo facit glo. in c. 1. de offi. deleg.
in ſexto, vbi ſi negatur factum, & qua
litas notorietatis requiſita, ibi non po
teſt iudex in cauſa procedere, niſi
prius verificet illã qualitatē, Fran. ibi,
nu. 4. in fin. vbi bene declarat. & An-
char. Ex quo (licet digrediar) ego in
ferebam aliquando in meis ſyndicati
bus, quod cũ Locũtenentes Iuſt. Ara-
gonum accuſentur inter alia de negli
gentia notabili, ſi negetur hæc quali-
tas, † debebit probari, aliàs non po-
28 terit per iudices ad vlteriora procedi
circa caput negligentię, & maximè ſi
iudex ſe diligentem probet Rom. ſin
gul. 426. & ſic ſi non datur negligen-
tia, vel non eſt punibilis per iudican-
tes, ergo non poterit per eos procedi,
ſi de hoc opponatur ad ingreſſum li-
tis, Alciat. conſ. 461. num. 2. nam non
ſolum debet abſolui reus, ſi delictum
non eſt punibile, ſed etiã procedi non
debet Alciatus conſ. 461. Cepol. in l.
ſed ſciendum nu. 51. ff. de ędilit. edict.
vbi ſtante ſtatuto, quod de omnibus
delictis iudex teneatur facere proceſ-
ſum, non intelligitur de leuibus, Iaſſ.
poſt Bart. Bald. in l. 1. & 2. C. vt nemo
priuat. titul. num. 2. ſic ait, nota quod
vbi delictum non eſt punibile, non de
bet iudex talem accuſationem admit
tere, aliàs punitur, & ſic hęc exceptio,
delictum de quo accuſatur nõ eſt pu-
29 nibile, impedit litis † ingreſſum Bart.
in l. ſi ſeruus C. de hisqui ad ecle. vnde
quod vulgo dicitur, non debere eſſe
ſcrupuloſas inquiſitiones pro leuibus
contra iudices, eo etiam pertinet, vt de
licti inpunibilis accuſatio non admit
tatur, nec in ea procedatur, & virtus
tota conſiſtit in modo practicandi,
& modo excipiendi, ſecundum Iaſſo.
in alijs terminis in l. nam poſtea
quam: quam legit cum l. ait prætor,
numer. 17. de iur. iur. & iuſtiſsimũ fo-
ret concedi in hunc modũ iurisfirmã

30 ad † impediendum proceſſum iudicũ
ſyndicantiũ extra caſum fori, bene vi
deo, quod hoc eſſet ponere os† in cœ
31 lum,& ſatis expertus ſum. Si igitur
qualitas (vt ad inſtitutum redeamus)
ſtatuti probanda eſt, & ea non proba
ta,vel probato eam abeſſe, non valet
totum quod agitur, & proceſſus eſt
nullus, & omnia ex eo ſequuta ſimili
ter nulla, cum nõ ſint fundata in caſu
ſtatuti,ergo multo magis iddicemus,
ſi non qualitas ſtatuti, ſed ſubiectum
& ſubſtantia(in quibus ſtatutum fun
datur) deficiant,quia minus præſumi
tur,difficiliusque inducitur, & proba
tur ſubſtantia, quam qualitas, etiam
in antiquis, vt apparet ex allegatis
per Aymon, de antiquit. 3. par. §. ve-
nio num. 22. & 2. par. §. expremiſsis
num. 62. ex quo fit, vt mandatum nõ
32 præſumatur etiam † ex antiquitate
temporis,quia eſt de ſubſtantia, & nõ
qualitas,nam hæc præſumitur in an-
tiquis,vt decretum, & ſimilia, & ita li
cet decretum pręſumatur in antiquis
in alienatione minoris, tamen ſi mi-
nor concedit mandatum ad alienan-
dum, tunc non pręſumitur, quia eſt
de ſubſtantia, & quod ſit ſubſtantia
patet,quia venditio, & actus tunc for
matur, & animam, ſiue ſubſtantiam
recipit, quando conceditur ad illam
mandatum, & nõ quando vigore mã
dati actus fit, & ſic illud eſt de ſubſtan
tia, & hinc eſt,quod tunc debet inter
uenire ſolemnitas,quando minor mã
datum concedit,quia tunc dicitur fie
ri alienatio, non autem quando fit
actus, ſeu contractus alienationis, ſic
in mandato ad alienandum res Eccle
ſiæ: nam in eo debet interuenire ſo-
lemnitas, Decius in cap. venerabilis,
vel c. ſequenti de confir. vtil. vel inu-
til. Cõuar. lib. 2. var. cap. 15. & 16. &
quod mandatum non pręſumatur,
quia eſt de ſubſtantia. & ſolemnitas
requiratur in eius conceſsione, non
vero in actu celebrato, eſt † commu-
33 nis opinio Couar. cap. 21. Borgnino
deciſ. 45. num. 12. Moſin. § 5. num. 58.
& hoc èſt verum, etiam ſi ſubſequa-
tur poſſeſsio, quia non præſumitur
mandatũ etiam in antiquis, Menoch.
lib. 2. de pręſumpt. c. 33. n. 14. Maſcar.
concluſ. 107. de qua materia latiſsi-
mè Menoch. vbi ſupra.

Concludo ergo, quod ſi conſtaret
hominem de cuius nece imputatur ca
ptus: eſſe viuum, quod haberet locum
liberatio per viam priuilegiatam, ſi
eſſemus in aliquo capite illius, ex ne-
cẽſitis per Porto. in tractatu liber. per
viam priuileg. & quod poſſet etiam ei
dari firma ad impediendũ proceſſum,
nec tunc forus nouus arctaret, cum
ille pręſupponat corpus delicti, aliàs
foret dicendum in pluribus caſibus,
quam in foro expreſsis, immo in om-
nibus delictis eſſe ſublatam illam viã
priuilegiatam, cum ſufficeret ad libi-
tum, ſine aliqua perpetratione delicti
capere quemlibet, & fingere delictũ
aliquod, ex connumeratis in for. no-
no, & licet non eſſet de illis, & quod
fortius eſt, licet nullũ delictum eſſet
commiſſum, remaneret reus innocens
captus ſine remedio, hoc abſurdum,
& iniuſtum mihi ſemper viſſum fuit,
& contra verba, contra mentem fori.
& contra intentionem Aragonenſiũ,
34 † qui ſubſtantiam, realitatem, & effe-
ctus rerum, non nomina, & ſuperfi-
ciales cauilloſaſque, interpręrationes
reſpexerunt, vide for. de probib. ſiſſat.
& for. yatſia de cõſeruat. patrim. obſ.
de cõſuetudine in fin. de citationibus,
& pręcipuè for. del acto del quitamiẽ
to perpetuo de la hermandad, non
enim eſt leges cuſtodire, verba ample
cti, & præcepta vera reſpuere, & ideo
Reges

Digitized by Google

Reges Arago. & officiales, iurant ſeruare foros, vſus, conſuetudines abſque omni machinatione, & fraude, for. de his quę dominus Rex, &c.

SVMMA EORVM, quæ in hoc §. 3. cap. 5. continentur.

1 *Hieronymus Portoles in §. firma, num. 151. late ampliatur, exornatur, & comprobatur, nu. 2.*

3 *Negatiua oratio eſt malignātis naturæ, & abnegat omnē potentiam.*

4 *Proceſſus factus ab eo, qui à foro agere prohibebatur, nullus eſt ipſo iure, etiam nulla oppoſita exceptione, & excipienti de nullitate, firma iuris concedetur, vt nu. 5.*

6 *Firma iuris, nę verificatis cōditionibus, &c. in contractu correſpectiuo concedi debet.*

7 *Contractus innominati in quadruplici ſunt differentia.*

8 *Agere volens ex contractu nominato, vel non ad implere omnia pro ſui parte imprimis tenetur.*

9 *Obligatio nulla naſcitur in contractibus innominatis ante ad implementum ſequutum.*

10 *Exceptio non ſequuti ad implementi, eſt litis finitæ, & eius ingreſſum impedit, etiam ſi agere volens impeditus ſit, & limita, vt nu. 12. & declara, vt num. 13.*

11 *Clauſula rato manente pacto, non obſeruanti minime prodeſt.*

14 *Tranſactio non reſcinditur ex capite ad implementi non ſequuti, fauore eiuſdem.*

15 *Non adimplens pro ſui parte, poteſt opponere, ne aduerſarius audiatur antequam adimpleat pro ſui parte, & firma concedi ſolet.*

16 *In contractibus nominatis condictioni locus non eſt, ſed agitur ad intereſſe, poſt moram tamen, vt num. 17. ſecus eſt in innominatis, vt num. 18. 19. & 20.*

§. 3.

1 REDEVNDO ad noſtrum Portol. in quātum dicit in 4. concluſione num. 151. † quod reus habens exceptionem aliquam perimentem actionem, & impedientem litis ingreſſum, de connumeratis in obſ. vſus Regni, de pigno, & c. 1. de litis conteſt. in ſexto, & quod non ſolum cum aliqua ex dictis quatuor exceptionibus, ſed & cum quacumque alia ſimili exceptione, quę de iure, ſeu foro prohibeat litis ingreſſum, vt in 5. conclu. num. 153. & quod idem erit in

quacumque alia legitima exceptione, ſi iuſta, & notoria ſit, quę ſi notoria vel inſtrumentalis ſit, ęquiparabitur impedientibus litis ingreſſum, & ſufficiet ad obtinendam firmam ad impediendum litis ingreſſum num.154. in 6. coucluſione totum hoc, quod
2 in ſe veriſsimum eſt † orna, & comproba, ex ſuperioribus in principio §. 5. allegatis, quæ vere ſunt, ſiuę exceptio hęc ipſo iure elidat actionem, ſiue ope exceptionis, ex allegatis per Portol. numer.155.

Ex his ſequitur veritas ſeptimę concluſionis ipſius Portol. ſub num. 156. quod ſcilicet, vbi firmans habet caſum fori, quo expreſſe cauetur, quod aduerſarius non audiatur, firma ei concedi debet ad impediendū litis ingreſſum, allegat multa ibi, quorum ratio eſſe poteſt, quia vltra, quod negatiua illa, *non audiatur*, ęſt †
3 malignātis naturæ, abnegans potentiam, vt cum mille vulgaris probari poſſet, & habes Molin. de primogen. libr.2. capit. 11. numero. 12. hæc, & ſimilia verba, quę in multis foris habentur vt in for.3. de ſolutio, vbi creditor poſt lapſū 20. annorū ſuper debito repetendo vllo vnquā tēpore audiri debet, operantur hunc effectum inter alios, vt ſcilicet proceſſus per
4 eum factus, qui ab audientia repellitur, nulla etiam oppoſita † exceptione, nullus ipſo iure ſit Bald. in l. iubemus 2. §. ſane poſt num. 2. C. de ſacr. ſanc. Eccle. idem in l. ſcire oportet §. conſequens ad fin. ff. de excuſ. tutor. refert Monter deciſs. 21. num. 2. & 3. in tantum, quod iudex ex oficio ſuo poteſt oponere, licet nō ſit aſtrictus ad id. vt ibi reſoluit, er-
5 go cum hac exceptione, iuſtum † videtur concedi iuris firmam excipienti, ad impediendum litis progreſſum.

CONCLVSIO 9.

Neq. inmorandum eſt in concluſione 9. eiuſdem authoris, vbi ſi excipiens demonſtret actori actionem non competere, debeat iuris firmam, & pręſidium obtinere, hoc namq. iuſtiſsimum eſt, vltra allegata per eū vide Philip. Franc. in d. c. 1. de litis conteſt. in 6. & Anchar. ibidem.

CONCLVSIO 10.

Decima eius concluſio eſt, quod quoties ſumus in contractu correſpectiuo, † concedi poteſt, & debet iuris firma inhibitoria contra actorem, ne
6 agat antequam pro ſui parte ad impleuerit allegat, Roma. conſ. 244. n. 5. in fin. Decium, & alios, pro cuius concluſionis veritate, generaliter ad hanc materiam reuoca tibi in mentem (Lector amantiſsimè,) quod in cōtractibus innominatis, qui quatuor † ſūt, do vt des, do vt facias, facio vt des, facio vt facias, & vltra eos
7 etiam videtur innominatus tranſactio, de quibus in l. naturalis de pręſcrip. verb. Bardaxi optimè in foror. de arbitr. & in contractibus etiam nominatis vltro citroq. obligatorijs, vt eſt emptio, venditio, locatio, & cōductio, mutua ſtipulatio, & reciproca, & alij huiuſmodi in quibus vltro citroq. naſcitur obligatio, & partes
8 mutuo ſibi obligantur, † volens agere, debet pro ſua parte primo ad implere, quod tenebatur ad vnguem l. Iulianus §. offerri ff. de actio empti, & non ad implens cenſetur renūtiare contractui, & non poteſt eo vti, & poſt pars alia ad actionem primeuam redire, latè Maſcardus concluſione tranſactio 1. col. quod in his contractibus ineſt tacita conditio, ſi ſibi fides ad impleatur, ac ſeruetur, quare nō ſeruanti fidem, nō ſeruabitur l. cum proponas C. de pactis, & licet hoc

hoc generale ſit in omnibus contracti
bus correſpectiuis, tamen in tranſa-
ctione, quę eſt contractus innomina-
9 tus, & habet nomen generale ad om-
nes contractus, l. 1. ff. de tranſact. l. ſi-
ue apud acta. C. eod. datur alia ratio,
quia in contractibus innominatis, an
te ad implementum & factum ſequu
tum nulla naſcitur obligatio, DD. in
l. iuris gentium, ff. de pactis, & in l. na
turalis §. 1. ff. de preſ. verb. & ſic is qui
agit ex tranſactione, debet probare ſe
quutam eſſe cauſam ex parte ſua: cũ
alias nulla ſubeſſet obligatio, & per
conſequens nullam ad agẽdum actio-
nem haberet, quod ampliat Maſcard.
multis modis, maximè quia hæc exce-
ptio † implementi non ſequuti, eſt
10 litis finitę, & impedit litis ingreſſum;
Crau. cõſ. 127. n. 14. Maſcar. vbi ſup.
nu. 41. quæ vera ſunt; licet agens fue-
rit impeditus ex neceſsitate implere,
nam adhuc repelletur donec perfe-
ctè ad impleat, Decius in l. cum pro-
ponas, C. de pact. dicens, quod neceſsi
tas, vel impedimentũ excuſat a pę-
na vel mora, ſed non facit, quod impe
dito actio competat, ex quo ex parte
ſua non impleuit, ita Crauet. conſ. 151.
num. 10. vbi quando ſunt duo contra
hentes, quorum vnicuique aliquid ad
implendum eſt, is prius tenetur ad im-
plere, qui prior vult agere; licet ceſſa-
uerit ad implere impeditus, Roland.
à Valle conſ. 69. num. 12. in 4. Maſcar.
vbi ſupra num. 43. Menoch. conſ. 55.
num. 5. quæ procedunt etiam non ita
clauſula, quod pęna ſoluta, vel com-
miſſa, contractus firmus maneat, id
eſt rato manẽte pacto, nam talis clau
11 ſula † non adimplenti non pro-
deſt, Bart. & alij in l. qui fidem C. de
tranſact. Rolan. à Valle conſ. 69. n. 10.
in 4. Maſcard. num. 49. & in tantum
vera ſunt ſup dicta, vt ſemel cępto iu-
dicio, & facta opoſitione implementi
non ſequuti, non liceat tunc implere,
Maſcar. num. 6. & ſic donatio poſt-
quam oppoſitum fuerit de defectu in
ſinuationis, non poterit inſinuari, Ale
xand. conſ. 237. num. 13. in ſexto, quod
facit ad manifeſtationes ſcripturarũ,
ne poſt manifeſtationem innouetur
in eis.

Sed omnia iſta limitantur, quando
† impedimentum non ad implendũ
12 venit ex facto illius cui debebat adim
pleri, quia tunc perinde eſt ac ſi im-
plementum ſequutum fuiſſet, l. in exe
cutione ff. de verb. oblig. argumento
l. iuris ciuilis ff. de cond. & dem. l. qui
operas ff. locati, Abb. in c. ſicut de
iur. iur.

Sed nota circa ſuperiora, quod ex-
ceptio implementi non ſequuti, reſpe
ctu vnius obligationis, non excludit
aduerſarium petentem virtute alte-
rius obligationis, Alexan. in l. cũ pro-
ponas C. de pactis, Socin. conſ. 176.
colum. 2. v. ult. 1. Ioan. Anna. Bald. in
c. conqueſtus col. 2. de vſur. Bertrã. d.
conſi. 190. col. 2. lib. 2.

Et non ſufficiet quod quis adim-
13 pleat, niſi † doceat impletum fuiſſe
ob cauſam ob quam implere tenebar-
tur. Aymon. conſ. 171. num. 15. verum
eſt, quod in dubio cenſetur quis adim-
plere ob eam cauſam, ſi tamen eam
ſciuiſſet, ſecus ſi ignoraſſet vt ibi, & ſic
eſt quod conſuetudo debet probari in
ſua cauſa, & ſpecie, Aymon. vbi ſupra
num. 14.

Vnum ſingulare nota circa tranſa
14 ctione, quod non reſcinditur ex capi-
te adimpleti non ſequuti, quod-
quid ſit in ceteris contractibus inno-
minatis, Iaſ. in l. quamuis in fin. C. de
tranſact. Caſtr. in l. fratris eod. Ceph.
conſ. 48. nu. 45. quod videtur durum,
niſi dicas fauore tranſactionis, ne li-
tes ſuſcitentur hoc fieri: illud tamen
certum eſt, quod ex capite pœni. en-
tiæ,

Digitized by Google

tię, tranſactio non reſcinditur, l. quã uis C. eodem Cephal. conſ. 65. num. 59. quidquid in alijs contractibus ſit.

Et licet contractus nominati, & innominati, concordent in hoc, quod ſemper agens debet probare ſe ad impleuiſſe, quę pro ſui parte tenebatur ad implere, & poterat dari firma cõtra agentem non ad implentem, licet firmans nil ad impleuiſſet pro ſui parte, nam defectus ad implementi conſideratur ad finem agendi, & vt quis poſsit agere, non vero ad finem excipiendi, nam licet ego non ad imple
15 uero pro mei parte, † poſſum tamen opponere contra te, ne audiaris antequam pro tui parte adimpleas, quia generaliter actor debet prius ad implere, quam agat, licet aduerſarius, ſeu reus non adimpleuerit, quod certiſsimum eſt, ſecundum Decium allegatum per Maſcard. vbi ſupra, & in hunc finem fuerunt datę multę firme meis temporibus, & cum magna iuſtitia.

Vna tamẽ differẽtia reperitur inter contractus nominatos, & innominatos, quia in contractibus nominatis, non licet condicere ob cauſam non ſequutam, ſeu non adimpletam, l. ea conditione C. de reſcind. vend. licet cauſa non ſequatur, ſeu ad impleatur
16 ſed agitur † ad intereſſe, d. l. ea conditione, vel ad hoc vt impleatur contractus l. in ciuile C. de rei vend. traditur per glo. Paul. & alios in l. fin. ff. de cond. cauſa dat. cauſa non ſequut. & hoc, quod agatur ad intere-
17 ſſe, intellige † poſt moram, etiam poſt mortem l. 1. in principio ff. de actio. empt. ſed ſi non eſſet in mora, ad nihilum poteſt agi, quia periculũ ſpectat ad emptorem, poſt venditionem perfectam l. neceſſario de pericul. & comod. rei vend. Paul. in d. l. fin. ſuperiora limita, niſi eſſet cauſa finalis cauſa contractus, quia tunc reſcinditur, l. 1. C. de don. quę ſub modo l. cum te fundum C. de pact. inter empto, & vend. l. ſi vt proponis C. de cond. ob cauſ. & hoc per viam actionis, nam ope exceptionis indiſtinctè reuocatur contractus nominatus ex capite ad implementi non ſequuti, Aymon conſ. 192. num. 21. vide in conſ. 59. & deciſsio pedem 98.

In contractibus vero innominatis
18 † ſecus eſt, in quibus dic, quod ille qui impleuit poteſt agere contra nõ implentem ad reſolutionem contractus, & repetitionem ſoluti, per condictio cauſ. data cauſa non ſequuta, & hoc ſi fuit in mora † implendi, ve-
19 luti ſi obligatio ſit ſimplex, & non fecerit quamprimum poſsit, vel ſi fuit ad certum tempus, & intra tempus non impleuerit, nam condicetur datum l. 3. §. ſi tibi l. ſi pecuniam §. ſed vbi, vbi Doctores, & glo. & Doctores in l. fin. ff. de cond. cau. dat cauſa non ſequut a vbi Paul. ſi tamen
20 mora non ſit † in inplendo, non erit locus condictioni cauſ. dat. cauſ. non ſequut. ſed tunc ex penitentia agendum eſt, & ſic licebit re integra recedere, ex capite pęnitentię, licet mora non interceſſerit; dum modo cauſa adhuc ſit implebilis, & poſsit impleri, ſi autem cauſa non eſſet iam implebilis, hoc eſt quia eſſet extincta cauſa, tunc opus eſt diſtinguere, vt per Paul. de Caſtr. in l. 3. §. ſed ſi acceperit num. 3. & in l. fin. ff. de cond. cauſ. data cauſ. non ſequt. vbi bene diſtinguit.

Ex his omnibus tene ad propoſitũ noſtrum, tam in cõtractibus nominatis, quam innominatis quod contra agentem poteſt excipi, & firmari, ſi non ad impleuerit prius pro ſui parte, quæ

te, quæ

te, quæ tenetur implere, licet excipiẽs etiam non ad impleuerit, quia non ad implens poteſt excipere contra non implentem, agere vero non poteſt, quod certiſsimum eſt, & ſic firma in hunc finem recte peti, & iuſtius concedi poterit.

SVMMA EORVM, quæ in hoc §. 4. cap. 5. continentur.

1 *Exceptio partis non legitimæ, probata, potens eſt ad obtinendam iurisfirmam.*

2 *Actor debet ſuam perſonam in ea qualitate, in qua agit legitimare, quod intellige ſi qualitas negetur, vt nu. 3.*

4 *Omnia fiunt in Regno ad inſtãtiam partis legitimæ, cuius principaliter intereſt, nõ ſecundario.*

5 *Reo ſententiam non petente, quamuis aliâs eſſet abſoluendus, non abſoluitur, ſed pronũtiat iudex, petita per actorem locum non habere, vbi ita fuiſſe iudicatum refertur, & vide num. 6. limita in criminalibus, vt nu. 7.*

8 *Fiſcus eſt pars legitima ad accuſandum, ratione in obedientiæ comiſſæ contra dominum Regem.*

9 *Vocatus â domino Rege, vel eius Locũtenẽte generali pro rebus concernẽtibus eius ſeruitium, ſi non accedat, delictum punibile comittit, & quid ſi vocetur pro aliis rebus non concernentibus ſeruitium Regis, vide num. 12.*

10 *Vaſſalli iuriſdictionis, & territorij tenentur obedire dominis ſuis in mandatis ſibi factis, quod intellige intra territorium, vt nu. 11.*

13 *Rex in hoc Regno non poteſt ſolus leges condere, ſed cum curia generali poteſt.*

14 *Non habemus in Regno clamum de manu Regis, aut domini, ſed omnia fiunt ad partis legitimæ inſtantiam.*

15 *Pœna in Regno vbi applicatur fiſco, & parti, â fiſco peti nequit, ſine parte, & num. 24.*

16 *Dominus propriê cenſetur offenſus, quando in eius contemptum iniuriantur eius officiales, & num. 17. Secus ſi non fiat in contemptum domini, num. 18.*

19 *Fiſcus in multis caſibus ſolus agere poteſt, & dicitur principaliter intereſſatus.*

20 *Fiſcus pars legitima eſt ad agendum, & defendẽdũ iuriſdictionem regalem, idem vbi agitur de iure appellãdi, vel non*

non, vt num. 21.

22 *Actio accuſandi in publicis delictis, de iure popularis erat.*

23 *Intereſſati ſecũdario, & non principaliter in ciuilibus poſſunt de iure aſſiſtere liti, & cauſam fouere.*

25 *Fiſcus aſſiſtere poteſt in regno omnibus cauſis cum parte principali, ratione ſui intereſſe, qualecumque illud ſit, & ibi deciſſum ita fuiſſe traditur.*

26 *Fiſcus ex permiſſu dominorum eſt pars legitima ad accuſandum reſiſtentes & vſurpantes iuriſdictionem in locis Eccleſiæ & Religionis, & deciſſum ita fuiſſe refertur.*

§. 4.

OCTAVA concluſio noſtri practici, (vt retrocedamus) eſt, quotiens firmãs in ſua firma petit inhiberi, ne proceſſus inchoetur cõtra eum ad inſtantiam Petri, qui accuſare illum nequit, cum non ſit pars legitima ad hoc, & quod ſententia non exequatur ad inſtantiam illius, cum non ſit pars legitima, nam hoc edocto, † talis firma prouideri debet, ſe-
1 cundum Felin. in cap. exceptionem, num. 39. extra de exceptionibus, Molin. verb. exceptio partis non legitimæ, vbi idem Portol. ſicut hic plura cumulat, ad quem recurre, quorum ratio eſt, quia agere volens, debet ſuam
2 perſonam † in ea qualitate in qua agit legitimare, ex multis allegatis per Brunorum à Sole, q. 11. in ſuis quæſtionibus legalibus, vbi inter alia dicit, quod quicumque vult agere in iuditio vt talis, debet ante omnia probare, ſe eſſe talem, & ſic docere de ſuo intereſſe, & per conſequens legitimare ſe antequam admitatur: ſi opponatur ei, tu non es talis, vel non habes intereſſe in hac cauſa, & hoc ſeruatur in Regno, vbi qualitas perſonæ debet probari, ſi opponatur cõtra eam, † nõ alias, niſi eſſet qualitas tribuens
3 iuriſdictionem, quoniam illa eſt probanda, licet non opponatur cõtra eã, Molin. verb. qualitas. Et exceptio partis non legitimę proceſſum impedit, Neuiſſan. conſi. 30. numer. 36.

In hoc Regno multoties vidi plus dubitari, circa hanc exceptionem partis non legitimæ, quam de iure dubitandum foret, eo quia in regno omnia fiunt ad inſtantiam partis † legiti
4 mę, cuius principaliter intereſt, non ſecundario, vnde ex officio iudex nihil facit, ſed videamus de aliquibus queſtionibus, quę in praxi ſolent ſe offerre. Si quis agit contra aliquem, & non probat intentionem ſuam, vel ſi probat, reus ſe defendit, adeo quod veniat abſoluendus, & actor petat ſententiam, non autem eam petat reus, quid faciet iudex, abſoluet ne reum, ſi ſecundum merita venit abſoluendus? dic, quod ex quo non petit ſententiã reus, non abſoluet eũ iudex, quia non habet officium, ſed debet ſolum dicere, & pronũtiare, ſupplicata † per acto
5 rem locum non habere, ita fuit pronunciatum multoties me exiſtente
* Locumtenente, in curia Iuſt. Arago. in proceſſu domnę Briandę Zurita,

ſuper

ſuper apprehenſione anno 1593. ſi autem reus nõ ſe defendiſſet, tunc quid pronuntiandum ſit, vide Couar. lib. 1 vari. reſolut. cap. 1. vbi bene. In proceſſu apprehenſionis, vidi practicari, quod ſi ex tribus aut quatuor opponentibus, vnus ſolus petat ſententiam, & ſuam propoſitionem recipi, poterit recipi ſola, † de alijs nulla mentione facta, niſi amplius dixiſſet, cęteras reijciendo, & repellendo, nam tunc aperit viam pronuntiandi ſuper alijs propoſitionibus, licet alij non petant pronuntiare, & ſic poterit vel eas recipere, vel reijcere, vt iuris fuerit.

6

Hęc intellige in ciuilibus, nam in criminalibus ſeruatur, quod in proceſſu pręſentię, licet reus non petat ſe abſolui, ſi tamen bene probauit ſuam intentionem, vel accuſator non probauit, debet abſolui † diffinitiuè, ratio eſt, quia iuxta for. como cerca la punicion 2. de homicid. quando quis accuſat alium, debet iudex ſententiare, cõdenãdo, vel abſoluẽdo, ſed hoc nõ ſeruatur in proceſſu abſẽtię, ratio eſt, quia cum abſens poſſit millies accuſari reiterato, Bart. in l. 1. ff. de ſepulchr. viol. ideo non debet abſolui diffinitiuè, nã alias non poſſet iterũ accuſari, debet igitur dicere iudex, ſupplicata per accuſatorem locum non habere, & ſic practicatur in Regio conſilio cauſarum criminalium.

7

Redeũdo ad exceptionẽ partis nõ legitimę circa perſonam fiſci notãq; fiſcus eſt pars legitima ad acuſãdũ, ratione in obediẽtię cõmiſſę cõtra dñm Regẽ, & eius Locumtenentẽ generalem, vnde ſi quis vocatus à dño Rege, vel eius Locũtenente gñali, vel regẽte offic. gubernationis, vt accedat ad eos, pro rebus concernẽtibus ſeruitiũ Regis, (nã ita in vocatione dici debet) & non vadat, eſt in obediens, & cõmittit † delictum punibile, & de hoc ſolet cõqueri fiſcalis in cur. Iuſt. Arag. vide in proceſſ. procur. fiſc. contra Petrum Pelayo, ſuper gelm. menſe Martij 1595 & vide etiam in proceſſ. procur. fiſcal. contra ſyndicos ciuitatis Oſcę anno 1589. vbi fuerunt puniti pro ſimili inobedientia, ex eo quia, ſi quis à dño Rege vocetur, tenetur ire, vel ſe excuſare, aliàs punietur, quod eo reſpectu iuſtiſsimũ apparet, quia vaſſalli iuriſdictionis, & territorij tenentur obedire dominis in mandatis † ſibi factis, Butri. in c. ad aures de tẽp. ordi. Abb. in c. ſi quando de reſcrip. Natta. cõſi. 556. nu. 1. Conrad. Brun. in tract. de ſeditioſis c. 8. & qui contemnunt obedire, in caſu quo tenebãtur, alſiuè rebelles dicũtur, Ang. Bart. Bald. quos refert Decius in c. ſanè. 2. not. nu. 20. de offic. deleg. Verum eſt, quod extra territorium † non poteſt dñs vocare vaſſallos inuitos, vt habetur de liberto l. hę demum ff. de oper. libert. l. ſi libertus eod. tit. cap. veniẽtes de iur. iur. Petr. Bellapert. in tract. de feud. tit. qualiter vaſſallus ab obedientia libe. nor. pen. & fin. immo vaſſalli feudales qui dñm ſequi tenentur, non tenentur ire extra territorium, niſi habeant opulentiſsima feuda, Zaſius de feud. 7. par. Albaros. in c. 1. de noua. form. fidel. vbi in pacto de inſequendo dñm, nõ intelligitur, quod exeat à territorio, niſi miniſtrati prius ſumptibus, ex l. cum ſępe C. de erog. milit. anno. lib. 12. immo tali caſu, non poſſunt vocari nimis remotè extra territoriũ. Et ſi vocentur in punè non obediũt, Franc. Sambech. ad vſus feudo. par. vel tit. 11. n. 44. nõ obſtat ſi dicas hęc procedere in vaſſallis feudalibus quia à fortiori procedũt in vaſſallis iuriſdictionis, & foralibus, maximè facto ſuppoſito, q̃ adſit dictũ pactum in inueſtitura feudi, dñm ſequendi, & quia etiam in vaſſallis iuriſdictionis quos vocit. Burgẽſes idẽ iuris eſt ſecũdũ Iſer. in c. 1. §. vt autẽ ęquitas de pace iur. fir. n. 5. Bal. in l. ij quibus C. de fideic. l. be. quos refert Gre. Lop. in l. 6.

8

9

10

11

tit.25.par.4.in gloſ. deuen los ſeruir.

Sed his videtur obſtare Bald. in l. llberti libertæque num. 4. C. de pęn. libert. dicens, quod vaſſalli nudę iuriſdictionis tenentur obedire dominis, & venire vocati. Cui reſpõdeo, quod non exprimit, quod id procedat extra territorium, & Bald. eſt intelligendus iuxta predicta verb. quia Bald. dicit, quod tenetur venire, & alia quędam lęuia facere, & ſic non debet illud extendi ad mandatum adeo graue, & oneroſum eundi extra territorium vaſſalli. Deinde ex eodem Bald. num. 5. & ibi Salicet. diſtinguentibus inter operas obedientiales obſequiales, qualis erat iſta de qua ibi, & artificiales, ſiue ſeruiles, ad primas Bald. obligat vaſſallos iuriſdictionis, & eximit à ſecundis, & inquit obſequiales eſſe, quę in actu quodam conſiſtunt, veluti ſalutando, comitando, ſtando, & non ſedendo coram domino, ſeruiles autem eſſe, quę durant a mane ad ſero, & inde colligit Bald. non loqui de huiuſmodi vocatione extra territorium, in qua non ſolum vnius diei, ſed etiam plurium inuoluitur occupatio, & damnum cum magno diſpendio. Sed his non obſtãtibus, video contrarium iudicatum in cur. Iuſti. Arago. in proceſſ. magni magiſtr. ſuper cri- * min. menſe Auguſt. 1604. vbi vaſſalli fuerunt condemnati, quia non venerunt Cæſarauguſtam vocati, & ſic extra ſuum territorium, verum ibi aliud delictum erat, quia epiſtolis miſſis à dño. non reſponderunt, cum debito honore, & reuerentia, quod ſufficiebat ad condemnandum eos ad ſuſpẽſionem officiorum vnius anni, & in expenſis ſimplicibus, vt ibi videbis quod not.

Sed quid ſi talia præcepta non fiãt pro rebus concernentibus ſeruitium
12 Regis, ſed alio reſpectu, † ſi Vicerex * mandet alicui, ne ludat, vel habeat adamaſiam, vel ne aliquid aliud faciat, per quod poſſet ſequi delictum, & ſcandalum, aliqui dixerunt, quod talia præcepta fieri non debent, nec poſſunt, quia ſapiũt vim legis, § quod Principi placuit inſt. de iure natu. gẽt. & ciuili, in Regno autẽ dominus Rex (ſalua ſua clementia) non facit leges ſolus, † ſed cum curia generali, vt eſt
13 notiſsimum, & licet hęc ratio videatur colorata, alij tamen contrariũ tenuerunt, ex eo, quia dominus Rex eſt executor legis, & exequendo comminationes legum, poteſt comminando, talia præcepta facere, & ſi ille cui mandatur, contrauenìat, punietur, vt in obediens mãdatis Locumtenentis generalis, prout ſic fuit factum in pro- * ceſſu Antho. de Aybar, ſuper crimin. in cur. Iuſt. Arago. anno 1595. vel 1596

Vide etiam in proceſſu procur. fiſcal. contra Lucam Perez de Oliban, * ſuper criminali menſe Nouemb. 1597 in d. curia Iuſt. Arago. & in motiuis inuenies fundamenta, & rationẽ iſtorum exemplarium, & nota, quod licet Oliban fuit abſolutus, quia bene ſe defendit in meritis cauſę, fuit tamẽ captus ratione ſpreti mandati, quod ſupponit hoc pręceptum valere. Si caſus occurrerit melius cogitandum.

In hac materia partis non legitimæ ad aliquid faciendũ, habemus in Aragonia vnam regulam vulgarem, & tritam, deſſumptam, ex for. 1. de poſtul. quod non habemus clamum † de ma-
14 nu Regis, nec dñi, ſed omnia fiunt ad inſtantiam partis legitimę, cuius principaliter intereſt, obſ. item per foros de generali priuileg. totius Regni. for. 1. de poſtul. Bard. ibi, deſſumitur etiã ex for. vnic. quod in factis vſur. vbi nemo debet puniri ſine accuſatore, cuius principaliter intereſt, vbi Bardaxi, de quo Molina ver-

verbo

verb.clamum, verb. fiſcus verb. pęna,
verb.cableta, & verb. fideiuſſor, & ibi
Portol. hinc naſcitur, quod ſi pęna
aplicatur fiſco, & parti; † non poteſt
15 petere fiſcus pœnam, ſi pars non pe-
tat, & ſic tales pęnę debent prius ad
inſtantiam partis legitimę peti, & ea
inſtante debet prius ſequi condemna-
tio, & adiudicatio ſibi, & fiſco, obſer.
ſed ſi domino Regi de generali priui-
leg. Bard. & Plehan. vbi ſupra, quod ſi
iniuria fiat fiſco, vel domino tunc ip-
ſi agent, veluti ſi fiat officiali inoffi-
tio, in cõtemptum conſtituentis, quo
caſu cenſetur facta domino conſtituẽ
ti, ratio eſt, quia dñs cenſetur offen-
16 ſus, † etiam propriè, quando in eius
contemptum iniuriantur eius officia-
les, obſ. ſed ſi domino Regi, & iſto ca-
ſu limitatur doctrina, Bald. in l. 1. C. ſi
rector proui. & in cap. 1. colu. 3. de his
quę vi vel metu, vbi vult quod in ma-
teria ſtricta, appellatione domini, ſeu
iudicis vel magiſtratus, non venit eius
Vicarius, vnde offendens Vicariũ nõ
incidit in pęnā, in quam incidit offen
dens magiſtratum, latè Aretin. conſi.
13. quia illud non habet locum, quan-
do offenſa fieret Vicario in contemp-
tum magiſtratus, quia tunc ſecus eſt,
& ſic quod dicitur in materia ſtricta,
& pęnali, appellatione magiſtratus,
non venire Vicarium, ſeu officialem,
quod verum ſit, niſi in materia offen-
ſionis, † quãdo offenderetur Vicarius
17 in contemptum magiſtratus, vt in d.
obſ. ſed ſi domino Regi; quia tunc pa
rificantur ac ſi eſſet offenſus magiſtra
tus, d. obſ. & Alciat. in rubr. de officio
ordin. num. 32. & ſic pęna, quę infligi-
tur contra offendentes dñm, ſeu iniu
riam irrogantes, etiam cenſetur appo
ſita contra offendentes eius officiales
in contemptũ dñi, facit l. oſſa §. fin. ff.
de religioſ. vbi ſunt concord. in glo. &
quod notat Bald. in c. 1. de offic. deleg.
cũ allegatis per Alciat. in rubr. de offi.
ordi. nu. 32. quando autẽ officialis offẽ
ditur, non in † contemptũ dñi conſti-
18 tuẽtis ſed ipſius officialis, tunc nõ fit
principaliter iniuria Regi, & conſti-
tuenti, ſecundũ d. obſ. vide Deciũ in
c. ſanè col. 10. de offi. deleg. & ſic talis
offendens non incurreret in crimen
mageſtatis, latè Aymon. conſi. 6. nu.
79. Prædicto igitur caſu, quo iniuria
fit domino, vel eius fiſco, tunc fiſcus
dicitur principaliter intereſſatus, &
agere poterit, Bard. in foro de poſtul.

Hanc tamen regulam, quod ſcili-
cet in Regno non poſsit agere, niſi il-
le cuius principaliter intereſt; habet
aliquas limitationes, de quibus Moli.
verb. clamũ, vt in † caſibus, in quibus
19 habet locum inquiſitio, & in caſibus
in quibus agit fiſcus, procurator Reg
ni, procurator aſtrictus & in caſibus,
in quibus locũ habet officiũ iudicis,
Bard. in d. for. de poſtul.

Limitatur etiã d. regula, quãdo agi
tur aliquo modo de iuriſdictione rega
li, tunc enim fiſcus eſt pars legitima,
20 & principalis ad agendum, † & defen
dendum iuriſdictionẽ regalẽ. Ex quo
infertur, quod fiſcus poteſt ſe oppone
re ad tollendum omnẽ impedimentũ,
quod opponitur obuiam iuriſdictioni
Regię, per doctri. Bart. in l. ſepulchri,
ff. de ſepulchr. viol. vt in firmis cauſa-
rũ criminalium fuit determinatũ, &
per magnos aduocatos cum iuramen
to atteſtatum, vide in proceſſu Ioan.
* Marañon, & Fran. de Conte, ſuper de
nuntiatione, contra Iacob. Morlanes
Locumtenentẽ Iuſti. Arago. 18. Iunij
1567. & in proceſſu Io. Baptiſtę de Ne
* gro, ſuper iurisfirma, ſimiliter in com
petentijs, ſe opponit; ad tollẽdum hoc
impedimẽtũ, & in manifeſtationibus,
Moli. ver. manifeſtatio verſ. 14. Iunij,
& in alijs exemplaribus, de quibus in
meo reſponſo ſyndicatus, contra Co-
mitem de Saſtago.

Et idem

Et idem videtur, ſi agatur de iure
21 † appellandi ad dominum Regem, nam ſi vaſſalli non poſſunt tollere hunc recurſum, c. venientes vbi Bald. de iur. iur. ergo nec illum defendere valent in iuditio, quia cui interdicta eſt alienatio, etiam eſt interdicta defenſio, l. ait pretor ff. de iur. delib. ad quem Pinel. l. 1. 3. par. num. 47. & 48. C. de bon. mater. tum quia ſuprema maioria eſt de regalibus, quorum defenſio ad fiſcum pertinet.

Illud tamen citra omnẽ eſt difficultatem in his caſibus, quod ſcilicet fiſcus ſimul cum parte principaliter intereſſata agere poteſt, & ſe oponere, ratione ſui intereſſe, licet eſſet ſecũdarium, propter quod eſt aduertendum, quod de iure in criminibus publicis, poterat accuſare, non ſolũ principaliter intereſſatus, ſed etiã quilibet de populo, & ſic actio erat † popularis, Bart.
22 & DD. in l. ſepulchri. ff. de ſepul. viol. Port. verb. accuſatio nu. 3. vbi alios refert, ſed hoc erat reſpectu cauſarum criminalium, quia in ciuilibus de iure non poterat agere, niſi ſolũ pars principaliter intereſſata, ſecundũ gloſ. cõmunẽ in l. de vno quoq; ff. de re iudi. Iaſ. in l. filius familias. § diui n. 92. de leg. 1. verum tamen eſt in his cauſis ciuilibus, quod poterant aſsiſtere liti, & cauſam fouere, ſecundario † intereſſa-
23 ti, allegando, probãdo, appellãdo, &c. veluti legatarius, ſubſtitutus, vocatus ad fideicõmiſſum, l. qui de inofficioſo l. ſi ſuſpecta, vbi gloſ. ff. de inofi. teſtamẽto, iuncta l. ſi ſuperatus, vbi etiam gloſ. ff. de pign. in Aragonia vero id, quod erat in cauſis ciuilibus, fuit etiã ſtatutum in criminalibus, quia ſecundũ foros & obſ. Regni non admittitur appellitus, clamũ, ſeu querella de manu Regis, nec dñi, hoc eſt dicere id, quod actio in Regno non eſt popularis, ſed quod eſt agendum inſtãte parte principaliter intereſſata, obſ. itẽ in criminalibus de homi. ex hoc vt dixi emanat, quod ſi pena aplicatur parti,
24 & fiſco, † non poteſt petere fiſcus, niſi pars prius petat, & ad illius inſtantiã debet fieri condẽnatio, & adiudicatio, obſ. ſed ſi domino Regi, de gener. priuileg. Sicut in fractione ſaluaguardię & pęnis cableuantiũ, de quibus in d. obſ. Nam ſi pars non petat fiſcus tanquam ſecundo intereſſatus nõ petet.

Quod eſt dicere, quod in Regno, in hoc æquiparantur cauſę ciuiles & criminales, vt ſine delectu agendum ſit ad inſtantiam partis, cuius principaliter intereſt, ſed ſicut in ciuilibus poterat de iure aſsiſtere ſecundo intereſſatus, licet de per ſe agere non poſſit, ita in Regno poterit ad minus fiſcalis aſsiſtere omnibus cauſis, cum
25 parte principali, † ratione ſui intereſſe, qualecumq; illud ſit, quis autem dicatur principaliter intereſſatus, & quis ſecundario, eleganter Bart. in l. ambitioſa num. 19. ff. de decret. ab ordi. faci. & ſecundum iſta, ego notaui quod poterat fiſcus Regius aſsiſtere liti motæ, per homines de Pina, qui agebant de obtinendo recurſu ad dominum Regem, nam quando non eſſet principaliter intereſſatus, poterat tamen aſsiſtere cauſę pro ſuo intereſſe, pro quo fui per Comitem accuſatus, & tandem abſolutus domini miſericordia.

Fiſcus etiã, ſaltim ex permiſſu dominorũ locorũ eccleſię, ſolet eſſe pars
26 legitima ad accuſandũ reſiſtentes, & vſurpãtes iuriſdictionẽ, in locis eccleſię, & religionis, ſic fuit iudicatum in proceſſu procur. fiſcalis, contra Petrũ
* Fidalgo, ſuper crimin. 24. Martij 1585. & in proceſſ. procur. fiſc. contra Mi-
* chael Iñigo, ſuper cri. 11. Octob. 1586. in cur. Iuſt. Arag. & in proceſ. procur.
* fiſc. contra T. Aguero, & alios villę de

Mallen

Mallen, ſuper crimin. anno 1596. in eadem curia.

Hæc placuit tibi demonſtrare (lector beneuole) vt in pluribus caſibus habeas, quomodo fiſcus ſit pars legitima, quod meis temporibus, nos non mediocriter conturbauit, in quibuſcumque igitur cauſis, in quibus agens non ſit pars legitima, obtinebitur firma ne ad illius inſtantiam quis acuſetur, & litibus vexetur.

SVMMA EORVM, quæ in hoc §. 5. cap. 5. continentur.

1 *Firma iuris cōcedi poteſt propter nullitatē proceſſus; vel ſententiæ, legitimè probatam ad impediendam executionē eiuſdem.*

2 *Exceptio nullitatis, executionem ſententiæ criminalis impedit, etiam in proceſſu abſentiæ, vt num. 3.*

4 *Accuſatus in proceſſu abſētiæ, quamuis dum eſt abſens de innocentia, & meritis cauſæ docere nequeat, de nullitate tamen proceſſus dicere poteſt.*

5 *Appellatione ſublata, nō eſt ſublatus nullitatis recurſus, vbi nullitas principaliter opponitur, & non incidenter, & ibi quando dicatur principaliter, & quando incidenter propoſita, declaratur, & intellige, vt num. 7.*

6 *Inſtantia appellationis perēpta, non perimitur cauſa nullitatis, niſi eſſet præfixus terminus ad docēdū de nullitate*

8 *Nullitas principaliter propoſita, non impedit executionē ſentētiæ, à qua aliàs in regno non licet appellare, quamuis contraria, cōmunis ſit, & vide bonam diſtinctionem in materia. num. 17.*

9 *Nullitatē ſentētiæ deducens in iuditio per viam exceptionis, ad impediendā executionē ſentētiæ, & ſuccūbens, poterit nihilominus eandē deducere in alio iuditio per modum agendi.*

10 *Exceptio nullitatis incontinenti probanda, ſuſpēdit executionē ſententiæ, ſecus vero ſi requirat altiorem indaginē, & limita vt num. 14.*

11 *Exceptio nullitatis dubia, ſuſpēdit executionē ſententiæ, quādo factū tale eſſet, quod nō poſſet reparari, haberetque executionē irretractabilem, & magni præiudicij.*

12 *Doctores tenentes exceptionē nullitatis impedire executionē ſententiæ latæ in iuditio poſſeſſorio, qualiter intelligantur, exponitur.*

13 *Exceptio quando dicatur in promptu probata, vel non,*

iudicis arbitrio relinquitur.

15 *Victus in iudicio poſſeſſorio, cautius aget ad impediẽdam executionem, vt nullitas iungatur cum appellatione, & ibi de ratione, num.16.*

18 *Appellans reſeruato iure dicẽdi de nullitate, aduerſus eum nihil debet innouari, nullitate pendente, limita, vt numer.19. & ſublimita, vt numer.20.*

21 *Statutum prohibens agere poſt annum, non compræbendit excipientem poſt annum.*

22 *Forus Querientes de firmis iuris explicatur.*

23 *Statutũ prohibens agere de nullitate, nõ prohibet agere, quando nullitas notoria eſt, vel quando prouenit ex deffectu iuriſdictionis.*

24 *Nullitas notoria illa dicitur, quæ prima facie de iure communi talis apparet, licet poßit ſubeſſe cauſa propter quam reddatur falſa.*

25 *Cauſidici volentes annullare proceſſum, non expreſſa cauſa, volunt ſapere pluſquã oportet.*

26 *Nullitas incidenter tractata, vt quia condemnatus ſimpliciter appellauit, & deſerta fuit appellatio, poterit itẽrum principaliter tractari. & vide in materia bonã diſtinctionem, num.27. & 29.*

28 *Sententia lata in principali, præiudicat in incidenti, de quo non fuit præmiſſa plena cauſæ cognitio.*

30 *Nullitas, vbi ſemel cum appellatione principaliter in iudicium deducitur, ſi appellatio deſerta declarata ſit adhuc agitari, & in iudicium deduci poteſt, ſecus ſi eſſet incidenter deducta, vt num. 31. & ſupra num. 26.*

§. 5.

IN vndecima concluſione, à num.160 practicus noſter aliam docet regulã, videlicet ſi firmans nullitatẽ proceſſus criminalis, vel ſen-
1 tentię probat, iurisfirmam † obtinere poterit, ad impediendam executionẽ
2 ſententię, quoniam exceptio nullitatis executionem † ſententiæ criminalis impedit, ſecundum Bart. in l.4. §. condemnatum, vbi DD. ff. de re iudi. & alij relati per Portol. nu.160. quod adeo ſecundum eum verũ eſt, vt procedat etiam in proceſſu abſentię, ſeu contumatię, nam adhuc abſens per ſuum procuratorem poterit, docen-
3 do de nullitate, inhibitionem † & firmam obtinere, ad impediendam executionẽ ſententię, quod licet contradictores habeat, tamen id magis receptum

ceptum eſſe de iure, foro, & praxi aſſeueat. ſic iudicatum in curia Iuſtitiæ Arago. atteſtans, in proceſſu Anthonij Labata, ſuper iuris firma, die 2. Auguſt. 1580. Concluſio hæc non videbitur rigida, nec exorbitans ſi bene perlegeris, quæ ſcripſimus ſupra cap. 1 §. 2. & maximè à num. 41. vbi de nullitate ſatis latè actum eſt, nam licet per foros de modo & forma proced. in crimi. ſit ſublata cognitio cauſarum criminalium omnino curię Iuſtitię Arago. & ſic denegatus omnis recurſus: id intelligi oportet addocendum
4 de meritis cauſæ, † & innocentia, ſeu malitia accuſati, ſecus ad docendum de nullitate, quia hic recurſus non cẽſetur ſublatus, ſublata appellatione: per legem, vel ſtatutum, ſecundũ Cæſar. Contard. in l. vni. C. ſi de momẽt. poſſeſsione limit. 7. vt in terminis l. vnic. C. ſi de mom. poſſeſſ. Quæ materia quia prolixa eſt, & multũ, immo, & plus conducit vna bona reſolutio, quam millę confuſę remiſsiones eorum, qui niſi per extenſum funem, & ſine cortice nare non audent, ideo, licet referendo, nihilque ex proprio Marte addendo, conciliando tamen obſcura, quę in materia multa ſunt, queq; ad materiã firmarum conducere arbitrator, ſolum apponam hic reſolutiones communes in materia, vt nullitatis nihil penitus ignoretur, quod ergo dixi, quod ſublata appellatione, non eſt ſublatus recurſus nullitatis, intellige verum, dummodo nul-
5 litas † principaliter proponatur, per viam principalis petitionis, non vero incidenter, & adheſiuè ſcilicet per viam appellationis, vt quia dicitur appello, nulla facta mentione nullitatis, quo caſu virtualiter, in appellatione dicitur incidenter de ducta nullitas, Contard. num. 5. & tunc, quia eſt deducta via appellationis aſſumpta illius natura, erit ſublata, appellatione ſublata, ſecus quãdo principaliter deducitur, nam nihil cõmune habet tunc cum nullitate, & idem ſi diceret, dico ſententiam nullam, & ſi qua eſt, appello Contard. num. 10. nam tunc dicitur de ducta principaliter, prudentius tamen fiet, ſi pars coram iudice appellationis declaret, mentem ſuam fuiſſe, deducere nullitatem principaliter, & iniquitatem in euentum, quo ſententia non reperiatur nulla, verificata enim nullitate circumducitur appellatio, & fingitur non appellatum, hinc eſt, quod perempta inſtantia appellationis, non perimitur cauſa nullitatis, niſi eſſet præfixus † terminus ad docendum de nullitate, vt in Arago-
6 nia per forum querientes de firm. iuris datur terminus ad vtrumque, ratio eſt, quia per ſtatuta tollitur appellatio reſpectu iniuſtitię iudicis, per quã lęditur ius priuatũ, nullitas vero verſatur circa proceſſum, & ius publicũ, & ſic non cenſetur ſublata; nullitas enim non includit iniuſtitiam, ſed bene è conuerſo, quia dicens iniuſtum, & probans nullum, obtinebit, & nulla maior iniuſticia, quam nullitas, immo nullitas magis inficit, quam iniuſtitia, quia reddit ſententiam ipſo iure nullam, iniuſtitia non, propriè tamẽ ſententia nulla, non dicitur iniuſta, quod nota pro ſtatutis ſecundum Cõtard. num. 16. hæc omnia intellige †
7 de nullitate coram ſuperiore proponenda, veluti dico nullam, & ſi qua eſt, appello, deuoluitur iniuſtitia, & nullitas principaliter, Bart. in l. ſi expreſsim verb. ad primum de appel. Abb. in cap. dilecto col. 3. de appel. & ſi nullitas tenet, declarat iudex nullã ſententiam, & ſuperuacaneè appellatum. Sed dicet aliquis obiciendo, Tu domine dixiſti, quod appellatio eſt prohibita, vt in terminis d. l. vnicę, & in is

in his terminis loqueris dementeDD. & dicis quod ſi victus dicat, dico ſententiam nullam & ſi qua eſt appello quod tunc cenſetur deducere nullitatem principaliter,& quod talis deductio non eſt ſublata,ſublatione appellationis, in tali caſu præſuponis poſſe apellari,quia dicis appello ſi qua eſt ſẽtẽtia, vnde videris afirmare & negare, ſi igitur nõ datur appellatio quomodo ſupponũt DD. poſſe ſic deduci nullitatẽ cũ appellatione,reſpõdeo,quod hoc me dubiũ tenuit certe,& ſicdico,quod non ſit tunc cauſa appellabilis,quæ de ſe inappellabilis eſt,quia ſi nullitas tenet, circundicitur appellatio,ac ſi non eſſet appellatum,& ſola nullitas remanet in iudicio , & ſic per inde eſt ac ſi ſ:orſum ſola nullitas ſine appellaratione eſſet deducta,quod ſi nullitas non teneat , tunc reſpectu articuli appellationis non eſt recedendum a regula l. vnicę, per quam excluditur apellatio, ita Contard.num.10. effectus huius cõſiderationis, quod ſcilicet deducatur nullitas cum appellatione ficta, cum reuera nulla ſit maximus conſideratur per Doctores vt videbis. Iam igitur ſublata appellatione, non dicitur ſublata nullitas. modo autem videamus, an nullitas propoſita principaliter, impediat executionem ſentẽtiæ latę in poſſeſſorio, in quo de iure ciuili eſt ſublata appellatio, quo ad vtrumque effectum, & idem erit in quocumque caſu in quo ſit prohibita appellatio vt in Regno noſtro eſt prohibita ad Iuſtitiã Aragonum in cauſis criminalibus, & in multis ſtatutis & legibus mandantibus ſententiam, vel laudũ exequi, vt in cauſis poſſeſſorijs de iure ciuili, & in Regno idem in comanda,cenſualibus, Albarano mercatoris,ſentẽtia arbitrali laudata,& emonologata, cõfeſsione volũtaria,& alijs ſimilibus, ſi opponatur in his de nullitate, per viã principalis petitionis, ſeu actionis,& non per viam exceptionis, tẽpore executionis, nunquid tali caſu impediatur executio ſententię? Ad multa deſeruiet tibi hæc quæſtio.magiſtraliter reſoluta , ſine allegatione doctrinarũ,dicigitur,quod licet vna ſit comunis opinio, & magis comunis, quod debet impedire, cõtraria tamẽ,

6 quod† nõ impediat executionẽ ſentẽtiæ preualuit, & in practica ſeruatur, huius ratio eſt, quia prędicto caſu nullitas,in iuditio ordinario principaliter propoſita,deſiderat ſententiam, quæ in effectu nihil aliud facit, quam alteram ſententiam euacuare, & executionem impedire, quod ſi in continenti per ſimplicẽ nullitatis propoſitionẽ executio impediretur. eſſet dare executionem ſententiæ nondum latę, contra regulam text. in l. 1. C. de execut. rei iudi. quod procedit etiam ſi iudex nullitatis inhibuiſſet ſententiam Contard. vbi ſupra numer. 19. qui tamen dat cautelam. numer. 20. vt ſcilicet proponens nullitatem via actionis, proponat etiam per viam exceptionis eandem ad impediẽdam executionem deducendo idem, quod deduxerat per viam petitionis, & tunc dicitur incidenter deduci, ſecundum Vantium vbi ſupra.num. 20. Contard.34. & quod in continenti illam probet, ea ratione, quod ille,qui porrexit libellum principaliter ſuper nullitate, non prohibetur etiam via exceptionis impedire executionem ſentẽtię, quod tamen intellige de mente Contardi, coram eodem Iudice, nam ſi nullitas deducatur ſimul cum ipſa appellatione, tũc Iudex appellationis valebit de nullitate cognoſcere, & non ipſe ordinarius, & ne in hoc decipiaris, vult dicere Contard,quod ſi cauſa nullitatis ſit deuoluta ad ſuperiorem per [illegible] appella-

appellationem, (& idem credo ſiue
alio modo coram eodem deducatur,
vt per principalẽ petitionem) non ſe
intromittet iudex à quo, & tali caſu
nõ prodeſſet coram eo exceptionem
nullitatis proponere, eadem nullitatẽ
deuoluta ad ſuperiorẽ per appellatio-
tionem: Sicut è contra, ſi quis dedu-
9 cit nullitatem ſententiæ in iudicio, †
per viam exceptionis, ad impedien-
dam executionem, & ſuccumbit, non
prohibetur eandem nullitatem dedu
cere in alio iudicio, per modum agen
di, vt ſententia infirmetur, & ſi facta
ſit executio retractetur, vt dicam in-
fra, ita Contard. num. 21. 22. Paul. Ca
ſtrenſ. in l. de pupillo, & in l. is cui in
fin. ff de oper. no. nun. quod illud eſt,
quod ſupradiximus, quod qui ſuccum
bit in iudicio repulſionis iuris firmarū,
vbi de via exceptionis tãtum agitur,
non prohibetur iterum agere via or-
dinaria, de illo iure, ex quo in excipiẽ
do, ſummariè tantum cognitum fuit,
vt ibi dictum eſt, verum, quod exci-
piens de nullitate debet probare incõ
tinenti exceptionem, quia tunc ſuſpẽ
10 dit ſecus vero † ſi requirat altiorem
indaginem, nam tunc non ſuſpendit,
ita Contard. num. 25. vide Menoch.
de adip. ſ. poſſ. remed. 4 nu 884. An-
gel. in l. 1. num. 3. C. quando prouo. in-
fert, quod exceptio litis pendentis
præiuditialis executioni, non impedit
executionem ſententię, quia non inue
nitur iure cautum, quod impediat, &
ratio eſt, quia cauſa iudicati eſt ſum-
maria, in qua non recipiuntur excep-
tiones requirentes altiorem indagi-
nem, l. ille à quo. §. de teſtamẽto. ff. ad
trebel. & cum exceptio litis penden-
tię, non faciat fidem promptam, ſed
ex futuro euentu ſententię pendentis,
inde eſt quod non impedit, ſecundũ
eum, executionẽ ſententię, & ſic Bal.
in l. ab executione n. 7. C. quorũ appel
latio nõ recipiũtur dicit, ꝙ ſi nullitas
per exceptionem oppoſita (vt dixi)
eſt liquida, non ſuſpendit, ſed ſtatim
perimit, & idem ſi incontinenti liqui
detur, ſed ſi omnino eſt dubia. nec ſuſ
pendit, nec perimit, l. vltim. C. de or-
di. cog. Contard. num. 57. niſi eſſet ta-
le factum, quod non poſſet † reparari,
11 & haberet executionem irretractabi-
lem. & magni præiuditij, quia tunc
non liquida ſuſpendit, Contard. nu.
28. & 29. 60. & 61. nam in hoc caſu
omnes executiones ſuſpenduntur,
etiam vbi ſunt priuilegiatę, vt latius
videbis in meo reſponſo ſyndicatus,
contra Comitem de Saſtago; per ele-
gantem doctrin. Paul. de Caſtr. in l. 2.
C. de edict. diui Adr. quem ſequuntur
communiter DD. teſte Menoch. in cõ
ſil. 2. num. 202. Et ſecundum hanc di-
ſtinctionem, intelligendi ſunt DD.
qui tenent, exceptionẽ nullitatis im-
pedire executionem ſententię latę in
iudicio poſſeſſorio, † intelligendo ſi
12 incontinenti probatur, & ſit liquida,
Contard. num. 30. quod probatur in
clem. vt calumnijs de re iud. argumẽ-
to ab ſpeciali, nam ſi ibi poſt tres ſen
tentias non admittitur exceptio nul-
litatis in iudicio poſſeſſorio, ergo vbi
non eſt niſi vna ſententia, exceptio
nullitatis impediet executionem, quã
do eſt apta ad impediendum, ratio
autem quare impeditur executio ſen
tentię latę in poſſeſſorio per viam ex
ceptionis, non autem ordinariè agen
do de nullitate, ſi tamen probatio nul
litatis ſit in promptu, ea eſt, quia via
exceptionis facilius impeditur execu
tio, quam via principalis petitionis,
ſecundum Contar. num. 31.

Quomodo autem dicatur probari
13 exceptio in promptu, arbitrariũ eſt, †
ſecundum eum, in quo nota quod ſi
exceptio à primordio ſit facilis, tamẽ
ſi propter appellationes, vel aliam
cauſam

cauſam efficiatur dificilis, & longior quod ea non obſtante iudex poterit ad vlteriora procedere, non diſcuſa illa exceptione, idem num.33. ex quibus in fero, DD. dicentes, nullitatem incidenter deductam, executionem non impedire, debere intelligi de illa tantum, quę cenſetur incluſa in ipſa appellatione, ex vi verbi appellationis, verbũ enim *appello* nullitatē etiā includit, etiamſi nullitas non exprimatur, vt ibi num. 34. nullitas enim eo modo deducta, eſſet tāquam pars appellationis & ideo adjacet ipſi appellationi, quia iudex appellationis debet examinare proceſſum, & ſententiam. & cum prohibita ſit appellatio, ſic etiā nullitas ei adhęrens erit prohibita, & ſic non impediet. Superiora intellige, quādo nullitatis exceptio opponitur coram eodem iudice, qui ſententiam tulit (credo quod idē coram iudice appellationis) ſecus † 14 autem ſi opponeretur coram alio inferiore iudice, quia tunc non impedit eius executionem, ita Imola in c. de cetero de reiudi, dicens quod ſi Papa mandat ſententiam latam exequi ſi opponatur coram executore, quod ſententia eſt lata per falſos teſtes, vel per fraudē, ipſe non poſſet cognoſcere ſed debet remitere ad Papā Contard. nu.36. vide Vant. in titulo coram quo iudice nullit propon.

Proceduntque ſupra dicta etiam poſt factam executionem, vt quia hęres miſſus ſit in poſſeſsionem bonorum ſecundum l. fin. C de edic diui Adrian., vel ex inter dicto quorum bonorum, ſi tamen non ritè proceſſum ſit, poterit aduerſarius de nullitate agere, & retractare miſsionem in poſſeſsionem, Contard. num.38.

Sed quia non ſemper exceptio nullitatis ad effectum impediendi poteſt probari in promptu ideo ſecundum Doctóres cautius eſt, pro victo, in iu-15 dicio poſſeſſorio † ad impediendam executionem, vt nullitas iungat ut cũ appellatione, deducendo eam cum appelatione, & ad ſuperiorē cum appellatione deuoluatur principaliter, intellige ſemper in terminis noſtris, nā acceſſoriè non poſſet, cum ſit ſublata appellatio, nec modo loquor, quādo permitur appellatio, nā tunc ſemper impeditur executio propter appellationem, ſed loquimur quando eſt prohibita, vt hic, & deducitur nullitas principaliter cum appellatione ad ſuperiorem, vt dixi ſupra, quoniam tūc nullitas dicitur potentior, & ob ſimilem coniunctionem, pendente huiuſmodi iudicio nihil eſt innouandum, Contard. num.53. (aliàs ſi per viam exceptionis proponeretur, ſi non eſſet euidens, non impediret, ſicuti nec impediret, ſi quę adeſſet ſuſpitio calumniæ in excipiente, Fran in c. dilecto quæſt.9. in fin.) ex quo ſequitur mag-16 na vtilitas, & eſt ratio ad ſuperiora, † quia ſi deducitur nullitas cum appellatione principaliter, vt dixi & aliquid innouetur, attentata ſunt nulla, & ſunt reuocanda, via attentatorũ ſecundum Contard. num. 53. 54.

Dificultas erit, quando non iungitur cum appellatione nullitas ipſa, ſed principaliter ſine appellatione an tunc impediatur executio ſententiæ nullæ, latius quam ſupra diſtingue 17 nam aut † proponitur principaliter, ſola, ſine appellatione, ſeorſum, & ſeparatim, tunc certum eſt, quod nō impedit executionem ſententię, Cōtard. num.19. Vanti. tit. quot & quibus modis nu.29. Couarr. in practicis cap.24. num.5. verſ. tandem in hac queſt. & in hoc caſu expectatur victoria ſuper nullitate, qua obtenta. & declarata ſentētia nulla, omnia reſtituũtur cum fructibus perceptis & percipien

cipiendis, Contard. num. 55.

Si vero nullitas deducatur principaliter, ſed non ſola per ſe, ſed cumulatiuè cum appellatione vt dixi, & cẽſetur, tam principaliter deducta, quã ipſa appellatio, veluti dico ſententiã nullam, & ſi qua eſt appello, quo caſu, tam nullitas, quam appellationis cauſa deuoluuntur ad ſuperiorem, vt ſupra dixi, Couar. vbi ſup. numer. 7. Vant. vbi ſupra, num. 11, & idem ſi diceret quis, appello à tali ſententia, reſeruato mihi iure dicendi de nullitate, vt practicatur Romè, appellatio huiuſmodi dicitur qualificata, & conditionalis, videlicet quatenus ſententia ſit aliqua, Vant. vbi ſupr. & tunc impeditur executio ſententię, & nihil debet † innouari nullitate pendente,
18 vt Contard. num. 53. aliàs reuocabitur attentatum, & hoc propter appellationis priuilegium, cum qua fuit cumulata nullitas, Couar. vbi ſup. n. 7. verb. ſed et ſi verum, Vant. numer. 34. dicens, quod ſi nullitas cumuletur cũ appellatione, tunc nullitas dicitur potentior, propter appellationem, & tũc totum negotium ad ſuperiorem deuoluitur, & Vant. loquitur de nullitate principaliter intentata cum appellatione, quia dicit, quod illo caſu ſi articulus appellationis deſeratur, remanebit ſola nullitatis cognitio, & executio vlterius non impedietur, ſi igitur deſerta appellatione, nõ deſeritur nullitas, ergo non ibi agit de nullitate incidenter, & adhęſiuè, cum appellatione deducta, nam illa eſſet ſimiliter cum appellatione deſerta, Couar. num. 8. verb. quod ſi deſerta, loquitur igitur Vant. de nullitate principaliter cũ appellatione deducta, ita Fran. in cap. dilecto, q. 9. de appel. Contar. num. 53. & loquitur Contard. de nullitate principaliter cum appellatione deducta, vt nos loquimur, nam de incidenter deducta, loqui non poteſt, ex quo eſt prohibita per d. l. vni. et licet iſta procedant, quando iungitur principaliter nullitas cum appellatione, ſuppoſito, & in caſibus vbi appellatio non eſt prohibita, vt ſic loquũtur Couar. Vant. & Fran. nam ſi adhę ſiue ad appellationem, & incidenter, tunc non eſt dubitandum niſi quod appellatio ipſa impedit executionem ſententię; verum etiã iſta procedunt in caſibus, in quibus eſt prohibita appellatio, vt in d. l. vnica, quoniam etiã tunc ſi deducatur nullitas, principaliter cum appellatione, impedietur executio ſententię, ſecundum Contard. num. 53. quomodo autẽ iungatur nullitas cum appellatione, quę aliàs eſt prohibita; dixi ſupra. quod nota, limitantur iſta † non procedere,
19 quando lex, vel ſtatutum pręfigerit terminum ad docẽdum de nullitate, nam eo elapſo, non poteſt amplius dici de nullitate, etiam euidenti, quia tempora nõ largiũtur. Quod verum, ſiue agendo, ſiue excipiendo, Contar. num. 67. maximè ſi pars cępiſſet agere de nullitate, hæc tamen limitatio non procedit quando ſtatutum prohiberet, poſt certum tempus agi de nullitate, † tunc enim poſt terminum
20 non prohibetur excipere, vt fuit multoties per Rotam iudicatum, cuius verba in vna decisione ſunt ſequentia teſte Contard. num. 68. *Statutum*
21 *prohibens † agere poſt annum, non comprehendit excipientem poſt annum*, & inducebatur deciſio, arguendo per cõtrarium à conſilio Aretin. 75. colu. 8. verb. aut ergo, qui in ſtatuto, quod opponi non poſſit de nullitate, volebat ipſe Aretin. quod non tolleretur, quin per viam principalis petitionis, id eſt actionis, de nullitate dici poſſet. ergo è conuerſo à fortiori, ſi ſtatutum prohibet agere, non prohibebit excipere,

pere, vnde in Regno licet actio ali-
qua, lapſu temporis ſit eliſa, poterit
tamen poſt tempus excipi,& firmari,
vt iã aliàs dixi, ex his ſequitur, quod
22 cum forus querientes † de firm. iur.
ſtatuat. quod firmans teneatur infra
certum terminum ibi perfixum, de-
ducere omnes nullitates, & iniuſti-
tias, &c. videtur dicendum, quod
amplius non poſsit deduci nullitas,
agendo, nec defendendo quia forus
dicit. quod deducatur. quod verbum
verificatur agendo, & defendendo, &
non dixit agendo, ſeu defendendo. ni
ſi dicas quod accipitur pro defenſio-
ne ibi, quia firmans reus eſt, ex hoc
autem ſolum ſequeretur, quod poſ-
ſet poſtea per viam actionis tantũ
deduci, non vero excipiendo, & fir-
mando, & ſic audiui practicatũ, quod
firmans qui ſuccubuerat in electio-
ne iurisfirme, aliquãdo egit via ordina
ria ſuper nullitate, iuxta conſ. Are-
tini tu inquire de veritate huius pra-
cticæ ſi ita fuerit.

Et hoc quod prohibitus agere de
nullitate poſt certum terminum, non
ſit prohibitus excipere; limitat ali-
quibus modis Contard. num 69.

Summè tamen eſt aduertendũ hic,
quod licet quãdo per legem & ſtatutũ
23 eſt prohibita † nullitas, & agi de nul
litate, poſsit tamen hoc non obſtan-
te aliquo caſu proponi, videlicet cum
eſt notoria, Contard. num. 56. vel ſi
naſcatur ex defectu iuriſdictionis,
glo. ordin. in Clem. 1. de ſequeſtr. poſ.
& fruct. tamen non eſt admittendus
cauſidicans, proponendo ſimpliciter
nullitatem, non allegata cauſa, puta
ex tali, vel tali defectu, quod intelli-
ge quatenus pars opponat, & nota
pro declaratione d. glo. quod quoties
exprimitur qualitas notorietatis, tunc
24 illa dicitur notoria † quæ prima fa-
cie de iure communi talis eſt, licet poſ-
ſet ſubeſſe cauſa, propter quã redda-
tur falſa, Fran. Aretin. in l. in illa co-
lum. 5. verſ. 3. adde, de verb. oblig. &
in cap. ſignificauerunt col. penult. de
teſtib. Tiraq. de pen. in præfat. nu. 61
in hoc tamen Regno cauſidici ſolent
petere annullari vnũ proceſſum, mil
le foliorũ, dicendo ſimpliciter nullũ,
non expreſſa cauſa, & vicio nullitatis.
& forſan per eos non intellecta, &
debet iudex reuoluere totum proceſ-
ſum, & tempus & operam perdere
25 quod dolendum eſt, quia † cauſidici
huius temporis, volunt ſapere plus
quam oporteat, vnde tali caſu iudex
poſſet tuta conſciencia, ſi cauſidicãs
nõ ſe declarat, reſpondere ſuplicata
locum nõ habere, et eum corrigere.

Omnia ſupra dicta vera ſunt vbicũq.
nullitas deduci poteſt, aliquo ex mo
dis ſupradictis, quo caſu procedunt
ſuperiora, licet enim vt ſupra per ſta
tutũ tollatur appellatio, quia tamẽ nõ
tollitur nullitas certis caſibus in eis
dico procedere ſupra dicta, & ſic non
facio diferentiã, an ſtet tale ſtatutũ,
vel non, cum vtrobique, caſu ſupra
dicto verificentur omnia ſupra dicta,
& magis non ſtante tali ſtatuto.

Verum pro complemento huius
materię adduco ſequentia.

Quãdo nullitas fuit incidẽter trac
26 tata, † quia condemnatus ſimpliciter
appellauit, & de ſerta ſit apellatio, po
terit iterum cauſa nullitatis, non ob-
ſtante deſertione proponi, & exami-
nari, nam per deſertionẽ videtur re-
nuntiatum illi nullitati, quæ ſuberat
incidenter appellationi, non autem
illi, quæ principaliter ac diſtinctæ po
terat in iudicium deduci, & idẽ erit ſi
is qui appellauit fuerit in cauſa appel
lationis victus: & idem ſi incidenter
per viã exceptionis proponitur, & ex
cipiens ſuccũbat: nã iterũ eam princi
paliter deducere poteſt, Cõtard. n. 22

Sed

Digitized by Google

Sed dubitatio eſt, vbi deſſerta fuerit appellatio, quæ fuit in hunc modum propoſita, *Dico ſententiam nullam, & ſi qua eſt appello*, opportet rem hanc explicare; ſi quidem ſub hac forma dicitur nullitas principaliter tractari.

Diſtingui oportet, an appellans, in cauſa appellationis fuerit victus, an
27 deſſerta ſit ab eodem appellatio, † primo caſu eſt dicendū, quod iterū agi non poſſit de nullitate, quæ principaliter deducta eſt in iudicium; poterit tamen agi de nullitate; vbi ea ſub appellationis nomine incidenter tractata, & examinata fuerit, ratio eſt quia ea quę ſummariè, & incidenter fuerunt examinata, poterunt etiam, finito eo examine, iterum principa-
28 liter tractari, nec ſententia lata † in principali pręiudicat incidenti, de quo non fuit premiſſa plena cauſę cognitio, Couarrubias in capit. 24. numero 8. practi. queſtion. Huius autem vltimę diſtinctionis poſterior pars, tunc obtinet, cum ſimpliciter iudex ſuperior pronuntiat; male appellatum fuiſſe, nam ſi pronuntiaſſet male appellatum, & benè iudicatum, tunc licet nullitas incidenter, & obiter in iuditium acceſſerit, in eo quæ fuerit examinata, non erit locus, vlterius eandem principaliter proſequendi, ſi ab hac vltima ſententia non ſit prouocatum.

Quod ſi deſſerta ſit appellatio, tūc
29 iterum diſtingue, nam vbi incidenter in cauſam appellationis acceſſerit nullitas, quod regulariter fit, tunc deſſertà appellatione, cenſetur deſſertà & ipſa nullitas, quæ appellationi accedit, poterit tamen principaliter iterū nullitas deduci in iudicium, non tantum in appellatione extra iudiciali, ſed in iudiciali, ratio horum eſt, nam appellatione deſſerta, & ipſa nullitas deſſerta eſt, quæ venit acceſſoriè in cauſam appellationis, & ideo nullitas principalis, ac principaliter poterit in iuditium iterum deduci, facit alia ratio, nam vbi iudex, ad quem prouocatum eſt, pronuntiat male appellatum, nō tollitur proſequutio nullitatis principalis, & quę principaliter in iudicium deduci poteſt, licet actum ſit in examine appellationis de nullitate incidenti, & acceſſoria ipſi appellationi, ergo idem erit à fortiori, vbi appellatio cui acceſſit nullitas, incidenter fuerit deſſerta, Couar. num. 38. vbi ſup.

Sed vbi nullitas † ſimul cum ap-
30 pellatione principaliter in iudicium deducitur, & deſſerta fuerit appellatio, maior eſt dubitatio, ſed dic in hoc caſu deſſerta appellatione, non dum finitam eſſe inſtantiam ad proſequendam nullitatem, iam in iudicium deductam, quæ non reſtringitur his limitibus, quibus appellatio iure cenſetur reſtricta, etenim appellatione deſſerta, hoc ipſum iure conſtat, ſtatum cauſę eſſe iudicandum, ac ſi non fuiſſet appellatum, non tamē ex hoc pręcluſa eſt via, nullitatem ipſam proponēdi, & proſequendi, tum quia cauſa nullitatis ita principalis eſt in hoc caſu, vt ipſa cauſa appellationis, Couar. vbi ſupra, in fin. Vant. in tit. quis & quot modis, num. 35. vbi loquitur de nullitate principaliter deducta cum appellatione, nam ſi eſſet † inciden-
31 ter deducta, deſſerta appellatione, eſſet deſſerta nullitas incidenter deducta, vt ſupra, & tamen contrarium tenet Vant. & Contard. vt ſup. vidiſti, hæc licet latius, pęnes Couar. Vant. Contard. Bart. vbi ſupra habeantur, ſcio hāc breuem reſolutionem (cuius nos à mici ſumus) tibi profuturam.

KK Cum

Cum ad extendēdum caſum qui euenerit, & rationibus & iuribus comprobandum, poſsis ad eos recurrere, vbi lata manus. Ex his facillime diiudicabis, quādo nullitas de iure procedat, vt ſecundum iſta, & aliqua, quæ circa nullitatem ſcripſimus in c. 1. §. 2. poſsit iurisfirmans ad caſum ſibi occurrentem cōcipere, & adaptare, & hęc ſufficiant de hoc §.

SVMMA EORVM, quæ in hoc §. 6. continentur.

1 *Exceptionem aliquam legis, vel ſtatuti habenti, per quam liquido conſtet illud de quo accuſatur licitē facere potuiſſe, firma iuris concedenda eſt, & num. 2.*

3 *Lex non omne delictum punit.*

4 *Sententiæ executio, latæ á iudice incompetēte, per iurisfirmam impediri poteſt.*

5 *Clericus exemptus, quo ad criminalia á iuriſdictione ſeculari, poteſt quocumque tempore, etiam poſt ſententiam, hanc exceptionem dilatoriā allegare.*

6 *Clericus neque tacite, neq; expreſſe in iudicem laycum conſentire poteſt. Saltim in criminalibus. Idem dic in militibus, & infantionibus habitantibus in locis dominorum, vt in eos conſentire non poßint nu. 7.*

8 *Nobiles, vniuerſitates, & domini locorum, non poſſunt niſi coram domino Rege, aut Iuſtitia Arago. conueniri, & de vniuerſitate vide exemplar contrarium, numer. 11. & 12.*

9 *Officiales Aragonum delinquentes vt priuati, coram ſupradictis conueniuntur, delinquentes autem vt officiales, priuatiuē coram Iuſtitia Aragonum conueniri debent.*

10 *Exceptio fori declinatoria reſpiciens perſonam iudicis, per viam iurisfirmæ opponi poteſt.*

13 *Iuriſdictio ordinaria veluti ad vniuerſitatem cauſarum, habetur pro notoria, ſecus eſt in delegata.*

14 *Queſtio vbi vertitur inter duos iudices ordinarios, eccleſiaſticum, & ſecularem, an ſua ſit iuriſdictio, firma iuris reciprocē concedi ſolet. Idem ſi inter duos ſeculares num. 15.*

16 *Iuriſdictio iudicis in aliqua qualitate fundata, ſi ea non verifi-*

verificetur, iuriſdictio corruit, & eius cognitio.

17 *Menelaus non multa, verum ea argutiſſima loqui ſolebat.*

18 *Iudex habens iuriſdictionẽ limitatam in certis cauſis, ante ortum illarum, illam habere non dicitur, nec ante cognoſcere, aut delegare valet, & intellige, vt num. 20.*

19 *Tractus futuri temporis ad iudicem non ſpectant.*

21 *Qualitas allegata in libello, tribuens iuriſdictionem, ſi negetur, non excludit penitus iuriſdictionem, ſed impedit proceſſum, donec ſummariè de ea cognoſcatur, & num. 32.*

22 *Iudex cuius iuriſdictio negatur, cognoſcere poteſt, an ſua iuriſdictio ſit, & numer. 33.*

23 *Intentio agentis ex productione libelli fundatur.*

24 *Qualitas iuriſdictionis in libello allegata, & probata, iudicis iuriſdictionem recte fundat, & vide nu. 27.*

25 *Verba libelli in dubio in fauorem libellantis interprætantur.*

26 *Libellus limitatus ad vnam cauſam, etiam ſi ſit generalis non poteſt aliam includere.*

28 *Qualitas in libello allegata, ſi ab aduerſario minime negetur, potens eſt ad probandam iuriſdictionem, & numer. 31. & declara, vt numer. 39. 40. & 41. 42. & 43.*

29 *Seruus eo ipſo quo ſe liberum dicit, habetur pro tali ad legitimandam ſuam perſonam ad effectum agendi.*

30 *Reus negans fundamentum intentionis, negat quoque qualitatem tribuentem iuriſdictionem.*

34 *Qualitatis negatio non ſufficit, vbi notorietas eſt contra negantem, & num. 38.*

35 *Notorium per negationem non inficiatur.*

36 *Sacrilegij cognitio pertinet ad Eccleſiaſticum, ſiue de qualitate dubitetur, ſiue non.*

37 *Clericus ſpoliatus, poteſt ſuum ſpoliatorem coram iudice Eccleſiaſtico conuenire.*

44 *Laycus conuentus ratione rei Eccleſiæ, vel clerici, an ſit trahendus ad forum Eccleſiaſticũ, an vero præſcriptione cõtrarium obſeruetur, remiſſiue diſputatur.*

45 *Qualitas in regno allegata*

quæ circumfert iuriſdictionem, non prodeſt, niſi ſummariè probetur, quamuis à parte contraria minime negetur.

46 *Limita in allegatione qualitatis facta coram Iuſtitia Arago.*

47 *Iuſtitia Aragonum eſt iudex omnium non declinãtium ſuam iuriſdictionem, & in materia vide deciſionem & motiua curiæ Iuſt. Arago. num. 48. & 49.*

50 *Dicens ſe eſſe talem, non auditur niſi prius probetur talis, & num. 52. limita in Regno, vt num. 53.*

51 *Perſona cuiuſuis in quolibet actu ante omnia legitimã da eſt.*

54 *Iudex cuius iuriſdictio negatur, num poſſit ſe iudicem competentem declarare traditur remiſsiuè, & pro affirmatiua, num. 55. & pro negatiua, nu. 56.*

57 *Iuriſdictio dicitur notoria in ordinariis, ſiue de iure cõmuni, ſtatutario aut de conſuetudine loquamur, quæ ignorari non poteſt, vt num. 58.*

59 *Sententia lata contra notorium facti, eſt nulla, ſicut lata contra notorium iuris.*

60 *Iudex cuius iuriſdictio notoria negatur, non tenetur ſuperſedere, ſed debet in cauſa procedere, & amplia, vt num. 61. & 62. quod limita vt num. 64. & 70.*

63 *Iudicare, principaliter onus eſt, ſecundario autem honor.*

65 *Iudex qui nimium fauet alteri parti ſuſpectus reputatur.*

66 *Iudex, vbi procedit vt pars priuata, cognoſcendo de eo, quod tangit perſonam ſuam, non poteſt in cauſa procedere, & ſe iudicem declarare, & limita, vt nu. 67.*

68 *Iudex, cuius iuriſdictio negatur ratione infamię, criminis, vel alterius deffectus, nõ cognoſcit ſe iudicem competentem eſſe.*

69 *Iudex qui vt ſuſpectus recuſatur, non cognoſcit, an ſua iuriſdictio ſit.*

71 *Conſuetudo cuiuſque loci multum operatur, et ſeruanda eſt.*

72 *Abbas in cap. ſuper literis nu. 10. verſ. quartus caſus, de reſcriptis explicatur.*

73 *Iudex vbi notorie ſcit ſe iudicem non eſſe, non poteſt cogno-*

cognoſcere, an ſua ſit iurisdictio, nec valet quod agit, tã ſuper principali, quam ſuper incidenti, vt nu. 74.

75 *Iudex qui comodum ſportularum, vel aliud ſperat, non poteſt cognoſcere an ſua iuriſdictio ſit, ſed reſolue id arbitrarium eſſe, vt numer. 76.*

77 *Quod principaliter agitur non quod in conſequentiam venit, attendendum eſt.*

78 *Iudex ſecularis non poteſt cognoſcere de clericatu.*

79 *Iudex qui non eſt delegatus, nec incitatorio ponit cauſam ſuæ iuriſdictionis, nihil agit, nec ſe competentem poteſt declarare, quod declara, & amplia, vt num. 80. 81. & 82. & 83.*

84 *Pronuntiatio valida ex proceſſu nullo dari non poteſt.*

85 *Iuriſdictio vbi prerrogari nequit, quia prorrogatio in ius reſiſtit, nec iudex ſe competentem declarare poteſt.*

86 *Iudex ad vnam cauſam, ſi procedat reſpectu alterius cauſæ, & ſe competentem declaret, & probabile dubium ſit, valebit proceſſus in principali, & in incidenti ni ſi appelletur.*

87 *Appellari an liceat a ſententia qua quis ſe iudicem cõpetentem declarat, traditur remiſiue.*

88 *Appellans ſi timeat aliquid á iudice á quo attentari, iurisfirmam, ne pendente appellatione, &c. á Curia Iuſtitiæ Arago. obtinere poterit.*

§. 6.

HIC noſter practicus num. 167. dicit iurisfirmam concedendam fore illi, qui habet exceptionem aliquam legis, vel ſtatuti, per quam
1 †conſtat liquido illud de quo accuſatur potuiſſe facere licitè, & inpunè, veluti ſtatuto cauetur quod bannitus inpunè occidatur, ſi ego occidi illu potero firmam obtinere, ne poſsim de illa occiſione accuſari ex quo hęc exceptio eſt impeditiua litis ingreſſus, vt in caſu illo per eum ibi relato, ſuper qua concluſione allegat aliqua, quę per te videre poteris, verum expedit aduertere, & multum notare, quod talis firmans ſit in caſu ſtatuti, clarè, manifeſtè, & notoriè, alias nõ debet concedi ſibi inhibitio, neque hoc durum videatur, quaſi videatur reſpicere defenſionem, & ſic merita cauſę, quia non reſpicit, cum impediat litis ingreſſum, ſicut cęteræ ſimiles exceptiones, impeditiuę litis ingreſſus, & idem dicendum foret,

quando eſſemus in caſu claro, quod
2 lex, vel ſtatutum non vult delictum
aliquod puniri, ſed potius impunitũ
relinquere propter illius leuitatem,
vel aliàs, idque certum eſſet, quod
multifariam conſtare poteſt, nam
tunc poteſt etiam obtineri firma, &
inhibitio, ne occaſione illius delicti,
3 accuſetur, nam † non omne delictum punit lex, vt referunt cum multis, Alciatus conſil. 461. numer. 1. Bal. conſi. 5. in 1. Tiraquel. multa cumulans in l. 9. connub. num. 2. Crauet. de antiquit. 4. par. §. 1. nume. 148. Natta conſi. 595. idem Crauet. conſil. 6. nu. 105. vbi exemplificat, & ſi delictum non eſt punibile, ſequitur quod nec de eo accuſari quis poſsit, ita tenet Iaſſ. poſt Bart. Bald. in l. 1. & 2. C. vt nemo priuat. num. 2. dicẽs, nota quod vbi delictum non eſt punibile, non debet iudex talem accuſationem admittere, aliàs punitur, Alciatus conſ. 461. num. 2. dixi latius ſupra iſto cap. §. 2. nu. 29. vbi inferebam, quod præterquam in delictis baraterię, doli, negligentię notabilis, & imperitiæ, quæ quatuor tantum delicta leges Aragonum puniunt, in alijs non fore inſtituendam accuſationem, nec per iudices admittendam aliquo modo.

Decimatertia concluſio per noſtrũ practicum tradita, non minus certa quam notiſsima eſt, quod quotieſcũque quis demonſtrare poterit, ſententiam latam eſſe ab incõpetẽte iudice,
4 † poterit inhibitionem obtinere, & iuriſfirmam, ne illa ſententia executioni mandetur, in quo allegat Hippol. ſing. 10. Afflict. deciſ. 27. Anchar. & alios, vt apud eum videbis, de quo allegatur exemplar, quo Comes Fontanus, & eius officiales inhibiti fuerunt, ne ſententiam criminalem per eos latam in proceſſu abſentię, contra quendam infantionem habitatorem dicti Comitatus, executioni mandarent, attento, quod Comes, nec eius officiales erant iudices competentes ad caſtigandum infantionem, & militem, vt in obſer. in cauſis de foro compet. Molin. verb. infantiones, immo quod in dicto caſu abſque ſolutione expenſarum, poteſt comparere in curia Iuſtitię Aragonũ, & petere iuriſfirmã, & inhibitionem, allegando hãc in competẽtiam, & nullitatem actus, vt dicit noſter practicus; ad exemplũ clerici, qui etiam exemptus, quoad criminalia à iuriſdictione ſeculari, † po-
5 terit hanc fori prę̃ſcriptionem, & exceptionem dilatoriam opponere, quocumque tempore, etiam poſt ſententiam, licet quo ad eum vſque diem, ipſe tacuerit, & ſe ipſum defenderit, & litigauerit coram iudice ſeculari, non enim potuit † clericus hic conſentire
6 in laycum expreſsè, nec tacitè, ſaltim in criminalibus cauſis, vbi agitur de coertione perſonarũ, c. ſi diligenti de foro comp. c. ſignificaſti eod. tit. declarat latius Couar. pract. queſtionũ c. 33 nu. 2. vbi late, quod ita abſolutè videtur procedere etiam in milite, & infantione habitãtibus in locis dominorũ, qui ita ſunt exempti de foro à iuriſdictione dominorum in† criminalibus,
7 vt non poſsint conſentire in coiuriſdictionem approbando illorum, tacitè, nec expreſsè d. obſer. in cauſis criminalibus. Idemque in nobilibus Regni, vtriuſque ordinis, & etiam vniuerſitatibus, & dominis locorum, dicendum eſt, nam non poſſunt nobiles, † vniuerſitates, domini locorum
8 alibi conueniri, præterquam coram domino Rege, Gubernatore, Regẽte officiũ gubernationis, Iuſtitia Aragonũ, nec poſſunt ſe alijs iudicibus ſummittere, tacitè nec expreſsè, de conſuetudine Regni, obſer. item nobilium

lium de foro comp. & ex hoc capite fuit annullatus quidam proceſſus factus coram quodam ordinario, contra vniuerſitatem, vide in proceſſu iuratorū & Iuſtitiæ de Obon. ſuper iuriſfirma, die 20. Dezēber. 1600. in Cur. Iuſtitiæ Aragonū, & iam alias idē fuerat iudicatum per locumtenentes in alijs caſibus me ibi exiſtente Locūtenēte, omnes iſti ſi alibi cōuenirētur, poſſent petere inhibitionem ad impediendum proceſſum, ſimiliter officiales † Aragonum delinquentes, vt priuatæ perſonæ, & non ſub colore officij, debent conueniri coram Domino Rege, Gubernatore, Regente officiū gubernationis, Iuſtitia Arago. non alibi, ſi vero delinquant vt officiales, & ſub colore officij, tunc conueniuntur priuatiuè ad alios, corā iuſtitia Aragonum vt vidiſti latiſsime ſupra cap. 1. § tertio. & ſi aliter quam dictum eſt, conuenirentur, poſſent iuriſfirmam obtinere, ad impediendum proceſſum, nam cum iſta ſit
10 exceptio dilatoria, † fori declinatoria, reſpiciens perſonam iudicis, poterit & debebit opponi per viam iuriſfirmę, coram Iuſtitia Aragonum, eo modo, quo coram ipſo iudice incompetente potuiſſet proponi, vt ſupra hoc cap. § 1. num. 19. latius vidiſti, vna cum exemplaribus circa id emiſsis. In hunc modum poſſent formari alij mille caſus in competentiæ iudicum, in quibus inhibitio concedi deberet, cum exceptio hęc ſit naturalis, ciuilis, & præciſſa. Sed contra id quod dixi de vniuerſitate, quę tacite, nec expreſſe poteſt prorrogare iuriſdictionem aliorum iudicum, quam ſolius Domini Regis, Gubernatoris, Iuſtitię Aragonū, nota caſum ſequentē.

11 † Iurati villę de Eſcatrō in anno. 1586. fecerūt quandam pignorationem in quodam ganato ciuitatis Cęſarauguſtę, cuius ganaterij ſunt multum priuilegiati, illi miſerunt quaſdam literas Iuſtitiæ loci de Eſcatrō, vt ipſe in ſubſidium eas preſentaret iuratis, in quibus eos requirebant, vt reſtituerent pignora capta, dicendo ſe habere priuilegia paſcendi cum ſuis ganatis, per totum Regnum impunè & quod ſi aliquid aliud prætenderent, comparerent certo die Cęſarauguſtæ coram Iuratis & iudicibus confratriæ ganateriorum, Iurati de Eſcatrō comparuerunt, & declinarunt illorum iuriſdictionem, aſſerendo debere ſe conueniri coram ſolo Domino Rege Gubernatore, Iuſtitia Aragonum, iudices ganeteriorum declararunt ſe iudices competentes, illi fecerunt electionem iuriſfirmę ad iuſtitiā Aragonum.
12 † vbi tamen illorum firma fuit repulſa, ſub prętextu quod domus ganateriorū potuerat libere paſcere, & ſe reintegrare de pignore, & quod ſua iuriſdictio tanquam ordinaria ad vniuerſitatē cauſatū non debebat probari, ſed haberi pro notoria, allegata tantum, vide in proceſ. Iuratorūde Eſcatron ſuper iuriſfirma in Cur. Iuſt. Arago. die vigeſimo Decembr. milleſimo quingenteſimo octuageſimo ſexto, ego bene confiteor quod iuriſdictio ordinaria, veluti ad vniuerſitatē cauſarum, debet haberi pro † notoria, nec opus eſt
13 de illa fidem facere, ſecundum Felin. in capite cum in iure peritus. num. 10. de offic. de leg. vbi ſecus in delegata, verum hoc procedit in ſus finibus, quos habet iuriſdictio, vniuerſitas non ſubeſt niſi Domino Regi, Guber. Iuſt. Arag. nec poteſt aliorū iuriſdictionē prorrogare tacitè nec expreſsè, &. ſic miror de hoc exemplari, tu reuide illud ſi ita ſit, nam propter authoritatem iudicantis, quę magna erat, nolo cenſorem eſſe, niſi

dicere cum oratore,non damno Verrem,ſed eius facta refero.

Superiora facillima ſunt, quando incompetentia eſt inter duos iudices ordinarios,veluti eccleſiaſticum,& ſecularem,quo caſu † quotidie præſen-
14 tantur firmę,& inhibitiones reciprocè, & ab vtroque illorum in caſibus, in quibus de ſua agitur iuriſdictione, & ſuper hoc formatur competentia, quæ poſtea per cancellarium competentiarum,& iudicem huius dubij diſcutitur,& terminatur, & idem ſi inter duos † iudices ſeculares ordina-
15 rios agitur & contenditur de illorum iuriſdictione, nam facile eſt cognoſcere cuius iuriſdictio locum habeat, vel non, ad effectum vt pars, quæ trahitur in iudicem non ſuum,poſsit illum declinare, & recuſare, & obtinere iurisfirmam, ſeu inhibitionem, contra eum,ne illum moleſtet, & de eo cognoſcat: ſed quando iuriſdictio iudicis fundatur in aliqua qualitate, & caſu, tūc eſt nō modica dificultas,in cognoſcendo,an ſua iuriſdictio ſit bene fundata,& ex conſequenti, an bene trahat citatum ad ſuum tribunal, & de eo cognoſcat, maximè ſi pars citata, & grauata neget illius iuriſdictionē, illū recuſando, & velit petere contra eum firmam & inhibitionem, ne ſe de cauſa & negotio ſuo intromittat, ſiue ſit iudex ſecularis,ſiue eccleſiaſti-
16 cus. † nam ſi qualitas ſuæ iuriſdictionis non ſit verificata,&eius fundamētum non fuerit ad eſſe productum, corruere debet ſua cognitio, & per firmam & inhibitionem poterit inhiberi,& in caſu contrario, totum contrarium erit dicendum, qua in re longus poſſet fieri tractatus.

Sed quia mihi ſemper placuit breuitas in dicendo,& ſcribendo,Me-
17 nelai exemplo qui(vt dicitHomerus) non multa quidem, verum argutiſsima loqui ſolebat,& intra rem pauca, extra rem vero multa dici ſolēt, ideo ſubnectam tibi,ex his quę apud Abb. Felin.Socin Butr & alios per eos allegatos in cap.ſi clericus laycum de foro comp alijſque in locis,inter legendum notaui, breuem quandam reſolutionem, vt in hac re fugias periculum,quod minari dicit Abba.vbi ſupra num.12.dicens inuolui intellectus iuuenum in puncto hoc, de quo agimus.

Prima concluſio ſit, iudex habens iuriſdictionē limitatam in certis cau-
18 ſis, † non dicitur illam habere ante ortum illarum cauſarum, nec poteſt talis iudex cognoſcere, nec delegare cauſam illam, antequam habeat iuriſdictionem illius,cap.1. de offi. ord.in ſexto, qua ratione non valent reſcripta, quæ ſuper futuris controuerſijs conceduntur,c.fin.de reſcrip.extra(licet de rigore iuris valere poſsint per nota.vbi ſup.)quia tractus futuri tem-
19 poris † non expectat ad iudicem,l.nō quemadmodum ff. de iudi. ita Fran. in d.c.1.num.3.quod inducit Hoſti.ſecundum Fran. contra Principes, & Præſides Prouinciarum,qui licet non habeant iuriſdictionem in locis ſibi ſubiectis,niſi in certis caſibus, tamen quo ad illos caſus conſtituunt officiales,& eos vocant baiulos,quod facere non poſſunt,per d. tex.&per.§.nō habente licentiam in auth.de defenſoribus ciuitat.& §.iubemus autem omnes verb. non enim permittimus, in
20 auth. de collat. quod tamen dicit †intelligendum Fran.vbi ſup. in delegatis, vel ordinarijs habentibus iuriſdictionem limitatam in certis caſibus, ſicut eſt Archiepiſcopus in diœceſi ſuffraganei, ſecus in alijs ordinarijs qui bene poſſunt cauſas certi loci delegare,etiam antequam ſint ortę,vt patet ex notatis in clem.1.de reſcript. & in cap.ſi

cap. ſi confirmationem extra de ele-
ctione: quam concluſionē declara ex-
tende, & limita per notata, in d. c. i.
quod multum nota, quia fecit mihi
honorem hęc doctrina, dum eſſem
Locumtenens Iuſtitiæ Aragonum in
quadā inhibitione, quæ fuit reuocata
ex hac reſolutione, per me ibi allegata
vt dixi ſup. c. 4. §. 4. n. 46. & ſup. n. 18.

Secunda concluſio, quando aliquis
citatur ad forum non ſuum, ſeu co-
ram iudice in competente ſecundum
ſuam naturam, & primordialem eſſen
tiam, ſed ex aliqua cauſa in libello de-
ducta cōcluditur ipſius competentia;
quæ tamen qualitas negatur, in hoc
caſu quid agere debeat iudex, & ad
quem pertineat probatio illius quali-
tatis, & quemadmodū debeat proba
ri, & apud quem. Iſte articulus eſt ſub
tilis, & difficilis ſecundum Socin. vbi
ſup. nu. 11. & ex eius reſolutione ſoluū
tur varię quæſtiones practicę, in foren
ſibus negotijs quotidie tractatę, quas
in genere, ſecundum veras reſolutio-
nes diſſoluemus, non deſcendendo ad
ſpeciales caſus iudicum ſpecialium,
quia res hæc non parum odioſa eſt,
his, qui via alluuionis omnem ſibi iu-
riſdictionem aplicare conantur, qua
in re, tres, aut quatuor ſolent opinio-
nes à noſtris maioribus proponi, (nec
aliud ex proprio marte poſſum polli-
ceri, quam referre breui, & clara ma-
nu, id quod apud eos latius habetur:)
prima, quod quando in libello † alle-
21 gatur qualitas, vel cauſa tribuens iu-
riſdictionem, ſi negetur ſola negatio
non excludat penitus iuriſdictionem,
ſed quod impediat proceſſum, ſuper
principali, vt non teneatur reus reſpō
dere ad libellum, niſi primo ſumma-
riè cognoſcatur de illa qualitate tri-
buente iuriſdictionem, vt in terminis
cap. ſi clericus laycum, an ſcilicet res
ſit eccleſiaſtica, vel clerici, nam gene-
raliter cauetur, quod iudex † cuius iu
22 riſdictio negatur, cognoſcere poteſt,
an ſit ſua iuriſdictio cap. ſuper lite-
ris de reſcript. Abb. num. 8. & 9. cap.
cum perſonę de priuilegijs in ſexto,
ſequuntur Ioan. Andr. Inno. Archid.
Butri. Bald. & alij relati per Socin.
vbi ſup. num. 11. & Gofred. & alij per
Abb. relati numer. 9. alia opinio fuit,
quod ſufficiat ſola allegatio qualitatis
defferentis iuriſdictionem, licet illa ve
ra non ſit, dummodo de hoc non con
ſtet, quia id quod exprimitur in libel-
lo ſufficit, & habetur pro vero ad fun
dandam iuriſdictionem, l. cum quędā
puella, ff. de iuriſdictione omniū iud.
quam opinionē ſequitur Fulgoſ. Caſtr.
Specul. Guido. de Suzar. relati per So-
cin. num. 12. Abb. num. 9. Tertia fuit
opinio, quod ſufficiet ſi cauſa & quali
tas in libello allegetur, & poſtea pro-
betur, quod ſi aduerſarius neget qua-
23 litatē, agrauetur onere probādi, ex eo
quia ex productione libelli; † funda-
ta ſit intentio agentis, d. l. cum quędā
puella in fin, quam etiam opinionem
ſequūtur. Iacob. de Aretio. Lap. alleg.
61. & alij relati per Socin. Abb. vbi ſu
pra, vbi multę rationes confirmatiuę.
Verum ſecundum Abb. ſecunda & ter
tia opinio manifeſtè falſę ſunt, & con
tra c. ſi clericus laycum, vbi ex ſola al
legatione qualitatis, quod res ſit eccle
ſię, vel clerici, nō fundatur iuriſdictio
iudicis eccleſiaſtici ſi negetur, nec ne-
gans agrauatur onere probandi ſuam
exceptionem qualitatis negatiuam,
aliàs eſſet in poteſtate actoris, allegan
do qualitatem circumferentem iuriſ-
dictionem, ſubijcere reum iuriſdictio
ni alterius iudicis, vel agrauare eum
onere probandi defectū qualitatis, quod
eſſe non debet. Vides quanta ſit inter
DD. noſtros diuerſitas, vt vix firment
pedes. Quare ſequēdo doctrinā Dom.
Anthon. cuius dicta licet ſatis obſcu-
ra de-

Digitized by Google

ga declarant Abb. & Socin. hic diſtin gue ſequentia.

24 Aliquando & primo allegatur † expreſſè qualitas in libello, tribuens iuriſdictionem, & probatur qualitas, & tunc ſecundum omnes, res eſt clara, quod iudicis iuriſdictio ſit bene fundata.

Si vero qualitas non allegetur, ſed probetur ſolum, tunc ſi aliquo modo poteſt includi, & adaptari ad verba libelli, procedit iudicium, ſecundum doctrinam Inno. in cap. ceterum de iudicijs, vbi ſi remēdicans feudum allegat & probat ſe dominum, coram domino feudi debet obtinere, quia poteſt includi in libello ius feudi, vt intelligatur ſe dixiſſe dominum reſpectu vtilis dominij, quod limitat Abb. num. 9. in fin, quem alij ſequūtur; pro hac concluſione facit communis illa reſolutio Doctorum, quod ſufficit libellus generalis, concludens intentionem actoris in qualibet ſpecie generis, Ioan. Andr. in cap. præterea de teſtib. glo. ſpecies in cap. pia de exceptionibus in 6. gloſſa. 2. in cap. ex parte de foro comp. & verba
25 † libelli interpretātur in dubio in fauorem libellātis, l. ſequis intentione ambigua, cum ſua materia. ff. de iudi. & ſuficit, quod ex narratione, vel etiam concluſione, ſaltim generaliter comprehendatur, vel comprehendi poſsit, id quod probatur, vt illud dicatur deductum, & petitum, quę fortius procedunt, ſi in libello adeſſet clauſula *Iuſtitiam qualem decet miniſtrando*. Quo caſu quic quid cantet libellus, ſi tamen in narratione, etiam verbis generalibus, poteſt includi id quod petitur, illud ſufficiet, vt tā probatio, quam ſententia ſuper re illa cadant, intelligendo tamen, quando ſumus in dubio, aliàs autem ſi in narratione quis ſe limitaſset ad vnam
26 cauſam, † non poſſet tunc aliam includere licet adeſſent ſupradictę, & ſimiles clauſulæ, iuxta not. in l. illud in fin. ff. de lib. cauſ. & in l. habebat. ff. de inſtitutio. vnde Bald. in l. edita C. de edend. admonet; quod caueant libellantes, quam viam intentant, quoniā extra illam non poſſunt obtinere, ſed quia latius hoc erit examinandum infra, ideo non amplius inſiſto, remitens te ad doctrinā Socini conſ. 29. num. 12. cum ſeqq. & in cap. 2. de libell. oblat. in 13. prin. artic. in 2. q. princip. in 2. 3. 4. 5. effectu cum ſequentibus, vbi latiſsime diſcutitur materia.

Si vero illa qualitas, probata, & nō
27 allegata, non poteſt aliquo modo † includi in libello, tunc dicunt, probationem non ſufficere, ex quo nō fuit allegata in libello, & licet hoc communiter eſt receptum, tamen dominus Abb. dicit quod ſi aprincipio nō fuit per aduerſariū exceptū de qualitate, & reperitur probata, vel aliàs eſt patens & notoria qualitas, quod valebit iudicium, & ſententia, argumento. l. 2. §. 1. ff. de iudi, vbi ſi partes conueniunt de prorrogatione iuriſdictionis alterius iudicis, licet iudex hoc ignoret, & ſic non ſciat qualitatem circumferentem iuriſdictionē, ex quo tamen putat iuriſdictionem eſſe ſuā, valet iudicium cum eo agitatū, ergo fortius quando qualitas eſt patens, & notoria, vel eſt probata, licet non allegata, & ſic nullus eſt error, item cū partes adeāt iudicē, nec excipiāt de incōpetētia, in dubio illū adire reſpectu qualitatis circumferentis iuriſdictionē intelligitur debet enim in dubio libellus interpretari vt melius conueniat perſonę iudicis, & iuri actoris & ſic concludit Abb. quod ſi ex coniecturis poteſt aparere, quod partes litigant reſpectu cauſę, ſeu qualitatis tribuentis

buentis iuriſdictionem, valet iudiciũ,
licet non fuerit expreſſa cauſa in li-
bello, ex quo eſt notoria, manifeſta,
vel probata, hæc nota, quia tanquam
ſua, & ab alio non tacta comendat
Abb. quem ſequitur Socin, & alij.

Tertia concluſio eſt, quando alle-
28 gatur qualitas in libello, † non tamen
probatur, tunc ſi nõ negatur ab aduer
ſario, ſufficit ſola allegatio ad conclu-
dendam iuriſdictionem, vt in cap. ſi
clericus laycum de foro comp. vbi lay
cus conuenitur coram eccleſiaſtico ſu
per re eccleſię, vel clerici, niſi negetur
hęc qualitas; & ſic ſummat Abb. in
principio ratio eſt, quia id quod expri
mitur in libello, habetur pro vero ad
fundandam iuriſdictionem, licet illud
verum non ſit, dummodo de hoc nõ
conſtet, nec negetur per l. cum quæ-
dam puella, ff. de iuriſdictione om-
nium iud. vbi iuriſdictio menſuratur
ab eo quod petitur, non ab eo quod in
veritate debetur; tenet Bart. in l. 2. ff.
ſi quis in ius vocatus, nam quantum
ad fundãdam iuriſdictionem iudicis,
ſufficit quod ſi id quod exprimitur
eſſet verum, concluderetur iuriſdictio
iudicis, vt videmus quod ſeruus † eo
2 ipſo quod dicit ſe liberum, habetur
pro tali, ad legitimandam eius perſo-
nam, ad effectum agendi, l. ordinata,
ff. de lib. cauſ. & ſufficit allegare com-
miſſum fuiſſe crimen in certo loco, ad
fundandam iuriſdictionem iudicis lo
ci, abſque eo quod aliter probetur,
vel cognoſcatur, ſi tamen non nege-
tur. Alijs exemplis & iuribus hoc com
probat Abb. ver. ſecunda opinio, So-
cin. nu. 12. in fin.

Quarta concluſio, aliquando talis
qualitas allegata, & non probata, ne-
gatur per conuentum, quod poteſt cõ
tingere duobus modis: Primo ſi nega
tio qualitatis contingat abſque nega-
tione rei principaliter petitę, Exem-
plum, quis petit aliquam rem vt feu-
dalem, reus tamen negat feudalem
eſſe, certè tunc non negat principale
petitum, & ſic corpus, ſiue ſubſtan-
tiam petitam. Secundo modo, quan-
do negatio excludit etiam totũ prin-
cipaliter petitum. Exemplum imputa-
tur Titius, quod delictum commiſ-
ſit in territorio talis iudicis, Titius ve
ro negat ſe deliquiſſe, certè tunc non
ſolum negat deliquiſſe in territorio
citantis, ſed negat principaliter pro-
ductum, & fundamentum principa-
le intentionis partis, vnde negando †
30 fundamentum intentionis, negat &
per conſequens qualitatem tribuen-
tem iuriſdictionem, ſcilicet quod deli
querit in territorio. His duobus caſi-
bus, qui ſecundũ Butr. Abb. & Socin.
procedunt à pari; ſunt diſtinguendi
aliqui caſus, ſeu membra.

Quinta concluſio, primo caſu, quã
do fundatur iuriſdictio in vera exiſtẽ-
tia qualitatis, tunc ſi qualitas allega-
ta negetur, excluditur iuriſdictictio ni
ſi qui illam allegat † offerat ſe proba
31 turum qualitatem illam, ad fundan-
dam iuriſdictionem, & tunc iudex exa
minabit incidens ſummariè, vt vi-
deat an ſua ſit iuriſdictio, iuxta tradi-
ta per Abb. num. 16. Patet hæc con-
cluſio in d. cap. ſi clericus laycum, ſu-
plendo per alia iura, nam ita demum
negans ibi remittitur ad ſuum iudi-
cem, niſi actor probauerit qualitatẽ:
ſcilicet rem eſſe eccleſiæ, vel ſuam, ita
Abb. d. num. 15. vbi benè, pro hac opi-
nione facit, l. 2. ff. ſi quis in ius vocat.
vbi citatus debet comparere, vt vi-
deat an ſit de iuriſdictione citantis, quod
non poteſt videri, niſi fundamentum
diſcutiatur iuriſdictionis, ita intellige
Bart. in l. præſcriptione, C. ſi contra
ius, vel pub. vtil. Pro hac opinione fa-
cit, Goff. & alij allegati ſup. in 2. con-
32 cluſione, nam ſola negatio non † ex-
cludit

Digitized by Google

cludit funditus iuriſdictionem, ſed impedit proceſſum ſuper principali, vt non teneatur reſpondere reus ad libellum, niſi prius ſumariè cognoſcatur de illa qualitate tribuente iuriſdictionem, vt in d. cap. ſi clericus laicum, an ſcilicet res ſit eccleſię clerici, an non, & pro hoc faciunt iura generaliter dicentia, iudicem cuius
33 iuriſdictio negatur, † cognoſcere poſſe an ſua ſit iuriſdictio, cap. ſuper literis de reſcrip. cap. cum perſonæ de priuileg. in 6. notatur in l. ſi quis ex aliena. de iudi. & in l. 2. ff. ſi quis in ius vocatus non ierit vnde Inno. in cap. ceterum de iudi dicit, quod ſi negatur rem eſſe feudalem, de hoc prius cognoſci debet an ſit feudalis, in ſimili ſi quis alienæ iuriſdictionis citatus comparet, & dicit ſe non contraxiſſe, vel non deliquiſſe in territorio vbi citatur, debet ante omnia diſcuti ſummariè, an ibi contraxerit, vel deliquerit, ſine pręiudicio principalis quæſtionis. & ſi conſtiterit ipſum ibidem contraxiſſe, vel deliquiſſe, procedit poſtea in principali, aliàs non, ſecundum Doctores in cap. Romana §. contrahentes de foro. comp. in 6. Zyn. in l. pręſcriptione C. ſi contra ius, & hæc eſt communis opinio ex allegatis per Vant. de nullitate ex defect. iuris ordi. à num. 53. Afflictis deciſ. 297. ſupra tradita in §. 2. Hæc tamē concluſio limitatur, niſi negatio ha-
34 beret notorietatem contra ſe, † quia tunc non ſufficeret negatio, veluti ſi petatur, poſſeſſio præbēdalis à laico, quam; notorium eſt in loco eſſe prębendalem, quo caſu licet reus neget quod res ſit eccleſiaſtica, non tamen fatigatur actor onere probandi, nec propter negationem efficitur res dubia. quia negatione † non in inficia-
35 tur notorium, notatur in c. venerabilis de cenſib. capit. tuæ de cohab. cleri. & mulie. capit. ſuper eo de teſtib. Abb. vbi ſupra. num. 3. & 4. & in cap. conſuluit de appell. & cap. veſtra de cohab. cler. & mul. extra caſum vero notorij, efficitur res dubia per negationem l. 3. C. quib. ad lib. procl. non licet capit. piſanis & ibi Doctores de reſti. ſpol. Abb. vbi ſupra.

Secundus caſus eſt & 6. concluſio, quādo ſcilicet nō exigitur vera ſubſtātia qualitatis, ſed ad fundandam iuriſdictionem ſufficit ſola dubietas illius qualitatis, exemplum, ſi agatur ratione ſacrilegij, coram eccleſiaſtico, quo caſu negatiua nihil operatur, licet reus neget qualitatem illam, quia cum crimen ſit mere eccleſiaſti-
36 cum, cognitio † expectat ad eccleſiā, ſiue dubitetur, ſiue non, ita intellige Inno. in c. ceterum de iudicij dicentem, quod quando clericus dicitur ſe ſpoliatū per laicum, & laicus negat, & ſic ſit dubium, cognoſcet iudex eccleſiaſticus, etiam de principali, idē ſi negetur res eſſe ſpirituales, vt in c. ſi iudex laicus de ſent. excom. in 6. vel ſi negetur contractum eſſe vſurarium cap. ad noſtram de emp. & vēdi. vel contractum matrimonium, c. tuam de ordi. cog. his caſibus, cum cognitio horum delictorum ſit eccleſiaſtici iudicis, ſi non priuatiuè in omnibus, ſaltim comulatiuè, hinc, eſt quod ſufficiat illam qualitatem allegare, ad circumferendam iuriſdictionem, & ſufficiet ſola dubietas veritatis, licet veritas nondum ſit probata, ita dicit Abb. vbi ſupra num. 3. quod
37 clericus ſpoliatus † poteſt ſuum ſpoliatorem coram iudice eccleſiaſtico cōuenire, quia ſacrilegium, eſt crimen eccleſiaſticum, can. in canonibus. 69. q. 1. etiam ſi ſit dubium de ſpoliatione, nam nihilominus cognoſcet eccleſia c. ſi quis ex potentibus. 23. q. 3. ſecus

ſecus tamen dicunt eſſe quando non agitur de violentia, & ſic de vero ſacrilegio, ſed de detentatione, & quaſi ſacrilegio, & læſione, quæ infertur eccleſię ex iniuſta detentatione rerum eccleſiaſticarum, quo caſu ſola dubietas cum negatione impediret, licet non ſufficiat ſi de ſacrilegio & delicto merè eccleſiaſtico agatur, ad impediendum eccleſiaſticum, quominus in cauſa procedat. Ita tenet in effectu Vantius de nullitate tit. ex de fect. iur. ordin. num. 54. vbi exemplificat, quid autem in hoc caſu ſit dicendum in competentia inter eccleſiaſticum & ſecularem, an negatio ſecundum leges Regni impediat quouſque de qualitate cognoſcatur, dicetur ſuo loco.

Tertius caſus, & ſecunda concluſio eſt, quando iuriſdictio fundatur, non in ſola exiſtẽtia qualitatis, nec in ſola dubietate, ſed ſuper notoria exiſtentia qualitatis, quo caſu ſi qualitas
38 notoria allegetur, † & per reum negetur, excluditur iuriſdictio, glo. in cap. accuſatus de hereti lib. 6. & in c. 1. de oficio de leg. in 6. & facit etiam c. ſi clericus laicum. vbi ſuper re eccleſiaſtica excluditur iuriſdictio laici, quando conſtat rem eſſe eccleſiæ, vel clerici, vel non negatur, ſed ſi negetur & conſtaret notoriè rem eſſe eccleſię, vel clerici, tunc clericus iudex cognoſceret non obſtante negatione, & quia in hoc videtur pugnare glo. in d. cap. 1. de officio deleg. in 6. & glo. in cap. accuſatus de hereti. lib. 6. ad earum conciliationem vides Abb. vbi ſupra num. 11. circa medium.

Ex ſuperioribus, reſoluendo inferũtur quatuor cõcluſiones, prima ſit, q ſiue requiratur, vera tãtũ ſubſiſtẽtia
63 qualitatis tribuẽtis iuriſdictionẽ, † ſiue notorietas qualitatis, procedit iudiciũ ſi ſubſiſtẽtia, ſiue notorietas allegatur in libello, & reus nõ neget, quo caſu, narrata in libello habentur pro veris.

40 Secunda cõcluſio eſt quod in † caſibus prędictis, ſi reus neget ſubſiſtẽtiã, aut notorietatẽ, poteſt actor ſummariè probare, & ſuper hac ſummaria cognitione poteſt iudex procedere.

41 Tertia concluſio ſit, quod † in prædictis caſibus, ſi actor non aſſummit onus probandi, iudex non poteſt procedere negatione obſtante, d. cap. ſi clericus laicũ, qui ſic etiã intelligitur.

42 Quarta concluſio quãdo † ſola dubietas circumfert iuriſdictionẽ, veluti quando agitur de ſacrilegio, beneficio, re ſpirituali, & ſimilibus, quę expectant ad eccleſiaſticum, tunc negatio non excludit iuriſdictionem.

Et interalias cauſas, ſeu qualitates circumferentes iuriſdictionem, particulari priuilegio eſt, & nõ modica, quod
43 aliqua res ſi eccleſię, vel clerici, † nã talis tribuit iuriſdictionem iudici eccleſiaſtico eo ipſo quo allegatur rẽ eſſe eccleſię, vel clerici, & reus id non neget, & licet in hoc caſu qualitas tribuens iuriſdictionem, non ſit ſeparata à re principaliter petita, tamen ex ordine intellectus, eſt ſeparabilis, ſicut contingit in eo qui negat, ſimul factum principale, & qualitatem, vt quia acuſſatus de delicto cõmiſſo in territorio iudicis, negat ſimpliciter delictũ cõmiſiſſe, & ſic ſi laicus cõuentus ſuper re eccleſię, negaret rẽ eſſe eccleſię, quia tũc videtur etiã negare qualitatẽ tribuẽtẽ iuriſdictionẽ, poterit iudex de hoc ſummariè cognoſcere, in vim dilatoriæ, ſi actor hoc petierit, & euẽtus huius incidentis declarabit, an poſſit eſſe iudex ſuper principali.

44 An autem hodie ſeruetur, quod laicus conuentus ratione rei eccleſiæ, vel clerici, ſit trahendus ad forum eccleſiaſticum, an vero præſcrip-

criptione & longeua conſuetudine cõtrarium ſeruetur, videbimus dum in ſpecie de competentia inter ſecularem, & eccleſiaſticum tractabimus ſuo loco.

Sed licet iſta de iure procedant, vt ſcilicet ſi negetur qualitas, vel notorietas allegata, excludatur iuriſdictio, quouſque ſummariè probata ſit, at vero ſi non negentur, procedat iudicium, quia ſufficit allegaſſe qualitatẽ, ſi non fuerit negata, & habetur pro vera. Limitatur tamen hoc vltimum in Regno noſtro, in quo quando allegatur aliqua qualitas ad circumferendam iuriſdictionem, in appellitu, vel alibi, non prodeſt illa allegatio, niſi ſa-
45 tim ſummariè probetur, † quantumuis aduerſarius non neget, & hoc eſt ſpeciale in qualitate, quæ dat iuriſdictionem, ſecundum Molin. verb. qualitas, & ver. appellitus criminalis, verb. appellitus criminalis oblatus, fol. 24. col. 3. per for. con color. for. con calidades de appellitu, & Portol. in dictis locis, qui licet in verb. appellitus criminalis, faciat differentiam, vt in appellitu neceſſario ſit probanda, licet non negetur, at in petitione, ita tamen ſit probanda ſi negetur, non aliàs, intellige incontinenti, nam iam fatetur ipſe, quod in diſcurſu cauſę probanda ſit, quare ſemper in Regno verum eſt, quod debet qualitas probari, licet non negetur.

Solum in Iuſtitia Aragonum † cautum eſt, vt ſola allegatio dictę qualita-
46 tis faciat eum iudicem competẽtem, licet non probetur, vt tenet Molin. verb. qualitas in fine, cuius ratio eſt, quia eſt iudex omnium non declinan-
47 tium † ſuam iuriſdictionem, & quia ſuum officium eſt vniuerſale in Regno, vt in for. 1. de iuditijs & for. cum officium de offi. Iuſt. Arago. quod latius proſequitur Molin. verb. Iuſtitia Aragonum, fol. 203. & ita fuit per duos Locumtenentes pronuntiatum, in proceſſu procurator. fiſcal. contra Ludouicũ de Caſanate Iuriſperitum, & alios ſuper crimin. anno 1601. & licet in abſolutione dicti Caſanate fuerint iudices diſcordes, quia maior pars eum abſoluit ſecundum merita cauſę, tamen in hoc puncto de quo agitur, omnes venerunt, vide in libro conſilij Iuſtitię Aragon. die 10. Dezemb. 1601. vbi habentur dictorũ duorum Locumtenẽtium motiua ſequentia in condemnando eundem.

MOTIVA.

Ex eo & aliàs quia licet qualitas
48 officialis † exequentis, ſit probanda, tam ad effectum tribuendi iuriſdictionem domino Iuſtitię Arago. quam ad inducendum delictum reſiſtentiæ, ſatis tamẽ videtur probata, tum quia ex notorietate officialis reſultat, quia notiſsimus eſt, tum quia in facto reſiſtẽtię, de qua accuſatur dictus Caſanate, aprobatus fuit, & tanquam officialis cognitus, & recognitus, quinimo Iuſtitia loci de Pina, vbi fuit commiſſa reſiſtentia, habuit eum pro repręſentato debitè & iuxta forum, & hoc pręſentibus accuſatis, & habuerunt eum pro officiali, reſtituendo ei literas inuentarij, quas paulo ante eidem occupauerãt, ſub colore alterius inuentarij (ficti tamen.) Tum etiam, quia non fuit hæc qualitas negata, &
49 coram Iuſti. † Aragon. qui eſt iudex omnium non declinantium, ſufficit eam allegare ſecundum foriſtas, & ſic ex his, & alijs merito fuit condemnatus.

Sed licet reſpectu qualitatis allegatę, & circũferẽtis iuriſdictionẽ, immutatũ ſit ius cõmune per for. Arag. vt ſcilicet ſit probãda licet non negetur, in alio

tamen

tamen relaxatur materia hæc probādi has qualitates, quando legitimationem perſonę reſpiciunt tantum, nam de iure ſi aliquis petit, ſeu agit vt hæres, filius, agnatus vel allegat ſimilem qualitatē reſpicientē perſonam, non
50 debet audiri, niſi † prius probet ſe eſſe talē, vel ſi agat quis contra aliquem, vt heredē debitoris, vel ſub alia qualitate, debet eam probare in perſona alterius, aliàs non obtinebit, nec audietur, ita Bald. in l. per diuerſas q. 10. C. mand. Iaſſ. poſt Angel. in §. fuerat n. 62. de actio inſt. vide Hippol. de Marſil. ſingula. 26. vbi licet vi ſtatuti ad inſtantiā creditoris poſſit capi debitor non citatus, tamen hoc non fiet ad inſtantiam ceſsionarij, niſi prius de ceſſione diſcutiatur, citato debitore, ratio eſt, quoniam in quolibet actu, ante omnia, perſona †
51 legitimāda eſt, l. ſi quæramus ff. de teſtamētis, & ibi DD. l. non ignorat C. qui accuſ. non poſſ. & prius perſona querēda etiam in iudicio ſumario, gloſ. in l. 2. C. de edict. diui Adr. tol. quod procedit, etiam ſi omnis exceptio eſſet ſublata, nam adhuc perſona legitimanda eſt, Decius in cap. ex part. 2. de offi. deleg. & quādo quis agit vt talis, vel contra talem, cum illud ſit fundamentum † ſuæ in-
52 tentionis, debet illud probare, aliter non auditur l. actor C. de probat. & hęc eſt communis opinio, à qua non eſſe recedendum dicit Decius in l. 1. ff. ſi cert. petatur in 1. lectur. in fin. & in 2. lectur. in fin. Socin. Iun. conſi. 27. num. 7. vol. 2. vide latius per Brunor. à ſole, in queſtion. leg. q. 11. vbi latius In Regno tamen Aragonū, ſecus eſt, quia qualitas reſpiciens perſonam, vt luti ſi agat quis vt talis, vel contra ta-
53 lem, nunquam eſt probanda, † & ſufficit eam allegare, dūm non negetur per aduerſarium, nam ſi negetur, tunc eſt probanda, & ſic in Aragonia regula, l. non ignorat, non procedit niſi parte opponente, ſecundum Molin. verb. qualitas, vbi Portol. for. 1. de except. obſ. 2. de proh. faci. cum charta, vidi tamen in Regno in primis prouiſionibus, vbi pars rea non citatur, vt quotidie experimur, quod ſolent iudices opponere, induentes de conſuetudine perſonam reorum, tu non es talis, & ſic opponunt de non probata qualitate, qua nō probatā nō ſolent in primis prouiſionibus agentes audire, vt ſic ſeruādum dicit Portol. verb. exceptio num. 57. & verb. Rex, numer. 117. ſicque vidi practicari in proceſſ. procurator. hoſpitalis villæ de Epila, ſuper execution. comandę circa annum 1600. & ſecus extra primas prouiſiones in diſcurſu cauſæ, vbi ſi pars non opponat non eſt probanda qualitas reſpiciens perſonam.

Hucuſque actum eſt de examinando cuius ſit iuriſdictio, ſed difficultas maior eſt, in cognoſcendo, & decidendo, quando et quibus caſibus
54 † iudex, cuius iuriſdictio negatur, & inficiatur, poſsit ſe iudicem cōpetentem declarare. & quando non, qui articulus, ob varietatem ſcribentium eſt multū obſcurus, ne dicā confuſus, & non vidi huc vſque factam pacem in conſiſtorijs, tractant DD. in varijs locis, Fran. Gemi. Anchar. Ioan. Andr. & alij in c. cum perſonę de priuileg. in 6. Abb. benè, & alij in c. ſuper literis de reſcrip. idē Abb. in c. ceterū nu. 18. vbi & alij de iudi. Butr. in c. 2. de dilatio. Deci. elegāter conſ. 18. Alex. conſ. 77. n. 3. in 3. & cōſ. 82. n. 5. in 3. elegāter Ang. in l. 2. ff. ſi quis in ius vocat. & in l. quidā conſulebant ff. de re iud. multū extensè Iaſſ. in d. l. 2. ſi quis in ius vocatus. Io. Andr. in reg. ſciēti. Imo. in d. c. ſuper literis, & in c. venerabili de cenſibus, & c. ex parte 1. de verb. ſi-

 gni.

gni. & in c. preterea de dilatio. Bart. & alij in l preſcriptione C. ſi contra ius.vel vtilit.publi. Anto. Corſet.ſingul.ſuo 149.verb. iuriſdictio , & adeo inuoluta eſt materia hęc ſecundũ Angel.quod fortè,et bene poſſet conſtitui regula pro vtraq; parte ; nam † ꝙ
55 poßit declarare ſe iudicem competentẽ,habes tex.expreſſum in c.ſuper literis de reſcript.c. cũ perſonę de priuil. in 6.l.ſi quis ex aliena, ff. de iudi.ibi, *Pretoris autem eſt exiſtimare an ſua ſit iuriſdictio, conuenti autẽ non contemnere authoritatem pretoris*, E conuerſo †
56 quod non debeat ſe iudicẽ declarare, quia in cauſa ꝓpria nullus iudex eſſe debet,niſi Papa vel Imperator,eſt gloſa ordinarijs in d.c.cũ perſonę , notatur in l.proximè ff. de his quę in teſtamento delentur c. cũ veniſſent de iudi.elegant gloſ. verb.copia in c.ſtatutum de reſcript. in 6.can. 1.4. q.4.& C.ne quis in ſua cauſa in rubro & nigro,quod clariſsimũ eſt. Quare reducendo in concordiã, quę tradita ſunt ante omnia ſciendum eſt , id quod in preſenti queſtione ſe offert ante oculos,quod iuriſdictio dicitur & eſſe po
57 teſt notoria de iure† communi tantũ, vt in ordinarijs,Epiſcopis, & ſuperioribus, quorũ iuriſdictio de iure cõmuni claro,& certo,fundata, cõfirmata, & ſtabilita reperitur,taliter quod pro ea(alio non edocto)iudicat.& pronũtiat.& ſic de ſimilibus ordinarijs,quorum iuriſdictiones ſunt fundatę , ſiue in iure, ſiue in ſtatutis municipalibus terrarum,ita c. cum perſonę de cuius intellectu & materia late infra.

Aliquando iſta notorietas non fundatur in iure cõmuni , nec ſtatutario, ſed fundatur in cõſuetudine,vel priuilegio, & taliter eſt publica, &notoria, † ꝙ ignorari non poſſet, ſicut nec ius
58 cõmune.Immo quandoq; hęc iuriſdictio notoria,conſuetudine,vel priuilegio plus lõgè in facto notoria eſt, quã ius cõmune , vt de partibus Gallicanis,in multis eccleſiarũ capitulis,Decanis,Archidiaconis,& ſimilibus paſſim tradunt DD. in d.c.cũ perſonę in principio , & poſſet in eis exẽplificari res hęc,de quibus (quod nota)loquũtur c.dilectis de appel. c. ex part.1.de verb.ſig.c.cũ cõtingat de foro comp. cap.fin.de offi. Archid. cap.ne aliqui de priuileg.in 6.& alij,& hoc notoriũ facti,eundẽ habet effectũ,quem notoriũ iuris,quoad exercitium iuriſdictionis, & quoad nullitatẽ ſententię contra notorium latę , vt reſoluit Franc. nu.2. Anchar.in principio, nã ſicut ſẽtentia lata † contra notoriũ iuris , eſt
59 nulla,ſic lata contra notoriũ facti ; vt ibi per eos:& de hoc notorio facti,ſeu iuriſdictione notoria,intellige iuriſdictionem,quã per priuilegia habet domus Ganateriorũ ciuitatis Cęſarauguſtę,quę notoria omnibus eſt,& iuriſdictio eiuſdem ciuitatis in vim priuilegij, vulgariter dicti,de veynte perſonas,quę iuriſdictio(intra tamẽ limites priuilegij)notoria eſt omnibus,nec eſt probãda,ſecundũ Felin. in c.cum in iure,n.10.de ofi.dele. Modo ad materiã noſtrã, quãdo hęc iuriſdictio adeò notoria negatur iudici, † nõ tenetur ſu
60 perſedere,ſed debet vlterius procedere in cauſa, quaſi declarauerit ſe cõpetentẽ,quia tunc propriè non procedit vt iudex , ſed vt pars defendendo ius ſuum,quod notoriè de iure communi ſtatutario , conſuetudine , vel priuilegio ad eum expectat , & defendere tale ius notorium ; eſt ſibi licitum cap.venerabili, vbi Abb.bene de cenſibus in fin.c.dilecto de ſentent.excõmunicationis in 6. vb. DD. ſignanter Inno.ita Franc.vbi ſup.verſi.ſi autem num. 2. Gemi. num. 2. fuit originale dictum Inno.in locis ſup.citatis: Et ſi quando notorium eſt iudicem nõ habere poteſtatem, & ipſe ſcit, non po-

teſt

reſt procedere vt dicemus, propter
notorietatem, à contrario idem dicemus.
ſi notorium ſit, ei iuriſdictionem
competere, & hoc pro primo caſu accipi
poteſt. Similiter & ſecundo, †
61 iudex cuius iuriſdictio negatur, poteſt
ſe declarare competentem, & iudicem,
quando agitur de cauſa eccleſiæ
ſuæ, non propria ſua, ita tenet gloſa
ordinarijs in prima ſolutione in d.
cap. cum perſonæ, Fran. Gemi. vbi ſupra,
cum quo tranſeunt omnes ſine
diſtinctione, quia tūc ad ipſum expectat
cognoſcere, & declarare, an ſua
ſit iuriſdictio, nec ne, cum nulla ſuſpitionis
cauſa tunc conſideretur à iure,
vt dicunt DD. omnes Tertius caſus
ſiue regula ſit, quod licet non ſit
iuriſdictio iudicis notoria, & licet non
agatur de cauſa eccleſię, quādo iudex
eccleſiaſticus eſt, Sed agatur de iuriſ-
62 dictione iudicis, † quicumque ille ſit,
& negatur eius iuriſdictio per aliquē,
ſiue opponatur nullam competere, ſiuè
per exceptionem elidatur, ipſe autem
iudex contendat, iuriſdictionem
in caſu illo occurrenti, ſuam eſſe, tunc
ad eum expectat declarare, & cognoſcere
an ſua ſit iuriſdictio, & declarare
ſe cōpetentē eſſe, vel non, hæc eſt regula
DD. quæ probatur in d. c. cū perſonę,
vbi iudex cuius iuriſdictio negatur,
hoc declarat, & cognoſcit, l. ſi quis
ex aliena, ff. de iud. vbi prętoris eſt exiſtimare,
an ſua ſit iuriſdictio, partis autē
non cōtemnere iuriſdictionē eius, c.
ſuper literis de reſcrip. vbi iudex ipſe
cognoſcit de veritate precū, ad fundādā
ſuā iuriſdictionē, vel denegādā, ita
glo. ordin. in d. c. cū perſonę, ita tenēt
oēs DD. ſup. d. Bart. in l. 2. ff. ſi quis in
ius vocatus, Abb. in c. ex par. decani. 3.
notab. de reſcript. ratio eſt ſecundum
Abb. in d. c. ſuper literis quia iudicare
63 principaliter eſt onus † l. munerū §. iudicādi
neceſsitas, ff. de mun. & honor.
c. paſtoralis de off. deleg. licet ſecunda
glo ſit honor, vt in c. vt debitus honor
de appel. glo. in c. ſi cōtra vnū de offi.
deleg. in 6. nec dicitur tūc iudicare in
facto ꝓprio, quia cauſa nō dicitur propria,
ex quo cōmodū, vel incōmodū
ad eū non pertinet, can. biduū verſ. palam.
2. q. 6. & in hoc caſu procedit d.
c. ſuper literis, & c. paſtoralis eod. &
l. pręſcriptione, & alia iura ſup. allegata.
Vnde cū tūc in caſu quo loquimur,
cōtēdatur & per cōſeq. dubitetur ꝓbabiliter
de iuriſdictione iudicis, illa dubietas
iuriſdictionis facit eū cōpetētē
in incidenti, an ſit iudex, ſecundū oēs
ſup. d. Abb. in c. ſi diligēti in fi. de for.
comp. & tenetur citatus cōparere, &
docere de ſua exēptione, ſeu priuilegio
d. c. cū perſonę, l. ex quacūq. vbi Bart.
ff. ſi quis in ius vocatus, Fran. in c. cū
perſonę nu. 3. Gemi. 4. Ancha. 1. not. 3
& ibi Ioan. Andr. l. ſi quis ex aliena,
ff. de iudi. aliàs nō credetur ei, & poterit
per iudicē puniri, Abb. vbi ſup. &
DD. ſup. d. & an tūc valeat proceſſus
cōtra eū, licet priuilegiatū, non tñ docentē
de priuilegio, vel nō cōparentē,
vide per Inno. in cap. 2. de dilatio. latè
per Io. And. in reg. ſcienti de reg. iur.
ita Fran. vbi ſup. n. 3. Ancha. n. 1. Abb.
in c. ſi duobus de appellationibus, vbi
benè, quod omnino non procedit, ſi notoriū
64 eſſet, † iuriſdictionē nō cōpetere, nam
tunc non tenetur citatus cōpare. gloſ.
niſi forſā in d. c. ſuper literis, & ibi Abb.
n. 9 & gloſ. fin. vide ſimil. glo. in c.
veniens de accuſatio, & in can. ſi Epiſcopus,
3. q. 2. quod indubiū certiſsimūq;
eſt, & in hoc caſu conſulunt DD. vt
iudex declaret ſe competentē iudicē
eſſe, nā tunc talis ſententia, ſi ab ea nō
ſit appellatū facit ius, & de errore, vel
defectu iuriſdictionis, vlterius diſputari
nō poteſt, etiā ſi in veritate iuriſdictionem
non haberet, & eſſet contentio
de omnimodo defectu iuriſdictionis,
dummodo foret dubium, ita

Bart.in d.l.2.num.8.& 2. ff. ſi quis in ius vocat. Abb.in cap.ſi duobus n.14. de appell.idem in cap. ex parte decani.3.not.de reſcript. Et ſuperiora procedũt.non ſolũ ſi partes ipſę cõtẽdant interſe de iuriſdictione iudicis,quo caſu ſine dubio iudex declarare poteſt ſe competentem,vt dicit gloſ in verb. copia,in c. ſtatutum de reſcript. in 6. Fran. vbi ſup. verſ. ſi autem num.2. Butr.in d.cap. ſuper literis Gemi. vbi ſup.in verſ.ſi autẽ; verũ etiã ſi contentio ſit inter iudicem & partem, veluti iudice contẽdente ſe iudicem, parte vero id negante, nam adhuc iudex pronuntiabit ſe competentem, quia cum illud faciat,vt iudex nõ ſe faciẽdo partem: ideo non eſt ſuſpectus,ita gloſ.ordinarijs in 2.ſolutione, in d. c. cum perſonę, vbi declarat Gemi.& Fran.vbi ſup.Idem tenet Anchar.vbi ſup.num.6.verſ. ſed certè idem videtur quando procedit vt pars,vti in eo tex.ita Abb.in cap. ſuper literis, nu. 10. verſ. ſextus caſus,& licet videatur contrariari glo.in d.c.ſtatutum,Inno. in cap.ex parte 1. de verb.ſign.non tamen obſtant, quia ibi partes altercabant interſe,an ille eſſet iudex,& iudex ipſe inherebat parti facienti pro ſe,& tunc facit ſe ſuſpectum parti, ex quo taliter inheret cum parte, quia ſuſpectus eſt iudex, qui nimium fauet † alteri parti.cap.accedens, vt lit.
65 non conteſt. vel ſaltim præſumptio eſt contra eum, cap. cauſam de iudi. Vnde non poteſt tunc pronuntiare, ſic conciliant has gloſas,Fran. & Gemi.vbi ſupra, Abb.vbi ſup.Secus autem quando nulli parti fauet, licet defendat ſuam iuriſdictionẽ,quod multum commendat Gemi.ad hoc, quod quando iudex procedit ex officio, & reuocatur in dubium de iuriſdictione, quod poterit pronuntiare ſe iudicem eſſe,Bart.vbi ſupr. & Butr.in d. cap ſuper literis, Abb. in locis ſup.d. & iſta poſſet eſſe vna limitatio ad regulã quando ſcilicet nimium fauet parti, & facit ſe ſuſpectum parti.

Verum hæc regula multis modis limitatur per DD. in varijs locis, & primo limitat Inno.in c.ex parte 1.de verb.ſignifi.quãdo ſcilicet iudex pro-
66 cedit vt pars priuata, † ita intellige eum,hoc eſt, quando cognoſcit de eo quod tangit perſonam ſuam,vt priuatam, veluti ſi iniuria facta ſit ei vt priuato, vel rebus ſuis, tunc enim non poſſet cognoſcere ipſe,nec ſe iudicem declarare,ſi negaretur eius iuriſdictio, ſecundũ eum,ita intelligitur gloſ. ordinarijs in 1.ſolut.in d.cap.cum perſonę,& omnia iura, quę dicunt, non licere iudici in cauſa ſua propria ius dicere, d. l. proximè vt ſupra, niſi talis
67 iniuria † eſſet notoria, veluti prolata in iudicio,vel ſedendo pro tribunali, tunc videtur iniuria illata officio, & benè ius diceret, & cognoſceret de cauſa illa, quę eum, tãquam priuatũ, non reſpiceret tunc, ita hęc declarat Anchar.in d. cap.cum perſonę, num. 6.verſi.tredecimo, &c. quod benè nota ad Regnum noſtrum, vbi in caſu huius notorij procedit iudex caſtigando iniuriantem, etiam ſi extra iudiciũ fieret iniuria, & generaliter dicit Anchar.quod procedet iudex, & cognoſcet, vbicumque agitur ſuper eo, quod expectat ad ſuũ officium, quod eſt dicere, idem quod ſupra dictum eſt.

Alio modo limitatur, veluti ſi opponatur exceptio contra perſonam iudicis, ratione infamiæ,criminis,ſeu alicuius defectus, veluti quod eſt ſeruus,infamis,excomunicatus,tunc red-
68 ditur ſuſpectus, & non † cognoſcet ſe iudicem competentem eſſe, vel non, ratio eſt,quia ſicut hoc dato non poſſet cognoſcere de cauſa principali, ſic nec

nec de iſto incidenti, ſuper iuriſdictione ſua, ita Bart. in d. l. 2. num. 4. Butr. in cap. 2. num. 13. de dilatio, Abb. in d. cap. ſuper literis num. 10. vbi dicit cõmunem. & idem ſi opponeretur, quod iudex eſt minor, furioſus, mulier, & qui caret intellectu, ſecundum Bart. vbi ſup. & in l. quidam conſulebant, ff. de re iudi. Abb. vbi ſup. eodem modo, quando recuſatur iudex vt † ſuſpe-
69 ctus, non cognoſcit de cauſa ſuſpitionis, ſed eliguntur arbitri, c. ſuſpitionis de offi. deleg. c. cum ſpeciali. c. 2. requiris de appell. nam ſicut in his & ſimilibus exceptionibus, ſit ſuſpectus in cauſa principali, ſimiliter ſuſpicatur in hoc incidenti exceptionis propoſitę, vt ſcilicet de ea non cognoſcat, l. cum furioſus, ff. de iud. ita Bart. Abb. vbi ſup. & alij omnes. In Regno autẽ in Regio conſilio de cauſa ſuſpitionis cognoſcit iudex, in meis deciſionibus habes latè. Limitatur etiam quando opponitur de totali fundamẽto iuriſdictionis, & proprietate ipſius, vt quod non eſt poteſtas † Epiſcopus
70 vel ſimile, tunc nõ cognoſcet de hoc, quia eſt cauſa propria, & eſt ſuſpectus ita Abb. in d. c. ſuper literis num. 10. verſi. tertius eſt caſus, nec eſt cõtrarius in cap. ex parte decani, num. 2. de reſcript. vbi licet opponatur de omnimodo defectu iuriſdictionis, veluti nullã iuriſdictionem competere, adhuc cognoſcit ipſe iudex de hoc, nam ibi negatur proprietas iuriſdictionis, ſcilicet quod non ſit delegatus, ſed ſolum exercitium totale iuriſdictionis, & delegationis, & ſic eſt diuerſus caſus, verum in hoc caſu, ſi notoriè eſſet officialis, non crederem ſuperſedendum, ſed quod poſſet de incidenti cognoſcere, & non obſtante eo procedere, niſi inhibitio ſuperioris adeſſet, & in
71 hoc ſerua conſuetudinem loci, † quæ multum operatur in hoc, ſecundum Bart. vbi ſupr. num. 3. in fine.

Caue ne ſequaris Abb. vbi ſupr. verſ. quartus caſus, nam licet ibi & in cap. venerabili in fin. de cenſibus, dicat, iudicẽ, cuius iuriſdictio negatur, non poſſe cognoſcere an ſit ſua, ratione commodi, quod inde ei ſequitur, ex ſubiectione, & alijs, & reſpondendo ad c. cum perſonæ dicat, quod ibi non procedit vt iudex, ſed ſolũ extra iudicialiter, ſe informando, an poſſit procedere vel nõ, certe dominus Abb. (ſalua ſua pace) nimis perfunctorie †
72 tranſit, & in primo ſibi contrariatur, dum in locis ſupra d. tenet poſſe iudicem declarare, ſibi iuriſdictionem cõpetere, vt in d. cap. ex parte decani, & patet in d. c. cum perſonę, & DD. omnes, hoc ita tenent, & dicere quod in d. cap. cum perſonę non procedit vt iudex, eſt contra gloſ. ibi, & omnes DD. ſuper eo tex. & ſi dicas pro domino Abb. quod ibi non ſperat aliquod commodum, hoc non ita eſt, quia ipſe Abb. in d. c. venerabili, & c. ſuper literis ſupponit, aliquod commodũ prouenire iudici in terminis cap. cũ perſonę. Immo ipſe Abb. in d. c. ſuper literis, num. 10. in fin. non excludit iudicem abſolutè, ratione iſtius commodi, ſed ita tantum ſi magnum ſit, & ſic dicit arbitrarium, quare non eſt recedendum à communi doctrina. iterum, & DD. ſcilicet, vbi commodum non ſperatur aliquod, non conſiderato, nec attento commodo ſubiectionis, quod conſiderauit Abb. in d. c. ſuper literis, vbi propter illud excludit iudicem, & dicit per hoc limitari cap. cum perſonæ, quaſi ibi etiam non adſit commodum ſubiectionis, cum de alio non agatur, ſed vt dixi, licet etiã aliud commodum adeſſet, ſi tamen in conſequentiam veniret, & eſſet paruum, non excluderet iudicem ab hac cognitione, vt dicam infra. Nam alias

fere nunquã poſſet iudex cognoſcere
an ſua ſit iuriſdictio, cum frequenter
habeant aliqua iura, & emolumenta
modica vt experimur.
Idem ſi notorium ſit, iudicem iu-
riſdictionem non habere, vel ſaltim
ſcit ipſe iudex, quod nõ habet iuriſdi
73 ctionem, nam † tunc non poteſt cog-
noſcere, an ſit ſua iuriſdictio, nec ſe
incompetentem declarare, ſicut quãdo noto-
ria eſt iuriſdictio procedit, ita Abb.
in d. cap. ſuper literis num. 10. & d.
cap. ſi duobus, num. 9. & nec valet,
quod agit, tam ſuper principali, quã
74 ſuper † incidenti, & etiã in contuma
cia, vt ibi, ſecus ſi iudex ignoraret, &
partes ſcirent, d. cap. ſi duobus vbi
Abb. late, quem vide ibi, etiam in ma
teria contumaciæ.
Aliqui alij caſus connumerãtur
per Doctores, & ſignanter per Abb.
in d. cap. ſuper literis, dubij, an poſ-
ſit iudex cognoſcere, an ſua ſit nec ne
iuriſdictio, inter quos ille eſt, quando
ſcilicet iudex habiturus eſt aliquod cõ
modum ſportularum, vel aliquod
75 † aliud commodum, quo caſu dicunt
aliqui, quod non poſſet cognoſcere,
an ſua ſit iuriſdictio, cum quodam
modo ſuſpectus ſit, ita tenet gloſſa,
in l. de iure §. 1. ff. ad municip. Bart.
in d. l. 2. num. 3. Abb. in cap. vene-
rabili de cenſibus in fin. alijs contra-
rium tenentibus, tandem Abb. in d.
cap. ſuper literis. num. 10. in fin re-
76 ſoluit, id arbitrarium, † & attenden
dam quantitatem commodi, vt ſic
attenta qualitate perſonę iudicis, &
quantitate muneris, iudicetur ſuſpec-
tus, vel non, c. & ſi queſtiones de ſimo
nia pro quo facit ratio illa, quia licet
per conſequentiã habeat commodũ
iſtarum ſportularum, non tamen id
principaliter agitur, † ſed in conſe-
77 quentiam, quod non debet atendi, vt
multa cumulãs refert Bart. vbi ſupra
vbi late de materia hac, quẽ & Abb.
vide in ſupra d. locis, & eundẽ Abb.
cap. ceterum de iudi, vbi ſunt in con
trarium additiones, tamen tu non
recedas ad hac oppinione, maximè
quia de conſuetudine, non attendi-
tur hoc commodum, quod in conſe-
quentiam venit, ſecundum Bart. vbi
ſupra, quando autem commodum
eſſet magnum, & directè proueniret
ex cognitione illa, tunc non poſſet iu
dex cognoſcere, veluti ſi negatur quẽ
eſſe dominũ feudi, non poſſet tunc
ille, qui ſe dominũ dicit, cognoſcere
an ſua ſit iuriſdictio, quia tunc non cõ
tenditur de nudo exercitio iuriſdictio
nis, ſed de proprietate, & cõmodo
ipſius iudicis, quo caſu non poteſt co
gnoſcere, an ſua ſit iuriſdictio glo. &
tex. in l. pen. ff. ad municip. c. ad au-
dientiam de appell. Abb. in c. cete-
rum num. 21. de iudi.
Et idem eſſet, quando opponere-
tur aliqua exceptio de re ſpirituali,
vt ſi conuẽtus dicat ſe clericum, quia
tunc cognitio huius examinis, remi-
titur ad Epiſcopum, & non poteſt ſe-
78 cularis † cognoſcere, an ſua ſit iuriſ-
dictio, ad puniendum clericum, cap.
ſi iudex laicus de ſententia ex comu-
nicatio. vbi Anchar. n. 5. l. omni C. de
Sacroſanct. Bart. in cap. 2. nu. 13. cir-
ca medium de dilatio.
Alia & vltima limitatio ſolet dari
ad regulã ſup. dict. a qua multę aliæ
reſolutiones pendẽt. & ſic exacte (licet
breuiter) tractanda, videlicet quan-
do iudex aliquis habet limitatam iu
riſdictionẽ, taliter, quod prohibetur
transgredi limites illius, quo caſu nec
poteſt cognoſcere, an ſua ſit iuriſdi-
ctio, nec ſe competentem declarare,
& ſi declaret vltra ſuam iuriſdictionẽ
nihil agit, qua propter oportet ſcire,
quod quando quis non eſt delegatus,
79 † nec in citatorio ponit cauſam ſuæ
iuriſ-

iuriſdictionis, tunc nihil agit, nec in
principali, nec in incidenti, nec poteſt
ſe competentem declarare, Inno. in c.
prudentiam de offi. deleg. gloſ. in d.
cap. ſuper literis, ſed quando non eſt
iudex in rei veritate, & exprimit, ſe
delegatum incitatorio, tunc ſi defe-
ctus ſtat in ſurreptione reſcripti, tunc
valet quod agitur, etiã ſe competen-
tem declarando, quouſq; opponatur
de ſurreptione, nam ex quo habet iu
riſdictionem habitu, licet elidibilem
exceptione, valet quod agit donec ex
ceptione repellitur.

Verum ſi defectus delegationis ſtat
in alio, quia eſt falſa delegatio, & reſ-
criptũ, & ſic funditus † caret iuriſdi-
80 ctione, & hoc conſtat liquido de de-
legato, tunc nec citatio arctat, nec po
teſt ſe pronuntiare competentẽ, quia
nullam habet, nec in principali, nec in
incidenti iuriſdictionem, quæ tantum
datur in incidenti propter dubium d.
l. ſi quis ex aliena, gloſ. in d. c. ſuper li
teris, & in c. prudentiã de offi. deleg.
c. veniens de accuſat. can. ſi Epiſco-
pus 3. q. 2. c. Romana de foro comp. in
6. & in hoc eſt differẽtia inter delega-
tum & ordinarium, quia licet ordina-
rius nullam habeat iuriſdictionem, ta-
men ſi pronuntiat ſe iudicem compe-
tentem, valet quod agit, niſi dicat
quem contraxiſſe in loco, vbi ille ne-
gat, & pronuntiat ſe competentem, ra-
tio differẽtię eſt, quia iuriſdictio dele-
gata habet certos limites, quos tranſi
gere non licet, c. cum dilecta de reſ-
crip. c. P. & G. de offi. deleg. ſed ordina
rius in ſuo territorio, & incolis eius,
& in quolibet habet generalem admi
niſtrationem, vel iuriſdictionem, & ſic
ꝙ facit in territorio, circa eos, quos
ibi inuenit, ſiue ſint incolę, ſiue extra-
nei, totum tenet prima facie, tum,
quia iuriſdictio delegata eſt odioſa,
ordinaria vero fauorabilis, reg. odia
de reg. iu. in 6.

Quod ſi dubium eſt, an habeat iu-
81 riſdictionem, † & reuera, & funditus
non habet, tunc diſtingue, nam ſi non
habet iuriſdictionem, quia datus eſt
per falſum reſcriptum, non poterit
cognoſcere an ſua ſit iuriſdictio, nec
ſe competentem declarare: ſi vero nõ
eſt falſum reſcriptum, ſed aliàs nullũ,
vt ex defectu impetrantis, ſcilicet ex-
cõmunicati, vel ſi impetratum à falſo
procuratore, & tunc poteſt cognoſ-
cere.

Si vero nullam habet iuriſdictio-
nem, quia numquam fuit datus, licet
dicat ſe habere, forſam mittendo
falſum reſcrptum, non poteſt pronun
tiare ſe competẽtem, quia nullum ha-
bet principium verum, ſicut in impe-
trante per falſum reſcriptum.

Et quæ dicta ſunt de caſu dubio,
procedunt † niſi inhabilitas reddat
82 funditus incapacem iudicem, vt quia
eſt ſecularis, qui citat clericum, quia
ſuper dubio an ſit clericus, non cog-
noſcit ipſe. c. ſi iudex laycus de ſentẽ-
tia excõmunicationis in 6. niſi habe-
ret ſpecialẽ poteſtatem, vel ſi inhabili
tatur, tam in principali, quã in incidẽ-
ti, vt quia infamis, pupillus, furioſus,
ſuſpectus, tunc non valet ſe pronuntia
re competentem, notatur in c. cum ſu
per de offi. deleg. vnde ſi ſtatutum pro
hibeat, vt iudex non extendat iuriſdi-
ctionem vltra limites ſuę iuriſdictio-
nis, vel eam limitatam tribuit, non po
terit ſe pronuntiare competentem,
Decius conſi. 18. num. 5. Alexan. conſ.
92. numer. 5. in 3. & 77. numer. 3. in 3.
quia eſſet pronuntiatio contra pro-
hibitionem ſtatuti, & ſic non valet.
Vnde vbi eſt dubium, ſi tamen ſimus
in caſu in quo non poſſit pronuntia-
re ſe competentem, ſiue pronuntiet,
ſiue non, non valet quod agit, nec
in

in incidenti, an ſit iudex, nec etiam,
in principali, ſiue ſit proceſſus puniti
uus contumatiæ, ſiuè principalis, & in
hoc caſu, bene credo idẽ in ordinario,
ſi funditus quo ad aliquem nullam
habet iuriſdictionẽ, nec eſt in poſſeſ-
83 ſione iuriſdictionis, ſed ſi habet †
quo ad aliquos quia habet aliquod
principium, licet non forte quo ad ci-
tatum, quia non eſt ſubiectus, bene
poteſt pronũtiare ſe cõpetentẽ. & ſic
cęteris paribus, nõ eſt magna diferẽtia
inter ordinariũ & delegatum, ſed in
hoc tantũ, an funditus careat quo ad
omnes, an habeat quo ad aliquos, &
in his caſibus quibus, dixi poſſe cog-
noſcere an ſit iudex, tunc circa pro-
ceſſum punitiuũ cõtumatiæ, procedit
abſque dubio, quia propter dubium
tenebatur ire allegaturus priuilegiũ
ſuum. Sed quoad proceſſum princi-
palẽ, tunc ille demum poterit proce-
dere, ſi ſe primo declaret competen-
tem. Bart. in d. l. 2. & tunc valebit
proceſſus, dum ſtatus cauſæ hoc pa-
tiatur, ſiue in præſentem, ſiue abſen
tẽ, nec obſtat ſi dicas, quod eo ipſo q
procedit ad vlteriora, videtur declara
re ſe competentem, cap. cum ſuper
de offi. delegat. quia procedit, quan
do habet iuriſdictionem, licet elidi-
bilẽ per exceptionẽ, & ſic proceſſus
eſt aliquis; ſed quando non habet iu-
riſdictionẽ, proceſſus eſt nullus, & ex
nullo proceſſu, non poteſt dari tacita
84 † pronuntiatio valida, vide latius a
quo deſumpſi Anto. de butr. in ca-
pit. 2. num. 13. de dilatio, vbi bene, &
ſemper tene memoria, hoc ſcilcet,
quod dubium iuriſdictionis non fa-
cit quem iudicem in principali, licet
ſic in incidenti, vnde opus eſt vt pro-
ceſſus ſuper principali valeat, quod
ſe competentem declaret, vt ibi decla
rat Butr.
Et in quantum Decius d. conſ. 18.
nu. 5. dicit, quod vbi iuriſdictio nõ po-
teſt prorogari, non poteſt iudex cog-
noſcere an ſua ſit iuriſdictio, nec ſe
† competentem declarare, illud ſe-
cundum Angel, quem allegat in l. 2.
limit. 4. debet intelligi, quando ius
reſiſtit tali prorrogationi, ne fiat, ve
luti ſi dicat, quod non poſsit cognoſ-
cere, niſi de tali, & tali cauſa, quo ca
ſu vltra illas cauſas non cognoſcet,
nec declarabit ſe competentem, & ſi
declaret nihil agit, quia nec eſt iudex
in veritate, nec eſſe poteſt, Abb. in d.
cap. ſi diligenti de for. comp. vel ſi
ſit incapax iuriſdictionis, vt in cap.
ſi iudex laicus de ſent. excom. in 6.
ſecundum Angel. vbi ſupra, ita in his
terminis loquitur, quem Decius alle-
gat, Anto. de Butr. in cap. ſi diligenti
num. 17. de præſcrip. Et melius domi
nus Abb. in capit. ſi diligenti in fin.
de foro comp. aliàs enim videmus,
quoc iudex quoad vnam rem, vel
quo ad vnam cauſam, ſi tamen du-
bium ſit probabile, an ſit iudex; licet
in veritate non ſit, tamen ſi procedat
86 † reſpectu alterius cauſę, & ſe compe-
tentem declaret, valebit proceſſus
in principali, & in incidẽti, niſi appel-
letur c. cum olim, vbi Abb. de offi. de
leg. & idem ſi ſit iudex quo ad ali-
quem, nam iſtę cauſę ſũt prorrogabi
les, & ſaltim poteſt eſſe iudex ita Bu-
trius vbi ſupra, & ad eum te remitto,
ſat enim ſit hic quaſi totam materiã
reſoluiſſe, minima autem, & quæ ſin-
gularem ocupationem requirunt te-
tigiſſe ſufficiat.
87 Et an ab hac declaratione, † qua
pronuntiatur eſſe competentem, poſ-
ſit appellari, vide Angel. n. 8. & Bu-
tri vbi ſupra vbi bene reſoluit quod
datur appellatio per glo. auth. habita
ne filius proparte ita Decius vbi ſup.
in prin. Ex quo, ſequitur quod dabitur
recurſus ad Iuſt. Arag. etiã per viam
iu-

Digitized by Google

iurisfirmę fiendorum, maximè cum ſit iudex grauaminum, quod multum nota ad multa.

Ex his poteſt reſolui illa quęſtio. ſcilicet ſi ab aliqua ſententia fiat electio iurisfirmę, vel habeatur recurſus ad Iuſtitiã Arago. per viã iurisfirmę, grau. facto. in cauſa, in qua dubitatur an ad eũ poſsit recurri, ſi tamen ipſe, & eius Locũtenentes ſententiã ferant, poſsit ab illa ſententia appellari ad domi num Regem, nam Locumtenentes Iuſtitię Arag. dicunt quod nõ licet appellare, propter illam regulam vulgatam, quod à ſententia lata in iurisfirma grau. facto. non datur appellatio, ex quo de cõtraforis ſolus Iuſtitiã cognoſcit, vt ſupra diximus late cap. 3. §. quarto. Ex aduerſo dicitur, quod in cauſis, in quibus poteſt adiri Iuſti. Arag. per viã iurisfirmæ grau. facto. pro vt eſt regulariter, verũ eſt, quod ab eius ſententia non poteſt appellari, ſed ſecus erit in cauſis in quibus dubitatur, an talis recurſus poſsit haberi ad eum, vt in ſentẽtia lata à iudicibus delegatis à dño Rege de conſenſu partium ad cognoſcendum de aliqua cauſa, veluti de hypotheeis bonorum confiſcatorum, in qua cauſa, tanquã ſequella criminis læſę mageſtatis, exiſtimant aliqui, non poſſe eum adiri, per viam iurisfirmę (de quo dubito, quia illa cauſa nõ eſt criminis lęſę mageſt. ſed mere ciuilis, quia cauſa criminis iã fuit extincta) in hac igitur, & alia ſimili cauſa, in qua poſsit eſſe majus dubium, an talis recurſus poſsit haberi, dicut aliqui, quod ſi habeatur, & ipſe ſententiam ferat, poterit à tali ſẽtentia appellari ad dominum Regem, aliàs poſſet hoc modo Iuſt. Arag. appropiare ſibi omnes cauſas, etiam prohibitas, tu cogita de hoc, quia pendet lis, & ideo non reſoluo.

Decimaquarta cõcluſio noſtri practici eſt, quod ſi ab aliquo iudice ad ſuperiorem appelletur, licet appelletur ab eccleſiaſtico, & timeatur nè iudex à quo, ſpernens authoritatem ſuperioris innouet, ſeu attentet aliquid, † 88 poterit appellans iurisfirmam, ſeu inhibitionem à Iuſt. Arag. obtinere contra iudicem à quo, in viam iuris, ne pẽdente appellatione, & ea nõ finita attẽtet aliquid. quod inter ſeculares clarũ eſt, at contra eccleſiaſticos iudices, videtur aliquibus durum, qui modicam aut nullã harum firmarum notitiam habent, ignari etiam rationum, quibus id fundatur, quod nos examinabimus ſuo proprio loco in cap. 9. vbi latiſsime id diſcutietur.

SVMMA EORVM, quæ in hoc §. 7. continentur.

1 *Solutionem debiti etiam guarentigij, cum inſtrumẽto probans, inhibitionem à curia Iuſtitiæ Aragonum obtinere poterit, & nu. 3.*

2 *Solutionis exceptio omnem obligationem tollit, litisque impedit ingreſſum.*

4 *Exceptio ſolutionis nunquã cenſetur excluſa, etiam ſi ſtatutum generaliter omnes exceptiones tollat, & nu. 7.*

5 *Debitor probans inſtrumentaliter creditorem ſibi in ſimili quantitate liquidè obligatum, & compenſando petat iuris-*

iuris firmam & inhibitionem obtinebit eam, quamuis creditor ei priuilegiate obligatus non ſit.

6 *Compenſatio vera ſolutio dicitur, quod intellige, vt num. 7.*

8 *Compenſatio fit ipſo iure, ſi apponatur inter principalẽ debitorem & creditorem.*

9 *Compenſatio opponi poteſt per debitorem, contra ceßionarium creditoris, limita, vt num. 10.*

11 *Compenſationis ficta ſolutio non operatur effectum in præiuditium tertij.*

12 *Fideiuſſor ſoluens pro principali debitore non liberat eum ipſo iure, ſed ope exceptionis.*

13 *Fideiuſſor qui aliâs eſt debitor principalis debitoris, pro quo fideiußit, ſi ſoluat, non inducit ſoluendo compenſationem ipſo iure, cum ſuo debito.*

14 *Compenſatio ipſo iure vt fiat, neceſſe eſt, vt par ſit conditio creditorum.*

15 *Fideiuſſor curare debet, vt ſi ſoluat cedantur ſibi actiones contra illum pro quo ſoluit.*

16 *Creditoris voluntas expreſſa, vbi intercedit ſponte ſe debitorem conſtituendo, ipſo iure compenſatio fit, & numer. 19.*

17 *Debitor ſoluens creditori creditoris ipſo iure non liberatur, ſed ſibi exceptionẽ parat, niſi creditor ratam habeat ſolutionem.*

18 *Rati habitio fruſtra deſideratur, vbi obligatio ipſo iure ſublata eſt.*

19 *Quando quis debeat declarare animum compenſandi, vt fiat ipſo iure compenſatio.*

20 *Solutio ſemper præſumitur facta in duriorẽ, & antiquiorem cauſam.*

21 *Compenſatio ex tacita voluntate non inducitur, ſed expreſſa neceſſaria eſt.*

22 *Compenſatio in pena, & vſuris ipſo iure fit. Item in maleficijs, vt num. 24.*

23 *Limita, quando tam pena cõmiſſa eſſet.*

25 *Voluntas ſaltim extra iudicialis ad compenſandum requiritur.*

26 *Fideiuſſor qui pro ſuo creditore aliquid ſoluit, vtrum poßit cõpenſare contra ceſſionarios ſui creditoris, vel heredes eius cum diſtinctione reſoluitur, vt nu. 27. & 28.*

Com-

29 *Compenſatio, aut in rem eſt, aut rei coherens, aut in rem ſcripta, & ideo actionem tranſeuntem comittatur.*

30 *Ceſſione facta à creditore poteſt debitor ſoluere niſi ea obſeruentur quæ in l. 3. C. de nouatio. traduntur; compenſare vero non poteſt; vt numer. 31. & ibi ratio diuerſitatis aſſignatur, vſq; ad numer. 32.*

33 *Compenſationi locus non eſt, quando debitum eſt maius, niſi reſiduum offeratur.*

34 *Compenſatio contra ceſſionarium obiici nõ poteſt, quando conſtat cedentem non eſſe ſoluendo.*

35 *Angelus in l. à diuo Pio. §. penult. ff. de re iudicata declaratur.*

36 *Creditor ſecundus poteſt aliqua quo ad ſui commodum, quæ primo non concedebantur.*

37 *Exceptio quæ poteſt opponi cedenti, ex perſona ſua, nõ oberit ceſſionario.*

38 *Executio inſtrumenti, quantumuis priuilegiati, cuius dies neque venit, neque ceſſit per inhibitionem iurisfirmæ impediri poteſt. & num. 44.*

39 *Agens ante diem cum actione careat audiendus non eſt, & num. 40.*

41 *Stipulatio pura interdũ dilationem recepit, & ibi, intellectus l. interdum ff. de verb. obliga. accuratè diſputatur, & num. 43.*

42 *Stipulatio fructuũ, vel eius quod in vtero eſt, habet tacitã conditionem ſi naſcantur.*

45 *Dies incertus conditioni æquiparatur.*

46 *Hereditas aut legatum in diem relictũ ad heredem non tranſmittitur, ſi heres aut legatarius ante diem legati cedentem moriantur, & nu. 50.*

47 *Limita in contractibus, in quibus eam ſpem in heredem tranſmittimus, & vide num. 49. & 57.*

48 *Contrahentes nõ ſolum ſibi, ſed & heredibus conſulunt.*

49 *Legatum relictum Titio cũ heres meus morietur, conditionale eſt.*

51 *Legatum relictum Titio, cũ ipſe Titius morietur, pro puro habetur, & ad heredes tranſmittitur, & nu. 56.*

52 *Dies incertus quantum attinet ad indebiti ſoluti repetitionem, qualiter intelligatur exponitur.*

Mm *Diffe-*

57 *Differentia nulla datur inter contractus, & vltimas voluntates, quo ad indebiti ſoluti repetitionem: contrarium traditur numer. 54. & 55.*

58 *Solutum ante diem in certũ in cõtractibus repeti poteſt, in vltimis vero voluntatibus non, rationem differentiæ videnum. 59.*

60 *Firma iuris conceditur ne in vim inſtrumenti illiquidi, ad captionandum, ſeu executandum debitorem procedatur.*

61 *Inſtrumentum conditionale, ſeu illiquidum, de foro caſum manifeſtum minime inducit.*

62 *Liquidatio inſtrumenti in hoc Regno, cum inſtrumento fieri debet.*

63 *Soluto liquido pro illiquido fideiuſſores offerre ad finem obtinendi inhibitionem an ſufficiat, traditur remiſſiue.*

64 *Negotia plura ſunt, quam vocabula.*

65 *Reges etiam ſe iuuare iuris firmarum inhibitionibus, ſicut & eaſdem obtemperare ſolent.*

66 *Leges in hoc Regno tranſeunt in contractum, ob idque eiſdem Principem alligari certiſsimum eſt, quod intellige non ſolum de honeſtate, verum & de neceſsitate, vt num 67. & 68.*

69 *Durum videri non debet, nec aſperum, legibus iuſtis & ſanctiſsimis ligari: ſed iuſtum & ſanctum.*

70 *Multæ ſunt exceptiones quæ non cenſentur reiectæ per ſtatutum reijciens exceptiones.*

§. 7.

DECIMAQVINta concluſio noſtri practici ſub nu. 17 prebet nobis campum latiſsimum, in materia ſubtiliſsima, & quotidiana, in qua quotidie, inter ſublimes aduocatos diſputari contingit, abſque eo quod pax inter eos facta ſit, nos qua poterimus diſtinctione, & claritate, Deo duce rem tractabimus ad varias queſtiones & firmas, quæ occurrere ſolent in praxi.

Concluſio decimaquinta ab eo tradita eſt, quod vbi firmans probat ſolutionem debiti, †cum inſtruemto, inhibitionem obtinuere poterit à Iuſtitia Aragonum, qua iudices inhibeantur, ne virtute inſtrumenti, etiam guarentigij iam ſoluti, ad captionem perſone firmantis, nec ad executionem bonorum

bonorum ipſius procedat, quia hæc
ſolutionis exceptio, legitime proba-
ta, omnem obligationem, & ciuilem
& naturalem perimit, eſt quæ perem-
ptoria habens etiam vim dilatoriæ. §.
1. inſt. quibus mod. toll. oblig. vbi Fa-
ber. Angel. & alij latius, & ſic etiam
2 tollit actionem, † immo eſt impedi-
tiua litis ingreſſus, litiſque finitæ ex-
ceptionem inducit, pro qua ſenten-
tia facit forus 1. de cenſual. Turoli,
ibi, *ſino que de la dita, &c.* & for. vni.
de la execucion de la carta de enco-
mienda, in quibus cauetur, quod quã-
uis executio cenſualis, & comandæ
ſit omnium priuilegiata, quod debeat
exequi non obſtante quacumque ex-
ceptione, & defenſione, quæ verba
ſunt multum præciſſa, exuberantia,
& arctatiua, vt dicemus in §. 8. adhuc
tamen, ſi ſolutio probetur per inſtru
mentum, vel æquipollens, debet ta-
lis executio (alias rigida) impediri,
ſecundum illos foros, ex quo talis ex-
ceptio habet vim peremptoriæ, & im
pedit litis ingreſſum, & tollit omnem
obligationem, & non ſolum virtute
talis ſolutionis, & apochæ, impe-
dietur executio bonorum, & captio
perſonæ, ſed immo † (quod plus eſt)
3 dabitur inhibitio, ne procedatur ad
manifeſtandum, ſeu ſequeſtrandum
bona mobilia, & apprehendendum
bona ſedentia ipſius obligati, licet de
foro iſta priuilegiata ſint, & non poſ-
ſint impediri exceptione quacum-
que, & defenſione, & ſimiles inhibitio-
nes, & firmas vidi meis temporibus
dari, nullies non ſine aliqua admira-
tione aliquorum practicorum, Ratio
eſt, quia exceptio ſolutionis, nun-
4 quam † cenſetur excluſa, per ſtatu-
tum tollens generaliter omnem ex-
ceptionem, vt cum multis tenet Por-
tol. à num. 178. cum ſequent. dicens,
quod ſolutione in totum annihilatur
inſtrumentum debitorium, & ſic eo
ſublato, non debet in vim illius fieri
manifeſtatio, nec apprehenſio, præſer-
tim, quia per foros nouos Montiſoni an
ni 1585. ex apocha tollitur apprehen-
ſio, ergo fortius impedietur, per regu-
lam, quod multa facta tenent, &c.
quod ſic fuiſſe in concuſſe practica-
tum, & ſeruatum in conſilio Iuſtitiæ
Arago. cum multis exemplis compro
bat Portol. vbi ſup. apud quem vide,
de cuius concluſionis ratione & veri-
tate agemus latius infra §. 8. vbi vide
bis quando apprehenſio, manifeſta-
tio, & ſimiles viæ priuilegiatæ, poſſint
impediri, & quando non, quia ibi par
ticularis locus de his agẽdi, ad ea quæ
hic per noſtrum practicum tradita
ſunt.

Decimaſexta concluſio, vbicumque
debitor, probat inſtrumentaliter, cre-
5 ditorem ſibi in † ſimili quantitate te
neri, & ſic compenſando petat inhi-
bitionem, ne ab illo moleſtetur, debe-
bit dari, licet ipſe ſit obligatus in in-
ſtrumento priuilegiato, creditor au-
tẽ in ſimplici inſtrumento debitorio,
non priuilegiato, veluti capitulorum ma
trimonialiũ & ſimiliũ, nã cõpenſatio,
† vera dicitur ſolutio, igitur ad inſtar
6 illius danda eſt inhibitio, hæc intelli-
ge dummodo debitum, quod com-
penſatur, liquidum ſit, ita tenent Fe-
lin. cap. ſuborta colum. 2. de re iudi.
& in capit. cum Ioannes, num. 52. de
fid. inſtru. ita etiam Abb. in cap. 2. de
ordi. cognit. Auendan. de exeq. lib 1.
cap. 17. numero ſecundo, dummodo
7 tamen iuramentum de ſoluendo † nõ
interuenerit, nam tunc dicit Abb. vbi
ſupra, compenſationem non habere
vim ſolutionis: ſic fuiſſe practicatum
aſſeuerat Portol. numer. 198. vbi la-
tius.

Sed quia vltra per eum tradita, vidi aliquas firmas & inhibitiones, tam quam male conceptas reuocari, ideo libuit apponere hic aliquas regulas, de compenſatione, elicitas à DD. qui exactius materiam declararunt eas ſummando, ſecundum quas facile videbis, an benè procedat compenſatio de iure, an non, vt ſic iurisfirma debeat ſuſtineri.

Compenſatio fit ipſo iure, ſi ap-
8 ponatur intellige inter † creditorem, & debitorem principales, l. ſi conſtat C. eod. ſic Vincentius Franchis. deciſ. 53. num. 10. ſecus ſi apponatur contra tertium Franc. vbi ſup.

An compenſatio poſsit per debitorem opponi contra ceſsionarium
9 creditoris, † dic quod ſic, ex allegat per Dyn. in regul. is qui in ius ſuccedit alterius, in fine, Guido Papæ, queſtione 567. vbi alios allegat per Tyndar. in tractat. de compenſat. artic. ſeptimo, numer. quarto in volumine tractatuum, vbi hanc dicit communem opinionem, ſic fuit iudicatum in proceſſu Petri Vazquez, ſuper iurisfirma, die vigeſimo Nouembris, milleſimo quingenteſimo nonageſimo ſexto, in curia Iuſtitię Aragonũ, Sed Paulus Caſtrenſ tenet cõtra communem in l. 4. C. de compẽſa. & certe magis placet eius opinio, Verum hæc communis opinio limitatur, non
10 procedere † quando ceſsionarius prius petijſſet, & antequam per debitorem opponeretur compenſatio, nam per talem petitionem, ante allegatam cõpenſationem, cauſatur mala fides ipſi debitori, qui ſicut ſi eſſet ei denunciatum pro parte creditoris ceſsionarij, ne ſolueret cedenti, vel alteri, exiſtente ipſo creditore, male ſoluiſſet, iuxta l. 3. C. de nouatio. & l. nomen eod. Ita etiam facere non poſſet, compenſando in prçiudicium aliorum credi-
11 torum, qui prius petierant, & quia ficta ſolutio compenſationis, † non debet operari in prçiudicium tertij, ſic fuit iudicatum in Senatu Neapolitan. vt dicit Vincent. de Franch. deciſ. 53. numero decimo, vbi pulchrè, pro qua opinione facit Theſaur. deciſione 221. numero primo, ibi: *Cum debitor habeat ſcientiam debiti, ita vt non requiratur denuntiatio, &c.* Verum contra hoc fuit facta declaratio per omnes, me dempto, in curia Iuſtitiæ Aragon. menſe Auguſti, milleſimo quingenteſimo nonageſimo ſeptimo, in ſupra dicto proceſſu.

DE FIDEIVSSORE ſoluente, pro principali debitore ſimulque creditore ſuo.

FIDEIVSSOR ſoluens pro
12 principali debitore, non liberat † eum, ſcilicet debitorem ab obligatione ipſo iure, ſolum ei exceptionem acquirit, l. Stichum §. ſi mandato ff. de ſolut. gloſ. communis in l. cum alter C. de fideiuſſoribus, ſolum ſe ipſum liberat ipſo iure fideiuſſor, ſoluendo pro debitore principali. Lader Immolen. conſil. 166. Ex hoc ſequitur quod ſi hic fideiuſſor, eſſet aliàs debitor principalis † debitoris, pro quo fideiuſsit, & ſoluit, non induceret ſoluendo compenſationẽ ipſo iure cum ſuo debito, ratio eſt, nã ſi nõ liberauit debitorem principalem ipſo iure,

iure, ſed tantum ope exceptionis, ſe-
quitur vt nec ſoluens dicatur indu-
xiſſe compeſationem ipſo iure, ſeu
ſe liberaſſe ipſo iure, ne plus ipſe ha-
beat, quam dedit, non enim conue-
nit, vt fideiuſſor ſe liberet ipſo iure,
niſi & eum cuius cauſa ſoluit libera-
uerit, vt enim compenſatio † ipſo iu-
14 re fiat, neceſſe eſt vt par ſit conditio
creditorum, vt ex æquo liberentur,
curare ergo fideiuſſor debet dum
15 ſoluit, vt ſibi actiones cedantur † con
tra illum, pro quo ſoluit, quibus con-
tra eũ poſsit agere, vel ſi ipſe conuen-
tus fuiſſet, obijcere compenſatio-
nem, immo ſi quis ſoluit pro alio,
non perimit ipſo iure actionem, ei, ſci-
licet pro quo ſoluit, competentem,
contra ſe, ideſt ſoluentem, ſed ad
huc conuenitur, l. quoniam cum ſe-
quentibus C. de compenſatio, eſt ra-
tio, quia non interuenit conſenſus
creditoris, qui forte potuiſſet oppo-
nere, quod debitum ſolutum, nõ erat
tale, quod impediret exactionem, &
compenſari poſſet, Socinus conſi. 65.
numero ſexto, in quarto: etiamſi, quã-
do creditor ex conſenſu ſuo fit debi-
toris ſui debitor, ipſo iure fieri com-
penſationem admittamus, id ea ra-
tione fieri poſſet, † quod expreſſa
16 interuenit eius voluntas, ſponte ſe
debitorem conſtituentis, At vero,
quod ipſo iure fiat compenſatio, quo-
tiens debitor inſcio creditore ſoluit
alteri, & abſurdum eſt, & numquã
viſum, debitor enim ſoluens credi-
tori creditoris, † non liberat ſe ipſo
17 iure, ſed ſibi parit exceptionem, ni-
ſi ſuus creditor habeat ratam ſolu-
tionem, l. ſi opera, vbi gloſ. de exce-
ptio. Socinus vbi ſupra. Si ergo ſe non
liberat, quomodo poteſt induci com
penſatio ipſo iure, nam ſi ob acqui-
ſitam compenſationis exceptionem,
eſſet obligatio ſoluta ipſo iure, fru-
18 ſtra DD. exigerent † rati habitio-
nem, vnde quando quis ſoluit pro
alio, licet ſoluat tamquam fideiuſſor,
cum non ex hoc dicatur contrahere
cum eo, pro quo ſoluit, ſed ſolum ſol-
uat eius creditori, eo animo, vt non
illum, ſed ſe ſolum liberet, impoſsi-
bile eſt, quod hinc ipſo iure obliga-
tio qua tenebatur ſub lata ſit, ſed ſo-
lum poterit contra illum pro quo ſol-
uit, exceptionem compenſationis op
ponere, Immo licet eſſet in caſu quã-
do creditor volens fit debitor ſui de-
bitoris, quo caſu † dici ſolet, fieri
19 compenſationem ipſo iure, ad huc
hoc caſu non inducitur compenſatio,
ex eo quod quis fiat debitor ſui de-
bitoris, donec ipſe declaret, in quam
cauſam velit compenſare, ſecundum
Immolam in l. 1. ff. de ſolutio. licet in
ſolutione ſecus ſit, nam ſi reperiatur
quem ſoluiſſe, præſumitur ſolutum
20 † ob cauſam antiquiorem, & gra-
uiorem, ſecundum Immolam, quem
ſequuntur Alexand. conſil. 85. in ter-
tio, & 196. in ſeptimo. Soci. conſi. 17.
numero ſeptimo in tertio, Decius 308
Lader. Immol. vbi ſupra, ergo quod
fideiuſſor vel alius, qui pro alio (alias
creditore) ſoluit non fit liberatus ip-
ſo iure, ſed ius compenſandi ſibi quę
21 ſiuit. neque enim † ex tacita volun-
tate inducitur compenſatio, ſed tan-
tum ex expreſſa, quando ſcilicet eli- 22
git debitor, in quam cauſam velit
compenſare, Alexand. vbi ſupra l.
Labeo, ff. de compenſat. & quod le-
gi ſolet in iure, compenſationem fie-
ri ipſo iure, l. poſtea quam de com-
penſatio. l. ſi conſtat l. fin C. eod. id
intelligi debet, ſi opponatur facto
hominis; vel ſaltim ad notitiam
iudicis deducatur, ſi quis in iu-
dicio velit compenſare, vbi

enim quis hæc fecerit, tunc ius ipſum
compenſat, & dicitur fieri compenſa-
tio ipſo iure, & eſt cõmunis opinio per
DD. in §. in bonę fidei, vbi Iaſſon nu-
mer. 77. Zaſi. 7. de actio. Bart. in l.
verum de compenſatio; ſubſiſtit ita-
que debitum, licet exceptio opponi
poſsit, donec opponatur.

Eſt verum, quod in aliquibus caſi-
22 bus fit compenſatio ipſo iure; vt † in
pęna, & vſuris. Anchar. conſ. 5. omnes
in d. l. ſi conſtat, vbi tamen Caſtrenſ.
declarat, etiam hoc caſu non tolli ip-
ſo iure ſubſtantiam obligationis, qui
videndus eſt; ſed hoc fallit, quando iã
23 pœna † eſt cõmiſſa. Alexan. conſ. 196.
fit etiam in maleficijs † l. ſi ambo de
24 compenſat. Bald. & Salicet. in d. l. ſi
conſtat, idem ſi quis ſuccedat ſuo cre-
ditori, fit compenſatio ipſo iure, ſed
potius eſt extinctio debiti, quã com-
penſatio, Alexan. conſ. 149. n. 2. in l.
Vraniusde fideiuſſoribus, niſi ad ſit in
uentarium.

Oportet ergo vt fideiuſſor, vel alius
qui pro alio (aliàs creditore ſuo) ſol-
25 uit, declaret ſaltim † extra iudicium,
ſe velle compenſare, ſecundum Bart.
in d. l. verum, quod ſi non fecerit, non
poterit præſumi compenſatio ipſo
iure, ſed poterit de nouo eam ponere,
contra ſuum creditorem, pro quo ſol
uit tamquam fideſſor, vel aliàs.

26 Sed quid ſi ille qui pro ſuo credito
re aliquid ſoluit, tamquam eius fide-
iuſſor, vel aliàs, an poſsit cõpenſare cõ
tra ceſsionarios ſui creditoris, vel hæ-
redes ceſsionarij, ſicut contra ceden-
tem poſset compẽſare, qua in re opor
tet diſtinguere ex communi opinio-
ne, ſecundum allegata per Lader. Im-
mol. cõſ. 154. n. 7. Alexa. in l. ſi quis
27 in rẽ de procurat. Guido Papę queſt.
567. nam quoties tempore † ceſsionis,
vel obligationis nominis, (quia hæc à
pari procedunt ſecundum Bald. & cæ
teros in l. 4. C. quę res pignori oblig.)
nondum eſt nata compenſatio, & eius
cauſa, licet debitor poſtea comparet
ſibi exceptionem huiuſmodi, eam nõ
poteſt obijcere contra ceſsionarium,
vel eum cui nomen eſt obligatum, ſe-
cum Angel. in l. ſi quis in rem, vbi
concludit, ideo compenſationem à de
bitore opponi contra ceſsionarium,
quia actio iam erat affecta, vide An-
gel. conſ. 259. quando ceſſa eſt, & in-
terminis eſt deciſ. Fulgoſ. in d. l. quo-
niam C. de compenſationibus, & ſic
28 tranſit actio cum ſua cauſa, & in ceſ-
ſionarium opponitur: Si vero † poſt
ceſsionem nata ſit, tunc non poteſt
opponi contra ceſsionarium, hanc di-
ſtinctionem ſequitur Fulgoſi. in l. in
rem de compen. & in d. l. quoniam,
dicit eſſe ex mente Doctorum in l.
eius C. eod. Theſaur. deciſ. 221. & eſt
vera, quia omnes, qui eam ſentẽtiam
ſequuntur dant rationem, quia com-
29 penſatio, vel in rem eſt, vel rei cohæ-
ret, † vel eſt in rem ſcripta, & ideo
actionem tranſeuntem comitatur, at
ſi nondum nata eſt, non poteſt ſequi,
& ſecundum hęc, declaratur Bald. cu
ius lectura eſt corrupta, in l. & cohe-
redi §. nos autem in fine de pact. & ſic
debet emendari, niſi forte poſtquam
eſt oppoſita, apparet quod tempore
ceſsionis non cohęrebat rei, ſed fecit
actio liberum tranſitum, ita Theſaur.
deciſ. 221.

Nec obſtat ſi dicas, contra iſta,
30 quod ſicut facta ceſsione † poteſt de-
bitor ſoluere, niſi ea obſeruarit, de
quibus in d. l. 3. & tamen videtur va-
lere argumentum, vt qui poteſt ſol-
uere, poteſt etiam compenſare, nam
reſpondeo, quod facultas ſoluendi, na
ta eſt tempore quo ceditur, & ob id
eſt imputandum, ei qui non denun-
ciat debitori, ſecundum ea de quibus

in

Digitized by Google

31 in d. l. 3. at in † compenſatione non poteſt is diuinare, an ex alia cauſa ſit poſtea contracturus obligationem, & ſatiſ eſt vt non minuatur ius quęſitū debitori, vt poſsit ſoluere ſe liberando, nouam autem non debet ſibi comparare obligationem, in preiuditium ceſsionarij, qui liberam quæſiuit actionem, & qui ſicut poteſt impedire ſolutionem primo creditori, ita & cō penſationem; quando contra ſe proponetur, at contra ipſum primum creditorem, iure ipſo prohibita videtur.

Et ſi ceſsionarius nuntiauit † ceſ-
32 ſionem debitori, videtur quod non poterit debitor compenſare, & quod ſic l. 3. C. de nouat. l. 4. C. quæ res pignori, procedant etiam in cōpenſatione, Angel. cōſ. 221. vide ſupra in principio, & ſentit Lader. numer. 8. in fin. & ſic litis conteſtatione, vel denuntiatione &c. aufertur debitori compenſatio, ſi ſemel fuerit exactus, per ſecundum creditorem, vt ſolueret, & non opponit ante conteſtationem cō penſationem Bald. in d. §. nos autem dicta l. & cohæredi in fin. de pact. Angel. vbi ſupra. Salicet. l. 1. num. 21. C. de actio. & obliga. & denuntiatio habet vim prohibitionis, qui enim dicit ſe non debere, nō vult cōpenſare, nam qui compenſat dicit ſe debitorem, Bald. in l. qui inuicem de condit. inde.

Neque habet locum compenſatio,
33 quando creditum contra, quod compenſatur eſt maius, niſi offeratur reſiduum, Immol. in l. 1. in fin. princ. de ſolut. & idem erit reſpectu ceſsionarij quod de cedente.

Neque obijci poteſt compenſatio,
34 contra ceſsionarium, quando conſtat cedentem non eſſe ſoluendo, quo caſu ſola ſcientia ſufficit, ſine denuntiatione, Pariſ. conſ. 19. numero 63. in tertio.

35 Nec his obſtat Angel. in l. à diuo, §. penultim. † de re iudicata, quod creditor non habet plus iuris in exigendo à debitore ſui debitoris, quam haberet primus debitor, creditor debitoris ſui, nam dico, etiam verum eſſe, vt debitor non habeat plus iuris in diſſoluenda obligatione primi creditoris (id eſt ceſsionarij, vt ego puto) quam ipſe primus debitor haberet, ſed ſi poſt ceſſam obligationem, non poteſt immutare debitum, aut nouā inire pactionem in pręiuditium ceſſionarij, ergo nec ſecundus debitor poterit extinguere, inuito creditore, cui obligauit nomina iure debiti ex Fulgoſio in d. l. quoniam, vt ſupra dixi.

Dico ſecundo, quod ſecundus cre-
36 ditor † poteſt aliqua, quo ad commodum ſuum, quæ non concedebantur primo nam poteſt inhibere compenſationem, vel ſolutionem debitori debitoris, quod non permittitur primo creditori, Angel. d. conſil. 259. poteſt etiam litem conteſtando auferre debitori beneficium compēſandi, Bart. in d. §. nos autem, quod non licet primo creditori, contra quem etiam in cauſa appellationis, & excuſsionis apponeretur compenſatio, Abb. cap. ſub orta, vbi Feli. de re iudicata, Alex. cōſ. 93. & duobus ſequentibus, ſic & ex-
37 ceptio, quę poteſt † opponi cedenti, ex perſona ſua, non oberit ceſsionario, Rom. conſ. 87. nu. 3. ratio horum eſt, quia ei, ideſt ſecundo debitori permittendum eſt id omne, quod faciliorem ei præbeat viam in recuperatione eius, quod debetur in præiudicium cedentis, vel obligantis, non autem, vt aliquo modo lędat ius alterius.

Concluſio decimaſeptima, per noſtrā practicum tradita, à ſuperioribus

etiam regulis dependet, nam ſi inſtrumenti, quantumuis priuilegiati, dies
38 nō † venerit, & addetu, (quod a fortiori erit,) ſi non ceſſerit, iuſtiſsimum erit dari inhibitionem, & firmam debitori, ne ante diem ſolutioni præfixum, contra eum agatur, nec moleſtetur, ſi quidem ante diē agens, au-
39 diendus † non eſt, cum actione careat, vulgat. l. cedere diem de verb. ſign. Bald. in l. exceptionem. num. 9. & 10. C. de probat. Afflict. deciſ. 279 num. 3. vbi omnino vide, & idem eſt dicendum, quando debitum eſt conditionale, quo caſu dies nec venit, nec ceſsit, & minus agere poteſt creditor, in quo tāquam in re notiſsimis principijs cognita, immorari, eſſet dedecus; conditione autem ad impleta, & verificata, & aduento die, agi pote-
40 rit † & verificatio hæc fieri, ſecundū practicum, poterit, tam coram iudice prouidente firmam, quam etiā ex equente, nam cū firma ſit ne non verificatis conditionibus procedatur, poterit agi, & procedi illis verificatis.

Hęc clara ſūt, ſed nō ſicerit in cognoſcēdo, & diſcernēdo in multis caſibus, an dies venerit, & an etiam dies obligationi inſit, ſiue à lege, ſiue ab homine, ad effectum agendi vel non agendi quod ſolet cauſidicantes nouos turbare, ideo vltra deciſ. Afflict. que omnino videnda eſt, nota ſequentes regulas in materia hac. & primo nota. tex. in l. interdum pura de verb. obligat. qui dicit, quod inter-
41 dum pura † ſtipulatio dilationem recipit. Circa hunc tex mirabilem, eſt inſiſtendum, & oportet ſcire, quod ibi agitur de die tacita, à lege ſub intellecta, in duobus caſibus, primo ratione rei, quæ inſtipulationem deducitur, veluti quæ non ſit in rerum natura, ſed ſperetur, vt ſi ſtipulor futuros fructus, vel id quod in vtero eſt, & hoc caſu intelligitur dies, & tacita † conditio ſi naſcantur fructus, & id quod in vtero eſt, ſecundū Deciū in regual in omnibus de reg. iur. n. 1. verſ. ſecūdo, & vt in d. l. interdum pura, & hoc caſu ante diem non eſt orta, nec obligatio, nec actio, quia incertum eſt debitum iri, & ſubintelligitur conditio ſupra dicta, ita Decius vbi ſupra numer. 8. in fin. vbi dicit, quod præſenti die non debetur, & num. 9. verſ. Iaſſon tamen, & verſ. non obſtat, vbi aſsignat differentiam, inter diem ſub intellectū ratione rei, & diē ſub intellectū ratione loci, vt primo caſu nec actio, nec obligatio nata ſit ante diem, ſecundo caſu obligatio, non vero actio, & eodem modo dic in l. 1. in fin. de condi. & demonſt. & vbicumque pactus, & fructus naſcituri promituntur.

42 Secundo tacitè ineſt dies ratione loci, † vt in d. l. interdum, veluti promitto tibi facere inſulam in tali loco, veluti Romæ, cū ſimus Paduæ, certe hic propter diſtantiam loci, ineſt dies, quo illuc perueniri poſsit ad faciendam inſulam, ſecundum Deciū vbi ſupra in prin. & in hoc caſu, dicit Bart. in d. l. interdum, quod obligatio ſtatim nata eſt, ſed non actio, per d. l. interdum, quicquid velit glo. & hæc opinio comuniter tenetur ab omnibus, & probatur apertius in l. ſi ita ſtipulatus eſſem abs te de verb. oblig. vbi dicitur quod ſi promittis mihi facere inſulam in tali loco, quod non poſſum agere ex ea cauſa, antequam prętereat tempus, quo inſula edificari poſsit, ſi ergo non licet agere, ergo actio orta nondum eſt ante diem ſub intellectam, Iaſſon tamen ibi dicit, quod non ſolum actio non ſit nata; verum etiam nec obligatio, cui reſpondet Decius vbi ſupra verb. Iaſſon tamē, qui Iaſſon in

h

Digitized by Google

hoc reprobatur, modo ſic, ſiue actio, & obligatio, ſiue ſola actio orta non ſit, in his caſibus † iuſtum eſt dari in
44 hibitionem, & firmam, ne ante diem illum moleſtetur reus, cum nulla maior exceptio iſta, ante diem agis. Ante conditionem purificatam agis.

Et quia in hoc de effectu ſuſpẽſiuo diei certi, & in certi, vidi aliquando dubitari, an abſolutè æquiparetur conditioni, tam quo ad effectum agendi, quam tranſmitendi ad heredes, opor-
45 tet ſcire. Quod dies in certus † æquiparatur conditioni, ita omnes per l. dies in certus ff. de condi. & demo. ſed eſt conſiderandum in hoc, nam quandoque dies eſt omnino incertus, an, & & quando, vt dies nuptiarum, & hoc caſu æquiparatur omnino conditioni in vltimis voluntatibus l. vnica. §. ſin autem aliquid C. de cadu. toll. toto titul. de condi. & dem. & etiam in contractibus. l. ſtipulatio iſta. §. inter certam de verb. oblig. gloſ. ſub incerta verb. vel die, in l. ſub conditione debitum, ff. de condict. indebit, Bart. in l. ita ſtipulatus 2. q. numer 41. de verb. oblig. & in hoc die omnino incerto, nota quod in vltimis voluntatibus veluti legatis, hereditatibus, & alijs relictis ad diem omnino incertum, ſi ille cui relinquitur decedat ante diei euen-
46 tum, † non tranſmitit ad heredem ſuum illud legatũ, vel hereditatem, l. vnic. §. ſin autem C. de cadu. toll. Si vero ſimus in contractibus, bene tranſ-
47 mittit † ſpem illam debitum iri §. ex conditionali inſtit. de verb. oblig. gloſ. in l. dies incertus, ff. de cond. & demonſt. gloſ. fin. in l ſub conditione, ff. de cond. indeb. rationem differentiæ aſſignant ibi DD. nam in ſtipulatione ſeu contractu, interuenit factum ſtipulantis, & contrahentis, volentis
48 ſibi proſpicere & ſuo heredi, † argumẽto l. ſi pactum ff. de probat. quod non eſt in legatario, & herede conditionali, quorum nullum factum interuenit, gloſ. in d. §. ex cõditionali, quæ vera eſt ſecundum Ioannem Fabrum ibi, & videtur magis communis, quicquid aliqui inſtituiſſe teneant, de quo per Bald. & DD. in l. ſi vxor. C. de condi. inſert, per DD. in l. ſi decem cum petiero. ff. de verb. obliga. vide Abb. conſi. 85. volum. 1. & idem dicẽdum eſt de conditione, quia dies omnino incertus, & conditio, æquiparantur, & ſic idem erit in vtroque caſu, dictis iuribus.

Aliquando vero dies non eſt omnino in certus, ſed potius certus an, incertus vero quando, vt dies mortis (qui in contractibus non facit conditionem, ſed in vltimis voluntatibus ſic, vt infra dicam) quo caſu in con-
49 tractibus idem † dicendum eſt vt ſupra, nam ſi in die omnino incerto, & conditione, ſpes illa debitum iri ad heredes tranſmittitur, multo magis hic, vbi eſt maior certitudo, quam in die omnino incerto, & conditione, ſi vero ſimus in legatis, & vltimis voluntatibus, tunc longa differentia eſt, an dies mortis referatur ad legatarium, an vero ad heredem, ſi ad heredem, velutti
50 lego Titio decem, cum heres meus † morietur, iſto caſu legatum conditionale eſt, quia incertum diem habet, licet enim certum ſit heredẽ moriturum, non tamen eſt certum moriturũ eſſe, viuo legatario, & quod ſic legatum cedat viuo legatario, poteſt enim prius mori legatarius, & hoc caſu ſimiliter æquiparatur conditioni, & le-
51 gatarius ſi moritur ante diem, † non tranſmittit ad heredem ſuum illud legatum, l. vnic §. ſin autem aliquid C. de cad. toll. l. 4. ff. quando dies leg. ced. l. 1. in principio, l. dies incertus. l. heres meus 2. reſponſ. ff. de cond. & demo.

Si ve-

Si vero dies mortis referatur ad legatarium, & illum qui lucrum expectat, tunc legatum habetur pro puro, quo ad tranſmiſsionem, nam licet videatur conditionale, propter diem incertum mortis, tamen quia illa conditio non poteſt non exiſtere, imo potius neceſſario eſt extitura, viuo legatario, quia viuendo moritur, (mortuus autem non moritur) ideo
51 tale legatum habetur † pro puro quo ad tranſmiſsionem, tranſmitit enim legatarius illud legatum ad herede ſuum, quia ceſsit dies legati eo viuo, nam quam primum incipit mori cepit cedere dies legati, l. 4. & ibi glo. ff. quando dies leg. ced. l. heres meus in principio, & ibi glo. purum, l. dies & ibi glo. fin. ibi *ſecus ſi dicat cum morietur legatarius* de cond. & demonſt. verum tamen ante diem mortis non erit obligatio, nec actio, glo. in l. in omnibus obligationibus, vbi Decius de regulis iur. Bart. in l. ita ſtipulatus numer. 41. de verb. obligationibus.

Dies vero incertus, quantum attinet ad indebiti ſoluti repetitionem
52 † ſic debet accipi, ſecundum Iaſſon, in l. ſub conditione de cond. in deb. circa. fin. nam aut dies eſt omnino incertus, an, & quando, vt dies nuptiarum, vel quando imperator veniet in Hiſpaniam, & tunc talis dies incertus equiparatur conditioni, & ſtante diem ſoluo, poſſum repetere, pendente die in certo, ſecus eo exiſtente, d. l. ſub conditione. ff de cond. indebi. verſiculo, quod etiam ſub incerta die, &c. ſecundum comunem intellectum, vt intelligatur de die omnino incerta, an, & quando, ſecundum Iaſſon, ibi & in glo. ſub incertã verſ. vel dic vbi approbat hunc intellectum, ratio eſt quia cum dies incertus poſsit deficere, & per cõſequẽs numquã cedere ideo eſt locus repetitioni, & nulla in hoc caſu eſt diferẽtia
53 inter † contractus, & vltimas voluntates, ſeu legata, ex eo, quia in vtriſque poteſt dies nõ exiſtere, & licet in contractibus ſpes illa debitum iri, poſſit ad heredes tranſmitti. §. ex conditionali inſt. de verb. oblig. (non vero in vltimis voluntatibus d. l. vni. §. ſin autem aliquid C. de cadu. toll.) illud tamen eſt, quo ad tranſmittendum illud ius conditionale, cum ſua qualitate, quod poſsit reſolui, & expirare, nam in contractibus poteſt dies deficere, & ſic numquã cedere, licet illa ſpes ad hæredes tranſmitatur vt dixi.

Si vero dies eſt incertus, quando, certus vero an, vt dies mortis, tunc ſi ſoluo medio tempore, an poſsim repe
54 tere † diferentia eſt inter contractus & vltimas voluntates quia in contractibus certum eſt, omni caſu debitum iri, quia cum ſpes illa debitum iri, ad hæredem tranſmittatur vt ſupra, & dies mortis ſit certus, certum eſt debitum iri, ſi non in vita creditoris, ſaltim in vita ſui hæredis, & ideo ſolutum pendente die incerto, non repetitur, & hoc vult in effectu gloſſ. exiſtente.

55 Secus eſt in vltimis † voluntatibus, quia poſſet deſſicere dies, nam cũ in vltimis voluntatibus ſpes illa debitum iri, non tranſmitatur ad hæredes, vt ſupra, debet dies cedere, ſeu exiſtere viuo legatario, alias ſi prius moriatur legatarius, quam dies mortis euenerit, non dicitur cedere dies legati, & ſic legatum tanquam conditionale & ſub cõditione, non exiſtẽte viuo legatario expirat, & hoc vult in effectu dicere tota illa glo. exiſtente in d. l. ſub conditione dum dicit *ſecus in legatis in quibus dies incertus habetur pro conditione*, iuribus allegat.

ex eo

ex eo, quia legatum ſub in certo die
relictum, non tranſmititur quo ad ſpẽ
debitum iri, quod eſt dicere, in lega-
tis dies incertus habetur pro condi-
tione, ex eo quia poteſt deficere dies
incertus; hoc autem non videtur in-
telligi debere, quando dies incertus
refertur ad legatarium, vel alium, qui
56 lucrum expectat. † nam tunc quo ad
tranſmiſsionem habetur pro puro, li-
cet non quo ad actionem, & obliga-
tionem vt ſupra verſi. ſi vero dies mor
tis, & per conſequens videtur, ꝙ tunc
non ſit locus repetitioni ſoluti, penden-
te die incerto; ſed debet intelligi, quã
do dies incertus refertur ad heredẽ,
vel alium, qui lucrum non expectat,
vt ſi legantur Titio decem, cum he-
res, vel alius morietur, quo caſu cum
ſpes non tranſmittatur, & poſsit defi-
cere dies, debet dies cedere viuo here
de, aliàs ſi prius moriatur legatarius,
non dicitur cedere, & expirat lega-
tum, tanquam conditionale, non exi-
ſtente conditione.

In contractibus vero dies incertus
57 † non habetur pro conditione, ex eo
quia ſpes illa debitum iri transfertur
ad heredem, quod eſt dicere, dies in
certus non habetur pro conditione,
quia non poteſt non exiſtere, hoc eſt,
certum eſt omni caſu debitum iri, vt
ſupra dixi, & ideo quo ad diem incer-
tum quando, certum vero an, vt dies
mortis, ſi queratur an ſolutum ante
diem incertum poſsit cõdictione inde
58 biti repeti, † eſt longa differentia in-
ter contractus, & vltimas voluntates,
vt primo caſu non ſit locus repetitio-
ni, l. nam etſi cum moriar cum gloſ.
in verbo repetere Iaſſon vbi ſupra.

Secundo vero caſu ſit locus repeti-
tioni ſecundum gloſ. exiſtente, in d. l.
ſub conditione, Iaſſ. vbi ſup. hoc tamẽ
eo modo quo ſupra declaraui, & ſic
illa regula quę communiter traditur,
ſcilicet dies incertus quando, certus
an, vt dies mortis, conditionem facit,
eſt intelligenda in teſtamento, & vlti-
ma voluntate, vt ſupra declaraui, l.
dies incertus & ibi gloſ. ff. de cond. &
demonſt. d. gloſ. exiſtente. Secus vero
59 in † contractibus, quia in eis non facit
conditionem dies incertus, propter
rationem de qua ſupra, quia in con-
tractibus circa diem incertum quan-
do, certum vero an, celebratis, omni
caſu certum eſt debitum iri, ex quo
iſta ſpes debitum iri tranſmittitur ad
heredes, gloſ. in d. l. dies in certus d.
gloſ. exiſtente §. ex conditionali vbi
ſupra, quod ſecus eſt in vltimis volun
tatibus eo modo, quo ſupra declara-
ui, d. l. vni. §. ſin autem aliquid C. de
cadu. toll.

Et ne formulę, & regulę obtinendi
ſimiles inhibitiones, & ſuperſedimen
ta reſtringãtur, idem dic ſi peteretur
60 firma, ne in vim † inſtrumenti illi qui
di procedatur ad captionandum, ſeu
executãdum debitorem, quoniam ta-
lis firma concedi debet, nec captio, &
executio concedi debet, vt cum mul-
tis reſoluit noſter practicus. verb. fir-
ma, num. 203. vide Canar. de exequu-
tio inſtrum. q. 14. num. 32. cum ſequen
tibus, Couar. lib. 2. var. cap. 11. num. 1.
vbi latiſsime habes, inſtrumnentum
enim debet eſſe liquidum, id eſt non
conditionale, non in diem, & non re-
quirens aliquod adimplementum, ꝙ
per teſtes veniat probandum, vt in
vim illius executoria, captionaria, &
61 pignoratio detur, † nam non inducit
alias caſum manifeſtum de foro, ſine
quo non datur executio, obſ. differen-
tia eſt, de rerum teſtatione. Moli, ver.
liquidatio, verſi. litera pignoratitia,
verb. pignoratio, dixi latius ſupra ca-
pit. 2. §. 3. vbi latius, & vide Bardaxi
de citatio, & monitionibus vbi multũ
bene de hoc paſſu. Et licet duos mo-
dos

dos practicos liquidandi, tradat Canarius vbi ſupra, tamen in Regno de mente fororum, & obſeruantiarum,
62 liquidatio debet fieri † per iſtrumentum parte non citata, vt in 2. cap. dixi late, ad effectum obtinendi executionem, & pignorationem, aliàs non ſufficiet per teſtes liquidare, vt ibi dixi. Et an ſufficiat ad finem eas obti-
63 nendi ſoluto † liquido, pro illiquido fideiuſſores oferre, ſerua de hoc diſtinctionem, quam tradidi in deciſionibus Curiæ Iuſtitiæ Aragonum vbi latè de his.

Nec poſſunt omnes caſus recenſeri, qui in vim exceptionū, & iurisfir-
64 marū poſſunt inhiberi, cū plura ſint gotia, quam † vocabula, ſed debent vel ſecundum ſuperiora regulari, vel dum caſus euenerit, erit recurrēdum ad materiam exceptionum, & vbi caſus tibi occurrēs, habeat proſe exceptionem aliquam claram, & certam, ſiue ſit peremptoria, ſiue dilatoria, debebis iuxta illius naturam inhibitionem iurisfirmę petere, eam intra exceptionis limites coarctādo, aliàs non obtinebis eam: & iſto modo te poteris cautelare hac via, non minus iuſta, quā neceſſaria, vt ab initio naſ-
65 centis Regni videmus practicatum, & quod plus eſt, ipſos dominos † Reges vidimus, & legimus his inhibitionibus & iurisfirmis ſe iuuaſſe, ſicut & eis obtemperare, propter ſuam clementiā experimur quotidie. Neque hoc alicui mirum & durum videatur, Principem videlicet abſolutum, velle his legibus agendo, & defendendo li-
66 gari, quia vltra quod in hoc regno leges † tranſeunt in contractum, ac ſi per viam pactionis fierent a domino Rege & Regno, vt ſupra latè & per cōſequens inde eſt principem ipſum eis de neceſsitate ligari, Decius & alij in cap. 1. de probat. Ripa in Rubr. numer. 12. de conſtitu. Gomez de contract. c. 1. declaratur ab Exea in c. 1.
67 de cōſtitu. n. 119. ad huc tamē licet de ſola † honeſtate ligarētur, ſimiliter iſta honeſtas non minus ligaret principē, quam neceſsitas imperans, vnde licet neceſsitate imperante nō ligetur, quia nemo ei poteſt imperare, de neceſsitate vero honeſtatis ligatur, quia princeps eſt ſubiectus Deo, qui honeſta ſeruanda præcipit, & ſic non minus lex honeſtatis obligat principem, quam lex præcepti, ſecundum Ripam vbi ſupra. num. 16, nam duplex per Bartolū in l. imperium. colum. 2. ff. de iu-
68 riſdict. conſideratur neceſsitas, quædam quæ pricìſſe † imperat, & hac neceſsitātur ſubditi a ſuperioribus, quedam vero eſt honeſtatis neceſsitas, & hac neceſsitatur princeps l. digna vox C. de legibus, licet enim non ſit qui audeat dicere principi cur ita facis ſecundum Baldum in præludijs feudorum, tamen Deo ſubijcitur, qui vt dixi honeſta ſeruanda præcipit omnibus, & præſertim Papa neceſsitatur hac honeſtatis neceſsitate, nā ſi vult in terris vices gerere Chriſti, verè & non nudo nomine, debet eius veſtigia ſequi, qui lege honeſtatis non aberrauit, nec potuit ab errare, cum omne inhoneſtum ſit deo impoſsibile, & debet princeps aduertere, eo minus ſibi eſſe licentię, quo plus poteſtatis habet, ita Ripa in Rubr. de conſtitu. nu. 16. ſi ergo princeps in Regno his remedijs vtitur, ſua clementia ductus, & ea lege noſtri vixerunt in tanta pace, non debet videri durum, non aſperum, † ſed ſuaue, & iuſtum, ligare, & ligari his prudentiſsimis, & ſanctiſsimis legibus, & ſi aliquando iudices negotiorum mole inuoluti, facilius debito aliquas iurisfirmas concedant, non ob id illarum iuſtitię & meri-

& meritis in genere detrahendum eſt aliquid, cum res ſemper integra ſit partibus ad docendum de errore, iudicibus ad reparandum, quod de lege ſapientię emanat, nam vt inquit Cicero philipica 12. *quid autem integrũ non eſt ſapienti, quod reſtitui poteſt?* Redeundo ad materiam, vt vnuſquiſque ad caſum ſibi occurrentem poſſit hanc inhibitionem petere, & adaptare, recurret ad DD. de exceptionibus loquentes, vnde eam exceptionem, quæ ſibi vtilis ſit, notet ac deſſummat, ad cuius limites ſibi iuriſfirmam concipiat. Benedictus de Barzis, de libellis guarentigijs, Anton. à Canario, de executione inſtrumentorum congerunt in forma varias exceptiones impedientes has, & ſimiles executiones priuilegiatas, de quibus agimus, Philipus Fran. in cap. 1. de litis conteſtatione, 43. exceptiones peremptorias tradit impeditiuas litis ingreſſus, & conteſtationis illius, quæ non ſolum litem impediunt, verum etiam negotium perimunt. Decius & Felin. in cap. ex parte ſecunda, de officio deleg. multas etiam recenſent exceptiones, quæ non cenſentur reiectę, etiam per ſtatutum reijciens † exceptiones, & hoc propter illarum priuilegium, & quę ſemper opponi poſſunt, Bart. & Alexand. in l. 1. §. & par ui ff. quod vi, aut clam. Auendañus in tractatu de exceptionibus, & multi alij relati per noſtrũ practicum numer. 204. multas alias exceptiones cumularunt ex varijs locis, apud quos facile erit inuenire eã, quę ad caſum cuilibet deſeruiat.

SVMMA EORVM, quæ in hoc §. 8. continentur.

1 *Fidantia de directo, contra debitum manifeſtum non admittitur, ſine allegatione exceptionum releuantium, & probabilium, ſiue coram iudice pignorante, ſiue coram Iuſtitia Arago. allegentur, vt nu. 2.*

3 *Praxis huius Regni, & alijs multis communis, eſt, & à iure ciuili approbata.*

4 *Pignoratio commune nomen eſt ad omnem executionem mandato iudicis factam.*

5 *Literæ exequtoriæ, & pinoratitiæ traditur differentia.*

6 *Modus procedendi ſuper exceptionibus, procedit nõ ſolum contra executionem inſtrumenti non priuilegiati, verum & priuilegiati, et num. 7.*

8 *Dicta in firmis communibus, ſeu volanderis, procedunt etiam & in caſualibus & priuilegiatis reſpectu exceptionũ, quarũ vi obtinẽtur.*

9 *Forus firmam caſualem excludens, & omnes alias exceptiones excludendas eſſe ſupponit, ſiue allegatæ, ſiue probatæ ſint.*

10 *Differentia inter exceptionem, & defenſionẽ traditur.*

11 *Doctrina Bart. in l. 1. §. & parui. n. 7. ff. quod vi aut clã late examinatur.*

12 *Prohibitus excipere, nõ prohibetur, iudicis officium implorare, & nu. 81.*

13 *Competentia iuriſdictionis pendẽte, omnes proceſſus, & cauſæ inchoatæ corã iudicibus ſuſpendi debent.*

14 *Appræhenſionis, & manifeſtationis proceſſus, non ſuſpenduntur per literas inhibitorias iudicis eccleſiaſtici, nec per iurisfirmam, nec alio modo, vt n. 15. 16. & 17.*

18 *Cenſualiũ penſiones non poſſunt impediri, per quãcunq; exceptionem, etiam falſitatis & iurisfirmæ.*

19 *Aragonenſes, quantum potuerunt voluerunt fauere cẽſualibus, & num. 20.*

21 *Albarana, & ſcripturæ mercatorum, priuilegiatè etiam exequutioni demandantur.*

22 *Statutum probibens opponi exceptionem contra inſtrumẽta dotalia, illa tantum exceptio, quę tangit inſtrumentum, vt puta ſolemnitatis exceptio opponi poterit, et n. 74.*

23 *Statuto tollente omnem exceptionem contra inſtrumentum confeßionatum, niſi ſolutionis, et ſimulationis, non poterit opponi exceptio non numeratę pecuniæ.*

24 *Contra inſtrumenta comandarum, cenſualium, et ſimiliũ, exceptio nullitatis, & ſolemnitatis inſtrumenti, non vero exceptio ſubſtãtiæ debiti opponi poterit, quamuis quotidie contrarium experiatur.*

25 *Statutum tollens omnes exceptiones, non tollit eas, quæ ex ipſo ſtatuto naſcuntur.*

26 *Satutũ dicẽs inſtrumenta eſſe exequenda, nõ obſtante tali exceptione, & alijs quibuſcumq;, tunc illi caſus expreßi veniunt ad regulam dilatiuẽ, & ampliatiuẽ, vt tunc neque illi, neque alij ſimiles minores, aut maiores admitantur, & num. 51.*

27 *Creditor debitum ſemel ſolutum petens, condematur in dupli reſtitutione, & intereſſe, & expenſis, vt n. 28.*

29 *Soluẽs debitum inſtrmentale, & non habens apocham, ſi ſecundo ſoluat, mandato iudicis agere poterit ad repetitionem prioris ſolutionis, & eam per teſtes probare, nec ob id contra inſtrumenmentum*

mentum ventre dicetur.

30 *Cōdictio indebiti, competit etiam mandato iudicis ſoluenti.*

31 *Contractus celebratus in inſtrumento, licet ſit nullus: nihil ominus inſtrumẽtum exequtioni demandabitur.*

32 *Inſtrumentum ſolemniter cōfectum, ſi non ſit cancellatum, licet obligatio in eo cōtenta ſit inutilis, mandabitur executioni.*

33 *Firma iuris contra inſtrumẽtum priuilegiatum obtineri poteſt virtute ſolutionis, aut alterius exceptionis inſtrumẽtaliter probatæ, & n.48.*

34 *Firma iuris contra inſtrumẽtum priuilegiatũ, non conceditur ad hoc vt appræhẽſio, aut manifeſtatio impediantur: niſi inſtrumentum eſſet deſtructum, aut cãcellatum, nã tunc poterit inhiberi, ne procedatur ad appræhendendum, nec manifeſtandum, vt num.15.*

36 *Quamuis ſtatutũ tollat omnes exceptiones, ad huc tamen reperiuntur quam plures exceptiones iuſtæ de iure, quæ opponi poſſunt. Et firma earum vi obtenta, priuilegiata erit, vt num.37. & vide num.41. & 46.*

38 *Statutũ tollens ſimpliciter, & generaliter omnes exceptiones friuolas tantum, non autem iuſtas tollere cenſendum eſt. Secus ſi iuſtas tolleret, vt nu.39.*

40 *Statutum non tollens exceptiones, ſed aßignans certum tempus ad eas probandas, iuſtum eſt, & vide nu.77.*

42 *Nullitas patens, & notoria, numquam cenſetur excluſa, quamuis ſtatutum de nullitate agi prohibeat.*

43 *Quamuis exceptio opponi contra inſtrumentum nõ poſſit, poteſt tamen contra eiuſdem executionem.*

44 *Exceptio, qua dicitur inſtrumentum non eſſe inſtrumẽtum, nũquam cenſetur ab ſtatuto ſublata.*

45 *Simulatio facit deficere contractum, ex deffectu conſenſus, non vero inſtrumentũ.*

47 *Lex excipiens taxatiuè aliquos caſus, facit vt omnes alij caſus non excepti compræhendantur, ſub regula legis.*

49 *Statutum dicens, quod contra intrumentum nulla opponatur exceptio, niſi falſitatis, adhuc aliæ iuſtæ exceptiones oponi poterũt, et ibi traditur,*

tur ratio, & numer. 50.

52 *Sententia, ius iurandum, & confeſſio iudicialis, habent de iure exequtionem paratam.*

53 *Statutũ tollẽs omnes exceptiones, niſi tales, & tales, ſolam reijcere cenſetur exceptiones concernentes proceſſum.*

54 *Exceptiones, quæ de iure contra ſententiam, iusiurandum, aut confeſſionem iudicialem opponi poſſunt, poterunt etiam opponi cõtra inſtrumẽtum tollens exceptiones, niſi talem, & talem, & declara, nu. 55. 56. 57. & 58.*

59 *Guarentigiatũ inſtrumentũ vbi corruit, & guarentigia quoq; poſita in eo corruere debet, & intellige, vt n. 61. et 63*

60 *Acceſſorium regulatur ſecundum naturã ſui principalis, & vide nu. 62. & 65. 72. & 73.*

64 *Confeſſio facta in inſtrumẽto nullo, licet inſtrumentũ nõ probet, valebit tamẽ cõfeſſio.*

66 *Confeſſio facta in teſtamẽto ad fauorem tertij, num poſſit reuocari reuocato teſtamento, accuratè diſputatur.*

67 *Obligatio in inſtrumento cõtẽta exequtitur etiam annullato inſtrumento, quando ſtatutum principaliter priuilegiat guarentigiam, & præceptum de ſoluendo, & num. 68.*

69 *Quæcumque inſtrumenta in hoc Regno, ſola legis voluntate ſunt exequibilia, ac ſi forent guarentigiata.*

70 *Appræhenſio fieri non poteſt, niſi virtute alicuius iuris aut clauſulæ tribuentis facultatem appræhendendi.*

71 *Contractus ſi eſt inutilis, nõ mandatur exequutioni, quãdo ſtatutum mandat exequi contractum, propter ſubſtantiam eiuſdem, & non propter præceptum iudicis cartularij, & guarentigiæ.*

75 *Iurisfirma concedi debet etiam ad appræhendendum, & manifeſtandum, quando inſtrumentum priuilegiatur propter contractũ, qui patitur aliquas exceptiones dilatorias, per quas in totum, vel ad tempus effectus conuentionis ſuſpenſus eſt.*

76 *Fori Aragonum priuilegiantes inſtrumenta, non reiciunt abſolute exceptiones, ſed eas tantum, quæ non probantur incontinenti inſtrumẽtaliter, & num. 78.*

79 *Vſurarũ exceptio quæ reſultat ex*

tat ex eodẽ inſtrumẽto vſſurario, impedit exequutionẽ eiuſdem. Limita niſi per teſtes exceptio veniret probanda, vt num. 80.

82 *Exceptio inſtrumentaliter probata, impedit appræhenſionem.*

83 *Officium iudicis in Regno poteſt implorari, vbi æquitas aliqua id ſugerit, licet pars actionem non habeat.*

84 *Firma iuris virtute inſtrumenti ſciſi, concedi ſolet, quæ catenus durat, quatenus inhibitus probet debitũ non fuiſſe ſolutum, vt num. 85.*

86 *Exceptiones oppoſitæ etiã cum iurisfirma, ad impediendam executionem inſtrumenti, an ſint iuſtæ in repulſione iurisfirmæ examinandum eſt.*

87 *Curia Iuſtitiæ Arago. in cauſis criminalibus non debet inhibere reſpectu recti, bene tamen reſpectu ritus.*

88 *Conſiliarij Regiæ Audientię cõdemnantes aliquem criminaliter iniuſtè, & ſine cauſa, poſſunt criminaliter accuſari in curia Iuſt. Arago. quamuis ſuper iniuſtitia non detur recurſus ad eandem.*

89 *Inhibitio iurisfirmæ odioſa eſt, & ſic ſtrictè intelligenda. Inde que niſi ad caſus inhibitione expreſſos non extenditur, neq; ad alias perſonas, vt nu. 90.*

91 *Fideiuſſor in inhibitione iurisfirmæ, à debitore principali obtentæ minime nominatus, capi poterit non obſtante eadem.*

92 *Firma iuris ſolum arctat perſonas, quibus præſentatur, non vero alias, etiamſi in firma nominatæ ſint.*

93 *Firma præſentata officiali, non afficit ſucceſſorem, niſi ei etiam præſentetur.*

94 *Præſẽtatio iurisfirmæ perſonaliter facienda eſt, nec ad domum facta ſufficiet. Limita, vt nu. 98. & 99.*

95 *Actus humani, duobus principaliter perficiuntur, poteſtate ſcilicet, & voluntate, quorum alterum ſi deficiat, actus corruunt.*

96 *Inhibitio de iure aduerſario per curſorem præſentanda, & intimanda eſt, ſecus in Regno, vt nu. 97.*

100 *Inhibitio præſẽtata domi, vel per proclammata aduerſus eos, qui ſe ocultant, aut reperiri nõ poſſunt, afficit eos*

maxime ſi præſentetur etiam iuratis nomine omnium, qui non reperiuntur.

101 *Receptator banniti, allegata ignorantia, non excuſatur, ſi bannum erat præconizatum.*

102 *Sciens præſumptiua ſcientia has notificationes, non eadem pena, qua vere ſciēs, ſed extra ordinaria puniendus eſt, niſi de probabili ignorantia doceat, vt num. 103. vel niſi eorum nulla ſit malitia, vt num. 104. & vide exemplaria. num. 105*

§. 8.

HVC vſque lector amātiſsimè vidiſti, reſumendo id quod memoria ſemper tenere te oportet, q̃ contra omnem executionem (quę fluit à quolibet debito inſtrumentario, liquido & claro) impediendam, detinēdam, & aliquo modo ſuſpendendam, non ſufficit firmare de directo coram domino Iuſtitia Arago. dando fideiuſſores, de ſtando & parendo iuri, quia contra debitum manifeſtum, quale illud eſt, non admititur † fidantia de
1 directo, iuxta priuileg. generale, habes plene ſup. cap. 2. §. 4. Verum ſi contra pignorationem iudicis, aliàs executionem paratam tantum, in vim inſtrumenti non priuilegiati, ſimul cum fidantia, allegas exceptiones aliquas releuantes, iuſtas, & probabiles, nedum falſitatis, verum aliàs quaſcumque, quæ obſtent de iure, vel de foro, licet eas non probes, tunc debes audiri, ſiue eas proponas coram iudice pigno
2 rante, ſine præſtatione fidantię, † ſiue coram Iuſtitia Aragonum, vbi fidantiam dari oportet ad deuoluendā in eum iuriſdictionem, quam aliàs ad caſum non habebat, vt decidit obſeruſus Regni de pignoribus: de qua latiſsimè actum eſt, ſupra d. cap. 2 §. 4. ex quo iam in regulam traditum eſt, quod in vim obſeruantiarum Regni, iurisfirma cum exceptionibus (aliàs autem ſola ſine eis no obſtaret vt dixi) habet locum in omni caſu, ad impediendam, ſuſpendendam, & euitandam pignorationem, quam facit iudex in vim debiti inſtrumentarij liquidi, & clari, vidiſti etiam, quod hęc regula fallit in quam pluribus caſibus, tibi traditis ſupra cap. 4 §. 2. vbi vidiſti iurisfirmam non impedire in eis executionem, ſeu pignorationem, propter magnum priuilegium, dictis caſibus à foro & obſeruantia Regni traditum, & elargitum, quod non ſo-
3 lum in Regno † noſtro eſt, verum etiā de iure cōmuni ſtabilitum, & in alijs Regnis paſsim obſeruatum, in ſuperioribus tradidimus, & videmus quotidie, in eis contra ſimiles caſus, & executiones, ſeu pignorationes, opponi non poſſe exceptiones aliquas, vt tradunt Decius, Felin. Ruin. Aymon, & alij multi ſup. d. §. 2. allegati, quod receptiſsimum apud omnes eſt, & has pignorationes, quę per iurisfirmam, ſeu exceptiones non impediuntur, retardantur, ac ſuſpenduntur; propter ſingulare illarum priuilegium, ſolemus in Regno nominare, & appellare executiones, cum ſimiliter pignorationes dici poſsint, ex quo fiunt mādato iudicis, captis pignoribus, vt in l. 2. C. de execut. rei iudi. & pignoratio com-

4 † commune nomen ſit ad omnẽ exe-
cutionem mandato iudicis factam,
ſicut adoptio, ad arrogationem, & a-
doptionem, tamen cum quelibet Pro
uincia abundet ſuo cenſu, & ne igno-
tis terminis huius patriæ, aliquando
confundaris, ſcias, quod ex communi
vſu loquẽdi omnium, & etiam ex con
textura fororum, literę illę executo-
rię, iudicis pręcepto emanatę, in vim
inſtrumenti liquidi, & clari, non ta-
men priuilegiati per foros Regni, &
contra cuius executionẽ opponi poſ-
ſunt exceptiones omnes, adeò, quod
opoſitę, licet non probatę ſuſpẽdunt,
impediunt, & differunt eam, quouſq;
cognoſcantur, diſcutiantur, ac termi-
nentur dictę exceptiones, iuxta d. obſ.
vſus Regni de pigno. ſolent nuncu-
pari literæ pignoratitiæ. Ille vero †
5 literę executorię, iudicis præcepto
emanatæ in vim inſtrumentorum,
ſeu ſcripturarum habentium de foro
tale priuilegium, quod contra earum
pignorationes & executiones, nõ poſ-
ſint opponi aliquę exceptiones, & op
poſitę modo prædicto ſcilicet allega-
tę tantum, vt in caſu ſuperiori iuxta
d. obſ. vſus Regni, non proſint nec
ſuſpẽdant, vt ſunt caſus enumerati, ſu
pra cap. 4. §. 2. dicuntur, & ſolent nun
cupari, de communi vſu loquendi lite
rę executorię, non pignoratitię, ad di-
ferentiam aliarum literarum pignora
titiarum, quę ſola allegatione excep-
tionum ſuſpenduntur, impediuntur
ac differũtur donec de exceptionum
veritate, & iuſtitia cognitum fuerit,
vt in d. obſ. vſus Regni, dictum fuit ſu
pra c. 2. §. 4.

Et aduerte ad vnum, quod omnia
quæ ſup. d. fuerunt, circa modum pro
cedendi, ſuper † exceptionibus pro-
6 ponendis, allegandis, & proſequen-
dis contra illas pignorationes, quæ
procedunt ab inſtrumentis non priui
legiatis, procedunt etiam, & habent
locum in exceptionibus proponen-
dis, & proſequendis, contra illas exe-
cutiones quæ procedunt ab inſtrumẽ-
tis priuilegiatis, quas executiones, &
literas executorias ſolemus tantum
appellare, nam licet contra illa inſtru
7 menta ſic priuilegiata † de foro pro-
hibeatur, opponi exceptiones aliquas,
propter dictorum inſtrumentorum,
ſeu ſcripturarum, & caſuum in d. §. 2.
enumeratorum, ſingulare priuilegiũ,
vt ibi vidiſti, adhuc tamen ſunt aliquę
exceptiones, tam priuilegiatę, propter
earum naturam, & qualitatẽ, ſicut &
ipſa inſtrumenta, & ob id admiſſibi
les contra illas executiones priuilegia
tas, & per conſequens dicta inſtrumẽ-
ta non debent gaudere ſuo priuilegio
contra pariter priuilegiatum, ſecundũ
Abb. in cap. ad aures num. 3. de pręſ-
crip. Bart. in auth. quas actiones C. de
ſacroſanct. Eccl. idem Abb. in cap. in
pręſentia de prob. vbi Benoius. benè,
& ſic in proponendis his exceptioni-
bus priuilegiatis, contra executiones
illas ſimiliter priuilegiatas, & in obti-
nendis in earum vim, iurisfirmis priui
legiatis, & in poteſtate recurrẽdi pro
eis ad curiam Iuſtitię Arago. proce-
dunt omnia illa, quę dicta fuerunt, †
8 in aliis firmis communibus, quaſque
vocamus volanderas, in quibus ſolum
allegantur exceptiones, ad impedien-
das pignorationes, in alijs autem alle-
gantur, & probantur ad impediendas
executiones priuilegiatas.

Sed dicet aliquis non temerè, nam
& nunc vidi multos practicos dubita-
re de hoc, & apud Locumtenentes Iu-
ſtitię Arago ſepe ſepius altercatum, ſi
fori adeò voluerunt priuilegiare illos
caſus connumeratos in d. §. 2. vt nulla
poſſet opponi exceptio, nulla firma,
cuiuſ cumque naturę eſſet, hoc eſt ſiue
volandera, & communis, ſiue caſualis

Digitized by Google

foret, quibus verbis generalibus excluſerunt fori omnem firmandi viã,
9 ſiquidem dum forus firmam † caſualem excludit, iam ſupponit exceptiones omnes legitimas eſſe excludẽdas, non ſolum allegatas, ſed etiam probatas, vt in foris loquentibus de apræhenſionibus manifeſtationibus, cenſualibus, comanda, & ſimilibus, quia firma eſt aceruus exceptionum, & quod plus eſt, non ſolum illi fori dicunt, non obſtante exceptione, firma cuiuſcumque naturę ſit, appellatione, recurſu, inhibitione, ſed etiam dicunt non obſtante defenſione aliqua, quæ verba plus important, quam exceptio, nam exceptiones veræ & pro
10 priè dicũtur, quę † actiones excludũt, & ſupponunt actionem eſſe, defenſiones vero, quę ipſo iure actiones perimunt, vt ſolutio, acceptilatio, hec enim nõ dicũtur exceptiones propiè, cum nullam excludãt actionem, quę iam fuit perempta, ſed largè tantum, in quantum agentem excludunt, vt per Speculatorem in tit. de exceptio. §. 1. Felin. in Rubric. de except. in principio, glo. Fran. & alij in cap. 1. de litis conteſt. in 6. inferente ex hoc, quod ſtatutum excludens exceptiones, non cenſeatur excludere defenſiones, vt habetur per eundem Felin. & Decium, in cap. ex parte. 2. verſ. 21. de ofi. deleg. & ſic omnis qui excipit, dicitur etiã ſe defendere, in quantum excludit agentem, quem etiam defenſio excludit, defendens autem non excludit actionem, ſed ſolum agentem, & ſic non eſt propriè exceptio, verum eſt, quod aliquando defenſiones ſummuntur pro exceptionibus, l. defenſiones, l. ſiquidẽ C. de except. Iac. a S. G. in l. in exceptionibus in principio ff. de probatio. ergo videtur, quod propter verba illa tam pregnantia, nulla ſit licentia ſe defendendi, etiam ſub prętextu ſolutionis, & acceptilationis, quanto minus aliarum exceptionum, quæ nõ habent eandem vim. Pro quibus fa-
11 cit doctrina Domini Bart. in † l. 1. §. & parui refert. ff. quod vi aut clam. vbi num. 7. poſt quam dixerat, quod ſi ſtatutum prohibet contra inſtrumẽtum opponi aliquam aliam exceptionem, demptis expræſsis, tunc ſi aliquæ competunt exceptiones legitimæ, poterit quis implorare iudicis officium, per quod actor prohibeatur ab agẽdo, licet enim quis prohibea-
12 tur excipere, † non tamen prohibetur officium iudicis implorare, l. planè. ff. de petitio. hæred. ſubdit tamen poſtea Bart. num. 8. quod ſi ſtatutum diceret, nulla alia exceptio, vel defenſio admittatur, tunc non poſſet etiam iudicis officium implorari, quia omnis defenſio eſt excluſa, vnde cum in ſupradictis caſibus, excludant fori, non ſolum exceptionem, ſed defenſionem, videtur fatendum, vt nulla exceptio quantumuis legitima, nullum iudicis officium poſsint interponi, maxime in Regno, vbi, vt dixi, non datur offitium iudicis, ſed omnia debent fieri ad partis inſtantiam.

Secũdo confirmatur ſuperiora, quia formata competentia iuriſdictionis, a iudice eccleſiaſtico, prætendente iuriſdictionem in aliquo caſu ſuam eſſe, & expeditis ab eo literis inhibitorijs cũ nominatione arbitri, iuxta forũ, cõtra iudicem ſecularem, ne procedat contra talem perſonam, ſeu in tali caſu, de quibus cognoſcere nõ poteſt, cũ iuriſdictio ſit iudicis eccleſiaſtici priuatiuè, quo caſu diſponit forus 1. de la cõpetentia de las iuriſdiciones in
13 fine, quod † pendente hac competentia iuriſdictionis, & eius cognitione, omnes proceſſus, omnes cauſæ, & lites inchoatæ, coram aliquo dictorũ iudicum

iudicum, debent ſuſpendi, detineri, & ſilere, & ſi adhuc inchoatę non ſint, non poſsint inchoari de nouo, quouſque competentia decidatur, & videmus, quod hoc non obſtante, proceſſus priuilegiati, veluti appręheſionis, & † manifeſtationis, nō ſuſpenduntur,
14 nec detinentur, ſed immo proſequuntur, & de nouo fiunt, non obſtantibus literis inhibitorijs iudicis eccleſiaſtici, vt fuit millies prædicatum. Vide in
* proceſſu Iuratorum villę de Pina, & aliorum ſuper iurisfirma, die 26. Octobris, 1600. in proceſſu Io. çalduendo, ſuper manifeſt. bon. anno 1578. credo,
* quod in curia Iuſtitiæ Aragonum. Et in Regia Audien. in proceſſu Petri Remiro, ſuper manifeſtatione bonorum, die 16. Iulij, 1578. de quo latius infra c. 9. §. 2. & in deciſsionibus meis, & totum hoc propter magnum, & ſingulare priuilegium apprehenſionis, cuius prouiſio, executio, & omnes eius interlocutiones, ſiue diffinitiuæ, ſiue interlocutorię, non poſſunt impediri,
15 ſuſpendi, ac fruſtrari, † per viam alicuius iurisfirmę, cuiuſcumque naturæ ſit, per appellationem, inhibitionem, exceptionem, defenſionem aliquam, nec aliquo alio modo, immo non obſtantibus dictis firma, appellatione, inhibitione, exceptione, defenſione, cuiuſcumque naturæ, à quacumque perſona præſentatis, & interpoſitis, debeant ſupra dictę prouiſiones exequi, ſine dilatione, conſultatione aliqua, & impedimento, verba ſunt expreſſa in foro item, como en los tiẽpos paſſados, de appręheſionibus. Neque minus pręciſſa verba ſunt, quibus vtitur forus, por quanto, eod. tit. vbi habetur, quod proceſſus appręhenſionis, ſuper artic. litis pendentiæ, ſeu tenutæ, non poſsit euocari, nec in eo dari adiunctus iudex, vſque ad ſententiam, & executionem illius incluſiuè, ſed quod immo non obſtãtibus quacũque euocatione, adiunctione, quacumque inhibitione, cuiuſcumque naturę, quacumque exceptione, etiam falſitatis, finiatur & terminetur dicta cauſa, vſque ad ſententiam, & eius executionem incluſiuè, cum expenſis. De proceſſu † manifeſtationis bonorũ habes forũ incipientem, è por dar breue expedicion, titul. de manifeſt. bonorum, vbi habetur, ꝙ proceſſus iſte, in omnibus ſuis articulis non poſsit ſuſpendi, impediri, nec detineri per euocationem, appellationẽ, firmam grauaminum factorum, vel fiendorum, cuiuſcumque naturę, adiunctionem, emparam, inhibitiones illorũ, nec per quãcumque aliam inhibitionem, neque per aliam manifeſtationem cuiuſcumque iudicis, exceptionem, defenſionẽ, immo non obſtantibus his appellationibus, euocationibus, manifeſtationibus, firmis, emparamentis, & alijs ſupradictis, dicti proceſſus debeant finiri, & terminari, executioneſque fieri, & reſtitutiones bonorum impleri, non obſtante quacumque dilatione, & cõſulta, & propter iſta verba, tam præciſſa & prægnantia, etiã propter hoc priuilegium, reſoluit Molin. verb. appręhenſio, verſ. die prima Octob. fol. 36. quod non obſtantibus literis inhibitorijs † iudicis eccleſiaſtici, proceſſus appręhenſionis non debet impediri, nec aliquo momento ſuſpendi, & idem in alio proceſſu appręhenſionis fuiſſe determinatum, refert idem Molin. vbi ſup. verb. appręhenſę fuerunt quędam domus, &c. in quo inſiſti nõ oportet, cum & certiſsimum, & veriſſimum in Regno hoc ſit, vide igitur, quomodo ex eo ſolum, quod fori de appręhenſionibus, & manifeſtationibus tollunt exceptionem, defenſionẽ, & inhibitionem, non poteſt contra appręhenſionẽ, & manifeſtationem excipi

cipi aliquo modo, nec defenſio alia allegari, minus inhibitio preſentari, ſed his non obſtantibus fiet proſequutio in eis, & iſti ſunt de caſibus priuilegiatis, de quibus nos loquimur, quibus nõ obſtat firma, & ad ſimilitudinem iſtorum, ſunt alij caſus, non minus priuilegiati, ecce forum de cenſualibus anni 1428. vbi exceptiones penſionũ
18 † cenſualium, non poſſunt impediri, dilatari, ſuſpendi dilationibus, allegationibus exceptionibus nullitatis, & falſitatis, inhibitionibus appellationum ad Reg. Aud. interpoſitarum, neque inhibitionibus iurisfirmę grauaminum factorum, ſeu fiendorũ, nec aliis quibuſcumque allegationibus, exceptionibus, defenſionibus aliquibus, quantumcumquę iuſtis, & legitimis, nec alio quocumque modo, imo non obſtantibus dictis firmo, inhibitione, appellatione, allegatione, exceptione, defenſione, cuiuſcumque ſit naturę, à quacũque perſona interpoſitis, abſque aliqua conſultatione, & impedimento. dictę exceptiones, executiones dictarum penſionum cenſualiũ, debeant fieri, continuari, & finiri in perſonis, bonis, nominibus, iuribus & actionibus obligatorum, cogita lector, ſi poſſunt cogitari, dici, & exprimi, alia verba magis prægnantia, magis præciſſa, & magis comprehẽdentia (nam ſic loquitur Molin. vbi ſupra) quam ſunt iſta verba dicti fori de cenſualibus, Aragonenſes † volue-
19 runt fauere cenſualibus quantũ potuerunt, vis videre? quia ex conſuetudine generali huius Regni, permittitur ſuper locis vaſſallorum carricatio cenſualium, non obſtante, quod vaſſalli ſint vinculati, ſeu loca vaſſallorũ vinculata, etiã in præiudicium ſucceſſorum, & ſi velles de hoc loqui contra cenſualia, ve tibi, memor ſum, quod in Curijs generalibus Tiraſonę, celebratis anno 1592. in brachio militum, dum ego de his carricationibus non bene ſentirem, & dicerem eſſe contra ius, & omnimodam rationem, quod in bonis vinculatis poſſint carricari cenſualia, in præiudicium ſucceſſorum, quidam miles dominus vaſſallorum (debebat ſine dubio habere magna cenſualia ſuper bonis vaſſallorum) in me irruit, & verbis aſperis me inuaſsit, & ne alij idem facerent, tacui, Deus eſt teſtis, deinde pri-
20 uilegium hoc cenſualium, fuit † per forum tit. de la execucion priuilegiada de carta de encomiẽda anni 1528. comunicatum, & datum executioni dictæ comandæ, ſeu depoſiti, in Regno Catalonię dicitur ſcriptura de Terz. vide in dicto foro, ibi *ſe hayan y pueden executar priuilegiadamente, como cenſal ſentenciado, iuxta el fuero de cenſualibus de Teruel.* Et eodem anno, 1528. eodẽ que modo fuit etiam datum idem priuilegium alba-
21 ranis, & ſcripturis ſcriptis † vel firmatis à mercatoribus, vt habeant eandem executionem priuilegiatam, quam habẽt cenſualia Turolij ſupra dicta, in hunc modum inuenies per foros noſtros alios caſus, ſimili modo priuilegiatos, ex his, quibus diximus in d. §. 2. non obſtare firmam, non obeſſe exceptionem aliquam. ſi ergo fori in his caſibus tollunt omnem exceptionem, & omnem defenſionem, videtur dicendum, quod nõ poſſint opponi, & quod ſit inherendum verbis ſtatuti, quanquam duris l. proſpexit qui & a quibus, vt in terminis dicit Bart. in d. § & parui num. 5. in fin.

Tertio facit doctrina Baldi in l. fin. C. de falſa cauſa adiect. leg. vbi
22 dicit, quod ſi ſtatutum dictat. † quod contra inſtrumẽta dotalia nulla poſſit opponi exceptio, quod non poterit

rit opponi, niſi illa tantum exceptio, quæ tangit inſtrumentum, veluti defectum ſolemnitatis illius, vt eſt defectus diei, & Conſulis, & ſic de ſimilibus, quæ tangunt inſtrumentum, non autem poterit opponi exceptio, quę tangit ſubſtantiam debiti, vel obligationis, eſt ratio, quia hoc nomen inſtrumentum, ſignificat nó veritatem, ſed continentiam, & thenorem, vnde contra debitum non poterit opponi, ſed contra thenorem, & ſubſtantiam inſtrumenti tantum, igitur in noſtro caſu nulla poterit opponi exceptio contra debitū, ſed ſolū cōtra inſtrumēta.

Quarto facit idem Bald. in l. ſi ſub ſpecie C. de poſtul. dicens, quod ſi per ſtatutum cauetur, quod contra inſtrumentum confeſsionatum, non
23 poſsit opponi † niſi exceptio ſolutionis, & ſimulationis, quod non poterit opponi exceptio non numeratę pecuniæ, ratio eſt, quia hæc exceptio, non eſt propriè ſimulatio, quia eadem cauſa, quę pręparatur, exprimitur in inſtrumento, & ſic à principio nulla eſt ſimulatio, cum inter partes per chirographum verè contrahitur, licet efficatia non ſit illi contractui, niſi poſt biennium, per l. fin. C. de non nume. pecun. & ſic videtur quod exceptiones excluſę per ſtatutum, non poſsint opponi contra executiones, ſic priuilegiatas, niſi illę tantum, quæ per ſtatutum permittuntur opponi.

Vnde ſecundum ſuperiora, videtur dicendum, quod cum de foro inſtru-
24 menta cenſualium, † comandarum, albaranorum, & ſimilia, ſint tam priuilegiata, vt nulla contra ea poſsit opponi exceptio, quod ſolum poterit opponi de nullitate inſtrumentorum, & defectu ſolemnitatis illorum, non vero de ſubſtantia debiti, vel obligationis, & tamen nihil frequentius videmus, quam opponi exceptiones reſpicientes ſubſtantiam debiti, veluti pactum de non petendo, vel ad tempus, compenſationem, ſolutionem, & ſimiles, quod ſi ſuperiora ſunt vera, videtur fieri non poſſe.

Quinto magis aſtringit, id quod tradit Bart. in d. l. 1. §. & parui, vbi ſtante hoc ſtatuto, quod contra inſtrumētum nulla poſsit opponi exceptio, dicit ipſe, quod exceptiones, quę naſcun-
25 tur ex † ipſiſmet ſtatutis, poterunt opponi, at vero exceptiones, quę procedunt ex aliquibus partibus iuris, non poterunt opponi, & huius dicti rationem tradit Antonius à Canario de executione inſtrumentorum queſt. 4. dicens, quod quando ſtatutum dictat, quod non obſtante exceptione falſitatis, ſolutionis, & alijs quibuſcumque, publica inſtrumenta executioni mandentur, vel firma, & valida habeatur: tunc neque nominatę, neque alię exceptiones opponi poterunt, quę ſint pares, vel minores expreſsis: & ſequūtur Butr. in d. cap. ex parte, Ioan. Andr. Hoſti. Bart. allegati ab eodem Canario, qui in fine dicit, quod in hoc caſu, quando ſtatuta dicunt inſtrumenta fore exequenda non obſtante tali & tali exceptione, & alijs quibuſcumque, tunc illi caſus † expreſsi veniunt
26 ad regulam dilatiuè, & ampliatiuè, vt ſic neque illi, neque alij pares, vel minores opponantur, quod bene nota. Et ſecus eſſe quando dicit ſtatutum, nulla opponatur exceptio, niſi falſitatis, vel ſolutionis; nam tunc caſus iſti exceptuati, veniunt exceptiuè, & reſtrictiuè, intellige vltra comprehenſa ſub regula, vt infra declarabo. Nam iſti caſus exceptuati non reſtringunt regulam, vt minus comprehendat, propter ſuam expreſsionem, quam de ſe regula comprehenderet; vt dicam, quod perpetuo tene menti, ſed ſic eſt, quod in Regno iſti caſus priuilegiantur

tur hoc modo, quia mandantur exe-
qui non obſtante appellatione,empa-
ta. firma, euocatione, & alijs quibuſ-
cumque,ergo dicẽdum videtur, quod
neque expreſſę exceptiones, neque
aliæ pares, vel minores opponi pote-
runt, & ſi tu dixeris, quomodo igitur
fiet,ſi debitor in rei veritate iam ſo-
luit, & hic compellitur iterum ſolue
re,propter magnum priuilegium iſto-
rum inſtrumentorum,& caſuum a iu
re priuilegiatorum, reſpondeo, quod
iam tibi dat bonum conſilium Do-
minus Bart. in d.§. & parui vt ſcili-
cet ſoluas, & poſtea repetas, ſicut etiã
cauetur per legem Caſtellæ in tit. de
exceptionibus contractuũ conditam
per Ferdinandum Regem Aragonũ,
vt ſcilicet debitor, qui infra decẽ dies
non probauerit exeptionem allegatã,
teneatur ſoluere, & poſtea repetere,
probando ſolutionem, vel aliam legi-
timam exceptionem, & eſt in ea lege
aliud conforme cum legibus noſtris,
27 quod ſi creditor petierit debitum †
ſolutum, condemnatur, in dupli re-
ſtitutione, vt tenet Suarez in l. poſt
rem iudicatam in declaratione legis
Regni,in euidentialibus, ſeu princi-
pio. num. 4. in noſtro autem foro de
la execucion de la carta de encomien
da,condemnatur etiã creditor petens
28 debitum ſolutum in intereſſe, † & ex
penſis in duplũ; neque hoc eſt exor
bitans, nam idem in cap. debitores
habetur, vbi propter priuilegium
iuramenti,quod ſimiliter habet exe-
cutionem priuilegiatam. l. poſtrem
iudicatam, vbi Suarez. ff. de reiu-
dic. compellitur debitor ſoluere, &
poſtea repetitur, vt habes etiam de fo
ro, vbi contra inſtrumentum non ad
mittuntur teſtes,ſi tamen ſoluiſti de-
bitum inſtrumentale, & non habes
inde apocham inſtrumentalem, ſed
tantum teſtes, qui non valent contra
inſtrumentum,eſt cautela quam tra-
dit Albarus Velaſcus conſultatione
56. noſter Monter.deciſ.30. & ego fe-
ci bonam deciſsionem in meis vbi vi-
de, quod ſoluas, & poſtquam erit ex-
tincta illa obligatio inſtrumentalis,
& mortua per ſolutionem, & ſic res
redacta ad non cauſam, petes illam
aliam pecuniam, quam ſolueras, &
29 probabis benè per teſtes; quia iam †
non ages contra inſtrumentum, ſolue
ergo & repete, ex quo ſtatutum re-
iicit omnem exceptionem, nec impe
diet dicere, quod ex quo ſoluitur mã
dato iudicis, ceſſat repetitio, & con
dictio in debiti, per l. 1. C. de cond.
30 indebit. nam imo dabitur † in hoc
caſu condictio indebiti, vel ſine cau-
ſa. l. ſi fideiuſſor.§ in omnibus. ff.
mand.l. ſi fullo ff. de cond. ſine cau-
ſa. Neque obſtat.l.1. de cond. indeb.
quoniam verum eſt. quod non poſ-
ſum repetere tamquã indebitũ, quan
do cauſa illa prima. verũ eſſet debitũ,
vel indebitũ. potuit in illo primo iu-
ditio examinari,cuius vigore eſt factũ
præceptum, & hoc ne infringatur
iudicis ſententia, ſed quando exami-
nari non potuit, vt hic, vetante ſtatu
to,nihil impedit, quin competat con-
dictio indeb. & ſine cauſa argumento
c. debitores ita Bart. in d.§. & parui.

Vltimo, quod exceptiones aliquæ
non poſsint opponi, quia reiectæ vi-
dẽtur a foro ſic priuilegiante dictos
caſus, aſſerunt aliqui, hac ratione mo
ti, quia dato quod debitor, habeat ali
quam exceptionem, etiam legitimã,
veluti ſolutionis, vel inutilis ſtipula-
tionis in contractu contentę, nudi pa
cti, vel quod obligatio contẽta in in-
ſtrumento, aliquo modo, & caſu iure
ſit ineficax, ad huc tamen inſtrumen-
tum non eſt nullũ,irritum, ac nullius
momenti,ita Angel. in l.1 §.ſi quis ita
ff. de verb. oblig. dicens, quod licet
31 † contractus celebratus in inſtrumen
to ſit

to ſit nullus, nihilominus inſtrumentum mãdabitur executioni, ſimili modo, quo mandatur executioni ſententia iniuſta lata ſuper inutili cõtractu, in fauorem carentis omni actione, l. cum putarem ff. famil. herſ. id ſequitur Bald. in l. 2. C. de execut. rei iud. dicẽs, quod licet pactum nudum contentum in inſtrumento, de ſe ſit inefficax de iure ciuili, tamen inſtrumentum mandabitur executioni; & idem licet confeſsio nõ numeratę pecuniæ ſit inefficax infra biennium, inſtrumentum tamen continens mandabitur executioni, ſequitur Alexan. in d. §. ſi quis ita, & in l. ſi ita ſtipulatus. §. Griſogonus, ff. de verb. oblig. 10. colu. vbi ſequitur Angel. vbi ſup. & ſe ipſum in d. §. ſi quis ita, dicunt igitur argumento iſtorum, quod ſi inſtrumẽ
2 tum non ſit † cancellatum, ſed habeat ſuas ſubſcriptiones, & ſolemnia, quantumuis obligatio in eo contenta ſit inutilis, eliſa, ſuſpenſa, vel aliquo modo ſine effectu, debebit inſtrumentum exequi, & compelli debitor adſoluendum, nec tales exceptiones admitti poterunt contra inſtrumenta priuilegiata, & caſus à foro priuilegiatos, neque hoc mirum videri aſſerunt, ſi quidem diuerſa ſunt contractus, & inſtrumentum, nec annullato vno, aliud annullari ſequitur, vt apparet ex allegatis per Portol. ad for. de forma para teſtificar. num. 165. Azeued. lib. 4 tit. 18. nu. 29.

Et ex hoc amplius inferunt, quod virtute apochę, ſolutionis inſtrumentalis, vel alterius exceptionis inſtrumentaliter probatę, per quas debitũ extinguitur, obligatio, & contractus, non autem inſtrumentum, ita & taliter, quod inſtrumentum remanet firmum, non cancellatum, non abolitum, benè poterit peti firma † virtute harum exceptionum, ne procedatur ad capiendum debitorem, & executandum eius bona, quoniã hæc non ſunt adeo priuilegiata, vt reijciant exceptiones omnes, ſed tamen
34 non poterit peti firma, ne procedatur ad apprehendẽdũ, † manifeſtandum, & ſimilia, quia cum hæc ſint priuilegiata non obſtante omni exceptione, certè dum inſtrumentum (in quo ſunt clauſulę ad appræhendẽdum, & manifeſtandum) ſtat firmum, & ſubſiſtit, non debent hæc inhiberi, licet obligatio ſit ſublata, nam de ea dicunt agi oportere in ipſa appræhenſione, & manifeſtatione, & ego vidi meis temporibus hoc millies diſputatum, & altercatum per omnes practicos, diuerſimodè, ſentientes pro vt magis cauſæ ſuę expediebat, & olim, & ſemper fuiſſe id in dubio, refert Pleban. in verb. firma, numer. 173. cum ſequentibus, vbi refert pro & contra, licet contrarium ſit dicendum, quando inſtrumentum ipſum foret deſtru-
35 ctum, annullatum, † & cancellatum, nam tunc eo deſtructo, omnes ſimiliter clauſulæ corruunt, & per conſequens benè debet inhiberi, ne procedatur ad appræhendendum, & manifeſtandum per infra dicenda: hæc ſunt argumẽta, quę dictant non poſſe exceptiones opponi contra inſtrumenta hęc, adeò priuilegiata de foro, vt reijciant exceptiones omnes. Alia adduci poſſent, quæ per te colliges ex his, & quę ſtatim dicentur, ſed quia eſſent potius argutię, ideo eis omnibus non obſtantibus, contrarium dicendum eſt.

RESOLVTIO IN materia.

Nam ex receptiſsima omnium DD. ſententia, quantumcunque lex,

& fori in priuilegiando aliqua inſtrumenta, & caſus aliquos, tollant omnem exceptionem, † adhuc non ob-
36 ſtante quacumque generalitate verborum tollente omnes exceptiones, reperiuntur in iure quam plures exceptiones, adeo æquitatis, & iuſtitiæ plenę, vt illæ etiam habeant priuilegium, quod opponi valeant ad impediendam talem executionem, non obſtantibus verbis prædictis generalibus talium legum, fororum, & ſtatutorum excludentium quaſcumquę exceptiones, & cum iſtę tales exceptiones admitantur non obſtante dicta generalitate, dicuntur etiam eſſe exceptiones priuilegiatę, (ſicut & ipſæ executiones) tamquam mereantur priuilegium hoc, quod ſub illis verbis generalibus, & ampliſsimis, non poſsint cenſeri cōprehenſę, Bart. Bald. Rom. Alexan. Canar. & alij multi relati per Decium in cap. ex parte 2. de offi. delegat. Vnde cum executio ſit priuilegiata, non obſtante quacumque exceptione, vel non obſtante tali, & tali exceptione, & quacumque alia, generaliter comprehendendo alias exceptiones: iſtę autem exceptiones quas non obſtante generalitate verborum, dicimus admittendas eſſe, ſint, & reperiantur in ſpecie aprobatę, reſeruatæ, & exceptę à lege, foro, & ſtatuto, iam inde ſubſequitur, quod hęc expreſsio, & reſeruatio exceptionis, tamquam ſpecialis, erit preferenda illi remotioni exceptionum generali, de qua in regula, per l. generi per ſpeciē de regulis iuris, & per conſequens hęc exceptio & firma. ſeu inhibitio, eius † virtu-
37 te obtenta, dicitur etiam priuilegiata, ſicut ipſa executio, & ſic de conſilio expedienda, cum clauſula in forma priuilegiata, tam virtute ipſius exceptionis, quam executionis, contra quam opponitur. Et deueniendo ad particularia, vbi ali qua pulchra Deo duce dicemus, aliquę ſunt conſtituendæ regulæ, & prima ſit.

PRIMA REGVLA.

1 Quod ſi ſtatutum tolleret omnes exceptiones ſimpliciter & abſolutè, tunc res eſſet clara, quia ſolum
38 friuolę † cenſentur tunc ſublatę, & non alię iuſtæ, legitimæ, & rationabiles, cap. paſtoralis cap. vt debitus de appell. tex. cūm gloſ. in l. & non tantum, §. ſi proemptore, ff. de peti. hered. l. 1. §. & parui. ff. quod vi aut clam & ibi Bart. numer. ſecūdo ſic quando quis promitit nullam contrariam exceptionem opponere, quia intelligitur id de maliciosa, nam legitimas opponere poterit, pacto non obſtante. Specul. tit. de oblig. & ſolu. §. 1. verb. inſtrumentum verſi. nullam aliam cōtrariam exceptionem, & idem in reſcriptis, licet pręciſſa ſint, debet iudex legitimas exceptiones admittere, cap. ex parte cap. ſuper de offi. deleg. niſi executio tātum fuiſſet delegata, cap. paſtoralis. §. quia vero de offic. deleg. vide lata manu Canar. de execut. inſtrument: queſt. 1. vbi hęc, & alia pulchra inuenies, & in hoc non eſt dubium aliquod.

Sed quia fori noſtri procedunt, vlterius dicendo, *Non obſtantibus exceptionibus, quantumuis iuſtis & legitimis,*
39 † vt in foro de cenſualibus, ideo reſtra ctanda eſt in fortioribus, & ſtrictioribus terminis (vt ſic in facilioribus magis id procedat) veluti in terminis quibus ſtatutum reijciat omnes exceptiones iuſtas, legitimas, & rationabiles, prout in his terminis loquitur Decius in capit. ex parte ſecundo,

num.

num.5.de offi.deleg. & primo de hoc
ſtatuto ita ſimpliciter, & abſolutè tol
lente exceptionem (non dico quando
limitat terminum addocẽdum de eis,
quod iuſtiſsimum eſt, vt in l. Caſtel-
la.)ſentiunt male aliqui, nam Bald.in
l.fin.§.in computatione C. de iure de
liber.in ſtatuto tollente exceptionem
ſimulationis, dicit, quod licet ſit ex-
cluſus ab illa opponenda, virtute ſta-
tuti, tamen quia tale ſtatutum eſt ini-
quũ, propter eius iniquitatem poſſet
recurri in ſubſidium ad Eccleſiã, & di
cit Bald. quod ſecus eſſet, ſi ſtatutum
40 non † remoueret exceptionem, ſed
aſsignaret certum terminum ad illã
probandam, nam tunc iuſtum eſſet
ſtatutum; ego dico hoc verum, quan-
do in ſpecie, aliquam exceptionem
ſpecialem tolleret ſtatutum, nam iu-
ſtum non videtur, illam ſi competat
tollere, Nos vero loquimur, quando
in genere exceptiones legitimę tollũ-
tur, quod etiam durum videretur, niſi
quod fori ſtatuentes non tollunt in to
tum, ſed differunt tãtum ad tempus,
poſt factam executionem, id autem
fieri poſſe, apparet per Suarez in l.
poſt rem iudicatam, in declaratione le
gis Regni, 2.par.nu.1.2.& 3.in his igi-
tur terminis, & in terminis, quando
ſtatutum abſolutè tolleret exceptio-
nes legitimas, multę exceptiones cen-
ſentur reſeruatę, & exceptę, & primo
quęlibet † exceptio notoria, vt per
41 Abb.conſ.44.in 2.dubit. lib. 1. Bald.
in rubr. C. de probatio, Paul. Caſtr.
conſi.44.lib.1.Felin.in cap.ex parte 2.
illat.5.& ibi Decius verſi.quinto fallit
de offi.deleg.vbi alios allegat, verum
hoc ita procedit, quando exceptio ita
notoria eſt, quod non habeat diſputa
tionem, ſecus aliàs, Decius vbi ſupra,
Contard. in l. vnica limit. 9. num.33.
C.de moment.poſſ.idem in l.diffamaa
ri in limitationibus num. 25. C.de in-
genu.manu. Hinc fit, quod quãdo nul
42 litas eſt patens, certa, † & notoria,
nunquam cenſetur excluſa, etiam vbi
aliàs lex prohiberet de nullitate dici,
& ideo licet de iure non poſsit oppo-
ni de nullitate aduerſus tres ſenten-
tias conformes, ad impediendam exe
cutionẽ, tamen id non procedit, quan
do nullitas eſt certa, & notoria, pręſer
tim ex actis, & ita limitatur tex. in
clem. vt calumnijs de re iud. Contar.
in d.l.vnic.limit.7.num.63.vbi id ex-
tendit latius, idem ſi exceptio naſca-
tur ex eodem ſtatuto, ſeu ex natura
rei, vel ſi opponatur contra executio-
nem, quia licet contra inſtrumentum
43 opponi non poſsit, † tamen contra
executionẽ opponi poteſt, Deci.verſi.
23.fallit.Antho.à Canar.vbi ſup.q.28
exemplum eſt, quando maritus non
tenetur vltra quam facere poſsit, hæc
exceptio non impugnat ſententiã, vel
inſtrumentum, quia excipiens fatetur
ſententiam benè latam, ſeu inſtrumẽ-
tum validũ, & executionẽ mereri, ſed
modificat, & reſtringit executionem,
ſecundũ Bened.de Barz. de libel. gua
rentig.2.par.q.16.idem in exceptione
fundata in alio inſtrumento ęque ſo-
lemni, ad exemplum iſtarum, tradun
tur alię multę exceptiones per Deciũ,
Felin.Abb.& alios in d.cap.ex parte,
Bart.vbi ſup.Canar.& Barz.in ſupra
dictis tractatibus, vbi latiſsimè, quod
tam certum & indubitatum, quã pla
num & per ſpicuum eſt, nec in eo op-
portet immorari.

SECVNDA REGVLA.

Illud citra omnem difficultatem
eſt, ex doctrina Bart.in dict.§.& par-
ui.n.2.verb.quandoq. quod exceptio,
quod non eſt inſtrumentum, poterit

44 opponi, † nam ſtatutum remouet exceptiones contra inſtrumentum, at ſi inſtrumentum non eſt, de eo non loquetur ſtatutum, l. 4.§. condemnatum, ff. de re iudi. & ſic contra ſolemnitates inſtrumenti, poterit opponi, idē dic de pręcepto iudicis, de laudo, de inſtrumento confeſsionato, nam opponi poterit, quod non ſunt talia, l. non ignorat, C. qui accuſ. non poſſ. latius proſequitur Suarez vbi ſup. 2. par. verſi. ſed pro euidentia, &c. numer. 29. verſi. intellige ſecundo hanc partem cum ſequen. quo te remitto, exceptio vero ſimulationis, hac via non poterit opponi, tamquā contra
45 non inſtrumentum, ſimulatio † nam que facit deficere contractum; ex defectu conſenſus, non vero inſtrumentum, eſt enim inſtrumentum publicum de contractu ſimulato, vnde iſta exceptio non impugnat inſtrumentum, ſed vires contractus, & ſic non poſſet opponi, niſi alio reſpectu admitatur, ſecundum Bart. vbi ſup. numer. 4. Admitetur tamen ex alio capite, verum Decius vbi ſupra, verſi. duodecimo fallit, dicit, quod in efectu inſtrumentum ſimulatum, non eſt inſtrumentum, ex quo probata ſimulatione non habebit efectum, ſecundū Bald. in l. fi. C. de iur. delib. vide eum, & Canar. vbi ſup. q. 13. Barzis vbi ſup. 3. par. queſt. 19.

Hucuſque tradita, procedunt abſq; aliqua methaphiſica, & ſic clarum remanet ſecundū ea, ꝙ licet forus priuilegiet multum inſtrumēta cenſualiū, comandarum, & alios caſus ſupradictos, quibuſcumq. verbis, etiam generaliſsimis vtatur, adhuc tamen non cenſetur excludere † omnes exceptio
46 nes, cum immo plures alię iuſtę admitantur, vt ſi per Deciū, Felin. vbi ſup. Canar. Barzis, in locis ſuis percurras, videbis ad oculum. Sed maior difficultas in alio conſiſtit, quia aliqui, ex ſupradictis caſibus, de foro priuilegiatis, priuilegiantur contra omnem exceptionem, dempta aliqua exceptione limitatim, quam admitunt, veluti ſolutionis, vt in foro de la execucion dela carta de encomienda, vbi exceptio ſolutionis admittitur, & tamen clarum eſt, quod tunc ſola exceptio exceptuata poteſt opponi, & nō alia, immo ponitur tunc ille caſus exceptiuè, & reſtrictiuè ad regulam, vt in eiſdem terminis dicit Antho. à Canar. q. 2. & 3. Et augetur difficultas, quia quādo lex
47 loquitur taxatiuè † excipiens aliquos caſus, licet in ſui generalitate lex deberet, & poſſet comprehendere alios caſus, & perſonas, tamen illi caſus, ſeu perſonæ exceptuatę operantur, vt omnes alij caſus non excepti cōpręhendātur ſub regula legis, vt habes bonam determinationem Rotę, per Gomeſ. in reg. de trien. q. 1. ver. nō obſtat, &c. Igitur hic ſaltim in caſu dicti fori, ſola ſolutio videtur poſſe opponi contra comandam, non alię exceptiones.

Ad alios autem foros priuilegiantes alios caſus, facit alia ratio, quę videtur irrefragabilis, nam fori diſponunt quod talia inſtrumēta cenſualiū, &c. et tales, & tales caſus, habeant executionem priuilegiatam, exequantur, & executioni tradantur, non obſtāte appellatione, inhibitione, nullitate & quibuſcumq; alijs exceptionibus, &c. at tunc dicit Canar. d. q. 3. quod tunc caſus illi exceptuati, ſtant dilatiuè, & ampliatiuè, & ſic neque nominatę exceptiones, neque alię, quę ſint pares, vel minores expreſsis, poterunt opponi Butr. in d. cap. ex parte, & alij per Canarium allegati. Ergo concludi oportet, nullas exceptiones pares, vel minores expreſsis in foris, opponi poſſe, Et cum expreſſè ferè omnes

alias

alias comprehendat, reſultabit nullas opponi poſſe, & tamen contrarium vi-
48 demus tota die: † in vim legitimarum exceptionum obtineri has inhibitiones, & firmas, contra dictas exceptiones ſic priuilegiatas à foro, quibus vt hęc duo dubia tollantur, conſtituenda eſt tertia regula.

TERTIA REGVLA.

VBicumque lex, forus, ſtatutum dicit, quod contra inſtrumentum tale, nulla opponatur exceptio niſi ſolutionis, vel falſitatis, tunc alię etiam exceptiones, quę vt dixi in generali remotione exceptionum non cenſen-
49 tur comprehenſæ, poterunt † opponi, ita Canar. q. 2. Cyn. in l. ita nobis, C. de adulter. ratio eſt, quia licet exceptio firmet regulam in contrariũ, non tamen ampliat regulam remouentem exceptiones, vt includat vltra quam alias de ſe regula includeret, l. generali, ff. de puro: & arg. leg. vbi Bar. Et eſto quod dictio taxatiua excludat quicquid non includit, illud quod excludit remanet ſub regula, & quoad excluſa nihil operatur exceptio, niſi prout virtus regulæ importat, l. 2. C. de patr. qui filios diſtr. & ſic licet ita diceret ſtatutum, quod nulla exceptio opponatur, niſi talis, & talis,
50 quo ad alias tamen habetur † ac ſi nulla fuiſſet excepta, cum remaneant ſub regula, quę licet generaliter excluſerit exceptiones, non tamen excludebat legitimas, vt in ſuperioribus dixi, immo tacitè virtute legis, eam includebat; vnde illa verba nulla exceptio opponatur, niſi talis, & talis, eo modo reſtringuntur, quo etiam prima generalitas regulæ reſtringebatur, vt non excluderet legitimas exceptiones, vi iuris, & ſtatutorum. Quidquod forus de la execucion de la comanda, non diſponit exceptiuè aliquo modo, ſed ſolum dicit, quod ſi creditor petat debitum ſolutum, condemnetur in duplũ, & quod admitãtur teſtes ad probandam ſolutionem, vſque ad ducentos ſolidos, vnde nullo modo obſtat. argumentum.

Ad ſecundam dubitationem, non ita faciliter datur reſponſio, nam quando ſtatuta priuilegiant actum, vt priuilegiatè exequatur, remouendo talẽ, & talem exceptionem, & omnem aliam, quomodo debent fere ſemper intelligi omnia ſtatuta, licet ſimpliciter loquantur, ſecundum Canariũ, queſt. 4. qui ſic loqui Bart. in d. §. & parui teſtatur, tunc, vt dixi, venit ex-
51 ceptio dilatiuè, & ampliatiue, † & per conſeq. omnes exceptiones videtur reiectę, vnde oportet altius rem aſſumere, ad ſoluendum dubium, quod tam obſcurè, & intrincatè ſoluit Canarius, nos vno verbo duce IESV diluemus.

Supponendo primò, quod de iure communi ſententia, iuſiurandum, &
52 confeſſio † habent executionem paratam, nõ alia regulariter. l. poſt rem iudicatam, vbi Suarez de re iud. l. minor. 25. annis, cui fideicommiſſum, ff. de minor. lariſsimè habes ſup. cap. 2. §. 1. ſtatuta igitur, quę diſponunt, quod inſtrumenta publica habeant executionem paratam, abſque aliquo alio circuitu confeſsionis, & guarentigię, vt in Regno noſtro omnia inſtrumenta liquida, & clara, ex ſola legis, & fori voluntate ſunt exequibilia, abſque alio circuitu, hęc igitur ſtatuta nihil faciunt, quam redigere inſtrumenta iſta ad vires, & effectus ſententię, iuriſiurandi, & confeſsionis, & ęquiparare illa, illis tribus actibus priuilegiatis, cum de iure com-

communi dicta inſtrumenta, talem
executionem non haberent. Quando
igitur dicunt ſtatuta, quod inſtrumen
ta exequantur priuilegiate, & quod
nulla exceptio opponatur, niſi talis,
& talis, intelliguntur reijcere omnes
exceptiones, quominus inſtrumenta
illam exequutionem paratam habeāt,
& vires rei iudicatę. Et conſequenter
ex natura actus diſpoſiti, quem fece-
runt priuilegiatum, ſicut erant de iu-
re ſententia, confeſsio iudicialis, & ius
iurandum, cenſentur ſolum reijcere †
53 exceptiones concernentes proceſſum
tantum, vt quia non ſit datus libellus,
lis conteſtata, iuratum de calumnia,
ſententia lata, & ſimilia, quia ſolum
ius executiuum, conſiderauit ſtatu-
tum, producere, ſaluare, & ad eſſe con
ſtituere, tollendo omne impedimen-
tum, omnem exceptionem, quæ con-
tra illud eſſet. Producto iam hoc iure
executiuo, & creato, in eſſeq; deducto,
voluit ſtatutum alias tollere exceptio
nes, vnde omnes illę exceptiones, quę
contra ſententiam, confeſsionem iudi
cialem, iuſiurandum poterant de iure
54 opponi, ſimiliter † poterunt opponi
contra hoc inſtrumentum, & hæc eſt
tota idea licet dilata, & confuſa ſatis,
Anthon. à Canar. queſt. 4. Modo vt
intelligas Bart. in d. §. & parui, qui in
terminis de quibus loquimur dixit, ꝙ
exceptiones procedentes ab aliquo
capitulo ſtatutorum eiuſdem ciuita-
tis, illę poterunt opponi; exceptiones
vero procedentes, ex diſpoſitione iu-
ris communis, non poterunt opponi,
dic quod ius commune non conſide-
rauit ius exequutiuum, cum eo atten-
to, inſtrumentum tale ius non habe-
ret, vnde exceptiones à iure commu-
ni introductę, non poſſunt opponi ad
id ius exequutiuum introductum à ſta
tuto, non conſideratum à iure com-
muni, vult dicere, quod exceptiones à
iure communi introductę, ad proceſ-
ſum nō poterunt opponi, ex quo iam
per ſtatutum poſita ſunt inſtrumenta
in eo ſtatu, vbi non curatur de proceſ
ſu, ſed ſi ſtatutum non introduxiſſet
illud ius exequutiuum, bene poſſent
opponi illę exceptiones de iure com-
muni. Ex his colligi debent ſequen-
tia.

Primo, quod exceptiones, quę non
55 excluduntur ex † natura actus diſpo-
ſiti inſtrumenti priuilegiati, tunc per
generalitatem verborum ſtatuti ex-
cludentis omnes exceptiones, non
cenſentur excluſę, vnde omnes excep
tiones, quæ opponi poſſunt ad execu-
tionem, ſeu ad ius exequendi contra
rem iudicatam, confeſsionem judicia-
lem, & iuſiurandum, poterunt opponi
contra huiuſmodi inſtrumenta, non
obſtante generali exceptionum reie-
ctione, vt ſupradixi; exceptiones vero,
quæ opponuntur ad proceſſum, non,
quia illę à natura actus diſpoſiti exclu
duntur, nam ex quo ſtatutum dat in-
ſtrumento effectum rei iudicatę, vide
tur illas exceptiones reſpicientes pro-
ceſſum tollere; non vero alias iuſtas,
quæ ad ſententiam poterant de iure
opponi.

56 Extra naturam vero † actus diſpo
ſiti, qui vt dixi propter neceſsitatem
excludit exceptiones ſibi aduerſas, ſe-
cundum ſuam naturam, generalis ex-
cluſio exceptionum ad proceſſum, nō
excludit ſpeciales exceptiones, à iure,
ſeu ſtatuto procedentes, vt ſupra di-
ctum eſt, & eodem modo generalis
excluſio exceptionum ad ius exequu-
tiuum, non excludit iuſtas exceptio-
nes, quæ ad executionem poſſunt op-
poni, ſiue procedant à ſtatuto, ſiue à
iure communi.

Sed ſuperiora non aplicantur, quā
do inſtrumenta ſunt priuilegiata, &
exequibilia, non ex ſola legis volunta-
te,

57 te, ſed † medio iudicis chartularij præ
cepto, quę guarentigiata, & confeſsio
nata appellantur, illa ſi quidem non
exorbitant à iure communi, ſed ab eo
cognoſcuntur, & approbantur, & ſic
non ſunt ei incognita, ſecundum Ca-
nar. d. q. 4. & nos ſupra cap. 2. §. 1. la-
tè.

Iam igitur concludendo in quæſt.
noſtra, ſolę exceptiones cēſentur reie-
ctę, quę contra proceſſum opponi
poſſent, non vero alię iuſtę exceptio-
nes, quæ ad id ius executiuum perti-
nent de iure opponi in caſibus priui-
legiatis, at de iure habemus, quod cō-
tra executionem ſententiæ, quantum
uis priuilegiatæ, poſſunt opponi excep
tiones vtę poſt ſententiam, vel cum
ipſa ſentētia, & tunc ſuſpenditur effe-
ctus ſententię, argumento l. 4. §. ſi ex
conuentione ff. de re iudi. l. poſt ff. de
tranſactio. latius Canar. de execut. in
ſtrum. queſt. 5. & nos diximus ſup. c. 2.
§. 4. ergo multo magis id faciendum
eſt contra inſtrumenta priuilegiata,
quia quantum ad effectum excluden-
di exceptiones, illud inſtrumentum,
licet per ſtatutum & forum priuile-
giatum, nō habet vim ſententiæ, cum
nulla in eo precedat cognitio cauſę iu
ditialis, vt dicit in forma Bald. in l. pe-
remptorias, num. 29. C. ſent. reſcind.
non. poſſ. vide de hoc latius in d. §. 4.
Ex quibus videtur ſatis ſatisfactum
dubitationi ſecundę, & quod ſic, licet
forus dicat exequendum inſtrumen-
tum non obſtante tali, & tali excep-
tione, & quibuſcumque alijs, certè †
exceptiones contra ius exequendi op-
58 ponentur, quæ contra ſententiam op
poni poterunt, quales ſunt illę, quæ
poſt inſtrumentum, vel cum inſtru-
mento naſcuntur: & omnes exceptio-
nes, quæ opponuntur contra inſtrumē
tum, naſcuntur poſt confectionem
inſtrumenti debitorij, & ſic poſt ſen-
tentiam legalē, quæ vna cum ipſa cō-
feſſione inſtrumenti profertur a lege,
ſecundum Bart. in l. cum vnus ff. de
bon. auth. iud. poſſ. & vide ſup. d. §. 4.
vbi latè.

QVARTA REGVLA.

Quarta regula, à qua fere tota in-
telligentia huius materię pendet, &
ſimul etiam pendent ſolutiones ad cō-
traria in principio poſita, eſt ſub di-
ſtinctione facienda, nam aliquando in-
ſtrumentum ipſum guarentigiatum,
ſeu confeſſionatum, vel etiam priuile-
giatum, & exequibile non tenet, & ali-
quo modo corruit, aliquando vero &
ſecūdo, non ipſum inſtrumentū, ſed
contractus in eo contentus corruit, &
deſtruitur.

De primo agendum prius eſt, nam
quoties ipſum inſtrumentum corruit,
59 † ſimiliter guarentigia poſita in eo
corruet; verba ſunt Baldi in l. etiam 1.
& 2. col. C. de execut. rei iud. dicit e-
nim, quod vbi deficit ſubſtantia, ſtatu-
ra, vel ſolemnitas ſcilicet inſtrumēti,
non valet præceptum guarentigię, ve-
luti ſi inſtrumentum fiat nulliter, vel
in carcere, ad vtilitatem incarceran-
tis, & ſic de ſimilibus, nam ſi principa-
le virtutem non habet, ergo nec ac-
ceſſorium, & contentum, l. 1. §. hęc ver-
ba ff. ne vis fiat ei, idem ſi inſtrumen-
tum fiat ſine debitis ſolemnitatibus,
nam non valet ipſum inſtrumentum,
nec præceptum guarentigię, nec om-
ne id, quod ex eo ſequitur, l. non du-
bium C. de legib. l. iubemus §. ſanę C.
de ſacroſanct. Eccleſ. l. fin. C. de non
nume. pecu. Ex quo fit, quod clauſulę
acceſſorię, regulantur ſecundū † natu-
60 ram ſui principalis, & cū eo corruūt,
l. ſi libertus ex modica. §. ſi patronum
ex aſſe ff. ne quid in fraud. patroni. cū
igitur inſtrumentum ſit nullū omnino,

 ſimi-

ſimiliter & ipſa confeſsio, & clauſu-
la guarentigia, nullam debent habe-
re virtutem, habes de hoc duo iura
Bald. in l. abſente C. ſi certum pe-
tatur & in l, edita C. de edendo, vbi
per eum, ſi non tenet principale, id
eſt inſtrumentum, non tenet con-
feſsio, vel preceptum, & hoc inficiari
non poteſt, pro quo facit etiam ſub-
ſequens quarta regula, ſed debet intel-
ligi limitatim, nam non ita abſolutè
procedit, quare id intellige, non de
illa confeſsione tacita, quæ reſul-
tat ex productione inſtrumenti in iu-
dicio, vel de confeſsione expreſſa, quę
etiam fit in iudicio propter aliquod
inſtrumentum, & relatiuè ad illud, an
illa confeſsio valeat, annullato ſeu re-
probato inſtrumento, quæ eſt alia &
diuerſa materia à noſtra, in qua mul-
tum controuertitur an cōfeſsio illa te-
neat, annullato inſtrumēto, in qua va-
riè dicitur; quoniam videtur illa con-
feſsio non eſſe acceſſoria ad inſtrumē-
tum, de quo vide per Doctores, maxi-
me Decium in cap. cum venerabilis a
61 num. 22. de exceptionibus. Sed de illa
confeſsione † & guarentigia, quæ
fit in ipſo inſtrumento guarentigia-
to, & confeſsionato, & ſimiliter de
alijs ipſius inſtrumēti clauſulis, an illæ
pereant deſtructo inſtrumēto, quod
minoris dificultatis eſt. in quo caſu
eſt concludendum, omnia perire, ve-
luti ſi inſtrumentum appareat falſum,
non ſolemne, ex defectu ſolemnitatis
reſpicientis inſtrumentum, non vero
contractum, quia terminus ad quem
fit relatio, id eſt inſtrumentum, non
ſubſiſtit, ergo nec erit aliquid exequi-
bile. In argumentum tamen adduci
poſſunt, quę de tacita ſeu expreſſa cō-
feſsione, ad inſtrumentum falſum,
ſeu carens debita inſtrumentali for-
ma traduntur, nam ſimiliter & con-
62 feſsio corruit, † corruente inſtrumen-
to Decius vbi ſupra. nu. 23. 27. Inno.
in d. c. cum venerabilis de exceptioni-
bus, quod ſub quibusdam diſtinctio-
nibus accipiendum eſt, vt ibi habetur,
vnde Baldus in l. alia C. de his qui-
bus vt indig. dicit, quod ſi confiteor
inſtrumentum falſum, eſſe verum,
quod reprobato illo inſtrumento, tā-
quam falſo, confeſsio mihi non no-
cet, quia nec naturale, nec ciuile ha-
bet fundamentum, cui poſsit inhere-
re l. cum precibus C. de probat, &
idem etiam ſi inſtrumentum eſſet cā-
cellatum, nam cum cancellatio ſit in-
terlineatio, amortizatio, ac deſtruc-
tio ipſius inſtrumenti: clariſsimum
ac certum eſt edificio, & fundamento
corruente, omnia ſimiliter ex eo pen-
dentia corruere, ita reſoluit Bened.
de Barzis alios allegans de libel. gua-
rent. 1. part. quęſt. 6. Suarez in decla-
ratione l. Regni ad l. rem. iudicatam.
ff. de reiudi. n. 16. cum ſequētibus, vbi
benè: ſed ſi inſtrumentum † corrue-
63 ret, eſſet nullum, & in efficax, non
propter defectum aliquem inſtrumē-
tale ipſius ſubſtantiæ inſtrumenti, ſed
ipſius contractus contenti in ipſo in-
ſtrumento, vel debiti, tunc aliter di-
cendum foret, nam licet contractus
principalis non valeat, confeſsio in eo
contenta ad huc teneret, & noceret,
ita Inno. in d. cap. cum venerabilis, ve-
luti ſi propter defectum interuentus
canonicorum, non valeat inſtrumen-
tum, hoc eſt non probet, confeſsio ta-
men quam ego ibi feci, valebit, quia
inſtrumentum ſubſiſtit, licet non ha-
beat vigorem, & de contractu nullo
poteſt bene dari validum inſtrumen-
tū, imo plus dicūt aliqui, quod ſcilicet
confeſsio † facta in inſtrumento non
64 ſolemni, licet inſtrumentum nō pro-
bet, valebit tamen, & præiudicauit cō-
feſsio, de quo Bald. in l, 2. §. plane. ff.
quod

quod falſo tutor. auct. Bart. in l. 1. §. ſi quis ſimpliciter de verb. obli. Verum tamen in tali caſu eſſet agendum via ordinaria, non executiua, ex quo clauſula executiua guarentigię eſt ſublata per annullationem inſtrumenti, ſic Barzis vbi ſup. in fine.

Concludendo hunc articulũ, quando inſtrumentum corruit ex defectu ſubſtãtię ipſius inſtrumẽti, etiam guarentigia, & ceterę clauſulę executiuę corruunt, tamquam acceſſorię, & fundatę ſuper ipſo inſtrumento, & licet in aliquo caſu confeſsio in tali inſtrumento facta ſubſiſteret, eſſet tamen tractanda via ordinaria, & non executiua, vt dixi ſecundum Barz. Modo ad materiam, ſi in aliquo inſtrumẽto eſt clauſula, quod poſsit creditor apprehendere, & manifeſtare, vel aliæ ſimiles clauſulæ exequutiuę: tunc ſi inſtrumentum corruit, deſtruitur, & annul-
65 latur, itidem & clauſulæ † corruent, & non ſubſiſtent, & per conſequens, merito dabitur per iudicem inhibitio, & firma, ne in vim illius inſtrumenti annullati, & deſtructi, procedatur ad apprahendendum, & manifeſtandum, et ſimilia, quantumcunque apprahẽſio & manifeſtatio ſint priuilegiatę de foro, taliter quod cõtra ea non poſsit aliqua exceptio opponi, & non puto, ſuper hoc paſſu poſſe dubitari; & ſic merito in his, & ſimilibus caſibus fuerunt datę ſimiles firmæ, & inhibitiones, per Locumtenentes Iuſtitiæ Arago. referẽte Pleban. verb. firma, n. 173 cum ſequen.

De confeſsione facta in teſtamento, in fauorem tertij, an poſsit reuocari reuocato teſtamento, vidi dubitari;
66 † & quod poſsit reuocari tenent aliqui, vide Crauet. conſi. 947. num. 35. Alexan. conſi. 22. nu. 1. in primo. Sed quod non poſsit reuocari, Couar. lib. 1. var. cap. 14. num. 7. Communem dicit Duenas, reg. 16. Menoch. conſi. 161 Caualcan. deciſ. 51. 2. par. quos vide per te, & ſecundum hanc opinionem, fuit iudicatum in curia Iuſtitiæ Aragonum, in proceſſu Domi. de Luna; * nec non Melchioris Remirez, ſuper iuris firma, 14. Octob. 1589. Licet contrarium fuerit iudicatum in Regia Aud. vbi fuerunt vota diuiſa, ſed tãdem in curia Iuſtit. Arago. fuit totum contrarium declaratum, ſed hoc non habet reſpectũ ad ſuperiora, ſi quidem teſtamentũ, licet reuocetur, quoad diſpoſita in eo, tamen inſtrumentũ teſtamẽti ſubſiſtit, & verum fuit, vnde confeſſio in eo facta ſimiliter debet valere; cum ſimiliter confeſsio debiti facta in contractu valeat, vt fuit iudicatum in * eadem curia, in proceſſ. Iu. de Anadõ, ſuper emparamento. 17. Octob. 1587. vide Pechiũ de contract. coniug. Azebed. in ſimili lib. 4, tit. 1. l. 11. numer. 19. cum ſequen. at hic agimus, quando inſtrumentum in totum à ſui principio non ſubſiſtit, vel poſtea de voluntate partium deſtruitur, & annullatur, vt per cancellationem.

QVINTA REGVLA.

Aliquando vero non corruit, & annullatur ipſum inſtrumentum, & continens, ſed contentum tantum, ſcilicet contractus in eo celebratus; & licet etiam ad hanc regulam conducãt tradita in 4. regula, tamen tu diſtingue, & multum benè nota, quod aliquando ſtatutum priuilegiat inſtrumentũ guarentigiatum, taliter quod principaliter mãdat executari guarentigiã, & confeſsionem illam factam per notarium in confeſſum, habendo ſimpliciter, & abſolute reſpectum ad ipſum ſolum præceptum, & guarentigiam, & non ad aliud, & tunc ex quo nihil aliud attenditur, niſi præceptum, non autem

autem validitas obligationis, ideo in
tali caſu executatur præceptum , &
guarentigia, & ſic clauſulę executiuę,
67 † licet ſtipulatio ipſa ſit inutilis , eo
modo quo mandatur executioni ſen-
tentia iniuſta lata ſuper inutili con-
tractu, & in his terminis loquitur An
gel. in d. l. 1. §. ſi quis ita de verb. ob-
lig. & ibi Alex. & idem Alex. in d §.
Griſogonus, Bald. in l. 2. C. de execu
tione rei Iud. nam iſti, & ſequaces ſi-
ne dubio loquuntur, quando ſtatutū
mandat exequi inſtrumentum , non
propter contractum in inſtrumento
contentum, ſed propter præceptum
guarentigiæ , quo caſu non curatur,
quod confeſsio in contractu appoſita,
ſeu ſtipulatio ſit inutilis, vel ineficax,
vt in pacto nudo, quod de iure ciuili
eſt in eficax, nam ex quo in inſtrumē
68 to eſt præceptum guarentigiæ , †cui
ſtatutum dat executionem quaſi abſo
lutam, & perſe, non conſiderata vali-
ditate, vel ſubſtantia debiti, ſeu obli-
gationis, ideo mandatur exequi non
obſtante contractu inutili, & eodem
modo reſpondit Bald. in l. fin. C.
de falſa cauſa adiecta leg. & in his
terminis , quantumuis contractus
eſſet inutilis , vel aliqua exceptione
elidibilis, ſuſpenſus, & eneruatus, nō
poſſet dari firma , ſeu inhibitio contra
executionem guarentigiatam inſtru-
menti, & pręceptum cōfeſsionarum,
& ſi inſtrumenta priuilegiata Regni,
talia eſſent, ſcilicet guarentigiata in
hunc ſenſum, male darentur iſtæ in-
hibitiones, ſed verè loquendo in Re
gno non dantur talia præcepta gua-
rentigiata , ſed inſtrumenta que-
69 cumque, ſola legis voluntate † abſque
alio circuitu, ſunt exquibilia. ac ſi fo-
rent guarentigiata, & ſic in eis regu-
la hęc non poteſt locū obtinere , ſolū
poſſet dici, quod aprehenſionis & ma-
nifeſtationis proceſſus ſunt priuilegia
ti, propter, ſe non propter aliud, vnde
videtur, quod nulla alia exceptione
poſsint ſuſpendi, quantumuis iuſta ar
gumēto ſupra dictorū, ſed ad hoc fa-
ciliter reſpondetur, nam in caſu ſupe-
riori præceptum iudicis cartularij fa-
ctum in confeſſum ad ſui eſſentiam,
& validitatem non expectat, nec re-
quirit validitatē obligationis ipſius,
ſiquidem cum habeat vim ſententiæ
inter partes, iam habet ſuum quale
non dependens ab alio , quod ſecus
70 eſt in aprehenſione, quoniam illa † nō
poteſt fieri niſi ratione alicuius iuris,
vel clauſulæ tribuentium facultatem
apprehēdēdi, veluti ſucceſsionis ab in
teſtato, poſſeſsionis propię, vel alicuius
crediti, vbi adſit clauſula ad apręhen-
dendum, ſed ſi debitum cuius vigore
poteſt appręhendi, ſit ſolutum, extin-
ctum , ſuſpenſum, vel inſtrumentum
debitorium ſit cancellatum, & deſtru
ctum iam ceſſauit materia ipſa aprę-
henſionis, & ſic non mirum, quod nō
poſsit appręhendi, imo erimus in ca-
ſu quartę regulę , quod ſcilicet erit
ſublatum inſtrumentum ipſum, cuius
vigore apræhenſio facienda eſt.

SEXTA REGVLA.

Vbi ſtatutum mandat exequi con-
tractum aliquem , ideſt ſubſtantiam
contractus, non principaliter propter
præceptū iudicis cartularij, & guarē-
tigiā in inſtrumento appoſitam, ſed
potius mandat exequi inſtrumentum
propter contractum , & ſubſtantiam
illius, tunc ſi cōtractus eſt inutilis, in-
71 ualidus, † non mandabitur executio-
ni inſtrumentum. l. 4. §. condemna-
tum. ff. de reiud. ratio huius eſt, quo-
niam tunc ſtatutū videtur habere tā-
tum, reſpectum, & conſiderationem
ad ſubſtantiam, & validitatem con-
tractus , ſeu obligationis ita Suarez
alios

alios allegans in declaratione legis Regni, ad l. rem iudicatam in principio, num. 8. & 23. & Alexand. Angel. & alij in d. l. 1. de verb. oblig. Bened. de Barzis vbi ſup. ratio rationis eſſe poteſt, quia ſi nõ tenet principale ſcilicet contractus, qui principaliter attenditur, nec tenet † acceſſorium, & ſic con
72 feſsio præcepti, & clauſulę executiuę, tex. ſingul. in l. fin. ff. de conſti. pecu. & ibi Angel. & nullo exiſtente contractu nulla dicitur eſſe guarentigię clauſula, habens ſe per modum acceſſorij ad dictum contractum, vt eſt guarentigia, ſeu clauſula executoria eſt, gloſ. ſingul. quam comendat Rom. conſi. 42. in l. ſi patronus. §. fin. ſi quid in fraud. patr. bonus locus Phanu. de inuent. 5 part. numer. 104. Ex hoc infertur, quod quando contractus eſt nullus, nulla ex eo transfertur poſſeſsio per clauſulas trãſlatiuas poſſeſsionis, quia illę ſimiliter ſunt nullę, l. 1. §. ſi vir vxori, ff. de acquir. poſſ. argumẽto ab ſpeciali, vt colligunt ibi DD. omnes, quos in magno numero recenſet Gomez in l. 45. tauri. num. 30. vbi in fine id declarat quomodo intelligendum ſit, eſt in terminis videndus Bal. in l. etiam, in 1. & 2. colum. C. de execut. rei iud. vbi pulchre de his adducit exempla. Ex his infert Suarez vbi ſupra longa diſputatione, quod non poterit exequi inſtrumentum priuilegiatum, de confeſsione pecunię receptę, ſi reuera aliter, quam per dictã confeſsionem non appareat de numeratione, quia cum illa numeratio ſit cauſa obligationis, & hæc infra bienniũ non ſit efficax, l. fin. C. de non numer. pecu. ideo nec inſtrumentum propter illam exequibile, † poterit mandari
73 executioni, & ſecundum iſta ſatis reſponſum apparet ad rationes contrarias, nam ad Angel. Alexand. in d. §. ſi quis ita, & ad Bald. in d. l. 2. & l. fin. C. de fal. cauſa adiec. leg. ſatis reſpõſũ eſt ſupra, aliter etiã reſpondet Bald. in d. l. 2. Suarez vbi ſup. num. 24. verſ. ad aliud, &c.

In ſuper ad Bald. in l. fin. C. de falſ. cauſa, adiect. dico ſecundũ eundẽ Bal.
74 quod poterit opponi, † quod non ſit vera dos, cum ſtatutum intelligatur de vera dote, & ad id, quod idem Bal. dixerat in l. ſi ſub ſpecie, quod ibi exceptuatio illatum exceptionum, non ampliat regulam remouentem exceptiones, vltra quam de ſe regula includeret, at de ſe regula non remouebat alias legitimas, ergo nec exceptuatio id operabitur, contra Bald. vt dixi in tertia regula; quid quod diuerſum eſt ſtatutum, quo omnes exceptiones excluduntur, exceptis quibuſdam, à diſpoſitione noſtrarum legum, quę vt dicemus omnes legitimas exceptiones admitunt ſi incõtinenti probantur inſtrumentaliter, ex his videtur res hęc expedita ab omnibus difficultatibus, & ex ea inferendum ad materiam noſtram, quod quotieſcumque contractus patitur aliquam exceptionẽ, ſeu dilatoriam, ſeu peremptoriam, per quam in totum, vel in parte, in perpetuum, vel ad tempus ſit ſuſpenſus, & eneruatus effectus conuentionis, tunc ex quo inſtrumentum priuilegiatur propter contractum, nõ poterit illud exequi, & ſic merito dabitur inhibitio
75 † contra illud, etiam ad apprehendendum, & manifeſtandum, nam certum eſt, vt ex contextura fororum de cenſualibus, de la execucion de la carta de encomienda, de los albalas, & ſimilibus reſultat, hęc inſtrumenta eſſe priuilegiata propter contractus cenſualium, comandarum, albaranorum, & ſimilium, prout de ſimili lege Caſtellę teſtatur idem Suarez vbi ſupra, num. 24. vt ſic factum fuiſſe frequentius teſtatur Portol. vbi ſup. num. 173.

cuius oppinio mihi ſemper placuit, & fuit a me recepta dum in ea fui Curia.

Sed ad tollendam omnem difficultatem, & ne tu iuuenis, & noue practicans, in ſupperioribus te inuoluas, cape aliam rationem, per quam omnia contraria ſoluuntur, & in concordiã rediguntur Fori noſtri priuilegiantes dicta inſtrumenta, non reijciunt ab-
76 ſolutè † exceptiones, ſed eas tantum quę non probantur in continenti, inſtrumentaliter, vt patet per forum de cenſualibus ibi *ſino que de la dicha nulidad de la ſententia conſte por el proceſſo, o de la ſolucion de la penſion, o de otras legitimas excepciones, o defenſiones cõſte por albaran publico de paga, o por carta publica*. Et cũ hæc eadẽ executio extendatur per ſequentes foros ad cartã mutui, & albarana mercatorũ, idem erit de omnibus his, ecce lector quomodo forus non reijcit exceptiones, ſed potius admittit omnes defenſiones, omnes exceptiones, licet velit, quod probentur inſtrumentaliter, & cum carta, & magna eſt diferentia, quod per legem, vel ſtatutum remoueantur exceptiones, vel quod, ſtatuatur terminus † ad eas proponendum,
77 ſeu modus eas probandi modificetur vt hic, nam primo caſu maximus eſt rigor, adeò quod poſsit recurri ad iudicem eccleſiaſticum, propter rigorem ſtatuti, in ſecundo vero caſu non eſt rigor, imo ſtatutum ſeruandum eſt, nec recurritur ad iudicem eccleſiaſticum, vt Doctores varijs in locis meminere huius diferentiæ, quam in ſpecie noſtra tradit Suarez in declaratione legis Regni ad l. poteſt rem iudicatã. ff. de reiudi. 2. p. nu. 1. vbi benè. Si ergo forus noſter admitit omnes defẽſiones, omnes exceptiones inſtrumentaliter probatas, nihil erit dubitandum, ſed imo quod tota executio priuilegiata, omnes clauſulæ executiue, oppoſita tali exceptione ſeu defenſione, erunt ſuſpenſæ, vt ſtatuit d. forus de cenſualibus, quod ſi inſtrumentaliter non probentur, vel aliquo modo per foros permiſſo, certè nec
78 executio, nec † ceteræ clauſulæ exequutiuæ fruſtrabuntur, ſed potius habebunt ſuam uim, effectum, & efficatiam, & ſic ſuſpenſo effectu inſtrumentorum huiuſmodi, erunt ſuſpenſę apprehenſio, & manifeſtatio, quæ in vim illorum inſtrumentorum emanãt vigore clauſularum eorundem, ſecluſis autem his exceptionibus inſtrumẽtaliter probatis, quibus corruunt inſtrumenta debitoria, iura, & actiones agentium, quantumuis res habeat maximam iuſtitiam, non poterunt impediri dictę executiones, dictæ appræhenſio, & manifeſtatio propter magnum illarum priuilegium, ſed oportebit in eis, reos ſua iura deducere, & allegare, aliàs non audientur.

Et in vim illorum ſequitur id, quod quotidie practicatur, quod exceptio
79 vſurarum † quę reſultat ex eodem inſtrumento, impedit executionem inſtrumenti vſurarij, non obſtante foro de vſurijs, diſponente, quod exceptio ſuper vſuris non impediat executionem inſtrumenti, ratio eſt, quia talis exceptio naſcitur ex ventre inſtrumenti, imo etiam ſi aliter conſtet, inſtrumentaliter tamen, admittitur talis exceptio, tam per iudicẽ exequentem, quam iudicem eccleſiaſticum, qui dat inhibitionem, ſed ea non tollit proceſſus priuilegiatos, vt ſupra dixi in vim fororum eam erpreſſe reijcientium, datur etiam firma in vim talis exceptionis, etiam ad impediendam apprehenſionem, & manifeſtationem vi ſuperiorum, verum tamen
80 eſt † quod quando per teſtes veniret probanda exceptio (quod permittit ille

ille forus) tunc ſecundum forum de vſuris non retardatur executio, ſed debet exequi inſtrumentum, retractabitur tamen poſtea ſi doceatur de vſura, vide in proceſſu Laurentij de Seſſe,
* ſuper iurisfirma, anno 1589. vbi conſtabat de vſura per confeſsionem iuditialem, & ſic per inſtrumentum, ſimilis firma fuit prouiſſa, & bis confirmata, ex ſuſpitione vſurarum, reſultante ex ipſo inſtrumento, vide in pro
* ceſſu Auguſti. de Abiego, ſuper iurisfirma, 27. Ianuar. 1587. non obſtante foro reijciente exceptiones omnes, & dilationes: nam nunquam inſtrumentales cenſentur reprobatę.

Aliam etiam ſequi poteris regulã, ſatis claram, quam tradit Bart. in d. §. & patuj, num. 7. quod licet forus, & ſtatutum, tollant omnem exceptionem, quibuſdam exceptis, tunc ſi aliquæ alię legitimę exceptiones competunt, poterit quis implorare officiũ iudicis; per quod actor prohibeatur
81 ab agendo, † nam impeditus excipere, non impeditur implorare officium iudicis, vt Bart. ibi Roland. conſi. 1. numer. 58. in primo, niſi tollatur per ſtatutum defenſio, nam tunc ſimiliter officium iudicis tollitur, & tamen non omnes fori, qui tollunt exceptiones, prohibent etiam defenſionem.

Sed dices tu, hoc bonum eſt ad impediendam executionem agentis, ſed non ad impediendam appræhenſionem, & ſimilia, ego dico tibi, quod ſi inſtrumentaliter conſtat de illa exceptione, (hic eſt punctus) poterit etiam impediri † appręhenſio, nam ſi
82 ſecundum Bart. debet prohiberi ab agendo, certè neque poterit apprehẽdere, neque manifeſtare, tota vis eſt, quod conſtet de exceptione per inſtrumentum, hoc autem conſtito, habent tunc locum omnia ſupradicta,

ſed dices rurſus, in Regno non habemus officium iudicis, dico quod hoc eſt ridiculum, & malè intellectum. In Regno non habemus officium iudicis, ſcilicet nobile, vt ſcilicet iudex ex officio, nemine petente procedat, inquirat, & aliquid agat; tamen ſi pars imploret officium iudicis, in caſu, vbi ęquitas † ſuadet debere illud impar-
83 tiri, licet actionem non habeat ipſa pars, quis dubitabit quin in Regno illud debeat iudex impartiri? Eſſet dicendum aliàs, quod in Regno non poſſent peti alimenta, pietatis & miſerationis cauſa, vt per Surdum de aliment. tit. 3. queſt. 1. (ſecluſa actionis via) quod falſum inauditumque eſt, cum petant, & peti poſsint, vt in decif. meis, vbi vide de hoc: Et dum
84 hic Portol. verb. firma, num. 187. reſoluit, cum inſtrumento ſciſſo, iurisfirmam, ſeu inhibitionẽ concedendam fore, cuius opinio multis placuit, ex quo illa coniecturalis probatio liquidiſsima dicitur, gloſ. in l. ſi tutor qui petitus. C. de pericul. tutor. & curat. vide in proceſſu Iacobi Ybañez ſenio
* ris, loci de Muel, die 8. Octobr. 1597. & hęc inhibitio debet durare, donec
85 † inhibitus probet non fuiſſe ſolutum debitum, quia illa præſumptio debiti ſoluti, iuris tantum eſt, non iuris, & de iure, de hac tamen determinatione, aliquantum dubito, an procedat in inſtrumento cenſualis, cogita per te.

Quod ſi dixeris impediri deciſsionem iuſtitię, per has inhibitiones, ſeu iurisfirmas, cum exceptiones in eis allegatę poſsint eſſe falſę, immo inſtrumenta, quibus fundantur ſimiliter falſa, & ſimulata eſſe, & frequentius id contingere, tanquam teſtis occulatus poſſũ atteſtari, & ſic videri iniuſtũ has inhibitiones cõcedi, præſertim parte

Pp non

non audita in prima expeditione, ſeu decreto, iam reſpondet Pleban. ad id ſub num.205. dicens, id in examine, & cognitione exceptionis cognoſci debere, † quod nos repulſionem iurisfirmę appellamus, quia agitur de repulſione, & remotione iurisfirmæ, & ſeu exceptionis in ea allegatę, vel illius admiſsione, vt latius diximus capit.ſecundo §.tertio vbi latè.

86

Sed exemplar adductum per Pleban.de proceſ. Ioan.Solanas, non mihi multum placet, quia curia Iuſtitię Arago. non debet inhibere in cauſis criminalibus, reſpectu recti, † licet ſic reſpectu ritus, ex quo iuriſdictio ei omnino abdicata eſt in cognitione cauſarum criminalium, ab anno 1510. vt latè vidiſti ſupra cap.1.§.2.& ſi dicas quid faciendum? ſi in recto irroget aliquod grauamen Regia Audientia? perquiram etiam ego quid fiet hodie, ſi Regia Aud. ſine ratione condẽnaret aliquem iniuſtè, in aliquo proceſſu criminali, ſolum poterunt † accuſari in curia Iuſtitię Arago.tanquã officiales delinquentes, ſed de illa iniuſtitia non dabitur recurſus ad Iuſtitiam Aragonum.

87

88

Et dum aſſerit Portol. num. 206. iurisfirmam, & inhibitionem non arctare, nec habere effectum, niſi in caſibus & iuribus in iurisfirma, & inhibitione expreſsis per forum multoties, primũ de firmis iuris, id conſonum eſt iuri communi, ex quo inhibitio † eſt odioſa, & ſtrictè accipienda, vt reſoluunt allegati per eum, quem, & quos vide. & præcipuè Mandoſ. de inhibitio, q.30. verſi. inhibitio igitur, dicens, quod inhibitio in vno caſu conceſſa, in altero denegata eſſe cenſetur. & è contra, argumento l.cum prætor de iudi.& hinc dicitur, quod ſi prohibitio, vel inhibitio ſit per aliquod tempus, vel vſque ad aliquod tempus, tũc quoties erimus extra tempus prohibitionis, & inhibitionis, non obſtabit inhibitio, & actus omnes validè fiunt, argumento l. Imperator vbi Bart. & Bald.ff.de poſtul.idem q.19.in fin.vide Molin.verb.inhibitio verſ. Bernardus de la Caualleria, videndus Pariſ. conſ.108.nu.2.in 1.vide notata in c.ſuper eo, vbi Fran. & c. ad hęc de appellat.Rota deciſ. 31. in fin. de appell.in nouis,fol.199. Hercul. in tract. de attent.cap.28.num. 62. fol. 97. Decius conſi.33.num.4.Pariſ.conſ.39. nu.28. in 1.Decius in reg.fęminę,nu.11. ff.de reg.iur.Lancelot. de attent. capit. 4. limit.2.num. 4.

89

Pro complemento & fine huius §. tradit Portol.ſub nu.207. duas regulas, ex quarum reſolutione pendent multę cauſę criminales, & deciſsiones illarum, dicit enim primo, quod inhibitio & firma non † arctat niſi perſonas in inhibitione nominatas, ſuple & etiam licet alię perſonę eſſent eis connexę, immo licet de alijs eſſet mentio facta in narratiuis, ad obtinendam inhibitionem, nam tantũ arctaret perſonas nominatas in inhibitione, allegat Decium conſ.33. Lancelotũ de attent, c.4.limit.2.nu.4. ex quo infert, quod ſi inhibitio ſit obtenta ab eccleſiaſtico iudice, per debitorẽ principalem, contra creditorẽ, ſub prętextu, inſtrumenti vſurarij, & fuerit præſentata cui cõuenit, non impediet, quin † fideiuſſor capiatur, ex quo non fuit nominatus in inhibitione, quod verum eſt, vt apparet per Mandoſium de inhibitionibus, q. 48. qui licet videatur decidere poſtea contrarium, in q.68. non tamẽ contrariatur, vt ibi per eum, nam videtur loqui in fideiuſſore iudicij, vbi ſecus, vide per te.

90

91

Dicit 2. Portol. quod inhibitio, ſeu firma ſolum arctat eas perſonas, quibus fuit præſentata, non autem alias,

92 alias, quibus non fuit preſentata, licet eſſent nominatę in ipſa † inhibitione, & multo minus ſi non eſſent nominatę in inhibitione vnde infert, quod firma præſentata Protregi tantum, non arctat Zalmetinam ſeu iudicem ordinarium, licet nominatum in inhibitione, ſi tamen non ſit ei præſentata. Inde etiam fluit, quod firma præ-
93 ſentata † officiali prędeceſſori, nō afficit ſucceſſorem, niſi & ei præſentetur, nec inhibitio pręſentata Vicario Generali ſede vacante, afficiet Epiſcopū ſucceſſorem, nec eius officialē, eſt enim ſpeciatim ſingulisquibuſuis perſonis præſentanda, ex mente Staphil de liter. gratię tit. de ſign. Iuſt. cap. in commiſsionibus, num. 14. fol. 438 Lancelot. de attent. d. cap. 20. limit. 28. num. 5. hæc ille. Vnde videtur, quod nō poſsint accuſari de fractione inhibitionis, illi qui contra eam faciūt, ſi tamen eis non fuit præſentata, adeò enim præſētatio eſt neceſſaria, vt neceſſi domi fiat, ſufficiat, ſi tamen poſtea nō veniat in notitiā veriſimiliter,
94 ſed perſonaliter † intimationem fieri oportet, pro vt habetur de iure, citationem perſonaliter fieri debere, quā ad ſententiā excōmunicati inſ ferendam, nec ſufficere ſi domi fiat, propter grauitatem præiudicij, quod per excōmunicatione infertur, Inno. Collect. Abb. in c. fin. de eo qui mittitur in poſ. Faber in §. fin. inſt. de pęna temere litig. itaque preſentari debet inhibitio perſonaliter, vtetiā de iure reſoluit Mandoſ. vbi ſupra q. 67. imo quando requiritur notitia, ſeu ſcientia alicuius, ad efectū vt aliquid faciat, vel nō faciat, tunc non ſufficit ſimplex ſcientia, ſecundum Bart. in l. qui vxori. § quid ergo de adulter. facit. l. 1. cum ſua materia C. de peri. & com. rei. vend. Felin. in cap. cum contingat. 4. concluſio. de reſcrip.

Iſtæ duæ regulę traditę per Portol. negari non poſſunt, nā cum in omnibus actibus humanis perficiendis,
95 duo neceſſario † debeant concurrere, quorum alterum poteſtas, alterum vero voluntas eſt, & altero horum deficiente, nil fit, vtroque vero cōcurrente omne quodcumque fit, Menoch. conſ. 15. num. 5 Alex. conſ. 52. & 123. in 4. c. ſuper Abbatia de offi. de leg. l. omne verbū C. comunia de leg. vbi Bald. & cōſ. 326. in 1. Si in inhibitione, non nominetur quis, iam inde eſt inhibitionem contra eum non peti, & ſi nō fuerit inhibitus, impoſsibile erit fractorē eſſe inhibitionis, ecce hic & voluntas, & potentia deficiunt, quod ſi nominatus ſit, & inhibitio contra eum decreta, ſi tamen non ei præſentetur, iam deficit voluntas partis, cuius eſt inhibitio, & ſic nequaquam fractor inhibitionis dici poterit.

Et in tantum ſuperiora vera ſunt de iure circa præſentan iam inhibitionem alicui, vt dicatur fractor illius, ſi poſtea attentet contra eam, vt nō ſufficeret ſi pars oſtenderet inhibitionē ipſam aduerſario, & ei notificaret, ni-
96 ſi hoc faceret officialis, † & merus executor iudicis inhibentis, cui foret credēdū, vt reſoluit cum multis Mandoſius quæſt. 80. per totam, nam non tenetur quis credere a ſecretario affirmanti inhibitū eſſe, cū nemo debeat eſſe nimis credulus, iuxta dictū ſapientis, qui nimis cito credit, leuis eſt corde, verum in Regno non id requiritur, ſcilicet quod notificatio fiat per curſorem, & nuntium publicum, ſed
97 ſufficit ſi fiat per eandem † partem, cum interuentu tamen notarij, qui de notificatione, præſentatione inhibitionis, & dimiſſione copiæ illius, inſtrumentum teſtificetur, vt ſic de actis conſtet, nec poſsit illud negari, & hoc ſufficeret.

Verum licet ſuperior regula de pręſentāda inhibitione perſonaliter, procedat pręſertim in Regno, vbi prima citatio debet fieri facie ad faciem, nō domi, vt in for. 1. de contumatia, & ibi per foriſtas, tamen patitur aliquas limitationes, nam ſi is cui pręſentatio fieri debet, data opera ſe abſentet
98 † ad impediendum ne ſibi perſonalis intimatio, vel denuntiatio fieri poſſet, tunc ſufficit executio citationis, ſeu intimatio facta domi, l. ſi ideo in fine ff. de queſtio. Bart. in l. 1. §. ſed & Ariſto. ff. quod vi, aut clam, Tiraq. de vtroq. retract. §. 9. gloſ. 2. nu. 7. idem ſi citatio, vel intimatio ſit facta domi,
99 † vel aliter minus legitimè, & tamen veriſimiliter peruenerit ad notitiam eius, cui inhibitio facienda erat, vel qui excommunicandus erat, vt in caſibus dictis, clem. cauſam, in fin. de elect. Rot. deciſ. 271. in nouis Roma. cōſ. 410. n. 2. Hippolit. in rubr. C. de probat. num. 371. & ſingul. 259. Felin. in cap. cum contingat de reſcript. latius hęc, & alia tradens Mandoſius, queſt. 67. Nam in his, & ſimilibus caſibus dicitur ſatis inhibitio pręſentata. & ipſa pars inhibita, & per conſequens, ſi contra inhibitionem faceret, tamquam fractor inhibitionis veniret puniendus, vt me exiſtente Locumtenente vidi multoties practicatum, & punitos aliquos, quibus fuerant ſic inhibitiones præſentatę per proclamata, vel domi, dum ipſi perſonaliter non poſſent inueniri, & hoc in Regno non habet difficultatem, cum ſic citentur abſentes, & contumaces, vide in proceſsibus Iuratorum, Iuſtitiæ villę de Alcañiz, contra
* Gabrielem de Alloça de Alcoriſa, & contra alios de la Zoma in tribus proceſsibus in curia Iuſtitię Aragonum, circa annum milleſimum ſexcenteſimū, & in proceſſu Iuratorum ciuitat. Burgię, contra cuſtodes villæ
* de Ambel, ſuper criminal, in curia Iuſtitiæ Aragonum, anno milleſimo quingenteſimo nonageſimo quinto, Et in proceſſu Abbatis de Beruela,
* contra eoſdem cuſtodes, ſuper criminal, in eadem curia dicto anno milleſimo quingētesimo nonageſimo quinto, & in eorum motiuis, quæ inuenies in libro conſilij, in quibus fuerunt condemnati multi, tanquam fractores iurisfirmarū, & inhibitionum, quibus fuerunt præſentatę firmę, & inhibitiones, non perſonaliter, ſed in contumatiam eorum, dum reperiri non poſſent domi, vel per proclamata, quę ſciencia ſufficit, & tunc ſatis dicitur pręſentata inhibitio, † quo-
100 niam hęc publicam, & notoriam faciunt inhibitionem, & firmam, pręſertim ſi cum his pręſententur Iuratis, & Concilio Vniuerſitatis, nomine omnium, qui non reperiuntur, & fortius, ſi affingantur in loco publico, & eminenti, hos namque actus quilibet ſcire pręſumitur, Bald. in l. doli deno uatio, dicens, hoc eſſe notatu dignū, quem ſequitur Iaſſon. in l. ſi poteſt, nu mer. 23. de acquir. hered. dicens, non
101 excuſari receptatorem † banniti, allegata ignorantia, ſi bannum fuit publicum, vel preconizatum poſt Bart. & gloſ. in d. l. 1. ff. de receptator. idem Bart. in l. 2. C. de agricol. & cenſ. lib. 11 Vulpel. conſ. 19. nu. 4. & per denuntiationem factam domi ſcriptis, vel ſine eis, pręſumitur deueniſſe in notitiam denuntiati, Tiraq. de retr. §. 9. gloſ. 2. num. 40. dicit magis cōmunem Seraphinus priuil. 4. n. 141. quibus caſibus nō excuſat abſentia domus, vel ciuitatis, niſi probetur multum longè ab fuiſſe, modica enim diſtantia nullius eſt momenti, Maranta vbi ſup. n. 237. Socin. de citatio, art. 18. nu. 24. Corn. conſ.

conſil. 36. colum. 3. in fin. volum. 2. Seraphinus d. priuil. 4. & maximè ſi in renitentiam eorum, quibus denuntiari res debet, fiant pro clama, affixio, & alia huiuſmodi, nam tunc legitimè di cũtur citati, & citata legitimè vniuerſitas, Socin. vbi ſup. artic. 2. numer. 52. Bald. in l. etiam colum. 4. C. de execut. rei iud. Bart. in extrauag. ad reprimend. verſi. citatum, vide Abb. in capit. 1. num. 16. de poſtul. prel. Boſsius allegans alios, tit. de rapinis, à num. 18 cum ſequentibus, Iaſſon conſi. 46. numer. 3. Maſcar. concluſione 1237. Nellus de bannitis, 3. par. 2. temporis, queſtion. 20. gloſ. & Bart. in l. 1 §. 1. ff. de receptator. & hęc dicitur ſcientia præſumptiua, ſiue ſumatur ex publicatione banni, edicti, conſtitutionis de qua Abba. in d. cap. 1. ſiue ſumatur ex notorio, & fama, vt in d. l. 1.

Verum licet Bart. & gloſ. in d. l. 1. & alij allegati per Boſsium vbi ſupra, numer. 30. verb. gloſ. & tex. dicant puni-
102 ri ſcientem pręſumptiua ſcientia, † has notificationes, eadem pęna, qua verè ſciens, tamen Boſsius cum multis dicit, extra ordinem puniendum tantum, iuxta glo. in l. in lege ff. ad l. Cornel. de ſicar. & non pęna corporali, cum quo concordat Aymon conſi. 197.

Alio modo temperatur id per Iaſon, d. conſ. 46. vt iſta ſcientia pręſumpta puniatur in faciendo, ſecus tamen ſi in omittendo conſiſtat.

Et licet iſta ſcientia pręſumptiua ſufficiat, poteſt tamen contra eam probari contrarium, Iaſſon vbi ſupra, ſed non de facili debet ei credi, Abb. num. 12. propter contrariam preſumptionem, verum tamen eſt, quod ignorãtia quę probatur, debet eſſe pro-
103 babilis, † non ſupina, & craſſa, nã hęc habetur pro ſcientia, Abb. & alij in cap. Apoſtolicę de cleri. excommun. Maranta in l. is poteſt nu. 112. ff. de acquir. hered. Cardinal. in clem. 1. de cõſang. & affini, Alexan. in l. properandum. §. ſin autem reus, num. 14. C. de iudi.

Reſumendo ad caſum, licet ita ſit, quod debeat præſentari perſonaliter, iſthęc firma, & inhibitio vt arctet, tamen hęc præſentatio poteſt probari verè, veluti ſi fiat facie ad faciem, quo caſu fractor inhibitionis ſ ucrius, & ſic pęna ordinaria puniendus eſſet, alio modo probabitur, ſcilicet pręſumptiuè inueſtigato eo cui debet præſentari, & non inuento, veluti ſi preſentetur inhibitio domi, vel per proclãma, vel per afixionem in loco publico, vel ſi aliter publica ſit, & notoria præſentatio, & notificatio, quo caſu ſi in renitentiam, vel malitiam eorum, quibus pręſentari debuit, qui ſcilicet latitant, aufugiunt, & data opera ſe abſentant, fiant dicta proclama, affixio, & alia, tunc certè idem quod in caſu ſuperiori dicendum foret, ſi verò nul-
104 la † eorum ſit malitia, & detur ſcientia pręſumptiua pręſentationis, tunc extra ordinem puniri opportet, inueſtigatione vero non facta, non valeret pręſentatio domi facta, vt ſup. veluti, quia in non inueniendo eos, & facta inueſtigatione fiat pręſentatio domi, Iaſſon autem ita demum vult puniri, ſi delictum conſiſtat in faciẽdo, ſecus ſi in omittendo, vide per eum, nam non diſplicet, & per ſuperiora idem audiui iudicatum in alijs proceſsibus,
105 † vide in proceſſu Franciſ. Lorente, contra Petrum la Torre, & alios ſuper criminali, anno milleſimo quingenteſimo nonageſimo ſexto,

menſe Martij in curia Iuſtitię Arago. & agebatur de fractione firmę, & in * proceſſu Abbat. Monacho. Sanctę Fidis contra Luppum & Hieronymum * Royo, vel contra los hijos de Maria la Coca loci de Maria, in curia Iuſtitię * Arago. in ſcriban. Mendiue, ſuper criminal. anno 1585. menſe Ianua. de his exemplaribus non ſum certus, & cum his ſimus expediti ab hoc §. 8. ad laudem Domini Ieſu Marię, & Ioſeph.

SVMMA EORVM, quæ in hoc §. 9. continentur.

1 *Iurisfirmas tribus modis terminari & concludi traditur, quorum primus proceſſus repulſionis, ſeu receptionis iurisfirmæ nuncupatur, vt n. 2. Secundus, reuocationis, vt num. 3. Tertius vero declarationis, ſiue moderationis dicitur, vt num. 13.*

4 *Iurisfirma ex eiſdem actitatis non vero, ex nouiter deductis reuocanda eſt, & num. 5. Limita vt nu. 7.*

6 *Debitor fugitiuus, vel de fuga ſuſpectus capi poteſt.*

8 *Appellitãs cum inſtrumento comandæ, non verificatis conditionibus contra chartę, per eum conceſſæ, poterit de nouo eas probare, & ſic ex nouiter deductis iuſtificare appellitum.*

9 *Nouæ prouiſiones in Regno habent vim ſententiæ interloquutoriæ, quæ ex nouis non iuſtificatur.*

10 *Firma iuris aut in totum reuocanda, aut in totum confirmanda eſt.*

11 *Prima quælibet prouiſio ex falſa cauſa facta nulla eſt, quamuis ſententia diffinitiua valeat, & ibi differentiæ traditur ratio, & nu. 12.*

14 *Moderatio iurisfirmæ à reuocatione multum differt.*

15 *Iurisfirma aut reuocatur, quo ad totalem illius ſubſtantiam, aut declaratur ſolũ per iudicem inbibentem non procedere, niſi in caſibus in firma compræhenſis, & nu. 17. & 26.*

16 *Inbibitione ceſſante, aut ſublata ea, ceſſat quoque periculum attentatorum.*

18 *Declarans aliquid, non dicitur de nouo id facere, ſed detegere id quod videbatur obſcurum.*

19 *Iudex qui non poteſt aliquid corrigere, aut emendare, poteſt tamen declarare, & numer. 20.*

21 *Declaratio neceſſaria eorũ, quæ ambigua ſunt non cenſetur excluſa etiam in Regno,*

vbi

vbi chartæ ſtandum eſt, & omnis interpretatio reijcitur.

22 *Declaratio verbi ambigui, contra chartam facta dici nõ poteſt. Sed ad illius confirmationem, aliâs multa abſurda ſequerentur, vt num. 23.*

24 *Principis aſſertioni in facto proprio, & ad præiudicium tertij, quamuis ſtandum non ſit, eius tamen dicti rationi, quamuis in tertij redundet præiudicium ſtari debet, & num. 25.*

27 *Petens firmã declarari ſupponit eam benẽ conceſſam.*

28 *Declarationis iurisfirmæ traduntur exempla, & num. 29. & 30.*

31 *Milites, & Infantiones quãuis regulariter non comprehendantur in ſtatutis, comprehenduntur tamen in his, quæ ſtatum politicum concernunt.*

32 *Declarationes iurisfirmæ, non impugnant inhibitionem, nam ſi impugnarent nõ eſſent declarationes, vt nu. 33.*

34 *Iurisfirmarum finis eſt, nequis grauetur per iudices regni, contra forum.*

35 *Iuſtitia Aragonum per viã iurisfirmæ euocat ad ſe cauſas priuatorum, ſicut Regia curia per viam euocationis perorreſcentiæ, & numer. 37.*

36 *Euocatio per viam iurisfirmæ, ad curiã Iuſtitiæ Arago. potentior eſt quacumque appellatione.*

38 *Cauſa ſemel introducta coram iudice ad quem, non debet iterum remitti ad iudicẽ, â quo, quod intellige, vt nu. 39. & 42.*

40 *Iudex, â quo ſuſpectus dicitur prouocanti, & numer. 41.*

43 *Conſuetudo tribunalium, ſequenda eſt, moderatẽ tamen.*

44 *Frma conceſſa alicui cũ ſola qualitatis allegatione, ꝙ non eſt officialis, & ſic quod non procedatur contra eum per viam inquiſitionis: poteſt ad ſolam aſſertionem declarari, quod poßit procedi, nõ obſtante firma, conſtito quod ſit officialis, & ibi de ratione, numer. 45. Contrarium traditur, numer. 47. Sed ſuperior opinio in praxi recepta fuit. num. 48.*

46 *Officialis nemo præſumitur niſi probetur.*

49 *Firma, miniſtrata informatione conceſſa non debet de-*

clarari in caſu diuerſo, ſi ille erat comprehenſus in inhibitione, traduntur exempla numero.50. ſed contrarium, vide. num. 52.

51 Declaratio per quam cauſa rediret ad iudicē a quo, non eſt de mente fororum.

53 Iudex inhibens quando videt aliquem eſſe caſum, qui in ea compræhendi non debet, ſolet de iure moderare inhibitionem, quam moderationem in Regno non habemus, ſi caſus declarationis erat in inhibitione comprehenſus, vt numero. 54.

55 Iudex declarando iurisfirmam in aliquo caſu, ſupponit illum caſum non fuiſſe de mēte ſua comprehenſum, & numer. 56.

57 Declarationis iurisfirmæ via introducta, in deſuetudinem facit abire repulſionem eiuſdem.

58 Declarationes firmarum in caſibus nō compræhenſis non paſsim faciendæ ſunt, ſed de huiuſmodi caſibus coram iudicibus inhibentibus tractam dum erat.

59 Iudex inhibitus per præſentationē firmæ quodāmod irritatur, et iratus redditur.

60 Declarationes firmarū fieri, multoties expedit pro bono Iuſtitiæ.

61 Declaratio, caſus, qui eſt omnino inhibitioni contrarius, fatua exiſtimatur, & numero.62.

63 Firmę iuris concedi ſolent, quibus officiales Regni inhibētur, ne impediāt ducere per Regnum merces, & bona, manifeſtata tamen, & cum albarano de guia, ſed petuntur declarari per diputatos Regni vt, numer.64.

65 Merces portari poſſūt per Regnum vſque ad quatuor leucas extremitatum eiuſdem.

66 Firmę ſolēt dari militibus et infantionibus Regni ne cōpellantur per vniuerſitates peitare pro hereditatibus emptis a villanis, niſi pro ijs quæ erant impoſitæ hereditatibus ante emptionem, & hę firmę declarantur, vt num.67.68. & 70.

69 Onus mere reale tranſit cū ipſa re in quēcumq. ſucceſſorē.

71 Firma iuris cōcedi ſolet aliquibus iuratis non exercentibus iuriſdictionē, nec aliquid aliud pro Domino Rege, ne aduerſus eos inquiſitio fiat, quæ

quæ ſolent declarari, vt numer. 76.
72 *Inquiſitio in Regno ſolum habet locum contra officiales domini Regis.*
73 *Inquiſitio contra Iuratos Cæſarauguſtæ, non habet locum, quia principaliter nullã iuriſdictionem exercent, nec contra Dipputatos Regni, vt num. 74.*
75 *Inquiſitio nũm habeat locum contra Aſſeſſores ordinariorum variè fuit iudicatum.*
77 *Exercens iuriſdictionem pro domino Rege, vel adminiſtrationem, vel quid aliud, inquiri poteſt.*
78 *Iudex inhibitus num poßit in caſu generali, & in inhibitione forſam non compræhenſo procedere non expectata declaratione, examinatur, & reſoluitur cum diſtinctione, num. 79. & 80. & vide bonũ exemplum, nu. 81.*
82 *Filius regnicolæ natus extra Regnum, ſi reuertatur ad Regnum ad habitandum, gaudet omnibus priuilegijs regnicolis conceßis.*
83 *Extraneus à Regno non poteſt obtinere beneficium in Regno, limita, num. 84.*
85 *Princeps in dubio non cenſetur, ſuper incapacitate diſpenſare, limita, vt nu. 86. 87. & 88.*
89 *Poſſeſſor incapax, & illegitimus, in ſua poſſeßione tuendus eſt.*
90 *Firma obtenta ad ſolam allegationem vniuerſitatis contra exterum, ne admittatur ad officia Regni, poſſet declarari, non obſtare in caſu quo eſſet filius regnicolæ.*
91 *Dipputati ac etiam dominus Rex, de foro, & conſuetudine poſſunt probibere extractionem carnium, & frumenti, & qualiter id fiat traditur.*
92 *Dipputatorũ prohibitio an arctet dominum Regem, quo minus ipſe extrahat, examinatur, & reſoluitur, quod ea quæ ſunt eius patrimonij poterit extrahere, at emere ad extrahendum non poterit, vt num. 93. & ob id denegata fuit firma domino Regi, vt nu. 94.*
95 *Imperator anno 1527. licentiam petijt Dipputatis ad extrahendum frumentum & ei data fuit.*
96 *Rex quando extrahit ſuum frumentum à Regno, per ſuos officiales, iurare ſolet corã Dipputatis, quod non extrahit niſi*

bit niſi frumentum de ſuo patrimonio.

97 *Dipputati poſſunt licentiã extrahendi concedere, generalem tamen reſpectu perſonarum, reiecta quacumque cõtraria declaratione, vt num.* 98.

99 *Firma data Dippatatis, ne contra eorum probibitionem aliquis extrabat poterit declarari, quod ea non obſtante poßit dominus* Rex *extrahere frumẽtũ de ſuo patrimonio.*

100 *Alienigenę qui extra* Re*gnum deliquerunt, hodie remittuntur in caſibus à foro expræßis in titulo, de la via priuilegiada, anni* 1592.

101 R*emißio vt facienda ſit, ſufficit quod fiat fides Locumtenenti, qui reum babet maniſeſtatũ, quod* R*egia Audientia per ſententiam remittendum eſſe declarauerit, & vide bonam deciſionem in materia nu.*102.

103 R*emißio ad alium regnum, vt locum babeat requiritur, quod in eo etiam ad noſtrum regnum remißioni locus ſit, & nu.*104.

105 *Iudex ordinarius, qui cognouit, & declarauit, remißionem eſſe reciprocam, vel reũ eſſe alienigenam, & remitendum, non poterit virtute iuris firmæ inhiberi, etiam conſtito de contrario, & ibi de ratione, nu.*106. *& vide plura exemplaria, nu.*107.

108 R*emißio an procedat in delictis ante forum nouum commiſsis, anceps quæſtio eſt, & vide nu.*109.

110 *Procurator aſtrictus, qui admittitur ad accuſandam de illis criminibus remißionis, non poterit accuſare de delictis ante forum cõmiſsis, cumulare tamen poterit augendo pænam, vt nu.*111.

112 *Firma conceſſa Aragonenſi, ne remittatur, poteſt declarari, vt non arctet in caſibus in quibus remiſsio locum habet.*

113 *Firmæ conceſſæ infantionibus, contra vniuerſitates, declaratur, vt eis nõ obſtãtibus compræhendãtur in ſtatutis, conſtito quod à tempore immemoriali intrãt in cõcilijs, & ſic faciant vnum corpus, cum hominibus conditionis, & nu.*121. *&* 122.

114 *Concilia vniuerſitatum de fora ſolum conſtantur ex hominibus conditionis, & ſigni ſeruitij, quamuis de iure contrarium*

trarium, videatur, vt nu. 115: & 116.

117 *Nobilitas reſpectu officiorũ vniuerſitatis facta eſt ſcabellum pedum plebeiorum, quod ſane dolendum eſt.*

118 *Ratio quare infantiones ad officia vniuerſitatũ non admittantur reprobatur, & nume. 119. et 120.*

123 *Declarationes iurisfirmarum, pro bono iuſtitiæ de cõſuetudine tolerantur, ac fiũt.*

§. 9.

ANTEQVAM cap. hoc abſoluatur, oportet aliqua dicere de exitu harum iurisfirmarũ caſualium grauaminum fiẽdorum, quomodo finiantur, terminentur, & quis ſit exitus illarum, & dicendũ eſt
1 tribus modis eas terminari, † & concludi, primus & magis per foros cognitus, minusque hodie practicatus eſt, quando ſcilicet firmans, ſeu obtinens inhibitionem, citatur coram inhiben- 11
te iudice, ad hunc finem, vt coram eo tractetur de vi, iuſtitia, ratione, & de validitate exceptionis, in qua fundatur ipſa inhibitio, ſeu firma, & ibi agitur, & vbi apparet negotio examinato, exceptionem eſſe validam, iuſtã & bonam, datur ſententia pro ea, & confirmatur ipſa inhibitio, ſeu firma, & ſeu recipitur, vt terminis foralibus vtar, vbi vero apparet exceptionem eſſe iniuſtam, & irrationabilem, & nõ procedere, datur ſententia contra eã, declarando, eam non obſtare, quominus executio ſemel cepta fiat, & ſic remouetur exceptionis impedimentum, & tollitur, ſeu reijcitur exceptio, & ob
2 id dicitur iſte articulus, ſeu proceſſus †
repulſionis, ſeu admiſsionis, & receptionis iurisfirmę, quia vel recipitur, vel reijcitur, ad finem, vt ſcilicet, vel magis impediatur executio, vel potius fiat, & proſequatur, & in eo tractatur de hac iuſtitia tantum per partes, deducendo ſuũ ius, & quia de hoc articulo pleniſsimè dictum eſt in c. 2. §. 3. quæ ibi dicta ſunt repeti hic oportet, ideo non inſiſto amplius, cum abundè habeas ibi quęcumque querere poſſis.

Alius eſt modus euacuandi † has
3 iurisfirmas, per viam ſcilicet reuocationis, quãdo iurisfirma eſt male prouiſſa, ſiue in ritu, ſiue in recto, & exceptio in ea allegata non ſubſiſtit: Quibus caſibus reuocari eã oportet, hoc autem fieri debet, ex eiſdem actitatis,
4 non ex nouiter † productis, quamuis
enim appellitus poſsit iuſtificari, ex nouiter deductis, quæ in iure conſiſtunt; non vero ex his quæ in facto ſunt. Molin. verbo. appellitus. verſ. appellitus prouiſio fol. 21. cui, circa conſuetudinem, & ſtillum cõſiſtorij cum fuerit iuriſperitus, credendum eſt in ſuo foro, ſaltim pręſumptiuè, dum cõtrarium non probatur, Menoch. caſu 360. num. 94. Aymon. conſi. 166. numer. 9. Maſcard. concluſ. 528. ex nouiter ergo productis, quæ in facto cõ-
ſiſtunt non poſſe firmam † iuiuſtifi-
5 cari, tradunt Portoles verbo appellitus, num. 2. & 3. vbi voluit allegare Natam conſi. 646. numer. 5. idem cõſil. 430. num. 26. dicens, ſententias interlocutorias & primas prouiſiones, ſi ante prouiſionem non bene iuſtifi- 6
centur

non audita in prima expeditione, ſeu decreto, iam reſpondet Pleban. ad id ſub num. 205. dicens, id in examine, & cognitione exceptionis cognoſci debere, † quod nos repulſionem iurisfirmę appellamus, quia agitur de repulſione, & remotione iurisfirmæ, & ſeu exceptionis in ea allegatę, vel illius admiſsione, vt latius diximus capit. ſecundo §. tertio vbi latè.

86

Sed exemplar adductum per Pleban. de proceſ. Ioan. Solanas, non mihi multum placet, quia curia Iuſtitię Arago. non debet inhibere in cauſis criminalibus, reſpectu recti, † licet ſic reſpectu ritus, ex quo iuriſdictio ei omnino abdicata eſt in cognitione cauſarum criminalium, ab anno 1510. vt latè vidiſti ſupra cap. 1. §. 2. & ſi dicas quid faciendum? ſi in recto irroget aliquod grauamen Regia Audientia: perquiram etiam ego quid fiet hodie, ſi Regia Aud. ſine ratione condẽnaret aliquem iniuſtè, in aliquo proceſſu criminali, ſolum poterunt † accuſari in curia Iuſtitię Arago. tanquã officiales delinquentes, ſed de illa iniuſtitia non dabitur recurſus ad Iuſtitiam Aragonum.

87

88

Et dum aſſerit Portol. num. 206. iurisfirmam, & inhibitionem non arctare, nec habere effectum, niſi in caſibus & iuribus in iurisfirma, & inhibitione expreſsis per forum multoties, primũ de firmis iuris, id conſonum eſt iuri communi, ex quo inhibitio † eſt odioſa, & ſtrictè accipienda, vt reſoluunt allegati per eum, quem, & quos vide, & præcipuè Mandoſ. de inhibitio, q. 30. verſi. inhibitio igitur, dicens, quod inhibitio in vno caſu conceſſa, in altero denegata eſſe cenſetur, & è contra, argumento l. cum prætor de iudi. & hinc dicitur, quod ſi prohibitio, vel inhibitio fit per aliquod tempus, vel vſque ad aliquod tempus, tũc quoties erimus extra tempus prohibitionis, & inhibitionis, non obſtabit inhibitio, & actus omnes validè fiunt, argumento l. Imperator vbi Bart. & Bald. ff. de poſtul. idem q. 19. in fin. vide Molin. verb. inhibitio verſ. Bernardus de la Caualleria, videndus Pariſ. conſ. 108. nu. 2. in 1. vide notata in c. ſuper eo, vbi Fran. & c. ad hęc de appellat. Rota deciſ. 31. in fin. de appell. in nouis, fol. 199. Hercul. in tract. de attent. cap. 28. num. 62. fol. 97. Decius conſi. 33. num. 4. Pariſ. conſ. 39. nu. 28. in 1. Decius in reg. fęminę, nu. 11. ff. de reg. iur. Lancelot. de attent. capit. 4. limit. 2. num. 4.

89

Pro complemento & fine huius §. tradit Portol. ſub nu. 207. duas regulas, ex quarum reſolutione pendent multę cauſę criminales, & deciſiones illarum, dicit enim primo, quod inhibitio & firma non † arctat niſi perſonas in inhibitione nominatas, ſuple etiam licet alię perſonę eſſent eis connexę, immo licet de alijs eſſet mentio facta in narratiuis, ad obtinendam inhibitionem, nam tantũ arctaret perſonas nominatas in inhibitione, allegat Decium conſ. 33. Lancelotũ de attent. c. 4. limit. 2. nu. 4. ex quo infert, quod ſi inhibitio ſit obtenta ab eccleſiaſtico iudice, per debitorẽ principalem, contra creditorẽ, ſub prętextu, inſtrumenti vſurarij, & fuerit præſentata cui cõtenit, non impediet, quin † fideiuſſor capiatur, ex quo non fuit nominatus in inhibitione, quod verum eſt, vt apparet per Mandoſium de inhibitionibus, q. 48. qui licet videatur decidere poſtea contrarium, in q. 68. non tamẽ contrariatur, vt ibi per eum, nam videtur loqui in fideiuſſore iudicij, vbi ſecus, vide per te.

90

91

Dicit 2. Portol. quod inhibitio, ſeu firma ſolum arctat eas perſonas, quibus fuit præſentata, non autem alias,

92 alias, quibus non fuit preſentata, licet
eſſent nominatę in ipſa † inhibitione,
& multo minus ſi non eſſent nomina
tę in inhibitione vnde infert, quod fir
ma præſentata Prorregi tantum,
non arctat Zalmetinam ſeu iudicem
ordinarium, licet nominatum in inhi
bitione, ſi tamen non ſit ei præſenta-
ta. Inde etiam fluit, quod firma præ-
93 ſentata † officiali prędeceſſori, nō af-
ficit ſucceſſorem, niſi & ei præſente-
tur, nec inhibitio pręſentata Vicario
Generali ſede vacante, afficiet Epiſ-
copū ſucceſſorem, nec eius officialē,
eſt enim ſpeciatim ſingulisquibuſuis
perſonis præſentanda, ex mente Sta-
phil deliter. gratię tit. de ſign. Iuſt.
cap. in commiſsionibus, num. 14. fol.
438 Lancelot. de attent. d. cap. 20. li-
mit. 28. num. 5. hæc ille. Vnde videtur,
quod nō poſsint accuſari de fractione
inhibitionis, illi qui contra eam fa-
ciūt, ſi tamen eis non fuit præſentata,
adeò enim præſētatio eſt neceſſaria, vt
necēſſ domi fiat, ſufficiat, ſi tamen poſ-
tea nō veniat in notitiā veriſimiliter,
94 ſed perſonaliter † intimationem fie-
ri opportet, pro vt habetur de iure, ci-
tationem perſonaliter fieri debere,
quātō ad ſententiā excommunicati inſ
ferendam, nec ſufficere ſi domi fiat.
propter grauitatem præiudicij, quod
per excomunicatione infertur, Inno.
Collect. Abb in c. fin. de eo qui mit-
titur in poſ. Faber in §. fin. inſt. de pę
na temere litig. itaque preſentari
debet inhibitio perſonaliter, vtetiā de
iure reſoluit Mandoſ. vbi ſupra q. 67.
imo quando requiritur notitia, ſeu
ſcientia alicuius, ad efectū vt aliquid
faciat, vel non faciat, tunc non ſuffi-
cit ſimplex ſcientia, ſecundum Bart.
in l. qui vxori. § quid ergo de adulter.
facit. l. 1. cum ſua materia C. de peri.
& com. rei. vend. Felin. in cap. cum
contingat. 4. concluſio. de reſcrip.

Iſtæ duæ regulę traditę per Portol.
negari non poſſunt; nā cum in omni-
bus actibus humanis perficiendis,
95 duo neceſſario † debeant concurre-
re, quorum alterum poteſtas, al-
terum vero voluntas eſt, & altero
horum deficiente, nil fit, vtroque ve-
ro cōcurrente omne quodcumque fit,
Menoch. conſ. 15. num. 5 Alex. conſ 52.
& 123. in 4. c. ſuper Abbatia de offi. de
leg. l. omne verbū. C comunia de leg.
vbi Bald. & cōſ. 326. in 1. Si in inhibitio
ne, non nominetur quis, iam inde eſt
inhibitionem contra eum non peti, &
ſi nō fuerit inhibitus, impoſsibile erit
fractorē eſſe inhibitionis, ecce hic &
voluntas, & potentia deficiunt, quod
ſi nominatus ſit, & inhibitio contra
eum decreta, ſi tamen non ei præſen-
tetur, iam deficit voluntas partis, cu-
ius eſt inhibitio, & ſic nequaquam
fractor inhibitionis dici poterit.
Et in tantum ſuperiora vera ſunt
de iure circa præſentationem inhibitio
nem alicui, vt dicatur fractor illius, ſi
poſtea attentet contra eam, vt nō ſuf
ficeret ſi pars oſtenderet inhibitionē
ipſam aduerſario, & ei notificaret, ni-
96 ſi hoc faceret officialis, † & merus exe
cutor iudicis inhibentis, cui forte
credēdū, vt reſoluit cum multis Man
doſius quæſt. 80. per totam, nam non
tenetur quis credere à ſecretario affir-
manti inhibitū eſſe, cū nemo debeat
eſſe nimis credulus, iuxta dictū ſapiē
tis, qui nimis cito credit, leuis eſt cor
de, verum in Regno non id requiri-
tur, ſcilicet quod notificatio fiat per
curſorem, & nuntium publicum, ſed
97 ſufficit ſi fiat per eandem † partem,
cum interuentu tamen notarij, qui de
notificatione, præſentatione inhibitio
nis, & dimiſsione copiæ illius, inſtru
mentum teſtificetur, vt ſic de actis
conſtet, nec poſsit illud negari, & hoc
ſufficeret.

Verum licet ſuperior regula de prę
ſentāda inhibitione perſonaliter, pro-
cedat pręſertim in Regno, vbi prima
citatio debet fieri facie ad faciem, nō
domi, vt in for. 1. de contumatia, & ibi
per foriſtas, tamen patitur aliquas li-
mitationes, nam ſi is cui pręſenta-
98 tio fieri debet, data opera ſe abſentet
† ad impediendum ne ſibi perſonalis
intimatio, vel denuntiatio fieri poſ-
ſet, tunc ſufficit executio citationis,
ſeu intimatio facta domi, l. ſi ideo in
fine ff. de queſtio. Bart. in l. 1. §. ſed &
Ariſto. ff. quod vi, aut clam. Tiraq. de
vtroq. retract. §. 9. gloſ. 2. nu. 7. idem
ſi citatio, vel intimatio ſit facta domi,
99 † vel aliter minus legitimè, & tamen
veriſimiliter peruenerit ad notitiam
eius, cui inhibitio facienda erat, vel
qui excommunicandus erat, vt in ca-
ſibus dictis, clem. cauſam, in fin. de
elect. Rot. decif. 271. in nouis Roma.
cōſ. 410. n. 2. Hippolit. in rubr. C. de
probat. num. 371. & ſingul. 259. Fe-
lin. in cap. cum contingat de reſcript.
latius hęc, & alia tradens Mandoſius,
queſt. 67. Nam in his, & ſimilibus ca-
ſibus dicitur ſatis inhibitio pręſenta-
ta. & ipſa pars inhibita, & per conſe-
quens, ſi contra inhibitionem face-
ret, tamquam fractor inhibitionis
veniret puniendus, vt me exiſtente
Locumtenente vidi multoties practi-
catum, & punitos aliquos, quibus
fuerant ſic inhibitiones præſentatę
per proclamata, vel domi, dum ipſi
perſonaliter non poſſent inueniri, &
hoc in Regno non habet difficulta-
tem, cum ſic citentur abſentes, & con
tumaces, vide in proceſsibus Iurato-
rum, Iuſtitiæ villę de Alcañiz, contra
* Gabrielem de Alloça de Alcoriſa, &
contra alios de la Zoma in tribus
proceſsibus in curia Iuſtitię Arago-
num, circa annum milleſimum ſex-
centeſimū, & in proceſſu Iuratorum
ciuitat. Burgię, contra cuſtodes villæ
* de Ambel, ſuper criminal, in curia
Iuſtitiæ Aragonum, anno milleſimo
quingenteſimo nonageſimo quinto,
Et in proceſſu Abbatis de Beruela,
* contra eoſdem cuſtodes, ſuper crimi-
nal, in eadem curia dicto anno mille-
ſimo quingēteſimo nonageſimo quin
to, & in eorum motiuis, quæ inue-
nies in libro conſilij, in quibus fue-
runt condemnati multi, tanquam fra
ctores iurisfirmarū, & inhibitionum,
quibus fuerunt præſentatę firmę, &
inhibitiones, non perſonaliter, ſed in
contumatiam eorum, dum reperiri
non poſſent domi, vel per proclama-
ta; quę ſciencia ſufficit, & tunc ſatis
dicitur pręſentata inhibitio, † quo-
100 niam hęc publicam, & notoriam fa-
ciunt inhibitionem, & firmam, pręſ-
ſertim ſi cum his pręſententur Iura-
tis, & Concilio Vniuerſitatis, nomine
omnium, qui non reperiuntur, & for-
tius, ſi affigantur in loco publico, &
eminenti, hos namque actus quilibet
ſcire pręſumitur, Bald. in l. doli deno
uatio, dicens, hoc eſſe notatu dignū,
quem ſequitur Iaſſon in l. is poteſt, nu
mer. 23. de acquir. hered. dicens, non
101 excuſari receptatorem † banniti, al-
legata ignorantia, ſi bannum fuit pu-
blicum, vel preconizatum poſt Bart.
& gloſ. in d. l. 1. ff. de receptator. idem
Bart. in l. 2. C. de agricol. & cenſ. lib. 11
Vulpel. conſ. 19. nu. 4. & per denuntia
tionem factam domi ſcriptis, vel ſine
eis, pręſumitur deueniſſe in notitiam
denuntiati, Tiraq. de retr. §. 9. gloſ. 2.
num. 40. dicit magis cōmunem Sera-
phinus priuil. 4. n. 141. quibus caſibus
nō excuſat abſentia domus, vel ciuita
tis, niſi probetur multum longè ab
fuiſſe, modica enim diſtantia nullius
eſt momenti, Maranta vbi ſup. n. 237.
Socin. de citatio, art. 18. nu. 24. Corn.
conſ.

Digitized by Google

conſil. 36. colum. 3. in fin. volum. 2. Seraphinus d. priuil. 4. & maximè ſi in renitentiam eorum, quibus denuntiari res debet, fiant proclama, affixio, & alia huiuſmodi, nam tunc legitimè dicũtur citati, & citata legitimè vniuerſitas, Socin. vbi ſup. artic. 2. numer. 52. Bald. in l. etiam colum. 4. C. de execut. rei iud. Bart. in extrauag. ad reprimend. verſi. citatum, vide Abb. in cap. 1. num. 16. de poſtul. prel. Boſsius allegans alios, tit. de rapinis, à num. 18 cum ſequentibus, Iaſſon conſi. 46. numer. 3. Maſcar. concluſione 1237. Nellus de bannitis, 3. par. 2. temporis, queſtion. 20. gloſ. & Bart. in l. 1 §. 1. ff. de receptator. & hęc dicitur ſcientia præſumptiua, ſiue ſumatur ex publicatione banni, edicti, conſtitutionis de qua Abba. in d. cap. 1. ſiue ſumatur ex notorio, & fama, vt in d. l. 1.

Verum licet Bart. & gloſ. in d. l. 1. & alij allegati per Boſsium vbi ſupra, numer. 30. verb. gloſ. & tex. dicant puni-
102 ri ſcientem præſumptiua ſcientia, † has notificationes, eadem pęna, qua verè ſciens, tamen Boſsius cum multis dicit, extra ordinem puniendum tantum, iuxta gloſ. in l. in lege ff. ad l. Cornel. de ſicar. & non pęna corporali, cum quo concordat Aymon conſi. 193.

Alio modo temperatur id per Iaſſon, d. conſ. 46. vt iſta ſcientia præſumpta puniatur in faciendo, ſecus tamen ſi in omittendo conſiſtat.

Et licet iſta ſcientia præſumptiua ſufficiat, poteſt tamen contra eam probari contrarium, Iaſſon vbi ſupra, ſed non de facili debet ei credi, Abb. num. 12. propter contrariam præſumptionem, verum tamen eſt, quod ignorantia quę probatur, debet eſſe pro-
103 babilis, † non ſupina, & craſſa, nã hęc habetur pro ſcientia, Abb. & alij in cap. Apoſtolicę de cleri. excommun. Maranta in l. is poteſt nu. 112. ff. de acquir. hered. Cardinal. in clem. 1. de cõſang. & affini. Alexan. in l. properandum §. ſin autem reus, num. 14. C. de iudi.

Reſumendo ad caſum, licet ita ſit, quod debeat præſentari perſonaliter, iſthęc firma, & inhibitio vt arctet, tamen hęc præſentatio poteſt probari verè, veluti ſi fiat facie ad faciem, quo caſu fractor inhibitionis ſeuerius, & ſic pęna ordinaria puniendus eſſet, alio modo probabitur, ſcilicet præſumptiuè inueſtigato eo cui debet præſentari, & non inuento, veluti ſi præſentetur inhibitio domi, vel per proclama, vel per afixionem in loco publico, vel ſi aliter publica ſit, & notoria præſentatio, & notificatio, quo caſu ſi in renitentiam, vel malitiam eorum, quibus præſentari debuit, qui ſcilicet latitant, aufugiunt, & data opera ſe abſentant, fiant dicta proclama, affixio, & alia, tunc certè idem quod in caſu ſuperiori dicendum foret, ſi verò nul-
104 la † eorum ſit malitia, & detur ſcientia præſumptiua præſentationis, tunc extra ordinem puniri opportet, inueſtigatione vero non facta, non valeret præſentatio domi facta, vt ſup. veluti, quia in non inueniendo eos, & facta inueſtigatione fiat præſentatio domi, Iaſſon autem ita demum vult puniri, ſi delictum conſiſtat in faciẽdo, ſecus ſi in omittendo, vide per eum, nam non diſplicet, & per ſuperiora idem
* audiui iudicatum in alijs proceſsibus,
105 † vide in proceſſu Franciſ. Lorente, contra Petrum la Torre, & alios ſuper criminali, anno milleſimo quingenteſimo nonageſimo ſexto,

menſe Martij in curia Iuſtitię Arago. & agebatur de fractione firmę, & in proceſſu Abbat. Monacho. Sanctę Fidis contra Luppum & Hieronymum Royo, vel contra los hijos de Maria la Coca loci de Maria, in curia Iuſtitię Arago. in ſcriban. Mendiue, ſuper criminal. anno 1585. menſe Ianua. de his exemplaribus non ſum certus, & cum his ſimus expediti ab hoc §. 8. ad laudem Domini Ieſu Marię, & Ioſeph.

SVMMA EORVM, quæ in hoc §. 9. continentur.

1 *Iurisfirmas tribus modis terminari & concludi traditur, quorum primus proceſſus repulſionis, ſeu receptionis iurisfirmæ nuncupatur, vt n. 2. Secundus, reuocationis, vt num. 3. Tertius vero declarationis, ſiue moderationis dicitur, vt num. 13.*

4 *Iurisfirma ex eiſdem actitatis non vero, ex nouiter deductis reuocanda eſt, & num. 5. Limita vt nu. 7.*

6 *Debitor fugitiuus, vel de fuga ſuſpectus capi poteſt.*

8 *Appellitãs cum inſtrumento comandæ, non verificatis conditionibus contra chartę, per eum conceſſæ, poterit de nouo eas probare, & ſic ex nouiter deductis iuſtificare appellitum.*

9 *Nouæ prouiſiones in Regno habent vim ſententiæ interloquutoriæ, quæ ex nouis non iuſtificatur.*

10 *Firma iuris aut in totum reuocanda, aut in totum confirmanda eſt.*

11 *Prima quælibet prouiſio ex falſa cauſa facta nulla eſt, quamuis ſententia diffinitiua valeat, & ibi differentiæ traditur ratio, & nu. 12.*

14 *Moderatio iurisfirmæ à reuocatione multum differt.*

15 *Iurisfirma aut reuocatur, quo ad totalem illius ſubſtantiam, aut declaratur ſolũ per iudicem inhibentem non procedere, niſi in caſibus in firma comprænhenſis, & nu. 17. & 26.*

16 *Inhibitione ceſſante, aut ſublata ea, ceſſat quoque periculum attentatorum.*

18 *Declarans aliquid, non dicitur de nouo id facere, ſed detegere id quod videbatur obſcurum.*

19 *Iudex qui non poteſt aliquid corrigere, aut emendare, poteſt tamen declarare, & numer. 20.*

21 *Declaratio neceſſaria corũ, quæ ambigua ſunt non cenſetur excluſa etiam in Regno,* vbi

vbi chartæ ſtandum eſt, & omnis interpretatio reijcitur.

22 *Declaratio verbi ambigui, contra chartam facta dici nõ poteſt. Sed ad illius confirmationem, aliâs multa abſurda ſequerentur, vt num. 23.*

24 *Principis aſſertioni in facto proprio, & ad præiudicium tertij, quamuis ſtandum non ſit, eius tamen dicti rationi, quamuis in tertij redundet præiudiciunt ſtari debet, & num. 25.*

27 *Petens firmã declarari ſupponit eam benè conceſſam.*

28 *Declarationis iurisfirmæ traduntur exempla, & num. 29. & 30.*

31 *Milites, & Infantiones quãuis regulariter non comprębendantur in ſtatutis, comprębenduntur tamen in his, quæ ſtatum politicum concernunt.*

32 *Declarationes iurisfirmæ, non impugnant inhibitionem, nam ſi impugnarent nõ eſſent declarationes, vt nu. 33.*

34 *Iurisfirmarum finis eſt, ne quis grauetur per iudices regni, contra forum.*

35 *Iuſtitia Aragonum per viã iurisfirmæ euocat ad ſe cauſas priuatorum, ſicut Regia curia per viam euocationis perorreſcentiæ, & numer. 37.*

36 *Euocatio per viam iurisfirmæ, ad curiã Iuſtitiæ Arago. potentior eſt quacumque appellatione.*

38 *Cauſa ſemel introducta coram iudice ad quem, non debet iterum remitti ad iudicẽ, â quo, quod intellige, vt nu. 39. & 42.*

40 *Iudex, â quo ſuſpectus dicitur prouocanti, & numer. 41.*

43 *Conſuetudo tribunalium, ſequenda eſt, moderatè tamen.*

44 *Frma conceſſa alicui cũ ſola qualitatis allegatione, ꝙ non eſt officialis, & ſic quod non procedatur contra eum per viam inquiſitionis: poteſt ad ſolam aſſertionem declarari, quod poſſit procedi, nõ obſtante firma, conſtito quod ſit officialis, & ibi de ratione, numer. 45. Contrarium traditur, numer. 47. Sed ſuperior opinio in praxi recepta fuit. num. 48.*

46 *Officialis nemo præſumitur niſi probetur.*

49 *Firma, miniſtrata informatione conceſſa non debet decla-*

clarari in caſu diuerſo, ſi ille erat comprehenſus in inhibitione, traduntur exempla numero. 50 ſed contrarium, vide. num. 52.

51 Declaratio per quam cauſa rediret ad iudicẽ a quo, non eſt de mente fororum.

53 Iudex inhibens quando videt aliquem eſſe caſum, qui in ea comprahendi non debet, ſolet de iure moderare inhibitionem, quam moderationem in Regno non habemus, ſi caſus declarationis erat in inhibitione comprehenſus, vt numero. 54.

55 Iudex declarando iurisfirmam in aliquo caſu, ſupponit illum caſum non fuiſſe de mẽte ſua comprehenſum, & numer. 56.

57 Declarationis iurisfirmæ via introducta, in deſuetudinem fecit abire repulſionem eiuſdem.

58 Declarationes firmarum in caſibus nõ compræhenſis non paſsim faciendæ ſunt, ſed de huiuſmodi caſibus coram iudicibus inhibentibus tractandum erat.

59 Iudex inhibitus per præſentationẽ firmæ quodãmod irritatur, et iratus redditur.

60 Declarationes firmarũ fieri, multoties expedit pro bono Iuſtitiæ.

61 Declaratio, caſus, qui eſt omnino inhibitioni contrarius, fatua exiſtimatur, & numero. 62.

63 Firmę iuris concedi ſolent, quibus officiales Regni inhibẽtur, ne impediãt ducere per Regnum merces, & bona, maniſeſtata tamen, & cum albarano de guia, ſed petuntur declarari per diputatos Regni vt, numer. 64.

65 Merces portari poſſũt per Regnum vſque ad quatuor leucas extremitatum eiuſdem.

66 Firmę ſolẽt dari militibus et infantionibus Regni ne cõpellantur per vniuerſitates peitare pro hereditatibus emptis a villanis, niſi pro ijs quæ erant impoſitæ hereditatibus ante emptionem, & hęc firmę declarantur, vt num. 67. 68. & 70.

69 Onus mere reale tranſit cũ ipſa re in quẽcumq. ſucceſſorẽ.

71 Firma iuris cõcedi ſolet aliquibus iuratis non exercentibus iuriſdictionẽ, nec aliquid aliud pro Domino Rege, ne aduerſus eos inquiſitio fiat, quæ

quæ ſolent declarari, vt numer. 76.

72 *Inquiſitio in Regno ſolum habet locum contra officiales domini Regis.*

73 *Inquiſitio contra Iuratos Cæſarauguſtæ, non habet locum, quia principaliter nullã iuriſdictionem exercent, nec contra Dipputatos Regni, vt num. 74.*

75 *Inquiſitio nũm habeat locum contra Aſſeſſores ordinariorum variè fuit iudicatum.*

77 *Exercens iuriſdictionem pro domino Rege, vel adminiſtrationem, vel quid aliud, inquiri poteſt.*

78 *Iudex inhibitus num poßit in caſu generali, & in inhibitione forſam non compræhenſo procedere non expectata declaratione, examinatur, & reſoluitur cum diſtinctione, num. 79. & 80. & vide bonũ exemplum, nu. 81.*

82 *Filius regnicolæ natus extra Regnum, ſi reuertatur ad Regnum ad habitandum, gaudet omnibus priuilegijs regnicolis conceßis.*

83 *Extraneus à Regno non poteſt obtinere beneficium in Regno, limita, num. 84.*

85 *Princeps in dubio non cenſetur, ſuper incapacitate diſpenſare, limita, vt nu. 86. 87. & 88.*

89 *Poſſeſſor incapax, & illegitimus, in ſua poſſeßione tuendus eſt.*

90 *Firma obtenta ad ſolam allegationem vniuerſitatis contra exterum, ne admittatur ad officia Regni, poſſet declarari, non obſtare in caſu quo eſſet filius regnicolæ.*

91 *Dipputati ac etiam dominus Rex, de foro, & conſuetudine poſſunt probibere extractionem carnium, & frumenti, & qualiter id fiat traditur.*

92 *Dipputatorũ prohibitio an arctet dominum Regem, quo minus ipſe extrahat, examinatur, & reſoluitur, quod ea, ſunt eius patrimonij poterit extrahere, at emere ad extrahendum non poterit, vt num. 93. & ob id denegata fuit firma domino Regi, vt nu. 94.*

95 *Imperator anno 1527. licentiam petijt Dipputatis ad extrahendum frumentum & ei data fuit.*

96 *Rex quando extrahit ſuum frumentum à Regno, per ſuos officiales, iurare ſolet corã Dipputatis, quod non extrahit niſi*

bit niſi frumentum de ſuo patrimonio.

97 *Dipputati poſſunt licentiã extrahendi concedere, generalem tamen reſpectu perſonarum, reiecta quacumque cõtraria declaratione, vt num.* 98.

99 *Firma data Dipputatis, ne contra eorum prohibitionem aliquis extrahat poterit declarari, quod ea non obſtante poßit dominus* Rex *extrahere frumẽtũ de ſuo patrimonio.*

100 *Alienigenę qui extra* Re*gnum deliquerunt, hodie remittuntur in caſibus à foro expræßis in titulo, de la via priuilegiada, anni* 1592.

101 Remißio *vt facienda ſit, ſufficit quod fiat fides Locumtenenti, qui reum habet manifeſtatũ, quod* Regia *Audientia per ſententiam remittendum eſſe declarauerit, & vide bonam deciſionem in materia nu.*102.

103 Remißio *ad alium regnum, vt locum habeat requiritur, quod in eo etiam ad noſtrum regnum remißioni locus ſit, & nu.*104.

105 *Iudex ordinarius, qui cognouit, & declarauit, remißionem eſſe reciprocam, vel reũ eſſe alienigenam, & remitendum, non poterit virtute iuris firmæ inhiberi, etiam conſtito de contrario, & ibi de ratione, nu.*106. *& vide plura exemplaria, nu.*107.

108 Remißio *an procedat in delictis ante forum nouum commißis, anceps quæſtio eſt, & vide nu.*109.

110 *Procurator aſtrictus, qui admittitur ad accuſandum de illis criminibus remißionis, non poterit accuſare de delictis ante forum cõmiſsis, cumulare tamen poterit augendo pœnam, vt nu.*111.

112 *Firma conceſſa* A*ragonenſi, ne remittatur, poteſt declarari, vt non arctet in caſibus in quibus remiſsio locum habet.*

113 *Firmæ conceſſæ infantionibus, contra vniuerſitates, declaratur, vt eis nõ obſtãtibus compræhendãtur in ſtatutis, conſtito quod à tempore immemoriali intrãt in cõcilijs, & ſic faciant vnum corpus, cum hominibus conditionis, & nu.*121. *&* 122.

114 *Concilia vniuerſitatum de fora ſolum conſtantur ex hominibus conditionis, & ſigni ſeruitij, quamuis de iure contrarium*

trarium, videatur, vt nu. 115. & 116.

117 *Nobilitas reſpectu officiorũ vniuerſitatis facta eſt ſcabellum pedum plebeiorum, quod ſane dolendum eſt.*

118 *Ratio quare infantiones ad officia vniuerſitatũ non admittantur reprobatur, & nume. 119. et 120.*

123 *Declarationes iurisfirmarum, pro bono iuſtitiæ de cõſuetudine tolerantur, ac fiũt.*

§. 9.

ANTEQVAM cap. hoc abſoluatur, oportet aliqua dicere de exitu harum iurisfirmarũ caſualium grauaminum fiẽdarum, quomodo finiantur, terminentur, & quis ſit exitus illarum, & dicendũ eſt

1 tribus modis eas terminari, † & concludi, primus & magis per foros cognitus, minusque hodie practicatus eſt, quando ſcilicet firmans, ſeu obtinens inhibitionem, citatur coram inhibente iudice, ad hunc finem, vt coram eo tractetur de vi, iuſtitia, ratione, & de validitate exceptionis, in qua fundatur ipſa inhibitio, ſeu firma, & ibi agitur, & vbi apparet negotio examinato, exceptionem eſſe validam, iuſtã & bonam, datur ſententia pro ea, & confirmatur ipſa inhibitio, ſeu firma, & ſeu recipitur, vt terminis foralibus vtar, vbi vero apparet exceptionem eſſe iniuſtam, & irrationabilem, & nõ procedere, datur ſententia contra eã, declarando, eam non obſtare, quominus executio ſemel cepta fiat, & ſic remouetur exceptionis impedimentum, & tollitur, ſeu reijcitur exceptio, & ob

2 id dicitur iſte articulus, ſeu proceſſus † repulſionis, ſeu admiſsionis, & receptionis iurisfirmę, quia vel recipitur, vel reijcitur, ad finem, vt ſcilicet, vel magis impediatur executio, vel potius fiat, & proſequatur, & in eo tractatur de hac iuſtitia tantum per partes, deducendo ſuũ ius, & quia de hoc articulo pleniſsimè dictum eſt in c. 2, §. 3. quæ ibi dicta ſunt repeti hic oportet, ideo non inſiſto amplius, cum abundè habeas ibi quęcumque quęrere poſſis.

3 Alius eſt modus euacuandi † has iurisfirmas, per viam ſcilicet reuocationis, quãdo iurisfirma eſt male prouiſſa, ſiue in ritu, ſiue in recto, & exceptio in ea allegata non ſubſiſtit: Quibus caſibus reuocari eã oportet, hoc

4 autem fieri debet, ex eiſdem actitatis, non ex nouiter † productis, quamuis enim appellitus poſsit iuſtificari, ex nouiter deductis, quæ in iure conſiſtunt; non vero ex his quæ in facto ſunt. Molin. verbo. appellitus. verſ. appellitus prouiſio fol. 21. cui, circa conſuetudinem, & ſtillum cõſiſtorij cum fuerit iuriſperitus, credendum eſt in ſuo foro, ſaltim pręſumptiuè, dum cõ-

11 trarium non probatur, Menoch. caſu 360. num. 94. Aymon. conſi. 166. numer. 9. Maſcard. concluſ. 528. ex nouiter ergo productis, quæ in facto cõ-

5 ſiſtunt non poſſe firmam † iniuſtificari, tradunt Portoles verbo appellitus, num. 2. & 3. vbi voluit allegare Natam conſi. 646. numer. 5. idem cõſil. 430. num. 16. dicens, ſententias interlocutorias & primas prouiſiones, ſi ante prouiſionem non bene iuſtificentur 8

non audita in prima expeditione, ſeu decreto, iam reſpondet Pleban. ad id ſub num. 205. dicens, id in examine, & cognitione exceptionis cognoſci
86 debere, † quod nos repulſionem iurisfirmę appellamus, quia agitur de repulſione, & remotione iurisfirmæ, & ſeu exceptionis in ea allegatę, vel illius admiſsione, vt latius diximus capit. ſecundo §. tertio vbi latè.

Sed exemplar adductum per Pleban. de proceſ. Ioan. Solanas, non mihi multum placet, quia curia Iuſtitię Arago. non debet inhibere in cauſis
87 criminalibus, reſpectu recti, † licet ſic reſpectu ritus, ex quo iuriſdictio ei omnino abdicata eſt in cognitione cauſarum criminalium, ab anno 1510. vt latè vidiſti ſupra cap. 1. §. 2. & ſi dicas quid faciendum? ſi in recto irroget aliquod grauamen Regia Audientia? perquiram etiam ego quid fiet hodie, ſi Regia Aud. ſine ratione condē-naret aliquem iniuſtè, in aliquo pro-
88 ceſſu criminali, ſolum poterunt † accuſari in curia Iuſtitię Arago. tanquā officiales delinquentes, ſed de illa iniuſtitia non dabitur recurſus ad Iuſtitiam Aragonum.

Et dum aſſerit Portol. num. 206. iurisfirmam, & inhibitionem non arctare, nec habere effectum, niſi in caſibus & iuribus in iurisfirma, & inhibitione expreſsis per forum multoties, primū de firmis iuris, id conſonum eſt
89 iuri communi, ex quo inhibitio † eſt odioſa, & ſtrictè accipienda, vt reſoluunt allegati per eum, quem, & quos vide, & præcipuè Mandoſ. de inhibitio, q. 30. verſi. inhibitio igitur, dicens, quod inhibitio in vno caſu conceſſa, in altero denegata eſſe cenſetur, & è contra, argumento l. cum prætor de iudi. & hinc dicitur, quod ſi prohibitio, vel inhibitio ſit per aliquod tempus, vel vſque ad aliquod tempus, tūc quoties erimus extra tempus prohibitionis, & inhibitionis, non obſtabit inhibitio, & actus omnes validè fiunt, argumento l. Imperator vbi Bart. & Bald. ff. de poſtul. idem q. 19. in fin. vide Molin. verb. inhibitio verſ. Bernardus de la Caualleria, videndus Pariſ. conſ. 108. nu. 2. in 1. vide notata in c. ſuper eo, vbi Fran. & c. ad hęc de appellat. Rota deciſ. 31. in fin. de appell. in nouis, fol. 199. Hercul. in tract. de attent. cap. 28. num. 62. fol. 97. Decius conſi. 33. num. 4. Pariſ. conſ. 39. nu. 28. in 1. Decius in reg. fęminę, nu. 11. ff. de reg. iur. Lancelot. de attent. capit. 4. limit. 2. num. 4.

Pro complemento & fine huius §. tradit Portol. ſub nu. 207. duas regulas, ex quarum reſolutione pendent multę cauſę criminales, & deciſiones illarum, dicit enim primo, quod inhibitio & firma non † arctat niſi perſo- 90
nas in inhibitione nominatas, ſuple in etiam licet alię perſonę eſſent eis connexę, immo licet de alijs eſſet mentio facta in narratiuis, ad obtinendam inhibitionem, nam tantū arctaret perſonas nominatas in inhibitione, allegat Decium conſ. 33. Lancelotū de attent. c. 4. limit. 2. nu. 4. ex quo infert, quod ſi inhibitio ſit obtenta ab eccleſiaſtico iudice, per debitorē principalem, contra creditorē, ſub prętextu, inſtrumenti vſurárij, & fuerit præſentata cui cōuenit, non impediet, quin † fideiuſſor 91
capiatur, ex quo non fuit nominatus in inhibitione, quod verum eſt, vt apparet per Mandoſium de inhibitionibus, q. 48. qui licet videatur decidere poſtea contrarium, in q. 68. non tamē contrariatur, vt ibi per eum, nam videtur loqui in fideiuſſore iudicij, vbi ſecus, vide per te.

Dicit 2. Portol. quod inhibitio, ſeu firma ſolum arctat eas perſonas, quibus fuit præſentata, non autem alias,

92 alias, quibus non fuit preſentata, licet
eſſent nominatę in ipſa † inhibitione,
& multo minus ſi non eſſent nomina-
tę in inhibitione vnde infert, quod fir-
ma præſentata Prorregi tantum,
non arctat Zalmetinam ſeu iudicem
ordinarium, licet nominatum in inhi-
bitione, ſi tamen non ſit ei præſenta-
ta. Inde etiam fluit, quod firma præ-
93 ſentata † officiali prędeceſſori, nō af-
ficit ſucceſſorem, niſi & ei præſente-
tū, nec inhibitio pręſentata Vicario
Generali ſede vacante, afficiet Epiſ-
copū ſucceſſorem, nec eius officialē,
eſt enim ſpeciatim ſingulisquibuſuis
perſonis præſentanda, ex mente Sta-
phil deliter. gratię tit. de ſign. Iuſt.
cap. in commiſsionibus, num. 14. fol.
438 Lancelot. de attent. d. cap. 20. li-
mit. 28. num. 5. hæc ille. Vnde videtur,
quod nō poſsint accuſari de fractione
inhibitionis, illi qui contra eam fa-
ciūt, ſi tamen eis non fuit præſentata,
adeò enim præſētatio eſt neceſſaria, vt
nec ſi domi fiat, ſufficiat, ſi tamen poſ-
tea nō veniat in notitiā veriſimiliter,
94 ſed perſonaliter † intimationem fie-
ri opportet, pro vt habetur de iure, ci-
tationem perſonaliter fieri debere,
quātū ad ſententiā excommunicati in-
ferendam, nec ſufficere ſi domi fiat,
propter grauitatem præiudicij, quod
per excomunicatione infertur, Inno.
Collect. Abb in c. fin. de eo qui mit-
titur in poſ Faber in §. fin. inſt. de pę
na temere litig. itaque preſentari
debet inhibitio perſonaliter, vt etiā de
iure reſoluit Mandoſ. vbi ſupra q. 67.
imo quando requiritur notitia, ſeu
ſcientia alicuius, ad effectū vt aliquid
faciat, vel non faciat, tunc non ſuffi-
cit ſimplex ſcientia, ſecundum Bart.
in l. qui vxori § quid ergo de adulter.
facit. l. 1. cum ſua materia C. de peri.
& com. rei. vend. Felin. in cap. cum
contingat. 4. concluſio. de reſcrip.

Iſtæ duæ regulę traditę per Portol.
negari non poſſunt, nā cum in omni-
bus actibus humanis perficiendis,
95 duo neceſſario † debeant concurre-
re, quorum alterum poteſtas, al-
terum vero voluntas eſt, & altero
horum deficiente, nil fit, vtroque ve-
ro cōcurrente omne quodcumque fit,
M. noch. conſ. 15. num. 5 Alex. conſ 52.
& 123. in 4. c. ſuper Abbatia de offi. de
leg. l. omne verbū. C comunia de leg.
vbi Bald. & cōſ. 326. in 1. Si in inhibitio
ne, non nominetur quis, iam inde eſt
inhibitionem contra eum non peti, &
ſi nō fuerit inhibitus, impoſsibile erit
fractorē eſſe inhibitionis, ecce hic &
voluntas, & potentia deficiunt, quod
ſi nominatus ſit, & inhibitio contra
eum decreta, ſi tamen non ei præſen-
tetur, iam deficit voluntas partis, cu-
ius eſt inhibitio, & ſic nequaquam
fractor inhibitionis dici poterit.

Et in tantum ſuperiora vera ſunt
de iure circa præſentandam inhibitio
nem alicui, vt dicatur fractor illius, ſi
poſtea attentet contra eam, vt nō ſuf
ficeret ſi pars oſtenderet inhibitionē
ipſam aduerſario, & ei notificaret, ni-
96 ſi hoc faceret officialis, † & merus exe
cutor iudicis inhibentis, cui foret
credēdū, vt reſoluit cum multis Man
doſius quæſt. 80. per totam, nam non
tenetur quis credere aduerſario affir-
manti inhibitū eſſe, cū nemo debeat
eſſe nimis credulus, iuxta dictū ſapiē
tis, qui nimis cito credit, leuis eſt cor
de, verum in Regno non id requiri-
tur, ſcilicet quod notificatio fiat per
curſorem, & nuntium publicum, ſed
97 ſufficit ſi fiat per eandem † partem
cum interuentu tamen notarij, qui de
notificatione, præſentatione inhibitio
nis, & dimiſsione copiæ illius, inſtru
mentum teſtificetur, vt ſic de actis
conſtet, nec poſsit illud negari, & hoc
ſufficeret.

Verum licet ſuperior regula de pręſentāda inhibitione perſonaliter, procedat pręſertim in Regno, vbi prima citatio debet fieri facie ad faciem, nō domi, vt in for. 1. de contumacia, & ibi per foriſtas, tamen patitur aliquas limitationes, nam ſi is cui pręſentatio fieri debet, data opera ſe abſentet
98 † ad impediendum ne ſibi perſonalis intimatio, vel denuntiatio fieri poſſet, tunc ſufficit executio citationis, ſeu intimatio facta domi, l. ſi ideo in fine ff. de queſtio. Bart. in l. 1. §. ſed & Ariſto. ff. quod vi, aut clam. Tiraq. de vtroq. retract. §. 9. gloſ. 2. nu. 7. idem ſi citatio, vel intimatio ſit facta domi,
99 † vel aliter minus legitimè, & tamen veriſimiliter peruenerit ad notitiam eius, cui inhibitio facienda erat, vel qui excommunicandus erat, vt in caſibus dictis, clem. cauſam, in fin. de elect. Rot. deciſ. 271. in nouis Roma. cōſ. 410. n. 2. Hippolit. in rubr. C. de probat. num. 371. & ſingul. 259. Felin. in cap. cum contingat de reſcript. latius hęc, & alia tradens Mandoſius, queſt. 67. Nam in his, & ſimilibus caſibus dicitur ſatis inhibitio pręſentata. & ipſa pars inhibita. & per conſequens, ſi contra inhibitionem faceret, tamquam fractor inhibitionis veniret puniendus, vt me exiſtente Locumtenente vidi multoties practicatum, & punitos aliquos, quibus fuerant ſic inhibitiones præſentatę per proclamata, vel domi, dum ipſi perſonaliter non poſſent inueniri, & hoc in Regno non habet difficultatem, cum ſic citentur abſentes, & contumaces, vide in proceſsibus Iuratorum, Iuſtitiæ villę de Alcañiz, contra
* Gabrielem de Alloça de Alcoriſa, & contra alios de la Zoma in tribus proceſsibus in curia Iuſtitię Aragonum, circa annum milleſimum ſexcenteſimū, & in proceſſu Iuratorum ciuitat. Burgię, contra cuſtodes villæ
* de Ambel, ſuper criminal, in curia Iuſtitiæ Aragonum, anno milleſimo quingenteſimo nonageſimo quinto, Et in proceſſu Abbatis de Beruela,
* contra eoſdem cuſtodes, ſuper criminal, in eadem curia dicto anno milleſimo quingētēſimo nonageſimo quinto, & in eorum motiuis, quæ inuenies in libro conſilij, in quibus fuerunt condemnati multi, tanquam fractores iurisfirmarū, & inhibitionum, quibus fuerunt præſentatę firmę, & inhibitiones, non perſonaliter, ſed in contumatiam eorum, dum reperiri non poſſent domi, vel per proclamata: quę ſciencia ſufficit, & tunc ſatis dicitur pręſentata inhibitio, † quo-
100 niam hęc publicam, & notoriam faciunt inhibitionem, & firmam, pręſertim ſi cum his pręſententur Iuratis, & Concilio Vniuerſitatis, nomine omnium, qui non reperiuntur, & fortius, ſi afingantur in loco publico, & eminenti, hos namque actus quilibet ſcire pręſumitur, Bald. in l. doli deno uatio, dicens, hoc eſſe notatu dignū, quem ſequitur Iaſſon. in l. ſi poteſt, numer. 23. de acquir. hered. dicens, non
101 excuſari receptatorem † banniti, allegata ignorantia, ſi bannum fuit publicum, vel pręconizatum poſt Bart. & gloſ. in d. l. 1. ff. de receptator. idem Bart. in l. 2. C. de agricol. & cenſ. lib. 11 Vulpel. conſ. 19. nu. 4. & per denuntiationem factam domi ſcriptis, vel ſine eis, pręſumitur deueniſſe in notitiam denuntiati, Tiraq. de retr. §. 9. gloſ. 2. num. 40. dicit magis cōmunem Seraphinus priuil. 4. n. 141. quibus caſibus nō excuſat abſentia domus, vel ciuitatis, niſi probetur multum longè ab fuiſſe, modica enim diſtantia nullius eſt momenti, Maranta vbi ſup. n. 257. Socin. de citatio, art. 18. nu. 24. Corn. conſ.

Digitized by Google

conſil.36,colum.3.in fin.volum.2. Se-
raphinus d. priuil. 4. & maximè ſi in
renitentiam eorum, quibus denuntia
ri res debet, fiant pro clama, affixio, &
alia huiuſmodi, nam tunc legitime di
cũtur citati, & citata legitimè vniuer-
ſitas, Socin. vbi ſup. artic. 2. numer. 52.
Bald. in l. etiam colum. 4. C. de exe-
cut. rei iud. Bart. in extrauag. ad repri
mend. verſi. citatum, vide Abb. in ca-
pit. 1. num. 16. de poſtul. prel. Boſsius
allegans alios, tit. de rapinis, à num. 18
cum ſequentibus, Iaſſon conſi. 46. nu-
mer. 3. Maſcar. concluſione 1237. Nel-
lus de bannitis, 3. par. 2. temporis, que-
ſtion. 20. gloſ. & Bart. in l. 1 §. 1. ff.
de receptator. & hec dicitur ſcientia
præſumptiua, ſiue ſumatur ex publi-
catione banni, edicti, conſtitutionis de
qua Abba. in d. cap. 1. ſiue ſumatur ex
notorio, & fama, vt in d. l. 1.

Verum licet Bart. & gloſ. in d. l. 1. &
alij allegati per Boſsium vbi ſupra, nu
mer. 30. verb. gloſ. & tex. dicant puni-
102 ri ſcientem preſumptiua ſcientia, †
has notificationes, eadem pena, qua
vere ſciens, tamen Boſsius cum mul-
tis dicit, extra ordinem puniendum
tantum, iuxta gloſ. in l. in lege ff. ad l.
Cornel. de ſicar. & non pena corpora
li, cum quo concordat Aymon conſi.
193.

Alio modo temperatur id per Ia-
ſon, d. conſ. 46 vt iſta ſcientia preſum
pta puniatur in faciendo, ſecus tamen
ſi in omittendo conſiſtat.

Et licet iſta ſcientia preſumptiua
ſufficiat, poteſt tamen contra eam
probari contrarium, Iaſſon vbi ſupra,
ſed non de facili debet ei credi, Abb.
num. 12. propter contrariam preſum-
ptionem, verum tamen eſt, quod ig-
norãtia que probatur, debet eſſe pro-
103 babilis, † non ſupina, & craſſa, nã hec
habetur pro ſcientia, Abb. & alij in
cap. Apoſtolice de cleri. excommun.
Maranta in l. is poteſt nu. 112. ff. de ac-
quir. hered. Cardinal. in clem, 1. de cõ
ſang. & affini, Alexan. in l. properan-
dum §. ſin autem reus, num. 14. C. de
iudi.

Reſumendo ad caſum, licet ita ſit,
quod debeat præſentari perſonaliter,
iſt hec firma, & inhibitio vt arctet, ta-
men hec præſentatio poteſt probari
vere, veluti ſi fiat facie ad faciem, quo
caſu fractor inhibitionis ſeuerius, &
ſic pena ordinaria puniendus eſſet,
alio modo probabitur, ſcilicet preſum
ptiuè inueſtigato eo cui debet præſen
tari, & non inuento, veluti ſi preſente
tur inhibitio domi, vel per proclãma,
vel per afixionem in loco publico, vel
ſi aliter publica ſit, & notoria præſen-
tatio, & notificatio, quo caſu ſi in re-
nitentiam, vel malitiam eorum, qui-
bus preſentari debuit, qui ſcilicet la-
titant, aufugiunt, & data opera ſe ab-
ſentant, fiant dicta proclama, affixio,
& alia, tunc certe idem quod in caſu
ſuperiori dicendum foret, ſi vero nul-
104 la † eorum ſit malitia, & detur ſcien-
tia preſumptiua preſentationis, tunc
extra ordinem puniri opportet, inue-
ſtigatione vero non facta, non valeret
preſentatio domi facta, vt ſup. veluti,
quia in non inueniendo eos, & facta
inueſtigatione fiat preſentatio domi,
Iaſſon autem ita demum vult puniri,
ſi delictum conſiſtat in faciẽdo, ſecus
ſi in omittendo, vide per eum, nam
non diſplicet, & per ſuperiora idem
audiui iudicatum in alijs proceſsibus,
* 105 † vide in proceſſu Franciſ. Lorente,
contra Petrum la Torre, & alios
ſuper criminali, anno milleſimo
quingenteſimo nonageſimo ſexto,

 menſe

menſe Martij in curia Iuſtitię Arago. & agebatur de fractione firmę, & in
* proceſſu Abbat. Monacho. Sanctę Fidis contra Luppum & Hieronymum
* Royo, vel contra los hijos de Maria la Coca loci de Maria, in curia Iuſtitię
* Arago. in ſcriban. Mendiue, ſuper criminal. anno 1585. menſe Ianua. de his exemplaribus non ſum certus, & cum his ſimus expediti ab hoc §. 8. ad laudem Domini Ieſu Marię, & Ioſeph.

SVMMA EORVM, quæ in hoc §. 9. continentur.

1 *Iurisfirmas tribus modis terminari & concludi traditur, quorum primus proceſſus repulſionis, ſeu receptionis iurisfirmæ nuncupatur, vt n. 2. Secundus, reuocationis, vt num. 3. Tertius vero declarationis, ſiue moderationis dicitur, vt num. 13.*

4 *Iurisfirma ex eiſdem actitatis non vero, ex nouiter deductis reuocanda eſt, & num. 5. Limita vt nu. 7.*

6 *Debitor fugitiuus, vel de fuga ſuſpectus capi poteſt.*

8 *Appellitãs cum instrumento comandæ, non verificatis conditionibus contra chartę, per eum conceſſæ, poterit de nouo eas probare, & ſic ex nouiter deductis iuſtificare appellitum.*

9 *Nouæ prouiſiones in Regno habent vim ſententiæ interloquutoriæ, quæ ex nouis non iuſtificatur.*

10 *Firma iuris aut in totum reuocanda, aut in totum confirmanda eſt.*

11 *Prima quælibet prouiſio ex falſa cauſa facta nulla eſt, quamuis ſententia diffinitiua valeat, & ibi differentiæ traditur ratio, & nu. 12.*

14 *Moderatio iurisfirmæ à reuocatione multum differt.*

15 *Iurisfirma aut reuocatur, quo ad totalem illius ſubſtantiam, aut declaratur ſolũ per iudicem inhibentem non procedere, niſi in caſibus in firma compræhenſis, & nu. 17. & 26.*

16 *Inhibitione ceſſante, aut ſublata ea, ceſſat quoque periculum attentatorum.*

18 *Declarans aliquid, non dicitur de nouo id facere, ſed detegere id quod videbatur obſcurum.*

19 *Iudex qui non poteſt aliquid corrigere, aut emendare, poteſt tamen declarare, & numer. 20.*

21 *Declaratio neceſſaria eorũ, quæ ambigua ſunt non cenſetur excluſa etiam in Regno, vbi*

vbi chartæ ſtandum eſt, & omnis interprætatio reijcitur.

22 *Declaratio verbi ambigui, contra chartam facta dici nõ poteſt. Sed ad illius confirmationem, aliâs multa abſurda ſequerentur, vt num. 23.*

24 *Principis aſſertioni in facto proprio, & ad præiuditium tertij, quamuis ſtandum non ſit, eius tamen dicti ratio ni, quamuis in tertij redundet præiudiciunt ſtari debet, & num. 25.*

27 *Petens firmã declarari ſupponit eam benẽ conceſſam.*

28 *Declarationis iurisfirmæ traduntur exempla, & num. 29. & 30.*

31 *Milites, & Infantiones quã uis regulariter non compræhendantur in ſtatutis, comprę hendun tur tamen in his, quæ ſtatum politicum concernunt.*

32 *Declarationes iurisfirmæ, non impugnant inhibitionem, nam ſi impugnarent nõ eſſent declarationes, vt nu. 33.*

34 *Iurisfirmarum finis eſt, nequis grauetur per iudices regni, contra forum.*

35 *Iuſtitia Aragonum per viã iurisfirmæ euocat ad ſe cauſas priuatorum, ſicut Regia curia per viam euocationis perorreſcentiæ, & numer. 37.*

36 *Euocatio per viam iurisfirmæ, ad curiã Iuſtitiæ Arago. potentior eſt quacumque appellatione.*

38 *Cauſa ſemel introducta coram iudice ad quem, non debet iterum remitti ad iudicẽ, â quo, quod intellige, vt nu. 39. & 42.*

40 *Iudex, â quo ſuſpectus dicitur prouocanti, & numer. 41.*

43 *Conſuetudo tribunalium, ſequenda eſt, moderatẽ tamen.*

44 *Frma conceſſa alicui cũ ſola qualitatis allegatione, ꝙ non eſt officialis, & ſic quod non procedatur contra eum per viam inquiſitionis: poteſt ad ſolam aſſertionem declarari, quod poſsit procedi, nõ obſtante firma, conſtito quod ſit officialis, & ibi de ratione, numer. 45. Contrarium traditur, numer. 47. Sed ſuperior opinio in praxi recepta fuit. num. 48.*

46 *Officialis nemo præſumitur niſi probetur.*

49 *Firma, miniſtrata informatione conceſſa non debet decla-*

clarari in caſu diuerſo, ſi ille erat comprehenſus in inhibitione, traduntur exempla numero. 50. ſed contrarium, vide. num. 52.

51 *Declaratio per quam cauſa rediret ad iudicē a quo, non eſt de mente fororum.*

53 *Iudex inhibens quando videt aliquem eſſe caſum, qui in ea compræhendi non debet, ſolet de iure moderare inhibitionum, quam moderationem in Regno non habemus, ſi caſus declarationis erat in inhibitione comprehenſus, vt numero. 54.*

55 *Iudex declarando iurisfirmam in aliquo caſu, ſupponit illum caſum non fuiſſe de mēte ſua comprehenſum, & numer. 56.*

57 *Declarationis iurisfirmæ via introducta, in deſuetudinem fecit abire repulſionem eiuſdem.*

58 *Declarationes firmarum in caſibus nō compræhenſis non paſsim faciendæ ſunt, ſed de huiuſmodi caſibus coram iudicibus inhibentibus tractandum erat.*

59 *Iudex inhibitus per præſentationē firmæ quodāmod irritatur, et iratus redditur.*

60 *Declarationes firmarū fieri, multoties expedit pro bono Iuſtitiæ.*

61 *Declaratio, caſus, qui eſt omnino inhibitioni contrarius, fatua exiſtimatur, & numero. 62.*

63 *Firmę iuris concedi ſolent, quibus officiales Regni inhibētur, ne impediāt ducere per Regnum merces, & bona, maniſeſtata tamen, & cum albarano de guia, ſed petuntur declarari per diputatos Regni vt, numer. 64.*

65 *Merces portari poſſūt per Regnum vſque ad quatuor leucas extremitatum eiuſdem.*

66 *Firmę ſolēt dari milicibus et infantionibus Regni ne cōpellantur per vniuerſitates peitare pro hereditatibus emptis a villanis, niſi pro ijs quæ erant impoſitæ hereditatibus ante emptionem, & hęę firmę declarantur, vt num. 67. 68. & 70.*

69 *Onus mere reale tranſit cū ipſa re in quēcumq. ſucceſſorē.*

71 *Firma iuris cōcedi ſolet aliquibus iuratis non exercentibus iuriſdictionē, nec aliquid aliud pro Domino Rege, ne aduerſus eos inquiſitio fiat,*

quæ

quæ ſolent declarari, vt numer. 76.

72 *Inquiſitio in Regno ſolum habet locum contra officiales domini Regis.*

73 *Inquiſitio contra Iuratos Cæſarauguſtæ, non habet locum, quia principaliter nullã iuriſdictionem exercent, nec contra Dipputatos Regni, vt num. 74.*

75 *Inquiſitio nũm habeat locum contra Aſſeſſores ordinariorum variè fuit iudicatum.*

77 *Exercens iuriſdictionem pro domino Rege, vel adminiſtrationem, vel quid aliud, inquiri poteſt.*

78 *Iudex inhibitus num poßit in caſu generali, & in inhibitione forſam non compræbenſo procedere non expectata declaratione, examinatur, & reſoluitur cum diſtinctione, num. 79. & 80. & vide bonũ exemplum, nu. 81.*

82 *Filius regnicolæ natus extra Regnum, ſi reuertatur ad Regnum ad habitandum, gaudet omnibus priuilegijs regnicolis conceßis.*

83 *Extraneus à Regno non poteſt obtinere beneficium in Regno, limita, num. 84.*

85 *Princeps in dubio non cenſetur, ſuper incapacitate diſpenſare, limita, vt nu. 86. 87, & 88.*

89 *Poſſeſſor incapax, & illegitimus, in ſua poſſeßione tuendus eſt.*

90 *Firma obtenta ad ſolam allegationem vniuerſitatis contra exterum, ne admittatur ad officia Regni, poſſet declarari, non obſtare in caſu quo eſſet filius regnicolæ.*

91 *Dipputati ac etiam dominus Rex, de foro, & conſuetudine poſſunt probibere extractionem carnium, & frumenti, & qualiter id fiat traditur.*

92 *Dipputatorũ prohibitio an arctet dominum Regem, quo minus ipſe extrahat, examinatur, & reſoluitur, quod caſus ſunt eius patrimonij poterit extrahere, at emere ad extrahendum non poterit, vt num. 93. & ob id denegata fuit firma domino Regi, vt nu. 94.*

95 *Imperator anno 1527. licentiam petijt Dipputatis ad extrahendum frumentum & ei data fuit.*

96 *Rex quando extrahit ſuum frumentum à Regno, per ſuos officiales, iurare ſolet corã Dipputatis, quod non extrahit niſi*

trarium, videatur, vt nu. 115. & 116.

117 *Nobilitas reſpectu officiorũ vniuerſitatis facta eſt ſcabellum pedum plebeiorum, quod ſane dolendum eſt.*

118 *Ratio quare infantiones ad officia vniuerſitatũ non admittantur reprobatur, & nume. 119. et 120.*

123 *Declarationes iurisfirmarum, pro bono iuſtitiæ de cõſuetudine tolerantur, ac fiũt.*

§. 9.

ANTEQVAM cap. hoc abſoluatur, oportet aliqua dicere de exitu harum iurisfirmarũ caſualium grauaminum ſiedquam, quomodo finiantur, terminentur, & quis ſit exitus illarum, & dicendũ eſt
1 tribus modis eas terminari, † & concludi, primus & magis per ſoms cognitus, minusque hodie practicatus eſt, quando ſcilicet firmans, ſeu obtinens inhibitionem, citatus coram inhibente iudice, ad hunc finem, vt coram eo tractetur de vi, iuſtitia, ratione, & de validitate exceptionis, in qua fundatur ipſa inhibitio, ſeu firma, & ibi agitur, & vbi apparet negotio examinato, exceptionem eſſe validam, iuſtã & bonam, datur ſententia pro ea, & confirmatur ipſa inhibitio, ſeu firma, & ſeu recipitur, vt terminis foralibus vtar, vbi vero apparet exceptionem eſſe iniuſtam, & irrationabilem, & nõ procedere, datur ſententia contra eã, declarando, eam non obſtare, quominus executio ſemel cepta fiat, & ſic remouetur exceptionis impedimentum, & tollitur, ſeu reijcitur exceptio, & ob
2 id dicitur iſte articulus, ſeu proceſſus † repulſionis, ſeu admiſsionis, & receptionis iurisfirmæ, quia vel recipitur, vel reijcitur, ad finem, vt ſcilicet, vel magis impediatur executio, vel potius fiat, & proſequatur, & in eo tractatur de hac iuſtitia tantum per partes, deducendo ſuũ ius, & quia de hoc articulo pleniſsimè dictum eſt in c. 2. §. 3. quæ ibi dicta ſunt repeti hic oportet, ideo non inſiſto amplius, cum abundè habeas ibi quęcumque querere poſſis.

3 Alius eſt modus euacuandi † has iurisfirmas, per viam ſcilicet reuocationis, quãdo iurisfirma eſt male prouiſſa, ſiue in ritu, ſiue in recto, & exceptio in ea allegata non ſubſiſtit: Quibus caſibus reuocari eã oportet, hoc autem fieri debet, ex eiſdem actitatis,
4 non ex nouiter † productis, quamuis enim appellitus poſsit iuſtificari, ex nouiter deductis, quæ in iure conſiſtunt; non vero ex his quæ in facto ſunt. Molin. verbo. appellitus. verſ. appellitus prouiſio fol. 21. cui, circa conſuetudinem, & ſtillum cõſiſtorij cum fuerit iuriſperitus, credendum eſt in ſuo foro, ſaltim pręſumptiuè, dum cõtrarium non probatur, Menoch. caſu 360. num. 94. Aymon. conſi. 166. numer. 9. Maſcard. concluſ. 578. ex nouiter ergo productis, quæ in facto cõſiſtunt non poſſe firmam † iniuſtifi-
5 cari, tradunt Portoles verbo appellitus, num. 2. & 3. vbi voluit allegare Natam conſi. 646. numer. 5. idem cõſil. 430. num. 28. dicens, ſententias interlocutorias & primas prouiſiones, ſi ante prouiſionem non bene iuſtificentur

centur, non poterunt poſtea ex nouis corroborari, Paulus conſ.31. volum.1. Marant. de ordine iudi. 6. part. verſ. & quandoque appellatur. numer.159. idem Paulus conſ.19. colum.2. in pri mo dicens. quod captura quæ fit ex inſtrumento debiti, non fit ad hunc finem, vt poſt quam facta eſt, iuſtificetur, & ſi reperiatur iuſta, remaneat firma, alias retractetur, non obſtantibus Alex. conſ.19. volum. 3. & Nata conſ.29. & alijs ſimilibus, apud quos fit iuſtificatio de nouo poſt captiones ſemel decretas, quia loquuntur in caſu fallentiali, quando mandatur capi debitor fugitiuus, & ſuſpectus quo cumque minimo indicio, quo caſu
6 propter timorem † fugæ id permittitur, at ſecus eſt, quando de iure vel conſuetudine requiritur in prouiſione primæ prouiſionis, informatio, & probatio, quo caſu eſt ſtandum conſilio Pauli. 19. quid quod in caſu ſuſpecti de fuga, ex abundãti fit illa iuſtificatio, cum iam præmiſſa ſit informatio, licet leuis.

Si tamen ex contextura alterius inſtrumenti, cõſtet, quod ſit pars primi, vel quia in continenti factum iuxta l. leſta, ff. de rebus cred. vel quia correſpectiuum, adeo quod unſit, ſubſi quomodo intelligatur, habes declaratum in meis deciſsionibus. Tunc ſi ex tenore iſtarum ſcripturarum, † iniuſti-
7 ficetur iurisfirma, ſeu prouiſio, reuocabitur, & dicetur reuocari ex eiſdẽ, vt declarat Bardaxi in foro primo de [illegible], & monit. & nos ſupra dixi-
8 mus. cap. 2. § 9. Et nota, quod in proceſſu iuratorum de [illegible] ſuperexecutione comandæ, & captione perſonæ die 17. Martij 1581. in ſcriba, de Scartin, fuit habitum pro condemn. per Ibandum de Bardaxi aſſeſſorem Gubernatoris, quod ſi quis appellitat de inſtrumento † comandæ non ve rificatis conditionibus contraçattæ per eum conceſſæ, poterit poſtea eas probare, ac verificare, & ſic iuſtificare appellitum ex nouiter productis, moueb atur per hanc rationem ſatis apparentem, & coloratam, quod ſi reuera, & in rerum natura tales conditiones erant ad impletæ, illud ſufficit, cum verè dici poſsit, adimpletas eſſe, licet de hoc non conſtauerit iudici, tamen veritas illa poteſt poſtea liquere, mihi tamen facit dubitationem, vide Bardaxi vbi ſupra.

Ratio quare non iuſtificatur eſt, quia, in Regno habent hæc † proui-
9 ſiones vim ſententiæ interlocutoriæ, quæ ex nouis non iuſtificantur, Maranta vbi ſupra, & hæc reuocatio fieri debet, quoad totam iurisfirmam, licet peccatum in ſola minima eius parte conſiſtat, ex quo decretum † eſt
10 indiuiduum, & ſic ipſa firma, Nata conſ. 646. 430. & melius conſ. 162. vbi late Bald. in l. certi conditio § ſi nummos. num. 3. ſi cert. pet. Iaſſon. in l. ſuis adquem de acquir. hered. Alex. in l. iuſte poſsidet. nu. 26. Rebuf. de ſent. prouiſio. artic. 10. gloſſa. 4. nu. 3. Roland. conſ.99. nu.21. in 10.

Sed poſſet aliquis quærere, quæ eſt ratio quare ſententia diffinitiua, etiam ex falſa cauſa lata, non eſt nulla, nec ideo reuocabilis, decretũ autẽ & quælibet alia † prima prouiſio, ex cauſa
11 falſa lata non valet, vel ſi ſurreptitia ſit, ſecundum Natam d. conſ.162. reſponſio eſt facilis, quia decretũ, & prima prouiſio debent eſſe iuſta, non ſolũ ex ordine, ſed etiã ex cauſa, quia cauſa allegata debet eſſe vera, alias nõ valet, ſecus in diffinitiua, quia licet ſit iniuſta, valet, ſi tamen ſeruetur ſolemnitas l. 1. § item cum contra ſacras. ff. quando appell. ſit l. cum putarem. ff. famil. herſ. Caſtr. in l. cum his § ſi

prætor

prætor in fin. tit. de tranſ. ratio rationis eſt ſecūdam Natá, quia ſententia
12 † profertur in iudicio inter cōtendentes, cum maiori, & pleniori cauſæ diſcuſsione, quod non fit in decreto, & primis prouiſionibus, quæ fiūt interuolentes, vel contra contumacē, vel etiam parte abſente, cum minori apparatu, & ideo facilius irritantur, Bald. in l. iuſtè poſsidet, & ibi alij. ff. de acq. poſ.

Alius eſt modus euacuandi, ſeu debilitandi inhibitiones de iure, veluti, per viam moderationis, petendo iudici inhibenti, vt moderetur inhibi-
13 tionem in caſu † hoc, vel illo, vt ſic non arctet inhibitio, vel non impediat inhibitio, quo minus ea non obſtante, poſsit in tali caſu, & tali procedi, tamquam in caſibus non comprehenſis in inhibitione, ſecūdū mentem eius, & etiam iudicis inhibentis, & etiam in caſibus comprehenſis in inhibitione, ſi tamen ex aliqua cauſa videtur iuſtū, vt tollātur de vinculo inhibitionis, & ſic iudex inhibens ſolet eā moderare, vt non arctet in hoc, vel illo caſu, etiam ex inhibitis, & differt hæc moderatio, † à reuocatione,
14 quia illa in totum euacuat inhibitionem, hæc autem nō in totum, ſed vel quo ad aliquas perſonas, res, bona vel aliquos caſus, tunc tollit inhibitionem & tunc de iure habet locum moderatio inhibitionis, mādati, præcepti, quando apparet horum aliquod illicitum, improbum, iniuſtum irrationabile, iniquum eſſe, c. quintauallis verſ. quo circa, de iure iur. ita Mandoſius vbi ſupra quæſt. 41. vbi latè.

Sed iſte modus eſt incognitus & inpracticabilis de foro in regno noſtro. Siquidem inhibitiones, & iurisfirmæ aut in totū repelluntur, & etiam reuo-
15 cātur vt dixi, quo ad omnē † illarū effectū, & totalem ſubſtantiā aut declarātur tantum, per iudicem ipſum inhibentem nō procedere in caſibus non cōprehenſis in inhibitione, nam ſiquidē verba inhibitionis ſunt adeo generalia, obſcura, & equiuoca, quod videantur caſum etiam iuſtum, & iniuſtum cōprehendere, tunc licet poſſet iudex inhibitus (ſuo tamen periculo cōtraueniendi, vel non, inhibitioni, vt dicetur) procedere in caſibus non cōprehenſis in inhibitione, tamen quia periculū fugit omnis caro, ſolent partes intereſſatæ petere has declarationes, has interlocutorias, per quas iudex inhibens declarat talem & talem caſum, non comprehendi in inhibitione, quia verba illos non comprehendunt, nec mens ſua fuit, eos comprehendere, & hac declaratione ſic ad maiorem cautelā facta, eſt ſublata inhibitio ſeu ſaltim timor inhibitionis, quo ad illos caſus. & per conſequēs quicquid fiet deinde in illis caſibus per iudicem, cui fuit præſentata inhibitio, non erit attentatum contra inhibitionē, nō erit reuocabile, ſed fiet in caſu licito & abſq; periculo aliquo,
16 ceſſante † enim, aut ſublata inhibitione, ceſſant & ipſa attentata, ſicut & poſt reuocatā vel moderatā inhibitionē, nō dicūtur attētata, vt voluit Rota. deciſ. 138. incipit ſi appellatur aliàs prima de officio deleg. in nouis & oportet ſcias, ꝙ iudex inhibēs nō tollit de medio aliquē caſum, qui fuiſſet iā cōprehēſus ſub inhibitione, hoc enim eſſet moderari inhibitionē, vt ſupraꝗ in regno fieri nō valet. Sed ſolū decla-
17 rat, talem, & talē caſum, nō † comprehendi in inhibitione, vt ſic iudex, cui inhibitio fuit præſentata abſque metu, abſque trepidatione, in illo caſu procedat, ſine periculo contrauentionis, & hæc eſt materia vniuerſa declarationis iuris firmatum, quæ tam frequens, tam quotidiana

tidiana eſt apud foriſtas, & practicos vt nil plus. Ad cuius declarationem magis ſpecialem nota ſequentia, & primo, quod qui aliquid† declarat, nõ dicitur facere aliquid de nouo, ſed quod agit eſt manifeſtare ſolum, & detegere id, quod videbatur obſcurum, velatum, & latebat, & vt melius alij dicunt, eſt ſolum quaſi excutere granum ab ſpica, vbi antea latebat inuiſus, & coopertus l. hæredes palam §. ſed etſi notã ff. de teſtam. l. adeo §. cũ quis de acquir. rerũ domi. Decius in l. edita. numero 47. C. de edendo Rebuf. in l. quod iuſsit 2. notabili, numero. 154. de re iud. Menoch. de arbitr. quæſt. 73. num. 17. Ex hac regula multa in iure deducuntur, primo, quod qui non poteſt facere, corrigere, emendare, alterare poſt certum terminum qualis eſt iudex, qui ſententiam à ſe latam non poteſt poſtea emendare, nec modificare. l. iudex poſtea quam. ff. de re iudicata. Neguſan. de pig. 4. part. prin. num. 4.

19 poteſt tamen declarare † Bald. in d. §. ſed ſi notam & in l. tres denunciationes in fin. C. quem & quando Menoch. d. q. 73. nu. 18. & multi relati à Gabriel. concl. 3. de reg. iur. num. 6. vnde magis in ſpecie ſequitur, quod licet iudex lata ſententia ſit functus

20 offitio ſuo, & per conſequẽs non poſſit eam mutare, corrigere, & alterare† poterit tamen declarare gloſſ. 1. verſ. ſed an in l. eaquæ C. comminationes, vel epiſtol. Bart. in l. hęredes palàm. §. ſi quid verſ. quæro an iudex, de teſtam. vbi Bald. in §. ſed & ſi notam Bart. in l. ab executore. ff. de appell, Alex. cõſ. 3. vol. 1. Felin. in c. ſuper quęſtionum de ofi. deleg. & in c. qualiter & quãdo primo. n. 24. de acuſat. Calcan cõſ. 16. n. 32. & conſ. 69. verſ. quarto, Decius in reg. in ambiguis Rebuf. in d. l. quod iuſsit notab. 2. nu. 5. 155. Menoch. vbi ſupra. nu. 21. & hoc omnibus notiſsimũ eſt, at hęc, cum declarationis natura ſit, quod fiat de verbis ambiguis, equiuocis, & quæ duplicem ſenſum habere poſſunt, declaratio, & interpretatio, per quã diſpoſitio declaratur procedere in caſu licito, iuſto, in verbis tamen compreheſo, dicitur interpretatio declaratiua, neceſſaria, & hæc in Regno vbi ſtamus cartæ, & vbi reijcitur omnis interpretatio,† nõ

21 cenſetur excluſa, ſed neceſſario recipiẽda eſt, vt in eiſdem terminis, quando ſtatur cartæ ad literã, prout iacet, & quod reijciatur omnis interpretatio, reſoluit eleganter Stephanus de Phedericis, de interpræt. iuris, part. vltim. verſ. quartũ dubiũ, &c. dicens communiter teneri, quod interpretatio declaratiua nõ ſit reiecta, & quod ſic fiat interpretatio, declarãdo, vel diſtinguẽdo, nõ autẽ reſtringẽdo, vel ampliãdo, maxime argumẽto a ſimili vel à contrario ſenſu, quod fieri nõ poſſe teſtatur, ſecundum Ioa. And. Bart. Bald. & alios communiter, ab eo allegatos, quod perpetuo nota ad forum noſtrũ, vt ne intelligas qualiter interpretatio reſtrictiua ſit ſublata de foro, quod eſt verum, vt reſoluit Portol. verſ. forus, n. 5. & de cõſortib. c. 5. n. fin. verſ. vltimo, quicquid dicãt Molin. & alij, quorũ opinio non eſt ſequenda, nã nil magis contrariũ cartæ generali, & cõprehenſiuæ multorũ caſuum, quã reſtringere eam ad aliquẽ tãtũ caſum, contra verba ipſa, verum hoc non eſt hic amplius diſcutiendũ, at † declara-

22 tio verbi ambigui, nõ eſt cõtra cartã, ſed potius ad illius corroborationẽ, iuſtificationẽ, & omnimodã ſubſiſtẽtiã, quam tollere eſſet barbaries, dicit Phedericis vbi ſupra verſiculo tertio caſu fol. 19. loquẽdo in terminis quãdo verba diſpoſitionis ſunt ita ambigua, quod poſsint trahi in duplicẽ intellectum, tamen vnus intellectus, ſolum

ſolū verus eſſe poteſt, l. in ambigua ff de legib. quod hoc caſu neceſſaria eſt interpretatio, aliàs ſequeretur ſecūdū eū, quod aut vnus caſus, cōtrarijs ſententijs definiretur, aut tā quā obſcurus,
23 & in intelligibilis reijceretur, † aut certè legi illuderetur, Pone, dicit ipſe, ſtatuto cauetur, quod liceat furem, vel adulterum in domo compræhenſum occidere, an ſi inueniat quis aliquem in domo ſua, qui nominetur fur, latro, aut adulter, licebit eum occidere? certe fatuum eſſet id dicere, ecce quomodo interpretatio legibus, & ſtatutis neceſſaria eſt, l. 2. §. his legibus de orig. iur. vnde dicit lex, *in ambigua voce legis ea potius accipienda eſt ſignificatio, quæ vitiò caret. præſertim cum etiam voluntas legis ex hoc colligi poſsit* ex his infert Crauet. de antiquit. 1. par. verſ. non omitto n. 28. quod licet non ſit ſtandum aſſertioni
24 † Principis, etiā in facto ſuo propio, quoties agitur de præiudicio alterius, in iure iā quæſito, ſiue de iure gentiū, ſiue de iure ciuili, quando eſt tale ius, quod à Principe tolli non poteſt ſine cauſa, niſi appareat de veritate cauſæ, vt ibi, tamen hoc non procedet ſecūdum eum, quando agitur de declaratione verbi ambigui, quod à prin-
25 cipe † declarari poteſt, licet talis declaratio tendat in præiuditium alterius, modo ex tali declaratione, non ſequatur noua diſpoſitio, Caſtr. in l. heredes palam. §. ſi quid poſt de teſtam. Decius in l. 1. C. de impub. & alij relati per Aymonem d. n. 28. vbi latius, eſt in materia videndus Bald. conſ. 343. vol. 1. Menoch. de arbitr. caſu 199. iā igitur in dictis caſibus permiſſa eſt declaratio harum iurisfirmarum, ſeu inhibitionum prout hæc omnia reſoluit in breui Port. verſ. firma. n. 212. 213. 214. dicens, quod ſi firma in caſu licito prouiſa ſit, ſed minus generalis, adeò quod caſum licitum, & illicitum poteſt cōprehendere, iudex ipſe declarare po-
26 terit, quod inhibitio † ſolum arctat, quo ad talem effectum, cauſam, vel perſonas, & non quo ad alios efectus, & cauſas, quod ita intelligerem ſi eſſemus in ambiguo, an illi caſus eſſent comprehenſi, quo caſu benè fieret declaratio ad mentem inhibentis, ſecundum tamen verba, aliàs enim nō eſſet declaranda, ſed reuocanda firma, tamquam male prouiſa, continens vnum caſum illicitum, cum alio licito, & tunc malum ex quocunque defectu, vel de iure eſſet moderanda. Exquibus ſequitur quod qui petit fir-
27 mā declarari, ſupponit firmam ſeu † inhibitionē bene conceſſam eſse, ſed ea non obſtāte tale quid fieri poſse, tā quam nō comprehenſum in ea, Alex. in addi. ad Bart. in l. ab executore ff. de appell. Exemplū, datur inhibi-
28 tio, † ne in vim obligationis cameralis, guarentigiatæ, & priuilegiatæ, præſcriptæ, poſsit apræhenſio fieri, vel manifeſtatio, ſeu executio, petitur declaratio, quod in caſu quo prçſcriptio ſit interrupta, poſsit omne illud fieri, certe talis declaratio benè procedit, quia allegatur id quod non fuit inhibitum, nec comprehenſum in inhibitione, nec fuit mens inhibentis illud comprehendere, ſcilicet caſus interrùptionis, & iſte caſus ita iuſtificat declarationem, ſicut præſcriptio inhibitionē. Aliud exemplū, datur
29 inhibitio † militibus, & infantionibus habitantibus in locis regalibus, ne pro debitis vniuerſitatis poſsint executari, &c. ex quo non cōprehendūtur ipſi in ſtatutis vniuerſitatis, (vt dicetur) petitur poſtea declaratio, vt ſi illa debita fuerint contracta in eorū vtilitatē, debeant etiam ipſi milites, & infantiones contribuere, quod

etiam millies factum fuiſſe atteſtor,
declarando tamen vt infra videbis,
datur firma militi, † & infantioni ne
in vim ſtatutorũ procedatur contra
eum,cum non ligetur ſtatutis,petitur
declaratio,vt poſsit contra eos proce
di in vim ſtatutorum, in his quæ ſpe-
ctant ad ſtatum politicum vniuerſita
tis,dabitur talis declaratio,vt in mille
proceſsibus fuit facta, quod hic exami
nari nõ oportet,ſufficit atteſtari ſic fie
ri, & benè vt videbis inter alios pro-
* ceſſus,in proceſſu Briandæ & Hiero-
nimi de Suelues, ſuper iurisfirma die
2. Septemb. 1600. vbi fuit, habitũ
pro conſtanti,& declaratũ, poſſe vni-
uerſitatem ſtatuere contra milites,&
infantiones in politicis,& rurſus quę
ſint politica etiam ibi declaratum,
certe iſthæc declarationes & ſimiles
benè procedũt,quia cõprehẽdunt ca-
ſum,quem inhibitio non comprehen
debat, ſaltim in ſpecie, nec mens in
30 hibentis fuit illum comprehendere,
nam ſicut in vim debiti præſcripti,
non poteſt fieri executio, & ſic bene
datur inhibitio, ita etiam in vim in
terruptionis, poteſt agi non obſtan-
te præſcriptione, & ſicut regulari-
ter milites, & infantiones † non ligã-
tur ſtatutis,& ſic benę datur ad id in
31 hibitione moleſtentur in vim ſtatu-
torum,ita etiã in concernentibus ſta-
tum politicum comprehenduntur
in ſtatutis, & reſpectu eorum, iuſtũ
eſt declarare, inhibitionem non ar-
ctare, cum non fuerit mens inhi-
bentis illud comprehendere,alias fuiſ
ſet iniuſta inhibitio. Inhibitiones iſtæ
fundantur in regula, declarationes
vero in exceptione,& ſic à pari proce
dunt,nec obſtabit ſi dicas illud quod
in tribunali dicetur, quod non debet
declaratio deſtruere vna manu, quod
inhibitio conſtruxit alia, nam dico
quod iſtæ declarationes, & ſimiles

32 † nõ impugnãt inhibitionẽ,nec eas in
iuſtificant, imò vadũt ad diuerſa non
cõprehenſa in inhibitione, ſaltim in
ſpecie, aliud eſſet ſi inhibitio diceret,
non procedatur cõtra talem per viã
inquiſitionis,cum ſit de foro prohibi
bita, & fieret declaratio, quod poſſet
fieri inquiſitio in caſu,quo per conſue
tudinẽ inmemorialẽ fuiſſet ſolita fieri,
ecce hic declaratio tendit directo con
tra factum inhibitionis,dicẽtis nõ da-
ri inquiſitionẽ, declaratio dicit, quod
33 ſic,† vnde talis declaratio non bene
procederet, licet milies viderim dari
has declarationes, malè tamen, & in
iuſtè, vt infra dicemus.

Ad huc tamẽ dices tu, quod licet in
ſuperioribus caſibus,declarationes nõ
impugnent factum inhibitionis, &
ſic hoc vitio non laborent, tamen la-
borant alio, nam per eas euacuatur
tota inhibitio, & fruſtratur mens fo-
rorũ. Ecce, finis iurisfirmę eſt,nequis
grauetur per iudices Regni, † contra
34 ius & forum, dicit miles & infancio,
ego nõ ligor ſtatutis da mihi Domine
Iudex inhibitionem contra vniuerſi-
tatem,ne in vim ſuorum ſtatutorum,
me moleſtet, certè dari debet firma,
ad hunc finem introducta: vniuerſi-
tas conqueritur, & allegat ſe eſſe in
caſu, quo ligantur milites ſtatutis,
& petit ſibi in tali caſu licere cõtra mi
litẽ procedere, ſi hæc declaratio fiat
non benè conſulitur firmanti militi,
& qui aliàs habet pro ſe regulam
probatam, & fallentia declarationis
nondum eſt probata, & ſi ipſe per iu-
risfirmam receſsit a iudicibus ſtatu-
tarijs, dicendo eos in competentes,
non videtur iuſtum, vt iudex inhi-
bens remitat partes firmantes ad eoſ
dem iudices ſuſpectos. Pro cuius intel
ligẽtia eſt aduertẽdũ,quod firma, vt iã
dixi in ſuperiorib⁹ nil aliud eſt quã ge
nus

nus quoddam euocationis; ſiquidem per hanc viam Iuſt. Arag. qui aliàs de cauſis priuatorum cognoſcere nõ valet, fit competens, & cognoſcit euocando ad ſe cauſam illam, vbi grauamen fuit illatum, vel eſt ſuſpitio quod inferatur, vel ſaltim timor illationis, & ſicut Regia Aud. euocat ad ſe cauſas ordinariorum; ſic Curia Iuſtitiæ Aragonum per viam iu-
35 risfirmæ † euocat ad ſe cauſas: inhibendo alijs iudicibus inferioribus, ne aliquem vexent, ſeu moleſtent in tali & tali caſu, cùm ſit contra forũ, & omnimodam rationem (proceſſum autem, & cognitionem ordinariam non impedit, vt dixi ſupra) quo fit vt executio illius cauſæ, dicatur abdicata iudici à quo, & tranſlata in Iuſtitiã Aragonum, & eius Locumtenentes, tanquã iudices ad quos, & ſuperiores, ac ſi ad eos fuiſſet appellatum, vel habitus recurſus per viam ap-
36 pellationis, imo maioris potentiæ, † & efficatiæ eſt ius iſtud euocationis, quam ius appellationis, & magis operatur: magis inficit, & ligat manus iudicis à quo euocatio, quam appelatio, cap. vt noſtrum vbi Doctores de appellat. ibi *cum plus ſit Romanum Pontificem ad ſe aliquod reuocare negocium, quam quemquam ad eum ſuper aliquo negotio prouocare*; & vt ibi traditur, euocare ſolum poteſt regulariter ille, ad quem recurſus haberi poteſt, vt ſic appareat, qualiter,
37 Iuſt. Arag. per viã firmæ fit iudex † iuſtitię cauſę euocatę, ac ſi ad eum fuiſſet appellatũ, & iã inde alia ſubintrat iuris regula, quod ſcilicet cauſa ſemel introducta coram iudice ad quem, nõ
38 debet iterum remitti † ad iudicem inferiorẽ à quo, vt de ea cognoſcat, elegans tex. in c. accepta conqueſtione de apellat. vbi Abb. & alij, l. eos C. de appellat. ibi *Eos* ideſt ſuperiores *qui de cauſa appellationis cognoſcũt, ita ſuũ iudiciũ præbere cõueniet, vt intelligãt nõ ex ocaſione aliqua remitere negotium ad iudicem ſuum*, ideſt primũ, *ſas ſit, ſed omnem cauſam propria ſententia determinare conueniat*, his verbis vtitur lex illa, abdicendo poſtea omnẽ facultatem remitendi negocium, & partes, iudici inferiori, quo vſque per † ipſum
39 iudicem ſuperiorẽ ſit de cauſa illa cognitum, huius, autem rationẽ aſſignat Philippus Fran. in d. c. accepta
40 dicens, quod tunc iudex à quo † eſt multum ſuſpectus ipſi prouocanti, c. ad hæc ubi DD. eodẽ & licet iſti tex. loquantur poſt ſententiam primi iudicis, & ſic in via appellationis, idẽ tamen eſt in caſu noſtro, propter æquiparationem euocationis, & appellationis, & ſi ibi illud ideo eſt, propter ſuſpitionem iudicis à quo, in caſu noſtro nil aliud dicit, clamat, nil aliud allegat magis ipſa firma, quam quod
41 iudex a quo † eſt ſibi ſuſpectus, quod vult eum grauare, & vexare, vt ſic ab eadem iurium ratione, eadem materia grauandi, eadem decidendi ratione fatendum ſit, non debere has declarationes fieri, per quas ipſa pars prouocans remitatur ad eundem iudicem ſibi ſuſpectum, non ſecutum, quod nimium durum, atque aſperum omni legi viſum eſt ſemper. ſi. ſin. C. de iudi. c. cum ſpeciali cap. ſecundo requiris, in ſui materia, de appellat. & nota, quod non ſolum iſta remiſsio de honeſtate fieri nõ debet, ſed † de neceſsitate, vt dicit Frãcus verſ.
42 nota ſecundo vbi ſupra, aſſerẽs, quod non eſt in poteſtate iudicis ſuperioris, remittere cauſam, & partes ad iudicẽ à quo, ſed tenetur ipſe cognoſcere & diffinire vt dictũ eſt. Iſtæ rationes, (vt veruntamen tibi fatear) me diu ita animi pene tenuerunt, cõtra has declarationes, vt quaſi coactus ſemper

eas fecerim, compulſus ſtilo potius,
& conſuetudine eas faciendi, quam
ratione aliqua, & iure fieri poſſe ſua-
dentibus, ſed quia eſſet mundum re-
mangare, vt dicunt in regno, eas de-
negare abſolutè, ideo non fas erit re-
43 cedere † ab hac conſuetudine, ſed erit
ſequēda, moderatè tamē, & non tam
abſolute eas declarationes faciendo,
vt fruſtetur tota harum iurisfirmarū
materia, quæ eſt de maioribus excel-
lentijs huius Regni, quapropter ſe-
quentes regulæ tradendæ ſunt.

PRIMA REGVLA.

Prima regula, quando firma ſeu in-
hibitio conceditur alicui, ob ſolā qua-
litatem allegatam, & non probatam,
veluti quia dictum ſit, & allegatum,
quod quis non eſt oficialis, & datur
inhibitio, quod non procedatur con-
tra Petrum per viā Inquiſitionis, cum
non ſit oficialis, tunc poteſt peti de-
44 claratio, etiam † ad ſolam aſſertionē,
quod poſsit procedi contra firman-
tē non obſtāte firma, conſtito quod
ſit oficialis domini Regis, vel exercue
rit pro domino Rege aliquam iuriſ-
dictionem, vel adminiſtrationem, ra-
45 tio eſt, quia † cum firma, & inhibitio
ſit data ad ſolam aſſertionem partis,
ſine probatione aliqua, quod fieri
poteſt, ex quo nemo præſumitur
officialis, niſi probetur, cū ſit illud fa
cti, inde fit, vt declaratio non ſit con-
tra mentem inhibentis, nec contra
inhibitionem, quæ ſolum voluit inhi-
bere, caſu quo non eſſet oficialis, non
autem ſi oficialis eſſet, & ſic talis fir-
ma, videtur in effectu firma ne nō veri
ficatis conditionibus procedatur, quo
caſu non inhibetur iudici à quo, in ca
ſu quo conditiones verificentur, ſed
ſolum in caſu, quo non ſint verifica-
tæ, ſic in hac noſtra firma cenſe-
tur inhibitum, ſi non ſit oficialis, ſe-
cus ſi talis ſit, ſed dices tu, quod hæc
æquiparatio bene procederet, quan-
do firma daretur conditionaliter, ve-
luti ſi inhibitio diceret, quod non
procedatur, nō cōſtito quod ſit oficia
lis, tunc enim eſſet quaſi non verifi-
catis conditionibus, at ſecus eſt, quan
do firma non conditionaliter datur,
ſed præciſsè, & poſitiuè, ne procedā-
tur contra talem, cum non ſit oficia-
lis, quo caſu ſi nō ſit probata illa qua-
litas, ſcilicet quod non ſit oficialis,
videtur quod non poſsit dari firma,
ratio eſt, quia licet non præſumatur,
46 quis oficialis, † cū ſit facti, tamē quan
do quis ſe fundaret in ea qualitate,
eā probare tenetur, materia eſt triuia
lis Maſcard. concluſione qualitas, nec
ſuficit ſola illa præſumptio, quod ſi
illud probatum ſit in ſpecie, vel ob
ſolam illam præſumptiuam probatio
nem, iam non erimus in caſu alle-
gatæ tantū, ſed probatæ qualita-
tis: quomodo igitur in tali caſu po-
terit dari declaratio, ad ſolam allega-
47 tionem partis, † videmur tunc eſſe
extra caſum regulæ ſupradictæ, & ſic
quod non detur talis firma poſitiuè
& preciſsè ad ſolā illā præſumptionē,
ſeu qualitatem præſumptiuè proba-
tam, vel quod ſi detur, non fiat decla-
ratio ad ſolam allegationem partis,
in caſu quo firma ſit poſitiua, & pre-
ciſſa, nam ſi ſit data conditionaliter,
non conſtito quod ſit oficialis, clarū
eſt talem declarationē fieri poſſe, imo
non eſt neceſſaria declaratio, ex quo
firma inhibet conditionaliter tātum,
ſi non ſit oficialis, ſecus ſi ſit, & ſic nō
videtur tunc declaratio neceſſaria, ad
huc tamen audiui talem firmam de
48 præciſſo, & poſitiuè datam fuiſſe, † &
declaratam in caſu, quo non eſſet ofi-
* cialis, vide in proceſſu Antonij Perez
ſuper iuris firma anno 1590 vel 1591.
ego non potui eam inuenire, ſed cre-
do

do quod reperies in proceſsibus de-
nunciationum illorũ annorũ, in qui-
bus fuit fide facta dicta firma, & dico
tibi, quod ſi ita domini Iudices firmã
concederent, iuſtiſsimum eſſet ſic etiã
eam declarare, nam nec fraus fieret
parti, Iudici, nec inhibitionis menti,
quæ non fuit inhibere in tali caſu al-
legato in declaratione.

SECVNDA REGVLA.

Quando firma ſeu inhibitio con-
ceditur alicui miniſtrata informatio-
49 ne, † tunc non eſt danda declaratio
in caſu diuerſo allegato in declaratio-
ne, ſi ille caſus erat cõpræhẽſus in in-
hibitione, quia eſſet euacuare vires in-
hibitionis, & firmæ (niſi caſus decla-
rationis eſſet extra mentem inhiben-
tis, vel peteretur de aliquo caſu du-
bio, equiuoco, vt ſupra diximus la-
tius) & eſſet remitere cauſam Iudici
à quo, quod fieri non debet in vim
iuris, vt vidiſti, imo licet non eſſet cõ-
præhenſus ſub inhibitione, nam cum
cauſa ſit iam euocata, debet ſolus iu-
dex inhibens cognoſcere de illo caſu
allegato in declaratione, an ſit ve-
rus, & non alius iudex vt ſupra. Po-
50 namus exemplum; † de vltimo caſu,
quãdo ſcilicet caſus declarationis nõ
cõprehẽditur in verbis claris, & men-
te inhibitionis, nam de primo quan-
do comprehenditur, qui clarus in ſe
eſt, quod non poteſt declarari, dice-
mus poſtea vno verbo. Datur firma
ne in vim ſtatutorum procedatur cõ-
tra talem militem, & infantionem,
qui probauit ſuam militiam, ſi datur
declaratio, quod poſsit procedi, con-
ſtito quod ſtatutum ſit in materia po-
litica, iam cognitio illius caſus remi-
titur Iudici à quo ſuſpecto firmanti,
quod eſt contra intentionem fororũ,
nam debebat ipſe iudex firmæ co-
noſcere de illo caſu ſallentiali allega-
to in declaratione & non iudex inhi-
bitus. Datur firma ne in vim talis de-
biti præſcripti procedatur, cum re ue-
ra ſit probata præſcriptio, ſi detur de-
claratio, quod poſsit peti, caſu quo
præſcriptio ſit interrupta, iam eſſet
firmam euacuare, contra ſuperiora,
remitendo caſum illum declaratio-
nis iudici à quo, cum de eo ſolum cog-
noſcere debuiſſet iudex inhibens. In
hunc modũ poſſunt mille firmæ con-
cipi, & imaginari, quę ſi ſic declaren-
tur, certè isto modo tota materia fir-
marum redigitur ad nihilum, & ad an-
guſtiſsimos terminos, & breuiſsimos,
& certè intentio fororum non fuit,
51 tales fieri declarationes, per quas †
cauſa rediretur ad Iudicem à quo, ſed
quod ageretur coram iudice inhiben-
te, de veritate, validitate, iuſtitia, &
ratione firmæ, ſeu exceptionis, & de
caſu declarationis, in quo ipſa non
debeat arctare, quod nos repulſio-
nem firmę ex mente fororum appel-
lamus, ſed licet hæc ita ſe habeant de
52 iure, & foro, adhuc videmus † contra
rilum practicari paſsim, & tales fieri
declarationes, quod non aliunde pro-
uenire existimo, niſi quia articulus il-
le repulſionis, eſt nimis lõgus, & hæc
via declarationum citius conſulitur
partium iuſtitiæ, & ſic à paucis citra
temporibus, fuerunt introductæ iſtę
declarationes pro bono Iuſtitiæ,
licet quodammodo videantur deuiare
à ratione ſcripta, quare non decet re-
cedere ab hoc ſtilo, ſed ſatis erit eas fa-
cere, non tamen abſolute ad omne
quære, ſed cum maxima moderatio-
ne, & hoc non ſine ratione erit; Nam
etiam de iure habemus, quod quan-
53 do iudex † inhibens, videt aliquem
eſſe caſum, qui non debet comprehẽ-
di in ſua inhibitione ampla, & gene-
rali, vbi alias forſam comprehendeba-
tur, & quod ſic eſt iuſtum, illum ca-

ſum de nexu inhibitionis extrahere,
ſolet tūc moderare, & modificare in-
hibitionem, tollendo eam de tali, &
tali caſu, vt ſic Iudex inhibitus poſsit
abſq; metu attentatorum, & fractio-
ne inhibitionis, procedere in illis caſi
bus, & hanc dicunt moderationē in-
hibitionis, vt Mandoſius latè in locis
ſupra citatis. In Regno non habemus
54 talem moderationem, † ſi caſus de-
clarationis erat comprehenſus in in-
hibitione, de mente, & claris verbis
illius, ſed practicatur, quod ſi forte vi
debatur ille caſus comprehenſus ſub
generalitate verborum, veluti dicen-
do, non procedatur cōtra militem in
vim ſtatutorum, quibus non ligatur,
quo caſu videtur, quod in omnem
euentum generalia verba inhibitio-
nis videntur illum militem eximere,
ſed quia tali caſu mēs inhibitionis, &
iudicis inhibentis, non fuit inhibere
in caſu, quo ligaretur ſtatutis, clarè &
manifeſtè, (licet verba generalia eſſēt,
& licet etiam tota cauſa, & cognitio
tota, eſſent euocata ad iudicem ſupe-
riorem) ideo in hoc caſu dumtaxat,
de ſtilo, & de cōſuetudine, pro bono iu
ſtitiæ fuit introductum, vt fiat talis
declaratio, quod ſcilicet poſsit iudex
inhibitus procedere contra militem,
in tali caſu, in quo ſtatutis ligatur, ve-
luti in ſtatuto politico, vel quando ex
materia ſtatutaria recipit emolumen
tum miles, vt ſuo loco dicetur, & in
deciſionibus habes abundè, & taliter
55 declarando iudex, † præſupponitur
non fuiſſe de mente ſua, illum caſum
comprehendere, licet de generalita-
te verborum videatur comprehendi
nam aliàs, ſi illum caſum clarè com-
prehendiſſet in mente, & verbis cla-
ris, foret iniuſta inhibitio, vt pote
comprehendens caſum iniuſtum,
nec declaratio tunc fieri poteſt, vt ad
primum caput vno verbo reſpondea-

mus ſed reuocatione opus eſſet, & hac
via ſatis colorata, ſatis velata, & me-
thaphiſicā habuerunt principium iſt-
hæc declarationes, & ex alio etiam,
quia dici ſolet, quod ſicut iudex inhi-
bēs, moderatur, & etiam tollit inhibi-
tionē, diſcuſſa, & deciſſa cauſa appel-
lationis, ſi male appellatum ſit, & ſi-
cut etiam in Regno, in articulo re-
pulſionis, conſtito quod exceptio in
qua fundatur firma, eſt iniuſta, reijci-
tur firma, & illius inhibitio, & tolli-
tur per iudicem inhibitio, ita pari mo
56 do, † quando videt aliquem caſum,
qui non debeat comprehendi ſub
inhibitione, licet aliquo modo verba
inhibitionis ſint generalia, non tamē
ſit de mente inhibentis, ſolet & debet
declarare, illum caſum non com-
prehendi in inhibitione. Ecce inuenis
principium, & originem iſtarum de-
clarationum, à 30. annis introdu-
ctum, à quo tempore hucuſq; dum
fui locūtenēs, per 12. ann. ſolum vidi
ſemel tractari de repulſione iuris fir-
mæ, quia iam per declarationes repel-
luntur, tolluntur, euacuantur, & mo-
57 dificantur ipſæ inhibitiones, & † non
curatur iam de repulſione firmæ, qui
proceſſus aliàs eſt nimis prolixus, ſed
certè, licet non fierent tales declara-
tiones; non ideo malefacerent iudi-
ces, nec diceretur firma ideo compre-
hendere caſum iniuſtum, ſcilicet
caſum, declarationis, quia cum firma,
& inhibitio ſit fundata in regula, ſci-
licet, quod nō procedatur cōtra talē,
qui eſt miles, & non ligatur ſtatutis,
vel contra talem in vim debiti quod
20. ann. eſt præſcriptum, vel contra
talem in vim debiti, quod apparet
cancellatum, vel contra talem, quia
iam eſt ſemel accuſatus de delicto, vel
non inquiratur contra talem, qui pro
bauit ſe non eſſe officialem, licet aliàs
allegetur, quod ſumus in caſu, quo
miles

miles ligatur ſtatutis, vel quod præſcriptio eſt interrupta, vel cancellatio falſa, vel quod exercuit pro domino Rege aliquid, quod poteſt inquiri, vel allegatur caſus, in quo po-
58 teſt iterum accuſari, adhuc tamen † non deberet fieri talis declaratio, ſed quod coram iudice inhibente tractaret de illis caſibus, & conſtito de illis, tūc quo ad illos caſus reijceretur, & tolleretur inhibitio, & firma, & remitteretur cauſa ad iudicem inhibitum, & hoc eſſet ſeruare foros, ſequi mentem illorum, & non euacuare hoc tutiſsimum præſidiū Aragonenſium, maximè, quia iudex inhibibitus, cui præſentata fuit firma, quodammodo
59 eſt † irritatus, & iratus propter præſentationem firmæ, expertus loquor, & quotidie experimur, vide ſi æquū eſt partes firmantes remitere ad eundem iudicem, per has declarationes, vt ibi de nouo grauentur, & præiudicentur contra rationē c. accepta con queſtione de appellationibus, ſed hæc ſuficiant, tu ſequere hanc conſuetudinem, & ſtilum, moderatè tamen, & ratione ſuadente manifeſtè, & clarè talem debere fieri declarationem, nam non poteſt negari, quin multoties ex-
60 pediat † eas fieri pro bono Iuſtitiæ, ad euitandas calumnias, & malitias firmantium, nam fere ſemper, ſi non multoties, ſunt plenæ fraudibus, & garrulationibus iſthæc firmæ, quæ per aliquos cauſidicantes offerūtur, vnde iuſtiſsimum eſt eorum malitijs ocurrere.

TERTIA REGVLA.

Quando vero caſus declarationis eſt de toto contrarius, & aduerſus in-
61 hibitioni, † tunc eſſet fatuitas taliter declarare, ecce datur firma ne procedatur contra aliquē ad executionem ſententiæ criminalis, quando fuit nulliter lata, ſi declararetur quod poſſet procedi, conſtito quod non eſſet nulla, eſſet barbaries ex omni parte. Datur firma ne ocaſione certi delicti remitatur quis ad alia regna, ex quo eſt Aragonēſis, ſi daretur declaratio, quod poſſet remitti, conſtito quod eſſet extraneus à Regno, eſſet iniuſta declaratio. Datur firma ne ad inſtātiā talis procedatur in tali caſu, cum non ſit pars legitima ad agendum, declarare quod poſsit procedi, conſtito quod ſit pars legitima, iam vides quam ab-
62 ſurdum eſſet. † hæc eſſent quaſi ſententiæ comicæ, debes, ſolue, nō debes, non ſoluas, in his caſibus non eſt petenda aliqua declaratio ſed eſt agendum de reuocatione, ſi ſint male prouiſæ, veluti quia nulla fuit nullitas, nō eſt Aragonenſis, & pars legitima, tūc debent illæ firmæ peti reuocari, tanquam contra forum prouiſæ, vel contra ius, vel abſq; informatione, & iuſtitia, & reuocabuntur, non autē debent peti declarari, & cum his ſit expedita hæc ſecunda regula, nam nec amplius poteſt res hæc declarari, nec alia pinguior doctrina tradi ſed negotiorum experientia erit tibi magiſtra, quia quotidie videmus has firmas, in ſuis declarationibus, & etiā prouiſionibus, extra cardines, & propios limites trahi, iam reuocari, iam declarari, magis te experientia docebit, quā vniuerſa Locū tenētiū ſchola. Sed quia ſequentes declarationes iuris firme, ſolent frequenter ocurrere, placuit eas hic tibi apponere, vt cum his exerciteris, quaſi cum exemplis materiæ. Multæ, firmæ & inhibitiones prouiſę ſunt in Regno in vim fori, vt guidaticum gregum, per quas inhi-
63 bētur † officiales regni, ne impediant & prohibeāt talem, & talem, ducere per Regnum Aragonum merces, & bona, manifeſtata tamen, & ducendo

albaranum de guia, & etiam in vim
fori de prohibitione corhorum vni-
uerſ. vt in proceſſu Ioannis Sanchez
& aliorum ſuper iurisfirma 14. Aug.
1595. Iuſtitiæ & Iuratorum de Torla
ſuper iurisfirma 14. Aug. 1595. Petri
Iñiguez ſuper iuris firma 4. Dezẽbr.
1598. & in alijs mille proceſsibus in-
uenies ſimiles firmas Diputati Reg-
ni ſolent petere declarari, non obſtare
has firmas, quo minus poſsint ipſi
64 ocupare, † res, & bona, quæ vendun-
tur ſuſpectis de extrahendo, vel quan
do exportantes ſunt ſuſpecti de ex-
trahendo extra Regnum dictas mer-
ces, vel quando exportaturis, ſeu ſuſ-
pectis de extrahendo, fuerint vendi-
ta, quæ declarationes ſolent fieri per
dominos Locumtenẽtes, verum ego
nunquam, quod ſciam, eas feci, quia
iam per forum, vt guidaticum gre-
gum eſt purgata hæc præſumptio, &
65 data licentia portandi † merces per
Regnum, vſq; ad quatuor leucas ex-
tremitatum, ſecundũ actus curiæ, vn-
de habeant Dipputati, & dominus
Rex in extremitatibus Regni cuſto-
des ad cuſtodiendum, ne extrahant,
cum poſsit quilibet ſuo periculo eas
leuare per Regnum, & maximè, quia
poteſt quis in domo ſua vendere cui-
libet, etiam ſuſpecto, dum tamen non
det ei operam, vel auxilium ad extra-
hendum, vt per Gabriel. conſ. 18. &
vide ita pronuntiatum in proceſſu
Ludo. Anton. ſuper iurisfirma 20.
Martij 1600. cogita amplius per te.
66 Aliæ & innumeræ firmæ ſolent
dari † militibus, & infantionibus reg
ni, ne compellãtur per vniuerſitates
peitare pro hæreditatibus emptis à
villanis, niſi ſolum pro illis peitis,
quę erant impoſsita hereditatibus an
te venditionem, quia tranſeunt cum
ſuo onere, non pro alijs, quæ non ſunt
realia, vt in proceſſu, iurator. Alcanycij
ſuper iurisfirma anno 1596. in proceſ-
ſu Hiero. Tena ſuper iurisfirma 4.
Dezemb. 1589. Io. Rabaſtẽs ſuper iu-
risfirma 10. Febru. 1580. Ioan. Roche
ſuper iurisfirma 22 Iunij 1588. in pro-
ceſſu Gregorij Saluador ſuper iuris-
firma 18. Madij 1591. Ioan Xixena
ſuper iurisfirma 19. April. 1588. ra-
tio eſt, quia vltra onera merè patri-
monialia, cętera imponuntur perſo-
nis ratione rerum, qualis eſt collecta,
quæ infantionibus non imponuntur,
cum ſint exempti, Otalora de nobili-
tate lib. 2 c. 1. latius in meis deciſsioni
bus, huiuſmodi iurisfirmę fuerunt de
67 claratæ in modum ſequentem, † non
impedire inhibitionem, quo minus
ea non obſtante firmantes poſsint, &
valeant compelli per debita iuris re-
media, ad ſoluendum peytas ordina-
rias, & ſolui conſuetas, pro bonis ſe-
dentibus, per eos de præſenti, vel de
cętero poſsidendis, quæ fuerunt ho-
minum conditionis, & ſigni ſeruitij,
tam per eos, vel eorum alterum, emp-
tis ab hominibus villanis, quam in
contemplationem matrimonij cum
mulieribus villanis, acquiſitis, pro qui
bus ſemper, & continuo à tempore in
memoriali, vſque quo deuenerunt in
prædictos firmantes, vel eorum alte-
rũ, ſolitum & aſſuetum eſt peytare,
68 & à ſimili † non arctare, quo minus
dicti firmantes ratione prædictorum
bonorum, & hæreditatum obligata-
rum per homines ſigni ſeruitij, pro
debitis concilij, vniuerſitatis, quæ in
eorum dominio fuerunt, & poſtea
peruenerunt cum dicta obligatione,
& hypotheca in dictos firmantes, vel
eorum alterũ, vel pro debitis, in qui-
bus dicti firmantes ſe obligarũt, poſ-
ſint cõpelli ad ſoluendum omnia, &
ſingula compartimenta, diſtributio-
nes, & qualitates, per dictum conci-
lium factas, aut impoſitas, & in poſte-
rium

rum faciendas, & imponendas, facta tamẽ æquali repartitione, & vocatis, & auditis dictis firmantibus, & quolibet eorum.

Cuius declarationis vltima pars de plano procedit, cum agat de onere
69 merè reali, quod † tráſit cum ipſa re in quemcumque ſucceſſorem. Sed prima pars habet dubitationem, quia hereditas villani, ſi ſemel deueniat in militem, mutat conditionem, & fit libera; ex quo ſequitur, quod ſi vniuerſitas carricauit cenſuale, ſuper omnibus bonis vniuerſitatis, & ſic ſuper bonis hominum ſigni ſeruitij, & idem eſt, quando vniuerſitas obligauit pro aliquo debito bona omnia vniuerſitatis, & hominum conditionis, & poſtea aliqua bona ex illis, deuenerunt in infantiones, ſi vniuerſitas ſoluat illud debitum, & pro recuperando illud, imponat ſuper omnibus hereditatibus, etiam infantionum, quæ tempore obligationis erant hominum conditionis, aliquod onus, ſeu compartimentum, non poterunt illud facere, quia iam mutarunt conditionem hereditates quo ad forum agendi, reſpectu vniuerſitatis, quæ non habet hypothecã cõtra infantiones, reſpectu hæreditatũ. (creditor autẽ, & dominus cẽſualis benè habet hypothecã, licet poſſit agere via ordinaria ad recuperandũ, quæ pro eis ſoluit) & ex hoc fuit iſta pars declarationis denegata, in d. proceſſu Hie. Tena. Io. Rabaſtens. Io. Roche. Verũ poſtea procuratores firmantiũ in eis cõ-
70 ſenſerũt, quod fieret talis declaratio, † etiã reſpectu primæ partis, & ſic fuit facta, quod nota, nã aliàs non fuiſſet facta, ne te decipiat dictæ declarationes, reſpectu primę partis, eſt verũ quod ratione publicæ vtilitatis, nemo excuſatur, nec clericus, nec nobilis, veluti à refectione communis putei, vel fontis, Azeb. lib. 6. tit. 3. l. 1. n. 4. late Garcia de expenſis. c. 19. n. 12.

Similiter ſolet dari iurisfirmę iura-
71 tis aliquibus, & alijs nõ exercẽtibus † iuriſdictionẽ, nec aliquid aliud pro domino Rege, ad effectum ne cõtra eos poſſit fieri inquiſitio ex officio, quæ poſtea declaratur vt infra, & iſtæ firmæ benè prouidentur, nam certũ eſt, quod inquiſitio in regno habet locũ
72 tantũ cõtra officiales † domini Regis exercẽtes iuriſdictionẽ aliquã ordinariã, & idẽ eſt, ſi exerceãt aliquã adminiſtrationẽ pro domino Rege, obſ. 2. de priuilegio generali & ſic habet locũ cõtra eos Iuratos, qui exercẽt iuriſdictionẽ ordinariã pro domino Rege, ſecus aliàs, d. obſ. ſic fuit data firma pro curatori generali & cęteris officialibus totius publicæ cõmunitatis Cala-
* taiub. vide in proceſſu admodũ magnificorũ procur. gener. regitorũ, officialiũ totius publicę cõmunitatis Calataiub. ſuper iurisfirma die 16. Februarij
* anni. 1577. & alia firma in proceſſu Iuratorum loci de Sauiñan. die credo
* 21. Iulij anni 1594. & alia in proceſſu procur. generali regitorũ cõmunitatis Calataiubij die 17. Nouẽbris. 1594. ad hoc ne inquireretur cõtra aliquos caſos cõmunitatis, cum non exerceãt iuriſdictionẽ, nec adminiſtrationẽ pro domino Rege, ſed pro ſua republica,
73 & hinc eſt, quod cõtra Iuratos † Ceſarauguſtæ; licet ad cautelã habeant priuilegiũ ne inquiratur, nõ fit inquiſitio, quia eorũ officiũ principale non eſt exercere iuriſdictionẽ ordinariã (ſed hoc expectat ad Zalmedinas) licet ſecũdario, in cõſequẽtiã ſuorũ ſtatutorũ eã exerceãt, nõ pro domino Rege, &
74 idẽ eſt de Diputatis † regni, eadẽ ratione, vide circa ſuperiora in proceſſu
* prioris, Iuſtitię, Iuratorũ Ciuit. Hoſcę ſup. iurisfirma oblata die 19. Aug. 1567. Inquiſitio ſecũdũ aliquos nõ datur cõ-

tra

75 tra aſſeſſores ordinariorũ† iudicũ,ſiue
* ſint volũtarij,ſiue neceſſarij, vide in
proceſſu Martini Mõter ſuper iuriſfir
ma oblata 26. Martij 1579. & Io. Hie
* rony. Gomara ſuper iurisfirma 16. Iu
nij.1600.immo in his firmis totũ cõ-
trariũ fuit dictũ, nã prima fuit dene-
gata per quã petebatur non poſſe in-
quiri,ſecunda fuit prouiſa ad hoc, &
poſtea reuocata.

Quãdo ergo ſimiles firmæ cõcedũ-
tur aliquibus, ne cõtra eos inquiratur
ex officio,cũ nõ ſint officiales domini
Regis,ſolẽt declarari,vt nõ obſtãte fir
76 ma, ſeu inhibitione poſsint inquiri,†
cõſtito,& caſu,quo pro domino Rege
aliquã adminiſtrationẽ vel aliquid aliud
exerceãt, de quo reperies multas fir-
mas, & declarationes,ſicut iſtas,& be
nẽ factas, quia iſtæ declarationes nõ
videntur cõprehendi in verbis claris,
ſed tantũ verbis generalibus inhibitio
nis,& ſunt extra mentẽ inhibẽtis,qui
noluit inhibere in caſu illo,& ſic licet
foret dubiũ,quod ipſe iudex inhibens
cognoſceret de veritate illius caſus,an
exerceret aliquid,vel nõ,pro domino
Rege,ſed vt dixi,hoc operatur ſtilus,
& cõſuetudo,vt id per delarationẽ ex
pediatur, & fiat, neq; declarationes
iſtæ fiũt,nec ſunt contra præſũptionẽ
iuris, ſeu fori,vt ſic de illis dubitandũ
ſit vt dicetur. in 4. regula nã imo aſ-
ſiſtit eis, ſaltim nõ reſiſtit forus, quia
77 de foro eſt,quod ſi aliquis † exerceat pro
domino Rege iuriſdictionem,vel ad-
miniſtrationem, vel poſſe, vel quid
aliud, quod poſsit inquiri, & ſic iſtæ
declarationes nõ habẽt præſumptio-
nẽ fori cõtra ſe, habẽt tamẽ, ſi fir-
ma diceret,quod nõ fiat inquiſitio,&
in eodẽ caſu quo inhiberet, peteretur
declaratio, vt poſset fieri inquiſitio,
attẽta cõſuetudine, & præſcriptione,
vt dicetur in regula 4. at hic,tã firma,
quã declaratio habent pro ſe diſpoſi-
tionẽ fori, cũ in vtraq; locũ habeat in
quiſitio de foro, & ſic benè videntur
fieri declarationes iſtæ.

Quod ſi diceret quis,ſi verũ eſt quod hęc
declaratio fit, ex eo, quia nõ cõprę-
henditur in verbis claris inhibitionis,
ſed ſolũ ſub generalitate, & etiã quia
eſt extra mentẽ inhibentis,videtur ſe
qui ex hoc, quod poterit iudex inhi-
78 bitus, † non expectata declaratione,
procedere in illo caſu, tãquã non cõ-
prehenſo in inhibitione, & hoc abſq;
metu attentatorũ,& fractionis inhibi
tionis, vellem quod huic obiectioni
reſponderent domini conſiliarij re-
giæ Aud. nam iam video eos in termi
nis magis claris, magis ſine periculo,
& dubio,procedentibus, reſpondere,
fore obtemperãdũ iurisfirmæ, & eius
inhibitioni,& expectandam declara-
tionem Locumtenentiũ Iuſtitię Ara-
gonum,inhibentium,quod an iſti do-
mini mei faciant ob pręſtandum ob-
ſequium,an vero ob metum cenſura-
rum, an ex eo quod neceſſaria ſit de-
claratio,non diiudico, ſolum illud aſ-
ſeuero,non poſſe eos ſecura conſcien-
79 tia,quãdo † res clara eſt,& nulla eget
declaratione,rẽ differre,& negotia di-
latare, petendo declarationes iuriſfir-
marũ, & inhibitionũ, quæ neceſſariæ
non ſunt, expertus loquor,nam pars
petens talẽ declarationẽ, vel vexatur
dilatione, vel fruſtatur expectando de
clarationem, ſiue lapſu temporis,vel
alio caſu ex multis, qui contingere
poſſunt ſine culpa iudicantium, ſolo
fortunæ caſu, quæ omnia damna,
pars non pateretur, ſi iudex inhibitus
in caſu claro,perſpicuo,& in dubita-
to,nõ diceret ſublata inhibitione,pro
videbitur de iuſtitia, rem differendo,
& trepidando, vbi non eſt timor, nec
periculi ſuſpitio, & ad hoc ſunt iu-
dices recti, vt ſe his, & alijs fortu-
næ telis exponant, rumpendo ini-
quitates,

quitates, aliàs non debent optare officia, Deus meus ſcit, & omnes ſciunt quanta paſſus ſum propter iſta. At
80 vbi aliquod dubium adeſt, † circa inhibitionem, in qua videtur comprehendi caſus declarationis, non debet iudex inhibitus auſu temerario procedere, ſed expectare declarationem Iudicis inhibentis, quod omnibus conſulo: ecce bonum exemplum, in euocatione Reg. Aud. inter alia non cõprehenduntur cauſę minimę, & modici valoris, quia illa non debent tractari in locis remotis, & per conſequẽs duci ad Reg. Aud. & ſic non obſtante euocatione, poterit iudex euocatus de illis cognoſcere, Felin. in cap. non nulli de reſcript. Rebuf. & alij allegati per Bardaxi de offi. Gub. quæſt. 5. num. 69. & licet hoc ita ſit, ſemper expectant iudices euocati declarationem euocantis, & declarantis illas cauſas non fore comprehenſas in declaratione, nam cum vicerrex euo-
81 caſſet à ciuitate Tiraſonæ † omnes cauſas motas, & mouendas, ciuitas Tiraſonę, exiſtimando ſub generali euocatione non contineri cauſas fiſſarum tamquam modicas, vel ex eo etiã quia debẽtur non obſtãte euocatione, fecit executionem cõtra particulares aliquos loci de Tortoles, iſti autem petierunt in proceſſu executionis emanatæ à Curia Iuſt. Arago. reuocari executionem, tanquam factam contra inhibitionem, & fuit reuocata, attento, quod inhibitio erat generalis, & comprehendebat etiam fiſſas (ego contrarium dicerem) & etiam regens cancellariam declarauit per ſententiam, fore comprehenſas in euocatione, licet illa ſententia non fuiſſet facta, quia pars ſe ſeparauerat, vide in proceſſu Hieronimi Caſtejon ſuper jurisfirma menſe Octob. 1597 in Curia Iuſtitiæ Aragonum. *

Simili modo, ſi vniuerſitas firmaret contra aliquem natum extra Regnum, quod poteſt, etiam ad ſolam aſſertionem Molin. verbo firma die 10 Dezembr. vt non admitteretur ad officium aliquod, per for. de alienigenis, poſſet fieri declaratio de qua infra pro quo nota.

Quod filius Regnicolæ natus extra Regnum ſi reuertatur ad regnum,
82 † ad habitandum in eo, gaudet omnibus priuilegijs, ac ſi verè natus eſſet in Regno for. actus Curię ſuper filijs Regnicolarum, ſic fuit iudicatum in proceſſu Baltaſaris claramunte, ſuper iuris firma, mẽſe Februarij anni 1597. * Ioſephi Gazol ſuper iurisfirma eodem anno 1597. qui omnes licet nati eſſent in Cathalonia, tamen quia illorum parentes erant de Regno, & ipſi filij reuerſi fuerunt ad viuendum in Regno, ideo gauiſi fuerunt priuilegijs verè natis conceſsis, vide in proceſſu magnificorum Ioſephi de Seſſe & Laurentij de Seſſe fratrum ſuper petitione ciuili, in Curia Iuſtitiæ Aragonum, 7. Februarij anni. 1589. vbi fuerunt declarati pro Regnicolis, licet eſſent nati extra Regnum, ex quo eorum pater erat de Regno, & ibi inuenies modum probandi hoc via ordinaria, vide de hoc Pleba. verbo alienigena, Bardaxi in d. foro. & mihiès fuit hoc declaratum, antè & poſt dictos proceſſus, ſine difficultate, quia vidi alios proceſſus, vide in proceſſu. T. Brun ſuper declaratione, ſeu petitione ciuili, anni. 1595. vel 1596. in Curia Iuſtitiæ Aragonum.

Et extraneus nõ † Regnicola nõ po-
83 teſt obtinere beneficium in regno, ſic fuit prouiſſa ad inſtãtiã vniuerſitatis del Pouo comunit. Turoli, firma cõtra

Rr quen-

quendam extraneum, ne adminiſtraret curam dicti loci, tanquam curat; vide in proceſſu Iuratorum del Pouo, ſuper iurisfirma 19. de Octob. 1599. & in proceſſu procurat. fiſcal. & Iuratorum del Pouo, ſuper iurisfirma, & literis monitorijs, vide de hoc ſtatuto Ogedam de incompat. benef. 1. part. cap. vltim. in fine, Azebedo lib. 13. tit. 3. & tandem in dicto proceſſu, attento, quod beneficiarius ſtabat in poſſeſsione per 14. annos, & q in eius promotione non fuit alius regnicola repertus, qui beneficium optaret, fuit iudicatum, poſſe retinere beneficium, ex motiuis ſequentibus.

Ex eo & aliàs, quia licet fateamur legem Regni, quę exteros ad beneficia Eccleſiaſtica obtinēda nō admitit, iuſtiſsimam, ęquiſsimamque cenſeri, & vt talem in multis orbis partibus obſeruari, & hoc non ſine Romanæ Eccleſię authoritate, & conſenſu, vt DD. in locis oportunis atteſtantur, tam priuilegijs particularibus Romanorum Pontificum, veluti Sixti Papę, quam regulis ſuis cancellerię, qualis est illa de idiomate.

Tamen non videtur poſſe negari, quin ſi Rom. Pont. diſpenſauerit, vel
84 ſi naturales idonei † non reperiantur, ſeu ſi tolerantia Prouincię de extero recipiendo, vel non remouendo detur, poſsint extranei à Regno, ſimilia beneficia obtinere, quod tam per foros noſtros, licet limitatiuè, quam etiam in vim iuris, ſtantibus ſimilibus ſtatutis, paſsim traditur à DD. quæ omnia in caſu noſtro concurrere videntur, & primo, quia Roman. Pontifex inter alia potiſsima, videtur animum ſuum ad gratiam concedendam duxiſſe, ex eo, quia intellexit Ioan. Vaquerizo conuentum, per triginta annos habitaſſe in diœceſ. Turol. quæ ſane ratio de regnicola perperam diceretur, cum de eo ex quo præſumitur in ſua Prouincia durare, vel præſens eſſe, aut tale quid, non dixiſſet, aut aliud magis proprium, ad ſui animum mouendum, expreſsiſſet, & ſic videtur Papa illud attendiſſe, ad purgandum aliquod vitium incapacitatis, quo vitio non dato, non ſolet de ſtilo conſiderari, nec exprimi illa triginta aut aliorum annorum habitatio, ſed ſolum virtus, & probitas promoti, quæ promotionis cauſa eſt, ſecundum DD. Ex quo reſultat, quod ex quo conſtitit hunc fuiſſe alienigenam, cenſeatur ſuper eius inhabilitate diſpenſaſſe in ſuis literis executorialibus, quibus eum promoueri iuſsit, per ordinar. Turol. diœceſ. & hoc ſecundum communem DD. opinionem.

Secundo licet non videatur diſ-
85 penſatum per Principem in † dubio, ſuper incapacitate, quando promouet vrgente neceſsitate incapacem, & inhabilem, ſicuti quando nullus idoneus reperitur, tamen quia
86 tunc iſta promotio † eſt neceſſaria non voluntaria, vt DD. communiter teſtantur, iſta cauſa citra diſpenſationem ſufficiens eſt, ad promouendum exterum, nec diſpenſationem requirit, ſecundum DD. loquentes in noſtro, & ſimilibus ſtatutis, quod & in foro de prælaturis clarè ſtatuitur, & licet taxatiuè; & certo modo loquatur in beneficijs non excedentibus ſummam quinquaginta florenorum auri, hęc tamen reſtrictio, & limita-
87 tio, non poteſt † arctare Papam, & eius in beneficialibus pleniſsimam poteſta-

poteſtatem, preſertim ne beneficiorū cura negligatur & eccleſia debitis obſequijs ob retardationem prouiſionis, fruſtretur, quæ cauſa verificata fuit, ſicut & aliæ omnes coram ordinario Turol. vt iſte teſtatur in ſuis literis collationis.

Tertio & vltimo, facit quia quando aliquis inhabilis, & incapax tolleratur in aliquo iure, ſeu beneficio, per principem, ſuperiorem, ſeu illos, qui poſſunt de eo conqueri, videtur,
88 tacite † diſpenſatus, ſecundum DD. omnes, ſed hic Vicarius poſſedit per 14. annos Vicariam pacificè, ſcientibus, imo authorantibus Roma. Pontifice, & ſuo Epiſcopo, & tota ſua Dioceſi, item etiam Archiepiſcopo Ceſarag. per quos videtur in notitiam omniū deueniſſe; videtur igitur, conſiderata tanta temporis antiquitate, qualitate beneficiati, & omnium, qui eum ſuſtinuerunt, diſpenſatum cum eo, alias non eū illi dimiſiſſent, ſi nō diſpenſatum intellexiſſent.

Sed no amplius rationibus, & fundamentis vexemur, nullus inficiabitur, hunc exterum iuuari regula de trienali poſſeſſore, nam ſi baſtardus, & illegitimus poſſeſſor, non minus inca-
89 pax † ob illud vitium, imo magis quā hic, defenditur in ſua poſſeſsione, quia regula illa, ius excipiendi, & ſe defendendi tribuit, quod & excommunicato non denegatur, videtur itidem dicendum in caſu noſtro, cum iſte per tantum tempus, cum titulo plus quam colorato poſſederit, quod forte aliud eſſet, ſi non ageret de defendendo beneficio, ſed de illo aſſequendo, de quo regula nō curat, quę baſtardos, illegitimos, & incapaces, ſeu alijs inhabiles poſſeſſores tuetur, propter ſuam generalitatem, & alia quæ in

Doctores in eius explicatione tractant, & ex alijs cauſis, &c.

Si igitur firmaretur contra exterum, ne admitatur ad officia Regni, maxime ſi ad ſolam allegationem
90 vniuerſitatis daretur firma, † poſſet declari non obſtare in caſu, quo eſſet filius regnicolæ, nam licet hoc de rigore eſſet deducendum coram iudice inhibente, iuxta for. de alienig. ad offi. nō admitten. & ſecundū ſuperiora, tamen cum hic caſus ſit extra mentem inhibentis, poſſet declarari, licet tutius eſſet id coram iudice inhibente tractare, ex quo ille forus dedit formam procedendi, alias benè curreret declaratio, cum eſſet caſus extra mentem inhibentis, & comprehenſus tantum ſub generalitate verborum, quæ in illo caſu de filio regnicolæ non videtur loqui, vt de declaratione infantionum diximus.

Pariformiter data firma, ne contra prohibitionem diputatorū extrahatur frumentum, poterit declarari vt infra, quare nota.

Quod diputati habent a foro an-
91 ni 1381. & a cōſuetudine † ius prohibendi extractionē carniū, & frumenti, & etiam Dominus Rex hoc habet, ſed debes ſcire, quod nō facta prohibitione per Regem, nec deputatos, omnes poſſunt extrahere, quia in Regno nulla lege hoc prohibetur, imo ſupponit Priuilegium generale, quod non poterat Rex prohibere, ſed tamen dominus Rex hoc habet à conſuetudine, & prohibet canapum, oleum, & ſimilia, & ſimiliter deputati habent à conſuetudine, & licet vnus permittat extrahi, ſi tamen alius prohibeat, nemo poterit extrahere.

Sed dubitatur an prohibitio Dipu-
92 tatorum † arceat dominum Regē, quominus ipſe extrahat, dic quod

triticum, & carnes de ſui patrimonio, extrahet non obſtante prohibitione Dipputatorum, licet aliqui dicant cōtra, vide DD. in l. cętera ff. de leg. 1. Et ſic fuit practicatum in frumento aęquię, dictę del Rey, quod ſolitus eſt dominus Rex extrahere, verum eſt, quod pro ſua parte ſolent intimare Dipputatis, quatenus mittant Nuntios, ſeu Portarios ad vidēdum, quod non extrahit aliud frumētum, niſi de ſuo patrimonio, ſic fuit factum per T. Ximeno, & T. Montagudo, in anno milleſimo quingenteſimo nonageſimo ſecundo, verum frumentū aliud
93 emere † ad extrahendum, videtur q̄ non poſsit, quia Dipputati prohibent extractionem, virtute fori concedentis eis licentiam prohibendi, & ſic auctoritate curiæ gñalis, & curia gñalis cū dño Rege cōgregata, eſt maior ipſo Rege, (ſalua ſua clementia) at in iure quādo ꝓhibitio eſt facta per ſuperiorē, comprehendit condominum, veluti: Sont duo domini vnius caſtri, qui ambo poſſunt prohibere extractionem frumenti, certè ſi ſuperior prohibeat, omnes illi domini cenſentur prohiberi, d. l. cetera, vbi Bart. Iaſſon
94 ſic fuit denegata iuriſfirma † domino Regi, qui petebat firmam ad extrahendum omne frumentum, contra prohibitionem Dipputatorum, in menſe Octobris anni milleſimi quingenteſimi nonageſimi ſexti, intitulatur proceſſus Procuratoris fiſcalis domini noſtri Regis, vel Locumtenentis gñalis, ſuper iuriſfirma, fuerūt omnes cōcordes de ꝓuino, timeo, ne hęc firma fuerit perdita, & in anno 1527.
95 dominus † Imperator petijt licentiam extrahendi frumentum, & ſibi data fuit, Ex quo reſultat, quod non poteſt extrahere contra voluntatem Dipputatorum, vide in libro illius anni, ſeu regeſtro Dipputationis, & certę fuit multum altercata illa firma, & aliàs ſi hoc poſſet dominus Rex, non ſ‹i›a, ſed miniſtrorum culpa regnū forſam, & magna perpetuo laboraret inopia, & verſatur in hoc tota vtilitas publi-
96 ca, & nota, q̄ ſolitus † eſt dñs Rex quādo extrahit ſuum frumentum, iurare per ſuos officiales, coram dipputatis, quod non extrahat niſi frumentum de ſuo patrimonio, vt fecerunt Montagudo, & Ximeno.

Dipputati licet poſsint prohibere extractionem panis, & carnium, &
97 date licentiam extrahendi, † illa tamen prohibitio, debet eſſe generalis, tam reſpectu perſonarum, quam locorū, & licet tres Diputati feciſſent quādam declarationem de conſilio ſuorū aduocatorum, vt illa diceretur generalis licentia, quam concedebant omnibus de Regno extrahendi triticum per flumen Iberi; & ſic reſtringendo extractionem ad certum locum, illa †
98 tamē declaratio fuit reprobata per Regētes ſupremi cōſilij, vt accepi, & alios de regno, quia hoc eſt fruſtrare intentionem fori, volentis quod licentia ſit, quando permittitur omnibus de Regno extrahere triticum, & carnes, per quęlibet loca, ſibi benè viſa, aliàs nō eſſet generalis licentia, ſed in effectu particularis, ſi ad certum locum, vel perſonas certas reſtringeretur, vide in proceſſu don Anthonij Manrique Comitis de Morata, ſuper iuriſfirma, die 3. Iulij 1598.

Vnde data firma, ne contradictam prohibitionē Dipputatorum, quā habent de conſuetudine, & foro, aliquis extrahat frumentū extra regnū, ſi talis firma dari poſsit (de quo dubito) cum ſufficiat pęna amiſsionis frumēti, vt alia grauior nō irrogetur extrahenti, q̄ hic nō eſt examinandum, verum talis firma data, bene poterit de-
99 clarari, quod † ea non obſtante poſſit

ſit Dominus Rex extrahere frumẽtũ de ſuo patrimonio, quia licet caſus iſte videatur conprehenſus ſub generalitate verborum, eſt tamen extra mentem inhibentis, qui noluit inhibitionẽ in illum caſum protrahere, & licet coram eo foret cognoſcendum, an frumentum extrahẽdum per Dominum Regem, eſſet de ſuo patrimonio, vel non, quia tamen tota controuerſia eſſet circa factum, & dificiliter id fieret, proinde in vim conſuetudinis ſupra dictæ, eſt introductum, vt talis declaratio fiat pro bono iuſtitiæ, & non ex alio fundamento.

Eadem ratione declarantur firmæ illæ, quę dantur regnicolis, ne propter delicta per eos cõmiſſa extra Regnũ, remittantur ad alia Regna, quod & antea, & hodie fuit, & eſt de foro, vt in foro vt nullus captus extrahatur a Regno, Molin. verſ. remiſsio, & per forum nouum Tiraçonæ, de remiſsione anni. 1592. quæ etiam ſolent declarari, vt infra, ad cuius firmæ intelligẽtiã, quia aliqua poſſũt in eius prouiſsione in dubiũ verti, oprtet animaduertere, pro materia remiſsionis quod hodie datur remiſsio de alienigenis, qui

100 † extra Regnum deliquerunt, in caſibus ac delictis numeratis per forum, de la via priuilegiada anni 1592. quod clariſsimum eſt nec oportet in eo inſiſtere, ſed eſt ſumme notãdum quod in caſibus in quibus iuxta for. nouũ fit remiſio ad Regna extranea, ſufficit quod fiat fides Locumtenenti, qui

101 † habet manifeſtatum reum remittendum, quod Dominus Regens Cancellariã vel alius iudex ordinarius, ad quem hoc expectat, remiſsit eum per ſententiam, abſque eo quod diſputetur, an bene vel male remiſerit. ita

* fuit iudicatum in proceſſu Hieronim. Gomar ſuper manifeſtatione perſonæ die 13. Ianuarius 1596. & in proceſ-

* ſu Petri Solchanga ſuprá manifeſtatiione menſe martij 1601. & didaci

* Chinchilla ſupra manifeſtatione perſonę die 21. Ianuarij 1597. & Philip-

* pi Corritas iurisfirma anno 1594. vel 1595. & licet de iure Dominus Regens deberet facere hanc remiſsionem in Curia per ſententiam, attamen de conſuetudine facit tantum domi, & non iuridice.

* Die 26. Auguſti 1600. In proceſſu Ioanni Almenara ſuper manifeſtatione in Curia Iuſtitię Aragonum fuit deciſſum ſequens dubium Ioann. de

102 Almenara † Dominus loci de Siſcar in Ripacurtia, exiſtens in villa de Benauarri, fecit ibi quoddam mandatũ cuidam vaſſallo ſuo, præcipiendo ei, vt iret ad locũ ſuum alias, quod exequeretur cõtra eum quãdam penam rebellionis, vel alterius delicti per vaſſallum commiſsi. Procurator Generalis Ripacurtię cepit captum dictũ Almenara, ex duplici capite, primo quia fecit tale preceptum in territorio alieno, ſecundo quia dictus Almenara in loco ſuo ceperat quemdã vaſſallum ſuum dicti Almenare, ex eo, quia dixit. quod in quadam cauſa ſe appellabat ad procu. generalẽ Ripacurtiæ, dictus Almenara fecit ſe manifeſtari cũ qualitate, quod erat captus per incompetentem iudicem, & petebat ſe liberari per viam priuilegiatam, ex eo quia domini locorũ ſub ſunt Domino Regi tantũ, & Iuſtitię Aragonũ, & nõ alijs ſecundũ obſ. Regni: dicebat fiſcus Regius & bene ꝙ Comes Ripacurtiæ (in cuius locũ ſucceſſerat Dominus Rex) poterat eos capere, & habebat in eos hãc iuriſdictionẽ imo omnẽ iuriſdictionẽ virtute cuiuſdã ſentẽtię litis, pendẽtię latę in eius fauorem, & ſic fuit denegata liberatio, & remiſſus ad procuratorem generalẽ Ripacurtię, qui eũ petebat.

Ad remiſsionem fori noui faciendam, debet conſtare, † quod ſimilis
103 remiſio detur de Regno petente remiſsionem ad noſtrum, ſi caſus euenerit, & non ſufficiet, quod per proclama in alio Regno publicetur remiſsio ad noſtrum Regnum de delictis: quia tale proclama ſolum inducit temporalitatem, non perpetuitatem, talis autem remiſsio debet eſſe perpetua, ſicut & noſtra, quę virtute legis eſt, & ſic debet fieri, vel virtute legis, vel ſtatuti, aliàs fierent multę fraudes.

Hoc dicebat quidam magnus practicus in conſilio Iuſtitię Arago. dum ego ibi eſſem; ſed certe non habebat rationem; nam ſolum requiritur remiſsio reciproca, & quod pro eo tempore, quo ab vno Regno petitur remiſsio, ab eodem etiā detur ad aliud Regnum, nam etiam ſi per legem fieret remiſsio, poſset etiam tolli lex, vel abrogari, & non ſufficeret illud, ſi ratio contraria militaret, iam ergo tantum † neceſſe eſt, quod ſi à Regno
104 Arago. petatur remiſsio, ad Principatum Cathalonię, quod ab eodē Principatu, pro eodem tempore detur remiſsio ad Regnum Aragonum, & quod ſic ſit reciproca remiſsio, nec aliud requiritur.

Sed videamus, ſi Regia Audientia vel alius iudex ordinarius, qui remittunt aliquem ad † alia Regna, cogno-
105 uerunt de hac reciproca remiſsione, prout verè ipſi de hoc cognoſcere debent, vel etiam cognouerunt de alio requiſito ad remiſsionē, veluti, quod remittendus eſt alienigena, & non naturalis Regni, & quod ſic debet remitti, videamus dato etiam caſu, quod nō benè fuiſſet illud probatum, an poſſet Iuſtitia Aragonum, conſtito ſibi de cōtrario, dare firmam, & inhibitionem, ad impediendam remiſsionem, dicendum eſt, quod nullatenus, quia cum illud ſit de meritis, & deciſsiuis remiſ-
106 ſionis, † an ſcilicet benè, vel malè probētur requiſita ad remiſsionem, & nō ſit de nullitate ritus, non debet Iuſtitia Arago. ſe intromittere in illo articulo, ſicut non poſſet ſe intromittere ſuper eo, an delictum, pro quo quis infurcatur ſit benè, vel malè probatum, aliàs cognoſceret de meritis cauſæ. quod iam non poteſt facere, & ſi hoc non eſt de deciſsiuis, dicant mihi, & oſtendant deciſsiua illius articuli remiſsionis, hoc non videtur habere difficultatem aliquam, licet aliqui, minus benè, eam ponant,
* vide in d. proceſſu Philippi Zorribas,
107 † vbi fuit denegata firma, quæ de præciſſo petebatur ſub prętextu, quod nō dabatur remiſsio de alio Regno ad noſtrum, ad impediendam remiſsionem illius hominis, ſed fuit data alia firma, vt non conſtito de reciproca remiſsione, non remitteretur, & benè, ad finem ſcilicet tantum, caſtigandi judicem vt fractorem firmę, ſi remitteret, in caſu, quo remiſsio reciproca non daretur, & hoc multū benè, ſicut poſſet etiam accuſari, & puniri, corā Iuſtitia Arago. iudex qui innocentem damnaſſet, & vide circa ſuperiora no
* uiſsimè in proceſ. Fran. Paul. Cibil ciuis ciuitatis Dertuſæ, cui fuit data firma, ne remitteretur ad Cathaloniam, probato coram Locumtenente, quod à Principatu Cathalonię, non datur remiſsio ad hoc Regnum, & quid fuerit ibi pronuntiatum, vide ad ſuperiora. rationem, l. 2. C. vbi cauſę fiſ. & ibi DD.

Vidi vnum bonum dubium circa forum remiſsionis, an procederet † in
108 delictis ante forum commiſsis, & dicebatur quod ſic, quia quod accuſetur quis hic, vel alibi, facta remiſsione, eſt de ordinatiuis, Bald. in cap. fin. ne lite pend. at in ordinatiuis lex comprehēdit

dit præterita,DD. in cap.fin.de conſtitu.Bald.vbi ſup.Abb.in d.cap.fin.vbi additio communẽ dicit contra Deciũ ibi,ergo procedet etiam in præteritis, * vide in proceſſu Ioſephi Gaſſòl, ſuper iurisfirma, anno 1596. vel 1597. vbi fuit denegata firma,in qua petebatur inhibitio contra hunc forum, in delictis commiſsis ante forum, verum nõ
109 caret res difficultate, † quia videtur quod non debet fieri remiſsio in tali caſu,ex quo pęna delicti poteſt alterari in alio territorio,DD.in d. cap.fin. & in l.cunctos populos C.de Epiſc.& Cleri. Tamen per conſilij maiorẽ partem,fuit contrarium ſenſitum in dicta firma,&vide ſimilẽ firmam denegatam in proceſſu Iorgij de Herrada, in menſe Nouembris 1597. vide etiã * in proceſ. Balthaſaris Claramunte, ſuper iurisfirma eod tempore, vbi fuit amplius dictũ, quod procurator aſtrictus,ſeu publicus, qui admittitur per forum ad accuſandum de illis crimini
110 bus remiſsionis,non poterit † accuſare de delictis ante forum commiſsis, verum ſi motiua aliarum firmarum ſunt vera, contrarium hic eſſet dicendum, ſcilicet quod poſſet de eis accuſare, proutmihi viſſum fuit, quia quod accuſet aſtrictus, vel non, eſt de ordinatiuis.& ſic videtur comprehendere preterita,DD.in d.l.cunctos populos,& c.fin.ne lite pendente, ſed non obſtante meo voto, fuit contrarium determinatum. Poterit tamen
111 ſecundum eos aſtrictus † cumulare,ad augendam pęnam, alia delicta ante forum commiſſa,ſimilia tamen principali delicto,de quo accuſatur, nõ obſtãte for.item ſtatuimos, tertio in fin. ibi, *E no en otros caſos algunos*, de procurator. aſtrict. Data igitur firma,ne Aragonenſis remitatur, cum ſolum in alienigenis id permitatur, d.for.no
112 uo, poterit † peti declaratio, vt non obſtante firma poſsit remitti,conſtito quod fuerit officialis domini Regis, & in alijs caſibus, de quibus in foro remiſsionis.§. otroſi primo illius nominis de anno 1592. quia licet omnes caſus videantur comprehenſi ſub generalitate inhibitionis, tamen re vera non continetur in verbis claris, aliàs eſſet contra forum, & ſic ille caſus eſt extra mentem inhibentis, qui noluit, nec potuit in hunc caſum inhibere cõtra forum ſupradictum, & per conſequens benè datur talis declaratio, & eſt iuſtum, quod detur pro bono iuſtitię,ne cauſę nimium dilatentur,in diſpendium partium.

Non ab his diſtat illa declaratio, quam quotidie fieri videmus,circa firmas conceſſas contra vniuerſitates, infantionibus,& militibus Regni, ne in vim ſtatutorum moleſtentur quibus non ligantur, nam ſolent ſimiles
113 firmæ † declarari, vt eis non obſtantibus comprahendantur dicti milites in ſtatutis, conſtito, quod à tempore immemoriali, milites & infantiones, intrant in concilijs vniuerſitatum, & ſic faciunt vnum corpus cum hominibus conditionis, & ſigni ſeruitij. Pro quo eſt conſiderandum, quod in Regno Aragonum de foro Regni, concilia vniuerſitatum conſtituuntur, & cõ
114 ſtantur † ex ſolis hominibus cõditionis,& ſigni ſeruitij,excluſis nobilibus, & omnibus militibus,& ſeu infantionibus(neſcio quę ratio id ſtatuendi) vt colligitur,ex obſ.fin.interpręt.qualiter & quibus. Quod receptiſsimũ eſt, nec in dubiũ vertitur, & licet de iure cõmuni in electione officialiũ,in magna ſint cõſideratione,nobilitas,prudẽtia,fidelitas,bona conſcientia,cũ mentis integritate prouemens, & rerum experiẽtia §. ſed cum ſit neceſſarium C.de nouo codi. compon. & in horũ conſequentiam diſponitur, ex nobilioribus

lioribus vicinis ciuitatum, officiales
115 publicos † eligendos.§. interim coll.
3. in auth. de defenſor. ciuitat. l. hono-
res. §. ſi is qui ff. de curio, & in hac no-
bilitate ſtimanda, expectanda eſt con
ſuetudo Prouintię, & regionis, Ioan.
Andr. in addi. cod. ſpecul. tit. de teſte,
§. 1. verſ. ſed quid, ſaltim partim ex
nobilibus fidalguis, partim ex ignobi
libus, & plebejis componi debet vni-
uerſitas, nam tam onus, quam honor
inter ſocios vnius reipublicę debet
ęqualiter diuidi, argumento l. ſi non
fuerint ff. pro ſocio, ſocij autem ſunt
trium ſtatuum, ſcilicet militum, fidal-
guorum, & plebeiorum, & ex his eli-
gendi ſunt officiales, de quo latius
Auend. de exequend. mand. cap. 19. à
nu. 17. cum ſequen. Gama. deciſ. 282.
vide Menoch. caſu *66. 67.* & 68. ad mi
nus, ſecundum alios faciunt nobiles
de iure vniuerſitatem de per ſe diſtin
ctam, & ignobiles aliam per ſe diſtin-
ctam, vt colligitur ex Garcia de nobi-
litate, gloſ. 6. num. 14. 15. quod quomo
do intelligatur, & veniat accipiendū,
non eſt hic agendi locus, ſed videbis
latè in meis deciſionibus, vbi id lata
manu tractatum: & cum hoc ita ſit de
116 iure † communi, & in vicinis Regnis
ſimiliter obſeruatum, vbi videmus
nobiles admitti, cū maxima ratione,
ad officia publica ciuitatum, veluti in
in Regno Caſtellæ, Valentię, & Ca-
thalonię, in hoc tamen Regno ſolum
contrarium experimur, nam non ſo-
lum militares non admituntur ad of-
ficia in qualitate militarium, (regula-
riter loquendo) ſed etiam fere in toto
Regno, nequequam admituntur vt
priuati homines vniuerſitatis, quo fit,
vt ille honor nobilitatis altioris ordi-
117 nis ſecundum Eccleſiaſt. cap. 3. † fa-
ctus ſit ſcabellum pedum plebeiorū,
vel iam non ſit honorificus, & illuſtris
gradus ille nobilitatis militarium, in
quibus Reges ſemper, tam in bello,
quam in pace ſuam conſtituerunt ſe-
dem, quod mihi ſemper, dum de his
loquēdi ocaſio ſe obtulit, diſplicuit, &
à iuditio meo abhorruit, nec ſatisfacit
mihi ratio † vniuerſitatum, dicentiū
118 ipſos infantiones, & milites, alioquin
in ore eorum, potentes, claros, ac aſpe
ros fore ſemper, infeſtos, ac aduerſos
publicę vtilitati (melius dixiſſent ip-
ſos plebeios eſſe ediametro aduerſos,
ęmulos, ac inimicos infātionibus) qua
propter in Republica Romana legi-
mus, ab officijs excluſos nobiles, & in
Regno hac eadem cauſa non poſſe
nobiles eſſe Gubernatores, ſeu Regen
tes officium gubernationis Aragonū,
for. 1. quod Regens offic. gubernat. ſit
ſimplex miles, vbi habetur reſponſio
ad rationem hanc ſuperficialem, &
æmulam: nam illa procedit in mili-
tibus, ac nobilibus magni ſtatus, pro-
ut erant antiquitus Rici hominos,
à quibus propter eorum magnam po
tentiam, vix iuſtitia poterit conſequi,
vt dicit forus ille, & hoc eſt quod reſ-
119 publica Romana pręuenit, abhorruit,
ac ſemper deteſtata fuit. Verum † q̃
miles humilis, ac fidalgus particularis
regat, & adminiſtret rem publicam,
quę inde ſuſpicio? quę inde timendi
occaſio oriri poteſt? niſi ea ſolū, quod
male plebeij ferunt fidalguos iſtos,
& hanc eandem rationem poſtea vi-
ua voce emiſsit, dum de his ageretur,
illuſtriſsimus ac excellentiſsimus ille
Aſcanius Columna prorrex huius Re
gni, ac mihi ſemper obſeruātiſsimus:
Ego conſidero pro infantionibus vnū
fundamentum inuencibile, & quod ſi
ne proteruia non poteſt refutari, ec-
ce iſti infanciones non ligantur ſtatu-
tis vniuerſitatū in criminalibus, quo
fit, vt ſi quid malè agūt, nō poteſt vni
120 uerſitas eos corrigere at ſi ligarentur
ſtatutis, poſſet, non ue igitur clarū eſt,
& Lu-

& luce † clarius, expedire, immo in-
uitandos eſſe infantiones, ac milites
vt intrẽt in regimine vniuerſitatum,
& per conſequens ligentur ſtatutis, vt
ſic corrigantur, & puniantur ab iſta
vniuerſitate, cum tamen hodie non
poſsint, ego recordor quod poſt annũ
1592. omnes miniſtri Regij concorda
bant in hoc, dum de vnione facienda
ageretur, quod expediebat vt milita-
res omnes eſſent de concilijs vniuerſi
tatum, vt ſic ligarentur omni ſtatuto
deſaforato, tam ipſi militares, qui in
regimine eſſent, quam etiam alij, nam
tunc omnes eſſent comprehenſi, re-
preſentati per alios, ſicut plebeij om-
nes inſaculati, & non inſaculati ligan
tur, ex eo, quia repręſentantur per alios
ſunt de vniuerſitate, horſi hęc eſt a-
lia res, alibi dicetur ad punctum, ſi fir
121 ma datur † infantioni, ne ligetur ſta-
tutis vniuerſitatis, ſolet declarari, vt
ea non obſtante, poſsit coerceri, & di-
ſtringi per eam, conſtito quod à tem-
pore immemoriali, infantiones ſunt
ſoliti intrare, & eſſe de concilio, & gu
bernio vniuerſitatis; de quo inuenies
mille declarationes factas meis tẽpo-
ribus, & antea, vide in proceſſu Petri
Benatoix, & aliorum infantionum lo
ci de Xelſa, ſuper iurisfirma 7. April.
1598. vbi ſub die 28. Maij 1598. feci
ego de conſilio aliorum iudicum ſe-
quentem declarationem.

*Pronuntiamus & declaramus preſen-
tem iurisfirmam non impedire, quomi-
nus ea non obſtante, quidam commiſſa-
rius iurium dominicalium, poſsit compel
lere firmantes ad ſolutionem redituum
dominicalium, in caſibus, ac modis, &
formis ſupplicatis.*

Supponendo quod petebatur decla
rari, poſſe compelli infantiones ad il-
la ſoluẽdum, modis, ac formis quibus
tempore apprehenſionis, & ante à
tempore immemoriali procedebatur
ac ſolitum erat procedi, vbi virtuali-
ter declaratur id, de quo agimus, & in
ſpecie quando petitur declarari, con-
ſtito, quod à tempore immemoriali
ſint de concilio, atteſtor tibi quoti-
122 die declarari, † & id fieri, vt videbis
in firmis ſup. d. Io. Roche, Rabaſtens,
Tena, & aliorum, Declarationes iſtę
ex eo fiunt, quia caſus declarationis
fuit extra mentem inhibentis, nam in
tali caſu noluit, immo nec potuit inhi
bere Locumtenens inhibens, & etiam
iſte caſus non compręhenditur in ver
bis ſpecificis firmę, ſed ſolum ſub ge-
123 neralitate illius, & ſic pro bono iuſti-
tię † de conſuetudine tollerantur, ac
fiunt iſtę declarationes.

Nolo te moleſtare ac grauare alijs
exemplis, hoc tene memoria, quod ſi
verba inhibitionis clarè compręhen-
derent, & ſpecificè caſum declaratio-
nis, tunc declaratio fieri non poſſet ali
qua ratione, ſed vel reuocatione, vel
repulſione agendum eſſet.

SVMMA EORVM, quæ in hoc §. 10. continentur.

1 *Præſumptio iuris, vbi reſiſtit
declarationi, neceſſe eſt, vt
eidem declarationi, vel aſſi-
ſtat titulus validus, vel co-
loratus cum legitimo tempo-
ris curſu, vel aliud habens
vim tituli, & numero 3. &
16.*

2 *Limita vbi ius leuiter reſiſtit
vt in exemplis hic poſitis, &
num. 30.*

Rega

4 *Regaliæ ſolius Regis eſſe præſumuntur.*

5 *Tex. in cap. cum perſonæ de priuilegijs in ſexto declaratur.*

6 *Dicens ſe liberum, & exemptum, opportet quod exhibeat priuilegium exemptionis, vel præſcriptionem ſi exemptio in ea fundetur.*

7 *Probatione pendente, ſuper libertate, aut exemptione debet exempti in ſua libertate, & exemptione conſeruari, limita niſi in ſola præſcriptione fundetur, vt num. 8. Secus ſi priuilegio, vt num. 9.*

10 *Allegans exceptionem per priuilegium à iuriſdictione ordinarij, pendente probatione, non poteſt ordinarius ſua iuriſdictione vti, intellige tamen, ſi exemptus ſit in quaſi poſſeſſione exemptionis, vt num. 11.*

12 *Allegans exemptionem per ſolam præſcriptionem à iuriſdictione ordinarij pendente probatione, poterit ordinarius ſua iuriſdictione aduerſus eum vti. Secus ſi priuilegium, & præſcriptionem ſimul allegaret, vt num. 13.*

14 *Exemptionis ſola allegatio non ſufficit, ſine exhibitione priuilegij, ſed cõtrarium traditur, nu. 19.*

15 *Poſſeßio, non adiuta titulo, cui ius commune reſiſtit non prodeſt allegantì ſe exemptum.*

17 *Poſſeßionem ſuæ nobilitatis probans, tenetur allegare & probare caſale, ſeu ſortalitium loco tituli ad elidendam præſumptionem contrariam à iure, qua omnes præſumuntur plebei.*

18 *Probans ſuam poſſeßionem infantioniæ, ad minus duos teſtes adducere debet, & alium tertium, qui præſumptionem à iure contrariam purget.*

19 *Capicius deciſ. 189. per totam explanatur, cum diſtinctione, vt nu. 20. & eius opinio refutatur, vt num. 21. & 23. dum Francum improbat, & num. 29.*

22 *Dominij ius nunquam exequitur, ſi non fuerit petitum.*

24 *Præſumptio iuris, & violenta diuerſa ſunt, diuerſos, que producunt effectus.*

25 *Poſſeßio exemptionis cõtra præſumptionem iuris etiam violentam, conſeruanda eſt, ſi adiuta ſit titulo allegato, & produ-*

productio, ſecus ſi non adiuuetur titulo, vt nu. 26.

27 Ius ordinarij vt exequatur requiritur, quod prius in iuditium deducatur.

28 Ius ordinarij per productionem priuilegij contrarij, redditur dubium.

31 Poſſeßio vbi præſumptio iuris leuiter reſiſtit, ad obtinenda remedia poſſeſſoria nõ eſt iuſtificanda aliquo titulo: Secus ſi fortiter reſiſtat, & vehementer, vt nu. 32. & 33. vbi traduntur exempla plura, nã tunc poſſeſſor in ſua poſſeßione non reſeruabitur, vt n. 34. & vide rationem, num. 35. & vide nu. 38. & 39.

36 Titulũ ſuæ poſſeßionis quiſque cogitur exhibere, quoties poſſeßioni præſumptio iuris vehementer reſiſtit, aliâs non erit audiendus, vt numero, 37.

40 Agenti interdicto, vnde vi pro poſſeßione, cui ius vehementer reſiſtit, non datur reſtitutio, ſi notorius tituli deffectus ei obſtet, quo ad proprietatem, non ſolum in beneficialibus, ſed etiam in prophanis.

41 Interdictum retinendæ poſſeßionis, quod vti poßidetis appellatur pro conſeruanda poſſeßione datur, quando ius non reſiſtit.

42 Poſſeßionem beneficij quis ſine titulo habere non poteſt, & ideo ad eam nemo reſtituetur, niſi titulum exhibeat, quã do ius vehementer reſiſtit, ſecus ſi leuiter, vt num. 43. limita niſi pendente lite quis poſſeßione ſpoliatur, vt numer. 44.

45 Doctrina Abbatis in c. 1. num. 8. vt lite pendente latê examinatur.

46 Poſſeßio antiqua, & immemorialis vim priuilegij habet ad effectum iuſtificandi poſſeßionẽ, nec eo caſu poſſeſſor tenetur titulum probare.

48 Titulus vbi allegandus eſt, ſufficit quod ſit coloratus.

49 Titulus coloratus ad obtinendũ in poſſeſſorio, quis proprié dicatur exemplis declaratur.

50 Quamuis ius reſiſtat contra firmanti, ſi tamen non aſsiſtit firmanti, non obſtabit quominus firmæ iuris fiat declaratio.

51 Regaliæ quamuis contra Principem non præſcribantur niſi tempore inmemoriali, cõtra priuatos tamẽ præſcribun-

cribuntur 40. annis.

52 *Poßidens in Regno, ad contrafirmandum admittitur, ex ſola poſſeſsione, ſiue antiqua, ſiue recenti, licet priuilegium non oſtendatur, nec titulus iuſtificatiuus poſſeſsionis, quã do ius leniter tantum reſiſtit, & num. 53. vbi ita fuiſſe deciſſum traditur, & num. 54.*

55 *Firma iuris inhibito comparente, & rationes afferẽte, ſtatim in citationẽ reſoluitur.*

56 *Firma iuris contra Dipputatos Regni, ne extra caſus contentos in foris, & actibus curiæ procedant, contra firmantem, inquirendo, aut aliũ aliquem actum exercendo, dã da eſt, & num. 61. 62. & 63.*

57 *Priuilegium prohibitæ inquiſitionis, vniuerſum Regnum reſpicit.*

58 *Iuriſdictio omnis, de iure & foro, domini Regis eſſe præſumitur.*

59 *Iuriſdictiones omnes, à Rege, ſicut flumina amarifluere, & refluere dicuntur.*

60 *Rex, ex ſola legis præſumptione, quoad iuriſdictionẽ, ſine alio adminiculo, quemcunque contrarium prætendentem vincere debet.*

64 *Firma iuris conceſſa fuit iuratis vallis de Giſlau, in vim fori ne carneragium recipiatur, & fori guidaticum greguum, & fori ne aliquis eques, vel pedes, &c. die vigeſimo tertio Aprilis, 1588.*

65 *Domini locorum prohibentur leuare carneragium à ganatis tranſeuntibus per loca ſua, niſi illud ſolum, quod à tempore immemoriali ſoliti ſunt leuare.*

66 *Iurisfirmarum finis, & ſcopus eſt, conſeruare poſſeſſorem alicuius iuris, in ſua poſſeſsione, lite pẽdente ſuper proprietate.*

67 *Petens declarationem contra iura regalia domini Regis, ſi titulum, vel immemorialem non oſtendat interim admittendus non eſt, nec etiam ad contrafirmandum, idem ſi petatur contra inferiores, vt num. 68.*

69 *Declarans nihil agit, vel addit de nouo.*

70 *Lis per ſolam præſentationẽ iurisfirmę pẽdere dicitur.*

71 *Manuteneri, quis in illa poſſeſsione non debet lite pendẽte, cui ius commune, & forus reſiſtit, quamuis aliãs in proprietate obtinere poſſet.*

Dippu-

72 Dippntati lite pendente ſuper iure prohibendi tenetur quoad diffinitiuam cōcludenter probare ius ſuum.

73 Dippatatorum facultas circa prohibitiones quandoque Locumtenentibus pro notoria habita fuit, reluctante tamen authore vt num. 74.

75 Præſumptionem iuris communis habens pro ſe, conſeruari debet in ſua poſſeſsione, ſi declarationem iuris firmæ petat, quamuis qui eam obtinuit pro ſe, habeat priuilegium.

76. Priuilegium & poſſeſsio iuris præſumptione adminiculata, a pari procedunt, & an virtute talis poſſeſsionis admittatur quis ad cōtra firmandum, vide bonum exemplar, & deciſsionem nu. 77.

§. 10. Cap. 5.

HVcuſque actum eſt de declarationibus iuris firmarum & inhibitionum, quibus iuris præſumptio, vel aſsiſtit, vel ſaltim non reſiſtit: hęc enim facilius de iure procedunt, fiunt, ac tollerantur, quam quando præſumptio iuris eis aduerſatur, & reſiſtit: nam tunc aduerſante præſumptione iuris, † neceſſe eſt, quod iuri in e 1

declaratione contento, vel aſsiſtat titulus validus, vel coloratus, cum legitimo temporis curſu, vel aliud ha. & vicem tituli, qualis eſt, præſcriptio immemorialis: tunc ſiquidem, ius abſque titulo inficit, ac vitiat poſſeſsionem iuris in declaratione contenti, veluti, ſi quis etiam Parrochus prætendat decimas, in alterius parrochia c. de quarta, de præſcript vbi Docto. c. ad decimas de reſtitutione, ſpoliator. in 6. c. 1. de præſcript. in 6. vbi F an. & alij. Vel ſi aliquis ius decimarum prætendat, vel regalia ſibi pertinere defendat, & ſeu iuriſdictionem ſe habere contendat, vel ſi ludices in regno inquirere ſe poſſe ex officio, dicant. His & alijs ſimilibus caſibus, aduerſatur, & reſiſtit iuris præſumptio, reprobando quaſi poſſeſsionem illorum iurium. Quapropter nō ſine ratione dubitatur, an declaratio poſſit peti, de his iuribus, conſtito & caſu, quo competant petenti declarationem, prout in ſuperioribus caſibus diximus peti poſſe. Pro cuius perfecta declaratione, & vt non dubia tollantur, oportet diſtingui, aliam eſſe re-

2 ſiſtentiam iuris † leuem, veluti, quando ius non præſumit ius aliquod cōpetere, imo præſumit totum contrarium, ſcilicet, tale ius in dubio non competere, eo aliter nō edocto, veluti prę ſumit vnamquāque rem eſſe allodialem, & liberam ab omni ſeruitute, eſt regula in materia l. altius. ff. de ſeruitut. Similiter intra limites fundi mei, præſumit ius, vicino non competere. His & ſimilibus caſibus, licet ita lex præſumat, non tamen ita præſumptionem illam fouet, vt, ad illius excluſionem, requirat aliquem titulum; ſiue verum ſiue coloratum, vel quempiam aliquem colorem iuſtificatiuum illius iuris, nam poteſt vicinus in alterius fundo, ius acqui-

 rere.

3 rere, ex ſolo lõgo curſu, abſque titulo Aliquando vero, adeo † aduerſatur lex tali iuri, vt requirat lex ad illius productionem titulum, vel conceſſionem veram, vel præſumptam iuſtificatiuam illius: aliàs improbando illud ius ſine titulo acquiſitum. Nam
4 (ſicut dicemus) regalia † præſumũtur ſolius Regis, cap. 1. quæ ſint regal. Decimæ debentur intra propriã parrochiam, nõ de aliena, dictis iuribus. Laicus etiam eſt in capax decimarũ, de foro etiam inquiſitio non poteſt fieri. His & ſimilibus caſibus. taliter reſiſtit ius, vt ſine titulo vero vel prçſumpto improbet talia iura d. cap. 1. de præſc. in 6. ita declarat in ſpecie Couarr. pract. quæſt. cap. 17. num. 6. cum ſeqq. vbi benè, in his caſibus ſemper fuit dubitatum de iſtis declarationibus. Pro quarum intelligentia explanare oportet duo iura, non minus fæcunda quam ſibi aduerſa, ſci-
5 li cet c. cum perſonæ, † de priuil. in 6. & cap. 1. vt lite penden. extra, & primo in cap. cum perſonę, vt ex vero, & recto eius ſenſu & litera apparet, habetur, quod ſi qui allegant ſe exemptos a iuriſdictione ordinaria, quia iuriſdictio ord naria habet intentionem fundatam de iure comuni in ſua Diœceſi vt ibi dicitur in fine, ibi *cum de iure communi, ordinariorum intentio ſit fundata*, &c. can. omnes baſilicæ 16. quæſt. 7. ideo ſiquis ſe liberum dicit, exemptũ, opor-
6 tet † quod exhibeat priuilegium exẽptionis. ipſis ordinarijs legendum, & inſpiciendum, ſi vero libertatem, & exemptionem, non ſuper priuilegio, ſed ſuper ſola præſcriptione allegant, & conſtituunt, ſimiliter debent corã dictis ordinarijs facere fidẽ de dicta prçſcriptione, quod ſi præſcriptionem, ſimul & priuilegiũ allegauerint ſimiliter etiã tenebũtur exhibere priuilegium, poſtea vero tex ille, in verſ. & ſi priuilegium exhibitum, &c. incipit facere verba de his declarationibus, & primo dicit, quod ſi priuilegiũ non eſt validũ, ſed tantũ dans cauſam præſcribendi, quod tunc qui allegant ſe exẽptos, teneãtur probare prçſcrip
7 tionẽ quadraginta annorũ, qua † probatione pendente, debent iſti, qui ſe exẽptos dicunt cõſeruari in libertate illa, ratio eſt, vt ibi, quia licet intentio ordinarij ſit de iure fundata, quia tamen allegãt & exhibẽt iſti, priuilegiũ, quod licet per ſe nõ ſit ſufficiẽs, dat tamẽ cauſam preſcribẽdi, & ſic eſt coloratũ, ideo debẽt in illa poſſeſsione ſua libertatis, nõ tamẽ violẽta, nec prçcaria, nec clandeſtina, cõſeruari, probata tamẽ dicta poſſeſsione, & hic eſt primus caſus, ibi ad noſtras declarationes traditus, ſubdit deinde in verſ. ſi vero, &c alios duos caſus, vnũ diſpo-
8 ſitiuè, aliũ vero ſuppoſitiuè, nam † ſi nõ allegat priuilegium quis, ſed ſolam prçſcriptionem, tunc quia iuriſdictio ordinaria eſt de iure fundata; ideo pẽdente probatione præſcriptionis, debet ordinarius vti ſua iuriſdictione, licet alius probet poſſeſsionem contrariam, quouſque cognitum, & diffinitum ſit ſuper præſcriptione, itaque tunc dicit tex. quod non conſeruabitur in ſua poſſeſsione, pẽdente lite ſuper exemptione, & hoc dicit tex. clarè. & diſpoſitiuè in fine, Alius, & tertius caſus deſſumitur ex eodem verſ. ſi vero priuilegium per ſe ſufficiens, quando ſolo priuilegio ſe defendunt, vel ſaltem tale, quod præſumptioni cauſam non prçbeat, cum preſcriptionem allegant, non exhibuerint, &c. nam ibi tex. ſupponit, alium tertium caſum, quando ſcilicet priuilegium tantum allegant iſti, qui ſe exẽptos dicunt, quo caſu ſi allegãs priui-
9 legium, eſt in poſſeſsione † exemptionis

nis, debet manuteneri. ſi vero non
ſit in quaſi poſſeſsione, tunc ordina-
rius vtitur contra eum ſua iuriſdictio
ne, & ſic non cõſeruabitur ille in poſ-
ſeſsione allegata, hæc continet famo-
ſa illa decretalis, tã frequens, & quoti
diana in tribunalibus, & maximè in
his iurisfirmis, in quibus multoties
vidi de eius vera intelligentia dubita
ri, ex qua colligũtur tres caſus, ex ſen
tẽtia ordinaria omniũ ſcribẽtiũ. Fran.
Io. Andr. Anchar. Domi & aliorum.

Primus eſt quando quis eximendo
ſe a iuriſdictione ordinarij allegat ſe
exemptum, & ad eam exemptionem
ſolum allegat, & exhibet priuilegium
10 tantũ tunc † pendente probationis ar
ticulo non poteſt ordinarius exercere
iuriſdictionẽ contra illum, verſ. ſi ve-
ro priuilegiũ ſufficiens, &c. argumẽto
ſumpto à cõtrario ſenſu prout omnes
ibi deducunt, ita declarat glo. in ver
bo turbentur, dicẽs id, quod dictũ fuit
tex. in caſu allegati priuilegij ſimul, &
præſcriptionis, vt ſcilicet conſeruetur
interim in ſua poſſeſsione exẽptus, ha
bebit etiã locũ ſi ſolum priuilegiũ al-
legetur, quod tamen ita eſt, ſi allegãs
priuilegium eſt in quaſi poſſeſsione
11 † exemptionis, vt in verſ. ſi priuilegiũ
exhibitũ, &c. dicitur & probatur in c.
1. vt lit. pend. vbi datur titulus, & poſ-
ſeſsio, & ſic cõſeruatur, & tuetur illa,
vt ibi ſecundum Abb. n. 8. Portol. nu.
73. aliàs ſi allegans exemptionem, nõ
eſſet in quaſi poſſeſsione illius, ſed or
dinarius potius in poſſeſsione ſubie-
ctionis, tunc ordinarius lite pẽdente,
poterit vti iuriſdictione, cõtra ipſum,
ſicut cõtra alios ſubiectos, non exẽp-
tos, etiã quod ille appellaret, quia ap-
pellatio non debet ordinarium a ſua
poſſeſsione priuare, ita reſoluũt Fran.
in d. c. cum perſonæ verſ. ſi vero, nu. 3.
Anchar. n. 6. Gemini. in d. verſ. ſi ve-
ro. n. 3. verſ. quærit hic Lapus, &c. Io.
Andr. ibi. 2. col. huius deciſsionis ra-
tio adducitur per DD. quia priuilegiũ
eſt fauorabile, & ſic datur ei fauor iſte
quod ſecus eſt in præſcriptione, quæ
odioſa eſt, vt ſtatim dicemus, ſic di-
ſtinguit, aſsignando hanc rationem
glo. fin. in d. cap. cum perſonæ.

Secundus caſus eſt, quando quis
ad exemptionem ſuam allegat, & ad-
12 ducit præſcriptionem tantum, † quo
caſu ſiue ordinarius ſit in poſſeſsione
ſubiectionis, ſiue non, poterit vti ſua
iuriſdictione, contra illum, quouſque
allegans præſcriptionẽ, eam probet
in iuditio, d. c. cum perſonæ in fin. ra-
tio huius regulæ eſt, odiũ præſcriptio
nis, quæ odioſa eſt. c. cum contingat
de decimis, & quia reſiſtit ius commu-
ne. cap. ad decimas de reſtitu. ſpoliat.
cap. 1. de præſ. in 6. ita glo. fin. hic An
char. a nu. 6. verſ. ſecundo caſu Fran.
in verſ. ſi vero. n. 5. Gemini. vbi ſupra
verſ. ſecundo caſu, vide in materia
Otalora de nobilit. 1. p. c. 7. n. 8. & 9.

Tertius eſt caſus, quãdo quis ad ſe
13 eximendũ, allegat priuilegiũ, † & præ
ſcriptionẽ ſimul, quod facere poteſt.
ſecũdum Anchar. ibi n. 4. Fran. in ver
ſi. quod ſi tales n. 5. Gemini. ibi. nu. 6.
ad glo. munitos Ioan. And. in fine de
quo vide bonã glo. verbo renunciaſſe,
& ibi additio marginaria, in c. veniẽs
de præſcrip. & in hoc caſu, idem eſt di
cẽdũ, quod in primo caſu adducti pri
uilegij, de quo in verſ. quod ſi tales.
& in §. fin. in principio & totũ hoc
fauore priuilegij, vt dixi, quia fauora-
bile eſt, ita Fran. Anchar. domi. Ioa.
And. vbi ſupra & cũ his caſibus tran-
ſeũt communiter omnes ſcribentes. ibi,
nemine dempto, quem ego viderim.

Sed hic oportet aduertere, à quo
magna poſtea orietur difficultas,
quod in caſibus, quibus allega-
tur priuilegium, in terminis illius
tex. ad exemptionem, qui duo ſunt,

vt ſcilicet oportet, nō ſolum allegare, ſed etiã exhibere & producere, illud priuilegium ſola enim allegatio, †
14 non ſufficeret, ita decidit decretalis illa in verſ. *& ſi priuilegium exhibitum, &c.* & verſ. *ſi vero priuilegium per ſe ſufficiens non exhibuerint &c:* vbi continentur ſupradicti duo caſus, in quibus locis, dicit tex. quod ſunt exhibenda priuilegia, & idem probatur in prima parte tex. ibi *integraliter exhibere teneantur, etc.* quia propter Philippus Franc. in verſ. quod ſi tales, dicit, *nota quod lite pendente non debet quis turbari, vel priuari poſſeſſione ſua, etiam ſi poßideat contra ius commune, dummodo talis poſſeſſio adiuta ſit titulo non ſolum allegato ſed etiam producto, alias ſi non ſit adiuta titulo, et ius*
15 *comune reſiſtat,* † *non iuuaretur poſſeſſio,* Ancharr. numer. 2. & 3. Geminia. in verſ. quod ſi tales &c. nu. 5. dicit *vnde non poteſt ordinarius pendente tali articulo, turbare poſſeſſionem ſic adiutam titulo, nedum allegato ſed producto, vt hic* Ion. And. in. 2. col in principio dicit *ſed ſi poſſeſſio eſt adiuta titulo non ſolum allegato ſed etiam exhibito illa non poterit priuare ordinarius, pendente articulo probationis,* & hoc in terminis illius tex. certiſsimũ eſt, nec in dubium verti poteſt aliquo modo, ſcilicet, quod titulus ſaltim coloratus debet allega-
16 ri, & probari, † ad purgandam præſumptionem illã iuris reſiſtentẽ actui, propter quã in multis caſibus habemus in iure, probationẽ requiri arctiorẽ, & pinguiorẽ ad illã pręſumptionẽ purgãdã, nam quãdo quis in Regno probat poſſeſsionem ſuæ nobilitatis, quam fidalguiam dicimus, tunc ex quo ei reſiſtit ius comune, quo omnes præſumuntur plebei, oportet quod alleget & probet, ſe habere vnum caſale, & & tortaliciũ, † à quo prouenit
17 ſua nobilitas, & fidalguia, & hoc non alia de cauſa, niſi quia illud caſſale habetur loco tituli, & quaſi priuilegij, quo illa preſũptio cõtraria purgatur: de quo in deciſsionibus meis habebis latius, & qui petit manutẽtionẽ, & inhibitionem ſuper ſua quaſi poſſeſsione infantionię, vel alterius iuris, cui reſiſtat iuris præſũptio, debet ad minus adducere duos teſtes, ad probãdũ illã
18 quaſi poſſeſsionẽ, & aliũ tertiũ teſtẽ † ad minus, qui idem deponendo, purget illam præſumptionem contrariã, ita Bouadilla. 2. p. lib. 5. c. 1. n. 136. Garcia de nobilitate. glo. 25. nu. 1. vbi bene & melius in glo. 2. §. 1. à nu. 18. vbi dicit ad minus tres teſtes requiri, quorũ vnus elidat præſũptionẽ iuris, duo reliqui probent, & idem dicit in omni materia, in qua reſiſtat ius commune, vt pinguior probatio requiratur, ratione ſupradicta, veluti in iuriſdictione, iure patronatus, & ſimilibus, Alex. Decius Curt. & alij allegati per Garciam ibi, & ita me exiſtente Locumtenente Iuſtitiæ Aragonum vidi practicari in firmis ſuper infantionia, ſeu hidalguia, neſcio quid modo ſeruent domini Locumtenentes, pro quo vide tex. in c. ad decimas de reſtitu. ſpoliat in 6. c. 1. de præſcrip. eodem.

Sed contra proximè dicta inſurgit Capicius deciſsione. 189. per totam, ſuſtinendo, quod ſufficiat ſola allegatio priuilegij, licet non exhibea-
19 tur, nec probetur, † imo quod debeat quis manuteneri in poſſeſsione, abſque titulo, licet ius comune reſiſtat fortiter, & vehementer, contra decretalem illam expreſſam, cui reſpondere vix poſſem ipſe, tamen Capicius reſpondet, ad eam dicendo, procede-
20 re † non cognito de iure poſſeſsionis, & ſic non præcedente ſummaria probatione poſſeſsionis, quo caſu debeat præferri poſſeſsioni, ille cui aſsiſtit præſump-

præſumptio iuris, veluti ordinarius,
at ſi poſſeſsio fuerit ſumminatim proba
ta, ſecundum eum, tunc dicit ipſe, nõ
eſſe locum dicto capitulo cum perſo-
næ, imo propter ſummariam illam
cognitionem poſſeſsionis, manute-
nebitur, ac defendetur poſſeſſor in ſua
poſſeſsione, ad quam reſponſionem
probandam, ponderat verba Fran.
verſ. quod ſi tales, nu. 2. vbi poſt quã
dixerat, quod lite pendente preſertur
ille qui habet præſumptionem iuris
pro ſe, ſubdit illud verum, & procede
re, quando ius agentis fuiſſet deductũ
in iudicium, & de eo cognitum, &c.
& quod ſic in iudicio ordinario, ſi fa-
cta cognitione non oſtenditur priuile
gium (dicit Capicius) fiet executio
contra poſsidentem, hęc ille, quæ ra-
tio, & quæ verba Franchi, tantum ab
eſt quod concludant id, quod deciſio
illa intendit, vt potius contrariũ, vel
ſaltim diuerſũ caſum decidãt, lõge di
uerſum in termino, & ratione ab
eo ad quod per Capiciũ allegãtur, vn
de ſi Capicius id ſibi voluit, vt prima
facie videtur ex eius verbis colligi, pro
ut ex eo colligit Couarr. pract. quęſt.
c. 17. num. 6. quod nõ ſine difficultate
eſt, cum eius verba ita obſcura, ac ma
le concepta ſint, vt in aliud trahi vi-
deãtur, fatendũ puto, male eum intel-
21 lexiſſe Philipp. Fran. † minus que ve
re eũ loquutũ, in ea ratione, quã intu-
lit, ſiquidẽ in verſ. nam Philipus, &c.
nõ erat collecturus eam, quã fecit, cõ-
ſequentiã, ſed aliã ſcilicet ad ſuũ intẽ-
tũ, quod ſi facta cognitione non oſtẽ
datur priuilegiũ, ſi tamen probauerit
poſſeſsionẽ, tũc ea cõſeruãda ſit cõtra
præſumptionẽ iuris, & hęc cõſequẽtia
eſſet cõformis primę rationi, nã dice
re in rationẽ ſuę opinionis, verba quę
poſuit Frãcus, ſcilicet illud, quod pau
lo ante dixerat procedere, quãdo ius
agentis fuiſſet deductum in iudicium,
& de eo cognitum, & quod ſic in iu-
dicio ordinario, ſi facta cognitione nõ
oſtendatur priuilegium, fiat execu-
tio contra poſsidentem, &c. non il-
lud tendit ad iuſtificandũ, qualifican-
dum, eſſentiandum & ad aſſe produ-
cendum ius aliquod poſſeſsionis, ſed
dominij tantum, nam non exeque-
22 tur ius † dominij, ſi illud non fuerit
petitum exequi, ſed ex hoc, quod non
exequatur ius dominij, nõ ſequitur, q
debeat exequi ius poſſeſsionis, bene
enim ſtat, quod ius Dominij non exe-
quatur, qui non inſtat, nec etiam ius
poſſeſſoris, ſi poſſeſsio ſit violẽta, clã
deſtina, præcaria, &c. vnde non iuuat
ratio illa Capiciũ, cũ ipſe agat de cõ-
ſeruãdo iure poſſeſsionis, & dictũ Frãci
de exequendo ius dominij actoris, qua
propter male ratio illa adaptatur ad
eius deciſionẽ, & intentum, at hæc, vt
dicit Couar. in d. c. ſupponitur cogni
tio poſſeſsionis, cum dicatur eam non
ſufficere ſine titulo.

Deinde ſi ipſe Capicius n. 3. dicit ca
pit. cũ perſonę procedere, quãdo non
præceſsit ſummaria cognitio, quis de-
beat manuteneri, vt tunc preferatur
ille, qui habet prę ſũptionẽ iuris pro ſe,
ſi ex aduerſo nõ oſtẽdatur priuilegiũ,
quomodo ad id quadrat id, quod de
ducit ex Philipo Frãco, ſcilicet q il-
lud intelligatur, quãdo ius agẽtis eſſet
deductũ in iudiciũ, & de eo cognitũ,
& ſic in iudicio ordinario, ſi facta cog
nitione nõ oſtẽdatur priuilegiũ, fiat e-
xecutio cõtra poſsidentẽ &c. nam hic
præſupponitur cognitio, & paulo an-
te dixit, textum intelligi, vbi cognitio
non præceſsit, hęc incõpatibilia ſũt.
Tum quia illa verba Frãchi in fon
te referuntur ad ius Epiſcopi ordi-
narij habentis pro ſe præſumptio
nem iuris non ad ius habentis ex-
emptionem, & ſic poſſeſſoris, vt dice-
mus, vnde in eius fauorẽ retorqueri

nõ poſſunt,& quod ipſe Capicius deducit † in verſ. uno, vt ſcilicet pẽdente cognitione, antequam ſit cognitũ, non fiat exequutio,ſi intelligat contra poſſeſſorem, maledicit, cum tex. contrarium claré dicat, ſi non adducatur priuilegiũ,quod ſi intelligat cõtra ordinarium,& ſeu illum,pro quo ius præſumit,inepté diceret, quia illud non eſſet exequi, ſed ſe defendere,vnde concludendum eſt, Capiciũ malè intellexiſſe Francum, cum alio ille tendat, quam quo ipſe exiſtimat. benè tamẽ ipſe Capicius putat,etiam abſq; exhibitione priuilegij, manutenẽdum poſſeſſorem contra preſumptionem iuris,adeò,vt contra eum exequi non poſſit ordinarius, quod ita abſolutè ſumptum falſum eſſet, & omnino à veritate alienum, Præterea Capicius confundit præſumptionem

24 leuẽ,cum † violenta,cũ illa diuerſiſsima ſint.& diuerſos producãt efectus, vt videbis,vnde plus obſcuritatis,quã claritatis adducunt verba ſua, tamet ſi ſua deciſio in re deciſſa veriſsima ſit, vbi ſolũ reſiſtebat iuris præſumptio leuis, quapropter videnda duo ſunt,primo quod Francus per eum in ſui opinionem adductus, non illud dicat, ſecundo, quod ſine priuilegio non ſit manutenendus poſſeſſor, cui reſiſtit fortiter ius commune.

Ad primũ Philip. Fran. verſ. quod ſi tales n. 2. dicit, quod eſt conſeruanda poſſeſſio contra præſumptionem

25 iuris,(& intelligit de violenta) † ſi adiuta ſit titulo nõ ſolum allegato, ſed etiã producto, aliàs ſi non ſit adiuta titulo,cum reſiſtat ius commune,non iuuaretur poſſeſsio, imo dicit, quod fieret executio contra poſsidentem, vt in eo tex. ideſt,quod ordinarius poſſet exequi iura ſua, cõtra taliter poſsidentem,vt in c. cũ dilectus de cauſ. poſ. per eum allegato,vbi cognito ſimul de poſſeſsione,& propietate,licet in ordine cognoſcendi, & pronũtiandi præferatur propietati poſseſsio, tamẽ in exequẽdo preſertur propietas, tãquã abſorbẽs ius poſseſsionis,ſimiliter dicit Fran. licet quis ſit in poſſeſſione exẽptionis, & de ea ſit cognitũ,

26 ſi tamen non ad ſit titulus, † cum ius reſiſtat, nõ cõſeruabitur poſſeſsio, ſed ordinari⁹ exequetur cõtra taliter poſſidentem in d. c. cum dilectus, ſed quia poſſet quis dubitare, dicendo, licet tali caſu poſseſsio nõ cõſeruetur, non tamen debet fieri executio contra eum, ſi petita non ſit, maximè, quia poſset eſse,quod non ille ordinarius.ſed alius præſcripſiſſet, & haberet ius illud, ideo dicit Fran. loquendo in terminis c. cum dilectus, vbi plenè conſtitit de propietate, quod ita demum fiet executio contra exemptum, ſi petita fuerit, & ſi ius Epiſcopi actoris fuerit deductum in iudicium,& non loquitur de iure poſſeſsoris tunc, (vt Capicius putat) ſed de iure illius,pro quo eſt preſumptio, cõtra poſseſsorẽ exẽptionis, nã aliàs, ſi nõ fuiſset illud petitũ, & nõ fuiſset deductũ in iudicium,malè veniret exequendum contra poſseſsorem, vt dicit Franch. ſed hoc parum poſseſſori prodeſset, quia nec ſua poſseſsio ſuſtineretur, vnde malè hoc colligit Capicius in ſui opinionem. cum longè diuerſum ſit ab eius intentu, cum loquatur ipſe de iure poſseſsoris,itaque ſecundum Fran requiritur,quod

27 ius † Epiſcopi deducatur in iuditiũ, vt exequatur ſed ad hoc, vt ius poſseſſoris conſeruetur, vel non, aduerſante iuris preſumptione,ſi deficiat titulus, nil proficit, nil iuuat, q; ius Epiſcopi deducatur, & cognoſcatur, vel nõ, ſiquidem non ideo minus reijcitur illa poſseſsio,ſi non ſit adiuta titulo, & q; in hunc ſenſum ſit intelligendus Francus

cur, vt ſcilicet deducatur ius actoris, id eſt Epiſcopi, ad finem exequendi illud, aliàs non exequatur, & non, quod Francus requirat cognitionem illius iuris, quaſi aliàs non cogniti, ſequitur, & colligitur: nam ſi ſupponitur in tex. & deciſione illius, ex vna exemptionem, ex alia præſumptionem pro Epiſcopo ordinario, iam ſatis ſupponitur illius ius pro notorio, claro, certo & indubitato, vt dicunt Io. And. Gemi. Fran. & alij. Deinde quia Io. And. prima col. Gemini verſ. quod ſi tales n. 5. opponunt contra tex. dicendo, ſi proprietas, & petitorium ex parte Epiſcopi conſtant plenè præſumptione iuris, vt in tex. quare non fit executio petitorij contra poſſeſſorium, vt in cũ dilectus de cauſa poſ. & pro. & reſpõdent omnes, quod ibi conſtabat plenè de proprietate, de qua erat diſcuſſum, at hic licet

28 prima facie videatur conſtare, † tamẽ per productionem priuilegij redditur dubium ius Epiſcopi, & ſic non exequitur, vnde reſultat, quod hic offuſcata erat proprietas aliquo modo, in caſu allegati priuilegij, at in caſu cõtrario, non allegati, nec producti priuilegij tex. & DD. fatentur, conſtare iam de proprietate plenè, cũ Epiſcopi intentio ſit fundata de iure, ſed tunc ſecũdum Fran. requiritur, quod Epiſcopi ius deducatur in iudicium, vt exequatur cõtra poſſeſſorem, aliàs tacente Epiſcopo, iura Epiſcopalia non eſſent exequenda contra exemptum, ſed nec adhuc ipſe exemptus conſeruaretur in ſua poſſeſſione, per

29 hunc tex. vt ſic videas quam male † adducat Capicius verba Franchis & quam malè dicat, conſtruẽdum poſſeſſorem contra præſumptionem iuris vehementem, vt ſequitur.

Ad ſecundum poſtulatum, tollendo non dubia, reſpondetur, & primo, quod quando poſſeſſioni alicuius reſiſtit leuiter tãtum ius commune, &

30 ſic eſt † leuis præſumptio contraria, tunc ad cõſeruationem & manutentionem illius poſſeſſionis, non requiritur titulus aliquis verus, nec coloratus, ſed ſola poſſeſſio ſuficit, pro qua dabitur remedium retinendæ, & recuperandæ, & poterit fieri declaratio, ſi tamen non obſtent regulæ ſupra d. in § 9. nam non ſuficit, quod adſit Iuſtitia pro declaratione, niſi ſimul obſeruentur regulæ circa declarationes traditæ ſupra. Exemplum in materia de qua agitur eſt, veluti ſi poſſideo ius paſcendi, lignandi adaquandi in tuo fundo, & territorio, vel ius immittendi tigna, vel alia ſeruitute vtendi in ædificio tuo, & hoc ſine dificultate eſt, nam licet res præſumatur libera, quia tamen hæc eſt leuis præſump-

31 tio, † ideo non eſt iuſtificanda poſſeſſio, ita Couar. d. c. 17. n. 6. verſ. tertio &c. Portol. verbo firma n. 70. & in hoc caſu, & termino loquitur deciſio Capicij 189. quæ in hoc veriſsima eſt, nam agit de his ſeruitutibus, licet ipſe abſque neceſsitate agat ibi de vehementi præſumptione, ita Menoch. de retin. poſſ. remed. vltimo n. 21. & 24. vbi in hunc ſenſum allegat Innocent. in c. 2. de in integr. reſtitu. qui ſi in his terminis loqueretur, ſcilicet in præſumptione leui, facilius materia hæc componeretur, ſed quia loquitur ipſe, meo iudicio, in materia vehementis præſumptionis, ideo non inſiſto pro nunc in eius dicto, de quo ſtatim agemus.

32 Sed quando iſta iuris præſumptio reſiſtit vehementer, & fortiter vni, & aſsiſtit alteri, qualis eſt illa, quæ publicæ authoritati fouere, atque patrocinari videtur, ſecũdum Menoch. d. n. 24. & 10. exemplis traditis in c. primo de præſcrip. in 6. veluti ſi Epiſcopus

copus cõtendat præſcripſiſſe ſe decimas, & Eccleſias in aliena Diœceſi & petat ſe manuteneri in illa quaſi poſſeſione illarum, tunc reſiſtit ei fortiter preſumptio iuris, vt ibi habetur, & idem ſi quis parrochus præſcribat decimas in aliena parrochia, nam ſimiliter ei reſiſtit fortiter, & vehementer iuris præſumptio, quæ in vnaquaque parrochia parrocho decimas tradendas ſtatuit, & contra alienos parrochos præſumit c. ad decimas de reſtitu. ſpoli. in 6. vbi pulchra deciſio, & idem ſi ageretur de poſſeſſione eorum, quæ ad Principem iure communi attento pertinent, & non ad alium, veluti de regalijs, vt in c. primo quæ ſint regalia, quæ ſolius regis præſumuntur, vt ſunt iuriſdictio, ſalinæ, & alia ibi numerata, & in regno ius coronationis, pedagij, & ſimilium, vel ſi quis dicat ſe exemptum à iuriſdictione ordinarij, & ab eo corrigi, & viſitari non poſſe, tunc ſimiliter vehementer, & fortiter contra talem præſumit ius, ſiquidem intentio ordinarij contra omnes eſt fundata, d. c. cum perſonæ, & ibi late.

In regno noſtro inquiſitio eſt regulariter prohibita for. de prohibita inquiſitione, ſi quis ergo prætenderet ſe habere ius inquirendi, reſiſteret ei fortiter, & vehementer iuris præſumptio.

Idem eſt ſi laicus, ſe decimas poſſidere aſſerat, quarum incapax eſt de iure, & ſic reſiſtit ſibi fortiter iuris præſumptio, vel ſi abbas cõtendat ſe eſſe in poſſeſſione iurium Epiſcopalium, vel ſi quis prætendat ſe habere iuriſdictionem infra fines territorij Principis, alij adde, & Baronis, quod non eſt ſine difficultate, quia non præſumitur ius tantum in hoc caſu pro Barone, ſicut pro rege, his & ſimilibus caſibus, ius commune præſumit contra illam poſſeſſionem, & ei fortiter reſiſtit, præſumendo eam iniuſtam, vitioſam, reprobam, & aſſiſtit alteri.

Quare in hoc caſu, pro firmiſſima regula, & concluſione tenendum eſt,
33 quod quando † quis allegat, & probat poſſeſſionem alicuius iuris, & cõ-
tra eum in tali poſſeſſione, & iure, reſiſtit fortiter, & vehementer ius commune, vt in exemplis ſupra dictis, &
34 ſimilibus, tunc non debet † conſeruari in poſſeſſione illa, lite pendente, niſi titulum exhibeat, & per illum iuſtificet poſſeſionem ſuam, d. c. cum perſonæ, c. 1. de præſcr. in 6. c. ad decimas de reſtitu. ſpoli. in 6. c. de quarta vbi DD. de decim. hanc ſequuntur, & tenent Fran. Domi. Anchar. Ioan. And. & alij in d. c. cum perſonæ, & omnes in dictis iuribus, prout multos refert Portol. verſ. firma n. 63. vbi benè proſequitur, ratio eſt, quia ex quo
35 † tunc ius comune præſumit cõtra talem poſſeſſionem, reputando eam iniuſtam, vitioſam, & è cõtrario, præſumat benè pro Epiſcopo, Rege, parrocho, quorũ præſumuntur dicta iura, & ſic aſſiſtit vni, & reſiſtit fortiter alteri, inde fit, vt ex ſola poſſeſſione, abſque probatione tituli, non debeãt huiuſmodi poſſeſſores defẽdi, ſed debeant ſuas poſſeſſiones iuſtificare, titulo ſaltim colorato, iuris enim reſiſtentia, multa ſingularia in iure, & foro conſtituit, & producit, & inter alia efficit, vt ille cui iuris communis præſumptio reſiſtit, non poſſit lite pendente in poſſeſſione manuteneri, d. c. cum perſonę Boſſ. præter alios in tit. de Principe n. 25. Capicius deciſ. 77. & id eſt, quod aiunt interpretes, efficere reſiſtentiam hanc vehementem,
36 vt cogatur quis † exhibere titulum poſſeſſionis, Capicius deciſ. 77. Rebuff. de maner. poſſeſſor. ar.

primo

primo glo. 1. n. 21. Curt. Iunior. conſ. 90. n. 2. & hæc eſt ratio, cur Molina noſter in tit. de firmãtibus cõtra iura regalia aſſeuerauerit, firmantẽ ſuper iuribus regalibus, in quibus dñs rex habet intẽtionem fundatam de foro, vel contrafirmantem non eſſe audiendum, etiã ſi poſſeſsionem immemorialem alleget, niſi poſſeſsionem, quam allegat iuſtificet, exhibendo titulum, vel probando immemorialem poſſeſsionem, quam deducit, alioquin poſſeſsionis immemorialis allegatio, ſufficiens non eſt, vt firma, vel inhibitio alicui cõcedatur, vel vt quis ad contrafirmandum admitatur, ſeu vt in ſua poſſeſsione conſeruetur, quoniam cum is, cui iuris præſumptio reſiſtit, aduerſus eum, cui aſsiſtit, in poſſeſsione, lite pẽdente tuendus non ſit, vt prædixi, niſi titulum producat aut immemorialem probet, inde manife-
37 ſtè reſultat, non fore † audiendum allegantem poſſeſsionem iſtam, niſi titulum exhibeat, vel immemorialem probet, nam aliàs per firmam, ſeu cõtra firmam conſeruaretur in ſua poſſeſsione lite pendente, contra iuris præſumptionẽ, & expreſſam deciſsionem dicti capi. cum perſonæ.

Et ſic duo operatur hæc reſiſtentia vni, & aſsiſtẽtia alteri, vnum eſt, quod licet nemo teneatur oſtendere titulũ ſuæ poſſeſsionis, verum id non procedit, quoties vni ex litigantibus aſſiſtit iuris præſumptio, & reſiſtit al-
38 teri, † tunc enim ille cui reſiſtit, cogitur oſtendere titulum iuſtificãtem ſuã poſſeſsionẽ, quã prætendit habere contra iuris diſpoſitionem, Capicius, deciſ. 77. Rebuf. vbi ſupra Curt. Iunior. vbi ſupra, alterum quod eficit reſiſtentia erga vnum, & aſsiſtentia circa alium eſt, quod ille cui reſiſtit ius comune, nõ ſit tuẽdus in poſſeſsione lite pendente, aduerſus alterum litigantem, cui ius aſsiſtit, præ-
39 terquam ſi titulum † exhibeat poſſeſsionem iuſtificantem, vel immemorialem, probet, vnde licet is, contra quem reſiſtit ius commune, poſsit obtinere in definitiua, tamen lite pendente propter illam reſiſtentiam, non poteſt manuteneri, & defendi in poſſeſsione illa, niſi vel titulum exhibeat, vel immemorialem probet, nam his duobus caſibus canonizatis ab illo tex. poterit defendi lite pendente in illa poſſeſsione, nõ obſtante iuris præſumptione, & ex hac conſtitutiſſima, & receptiſsima regula ſequuntur multa.

40 Primo, quod agenti interdicto vnde vi, † pro huiuſmodi poſſeſsione nõ datur reſtitutio, ſi notorius defectus tituli obſtet quo ad propietatem, non ſolum in beneficialibus, ſed etiam in prophanis, modò in hoc caſu ſimul conſtet ſpoliantem dominum eſſe, ita Couar. practi. queſtio. c. 23. & ita licet comuniter illud præmanibus tradatur, quod pro conſeruanda poſ-
41 ſeſsione, detur cuilibet † remedium illud conſeruatiuum retinendæ poſſeſsionis, quod *vti poſsidetis* appellatur, l. 1. ff. vti poſsid. illud tamen procedit in his, quæ ſine titulo poſsideri poſſunt, ideſt quãdo nõ reſiſtit præſumptio iuris, veluti in poſſeſsione predij, domus, & ſimilium iurium, at ſecus quando poſſeſsio non procedit ſine titulo, vt puta, ſi laicus dicit ſe poſsidere decimas, vel ſi Abbas dicit ſe habere poſſeſsionem iurium Epiſcopalium, vel ſiquis dicit ſe habere iuriſdictionem in territorio Principis, ſi enim aduerſus eum, qui dominus eſt, agit, titulum probare debet, ita Io. Faber. in. §. retinendæ n. 4. verſ. & ideo nõ videtur, Fulgoſius n. 31. Capici. deciſ. 209. Rebuf. de mater. poſſeſſo. ar. 8 glo. 1. n. 5. qui ita intelli-

gendus eſt, ita latè Menoch. de reti-
néd. poſſ. remed. 9. n. 58 9. cum ſequẽ-
tibus, dicens, idẽ in quaſi poſſeſsione
42 beneficij, quam quis † ſine titulo ha-
bere non poteſt, c. dudum de electio-
ne, debet ergo agens illo remedio, poſ
ſeſsionem iuſtificare, & idem eſt, licet
quis pro conſeruanda, & retinenda
poſſeſsione imploret officium Iudi-
cis; nam adhuc remedium illud non
dabitur, quando hæc præſumptio iu-
ris aduerſatur, veluti in poſſeſsione il-
lius iuris, quod ſoli Principi concedi-
tur, in caſu nãque illo, illa quaſi poſ-
ſeſsio non tribuit remedium illud, ni-
ſi titulus probetur ſaltim coloratus,
vt in c. cũ veniſſẽt de inſtitut. Menoch.
de retin. poſſ. remed. vlti. n. 24. cuius
ratio ea traditur, quod hæc non dici-
tur quaſi poſſeſsio, ſed potius iniqua
ocupatio, ſic fore intelligenda ſtatuta
aſſerens, quæ tuentur poſſeſsorem, vt
procedant vbi vehemens pręſumptio
non aduerſetur, licet reſiſtat leuiter,
vt ibi n. 21. & idem ſi agatur ad reſti-
tutionem beneficij, auxilio can. rein-
tegranda 3. q. 1. non reſtituetur quis,
43 niſi titulum exhibeat. † aduerſante iu-
ris præſumptione, quæ beneficium ſi-
ne titulo poſsideri prohibet. latè Me-
noch. de recupen. poſſ. remed. 15. q.
36. vbi multos adducit in huius com-
probationem, Capicius deciſ. 6. quæ
omnino videnda, & hoc ſiue iudex,
ſiue conuentus ſpoliator id expoſ-
cant, ſecundum communem, vt per
Menoch. ibi n. 460. cum ſequent.
quod tamẽ limitatur, quando poſſeſ-
44 ſio iſta fuiſſet ablata † lite pendente,
quia tunc licet reſiſtat iuris comunis
præſumptio, reſtituetur ſpoliatus, etiã
non edocto, & exhibito titulo, & hoc
in fauorem attentatórum, & reueren-
tiam Iudicis, in cuius contemptũ fuit
facta ſpoliatio, vt reſoluit Couar. pra-
cti. q. c. 23. Menoch. de recup. reme. 15.
n. 462. & remedio 12. n. 32. 33. ſuppo-
ſito, quod loquitur Menoch. ibi de re-
uocatione attentatorũ, vt colligitur à
n. 24. concludendo ergo, quotiescũ-
que vehemens præſumptio iuris ad-
uerſatur poſſeſſori, & aſsiſtit alteri, nõ
dabitur aliquod interdictum, nec re-
mediũ poſſeſſorium pro ea, niſi edo-
cto titulo, vel probata poſſeſsione im-
memoriali, vt dixi.

Huic tamen reſolutioni videtur ob-
45 ſtare doctrina domini Abbatis in † c.
1. n. 8. vt lit. pend. vbi de mente Inno-
cen. dicit, quod id, quod dictum eſt,
debere conſeruari in ſua poſſeſsione
eum, qui allegat & adducit vltra poſ
ſeſsionem, priuilegium, vt in d. c. 1. pro
cedat etiam in ſola conſuetudine, ſeu
poſſeſsione abſque priuilegio, & hãc
dicit ibi comunem opinionem, &
certũ eſt Inno. loqui in terminis, vbi
reſiſtit vehementer iuris pręſumptio,
vt in iure eligendi prætenſo ab eo cui
aduerſatur ius comune, quem vide in
c. cum veniſſent de reſtitu. in integr.
& hæc obiectio, ſi diſtinctione non vti
mur, aſtringit fortiter, adeò quod no-
ſter practic. Portol. verbo firma n.
66. timore huius contrarij, remittit
rem (non ſolutione, cum non poſ-
ſet) ad dictum Couar. qui licet mate-
riam breui manu, & doctè tractet, nõ
tamen ſoluit dificultatem hanc, tan-
git contrarium, & ſtatim ſe diuertit,
nam dicere reſpondendo, quod Inno.
ſecundum quod videtur ſentire Me-
noch. de retin. remed. vlti. n. 21. lo-
quitur in leui præſũpt. nõ mihi placet
vt dixi, & ſentit Couar. totum con-
trarium, dum allegat Abb. & Inno-
cen. in materia vehementis pręſump
tionis, vltra quod id apparet ex mate
ria de qua agit Inno. iũcto tex. in c. 1. de
præſcrip. & c. ad decimas de reſtit.
ſpolit. in 6. quod cogita tu, quia ſi
Inno. loqueretur de leui præſump-
tione,

tione, ſolutio tunc eſt plana, quapropter aliter reſpondendum puto, quod etiam quando præſumptio eſt vehe-
46 mens, & fortis, ſi tamẽ poſſeſsio † quę allegatur, eſt antiqua. tunc illa habet vim priuilegij, ad effectũ iuſtificandi poſſeſsionẽ, vt ſic in ea cõſeruetur lite pendente, ac ſi priuilegiũ adduceret, quia per poſſeſsionem antiquã purgatur vitium ex longo illo tempore, vt dicit ſingularitèr ipſe Inno. in d. c. cum veniſſent, & voluit Anto. in c. ſi diligenti de præſcrip. & in c. conſultationibus de iur. patro, & paritèr in l. fin. C vnde vi, & ſic eſt intelligendus Inno. vbi ſupra, ita glo. margi. ad Abb. in d. c. 1. in littera d. vbi ſecus ſi poſſeſsio eſſet recens, hoc ſequitur Menoch. de retin. poſ. remed. 3 n. 593. ibi *hoc intelligitur, cũ poſſeſsio eſt recẽs, ſecus quando diu poſſeſſor poſſedit, nam*
47 *tunc non habet neceſſe probare † titulũ* vbi alios allegat. & de recuper. poſſ. remed. 15. n. 461. vbi limitat ſupra d. non procedere, quando diu quis poſſedit longo tempore, ita elegantèr Capicius decis. 6. diſtinguens inter recentem, & antiquam poſſeſsionem ſic tenet Rota allegata per Capiciũ, & tamẽ Rota, Capicius, & Menochius, dicunt eſſe longum tempus decem annorum, & aliquando arbitrarium, quia ex tempore decem annorum preſumitur titulus, vt tenet Capicius, qui omnino videndus in hoc puncto, qui multum benè loquitur.

48 Quando autem † titulus debet allegari, & doceri, ſufficit coloratus, & qui primo ſui facie verus appareat, Caſtren. conſi. 254. Oſaſcus decis. 116. n. 7. latius Menoch. de recuperanda remedio 15. titu. 463. cum ſequen. Peregri. de fideicom. ar. 52. n. 142. veluti, quando aliqua cauſa detegitur, qua iuſtè poſsidere potuit, DD. in c. cum noſtris de conceſsio. preben. pragma. *Sanctio* titu. de pacifi. poſſeſ. verbo coloratum, vbi benè, & Gometius in regul de Triennali q. 27. huiuſmodi
49 eſt † ſignatura collationis, confeſsio aduerſarij, compoſitio, ſententia ſuper petitorio, probatio tituli antiqui deperditi per iuramentum poſſeſsoris antiqui, & alij tituli de quibus Menochius de retinenda remedio 3. numero 594. cum ſequen. ſic in c. cum veniſſet de inſtitutionibus, ſufficiens eſt titulus præſumptus, qui ex confeſsione oritur, item ex antiquitate robur addit poſſeſsioni, ita Couar. practicarum queſtionum c. 17. numero 6. verſ. 2. oportet, vbi allegat Francum, Alio modo ſolet limitari ſupra dicta regula ſecundum Portol. numero 75.
50 vt ſcilicet, licet ius reſiſtat † contra firmanti, ſeu petenti declarationem, ſi tamen non aſsiſtit firmanti, non obſtabit, quo minus fiat declaratio, ita Peregrin. de fideicom. art. 52. numero 141 verbo intelligitur tamen &c. vbi poſtquam dixit non fieri hanc declarationem aduerſante præſumptione iuris, ſubdit ibi, hoc verum cum agitur inter priuatum & dominum, cuius intentio iure communi fundata eſt, ſecus ſi inter duos priuatos, Capicius decis. 77. numero 9. & 14. vnde dicit Oralora quod licet cõtra Principem non
51 præſcribantur regalia † niſi immemoriali, tamen contra alios particulares iura hæc pedatici, & ſimilia præſcribuntur 40. annis, vide eum 3. p. de nobilit. c. 7. numero 9. in fine.

Ceſſante autem hac violenta prę-ſumptione, ſi leuis eſſet, non dubium eſt,

eſt, quin conſeruetur quis in ſua poſ-
ſeſsione, & hoc eſt admittere in
52 Regno † ad contra firmandum ex
ſola poſſeſsione ſiue antiqua, ſiue
recenti, licet priuilegium non oſten-
datur, nec titulus iuſtificans poſſeſ-
ſionem, quod in Regno omnibus
notum eſt; ſecundum ſuperiores re-
gulas millies fuit in Regno declara-
tum in iurisfirmis, & inhibitioni-
bus, non fore conſeruandos in ſuis
poſſeſsionibus hos poſſeſsores, ad-
53 uerſus quos reſiſtit preſumptio † iu-
ris, dum alijs aſsiſtit, vide in proceſ-
ſu Dom Ferdinandi ab Aragonia Ar-
chiepiſcopi Cæſaraug. ſuper iuris fir-
ma anno 1570. vel 1571. vbi cū Archie-
piſcopus obtineret iurisfirmam & in-
hibitionem contra Comendatarios
Sancti Ioannis, ne ipſum turbarent
in iure viſitandi eos, qui ſe exemp-
tos dicebant, & eſſe in quaſi poſſeſ-
ſione exemptionis, quam poſſeſ-
ſionem probabāt, & per conſequens
petebant admitti ad contra firman-
dum, ſeu conſeruari ſe in ſua poſſeſ-
ſione, fuit declaratum non fore con-
ſeruandos, quia † ius commune reſi-
54 ſtebat eis fortiter, & aſsiſtebat Ar-
chiepiſcopo tamquam ordinario, vi-
de allegata per Portol. vbi ſupra nu-
mero 64. & quod dum petitur hæc
declaratio, dicatur lis pendere, pa-
tet, quia præſentata firma & inhibi-
tione, & comparente inhibito, &
dando rationes, ſtatim inhibitio &
firma reſoluuntur in † citationem.
55 obſeruantia 1. de citatione, & per
conſequens dicitur lis pendere, qua
pendente non debet conſeruari in
poſſeſsione poſſeſsor, cui ius forti-
ter reſiſtit, dum alij aſsiſtit; vt in
ſuperioribus diximus, quapropter ſi
aliquis peteret firmam contra Di-
putatos Regni, ne extra caſus con-
tentos in actibus curiæ, & foris Reg-
56 ni, † & in propoſitione litis penden-
tiæ eius recepta, procedant contra
eum inquirendo, vel aliquem alium
actū iuriſdictionis exercēdo, maxime
eo non vocato, nec audito, certe
talis firma & inhibitio danda eſt,
cum fundata ſit in regulis foralibus,
ac iuridicis, nam primo inquiſitio
ab initio naſcentis regni prohibita
eſt, foro nullam de teſtibus quem in
id citat, dicens hoc priuilegium pro-
57 hibitæ inquiſitionis † vniuerſum reg-
num conſpicere obſ. 1. de gener. pri-
ui. & obſ. finium Regni, idcirco in
priuilegio generali, vbi regni liber-
tates, & priuilegia repoſita & in-
ſtaurata ſunt, hoc prohibitæ inqui-
ſitionis caput continetur. §. item-
que inquiſitio, vbi præcipitur eam
non fieri, & factam inhibetur ſen-
tentia terminari, & ſententiam la-
tam executioni non tradi iubetur, &
in declaratione priuilegij generalis
idem decernitur. §. itemque tur-
ment, & vtriuſque §. 1. ſub nomine
priuilegij antiqui, & priuilegij noui,
meminit obſ. 1. de priui. generali,
dicens inquiſitionem totaliter eſſe de
foro prohibitam, idemque probant
fori de prohib. inqui, & de inquiſi-
tione officiat. Molin. varijs in locis,
eademque ratione, circa iuriſdictio-
nem, præſumptio omnis contra Di-
putatos eſt, cum de iure, & foro om-
58 nis iuriſdictio præſumatur † eſſe do-
mini Regis obſ. 1. de ſalua infancio.
foro ſi aliquis titu. de homicid. c. de
præcario ad l. Rhodiam de iactu
Bald. in c. 1. quis dicatur dux, adeo
vt nulla vniuerſitas, neque priuatus
aliquis contendere poſsit intra reg-
ni limites, vel minimam iuriſdictio-
nis partem ſibi competere, niſi arti-
culet, & probet titulo regio, vel præſ-
crip-

ſcriptione legitima ſibi fuiſſe quæſitã, quoniam a Rege ex neceſsitate,
59 † ſicut à mari flumina, iuriſdictiones fluere, & refluere debent, & ſicut à ſole radij, a fonte riui, ab arbore rami, iuriſdictiones omnes a principe pendent, & manant, Bald. vbi ſupra & in c. 1. de allodijs. num. 12. Angel. in l. 1. ff. de officio eius num. 2. Bantius in tit. ex defect. iuriſd. num. 8. Couarr. practica q. cap. 1. num. 2. & 3. Auend. de exeq. cap. 1. & cap. 12. Petra de fidei. quæſt. 13. num. 555. adeò vt aduocatus contrarium aſſeuerans audiendus non ſit, teſte Boerio deciſ. 8. & in tantum ſuffragatur, & aſsiſtit Regi illa perſumptio, & iuriſdictio, & reſiſtit cuicumque contendenti ſe habere iuriſdictionem, quod ex ea ſola præſumptione iuris, abſque vllo alio
60 adminiculo debeat vincere Rex † quemcumque contrarium prætendentem, Bald. in cap. 1. quæ ſint regal. Palatius Rub. in cap. per veſtras 2. notab. § 1. num. 4. Xuarez alleg. 7. Couar. d. pract. 1. n. 19. & in reg. poſſeſſor. 2. p. § 3. Auend. d. c. 1. a principio, & id apud omnes adeò cõſtitutiſsimũ eſſe debet, vt in dubiũ neq. verti poſſit, neque debeat amplius confirmari. Et ſic hec firma eſſet dãda, & propter hãc præſumptionem quę aſsiſtit
61 Regi, & reſiſtit alijs, † non eſſent diputati conſeruandi in poſſeſsione inquirendi, ſi eam allegarent in firma, niſi vel titulum oſtenderent, vel immemorialem ſeu antiquã poſſeſsionẽ probarent, vt dixi, prout ſimiles declarationes à diputatis petitę, fuerunt ſemper denegatę; & ſi aliquę datę aliquãdo fuerunt, poſtmodũm reuocatę extiterunt, nã in anno 1583. die 12. Febr. fuit dãta firma iuratis concilijs de Cãlatayud, Daroca, & aliorum cõtra dipu-
62 tatos Regni, † ne vltra caſus ſibi permiſſos per foros & actus curiarum, & per quandam receptionem litis pendentię, procederent contra eas in aliquibus actibus iuriſdictionalibus, & inquiſitionis, & pręſertim ne dictis firmantibus non vocatis, citatis, nec in ſuo iure auditis, præterquã in caſibus exceptuatis per foros, & in d. litis pẽdentia contentis; contra eas cognoſcerent, etiam occaſione extractionis carnium, & panis, nec ſub prætextu, quod vendidiſſet in domibus ſuarum habitationum, vel in alijs carnes, panes, ſeu granata quęcumque, inquirãt, nec faciant præconia deſaforata, demptis præconijs, & notationibus extractionis panis, & carnium ſolitis, & cõſuetis fieri, & poſtquam aliquę declarationes petitę per diputatos; vt poſſent procedere contra vendentes panes, & carnes, ſicut contra extrahentes, fuiſſent denegatę, tandem die. 1. Decembr. fuit petita alia declaratio, vt non obſtãte firma poſſent procedere contra firmantes modis aſſuetis, & tam contra extrahẽtes, quam cõtra vendẽtes exportaturis, per pręconia, prohibitiones, ac modis, ac caſibus, quibus ſolitum ſit fieri, conſuetudine immemoriali preſcripta, & in contradictorio iudicio obtenta, & hęc declaratio fuit facta die 3. Octob. 1587. ſed petita reuocari, fuit reuocata die 2. April. 1590. in modum ſequentem *Attentis cõtentis pronuntiamus, & reuocamus declarationẽ factã ſub die 3. Octob. 1587. non obſtantibus in contrariũ petitis, quæ, et cetera petita locũ non habẽt.*
63 Quę reuocatio † eſt ſummè notãda quoniã denegãdo declarationẽ, & eã reuocãdo, declarat nõ ſolũ has declarationes de cõſeruãda poſeſsione cõtra pręſũptionẽ iuris fieri nõ poſſe ad allegationem partis, imo idem licet poſſeſsionem recentem probaſſet, niſi antiqua eſſet, vel immemorialis, vel titulus adeſſet, vt d. cap. cum perſonę, ſed etiam declarat has prohibitiones,

quæ per Dipputatos fiunt, etiam quã-
do benè fiunt, non arctare eos, qui in
ſuis domibus vendunt, vt alibi dixi,
vide in proceſſu Iuratorum, concilio-
rum, vniuerſitatum, ac ſingular. per-
ſonar. villarum de Cantauieja, Aliaga,
* & aliarum, die 12. Febr. 1583.

Simili modo data fuit † inhibitio
& iurisfirma, die 23. April. 1588. Iura-
64 tis, & vniuerſitatibus Vallis de Giſtau
in vim fori, ne carneragium recipia-
* tur, &c. & fori guidaticum gregum
& fori, ne aliquis eques vel pedes, ne
ſcilicet illis leuaretur carnegarium,
vel ratione illius, ius aliquod ratione
ganatorum, quæ per Regnum duce-
rentur; nam per forum illum prohi-
bentur domini locorum † leuare à ga
65 natis tranſeuntibus per ſua loca ius
aliquod carneragij, niſi illud ſolum,
quod à tempore immemoriali fuerit
aſſuetum leuari, & poſtquam fuit con
firmata hęc firma, multi dñi locorum
obtulerũt cõtra firmã, & ſupplicarũt
admitti ad contrafirmandũ, quod in
effectu eſt petere conſeruari ſe in poſ-
ſeſsione leuandi carneragium contra
pręſumptionem iuris vehementem,
& tandem fuit declaratum non fore
admitendos ad contrafirmandum,
poſtea fuerunt magis in ſpecie petitę
declarationes, vt firma non obſtante
poſſent leuare carneragium, & iura
ſolita leuari à tempore immemoriali,
& tandem vndecimo Martij 1589. &
* 15. Iulij eiuſdẽ, fuit declaratum decla-
rationes ſupplicatas locũ non habere.

Hęc & alia exemplaria multa repe
riuntur in Regno, vbi denegatę fue-
runt ſimiles declarationes, per quas
petebantur conſeruari in poſſeſsione
etiam immemoriali illi, aduerſus quos
reſiſtebat iuris præſumptio vehemen
ter, & hoc attenta ratione dicti cap.
cum perſonæ de priuileg. in ſexto, à
qua profluit doctrina noſtri Molini

de firmantibus contra iura regalia,
vbi dicit, quod ille qui petit firmam
& inhibitionem, vt conſeruetur in
poſſeſsione iurium regalium, non eſt
audiendus, nec debet ei prouideri, ni-
ſi exhibeat titulum, vel probet imme-
morialem: ea ratione, quia finis & ſco
pus harum iurisfirmarum, & inhibi-
66 tionum eſt, conſeruare † poſſeſſorẽ in
poſſeſsione alicuius iuris lite penden-
te, & dum lis pendet ſuper proprieta-
te, præſentata autem iurisfirma cum
clauſula & ſi quas cauſas concepta,
reſoluitur in citationem. ſi inhibitus
comparet obſ. 1. de citatio, obſ. item ſi
vnus de fideiuſſo. Vnde fit, quod pe-
tere declarationes, vt non obſtante fir
ma, quæ litis pendentiam induxit, poſ
ſit quis actum facere, cui reſiſtit ius
commune, nihil aliud eſt, quam con-
tendere, quod declaretur lite pendẽte
poſſe vti poſſeſsione, quam prętendit,
quamuis nõ iuſtificetur poſſeſsio alle-
gata, titulo, vel probatione ipſius im-
memorialis, quod fieri non poſſe dixi-
mus per rationem d. c. cũ perſonę, &
cũ petenti hanc declarationẽ in iuri-
bus regalibus reſiſtant vehemẽter ius,
& forus, & aſsiſtant dño Regi, cuius
pręſumũtur iura iſta regalia, & non in
feriorũ, hinc fit, ꝙ licet petens hãc de
clarationẽ poſsit habere titulũ, vel im
memorialẽ ad obtinendũ in articulo
proprietatis contra dñm Regẽ, tamẽ
† in eo interim, quod nõ exhibet titu-
67 lũ, vel probat inmemorialẽ, nõ poteſt
ſimilẽ firmam obtinere, nec poteſt iu
dex eã prouidere, vt per eã poſsideat
lite pendẽte contra diſpoſitionẽ iuris,
& fori: & idẽ erit ſemper, etiã ſi reſiſtẽ
tia non ſit inter ſupremũ Principẽ, &
inferiorẽ, ſed inter inferiores dummo
do præſumptio aſsiſtat vni, & reſi-
ſtat alteri, nam capitulũ cum perſonæ
loquitur de reſiſtentia inter ordina-
rium, & alios inferiores, vtrobique
tamen

tamen eadem eſt ratio, & ſic Molina tenuit hanc eandem concluſionem inter particulares in verſ. ganatum, quã habuit inter Regem, & ſubditos verſic. de firmãtibus contra iura regalia: quia in verſ. ganatum tenet, quod ſi aliquis particularis, vel vniuerſitas volit leuare ius carneragij à ganatis trãſeuntibus per loca ſua, & petit firmã ne turbetur, in tali poſſeſsione, non
68 debet ei prouideri, niſi † vel exhibeat titulum, vel probet immemorialem, ratio eſt ſecundum eum, quia cũ petenti hoc ius carneragij reſiſtat forus vehementer, foro ne carneragiũ, &c. ſi daretur ei firma, conſeruaretur in tali poſſeſsione lite pendente, contra d. cap. cum perſonæ.

Inuenio tamen cõtrarium fuiſſe de-
* terminatũ in proceſſu iurato, Sancti Stephani de litera, & aliorum locorũ ſuper iuris firma oblata die 3. Dezẽbr. 1582. prouiſſa ſub die 24 Martij. 1583. nam cùm dicta villa, & alia loca obtinuiſſent firmam, & inhibitionem a Curia Iuſtitię Aragonũ contra dipputatos Regni, ne vltra caſus ſibi per foros permiſſos exercerent contradicta loca iuriſdictionem aliquam, & foret præſentata dicta firma diputatis, & eis comparẽtibus fuit petita quędã declaratio ſimilis ſuperioribus, ſcilicet quod poſſent exercere iuriſdictionem modis, & formis quibus a tẽpore immemoriali id facere conſueuerunt, & fuit ita facta declaratio, videbatur dictis Locumtenẽtibus, quod qui decla-
69 rat † nihil agit, neq; addit de nouo, quia caſu, quo diputati habeãt immemorialem, conſeruatur eis per declarationem, quod ſi nõ habeãt, nõ datur eis facultas vtẽdi iure illo, imo ſi vtuntur, poterũt accuſari tamquã fractores firmæ, & inhibitionis, verũ, ſalua eorũ pace, talis declaratio fieri nõ potuit
70 quia ex quo per præſentationẽ † iuriſ. firmæ, & inhibitionis, iam dicitur lis pendere inter diputatos, & loca illa ſuper hoc iure, & prætẽſione, an diputati poſſint exercere iuriſdictionem vltra caſus ſibi per foros, & actus Curię permiſſos, ſequitur inde, quod petere declarationẽ ipſos diputatos, vt nõ obſtãte firma, & inhibitione, & ſic pendẽte lite ſuper tali iure poſſint eo vti dũ lis pendet, non oſtẽſo titulo, nec probata immemoriali, è directo eſt cõtra diſpoſitionẽ iuris & fori, quia licet diputati haberẽt ius ſufficiẽs ad obtinẽdũ in articulo propietatis, ſiue in vim tituli, vel immemorialis, tamẽ hoc nõ liquidato, diſcuſſo, & examinato non
71 debẽt manuteneri in † illa poſſeſsione, cui aduerſatur ius comune, & forus, lite pẽdente, cõtra illũ tex. & contra opinionẽ Molini in verſ. ganatum, verſ. de firmãtibus cõtra iura regalia, & cum inquiſitio ſit abſolutè per foros prohibita, dẽptis quibuſdã caſib⁹, & iuriſdictio ſolius principis ſit, alio nõ edocto, iã neceſſario fatendũ eſt nõ poſſe declarari, vt diputati illã exercere poſsint nõ obſtãte firma, ſeu inhibitione, & ſic nõ obſtante litis pendentia, quæ per præſentationẽ inhibitionis pendent, oportet igitur, quod di-
72 putati † lite pendente ſuper illo iure taceant patienter, & probent concludẽter ius ſuum ad difinitiuam. Sed adhuc, hoc nõ obſtante fuit reuocata declaratio illa contra alia exemplaria ſupradicta. Memor tamen ſum, de quo te certum facio, quod ſemper dum de his declarationibus habitus fuit ſermo, contra eas iudicaui, eas denegaui, & factas reuocaui, aliquando eas fecerunt mei collegę, licet non omnes, poſtea vero, ipſi met domini iudices, non bene de ſua opinione ſentientes, aliam viam elegerunt, ſcilicet, quia habuerunt † facultatẽ Dipputatorũ circa prohibitiones, &

inquiſitiones pro notoria in vna declaratione, & ea habita pro notoria, ab indè cęperunt facere declarationes ſupra dictas: ſed hoc iam eſt extra terminos, d. cap. cum perſonæ, quia hic ꝓbatur iuriſdictio Dipputatorū, cum habeatur pro notoria, & ſuper hoc fūdamento benè poteſt cadere declaratio, de qua agimus, in capite vero cū perſonę ſolum allegatur, non proba-
74 tur. Verum ego † nequaquam habui illam facultatem pro notoria, quia multa dici poſſent contra eam, non tamen malè dijudicarunt illi domini mei, attento quod Dipputati habent
* ſententiam litis pendentię, obtentam ſuper hoc iure in proceſſu Egidij Eſpañol, ſuper appręhenſione, circa annum 1570. in curia Iuſtitię Aragonum, vt comprobat Portol. verb. Dipputati, num. 42. Vnde benè illa via poteſt illud ſuſtineri, extra tamen illum caſum obſerua intrepidè diſpoſitionem tex. in dict. capit. cum perſonę in quocumque caſu, vt ſupra dixi, & declaraui, circa quod vide Peregrin. de fideicommiſ. artic. 52. num. 141. cum ſequen. & hæc ſufficiant de iſto paſſu.

Verùmtamen, & eſt alia limitatio ad materiam, ſi ille qui hanc declarationem petit, ſcilicet vt conſeruetur in ſua poſſeſsione lite pendente, iuris communis præſumptionem habet pro ſe, † tunc debet conſeruari in tali
75 poſſeſsione, cui fauet præſumptio iuris, licet ex aduerſo ille, qui obtinuit firmam, ſeu inhibitionem habeat pro ſe priuilegium, & in eo ſe fundauerit aſſerit Portol. nu. 76. & fuit iudicatū in proceſſu Don Petri Torrellas, & Iuratorum de Naual, ſuper iurisfirma
* poſſeſſoria, anno 1571. & in alijs exemplaribus allegatis per Portol. vbi ſup. quorum ratio eſt, quia apari procedūt
76 priuilegium, & poſſeſsio † adminicula ta iuris præſumptione. Immol. in clemen. 1. de cauſ. poſs. & pro.

Et ſic cum in d. proceſſu fuiſſet obtenta inhibitio in vim cuiuſdam priuilegij Regis Iacobi, vel alterius Regis ſucceſsoris Regis Petri, vt tenerentur omnes villę conſtitutę intra limites nominatos in priuilegio, ire ad emendū ſalem in dictis ſalinis de Naual, quia dñs Rex declarabat in d. priuilegio magnos limites. Et ne turberis nota, quod erat cōcepta inhibitio per verba negatiua, vt ſcilicet non turbarētur firmàntes in iure ſcilicet, vt omnes exiſtentes intra illos limites, tenerentur ibi ſalem emere: cōparuerunt †
77 multę villę conſtitutę intra illos limites contra firmando, & allegando ſe eſſe in poſſeſsione emendi ſalē in quocumquè loco Aragonum, etiam extra illos limites iuxta priuil. generale Aragonum, quod ita permittebat, & licet priuilegij generalis declaratio dicat, quod ematur ſal intra limites ſalinarum, ad quos limites fuerunt redactę ſalinę ad tēpus Regis Petri, tamē quia non conſtabat, quod tempore Regis Petri habuiſsēt illos limites (prout debebat conſtare) niſi per illud priuilegium, ꝙ non faciebat fidē contra tertium, ex his, & quia habebant villę præſumptionē iuris pro ſe, fuerunt admiſſę ad contrafirmandū non obſtante, quod firma fundabatur in priuilegio, & poſſet fieri regula generalis, ꝙ in caſibus in quibus quis poteſt admitti ad cōtrafimandū, in eiſdē poſſet peti declaratio, vt in ſua poſſeſsione conſeruetur lite pēdēte, in quibus autē caſibus ad cōtrafirmandū admitatur dicetur ſuo loco, ſed quia hęc regula nō ſemper procederet, & diuerſis principijs hæc duo regulantur, ideo non eſt ſequēda, vt ex collatione iſtarum materiarum videbis, & ego tangam ſuo loco, & hęc de hoc. §.

SVM-

SVMMA EORVM, quæ in hoc §. II. continentur.

1 *Appellatio & recurſus per viam iurisfirmæ, quamuis haberi nõ poßit à ſentẽtia Diputatorũ, Computatorũ Regni, & decem & ſeptem iudicantium, & ſimilium tamen ſi foros excedant iurisfirmæ recurſus haberi poterit, vt num. 2. & 3. quod declara, vt num. 4.*

5 *Iurisfirma fiendorum regulariter non datur, niſi in caſibus in quibus daretur firma grauaminum factorum.*

6 *Iurisfirma, quando cum nominatione arbitri, vel ſine ea facienda ſit declaratur.*

7 *Iurisfirmæ omnes dirigũtur ad hoc nequid cõtra nos fiat, & vt conſeruemur in noſtro ſtatu & poſſeßione.*

8 *Firmarum aliæ ſunt poſſeſſoriæ, aliæ vero in titulũ, quando quis non ſe fundat ſuper poſſeßione; ſed ſuper aliquo titulo, et ibi exẽpla tradũtur*

9 *Firma eſt remedium præſeruatiuum reorum, ab iniuria inferenda, & nu. 10. & 18.*

11 *Firma vt aliquid tradatur aut fiat, dari non ſolet.*

12 *Inhibitio & iurisfirma dabitur infantioni, ne cogatur pectare, & alia ſimilia facere, & ne vexetur contra ius nobis, quæ à iure habet, et nu. 13*

14 *Secus ſi ab homine, nam tunc ſine poſſeßione non ageret, vt num. 14.*

15 *Firma infantioniæ, an ſit danda ei, qui venit cum ſalua patris, vel patrui diſputatur.*

16 *Firma poſſeſſoria datur etiã agenti nomine dignitatis, licet ipſe non poßideat bona dignitatis.*

17 *Dignitas quæ poßidet, præſcribit, et agit, vicem perſonæ animatæ.*

19 *Timens turbari in ſua poſſeßione, poteſt iudicis officium implorare ſummariè, et de plano.*

20 *Agere ſummariè ſufficit, vbi agitur ad prohibendum vim de facto, et de præſenti, ſecus ſi ad prohibendam vim de futuro, nam tunc plenariè agendum eſt.*

21 *Licet inhibitio de iure communi non priuet quẽ ſua poſſeßione, de foro tamen ſecus eſt, niſi inhibitus contrafirmet, aut rationes offerat.*

22 *Non priuat inhibitio, quem*

de foro ſua poſſeßione, ſed contumacia inhibiti eſt quæ priuat.

23 *Quoties inhibitio contra iudices ſeculares danda eſt, ad impediendam executionem inſtrumenti priuilegiati, dari debet in forma priuilegiata, ſi vero contra ſtatutum, aut legem, cũ clauſula & ſi quas, vt num. 24.*

25 *Contra firmare ſolum permittitur in firmis poſſeſſorijs, non vero in titularibus, & caſualibus grauaminum fiendorum.*

26 *Firma concedenda non eſt, quãdo ſuper illo iure, in quo firma fundatur, alia lis pendet, quod ſi concedatur reuocari ſolet, vt num. 27.*

28 *Firma cõmiſſario curiæ concedenda, qualiter concipi debeat explicatur.*

29 *Firma etiã ad caſum conceſſa, nõ arctabit appręhẽſionẽ, nec ſẽtẽtiã in ea latã, nec caſũ aliquẽ magis priuilegiatũ.*

30 *Grauaminum factorũ firma, quamuis non impediat iudicẽ â quo, in cauſa procedere, tamen ſi proceſſus eſſet nullus, in cauſa procedere non poſſet, imo delinqueret, vt nu. 31.*

32 *Firma, quando fundatur in inhibitione iudicis eccleſiaſtici, debet concipi ad metas illius, aliàs reuocabitur.*

33 *Firmæ iuris, & inhibitiones incertæ, reuocari debent, & num. 34.*

35 *Verborũ generalitate vtens, velle circumuenire videtur.*

36 *Renuntiari beneficio iurisfirmæ in criminalibus nõ poteſt, etiam cum iuramento, ſecus in ciuilibus, num. 40. & 42. & 43.*

37 *Actus prohibitus principaliter in fauorem publicum, licet ſecundario in fauorẽ particularium, non firmatur iuramento.*

38 *Donatio facta â clerico eius concubinę, non firmatur iuramento.*

39 *Lex poteſt, ex iuſta cauſa prohibere iuramenta præſtãda, licet non præſtita.*

41 *Fœminarum dotes augeri, vel ſaltim conſeruari reipublicæ intereſt.*

44 *Statutum per quod renuntiatur beneficio iurisfirmarum, in præiuditium curiæ Iuſtitiæ Aragonum nihil operatur.*

45 *Iudex inferior, in præiuditium ſuperioris non, poteſt tollere ius recurſus, & reſortis.*

ANTE-

§. 11.

ANTEQVAM ab his iurisfirmis caſualibus grauaminum fiẽdorum expediamur, oportet in memoriam reducere aliqua, quæ in modum extrauagantium per manus fori ſtatum, & quaſi traditione circumferuntur, quotidie in praxi occurrentia.

Ab aliquibus iudicibus Regni prohibetur, in eorum ſuperioritatem, ſiue excellentiam, recurſus ad aliquem alium iudicem Regni, tam per viam appellationis, quam iuris firmę, qua-
1 les ſunt dipputati Regni: † computatores computorum Regni, iudices reſidentiarum, qui cognoſcunt de delictis locorum, & officialium Iuſtitię Arag. qui antiquitus decem & ſeptẽ erant, hodie vero nouem, huiuſmodi malè ferunt, & fortitèr, maleq; patiuntur, ſi eis præſentatur firma aliqua, maximè quia per foros, & actus curiarum omnis recurſus eſt ſublatus ab eorum geſtis, vide illos actus curię ſup. allegatos cap. 3. §. 2. & foros ſub tit. forus inquiſitionis, & actum curię, tit. que los Dipputados enlas cauſas que conocẽ, &c. fol. 76. & alios actus curiarum de his loquentes, circa quod oportet te ſcire, quod ſi iſti officiales excedunt limites ſuę iuriſdictionis, ita quod in alijs ſe intromitunt, vel aliquid aliud faciunt contra foros, & libertates Regni, ex quo exceptio poteſt cõtra eos opponi, & haberi recurſus ad ſuperiorem cum excedant ſuã iuriſdictionẽ, vt habuiſti latè cap. 5. §. 6. poteſt contra eos dari, & prouideri † iurisfirma,
2 nam forales iudices ſunt, & tenentur ſeruare foros, & maximè ſi aliqua adſit nullitas in eorum ſententijs, quo caſũ ſententia dici nõ poteſt, nec debet exequi, vt ſupra latę vidiſti cap. 3. §. 2. & cap. 1. §. 2. & ego vidi meis temporibus prouiſam quandam firmam contra nouẽ iudicãtes in cauſa, vbi ego denunciatus eram, nam cum ille qui me denuntiaſſet petiuſſet aduocatos, & ipſi iudices aduocatos dediſſent, qui poſtea exonerando ſuam conſcientiã dixerunt, denunciantẽ iuſtitiam non fouere, & ſic nolle ſe patrocinari eidẽ, & quia hoc nõ obſtante cõpellebatur
3 vnus per iudicantes, † muniuit ſe præſidio iurisfirmę, in qua omnia hęc narrabat, ne cõpelleretur patrocinari, & fuit ſibi prouiſa, & certè firma hæc eos arctaſſet, ſi foret pręſentata, verũ aduocatus colore compulſionis, & coactus, vt ipſe dicebat, magis tamẽ pecunia ductus, ſuſcepit aduocationis onus, ſine effectu aliquo, nã ſuccubuit, & ſic benè in his, & ſimilibus caſibus prouideri debẽt iſtęc iurisfirmę in omnibus caſibus, in quibus excedunt limites ſuæ iuriſdictionis, quia tunc iudices non ſunt, vt latius dictum eſt ſupra §. 6. hoc eod. cap. vbi habes fusè illud certum apud me eſt, quod ſi iſti
4 iudices intra † limites ſuæ iuriſdictionis ſententiam ferrent, quę in meritis cauſę iniuſta foret, tunc vbi ſublatus eſt recurſus omnis: videtur quod non deberet dari firma, & inhibitio, vnde periculoſa eſt opinio exiſtimantium, quod contra cõputatores Regni poſſit prouideri firma, ſi aliquid iniuſtè volunt facere, veluti non admittendo in compotis aliquam partitam iuſtã, nam ſolent Locũtenentes dare firmã, per quã iubent eam partitam admitti, prohibentq; executionẽ contra aliquem fieri ratione illius partitę, vide
* in proceſſu Don Franciſci de Moncayo, ſup. iurisfirma, anno 1594. Et in
* proceſſu Gõdiſalui Martinez de Marzilla, ſuper iurisfirma eodẽ anno, vel

ſequenti, & in proceſſu Prioris de Sancta Chriſtina, & aliorum ſuper iuris firma, anno 1583. Et vide in proceſſu Alphonſi de Villalpando, ſuper iurisfirma menſe Maij 1598. & in proceſ. Don Sanchij Hernando Abbatis Monaſterij de Pietra, & aliorũ ſuper iurisfirma 14. Iunij 1588. iſtæc namque firmę videtur periculoſæ, & puto malè eas dari, quia ſunt ſuper meritis cauſæ, in quibus eſt ſublatus recurſus non aliter, quam ſi ſuper meritis ſententię criminalis iniuſtę prouideretur firma, quod fieri nõ poſſe oſtenſum fuit. cap.1.§.2. vbi latè.

Et in his iurisfirmis grauaminum fiendorum tene pro regula, quod re-
5 gulariter non datur † firma fiendorum, niſi in caſibus in quibus daretur firma factorum, ſi eſſent facta grauamina.

Et ſemper iſtæc firmę diriguntur contra iudices, & ſi ſunt eccleſiaſtici nominatur arbiter. qui ſolet eſſe fiſcus, quod intellige de firmis, in quibus eſt dubium facti, † verum ſi eſſet du-
6 bium iuris clari, non nominatur arbiter, ſed fit inhibitio de præciſſo, vt vidiſti ſupra cap.4.§ 5.num.11.

Multoties vidi altercari ſuper prouiſione iuris firmarum, & ſuarum inhibitionum quomodo concipiendæ ſint, & ſic ne confundaris, ſcias, quod
7 omnes firmę † diriguntur ad hoc, ne quid contra nos fiat. nec nobis fiat moleſtia, iujuria, inqnietatio, & tandem ne inquietemur, & ad hoc vt cõſeruemur in aliquo ſtatu noſtro: & poſſeſſione rei noſtræ, & ſic dicũt firmę, quod firmãs timet contra forum grauari, moleſtari, inquietari ſuper re ſua vel cõtra forum, & ſic nota, quod firmæ alię ſunt poſſeſſorię, alię verò in ti-
8 tulum † veluti quando quis non ſe fundat ſuper poſſeſsione, ſed ſolum ſuper aliquo titulo verbi grã cõuenimus tu & ego, quod non exiges maiores calonias foralibus, ſi me inueneris in tuo paſcuo, vel promiſiſti non petere aliquid vſque ad certum diẽ, remiſiſti mihi iniuriam tibi illatam, conceſiſti mihi aliquam contracartã conditionalem, & ſic de ſimilibus, in his caſibus poſſum petere firmã inhibẽdo iudices, & te, ne aliquid atentetis, & faciatis aduerſus me contra tenorem conuentorum, & niſi in caſibus conuentis: certè hæc firma non datur ad hoc, vt aliquid fiat nobis, ſed potius ad hoc, ne quid male nobis fiat, nam †, firma eſt præſidium
9 præſeruatiuum reorum, per quod præſeruamur ab omni iniuria, ſed ſi mihi debes dare paſtum, vel rem aliquã, quam vendidiſti, ſeu conceſsiſti, certè non dabitur, firma ad hoc, vt des vel facias, licet habeam iuſticiam, quia firma & inhibitio ſolũ preſeruat reũ
10 ab iniuria inferenda † contra pacta conuenta, non tamen datur ad hoc, vt nobis aliquid fiat. Et ex iſto capite. fuit reuocata quædam firma iuratorum de Malanquilla menſe Nouembris.1594. me exiſtente relatore, quia dabatur inhibitio contra certos, de quibus ibi, ad hoc vt traderent dictis de Malanquilla certum paſtum, vel ne eos perturbarent in tali paſtu cõuento, dicebatur enim, quod non erat poſſeſſoria, quia de poſſeſsione non conſtabat, in titulum autem non poterat ita concipi, vt ſcilicet inhibiti non prohiberent eos, quin poſſent pabulare, & paſcere, quia hoc erat dare firmam, ad hoc vt paſtus traderetur, quod non eſt de materia firmę,
11 † ſed eſt agẽdum ad illud via ordinaria, quia prohibere ne vis fiat volenti paſcere, non eſt conſeruare poſſeſsionẽ, ſed dare, l. pen §. ſpecies de acq. poſſeſ. quod ſemper memoria tene in firmis.

Secun-

Secundum hoc diceret quis, quomodo igitur dabitur firma infantioni venięti cũ titulo: ſi ſuperiora vera ſũt, non poterit inhiberi ad hoc, vt ei aliquid fiat, & tradatur, veluti vt aperiatur ingreſſus ad curias generales, & ad capitulũ infãtionũ, detur albaranũ fiſsarũ, & alij honores infantionũ, bene tamen inhibebitur ne faciant eum peytare vt villanũ, cuſtodire montes in perſona, & alia id gñs, Reſpõdeo, ꝙ ad omnia ſupra dicta dabitur † in hoc
12 caſu inhibitio, quia cum iſta omnia dentur à iure infantionibus, ſufficit ꝙ ſit infantio, vt ea ſibi conſeruentur, nã non erit ad hoc, vt ei aliquid fiat, ſed potius ad cõſeruationem eorum, quæ retinet in animo à iure, & ſic dabitur inhibitio ne vexetur contra ius in his, quę à iure † habet, quod eſſet, ſi con-
13 tra illa fieret, & ſic erit in titulum ad hoc, vt ei non fiat iniuria. (quod ſecus eſſet, quando illa ſibi competerent beneficio hominis † vt dixi) quid quod,
14 non agit infantio ſine poſſeſsione, ſufficit enim ſuum prędeceſſorem poſſediſſe, vt ipſe dicatur poſsidere, cũ agat nomine illius dignitatis, ſcilicet infantionię, quam habebant ſuus pater, & auus, per doctrinam Io. Fabri. in d. §. retinendę de interd. inſt. quod in propria materia tenet Otalora de nobilit. 1. part. 3. part. cap. 1. nu. 11. fol. 174. ſuo loco latius dicemus, & ſic debent dari ſimiles firmæ ad oẽs hos effectus.

Sed verè ſine propria poſſeſsione videtur dubium, quod ſufficiat poſſeſsio patris, de hoc alibi dicetur infra. Vnde dicendum eſt, quod ſi habet titulũ gaudebit omni poſſeſsione, & iure illius militię, etiã ſine poſſeſsione patris, & propria for. fin. in fin. quomodo quis debeat ſuam infantion. ſaluare.

De illo vero dubitatur, qui venit cũ
15 ſalua fratris, † vel patrui, an debeat ei dari firma infantionię, nam videtur quod non, ex quo nondum eſt infantio, aliqui dicunt quod ſic, quia illa ſalua prodeſt ei ſecundum forum, prout multoties fuit data ſimilis firma in vim ſaluæ, quod dicetur in meis deciſsionibus, & in hoc vidi ſemper diuiſũ conſilium in varias opiniones, in quo verior eſt opinio, quod detur firma, quia ſecũdum for. fin. quomodo quis debeat ſuam infantion. ſaluare, filius cum priuilegio patris, vel aui defenditur in ſua militia, & eadem eſt ratio in caſu noſtro. Vt ſic dicendum ſit, quod detur firma poſſeſſoria, quę fundatur in ſola poſſeſsione, nam tunc datur ad conſeruãdam poſſeſsionem, latius in deciſ. meis in 4. Et quando aliquis agit † nomine dignita-
16 tis, licet ipſe non poſsideat bona dignitatis, poterit agere poſſeſſorio, & obtinere firmam poſſeſſoriam nomine dignitatis, quia tunc cenſetur agere di-
17 gnitas, quæ poſsidet, prędcribit, † & gerit vicẽ perſonæ animatę, elegans doctrina Fabri. in §. retinendę de interd. iunctis notatis per eum in §. nullius de rerum diuiſio inſtit. & hęc nota multum, quia faciẽt tibi multũ honorẽ, prout melius habebis alibi Deo duce. Et ita dici ſolet communiter, quod remedium firmarum in Regno, eſt beneficium reorum timentiũ tur-
18 bari † in ſua poſſeſsione, vel aliàs vexari in re aliqua, & ſic eſt, quod ille qui petit firmam, dat cautionem de iudicio ſiſti, & iudicato ſoluendo, quã cautionem ſoli rei dant, firmãs enim ſemper intendit non turbari, non vexari in ſuis iure, & poſſeſsione, & nunquã petit rẽ ſibi dari, vel aſsignari, & hoc præſidium deſſumitur ex doctrina Paul. Caſtr. in l. ſi ſuper poſseſsione, C. de tranſact. vbi timens turbari in
19 ſua poſseſsione, † poteſt implorare, officium iudicis, & informare ſummariè,

riè, & de plano de ſua poſſeſsione, abſque libello, petendo prohiberi vim, & turbationem, & iudex ita debet prouidere, & hoc preſidiū dicitur firma; ſed dices tu, eſſe offerendum libellum iudici, & ordinariè agendum, probando poſſeſsionem in iudi. vti poſsid. ad quod reſpōdetur, quod hoc non eſt iudiciū vti poſsid. ſed ſolum agitur ad prohibendum vim de facto, & de præſenti, ad quod ſufficit ſummariè agere; † ſecus autem eſſet ſi ageretur ad
20 prohibendam vim de futuro, quo caſu ordinariè eſſet agendum, quia tunc eſſemus in iudicio vti poſsidetis, ita Caſtr. vbi ſup. plus dico, quod non ſolum in iudicio vti poſsid. eſſet ordinariè agendum, ſed etiam in interd. interim, quod hic vocatur de lite pendēte, licet non ita ordinariè ſicut in iudicio vti poſsid. ſed magis ſummariè, licet nō tā ſummariè, prout in hoc præſidio, de quo agimus, vbi ad ſolā vnius partis informationem datur firma.

Solet etiam per manus practicantium tradi, quod licet de iure communi inhibitio † non priuet aliquem ſua
21 poſſeſsione; ſecus tamen eſt de foro, vbi inhibitio hoc plus habet, quia priuat inhibitum poſſeſsione ſua, niſi cōtrafirmet, hoc eſt det rationes cōparendo coram iudice, quare continuare debeat ſuam poſſeſsionem, iuxta obſ. de conſuetud. de fideiuſſoribus: Verum ego ſemper tenui cōtrarium, quod in Regno firma non priuat poſſeſsione, niſi ſola contumacia † inhibiti non comparentis, non contra firmā
22 tis, non dantis rationes, cum poſſet hoc facere, & ſic conſeruare poſſeſsionem ſuam, cum tunc firma reſoluatur in citationem obſ. 1. de citatione, & ſic priuatur poſſeſsione ex ſola contumacia: Deinde quia in firma ſolum allegatur poſſeſsio firmantis, & ipſe conſtituitur poſſeſsor, non vero inhibitus,

& ſic per eam non priuatur inhibitus ſua poſſeſsione, quia potius in ea conſtituitur nō poſſeſſor, & ſolus firmans cōſtituitur poſſeſſor, Vnde nō videtur ꝙ priuat poſſeſsione, quā non fingitur habere, & ſic obtinetur hęc manutenētia etiam parte non citata ſecundum Caſtr. vbi ſup. & ſi inhibitus prætendit ſe poſsidere, compareat, & det rationes, aliàs videtur acquieſcere, & ſibi imputet, nec dicetur ſua poſſeſsione, quam non docuit, priuatus.

Et ſemper memor eſto, quod quando firma, ſeu inhibitio emanat contra † iudices ſeculares, & eſt inhibenda,
23 & ſeu impedienda alicuius inſtrumenti, ſeu debiti executio, quæ de ſe eſt nō ſolum parata, & prompta; ſed etiam priuilegiata, à qua ſcilicet remouetur omnis exceptio, tunc debet dari inhibitio cum illa vulgari clauſula, *in forma priuilegiata*, aliàs eſſet malè data inhibitio, vt multoties vidi reuocari iuris firmas, & inhibitiones ex hoc ſolo
24 capite, vt vidiſti ſupra; ſed ſi † datur inhibitio contra aliquod ſtatutum, vel legem, debet dari cum clauſula; *& ſi quas cauſas, &c.* iuxta obſ. 1. de citatio. & in his firmis titularibus caſualibus grauaminum fiendorum, non admittitur quis ad contrafirmandum, quia
25 ſolum id † permittitur in poſſeſſorijs, vt dicetur, licet aliquando cōtrarium & malè, viderim, vt dicemus in capit. ſequenti.

Et inter omnia, quę in hac materia ſummè notanda ſunt, illud pręcipuū ante oculos tenendum eſt, vt caueant dñi Locūtenentes, ne prouideant has inhibitiones, quando ſuper iure illo. †
26 in quo firma fundatur, pendet aliàs lis, nam illud eſſet declarare iuſtitiam originalem totius cauſæ in incidenti, quod fieri non debere, immo reſeruādum in diffinitiuam, conſuluit DD. Felin. in cap. exceptionum nu. 35. & 36.

de

de exceptionibus vltra, quod, id emanat à lege prudentiali, nam ex hoc ſolo capite vidi aliquando † reuocari
17 aliquas firmas, vt in proceſſu don Frã
ciſci de Aragon, ſuper iurisfirma 11. Septembr. 1598. Et don Ludouici de Bardaxi, ſuper iurisfirma anno 1594. Et eodem modo curare debent, ne verba inhibitionis ſint multum generalia, comprehenſiua caſuum iniuſtorum, ſed quod ſint ſpecialia reſtricta ad caſum iuſtum, aliàs tales inhibitiones forent reuocandę, vt vidi aliquas reuocari, vide Portol. verb. firma, nu. 89. 90. & 91.

Et quando prouidetur firma commiſſario curiæ, ne turbetur in ſua cõmiſſione per ſecundã tertiã, vel aliàs apprehenſiones, quod iuſtiſſimum
28 eſt, debet ita concipi, † vt non turbetur in ſua commiſſione, ea durante, & donec fuerit reuocata, & finita, per ſententiam litis pendẽtiæ, iurisfirmarũ, proprietatis, vel alio modo; præſtitis prius fideiuſſoribus; & non debet reſtringi ad illos tres articulos, cũ ſint alij modi finiendi commiſſionem curię, veluti non ſequuti adimplementi, renuntiationis illius; ad omnes alios caſus regula tradi non poteſt, quia cũ ſint infiniti, ſecundum occurrentem exceptionem, debet concipi firma ad illius limites, & terminos.

Aduertas etiam, quod ſi firma conceditur alicui etiam ad caſum, tamen
29 ea non † arctabit ſecundum practicos apprehenſionem, nec ſententias in ea latas, nec caſum aliquem magis priuilegiatum, vide in proceſ. Iuratorij de las Pedroſas, ſuper iurisfirma die 26. Octob. anno 1557. vbi fuit data firma eis ne dominus vteretur abſoluta poteſtate, cum locus eſſet feudalis, & poſtea dominus loci petijt declarari, vt ea non obſtante poſſet vti quadã ſententia litis pendẽtiæ, quę fuit ei recepta reſpectu dominij (& conſequenter reſpectu abſolutæ poteſtatis, quę eſt effectus illius) & ſic fuit declaratũ, quia illa ſententia eſt magis priuilegiata, for. por quanto, & for. item como anni 1423. foro declarando, for. item por dar forma, de apprehenſionibus, vbi dicit, *non obſtante firma, cuiuſcunque conditionis exiſtat*, ſic etiam in proceſ. don Michaelis de Gurrea, vbi fuit data firma illi, ratione certę ſententię interlocutoriæ latę in quodam proceſſu apprehenſionis anni 1516. per quã mandabatur deſtrui certum acutum, poſtea fuit declarata dicta firma, vt ea non obſtante exequeretur alia ſententia in alio proceſſu poſteriori in cõtrarium lata, ex eo, quia dicebatur dictam ſecundã apprehenſionẽ eſſe magis priuilegiatam, verũ tu nota, quod illę firmę non erant ad caſum ſpeciales, & indiuiduæ, & ſic non mirum ſi fuerunt declaratę vt ſupra diximus, aliàs autem videtur, quod non haberet locum declaratio, ſi firma eſſet caſualis, licet non eſſet in forma priuilegiata, ſed agendum eſſet ad repulſionem illius in vim ſententię litis pendentię, pro bono tamen iuſtitię tolleratur, quod fiat illa declaratio, maximè attento priuilegio appræhenſionis.

Audiui à magnis practicis, quod licet iurisfirma grauaminum † facto-
30 rum nõ impediat iudicem à quo, quo minus in cauſa procedat, vt quotidie videmus, quod vltra electionem iurisfirmę grauaminum factorum, ſolet præſentari iudici à quo firma grauaminum fiendorum, ne procedat ad executionem, verum ſi proceſſus iudicis à quo ſit nullus, illa firma grauaminum factorum impediet ne vlterius procedatur, & ſi iudex procedit in cauſa poſt electionem iurisfir-
31 mę, † delinqueret iudex, conſiliũ quod

quod proceſſus ſit nullus, nam illud
quod dicitur de foro, quod non præ-
ſentata firma grauaminum fiendo i-
rum, poteſt iudex in cauſa procedere
vlterius, intelligendum eſt in proceſ-
ſu valido, & iuridico. ſecus in inuali-
do, nam ſola electio ſuſpendit.

Et quando iurisfirma fundatur in
inhibitione iudicis Eccleſiaſtici, tunc
32 † debet concipi ad metas illius, vnde
ſi inhibitio non inhibet apprehenſio-
nem, ſed ſolum executionem, & cap-
tionem, firma autem inhibeat ap-
prehenſionē, reuocabitur, vide in pro
ceſſu Mariæ Garces, ſuper iurisfirma,
menſe Iunij 1598. immo non poſſet in
hibitio Eccleſiaſtici inhibere appræ-
henſionem, vt dixi ſupra capit. 4. §. 2.
num. 45.

Præcipuum conſilium, quod poteſt
dari dominis Locumtenentibus eſt, vt
multum caueant, ne inhibitiones ſint
33 incertæ, vagæ, dubiæ & captioſæ, † nã
ex hoc ſolo ſunt reuocandæ, quia inhi
bitiones debent eſſe certæ, claræ, ſpeci-
ficæ, ita vt inhibitus per eas reddatur
certus de caſu inhibito, & non illaque
etur; pro quo notã, quod dum exiſte-
ret captus don Petrus de Alagon, ex
eo, quia exiſtentibus nobilibus, militi-
bus, & infancionibus in domo Depu-
tationis congregatis, & dum 17. iudi-
cantes iudicarent denuntiationes in-
ſtitutas à D. Hugone de Vrrias domi
no de Ayerue, & exiſſet vnus ex 17.
iudicantibus ex aulæ Regiæ appellitã-
do libertatem, & quod ſibi aufereba-
tur votandi libertas, & exijſſent à ſuis
cameris Iuſtitiæ Arago. gubernator, ad
ſedandas tumultuationes illas, & ſimi
liter exiſſent nobiles & infantiones
forſam fautores denuntiationum, nã
don Petrus de Alagon erat cognatus
don Hugonis, fuit inter eos orta ma-
gna rixa, & vulneratus in vna manu
gubern. don Ioan. de Gurrea, propter
quod ab inde mandauit dñs Rex, ne
nobiles ſe cõgregarent cum infantio
nibus, & militibus, quod vſq; nunc ſer
uatur, his ſic habitis & exiſtente prop
ter hæc capto don Petro de Alagone
ad inſtantiã fiſci, obtinuit don Petrus
de Alagon firmã, in proceſ. don Petri
de Alagon, ſuper iurisfirma 1564. vel
1574. ne in Reg. Aud. poſſet accuſari,
attento, quod accuſabatur in curia Iu
ſtitiæ Arag. niſi fuiſſet præuenta iuriſ-
dictio per Reg. Aug. in caſibus, modis
ac formis, quibus de iure & foro poteſt
34 præueniri, fuit petita reuocari † per
procur. fiſc. attẽto, quod erat vaga, in
certa, dubia, & captioſa, cũ nec per re
lationẽ ad aliud poſſet certificari, ac
declarari, adeò erat generalis, relin-
quẽs negotium in manu conſilij iudi-
cũ, & ponens iudices inhibitos in diſ-
crimine, & periculo contrauentionis,
prout iudici inhibẽti viſum foret, qua
propter fuit poſtea reuocata; allegaba
35 tur, ea ratio, quia vtens generalitate †
verborum, videtur velle circumueni-
re, Beued. in q. de venditione num. 18.
fol. 53. ex Bart. in l. quero. de actio.
empt. Oſal. in proœm. num. 13.

Sed quia in ſuperioribus actum eſt
de exitu iurisfirmarum, videndum
modo reſtat, an beneficio iurisfirma-
rũ, & huic ſingulari priuilegio firman-
di coram Iuſtit. Arago. poſsit quis re-
nunciare, & primo tollendo nõ dubia,
in cauſis criminalibus non poteſt re-
36 nunciari † beneficio iurisfirmæ, etiam
cum iuramento, vt diſponitur per for.
vnic. de ſubmiſsio. non faciendis, ratio
eſt, quia cum hæc renunciatio ſit pro-
hibita in fauorem Aragonenſiũ, & li-
bertatum Regni principaliter, vt di-
cit forus ille. & Molin. verb. renuntia-
tio, iam inde ſequitur, quod nec iura-
mento firmatur hæc renunciatio, nã
37 actus prohibitus principaliter † in fa-
uorem publicum, licet ſecundario in
fauorem

fauorem particularium, non firmatur iuramẽto. c. ad Apoſtolicã de regular. vbi glo. Monaſterij c. ſi diligenti vbi DD. de foro compet. l. ius publicum ff. de pact. ita Bart. in l. ſi quis pro eo ff. de fideiuſſ. Couar. in c. quamuis pactum. 2. p. §. 2. ita intelligitur l. nõ dubium C. de legibus. ex quo infertur intellectus ad l. 2. l. quem admodum C. de agri & cenſit libro. 11. quæ iuramẽto nõ cõfirmabũtur, & ad l. properandum §. ſed & ſi quidẽ C. de iudi. vt nec per iuramẽtũ poſſit inſtantia cauſarũ prorrogari, ſic & dona
38 tio facta à clerico † concubinæ nõ firmatur iuramẽto Couar. vbi ſup. n. 4. in fin. Sed licet hæc vera ſint, vbi aliquid prohibitur principaliter fauore publico, & ſecũdario fauore particulariũ, tamẽ non mihi videtur adeò expeditũ. quod hæc prohibitio renũtiationis firmę, & aliorũ priuilegiorum regni, de quibus in d. foro de ſubmiſſio. non faci, ſit introducta principaliter fauore publico, & ſecundario fauore particulariũ vt ſic nõ poſſit firmari iuramẽto, quare aliter ego dicerẽ, ſcilicet, quod ex quo in d. foro diſponitur, quod talis renuntiatio ſit nulla, & inefficax, & etiã quod contractus ſit nullus, ſequitur inde, quod non operabitur aliquid iuramentũ, elegãs doctrina Azebedi lib. 4. tit. 1. l. 11. n. 18. Couar. in c. quãuis pactũ. 2. p. §. 1. n. 8. & §. 2. cira fin. quid autẽ ſi ſolũ inſtrumẽtũ annullecur, an iuramẽtũ, & cõfeſſio ſuper contractu facta valeãt, Azebed. vbi ſupra, & lib. 4. tit. 15. l. 13. n. 57. Suarez in declarat. legis regni limit. 6. deinde quia in d. foro prohibetur iuramentum, & eo non obſtante irritatatur actus, & non eſt dubitandum
39 quin † lex poſſit ex iuſta cauſa prohibere iuramenta præſtanda, licet nõn præſtita, vt declarat Azebedo libro. 4. titul. 1. l. 11. & dicemus latius infra Et ſic nõ mirũ, quod iuramento non confirmetur hec renũtiatio in criminalibus, at in ciuilibus nulla reperitur prohibitio, imo licet id eſſet etiã
40 in ciuilibus prohibitũ, † adhuc poſſet iuramẽto renũtiari illi beneficio firmã di., ratio eſt, quia hæc prohibitio ſecundario reſpicit fauorem publicũ. & principaliter fauorem priuatum, vt in dotibus filiarum cauetur, vnde iuramẽto firmari hæc renũtiatio poſſet c. cum cõtingat de iur. iur. c. licet mulieres de iur. iur. in 6. in ſimili, licet rei
41 publicę interſit † fœminarum dotes augeri, ſaltim conſeruari, potius quã minui l. 1. ff. ſolut. matr. atque ideo lex ciuilis prohibuerit alienationem fundi dotalis, toto tit. de fundo dotali, quia tamen ea prohibitio principaliter priuatã vtilitatẽ reſpicit, etiam ſi nihilominus publicum commodum. reſpexit, & minus tamẽ principaliter, glo. & reipublicæ vbi additio marginaria in verbo ſecundario in l. 1. ff. ſolut matr. nihilominus alienatio fundi dotalis iuramẽto firmatur d. c. cũ cõtingat ſecundũ comunẽ opinionem de qua in authẽtica ſacramẽta puberũ C. ſi aduerſus vend. vnde ſic dicendũ eſſet in caſu noſtro, ſupoſito, quod talis prohibitio daretur, vt ſcilicet firmaretur iuramẽto, quid quod ſolũ in criminalibus repetitur, talis prohibitio, vnde nullo iure prohibita reperitur renũtiatio iurisfirmę in ciuilibus,
42 quare intrepidè tenẽdũ † puto, quod poſſit huic remedio renuntiari, maximè in regno, vbi valet omne pactum, dummodo non contineat quid impoſſibile, vel contra naturam obſ. item iudex de fide inſtrum. prout ego declaraui in proceſſu Iurat. villæ de
* Fuentes ſuper iurisfirma anno 1594. & in huius opinionis confirmationẽ fuit in Reg. Aud. prouiſus appellitus executorius ad inſtantiã dominæ

Alduntiæ de Ferreyra Comitiſſæ de
Fuentes virtute cuiuſdam obligatio-
nis (quæ de ſe non erat priuilegiata
* tamen in ea renuntiabatur firmę) non
obſtante firma, vide in proceſſu dom-
næ Alduntiæ de Ferreyra ſuper exe-
cutione & captionaria anno 1594. in
Reg. Aud.

Verum tamen eſt, quod in curia
Iuſtitiæ Arago. eodem anno 1594.
fuit data firma villæ de Fuentes, in
qua cauebatur, ne virtute obligatio-
nis non guarentigiæ, poſſet agi non
obſtãte firma, (in ea enim erat firmæ
renũtiatum, vt dixi) & fuit habitũ pro
cõſtanti per aliquos Locumtenentes
43 (nam ego contrarium ſemper dixi) †
quod non poterat renuntiari benefi-
* cio firmæ, vide in illo proceſſu Iurat.
de Fuentes ſuper iurisfirma eodem
anno. 1594. ſed ſequẽda eſt prima opi
nio Reg. Aud. quã ego ſequutus ſum
ſemper. cum ſit magis conformis iu-
ri & rationi.

E contrario autẽ ſi vniuerſitas in
44 ſuis ſtatutis renuntiat † beneficio iu-
risfirmarũ, & huic recurſui ad curiam
Iuſt. Arago. nil agit, nam non obſtan
te tali ſtatuto, poteſt fieri electio iuris
firmæ, imo obtineri firma graua. fien
dorum, quia in pręiuditium ſuperio-
45 ris non poteſt inferior † tollere ius re
curſus, & reſortis vltimi ſecundum
Bald. in cap. venientes de iur iur. ſic
fuit in iudicatum die 25. Febr. 1573. in
* proceſſu M. Garcia ſuper iurisfirma,
fuit enim deciſſum, nõ obſtãte ordina
tione comunitatis Darocæ, quæ tol-
lit omnem recurſum (dempta appel-
latione ad Reg. Aud.) a ſententia aſsi
ſtenti, & ſeſmarij, patere viã electio-
nis iurisfirmę ad cur. Iuſt. Arag. quia
non potuerunt ordinationes tollere
hunc recurſum, & idem fuit poſtea iu
* dicatũ in proceſſu Iuratorũ de Tor-
nos ſup. iurisfirma mẽſe Nouẽb. 1603.

CAPVT Sextum.

§. I.

SVMMA EORVM quæ in hoc §. 1. Cap. 6. continentur.

1 *Firma iuris ſuper poſſeſsione, ceteris frequentior eſt, ac magis quotidiana.*

2 *Firmæ poſſeſſoriæ ad inſtar interdictorum ferè rediguntur.*

3 *Poßidere, comodius eſt quam petere.*

4 *Dominij probatio difficilis eſt.*

5 *Interdicta de iure ſunt, quædam ſolenmnes verborum conceptiones, quibus prætor aliquid fieri iubebat, aut prohibebat, maximè vbi de poßione, vel quaſi contendebatur.*

6 *Interdicta, de iure remedia poſſeſſoria dicuntur.*

7 *Interdicere, idem eſt, quod prohibere, ac vetare, & numero. 49.*

8 *Interdictum eſt, quo prætor aliquid iubet, aut vetat, non perpetuo, ſed ad tempus donec plenore iuditio de iure petitorij quæratur, quaſi interim dictum.*

9 Litis

9 *Litis pendentiæ proceſſus ſiue tenutæ, de quo in hoc regno, in Caſtella interim, in Francia vero recredentia appellatur.*

10 *Interdictũ, ab edicto differt, tamquam ſpeties à genere.*

11 *Actiones in factũ vtiles interdictorum loco hodie introductæ ſunt, quibus recta via apud competentem Iudicem vteremur, quæ dicuntur extraordinariæ vt nu. 12.*

13 *Interdicta olim impropiè actiones dicebantur, & largo ſumpto vocabulo.*

14 *Interdicta, ſicut in rẽ ſcripta dicuntur, ita et actiones pro eis competentes in rem ſcriptæ dici debent.*

15 *Interdicta cõpetũt etiã pro perſonalibus preſtationibus.*

16 *Interdictorum cõceptiones, formulæ, ac verba ſolemnia, hodie in vſu non ſunt.*

17 *Interdictũ hodie diffinitur vt ſit actio in factũ vtilis, per quam petimus poßeßionem.*

18 *Actionis nomen vbi deficit, ibi actio in factum datur, quę vtilis dicitur.*

19 *Interdicta, aut exhibitoria ſunt, aut probibitoria, aut reſtitutoria, et quæ ea ſint nu. 20. 21. et 22.*

23 *Interlocutoria iudicis in vim fori A vezes tit. de appræben. facta, ad reſtitutoria interdicta pertinere videtur. Sed melius dic ad probibitoria vt nu. 24.*

25 *Interdicta; aut adipiſcendæ ſunt poſſeßionis, aut retinendæ, aut recuperandæ.*

26 *Interdictum retinendæ poſſeßionis probibitorium eſt, quale eſt, vti poßidetis, quod poſſeſſoriũ plenarium aliâs dicitur.*

27 *Interdictũ retinendæ quandoque principaliter proponitur reſpectu ſui ipſius, non habito reſpectu ad aliud iuditium: quandoque vero lite pendente ſuper proprietate.*

28 *Poſſeßionis cauſa, à proprietate ſeparata eſt, & proprietatis cauſam præſuponit, cum ad eam ordinetur, vt num. 29. & vt ſciatur quis reus, quis vè actor ſit.*

30 *Iuditium poſſeſſorium ſolum de per ſe nulla lite ſuper proprietate mota tractari poteſt, & quandoque lite pendente ſuper proprietate proponitur, vt numero 31.*

32 *Poſſeßionẽ melius probans poſſeſſor declarabitur, vt n. 35*

 & reus

& reus efficitur, aduerſari⁹
vero actor, non conſiderato
quis prius ad iudicium pro-
uocauerit vt num. 33. quomuis
quo ad effectum & ſubſtan-
tiam ſecus ſit vt num. 34.

36 Probationes partiū vbi pa-
res ſunt in hoc iudicio plena
rio, quis obtinere debeat va-
riæ iudicatum eſt, & nu. 37.
ſed verius eſt, eum obtinere
debere, in quē iudicis animus
ſecundum Deum magis incli-
nat, vt nu. 38. & prædicta om
nia intellige vt nu. 39. et 40.

41 Iudex ratione ſcandali eui-
tandi rem ſequeſtrat, ſiue an-
te litem ceptam, ſiue poſt, et
nu. 42. et 94. et etiam ſine
ſcandalo vt nu. 50.

43 In iudicio poſſeſſorio ſum-
mario non poteſt pronuntia-
ri, neutri poſſeſſionem eſſe
ad iudicandam, nam aliás in
plenario, quis actor quis vē
reus eſſet ignoraretur.

44 Poſſeſſorium ſummarium,
preparatoriū dicitur iudicij
poſſeſſorij plenarij, & ad id
ordinatur, & num. 45.

46 Summarium poſſeſſorium
dicitur, quia natura negotij
exigit vt ſumariê proceda-
tur, & ſolum lite pendente
præiuditium adfert, & ob
id momentaneum appellatur.

47 Summariū poſſeſſoriū, ple-
nam probationem non requi-
rit, nec libellum, nec litis con
teſtationem.

48 Differentia traditur inter
interdictum vti poſſidetis, &
poſſeſſorium ſummarium.

51 Pars in hoc iuditio non ob-
tinebit niſi expræſſê articu-
let, & probet ſe eſſe in poſ-
ſeſſione, vel quaſi, & nu. 59.

52 Manutenentia contra tur-
bantem concedenda eſt con-
ſtito de turbatione & poſ-
ſeſſione, cum clauſula, vel ſi
quas &c. non vero de præ-
ciſſo vt nu. 53.

54 Forus ad noſtrum titulo de
apprœhen. explanatur.

55 Quoties duo contendunt ſu-
per poſſeſſione fundi, ſolet
pars, quæ prætendit ſe poſ-
ſidere, recurrere ad iudicem,
libellum offerendo, & poſ-
ſeſſionem deducendo, â tem-
pore oblati libelli, & ſic hoc
iuditium ſummarium ſimili-
ter intrare.

56 Traditur in praxi tertius
etiam modus intrandi huiuſ-
modi iuditium poſſeſſorium
ſummarium.

57 Poſſidēs ſi ab aliquo turbe-
tur, vel turbari timeat pōt im
plorare

Digitized by Google

plorare iudicis officium de plano, vt illum prohibeat, aut vim fieri vetet, limita vt num. 58.

60 Recurrens ad iudicem, neceſſario coram eo firmare tenetur de directo, de ſtãdo & parendo iuri, deq; iudicato ſoluendo.

61 Firmanti ſuper poſſeßione, litteręq; inbibitoriæ, ſiue iuris firma poſſeſſoria cõcedũtur, quas nõ ſolũ Iuſtitia Arag. & eius Locumt. verũ & quilibet Iudex cõcedere poteſt.

62 Pars inbibita per firmã poſſeſſoriam, ſi coram iudice inbibente compareat, & rationes offerat, in citationem inbibitionem ipſam reſoluit.

63 Duo ſuper poſſeſſione contendere dicuntur, quãdo inbibitus vltra allegationem rationũ, dat cautionẽ de ſtando & parendo iuri, offertq; cõtrariam iuris firmam ſuper poſſeſſione, nec vna pars eo caſu plus iuris habet, quã alia.

64 Offerens contrariam iurisfirmam ſuper poſſeſſione, ſi aliquos actus contrarios iurisfirmæ ſibi præſentatæ faciat, de vi turbatiuã non tenetur, nec iurisfirmæ fractor dicitur declara vt nu. 66.

65 Nemo ius ſuum in defenſum ante ſententiã derelinquere tenetur.

67 Fidantia iuris neutri parti admittitur, quãdo vtraq; ſimul, dicit ſe poſſidere, & firmauerit de directo.

68 Partes nõ poſſunt accuſari vt fractores, quãdo inbibitus comparet, & dat rationes & firmat, quia neutri recipitur ſecus ſi nõ firmat, & ibi traditur elegans differentiæ ratio & num. 69.

70 Fundamentum harũ inbibitionum, quę fiunt ſuper iudicio retinendę poſſeſſionis, poſſeſſio eſt.

71 Iudicium poſſeſſorium iuris firmarum practicatur, & ducitur communiter ſecundum foros antiquos.

72 Inbibitus offerens rationes, & firmans, ad hoc vt aliquid facere poßit cõtra inbibitionem, num teneatur expectare quod admittatur ad cõtra firmandũ, dubitatur: et nõ teneri reſoluitur, et n. 73. et 84.

74 Appellans ſi aduerſarium ſpoliat, appellationi renunciare dicitur.

75 Poßidere qui vere præſumitur, non dicitur attentare, ſed potius poſſeſſione, quam

 prius

prius habebat vti, & nu. 76. & 77. limita niſi poſſeſſio capta eſſet lite pendente, vt n. 78. & ſub limita vt n. 79.

80 *Contrafirmantem antequã ad id admittatur, poſſe facere aliquos actus contrarios, vel non, à futuro pendet euentu.*

81 *Inhibitus firmans, ſolet ſemper probare contenta in ſua firma.*

82 *Iudex, inhibitum non admittit ad contrafirmandum, vbi ius fortiter reſiſtit, niſi iuſtificet ſuam poſſeßionem priuilegio, vel immemoria'i, nec antea actus inhibitioni contrarios facere poteſt, quod intellige vt num. 83.*

85 *Contrafirmans doloſè & ſine aliquo iure, ſi aliquos actus faciat inhibitioni contrarios, tanquam fractor inhibitionis punitur, & nu. 86.*

87 *Declaratio qua quis petit admitti ad contra firmandũ, ad maiorem cautelam fit.*

88 *Inhibitus per iuris firmã, ſi poſt tempus in ea præfixum compareat, vel poſt tempus contra firmet nihil agit, nec ſuam poſſeßionem cõtinuare poteſt, et ibi ratio traditur.*

89 *Inhibito comparente et firmante, ſi Iudex dubius ſit cui poſſeßionẽ adiudicet, debet illicò intrare iudicium ſumarißimũ, in quo tractetur, quis interim poßidere debeat.*

90 *Excluſus à remedio contra firmandi, continuare poſſeſſionem, quam allegat non poteſt, nec actus contrarios inhibitioni facere.*

91 *Inhibitum non admittere ad contra firmandum in effectu idẽ eſt, quod adiudicare poſſeſſionem interim primo firmanti et num. 97.*

92 *Inhibitum admittere ad contra firmandum, eſt ambobus poſſeßionem adiudicare.*

93 *Duo inſolidum eandem rem poßidere nequeunt.*

95 *Excluſus à contra firmando, remanet inhibitus, ne aliã partem moleſtet.*

96 *Comiſſarius curiæ, lata ſententia in poſſeſſorio, citatur ab eo qui obtinuit, ad reddendum computa.*

98 *Sententia, per quam pronunciatur vti poſsidetis &c. per quã poſſeßio nec datur, nec aufertur, iniuſta videtur.*

99 *In iuditio poſſeſſorio ſumariſsimo nõ poteſt pronũciari neutrã partiũ &c. quãuis in plenario poſſeſſorio ſecus ſit, vt num. 100. vbi ratio differentiæ*

rentiæ

rentiæ accuratè explicatur num. 101. 110. 111. & 112.

102 *Partes ſi volunt in iuditio iurisfirmarũ procedere ſecũdũ foros antiquos, poſſũt ſi id cõſentiũt, & ſi procedãt iuxta forũ Adnoſtrũ traditur praxis tribunalium d. n. 103.*

104 *Admittere, vel non admittere ad contra firmandum, ſolum in curia Iuſtitię Arag. practicatur.*

105 *Differentia traditur inter tribunalia Regiæ Audientiæ, & aliorum inferiorum, & curiæ Iuſt. Arag.*

106 *Cõtrafirma oblata, & reſoluta prima firma in citatiõnẽ, vnaquæq; pars poteſt ſuã poſſeſsionem continuare.*

107 *Ad contrafirmandum nõ admiſſus, cenſetur excluſus à beneficio reorum, & remanet merus actor.*

108 *Iudex, qui admittit inhibitũ ad cõtra firmandum, partibus poſſeſſionem non ad iudicat, ſed declarat, neutri dãdã, quod idẽ eſt ac dicere, vti poſsidetis ita poſsideatis.*

109 *Contrafirmans ad hoc vt admittatur nihil probare tenetur, ſed ſufficit allegare ius æquale iuri firmanti.*

113 *Admiſſo inhibito ad cõtra firmandum, aſsignatur partibus ad probandum, & melius probãti adiudicatur poſſeſſio, & firma recipitur, & ibi de intellectu obſ. item nota de fideiuſſ. num. 114.*

115 *Firma ſolũ recipitur vel repellitur in plenario poſſeſſorio, quãdo plenè de poſſeſsione cognitum eſt.*

Cap. 6. §. 1.

EX beneficio & cõmodo poſſeſsionis, quorũ multa connumerat Corraſ in l. naturaliter. §. nil comune. ff. de acq. poſ. facilè eſt colligere † hanc iurisfirmã, hãc inhibitionẽ, frequentiorẽ, ac magis quotidianã, & familiarẽ eſſe alijs omnibus, cuius præſidio poſſeſſores tuẽtur, ac conſeruantur in ſua poſſeſsione, & liberãtur ac præſeruãtur à mille violentijs, quæ temeritate multorũ inferuntur; & quia hæ iurisfirmæ, & inhibitiones poſſeſſoriæ, de quibus futurus eſt ſermo, ferè ſunt † idem, quod interdicta iuris communis, vel ſaltim illis ſimilia ſecundũ Ruin. conſ. 28. n. 4. in 4. vt ex inferioribus patebit, ideo ab origine materiam hãc deducendo, & vt appareat origo, & principium harum inhibitionum poſſeſſoriarũ, ſupponi oportet, quod commodiũs eſt poſsidere, † quam petere §. retinendę inſtitũta de interd. adeò quod eos qui poſsident, beatos appellauerit Accurſius in §. ſi ter., vel plures de pace tenend. & eius Viol. in feud. & inter nouẽ cõmoda poſſeſsionis, quę adducit Corraſius in prælndijs ad d. §.

nil comune. num. 7. illud vnum eſt, quo poſſeſſio grauat onere probandi aduerſarium l. circa de probat. l. liberis §. fin. delib. cauſa l. ob maritorũ C. ne vxor pro marito c. ex literis iuncta glo. fin extra de prob. quod idem eſt in quaſi poſſeſsione, quæ releuat ab onere probandi d. l. circa, ita tamen ſi poſſeſsio bona fide habita ſit, ſecus ſi mala l. igitur §. poteſt. ff. delib. cauſ. l. eamquæ vbi Bald. C. illo titulo. cum igitur propter hæc, & alià commoda poſſeſsionis, indiès ſuper poſſeſsione orirentur lites inter partes, ne tenerentur ad dominij pro

4 bationem, que dificilis † eſt, l. cum res vbi glo. in vacuã C. de prob. ideo prætor, ſuper poſſeſsionibus ad iudicandis, & examinandis interdicta proponere cæpit §. 1. de interd. ſequutus æquitatem legis ęquiſsimũ. ff. de vſufruct. quorum diuerſa fuit olim, & eſt hodie natura, olim enim interdicta erant, quedam formatæ, ac ſolem-

5 nes † verborum conceptiones, quibus prætor aliquid fieri iubebat, aut prohibebat, maxime cum depoſseſsione, aut quaſi poſſeſsione contendebatur §. 1. init. de interd. in tantũ, quod qui cadebat a ſyllaba dictarum formularum, cadebat a tota cauſa, l. 2. C. de formul ſublat. & dicuntur de

6 iure † interdicta, remedia poſſeſsoria, quia ſuper poſſeſsione reddebantur, §. 1. de interd. licet aliqua ſint, quæ proprietatis cauſam contineant, dicta. l. 2. §. quedam. l. 1. §. meminiſſe ff. de aqua quotidi. & ęſti. & ob iſta ſecundum aliquos, dicebantur hæc remedia poſſeſſoria, interdicta, quaſi inter duos dicta § ſumma verſ. fin. de interd. inſt. at ſecundum aliquos quaſi ab interdicendo d. §. ſumma verſ. ſunt tamẽ, nam interdicere † eſt pro-

7 hibere, ac vetare ſecundum Didacum in c. alma mater 2. relectio. 5. part. §. ſic interdicti dicuntur, quibus fit prohibitio l. relegatorum §. interdicere ff de interd & releg. ſic interdicitur alicui arte ſua. l. vltim ff. de pen. & interdicitur aduocatione l. imperator de poſtul, verum hæc ſunt potius alluſiones vocabuli, ſeu vocis ſimilitudines, quam vera dictionis diffinitio, ſecundum Couarr in pract. cap. 17. nu 1. ſicut de teſtamẽto dicit Imperator in §. 1. de teſtamẽtis inſt. & ideo aliter difiniunt Couarr. vbi ſupra Andreas, Alciatus lib. 3. parerg. cap. 15 & Corraſ in l. vltim. §. nil comune 2. part. num. 20. Minſig. in pręludijs §. 1. de interd. ſecundum quos,

8 interdictũ eſt, quo † prætor aliquid iubet, vel vetat, non perpetuo, ſed ad tempus, donec pleniore iudicio de iure petitorij queratur, quaſi interim dictum, interdicere enim ſecundum Corraſ & Didacum idem eſt, quod interim dicere, idque multis aut ꝛoritatibus comprobant, vnde Corraſ. in d. loco dat intellectum ad §. ſumma in fin. ibi inter duos de interd. inſtit. vt dicamus interim, prout in nouis & caſtigatioribus codicibus legitur. Et ampliando ſupra dicta, procedunt nõ ſolũ in illis interdictionibus, quę fiunt interim idest donec in pleniore iudicio de iure petitorij queratur, vt in interdicto vti poſsidetis ſed eciã in illis quæ fiunt pẽdente iudicio poſſeſſorio plenario, & donec de illo cognoſcitur, & ſuper eo diiudicatur, vt in illo interdicto, quod communiter in Hiſpania dicitur *interim*, de quo Couarr. d. c. 17. in Francia *recredentia*, in Regno † *tenuta* ſeu *articu-*

9 *lus litis pendentiæ*, hec eſt dum lis pendet ſuper poſſeſſorio plenario, nã hęc omnia interdicta ſũt, ſiue quia inter duos dicutur ſiue ab interdicendo, ſiue quia interim, & ad tẽpus, nõ perpetuo interponuntur, vt ſupra vidiſti.

Ex his

10 Ex his apparet interdicta † ab edi
ctis differre, vel tamquã ſpecies a gene
re glo. interdictum in l. prætor ait §.
1. de oper. no. nun. vel ex eo, quod in-
terdicta ad partium petitionem à prę
tore reddebeantur, edicta vero ſola
equitate ſuadente à prætore proponę-
bantur in albo, iuris ſtatuendi cauſa,
nemine inſtante l. 2 §. eodem tempo-
re de origi. iuris, vt benè explicat Cor
raſ. vbi ſupra num. 21. ad fin.

Poſtea verò ne ſemper a mero prę
toris officio dependeremus, (ſublata
illa antiqua formula verborũ l. 1. & 2.
C. de formul. ſublatis) interdictorum
loco introductæ ſunt actiones in fac-
tum vtiles, † quibus recta via apud
11 competentem iudicem vteremur l.
pen. C. de interd §. fin. inſt. eod. to-
to titulo de interd. ſeu extra ord. ac-
tio. interdictorum tamen nomine, &
natura retentis, vt mixto Imperio
expidirentur, cum in alijs actionibus,
& iudicijs ſeparetur iuriſdictio, à me-
ro Imperio exequutionis, quod fieri
potuit §. appellamus de actionibus
inſt §. 1. de fideico. hereditati.

12 Iſtę autem actiones dicũtur † extra
ordinarię, quia extra antiquum illum
ordinem, & ſolemnitatem recta via
actionem proponimus coram iudice,
qualia ſunt hodie omnia iuditia d. §.
fin. ita intelligitur. l. incerti vbi glo.
competentibus C. de interd. Eſt tamẽ
aduertendum, quod olim etiam daba
tur actio à prætore, ex cauſa tamen
interdicti, cum poſt interdictum iu-
dicia ſuſtinebat, vt colligitur ex d §.
13 fin. & ſic antiquitus interdicta † actio
nes dicebantur, impropiè tamen, &
largè ſumpto vocabulo l. pecuniæ
§. perſequutionis de verbor. ſignifi.
l. actionis verbo de actio. & oblig. l. 1.
in fin. ff. vti poſsid. & per titulum de
interd. & extra ord. actio. ſed tamen
hodie, quia recta, & comuni via ac-
tiones loco illorum intentantur, non
ex vlla cauſa interdicti prius redditi,
cum non reddantur hodie, ſed per in
de agatur, atque olim apud Roma-
nos, poſt cauſam interdicti, propiè ac
tiones dici poterunt de iure.

Ex his aliqua inferri poſſunt, pri-
mo, quod ſicut interdicta in rem † ſcri
14 pta erant, l. 1. in fin. ff. de interd. ſic
& actiones, quæ loco illorum dantur
in rem ſcriptę erunt. Secũdo infertur,
quod cum interdicta merè realia non
15 ſint, ſed in rem ſcripta, † dabuntur
etiam pro perſonalibus præſtationi-
bus, c. querellã de electione. cap. ſicut
de ſent. & reiudi. comunis canoniſta
rum opinio ex Abb. Inno. cap. per
uenit de cenſibus, nu. 3. & ſeruari in
practica dicit Ripa in l. 2. n. 3. ff. quor
bon. licet contrarium teneant legi
ſtę cum Menoch. de recup. poſ. reme-
dio. 1. nu. 87. de quo latius infra, cu-
ius ratio eſt, nam licet interdicta ad
poſſeſsionem, & contra corporum
poſſeſſores dantur, l. 2. ff. quo. bon.
id non obſtat, quia in perſonalibus prę
ſtationibus quidam ſtatus datur. d.
c. querellã, qui loco quaſi poſſeſsionis
habetur, ad quam benè dantur inter
dicta. d. §. 1. inſt. de interd. vide An-
gel. in §. 1. num. 2. verſ. in glo. qua-
ſi poſſeſſeſsione inſtituta de inter-
dictis Corraſ. in d §. nil comune par-
te. 1. nu. 14. & infra latius.

Colligitur ex his, interdicta cum
illa verborum ſolemnitate, & formu
16 lis iam † non eſſe in vſu d. §. fin. con-
tra Angel. & Fabrum in d. §. 1. contra
rium dicentes, prout refert glo. mag-
na in d. §. 1. licet in effectu remaneat,
cum loco illorum detur iſtę actiones
vtiles in factum, quare hodie nihil
aliud erit interdictum, quam actio
iſta pretoria in factum vtilis, & ſic po
terit definiri, interdictum attento ho
17 dierno iure, vt ſit actio † in factum vti

lis; per quam petimus poſſeſsionem; Actionē dixi in factū, quia ex quatuor generibus actionum in factum, quæ ponit glo. magna in d §. fin. vnum datur ex omni edicto vel interdicto prætoris, vbi ſpecialis actio non datur vt in d. §. fin. nam vbicumque nomen
18 actionis deficit † actio in factum nominatur l. 1. 2. 3. l. quia actionum. ff. de præſ. verb. vtilis dicitur l. quoties illo titulo, quia cum ex directis verbis prætorijs non detur, directa dici non poteſt, quia tamen ex legitima interpretatione datur iuxta l. nā vt pædius ait ff. de legibus l. 3. §. 1. ff. de neg. geſt. vtilis propterea dicitur, dixi poſſeſsionem petimus; quia interdicta ad ſolam poſſeſsionem, vel quaſi poſſeſsionem præcipuè dantur, d. §. 1. inſt. de interd. vt ſupra dixi.

Quot autem ſint hæc interdicta ſiue remedia poſſeſſoria, variè hucuſq; cenſitum legimus apud Canoniſtas comuniter in c. paſtoralis de cauſa poſ. & pro. Alex. Rip. & alios in §. nil comune Menoch. in ſuo tract. de adipiſc. in principio, & per totum Gomez in l. Tauri. 45. n. 127. Corraſ. in d. §. nil comune 1. p. n. 13. Azo. in ſumma C. de interd. Maranta de ordi. Iud. 4. p. diſtinc. 7. n. 2. additio ad Azonem, vbi bona remiſsio, & vt videbis apud eos, plures dantur diuiſiones, ſicut & plures ſunt ſignificationes, quare omiſsis illis diuiſionibus, quas adducit Azo. dica-
19 mus, † quod interdicta aut exhibitoria ſunt, aut prohibitoria, aut reſtitutoria, l. 1. §. interdictorum autem. ff. de interd. §. ſumma eodem inſt. exhi-
20 bitoria dicūtur, per quę † pretor iubet exhiberi, veluti eum de cuius libertate agitur, aut libertum, cui patronus operas interdicere velit, aut parenti liberos, qui in eius poteſtate ſunt, & hoc interdictum eſt illud, quod practicatur in regno de manifeſtationibus perſonarū, vt in capite 1. latè, de quo hîc non eſt futurus ſermo.

21 Prohibitoria † ſunt, quibus prætor vetat aliquid fieri, veluti vim fieri poſsidenti ſine vitio, vt interdictum vti poſsideris l. 1. ff. vti poſsid. quod quidē interdictum inter duplicia interdicta connumeratur l. 2. in principio de in interd. §. pen. inſt. eodem & ad rem familiarem expectat d. l. 2. §. hæc autem, & de hoc interdicto, ſeu remedio poſſeſſorio eſt materia noſtra.

22 Reſtitutoria † interdicta ſunt, quibus prætor iubet aliquid reſtitui, veluti bonorum poſſeſſori, poſſeſsionem eorum, quæ quis pro herede, aut pro poſſeſſore poſsidet, ex ea hereditate aut cum iubet ei, qui vi de poſſeſsione fundi deiectus eſt, reſtitui poſſeſsionem. §. ſumma inſt. de interd. huiuſmodi ſunt, interdicta adipiſ. poſſ. d. §. ſumma & §. adipiſcendæ eodem titu. cuius plures ſunt ſpecies, vt per Menoc. de adipiſ. poſ. & ad hanc ſpeciem interdictorū expectat ſecūdū aliquos foriſtas illa interlocutio Iudicis, per quam in proceſſu apræhenſionis in
23 vim fori A vezes † de apræhenſ. iubetur reſtitui hæredi poſſeſsionē bonorum hæreditatis, & quæ fuerunt defuncti, licet mihi magis placeat, quod illa interlocutio, illud interdictum ſit retinendæ poſſeſsionis, & ſic
24 † prohibitorium, quia non eſt hæres ſine poſſeſsione, licet in ea turbetur, ex quo, beneficio illius fori ad eū ipſo iure tranſlata eſt ciuiliſsima poſſeſſio, ſine aliquo actu vero, vel ficto ſola legis voluntate vt in l. 45. Tauri. quapropter dicēdum videtur, ibi agi de cōſeruanda, non vero adipiſcenda poſſeſsione de his alibi.

Interdictū etiā recuperandæ poſſ. d. §. ſumma §. recuperandæ eodem, cuius

cuius etiam plures ſunt ſpecies, vt per Meno. de recuper. poſſ. & huiuſmodi reſtitutoria interdicta inter ſimplicia interdicta connumerãtur. d. l. 2. §. 1. & §. penult. inſt. eod. & ſpectant etiã ad rem familiarem d. l. 2. §. hæc autẽ ff. eod. ſed quia diuiſio iſta ab effectu petita eſt ſecundum Mynſing. in §. ſumma eod. ideo aliter diuiſio facieda
25 eſt, vt interdicta aut † adipiſcẽdę ſint poſſeſsionis, aut retinẽdę, aut recuperandæ. d. l. 2. §. hæc autem de interd. §. ſequens inſtituta eodem vbi glo. quam diuiſionem ſequuntur communiter DD.

Quibus non obſtabit, ſi ſecundum Corraſ. in d. §. nil comune. 1. part. numer. 13. dicas, eſſe aliud, & quartum interdictum, quod conſeruãdæ poſſeſſionis appellatur, quale eſt Carbonianum de quo in l. 1. C. de Carb. edicto. l. 3. §. miſſum. ff. illo titulo. Nam præter ſolutionem Alex. de qua ibi, dico eſſe extraordinariũ quoddam remedium, ſeu interdictum, cuius nulla habetur ratio, aut conſideratio, argumẽto. l. 4. §. 1. de fidei lib. nec in conſequentiam trahi debet gloſſa. fin. in l. poſt quam liti C. de pactis per illum textum.

Cum igitur agendum nobis ſit de iudicio poſſeſſorio retinendę, poſſeſ-
26 ſionis, quod † prohibitorium eſt, cum per illud prohibeatur vim fieri ſine vitio poſsidenti quale eſt, interdictum vti poſsidetis, quod poſſeſſorium plenarium aliàs dicitur, ad differentiam alterius poſſeſſorij ſummarij, & præparatorij, de quo hic etiam agendum eſt: ideo oportet aduertere, quod iudiciũ retinẽdæ poſſeſsionis, quod interdictum vti poſsidetis eſt, vbi de poſſeſſione ſoli agitur. eſtq; plenarium poſſeſſorium, quandoque principaliter
27 † proponitur reſpectu ſui ipſius, non habito reſpectu ad aliud iudiciũ, quandoque vero lite pendente ſuper proprietate, ac verè poſſeſsionẽ propriã, & veram reſpicit, de eaq; & ſuper ea pronuntiandum eſt in eo, iuxta. l. 1. §. hoc interdictum. ff. vti poſſid. *Hoc* inquit *interdictum de ſoli poſſeſsore ſcriptum eſt, quem potiorem prætor in ſoli poſſeſsione habet; eſt que prohibitorium ad retinendam poſſeſsionem*, & deinde ſubdit *huius autem interdicti proponendi*
28 *cauſa hæc fuit, quod † ſeparata debet eſſe poſſeſsio à proprietate, fieri enim poteſt, vt alter poſſeſſor ſit, dominus non ſit, alter dominus quidem ſit, poſſeſſor vero non ſit, fieri etiam poteſt, vt & poſſeſſor idem, & dominus ſit*. vides lector amantiſsime quomodo hæc cauſa poſſeſſoria diuerſa eſt, & ſeorſum debet expediri à cauſa proprietatis, verũ dicet aliquis non ſine ratione, licet debeat hoc iudicium ſeparatim tractari à cauſa proprietatis, quia ſimul non poſſunt tractari propter ordinem iudicij l. ordinarij C. rei vend. d. cap. cum dilectus de cauſ. poſ. & propi. glo. ver. à proprietate in d. l. 1. præſupponit tamen quæſtionem propietatis, † & ad eam videtur illud ordi-
29 narii, & illius cauſa proponi, vt ſciatur, quis reus quis vè actor ſit, vt in d. glo. & §. retinendæ. inſt. de interd. verum reſpondendo dico, quod licet iudicijſ hoc ſit ordinatũ ad iudiciũ proprietatis vt dixi, & infra latius, tamẽ
30 poteſt tractari † nulla lite ſup proprietate mota. & videmus quotidie ſuper ſola poſſeſsione contendi, nulla lite petitorij exiſtente, & ita in d. l. 1. §. eſt igitur, cauetur, quod *hoc interdictum quod vulgo vti poſsidetis appellatur, retinendæ poſſeſsionis eſt, nã huius rei cauſa redditur, ne vis fiat ei, qui poſsidet*. Ex quibus apparet, quod poteſt ſolum, non mota lite proprietatis diſcuti, vt declarat Couarr. pract. q. quæſt. 17. num. 1. DD. in §. retinendę inſt. de interd.

Alduncię de Ferreyra Comiriſſę de Fuentes virtute cuiuſdam obligationis (quę de ſe non erat priuilegiata tamen in ea renuntiabatur firmę) non
* obſtante firma, vide in proceſſu dominę Alduntię de Ferreyra ſuper executione & captionaria anno 1594. in Reg. Aud.

Verum tamen eſt, quod in curia Iuſtitię Arago. eodem anno 1594. fuit data firma villę de Fuentes, in qua cauebatur, ne virtute obligationis non guarentigię, poſſet agi non obſtâte firma, (in ea enim erat firmę renũtiatum, vt dixi) & fuit habitũ pro côſtanti per aliquos Locumtenentes
43 (nam ego contrarium ſemper dixi) † quod non poterat renuntiari benefi-
* cio firmę. vide in illo proceſſu Iurat. de Fuentes ſuper iurisfirma eodem anno. 1594. ſed ſequẽda eſt prima opinio Reg. Aud. quã ego ſequutus ſum ſemper. cum ſit magis conformis iuri & rationi.

E contrario autẽ ſi vniuerſitas in
44 ſuis ſtatutis renuntiat † beneficio iurisfirmarũ, & huic recurſui ad curiam Iuſt. Arago. nil agit, nam non obſtante tali ſtatuto, poteſt fieri electio iuris firmę, imo obtineri firma grauaminum, quia in pręiuditium ſuperio-
45 ris non poteſt inferior † tollere ius recurſus, & reſortis vltimi ſecundum Bald. in cap. venientes de iur iur. ſic fuit in iudicatum die 25. Febr. 1573. in
* proceſſu M. Garcia ſuper iurisfirma, fuit enim deciſſum, nõ obſtâte ordinatione comunitatis Darocę, quę tollit omnem recurſum (dempta appellatione ad Reg. Aud.) a ſententia aſsiſtenti, & ſeſmarij, patere viã electionis iurisfirmę ad cur. Iuſt. Arag. quia non potuerunt ordinationes tollere hunc recurſum, & idem fuit poſtea iu-
* dicatũ in proceſſu Iuratorũ de Tornos ſup. iurisfirma mẽſe Nouẽb. 1603.

CAPVT Sextum.

§. I.

SVMMA EORVM quæ in hoc §. 1. Cap. 6. continentur.

1 *Firma iuris ſuper poſſeſſione, ceteris frequentior eſt, ac magis quotidiana.*

2 *Firmæ poſſeſſoriæ ad inſtar interdictorum ferè rediguntur.*

3 *Poßidere, comodius eſt quam petere.*

4 *Dominij probatio difficilis eſt.*

5 *Interdicta de iure ſunt, quædam ſolenmnes verborum conceptiones, quibus prætor aliquid fieri iubebat, aut prohibebat, maximè vbi de poßione, vel quaſi contendebatur.*

6 *Interdicta, de iure remedia poſſeſſoria dicuntur.*

7 *Interdicere, idem eſt, quod prohibere, ac vetare, & numero. 49.*

8 *Interdictum eſt, quo prætor aliquid iubet, aut vetat, non perpetuo, ſed ad tempus donec plenior iuditio de iure petitorij quæratur, quaſi interim dictum:*

9 Litis

9 *Litis pendentiæ proceſſus ſiue tenutæ, de quo in hoc regno, in Caſtella interim, in Francia vero recredentia appellatur.*

10 *Interdictũ, ab edicto differt, tamquam ſpecies à genere.*

11 *Actiones in factũ vtiles interdictorum loco hodie introductæ ſunt, quibus recta via apud competentem Iudicem vteremur, quæ dicuntur extraordinariæ vt nu. 12.*

13 *Interdicta olim impropiè actiones dicebantur, & largo ſumpto vocabulo.*

14 *Interdicta, ſicut in rẽ ſcripta dicuntur, ita et actiones pro eis competentes in rem ſcriptæ dici debent.*

15 *Interdicta cõpetũt etiã pro perſonalibus præſtationibus.*

16 *Interdictorum cõceptiones, formulæ, ac verba ſolemnia, hodie in vſu non ſunt.*

17 *Interdictũ hodie diffinitur vt ſit actio in factũ vtilis, per quam petimus poſſeſſionem.*

18 *Actionis nomen vbi deficit, ibi actio in factum datur, quę vtilis dicitur.*

19 *Interdicta, aut exhibitoria ſunt, aut probibitoria, aut reſtitutoria, et quæ ea ſint nu. 20. 21. et 22.*

23 *Interlocutoria iudicis in vim fori A vezes tit. de appræ ben. facta, ad reſtitutoria interdicta pertinere videtur. Sed melius dic ad prohibitoria vt nu. 24.*

25 *Interdicta, aut adipiſcendæ ſunt poſſeſſionis, aut retinendæ, aut recuperandæ.*

26 *Interdictum retinendæ poſſeſſionis prohibitorium eſt, quale eſt, vti poſſidetis, quod poſſeſſoriũ plenarium aliàs dicitur.*

27 *Interdictũ retinendæ quandoque principaliter proponitur reſpectu ſui ipſius, non habito reſpectu ad aliud iuditium: quandoque vero lite pendente ſuper proprietate.*

28 *Poſſeſſionis cauſa, à proprietate ſeparata eſt, & proprietatis cauſam præſuponit, cum ad eam ordinetur, vt num. 29. & vt ſciatur quis reus, quis vè actor ſit.*

30 *Iuditium poſſeſſorium ſolum de per ſe nulla lite ſuper proprietate mota tractari poteſt, & quandoque lite pendente ſuper proprietate proponitur, vt numero 31.*

32 *Poſſeſſionẽ melius probans poſſeſſor declarabitur, vt n. 35*

de foro ſua poſſeßione, ſed contumacia inhibiti eſt quæ priuat.

23 *Quoties inhibitio contra iudices ſeculares danda eſt, ad impediendam executionem inſtrumenti priuilegiati, dari debet in forma priuilegiata, ſi vero contra ſtatutum, aut legem, cũ clauſula & ſi quas, vt num. 24.*

25 *Contra firmare ſolum permittitur in firmis poſſeſſorijs, non vero in titularibus, & caſualibus grauaminum fiendorum.*

26 *Firma concedenda non eſt, quãdo ſuper illo iure, in quo firma fundatur, alia lis pendet, quod ſi concedatur reuocari ſolet. vt num. 27.*

28 *Firma cõmiſſario curiæ concedenda, qualiter concipi debeat explicatur.*

29 *Firma etiã ad caſum conceſſa, nõ arctabit apprehẽſionẽ, nec ſẽtẽtiã in ea latã, nec caſũ aliquẽ magis priuilegiatũ.*

30 *Grauaminum factorũ firma, quamuis non impediat iudicẽ à quo, in cauſa procedere, tamen ſi proceſſus eſſet nullus, in cauſa procedere non poſſet, imo delinqueret, vt nu. 31.*

32 *Firma, quando fundatur in inhibitione iudicis eccleſiaſtici, debet concipi ad metas illius, aliàs reuocabitur.*

33 *Firmæ iuris, & inhibitiones incertæ, reuocari debent, & num. 34.*

35 *Verborũ generalitate vtens, velle circumuenire videtur.*

36 *Renuntiari beneficio iuris firmæ in criminalibus nõ poteſt, etiam cum iuramento, ſecus in ciuilibus, num. 40. & 42. & 43.*

37 *Actus probibitus principaliter in fauorem publicum, licet ſecundario in fauorẽ particularium, non firmatur iuramento.*

38 *Donatio facta à clerico eius concubinę, non firmatur iuramento.*

39 *Lex poteſt, ex iuſta cauſa prohibere iuramenta præſtãda, licet non præſtita.*

41 *Fœminarum dotes augeri, vel ſaltim conſeruari reipublicæ intereſt.*

44 *Statutum per quod renuntiatur beneficio iuris firmarum, in præiuditium curiæ Iuſtitiæ Aragonum nihil operatur.*

45 *Iudex inferior, in præiuditium ſuperioris non, poteſt tollere ius recurſus, & reſortis.*

ANTE-

§. II.

ANTEQVAM ab his iurisfirmis caſualibus grauaminum fiedorum expediamur, oportet in memoriam reducere aliqua, quæ in modum extrauagantium per manus fori ſtatum,&quaſi traditione circumferuntur, quotidie in praxi occurrentia.

Ab aliquibus iudicibus Regni prohibetur,in eorum ſuperioritatem, ſiue excellentiam, recurſus ad aliquem alium iudicem Regni, tam per viam appellationis,quam iurisfirmę, qua-
1 les ſunt dipputati Regni,† computatores computorum Regni,iudices reſidentiarum,qui cognoſcunt de delictis locorum,& officialium Iuſtitię Arag. qui antiquitus decem & ſeptẽ erant, hodie vero nouem, huiuſmodi malè ferunt,& fortitèr, maleq́; patiuntur,ſi eis præſentatur firma aliqua,maximè quia per foros,& actus curiarum omnis recurſus eſt ſublatus ab eorum geſtis, vide illos actus curię ſup. allegatos cap.3. §.2.& foros ſub tit.forus inquiſitionis,& actum curię,tit. que los Dipputados enlas cauſas que conocẽ, &c.fol.76.& alios actus curiarum de his loquentes, circa quod oportet te ſcire, quod ſi iſti officiales excedunt limites ſuę iuriſdictionis, ita quod in alijs ſe intromitunt, vel aliquid aliud faciunt contra foros, & libertates Regni, ex quo exceptio poteſt cõtra eos opponi,& haberi recurſus ad ſuperiorem cum excedant ſuã iuriſdictionẽ, vt habuiſti latè cap.5. §.6.poteſt contra eos dari,& prouideri † iurisfirma,
2 nam forales iudices ſunt, & tenentur ſeruare foros, & maximè ſi aliqua adſit nullitas in eorum ſententijs,quo caſu ſententia dici nõ poteſt, nec debet exequi,vt ſupra latę vidiſti cap.3.§.2. & cap.1.§.2.& ego vidi meis temporibus prouiſam quandam firmam contra nouẽ iudicãtes incauſa,vbi ego denunciatus eram, nam cum ille qui ma denuntiaſſet petiuiſſet aduocatos, & ipſi iudices aduocatos dediſſent, qui poſtea exonerando ſuam conſcientiã dixerunt, denuntiantẽ iuſtitiam non fouere,&ſic nolle ſe patrocinari eidẽ, & quia hoc nõ obſtante cõpellebatur
3 vnus per iudicantes,† muniuit ſe præſidio iurisfirmę,in qua omnia hęc narrabat,ne cõpelleretur patrocinari, & fuit ſibi prouiſa, & certè firma hæc eos arctaſſet,ſi foret pręſentata, verũ aduocatus colore compulſionis, & coactus,vt ipſe dicebat,magis tamẽ pecunia ductus, ſuſcepit aduocationis onus,ſine effectu aliquo,nã ſuccubuit, & ſic benè in his, & ſimilibus caſibus prouideri debẽt iſtęc iurisfirmę in omnibus caſibus, in quibus excedunt limites ſuæ iuriſdictionis,quia tunc iudices non ſunt,vt latius dictum eſt ſupra.§.6.hoc eod. cap.vbi habes fusè; illud certum apud me eſt, quod ſi iſti
4 iudices intra † limites ſuæ iuriſdictionis ſententiam ferrent,quę in meritis cauſę iniuſta foret, tunc vbi ſublatus eſt recurſus omnis; videtur quod non deberet dari firma,& inhibitio, vnde periculoſa eſt opinio exiſtimantium, quod contra cõputatores Regni poſſit prouideri firma, ſi aliquid iniuſtè volunt facere,veluti non admittendo in compotis aliquam partitam iuſtã, nam ſolent Locũtenentes dare firmã, per quã iubent eam partitam admitti,prohibentq́; executionẽ contra aliquem fieri ratione illius partitę, vide
* in proceſſu Don Franciſci de Moncayo,ſup.iurisfirma,anno 1594. Et in
* proceſſu Gõdiſalui Martinez de Marzilla, ſuper iurisfirma eodẽ anno, vel

ſequenti, & in proceſſu Prioris de Sancta Chriſtina, & aliorum ſuper iuris firma, anno 1583. Et vide in proceſſu Alphonſi de Villalpando, ſuper iurisfirma menſe Maij 1598. & in proceſ. Don Sanchij Hernando Abbatis Monaſterij de Pietra, & aliorũ ſuper iurisfirma 14. Iunij 1583. iſtæc namque firmę videtur periculoſæ, & puto malè eas dari, quia ſunt ſuper meritis cauſæ, in quibus eſt ſublatus recurſus non aliter, quam ſi ſuper meritis ſententię criminalis iniuſtę prouideretur firma, quod fieri nõ poſſe oſtenſum fuit. cap.1.§.2. vbi latè.

Et in his iurisfirmis grauaminum fiendorum tene pro regula, quod re-
5 gulariter non datur † firma fiendorum, niſi in caſibus in quibus daretur firma factorum, ſi eſſent facta grauamina.

Et ſemper iſtæc firmę diriguntur contra iudices, & ſi ſunt eccleſiaſtici nominatur arbiter. qui ſolet eſſe fiſcus, quod intellige de firmis, in quibus
6 eſt dubium facti, † verum ſi eſſet dubium iuris clari, non nominatur arbiter, ſed fit inhibitio de præciſſo, vt vidiſti ſupra cap.4.§ 5.num.11.

Multoties vidi altercari ſuper prouiſione iuris firmarum, & ſuarum inhibitionum quomodo concipiendæ ſint, & ſic ne confundaris, ſcias, quod
7 omnes firmę † diriguntur ad hoc, ne quid contra nos fiat. nec nobis fiat moleſtia, iujuria, inquietatio, & tandem ne inquietemur, & ad hoc vt cõſeruemur in aliquo ſtatu noſtro: & poſſeſsione rei noſtræ, & ſic dicũt firmę, quod firmâs timet contra forum grauari, moleſtari, inquietari ſuper re ſua vel cõtra forum, & ſic nota, quod firmæ alię ſunt poſſeſſorię, alię verò in ti-
8 tulum † veluti quando quis non ſe fundat ſuper poſſeſsione, ſed ſolum ſuper aliquo titulo verbi gratia cõuenimus tu & ego, quod non exiges maiores calonias foralibus, ſi me inueneris in tuo paſcuo, vel promiſiſti non petere aliquid vſque ad certum diē, remiſiſti mihi iniuriam tibi illatam, conceſiſti mihi aliquam contracartã conditionalem, & ſic de ſimilibus, in his caſibus poſſum petere firmã inhibẽdo iudices, & te, ne aliquid attentetis, & faciatis aduerſus me contra tenorem conuentorum, & niſi in caſibus conuentis: certè hæc firma non datur ad hoc, vt aliquid fiat nobis, ſed potius ad hoc, ne quid male nobis fiat, nam † firma eſt præſidium
9 preſeruatiuum reorum, per quod præſeruamur ab omni iniuria, ſed ſi mihi debes dare paſtum, vel rem aliquã, quam vendidiſti, ſeu conceſsiſti, certè non dabitur, firma ad hoc, vt des vel facias, licet habeam iuſtitiam, quia firma & inhibitio ſolũ preſeruat reũ
10 ab iniuria inferenda † contra pacta conuenta, non tamen datur ad hoc, vt nobis aliquid fiat. Et ex iſto capite. fuit reuocata quædam firma iuratorum de Malanquilla menſe Nouembris.1594. me exiſtente relatore, quia dabatur inhibitio contra certos, de quibus ibi, ad hoc vt traderent dictis de Malanquilla certum paſtum, vel ne eos perturbarent in tali paſtu cõuento, dicebatur enim, quod non erat poſſeſſoria, quia de poſſeſsione non conſtabat, in titulum autem non poterat ita concipi, vt ſcilicet inhibiti non prohiberent eos, quin poſſent pabulare, & paſcere, quia hoc erat dare firmam, ad hoc vt paſtus traderetur, quod non eſt de materia firmę,
11 † ſed eſt agẽdum ad illud via ordinaria, quia prohibere ne vis fiat volenti paſcere, non eſt conſeruare poſſeſsionẽ, ſed dare, l. pen §. ſpecies de acq. poſſeſ. quod ſemper memoria tene in firmis.

Secun-

Secundum hoc diceret quis, quomodo igitur dabitur firma infantioni venienti cũ titulo: ſi ſuperiora vera ſũt, non poterit inhiberi ad hoc, vt ei aliquid fiat, & tradatur, veluti vt aperiatur ingreſſus ad curias generales, & ad capitulũ infãtionũ, detur albaranũ ſiſarũ, & alij honores infantionũ, benè tamen inhibebitur ne faciant eum peytare vt villanũ, cuſtodire montes in perſona, & alia id gñs, Reſpõdeo, q̃ ad omnia ſupra dicta dabitur † in hoc
12 caſu inhibitio, quia cum iſta omnia dentur à iure infantionibus, ſufficit q̃ ſit infantio, vt ea ſibi conſequentur, vñ non erit ad hoc, vt ei aliquid fiat, ſed potius ad cõſeruationem eorum, quæ retinet in animo à iure, & ſic dabitur inhibitio ne vexetur contra ius in his, quę à iure † habet, quod eſſet, ſi con-
13 tra illa fieret, & ſic erit in titulum ad hoc, vt ei non fiat iniuria, (quod ſecus eſſet, quando illa ſibi competerent beneficio hominis † vt dixi) quid quod,
14 non agit infantio ſine poſſeſsione, ſufficit enim ſuum prędeceſſorem poſſediſſe, vt ipſe dicatur poſſidere, cũ agat nomine illius dignitatis, ſcilicet infantionię, quam habebant ſuus pater, & auus, per doctrinam Io. Fabri. in d. §. retinendę de interd. inſt. quod in propria materia tenet Otalora de nobilit. 2. part. 3. part. cap. 1. nu. 11. fol. 174. ſuo loco latius dicemus, & ſic debent dari ſimiles firmæ ad oẽs hos effectus.

Sed verè ſine propria poſſeſsione videtur dubium, quod ſufficiat poſſeſsio patris, de hoc alibi dicetur infra. Vnde dicendum eſt, quod ſi habet titulũ gaudebit omni poſſeſsione, & iure illius militię, etiã ſine poſſeſsione patris, & propria for. fin. in fin. quomodo quis debeat ſuam infantion. ſaluare.

De illo vero dubitatur, qui venit cũ
15 ſalua fratris, † vel patrui, an debeat ei dari firma infantionię, nam videtur quod non, ex quo nondum eſt infantio, aliqui dicunt quod ſic, quia illa ſalua prodeſt ei ſecundum forum, prout multoties fuit data ſimilis firma in vim ſaluæ, quod dicetur in meis deciſſionibus, & in hoc vidi ſemper diuiſũ conſilium in varias opiniones, in quo verior eſt opinio, quod detur firma, quia ſecũdum for. fin. quomodo quis debeat ſuam infantion. ſaluare, filius cum priuilegio patris, vel aui defenditur in ſua militia, & eadem eſt ratio in caſu noſtro. Vt ſic dicendum ſit, quod detur firma poſſeſſoria, quę ſin datur in ſola poſſeſsione, nam tunc datur ad conſeruãdam poſſeſsionem, latius in deciſ. meis in 4. Et quando aliquis agit † nomine dignita-
16 tis, licet ipſe non poſsideat bona dignitatis, poterit agere poſſeſſorio, & obtinere firmam poſſeſſoriam nomine dignitatis, quia tunc cenſetur agere di-
17 gnitas, quæ poſsidet, pręſcribit, † & gerit vicẽ perſonæ animatę, elegans doctrina Fabri. in §. retinendę de interd. iunctis notatis per eum in §. nullius de rerum diuiſio inſtit. & hęc nota multum, quia faciet tibi multũ honorẽ, prout melius habebis alibi Deo duce. Et ita dici ſolet communiter, quod remedium firmarum in Regno, eſt beneficium reorum timentiũ tur-
18 bari † in ſua poſſeſsione, vel aliàs vexari in re aliqua, & ſic eſt, quod ille qui petit firmam, dat cautionem de iudicio ſiſti, & iudicato ſoluendo, quã cautionem ſoli rei dant, firmãs enim ſemper intendit non turbari, non vexari in ſuis iure, & poſſeſsione, & nunquã petit rẽ ſibi dari, vel aſsignari, & hoc præſidium deſſumitur ex doctrina Paul. Caſtr. in l. ſi ſuper poſseſsione, C. de tranſact. vbi timens turbari in
19 ſua poſseſsione, † poteſt implorare, officium iudicis, & informare ſummarię,

riè, & de plano de ſua poſſeſſione, ab
ſque libello, petendo prohiberi vim,
& turbationem, & iudex ita debet pro
uidere, & hoc præſidiũ dicitur firma,
ſed dices tu, eſſe offerendum libellum
iudici, & ordinariè agendum, proban
do poſſeſſionem in iudi. vti poſsid.
ad quod reſpõdetur, quod hoc non eſt
iudiciũ vti poſsid. ſed ſolum agitur ad
prohibendum vim de facto, & de præ
ſenti, ad quod ſufficit ſummariè age-
re, † ſecus autem eſſet ſi ageretur ad
20 prohibendam vim de futuro, quo ca-
ſu ordinariè eſſet agendum, quia tunc
eſſemus in iudicio vti poſsidetis, ita
Caſtr. vbi ſup. plus dico, quod non ſo
lum in iudicio vti poſsid. eſſet ordina
riè agendum, ſed etiam in interd. in-
terim, quod hic vocatur de lite pendẽ
te, licet non ita ordinariè ſicut in iudi
cio vti poſsid. ſed magis ſummariè, li-
cet nõ ita ſummariè, prout in hoc præ
ſidio, de quo agimus, vbi ad ſolá vnius
partis informationem datur firma.

Solet etiam per manus practican-
tium tradi, quod licet de iure commu
ni inhibitio † non priuet aliquem ſua
21 poſſeſſione; ſecus tamen eſt de foro,
vbi inhibitio hoc plus habet, quia pri
uat inhibitum poſſeſſione ſua, niſi cõ-
trafirmet, hoc eſt det rationes cõpa-
rendo coram iudice, quare continua-
re debeat ſuam poſſeſſionem, iuxta
obſ. de conſuetud. de fideiuſſoribus:
Verum ego ſemper tenui cõtrarium,
quod in Regno firma non priuat poſ-
ſeſſione, niſi ſola contumacia † inhibi
ti non comparentis, non contra firmã
22 tis, non dantis rationes, cum poſſet
hoc facere, & ſic conſeruare poſſeſſio
nem ſuam, cum tunc firma reſoluatur
in citationem obſ. 1. de citatione, & ſic
priuatur poſſeſſione ex ſola contuma
tia: Deinde quia in firma ſolum alle-
gatur poſſeſſio firmantis, & ipſe con-
ſtituitur poſſeſſor, non vero inhibitus,
& ſic per eam non priuatur inhibitus
ſua poſſeſſione, quia potius in ea con-
ſtituitur nõ poſſeſſor, & ſolus firmans
cõſtituitur poſſeſſor, Vnde nõ videtur
quod priuat poſſeſſione, quã non fingitur
habere, & ſic obtinetur hęc manutenẽ
tia etiam parte non citata ſecundum
Caſtr. vbi ſup. & ſi inhibitus præten-
dit ſe poſsidere, compareat, & det ra-
tiones, aliàs videtur acquieſcere, & ſi-
bi imputet, nec dicetur ſua poſſeſſio-
ne, quam non docuit, priuatus.

Et ſemper memor eſto, quod quan
do firma, ſeu inhibitio emanat contra
† iudices ſeculares, & eſt inhibenda,
23 & ſeu impedienda alicuius inſtrumen
ti, ſeu debiti executio, quæ de ſe eſt nõ
ſolum parata, & prompta; ſed etiam
priuilegiata, à qua ſcilicet remouetur
omnis exceptio, tunc debet dari inhi-
bitio cum illa vulgari clauſula, *in for-
ma priuilegiata*, aliàs eſſet malè data
inhibitio, vt multoties vidi reuocari
iuris firmas, & inhibitiones ex hoc ſolo
24 capite, vt vidiſti ſupra, ſed ſi † datur
inhibitio contra aliquod ſtatutum, vel
legem, debet dari cum clauſula, *& ſi
quas cauſas, &c.* iuxta obſ. 1. de citatio,
& in his firmis titularibus caſualibus
grauaminum fiendorum, non admitti
tur quis ad contrafirmandum, quia
25 ſolum id † permititur in poſſeſſorijs,
vt dicetur, licet aliquando cõtrarium
& malè, viderim, vt dicemus in capit.
ſequenti.

Et inter omnia, quę in hac materia
ſummè notanda ſunt, illud pręcipuũ
ante oculos tenendum eſt, vt caueant
dñi Locũtenentes, ne prouideant has
inhibitiones, quando ſuper iure illo, †
26 in quo firma fundatur, pendet aliàs
lis, nam illud eſſet declarare iuſtitiam
originalem totius cauſæ in incidenti,
quod fieri non debere, immo reſeruã-
dum in diffinitiuam, conſuluit DD.
Felin. in cap. exceptionum nu. 35. & 36.
de

de exceptionibus vltra, quod, id ema-
nat à lege prudentiali, nam ex hoc ſo
27 lo capite vidi aliquando † reuocari
aliquas firmas, vt in proceſſu don Frã
ciſci de Aragon, ſuper iurisfirma 11.
Septembr. 1598. Et don Ludouici de
Bardaxi, ſuper iurisfirma anno 1594.
Et eodem modo curare debent, ne
verba inhibitionis ſint multum gene-
ralia, comprehenſiua caſuum iniuſto
rum, ſed quod ſint ſpecialia reſtricta
ad caſum iuſtum, aliàs tales inhibitio-
nes forent reuocandę, vt vidi aliquas
reuocari, vide Portol. verb. firma, nu.
89. 90. & 91.

Et quando prouidetur firma com-
miſſario curiæ, ne turbetur in ſua cõ-
miſsione per ſecundã tertiã, vel aliàs
apprehenſiones, quod iuſtiſsimum
eſt, debet ita concipi, † vt non turbe-
28 tur in ſua commiſsione, ea durante, &
donec fuerit reuocata, & finita, per
ſententiam litis pendẽtiæ, iurisfirma-
rũ, proprietatis, vel alio modo; præſti-
tis prius fideiuſſoribus; & non debet
reſtringi ad illos tres articulos, cũ ſint
alij modi finiendi commiſsionem cu-
rię, veluti non ſequuti adimplemen-
ti, renuntiationis illius; ad omnes alios
caſus regula tradi non poteſt, quia cũ
ſint infiniti, ſecundum occurrentem
exceptionem, debet concipi firma ad
illius limites, & terminos.

Aduertas etiam, quod ſi firma con
ceditur alicui etiam ad caſum, tamen
29 ea non † arctabit ſecundum practicos
apprehenſionem, nec ſententias in ea
latas, nec caſum aliquem magis priui
legiatum, vide in proceſ. Iuratorij de
las Pedroſas, ſuper iurisfirma die 26.
Octob. anno 1557. vbi fuit data firma
eis ne dominus vteretur abſoluta po-
teſtate, cum locus eſſet feudalis, & po-
ſtea dominus loci petijt declarari, vt
ea non obſtante poſſet vti quadã ſen-
tentia litis pendẽtiæ, quę fuit ei recep

ta reſpectu dominij (& conſequenter
reſpectu abſolutę poteſtatis, quę eſt ef
fectus illius) & ſic fuit declaratũ, quia
illa ſententia eſt magis priuilegiata,
for. por quanto, & for. item como an-
ni 1423. foro declarando, for. item por
dar forma, de apprehenſionibus, vbi
dicit, *non obſtante firma, cuiuſcumque
conditionis exiſtat*, ſic etiam in pro-
ceſ. don Michaelis de Gurrea, vbi fuit
data firma illi, ratione certę ſententię
interlocutoriæ latę in quodam proceſ
ſu apprehenſionis anni 1516, per quã
mandabatur deſtrui certum açutom,
poſtea fuit declarata dicta firma, vt
ea non obſtante exequeretur alia ſen
tentia in alio proceſſu poſteriori in cõ
trarium lata, ex eo, quia dicebatur di-
ctam ſecundã apprehenſionẽ eſſe ma
gis priuilegiatam, verũ tu nota, quod
illę firmę non erant ad caſum ſpecia-
les, & indiuiduæ, & ſic non mirum ſi
fuerunt declaratę vt ſupra diximus,
aliàs autem videtur, quod non habe-
ret locum declaratio, ſi firma eſſet ca
ſualis, licet non eſſet in forma priuile
giata, ſed agendum eſſet ad repulſio-
nem illius in vim ſententię litis pen-
dentię, pro bono tamen iuſtitię tolle-
ratur, quod fiat illa declaratio, maxi-
mè attento priuilegio apprehenſio-
nis.

Audiui à magnis practicis, quod li
cet iurisfirma grauaminum † facto-
30 rum nõ impediat iudicem à quo, quo
minus in cauſa procedat, vt quotidie
videmus, quod vltra electionem iuris-
firmę grauaminum factorum, ſolet
præſentari iudici à quo firma graua-
minum fiendorum, ne procedat ad
executionem, verum ſi proceſſus iu-
dicis à quo ſit nullus, illa firma gra-
uaminum factorum impediet ne vl-
terius procedatur, & ſi iudex proce-
dit in cauſa poſt electionem iurisfir-
31 mę, † delinqueret iudex, conſilio
quod

quod proceſſus ſit nullus, nam illud
quod dicitur de foro, quod non præ-
ſentata firma grauaminum fiendo i-
rum, poteſt iudex in cauſa procedere
vlterius, intelligendum eſt in proceſ-
ſu valido, & iuridico, ſecus in inuali-
do, nam ſola electio ſuſpendit.

Et quando iurisfirma fundatur in
inhibitione iudicis Eccleſiaſtici, tunc
32 † debet concipi ad metas illius, vnde
ſi inhibitio non inhibet apprehenſio-
nem, ſed ſolum executionem, & cap-
tionem, firma autem inhibeat ap-
prehenſioné, reuocabitur, vide in pro
* ceſſu Mariȩ Garces, ſuper iurisfirma,
menſe Iunij 1598. immo non poſſet in-
hibitio Eccleſiaſtici inhibere appræ-
henſionem, vt dixi ſupra capit. 4. §. 2.
num. 45.

Præcipuum conſilium, quod poteſt
dari dominis Locumtenentibus eſt, vt
multum caueant, ne inhibitiones ſint
33 incertȩ, vagȩ, dubiȩ & captioſȩ, † nã
ex hoc ſolo ſunt reuocandȩ, quia inhi
bitiones debent eſſe certȩ, clarȩ, ſpeci-
ficæ, ita vt inhibitus per eas reddatur
certus de caſu inhibito, & non illaqu-
etur, pro quo notã, quod dum exiſte-
ret captus don Petrus de Alagon, ex
eo, quia exiſtentibus nobilibus, militi-
bus, & infantionibus in domo Depu-
tationis congregatis, & dum 17. iudi-
cantes iudicarent denuntiationes in-
ſtitutas à D. Hugone de Vrrias domi
no de Ayerue, & exiſſet vnus, ex 17.
iudicantibus ex aula Regia appellitã-
do libertatem, & quod ſibi auferreba-
tur votandi libertas, & exiſſent à ſuis
cameris Iuſtitiȩ Arago. gubernator, ad
ſedandas tumultuationes illas, & ſimi
liter exiſſent nobiles & infantiones
forſam fautores denuntiationum, nã
don Petrus de Alagon erat cognatus
don Hugonis, fuit inter eos orta ma-
gna rixa, & vulneratus in vna manu
gubern. don Ioan. de Gurrea, propter
quod ab inde mandauit dñs Rex, ne
nobiles ſe cõgregarent cum infantio
nibus, & militibus, quod vſque nunc ſer
uatur, his ſic habitis & exiſtente prop
ter hæc capto don Petro de Alagone
ad inſtantiã fiſci, obtinuit don Petrus
* de Alagon firmã, in proceſ. don Petri
de Alagon, ſuper iurisfirma 1564. vel
1574. ne in Reg. Aud. poſſet accuſari,
attento, quod accuſabatur in curia Iu
ſtitiȩ Arag. niſi fuiſſet præuenta iuriſ-
dictio per Reg. Aud. in caſibus, modis
ac formis, quibus de iure & foro poteſt
34 præueniri, fuit petita reuocari † per
procur. fiſc. attẽto, quod erat vaga, in
certa, dubia, & captioſa, cũ nec per re
lationẽ ad aliud poſſet certificari, ac
declarari, adeò erat generalis, relin-
quẽs negocium in manu conſilij iudi-
cũ, & ponens iudices inhibitos in diſ-
crimine, & periculo contrauentionis,
prout iudici inhibẽti viſum foret, qua
propter fuit poſtea reuocata, allegaba
35 tur ea ratio, quia vtens generalitate †
verborum, videtur velle circumueni-
re, Bened. in q. de vendicione num. 18.
fol. 53. ex Bart. in l. quæro. de actio.
empt. Oſaſ. in prohem. num. 13.

Sed quia in ſuperioribus actum eſt
de exitu iurisfirmarum, videndum
modo reſtat, an beneficio iurisfirma-
rũ, & huic ſingulari priuilegio firman-
di coram Iuſtit. Arago. poſsit quis re-
nuntiare, & primo tollendo nõ dubia,
in cauſis criminalibus non poteſt re-
36 nuntiari † beneficio iurisfirmȩ, etiam
cum iuramento, vt diſponitur per for.
vnic. de ſubmiſsio. non faciendis, ratio
eſt, quia cum hȩc renuntiatio ſit pro-
hibita in fauorem Aragonenſiũ, & li-
bertatum Regni principaliter, vt di-
cit forus ille, & Molin. verb. renuntia-
tio, iam inde ſequitur, quod nec iura-
mento firmatur hæc renuntiatio, nã
37 actus prohibitus principaliter † in fa-
uorem publicum, licet ſecundario in
fauorem

fauorem particularium, non firmatur iuramēto. c. ad Apoſtolicā de regular. vbi glo. Monaſterij c. ſi diligenti vbi DD. de foro compet. l. ius publicum ff. de pact. ita Bart. in l. ſi quis pro eo ff. de fideiuſſ. Couar. in c. quamuis pactum. 2. p. §. 1. ita intelligitur l. nō dubium C. de legibus. ex quo infertur intellectus ad l. 2. l. quem admodum C. de agri. & cenſit libro. 11. quæ iuramēto nō cōfirmabūtur, & ad l. properandum §. ſed & ſi quidē C. de iudi. vt nec per iuramētū poſſit inſtantia cauſarū prorrogari, ſic & donatio facta à clerico † concubinæ nō firmatur iuramēto Couar. vbi ſup. n. 4. in fin. Sed licet hæc vera ſint, vbi aliquid prohibitur principaliter fauore publico, & ſecūdario fauore particulariū, tamē non mihi videtur adeò expeditū quod hæc prohibitio renūciationis firmę, & aliorū priuilegiorum regni, de quibus in d. foro de ſubmiſſio. non faci, ſit introducta principaliter fauore publico, & ſecundario fauore particulariū vt ſic nō poſſit firmari iuramēto, quare aliter ego dicerē, ſcilicet, quod ex quo in d. foro diſponitur, quod talis renuntiatio ſit nulla, & ineffìcax, & etiā quod contractus ſit nullus, ſequitur inde, quod non operabitur aliquid iuramentū, elegās doctrina Azebedi lib. 4. tit. 1. l. 11. n. 18. Couar. in c. quāuis pactū. 2. p. §. 1. n. 8. & §. 2. circa fin. quid autē ſi ſolū inſtrumētū annulletur, an iuramētū, & cōfeſſio ſuper contractu facta valeāt, Azebed. vbi ſupra, & lib. 4. tit. 25. l. 13. n. 57. Suarez in declarat. legis regni limit. 6. deinde quia in d. foro prohibetur iuramentum, & eo non obſtante irritatur actus, & non eſt dubitandum quin † lex poſſit ex iuſta cauſa prohibere iuramenta præſtanda, licet nōn præſtita, vt declarat Azebedo libro. 4. titul. 1. l. 11. & dicemus latius infra Et ſic nō mirū, quod iuramento non confirmetur hęc renūtiatio in criminalibus, at in ciuilibus nulla reperitur prohibitio, imo licet id eſſet etiā in ciuilibus prohibitū, † adhuc poſſet iuramēto renūtiari illi beneficio firmā di., ratio eſt, quia hæc prohibitio ſecundario reſpicit fauorem publicū, & principaliter fauorem priuatum, vt in dotibus filiarum cauetur, vnde iuramēto firmari hæc renūtiatio poſſet c. cum cōtingat de iur. iur. c. licet mulieres de iur. iur. in 6. in ſimili, licet reipublicę interſit † fœminarum dotes augeri, ſaltim conſeruari, potius quā minui l. 1. ff. ſolut. matr. atque ideo lex ciuilis prohibuerit alienationem fundi dotalis, toto tit. de fundo dotali, quia tamen ea prohibitio principaliter priuatā vtilitatē reſpicit, etiam ſi nihilominus publicum commodum, reſpexit, & minus tamē principaliter, glo. & reipublicæ vbi additio marginaria in verbo ſecundario in l. 1. ff. ſolut matr. nihilominus alienatio fundi dotalis iuramēto firmatur d. c. cū cōtingat ſecundū comunē opinionem de qua in authētica ſacramēta puberū C. ſi aduerſus vend. vnde ſic dicendū eſſet in caſu noſtro, ſupoſito, quod talis prohibitio daretur, vt ſcilicet firmaretur iuramēto, quid quod ſolū in criminalibus reperitur, talis prohibitio, vnde nullo iure prohibita reperitur renūciatio iurisfirmę in ciuilibus, quare intrepidè tenēdū † puto, quod poſſit huic remedio renuntiari, maximè in regno, vbi valet omne pactum, dummodo non contineat quid impoſſibile, vel contra naturam obſ. item iudex de fide inſtrum. prout ego declaraui in proceſſu Iurat. villæ de Fuentes ſuper iurisfirma anno 1594. & in huius opinionis confirmationē fuit in Reg. Aud. prouiſus appellitus executorius ad inſtantiā dominæ

Vu Aldun-

9 *Litis pendentiæ proceſſus ſiue tenutæ, de quo in hoc regno, in Caſtella interim, in Francia vero recredentia appellatur.*

10 *Interdictũ, ab edicto differt, tamquam ſpecies à genere.*

11 *Actiones in factũ vtiles interdictorum loco hodie introductæ ſunt, quibus recta via apud competentem Iudicem vteremur, quæ dicuntur extraordinariæ vt nu. 12.*

13 *Interdicta olim impropiè actiones dicebantur, & largo ſumpto vocabulo.*

14 *Interdicta, ſicut in rẽ ſcripta dicuntur, ita et actiones pro eis competentes in rem ſcriptæ dici debent.*

15 *Interdicta cõpetũt etiã pro perſonalibus prçſtationibus.*

16 *Interdictorum cõceptiones, formulæ, ac verba ſolemnia, hodie in vſu non ſunt.*

17 *Interdictũ hodie diffinitur vt ſit actio in factũ vtilis, per quam petimus poßeßionem.*

18 *Actionis nomen vbi deficit, ibi actio in factum datur, quę vtilis dicitur.*

19 *Interdicta, aut exhibitoria ſunt, aut probibitoria, aut reſtitutoria, et quæ ea ſint nu. 20. 21. et 22.*

23 *Interlocutoria iudicis in vim fori A vezes tit. de appræ ben. facta, ad reſtitutoria interdicta pertinere videtur. Sed melius dic ad probibitoria vt nu: 24.*

25 *Interdicta, aut adipiſcendæ ſunt poſſeßionis, aut retinendæ, aut recuperandæ.*

26 *Interdictum retinendæ poſſeßionis probibitorium eſt, quale eſt, vti poßidetis, quod poſſeſſoriũ plenarium aliâs dicitur.*

27 *Interdictũ retinendæ quandoque principaliter proponitur reſpectu ſui ipſius, non habito reſpectu ad aliud iudicium: quandoque vero lite pendente ſuper proprietate.*

28 *Poſſeßionis cauſa, à proprietate ſeparata eſt, & proprietatis cauſam præſuponit, cum ad eam ordinetur, vt num. 29. & vt ſciatur quis reus, quis vê actor ſit.*

30 *Iuditium poſſeſſorium ſolum de perſe nulla lite ſuper proprietate mota tractari poteſt, & quandoque lite pendente ſuper proprietate proponitur, vt numero 31.*

32 *Poſſeßionẽ melius probans poſſeſſor declarabitur, vt n. 35*

& reus efficitur, aduerſari⁹ vero actor, non conſiderato quis prius ad iudicium prouocauerit vt num. 33. quamuis quo ad effectum & ſubſtantiam ſecus ſit vt num. 34.

36 *Probationes partiũ vbi pares ſunt in hoc iudicio plenario, quis obtinere debeat variæ iudicatum eſt, & nu. 37. ſed verius eſt, eum obtinere debere, in quẽ iudicis animus ſecundum Deum magis inclinat, vt nu. 38. & prædicta omnia intellige vt nu. 39. et 40.*

41 *Iudex ratione ſcandali euitandi rem ſequeſtrat, ſiue ante litem ceptam, ſiue poſt, et nu. 42. et 94. et etiam ſine ſcandalo vt nu. 50.*

43 *In iudicio poſſeſſorio ſummario non poteſt pronuntiari, neutri poſſeſſionem eſſe ad iudicandam, nam aliâs in plenario, quis actor quis vẽ reus eſſet ignoraretur.*

44 *Poſſeſſorium ſummarium, preparatoriũ dicitur iudicij poſſeſſorij plenarij, & ad id ordinatur, & num. 45.*

46 *Summarium poſſeſſorium dicitur, quia natura negotij exigit vt ſumariè procedatur, & ſolum lite pendente præiuditium adfert, & ob id momentaneum appellatur.*

47 *Summariũ poſſeſſoriũ, plenam probationem non requirit, nec libellum, nec litis conteſtationem.*

48 *Differentia traditur inter interdictum vti poſſidetis, & poſſeſſorium ſummarium.*

51 *Pars in hoc iuditio non obtinebit niſi expreſſè articulet, & probet ſe eſſe in poſſeſſione, vel quaſi, & nu. 59.*

52 *Manutenentia contra turbantem concedenda eſt conſtito de turbatione & poſſeſſione, cum clauſula, vel ſi quas &c. non vero de præciſso vt nu. 53.*

54 *Forus ad noſtrum titulo de appræhen. explanatur.*

55 *Quoties duo contendunt ſuper poſſeſsione fundi, ſolet pars, quæ prætendit ſe poſſidere, recurrere ad iudicem, libellum offerendo, & poſſeſſionem deducendo, à tempore oblati libelli, & ſic hoc iuditium ſummarium ſimiliter intrare.*

56 *Traditur in praxi tertius etiam modus intrandi huiuſmodi iuditium poſſeſſorium ſummarium.*

57 *Poſſidẽs ſi ab aliquo turbetur, vel turbari timeat põt implorare*

plorare iudicis officium de plano, vt illum prohibeat, aut vim fieri vetet, limita vt num. 58.

60 *Recurrens ad iudicem, neceſſario coram eo firmare tenetur de directo, de ſtãdo & parendo iuri, deq́; iudicato ſoluendo.*

61 *Firmanti ſuper poſſeßione, litteræ inhibitoriæ, ſiue iuris firma poſſeſſoria cõcedũtur, quas nõ ſolũ Iuſtitia Arag. & eius Locumt. verũ & quilibet Iudex cõcedere poteſt.*

62 *Pars inhibita per firmã poſſeſſoriam, ſi coram iudice inhibente compareat, & rationes offerat, in citationem inhibitionem ipſam reſoluit.*

63 *Duo ſuper poſſeſſione contendere dicuntur, quãdo inhibitus vltra allegationem rationũ, dat cautionẽ de ſtando & parendo iuri, offertq́; cõtrariam iuris firmam ſuper poſſeſſione, nec vna pars eo caſu plus iuris habet, quã alia.*

64 *Offerens contrariam iurisfirmam ſuper poſſeſsione, ſi aliquos actus contrarios iurisfirmæ ſibi præſentatæ faciat, de vi turbatiua non tenetur, nec iurisfirmæ fractor dicitur declara vt nu. 66.*

65 *Nemo ius ſuum in defenſum ante ſententiã derelinquere tenetur.*

67 *Fidantia iuris neutri parti admittitur, quãdo vtraq́; ſimul, dicit ſe poſsidere, & firmauerit de directo.*

68 *Partes nõ poſſunt accuſari vt fractores, quãdo inhibitus comparet, & dat rationes & firmat, quia neutri recipitur ſecus ſi nõ firmat, & ibi traditur elegans differentiæ ratio & num. 69.*

70 *Fundamentum harũ inhibitionum, quæ fiunt ſuper iudicio retinendæ poſſeſsionis, poſſeſsio eſt.*

71 *Iudicium poſſeſſorium iuris firmarum practicatur, & ducitur communiter ſecundum foros antiquos.*

72 *Inhibitus offerens rationes, & firmans, ad hoc vt aliquid facere poßit cõtra inhibitionem, num teneatur expectare quod admittatur ad cõtra firmandũ, dubitatur: et nõ teneri reſoluitur, et n. 73. et 84.*

74 *Appellans ſi aduerſarium ſpoliat, appellationi renunciare dicitur.*

75 *Poßidere qui verè præſumitur, non dicitur attentare, ſed potius poſſeſsione, quam prius*

prius habebat vti, & nu. 76. & 77. limita niſi poſſeſsio capta eſſet lite pendente, vt n.78. & ſub limita vt n.79.

80 *Contrafirmantem antequã ad id admittatur, poſſe facere aliquos actus contrarios, vel non, à futuro pendet euentu.*

81 *Inhibitus firmans, ſolet ſemper probare contenta in ſua firma.*

82 *Iudex, inhibitum non admittit ad contrafirmandum, vbi ius fortiter reſiſtit, niſi iuſtificet ſuam poſſeßionem priuilegio, vel immemoria'i, nec antea actus inhibitioni contrarios facere poteſt, quod intellige vt num. 83.*

85 *Contrafirmans doloſè & ſine aliquo iure, ſi aliquos actus faciat inhibitioni contrarios, tanquam fractor inhibitionis punitur, & nu. 86.*

87 *Declaratio qua quis petit admitti ad contra firmandũ, ad maiorem cautelam fit.*

88 *Inhibitus per iurisfirmã, ſi poſt tempus in ea præfixum compareat, vel poſt tempus contra firmet nihil agit, nec ſuam poſſeßionem cõtinuare poteſt, et ibi ratio traditur.*

89 *Inhibito comparente et firmante, ſi Iudex dubius ſit cui poſſeßionẽ adiudicet, debet illicò intrare iudicium ſummariſſimũ, in quo tractetur, quis interim poßidere debeat.*

90 *Excluſus à remedio contra firmandi, continuare poſſeſſionem, quam allegat non poteſt, nec actus contrarios inhibitioni facere.*

91 *Inhibitum non admittere ad contra firmandum in effectu idẽ eſt, quod adiudicare poſſeſſionem interim primo firmanti et num. 97.*

92 *Inhibitum admittere ad contra firmandum, eſt ambobus poſſeßionem adiudicare.*

93 *Duo inſolidum eandem rem poßidere nequeunt.*

95 *Excluſus à contra firmando, remanet inhibitus, ne aliã partem moleſtet.*

96 *Comiſſarius curiæ, lata ſententia in poſſeſſorio, citatur ab eo qui obtinuit, ad reddendum computa.*

98 *Sententia, per quam pronunciatur vti poſsidetis & c. per quã poſſeßio nec datur, nec aufertur, iniuſta videtur.*

99 *In iuditio poſſeſſorio ſũmariſsimo nõ poteſt pronũciari neutrã partiũ & c. quãuis in plenario poſſeſſorio ſecus ſit, vt num. 100. vbi ratio differentiæ*

rentiæ accuratè explicatur num. 101. 110. 111. & 112.

102 *Partes ſi volunt in iuditio iurisfirmarũ procedere ſecũdũ foros antiquos, poſſũt ſi id cõſentiũt, & ſi procedãt iuxta forũ Adnoſtrũ traditur praxis tribunalium d. n. 103.*

104 *Admittere, vel non admittere ad contra firmandum, ſolum in curia Iuſtitię Arag. practicatur.*

105 *Differentia traditur inter tribunalia Regiæ Audientiæ, & aliorum inferiorum, & curiæ Iuſt. Arag.*

106 *Cõtrafirma oblata, & reſoluta prima firma in citatiõnẽ, vnaquæq; pars poteſt ſuã poſſeßionem continuare.*

107 *Ad contrafirmandum nõ admiſſus, cenſetur excluſus à beneficio reorum, & remanet merus actor.*

108 *Iudex, qui admittit inhibitũ ad cõtra firmandum, partibus poſſeßionem non ad iudicat, ſed declarat, neutri dã, dã, quod idẽ eſt ac dicere, vti poßidetis ita poßideatis.*

109 *Contrafirmans ad hoc vt admittatur nihil probare tenetur, ſed ſufficit allegare ius æquale iuri firmanti.*

113 *Admiſſo inhibito ad cõtra firmandum, aßignatur partibus ad probandum, & melius probãti adiudicatur poſſeſſio, & firma recipitur, & ibi de intellectu obſ. item nota de fideiuſſ. num. 114.*

115 *Firma ſolũ recipitur vel repellitur in plenario poſſeſſorio, quãdo plenè de poſſeſsione cognitum eſt.*

Cap. 6. §. 1.

EX beneficio & cõmodo poſſeſsionis, quorũ multa connumerat Corraſ in l. naturaliter. §. nil comune. ff. de acq. poſ. facilè eſt colligere † hanc iurisfirmã, hãc inhibitiõnẽ, frequentiorẽ, ac magis quotidianã, & familiarẽ eſſe alijs, omnibus, cuius præſidio poſſeſſores tuẽtur, ac conſeruantur in ſua poſſeſsione, & liberãtur ac præſeruãtur à mille violentijs, quæ temeritate multorũ inferuntur, & quia hæ iurisfirmæ, & inhibitiones poſſeſſoriæ, de quibus futurus eſt ſermo, ferè ſunt † idem, quod interdicta iuris communis, vel ſaltim illis ſimilia ſecundũ Ruin. conſ. 28. n. 4. in 4. vt ex inferioribus patebit. ideo ab origine materiam hãc deducendo, & vt appareat origo, & principium harum inhibitionum poſſeſſoriarũ, ſupponi oportet, quod commodius eſt poſsidere, † quam petere §. retinendæ inſtituta de interd. adeò quod eos qui poſsident, beatos appellauerit Acurſius in §. ſi ere., vel plures de pace tenend. & eius Viol. in feud. & inſer nouẽ cõmoda poſſeſsionis, quę adducit Corraſius in præludijs ad d. §.

nil comune. num. 7. illud vnum eſt,
quo i poſſeſſio grauat onere proban-
di aduerſarium l. circa de probat. l.
liberis §. fin. delib. cauſa l. ob magi-
torũ C. ne vxor pro marito c. ex lite-
ris iuncta glo. fin extra de prob. quod
idem eſt in quaſi poſſeſsione, quæ re-
leuat ab onere probandi d. l. circa,
ita tamen ſi poſſeſsio bona fide habi-
ta ſit, ſecus ſi mala l. igitur §. poteſt.
ff. delib. cauſ. l. eamquæ vbi Bald. C.
illo titulo. cum igitur propter hæc,
& alià commoda poſſeſsionis, indiès
ſuper poſſeſsione orirentur lites inter
partes, ne tenerentur ad dominij pro
4 bationem, que dificilis † eſt, l. cum
res vbi glo. in vacuã C. de prob. ideo
prætor, ſuper poſſeſsionibus ad iudi-
candis, & examinandis interdicta pro
ponere cæpit §. 1. de interd. ſequutus
æquitatem legis equiſsimũ. ff. de vſu-
fruct. quorum diuerſa fuit olim, &
eſt hodie natura, olim enim interdi-
cta erant, quedam formatæ, ac ſolem-
5 nes † verborum conceptiones, quibus
prætor aliquid fieri iubebat, aut pro-
hibebat, maxime cum depoſseſsione,
aut quaſi poſſeſsione contendeba-
tur §. 1. inſt. de interd. in tantũ, quod
qui cadebat a ſyllaba dictarum for-
mularum, cadebat a tota cauſa, l. 2.
C. de formul ſublat. & dicuntur de
6 iure † interdicta, remedia poſſeſsoria,
quia ſuper poſſeſsione reddebantur,
§. 1. de interd. licet aliqua ſint, quæ
proprietatis cauſam contineant, di-
cta. l. 2. §. quedam. l. 1. §. meminiſſe
ff. de aqua quotidi. & æſti. & ob iſta
ſecundum aliquos, dicebantur hæc re
media poſſeſſoria, interdicta, quaſi in-
ter duos dicta § ſumma verſ. fin. de
interd. inſt. at ſecundum aliquos qua-
ſi ab interdicendo d. §. ſumma verſ.
ſunt tamẽ, nam interdicere † eſt pro-
7 hibere, ac vetare ſecundum Didacum
in c. alma mater 2. relectio. 5. part.
§. ſic interdicti dicuntur, quibus fit
prohibitio l. relegatorum §. interdi-
cere ff de interd & releg. ſic interdi-
citur alicui arte ſua l. vltim ff. de pen.
& interdicitur aduocatione l. impe-
rator de poſtul, verum hæc ſunt po-
tius alluſiones vocabuli, ſeu vocis ſi-
militudines, quam vera dictionis diſ-
finitio, ſecundum Couarr in pract.
cap. 17. nu 1. ſicut de teſtamẽto dicit
Imperator in §. 1. de teſtamẽtis inſt.
& ideo aliter difiniunt Couarr. vbi ſu
pra Andreas, Alciatus lib. 3. parerg.
cap. 15 & Corraſ in l. vltim. §. nil co
mune 2. part. num. 20. Minſig. in præ
ludijs § 1. de interd. ſecundum quos,
8 interdictũ eſt, quo † prætor aliquid
iubet, vel vetat, non perpetuo, ſed ad
tempus, donec pleniore iudicio de iu
re petitorij queratur, quaſi interim
dictum, interdicere enim ſecundum
Corraſ & Didacum idem eſt, quod
interim dicere, idque multis aut o-
ritatibus comprobant, vnde Corraſ.
in d. loco dat intellectum ad §. ſum-
ma in fin. ibi inter duos de interd. in-
ſtit. vt dicamus interim, prout in no-
uis & caſtigationibus codicibus legi-
tur. Et ampliando ſupra dicta, proce-
dunt nõ ſolũ in illis interdictionibus,
quæ fiunt interim ideſt donec in ple-
niore iudicio de iure petitorij quera-
tur, vt in interdicto vti poſsidetis ſed
etiã in illis quæ fiunt pẽdente iudicio
poſſeſſorio plenario, & donec de illo
cognoſcitur, & ſuper eo diiudicatur,
vt in illo interdicto, quod communi-
ter in Hiſpania dicitur *interim*, de
quo Couarr. d. c. 17. in Francia *recre-
dentia*, in Regno † *tenuta* ſeu *articu-
9 lus litis pendentiæ*, hec eſt dum lis
pendet ſuper poſſeſſorio plenario, nã
hęc omnia interdicta ſũt, ſiue quia in
ter duos dicutur ſiue ab interdicendo,
ſiue quia interim, & ad tẽpus, nõ per
petuo interponũtur, vt ſupra vidiſti.

Ex iis

Google

10 Ex his apparet interdicta † ab edictis differre, vel tamquã ſpecies a genere glo. interdictum in l. prætor ait §. 1. de oper. no. nun. vel ex eo, quod interdicta ad partium petitionem à prætore reddebeantur, edicta vero ſola equitate ſuadente à prætore proponebantur in albo, iuris ſtatuendi cauſa, nemine inſtante l. 2 §. eodem tempore de origi. iuris, vt benè explicat Corraſ. vbi ſupra num. 21. ad fin.

Poſtea verò, ne ſemper à mero prætoris officio dependeremus, (ſublata illa antiqua formula verborũ l. 1. & 2. C. de formul. ſublatis) interdictorum loco introductæ ſunt actiones in factum vtiles, † quibus recta via apud
11 competentem iudicem vteremur l. pen. C. de interd §. fin. inſt. eod. toto titulo de interd. ſeu extra ord. actio. interdictorum tamen nomine, & natura retentis, vt mixto Imperio expidirentur, cum in alijs actionibus, & iudicijs ſeparetur iuriſdictio, à mero Imperio exequutionis, quod fieri potuit §. appellamus de actionibus inſt §. 1. de fideico. hereditati.

12 Iſtę autem actiones dicũtur † extra ordinariç, quia extra antiquum illum ordinem, & ſolemnitatem recta via actionem proponimus coram iudice, qualia ſunt hodie omnia iuditia d. §. fin. ita intelligitur. l. incerti vbi glo. competentibus C. de interd. Eſt tamẽ aduertendum, quod olim etiam dabatur actio à prætore, ex cauſa tamen interdicti, cum poſt interdictum iudicia ſuſtinebat, vt colligitur ex d §.
13 fin. & ſic antiquitus interdicta † actiones dicebantur, impropiè tamen, & large ſumpto vocabulo l. pecuniæ §. perſequutionis de verbor. ſignifi. l. actionis verbo de actio. & oblig. l. 1. in fin. ff. vti poſſid. & per titulum de interd. & extra ord. actio, ſed tamen hodie, quia recta, & communi via actiones loco illorum intentantur, non ex vlla cauſa interdicti prius redditi, cum non reddantur hodie, ſed per inde agatur, atque olim apud Romanos, poſt cauſam interdicti, propiè actiones dici poterunt de iure.

Ex his aliqua inferri poſſunt, pri-
14 mo, quod ſicut interdicta in rem † ſcripta erant, l. 1. in fin. ff. de interd. ſic & actiones, quæ loco illorum dantur in rem ſcriptæ erunt. Secũdo infertur, quod cum interdicta merè realia non
15 ſint, ſed in rem ſcripta, † dabuntur etiam pro perſonalibus præſtationibus, c. querellã de electione. cap. ſicut de ſent. & reiudi. communis canoniſtarum opinio ex Abb. Inno. cap. peruenit de cenſibus, nu. 3. & ſeruari in practica dicit Ripa in l. 2. n. 3. ff. quor bon. licet contrarium teneant legiſtę cum Menoch. de recup. poſ. remedio. 1, nu. 87. de quo latius infra, cuius ratio eſt, nam licet interdicta ad poſſeſſionem, & contra corporum poſſeſſores dantur, l. 2, ff. quo. bon, id non obſtat, quia in perſonalibus pręſtationibus quidam ſtatus datur. d, c. querellã, qui loco quaſi poſſeſſionis habetur, ad quam benè dantur interdicta. d. §. 1. inſt. de interd. vide Angel. in §. 1. num. 2. verſ. in glo. quaſi poſſeſſione inſtituta de interdictis Corraſ. in d §. nil commune parte. 1. nu. 14. & infra latius.

Colligitur ex his, interdicta cum illa verborum ſolemnitate, & formu-
16 lis iam † non eſſe in vſu d. §. fin. contra Angel. & Fabrum in d. §. 1. contrarium dicentes, prout refert glo. magna in d. §. 1, licet in effectu remaneat, cum loco illorum dẽtur iſtę actiones vtiles in factum, quare hodie nihil aliud erit interdictum, quam actio iſta pretoria in factum vtilis, & ſic poterit definiri, interdictum attento ho-
17 dierno iure, vt ſit actio † in factum vtilis,

cuius etiam plures ſunt ſpecies, vt per Meno. de recuper. poſſ. & huiuſmodi reſtitutoria interdicta inter ſimplicia interdicta connumerãtur. d. l. 2. §. 1. & §. penult. inſt. eod. & ſpectant etiã ad rem familiarem d. l. 2. §. hæc autẽ ff. eod. ſed quia diuiſio iſta ab effectu petita eſt ſecundum Mynſing. in §. ſumma eod. ideo aliter diuiſio facienda
25 eſt, vt interdicta aut † adipiſcẽdę ſint poſſeſsionis, aut retinẽdę, aut recuperandæ. d. l. 2. §. hæc autem de interd. §. ſequens inſtituta eodem vbi glo. quam diuiſionem ſequuntur communiter DD.

Quibus non obſtabit, ſi ſecundum Corraſ. in d. §. nil comune. 1. part. numer. 13. dicas, eſſe aliud, & quartum interdictum, quod conſeruãdæ poſſeſsionis appellatur, quale eſt Carbonianum de quo in l. 1. C. de Carb. edicto. l. 3. §. miſſu. n. ff. illo titulo. Nam præter ſolutionem Alex. de qua ibi, dico eſſe extraordinariũ quoddam remedium, ſeu interdictum, cuius nulla habetur ratio, aut conſideratio, argumẽto. l. 4. §. 1. de fidei lib. nec in conſequentiam trahi debet gloſſa. fin. in l. poſt quam liti C. de pactis per illum textum.

Cum igitur agendum nobis ſit de iudicio poſſeſſorio retinendę, poſſeſ-
26 ſionis, quod † prohibitorium eſt, cum per illud prohibeatur vim fieri ſine vitio poſſidenti quale eſt, interdictum vti poſſidetis, quod poſſeſſorium plenarium aliàs dicitur, ad differentiam alterius poſſeſſorij ſummarij, & præparatorij, de quo hic etiam agendum eſt: ideo oportet aduertere, quod iudiciũ retinẽdæ poſſeſsionis, quod interdictum vti poſſidetis eſt, vbi de poſſeſſione ſola agitur, eſtq; plenarium poſſeſſorium, quandoque principaliter
27 † proponitur reſpectu ſui ipſius, non habito reſpectu ad aliud iudiciũ, quandoque vero lite pendente ſuper proprietate, ac verè poſſeſsionẽ propriã, & veram reſpicit, de eaq; & ſuper ea pronuntiandum eſt in eo, iuxta. l. 1. §. hoc interdictum. ff. vti poſſid. *Hoc inquit interdictum de ſoli poſſeſſore ſcriptum eſt, quem potiorem prætor in ſoli poſſeſſione habet; eſtque prohibitorium ad retinendam poſſeſſionem*, & deinde ſubdit *huius autem interdicti proponendi*
28 *cauſa hæc fuit, quod † ſeparata debet eſſe poſſeſsio à proprietate, fieri enim poteſt, vt alter poſſeſſor ſit, dominus non ſit, alter dominus quidem ſit, poſſeſſor vero non ſit, fieri etiam poteſt, vt & poſſeſſor idem, & dominus ſit*, vides lector amantiſsime quomodo hæc cauſa poſſeſſoria diuerſa eſt, & ſeorſum debet expediri à cauſa proprietatis, verũ dicet aliquis non ſine ratione, licet debeat hoc iudicium ſeparatim tractari a cauſa proprietatis, quia ſimul non poſſunt tractari propter ordinem iudicij l. ordinarij C. rei vend. d. cap. cum dilectus de cauſ. poſ. & propri. glo. ver. à proprietate in d. l. 1. preſupponit tamen quæſtionem propieta-
29 tis, † & ad eam videtur illud ordinari, & illius cauſa proponi, vt ſciatur, quis reus quis vè actor ſit, vt in d. glo. & §. retinendæ. inſt. de interd. verum reſpondendo dico, quod licet iudiciũ hoc ſit ordinatũ ad iudiciũ proprietatis vt dixi, & infra latius, tamẽ
30 poteſt tractari † nulla lite ſup proprietate mota. & videmus quotidie ſuper ſola poſſeſsione contendi, nulla lite petitorij exiſtente, & ita in d. l. 1. §. eſt igitur, cauetur, quod *hoc interdictum quod vulgo vti poſsidetis appellatur, retinendæ poſſeſsionis eſt, nã huius rei cauſa redditur, ne vis fiat ei, qui poſsidet*. Ex quibus apparet, quod poteſt ſolum, non mota lite proprietatis diſcuti, vt declarat Couarr. pract. q. quæſt. 17. num. 1. DD. in §. retinendę inſt. de interd.

interd. Menoch. de retin. poſ. remed. vltim. num. 11.

31 Quãdoq; vero † lite pẽdente ſuper propietate proponitur d. l. 1. §. inter litigatores ff. vti poſsid. vbi dicit, *inter litigatores ergo quoties eſt propietatis cõtrouerſia: aut conuenit vter poſſeſſor ſit, vter petitor, aut nõ cõuenit, ſi cõuenit abſolutum eſt, ille poſſeſſoris commodo, quẽ conuenit poſsidere, iſte petitoris onere fungitur, ſed ſi inter ipſos contendatur vter poſsideat, quia alteruter ſe magis poſsidere afirmat, tunc ſi res ſoli ſit, de enim poſſeſsione contenditur, ad hoc interdictum remittuntur*, hæc ibi, ex quo reſultat clarè, quod ſi pendet queſtio propietatis, & dubitatur quis ſit actor, quis ſit reus, quia vterque contendit ſe poſsidere, vt ſic transferat onus probandi propietatem in aduerſariũ, quo non probante ſit ipſe abſoluendus, quia hoc eſt vnum, & præcipuũ ex commodis poſſeſsionis, tunc intrat, & proponitur hoc interdictum, hoc iuditium poſſeſſorium, vt in eo tractetur de poſſeſsione partium, vt ſic ille declaretur poſſeſſor, vel ei

32 adiudicetur pſſeſsio, qui meliu † probauerit poſſeſsionẽ, & per conſequẽs, ille reus ſit, alter vero actor, actoriſq; partes ſuſtineat in iuditio propietatis, quo nõ probãte, abſoluatur in eo, qui in poſſeſſorio obtinuerit. neq; ad hunc efectũ aliquid operatur, ſeu alicuius conſiderationis eſt, quod vnus

33 ex contendentibus prius † ad iuditiũ prouocauerit, hoc enim nõ eficit vt is actor, & aduerſarius reus dicatur, neq; vt vnus ex hoc ſolo magis dicatur poſsidere ſecundum Alex. ad Bartol. in l. ſi duo n. 4. verbo ſequeſtrari in fi. ff. vti poſsid. Neuiz. conſ. 80. n. 36. ratio eſt, quia hoc quo ad ordinẽ iuditij procedit, non autẽ quo ad ſubſtantiã, & efectũ aliquẽ, ſecũdũ Ioã. de platea in §. retinendæ de interd. qui infert ad id, quod vterq;, tã qui primo prouocauit, quã qui poſt venit ad iuditium, iurat inquã vterq; de calumnia, vterq; ſatisdat iuditio ſiſti, vterque probationes miniſtrat, & vterq;

34 eſt † actor, ſimul & reus, c. ex literis de probatio. ita Accurſius in l. iuditiũ ff. fin. reg. Dyn. in l. ſi duo. §. interdicto vbi ſupra, & ad Angel. in l. ſi duo ff. de iud. Iaſſon in l. duo iudices ff. de re iud. n. 14. recenſet multos afirmãtes ambos eſſe actores, & reos quo ad cauſæ deciſsionem, & ita quotidie hoc experimur in Iuditijs poſſeſſorijs, noſtri regni, tã ordinarijs, quã ſũmarijs, quia licet vnus primo prouocet appræhendendo, vel firmando, tamen ſi alius comparet, & ſimiliter firmet, vel propoſitionem det, ambo dicũtur contendere, vt duo rei, & ſatisdant iudicatum ſolui, & probant, vt actores, & ſic pari paſſu incedunt, vt latius videbis infra.

Et in hoc iuditio poſſeſſorio plenario, ſeu in interdicto retinẽdæ poſ-

35 ſeſsionis, ille debet obtinere, qui † melius probauerit ſuam poſſeſsionẽ, ſiue docẽdo, magis iuſtam, antiquam, magis rationabilẽ, meliori titulo fulcitã, vt latè tradit Menoch. de retin. poſſ. remed. 3. à n. 714. cum ſeq. vbi benè de forma, & iure pronuntiandi in hoc iuditio poſſeſſorio plenario, ſed difficultas maxima eſt, hocq; venit examinandum tanquam neceſſarium ad noſtrum inſtitutum, quid dicendum & quis obtinere debeat in hoc iuditio plenario, vbi omnino pares sũt vtriuſ-

36 q; contendentis probationes, † & ambo vel nullũ titulum, vel ambo adeò parem oſtendunt, vt probabiliter ignorare poſsit iudex, pro quo ſententiam ferre debeat, in quo variè tradũtur per DD. opiniones.

Nam alij, dixerunt id ſortis iuditio dirimi oportere, iuxta l. in tribus

bus, ff. de iudi. alij quod ſuperſedeat iudex, & dimitat partes contendentes Boer. queſt. 239. alij quod poſſeſſio diuidatur, Bart. in d. l. ſi duo, ff. vti poſſid. alij quod abſoluatur reus, quod fieri non valet, vbi dubitatur quis reus, quis vè actor ſit, veluti quando ambo contendunt ſe poſſidere, alij id arbitrio iudicis relinquendum aſſeuerant, ita vt diffiniat iudex, vt ſibi ęquius viſum fuerit, Bald. in cap. licet cauſam de probat, quod tamen ita verum; ſi iudex ex diſcretione motus animi ſui, ſolo Deo inſpecto, & nō adhęrendo per viam alicuius carnalitatis, vel amicitię, vel alterius paſsionis, eligat eam partem, in quam magis inclinat eius animum, ſecundum Bald. conſil. 420. incipi. verba principis, colum. 2. lib. 1. ſed ſi non poteſt ex animo, magis huc, quam illuc inclinare, tunc nec arbitrio, nec gratificationi locus erit, ſecundum Menoch. vbi ſupra, num. 762. ſed vel neutri poſſeſsio adiudicanda eſt, vt ſuo loco dicemus, quod fieri poteſt. poſtquam factus eſt tranſitus per poſſeſſorium ſummariſſimum, & ab eo liquet quis poſſeſſor, vel detentator eſt, quis verò actor, vel aliàs hoc conſtat, vel conſtare poteſt ante hoc poſſeſſorium plenarium, ſecus autem vbi hoc non conſtat aliquo modo, nec conſtare poteſt, nam tunc hęc ſententia ferenda non eſſet, per quam neutri poſſeſsio adiudicaretur, quia dum illud in obſcuro eſſet, non poſſet inchoari petitorium: & ſic in ſupradicto caſu, vbi iudex nō inclinat animum ſuum ad aliquem ex litigantibus (quod raro contingere puto, cum ex varijs circunſtantijs ſemper vna pars aliam ſuperet in iudicio) aliud agendum eſſet, vel ad ſuperiorem remittenda res eſt; quod tanquā de raro contingentibus non diſcutio.

37 Alij in hoc caſu dixerunt poſſeſsio nem ſequeſtrandam iuxta l. ęquiſsimum, ff de vſufruct. & contendentes prohibendos, ne poſſeſsionem intrēt, donec in petitorio res abſoluatur, ita Iac. de Aret. in l. vni. nu. 11. C. vti poſſid. verum Bar. in d. l. ſi duo improbat opinionem hanc ea ratione, quia incognitum adhuc erit quis poſſideat, & quis nō, atque ita ignorabitur quis in iudicio petitorio actoris partes, & quis rei conuēti ſuſtinere debeat, Bartoli tamen ſententiam alioqui veram in plenario poſſeſſorio, ego limito, primam opinionē ſequutus, vt non procedat in iudicio anteriori ſummariſsimo, nam illud ad id fit, vt conſtet de poſſeſſore, & ſic de reo, & actore, & per conſeques ante illud bene poſſet fieri ſequeſtrum, vt apud nos fit dato timore ſcandali, & armorum, vt dicemus, & durat illud ſequeſtrum donec in ſummarijſsimo interim adiudicatur vni tenuta. quare concludo iudicē in pari cauſa ius debere dicere pro eo,

38 † cui magis animus ſuus ſecundum Deum, & bonā conſcientiam benè arbitratam inclinat, nam dare caſum vbi animus fluctuet, nō ſe inclinando, nec veritatem à longe reſpiciendo, ſeu aliquo modo intuendo, expectat magis ad artem ſpeculatiuam, quam practicam, de qua hic non agimus.

Hæc omnia quæ hucuſque tradita ſunt procedunt, quando † contendentes ipſi ſuper poſſeſsione, quorum quilibet contendit ſe poſſeſſorem eſſe, vt ſic reus ſit in proprietate, probandiq; onus in petitorio fugiat, rem agunt, rem tractant contenduntque vrbanitèr iudicio potius, quam armis, non vi, nec violentia, negotium deffinire volentes, quo caſu ambo probant, ambo ſunt actores & rei, & melius probanti poſſeſsio adiudicatur; iſque poſtea in petitorio

39

reus eſt, alter actor, & iſto non probā te ille, abſoluitur in iudicio proprietatis.
40 At ſecus omnino †eſt (vt ad poſſeſſoriū veniamus ſummariſsimū,) quando contendentes ipſi minus vrbani, ac morales, immo potius ceruicoſi ac ęmuli contēdunt, ac curant rem definire non iuditio, ſed armis, non vrbanitèr, ſed inciuiliter, talitèr quod quilibet poſſeſsionem authoritate propria, & manu forti tueri conatur, vterque armis, amicorumque auxilio munitus, aduerſarium terrere ſtudet, ne ad poſſeſsionem accedat ille, qui plus iuris forſam habet, hoc caſu iudex ſuam interponit authoritatē & partes, rem ſequeſtrādo, apud ſe, vel tertium ſequeſtrum, partibus inhibendo, ne ad rem accedant, vitandi ſcandali cauſa, & hoc fit (quod ſummè nota) ſiue lis nondum in iudicio poſſeſſorio plenario, & principali inchoata ſit,
41 † ſiue ſit lis illa cępta, vtroque in tempore ſi timor ſcandali ſit, contingere hęc ſolent, ſecundum Bald. in cap. licet cauſam de probat. & alios relatos per Menoc. de retinen. poſſeſ. remed. vltim. & de adipiſc. poſſ. remedio 6. à nu. 12. cum ſequentibus, multum erudite Mandoſ. de inhibitio. capit. 118. Contar. in l. vnica in quinta ratione decidendi à num. 2. cum ſequentibus Bald. in d. l. ordinarij C. de rei vend. Caſtr. conſil. 3. lib. 2. Ruin. num. 28 in quarto, Speculator. tit. de petitor. & poſſeſſor. §. 1. in fin. qui alios infinitos referunt, vnde fit, vt lite nondum cepta ſi partes contendant ſe poſſidere, & ſuſpicio ſcandali ſit, poterit iudex tale ſequeſtrum facere,
42 † & idem lite iam cępta, ſi idem ſit periculum, & partibus aſsignare, vt ſummariè doceant de ſua poſſeſsione, ſeu detentatione, quo facto pronuntiat illum, qui tempore motę litis poſſidebat, ſeu detentabat, debere poſsidere interim, & donec tota poſſeſsionis cauſa in iudicio plenario poſſeſſorio finiatur, & abſoluatur, nec vlterius porrigitur hęc interlocutio, & ſolum per eam queritur, vt partibus contendentibus ſe poſsidere, & ſic recuſantibus officium actoris ſuſcipere, rei quę nomen amplexantibus, ſciatur & in aperto ſit, quis actor quiſque reus debeat eſſe in plenario poſſeſſorio, ex quo fit, quod in hoc iudicio poſſeſſorio
43 † ſummario non poteſt pronuntiari neutram, ideſt poſſeſsionem neutri adiudicandam, quia dubium eſſet, quis foret reus, quis actor in plenario futuro; ſicut è conuerſo poſſet dici neutram in poſſeſſorio plenario, facto tranſitu per ſummarium. vbi iam id fuiſſet cognitum, qua propter hoc poſſeſſorium ſummarium, & hoc iudicij genus, rectè ab aliquibus dicitur
44 † præparatorium iudicij poſſeſſorij principalis, atque plenarij, Berous conſil. 11. lib. 1. Alciatus lib. 8. parerg. cap. 24. in fine, latius Menoc. de retinend. remed. vltimo, numer. 3. cum ſequentibus, Mandoſ. vbi ſupra, & ita hoc iudicium habere ſe dicitur ad iudicium principale poſſeſſorium retinendæ, ſicut & illud ad iudicium proprietatis, quod petitorium appellamus, nam ſicut antequam proprietatis cauſa tractetur, quis poſſeſſor atque ita reus, & quis petitor, atque ita actor ſit, conſtare debet, ita ſimiliter pendente poſſeſſorio plenario, & partibus ſe poſſidere aſſeuerantibus, immo armis poſſeſsionem defendentibus, neceſſe eſt, vt tueatur in poſſeſſione ille, qui poſſidebat tempore motę litis, Paul. Caſtren. conſil. tertio. lib. ſecundo, & propter id ab aliquibus dicitur iudicium

conſeruan-

conſeruandę poſſeſsionis, paruum prę
45 iuditium inferens, † quia principali-
ter ordinatur ad poſſeſſorium ordina-
rium, quando ſcilicet duo prætendũt
eandem rem eodem tempore poſsidē
re, & neuter vult partes actoris ſuſti-
nere, & ſic interim dum deuenitur ad
deciſionem plenarij poſſeſſoris, par-
tes ſe inquietant, & turbant, cenſem
pro libello offerendo ſecundum Bald.
in l. quiſquis ff. quorum appel. non re-
cipi Ruin. d. conſi. 28. nu. 4. & vt ſcia-
tur quis actor, & quis reus eſſe debeat
l. ordinarij cũ ibi nota C. de rei vend.
id deciditur in hoc poſſeſſorio ſummа
rio, facta inhibitione partibus, ne in-
grediantur poſſeſsionem, vel rem ſe-
queſtratam, & dicitur ſummarium,
46 quia † natura negotij exigit, vt ſum-
marie procedatur, cognoſcatur & ter-
minetur, & ſolum adfert preiudicium
lite pendente, & donec plenius fuerit
cognitum, vel aliter ordinatum, illud
quę tanquã præparatorium exiſtima-
tur, ad finem alterius poſſeſſorij inſti-
tutum, & ob id momentaneum dici-
47 tur † c. 1. de cauſ. poſ. & pro. l. vnic. C.
ſi de moment. poſ. in quo non requiri
tur plena probatio † ſed ſummaria,
nec libellus, nec litis conteſtatio, nec
requirit ſententiam diffinitiuam Bal.
Paul. in d. l. ordinarij, & ſic appella-
tur ab effectu interdictum, ſeu poſſeſ-
ſorium interim, & in Regno lite pen-
dente, in Francia recredentia appella-
tur ſecundũ Couar. practic. qq. queſt.
17. & licet hoc iudicium ſummarium
ſimile videatur poſſeſſorio retinen-
dæ, & ſic vti poſsidetis ſecundum
Ruin. vbi ſupra, Couarru. Menoch.
vbi ſupra., & ob id dicitur retinendę
poſſeſsionis ſecundum Bald. in l. or-
dinarij nu. 9. C. de rei vendicatione,
Verum tamen verè ab eo differt, nã †
48 interdictũ vti poſsid. quandoq. prin-
cipaliter in iuditium deducitur, quan
doque lite ſuper petitorio mota, ve-
ramque poſſeſsionem reſpicit, ſuper
eaque ſententiam diffinitiuam expe-
ctat, at in hoc poſſeſſorio ſummario,
nunquam ſupponitur lis ſuper pro-
prietate, nec datur ſententia definiti-
na ſuper poſſeſsione, ſed ſolum id agi-
tur, vt non turbetur in ſua poſſeſsio-
ne, ſeu detentatione poſſeſſor, donec
plenè ac diffinitiuè ſuper ipſa poſſeſ-
ſione lis terminetur ſecundum Co-
uarru. Menoch. vbi ſupra, & ſic habi-
to reſpectu ad plenarium poſſeſſo-
rium, dicitur hoc interdictum inter-
loquutio quędam, per quam declarat
iudex, ſine præiuditio verę poſſeſsio-
nis, an actor, vel reus in ea poſſeſsio-
ne eſſe debeat donec lis principalis de
finiatur, & in conſequentiam prohi-
betur aduerſario, ne illum in poſſeſsio
ne exiſtentem interim perturbet, cuię
praxis orta eſt, ex l. ęquiſsimum, ff de
vſufru. & l. liberis. § vltimo ff. de libet.
cauſ. ex quo ſequitur iudicium hoc
nõ eſse à noſtratibus inuentum, vt pu
tauit Sarmientus, lib. 2. ſelect. cap. 3.
num. 9. verè tamen interdictum dici
poterit, ſiue quia inter duos fit, ſiue
49 quia per illud † interdicitur, & inhibe
tur vni parti, ne aliam vexet, vt tenet
Couar. vbi ſupra, vel quia non perpe-
tuo interdicit, ſed ad tempus, &
quouſque de poſſeſsione cognitum
ſit.

Sed eſt notandum, quod non ſolum
data ſuſpitione ſcandali prouidetur
hoc interdictum, ſed etiam ſi citra
ſcandalum, & motum armorum pe-
50 tant partes contendentes, vt manu-
teneantur in poſſeſ ione lite penden-
te, ſuper poſſeſſorio plenario, tunc ſi-
militer hoc iudicium datur, vbi ſum-
mariè poſſeſsionem deducant, & pro
bent, & ſimilis interlocutio fiet, vt
ſupra.

Digitized by Google

11 Secundum ſuperiora, pars, quę vult
obtinere, debet expreſſe articulare, &
probare ſe eſſe in poſſeſsione, † vel qua
51 ſi ſecundum Fabr. in §. retinendę nu.
27. de interd. Zuchard. in l. vltim. nu.
133. C. de edicto diui Adria. toll. & Co-
uar. vbi ſup. immo debet pręcauere,
ne aſſerat ſe poſſeſsione ſpoliatam,
quoniam tunc remediũ hoc ei nõ cõ
cederetur. nam quatenus eſt ſimile in
terdicto vti poſsid. prohibitorium eſt,
& poſſeſsionem requirit, l. 1. §. huius
interdicti ff. vti poſsid. Couar. vbi ſu-
pra, num. 3. Menoch. d. remed. vltim,
num. 29.

Reſumendo ſuperiora de iure, pars
quæ patitur vim turbatiuã ſuper ſua
poſſeſsione, debet adire iudicem, &
petere ab eo manutenentiã † contra
52 turbantem, quę concedenda ei eſt, cõ-
ſtito de turbatione, & poſſeſsione, vt
cum multis tenet Mandoſ. d. queſ. 118
Et cõcedẽda eſt cum clauſula iuſtifica
tiua, vt ſi rationes habet aduerſarius
non obediendi cõpareat ad eas oſten-
dẽdum. Nam alias ſi de præciſſo eſſet
inhibitio, foret † iniuſta, & nulla,
53 quia ſine cauſę cognitione forſam poſ
ſeſsionem alterius non auditi tollere
poſſet, & ſententiam diffinitiuam, ſine
cauſę cognitionem latam ſaperet, vt
totum hoc probatur in obſ. de cita-
tio obſ. item nota quod vbi vnus de
fideiuſſo. Iaſſon in l. nec quicquam. §.
vbi decretũ ff. de offi. proconſ. Caſtr.
Alexand. in l. de pupillo. §. meminiſſe
ff. de oper. no. nun. & alij relati per
Porcol. verb. firma, nu. 24.

Superiora omnia ad praxim, & le-
ges noſtri Regni deducendo, idem
dicendum eſt ſeruari apud nos, licet
varie, nam primo iuxta ſotum † ad
54 noſtrum de appręhenſionibus cuius
vſus non ita eſt in vſu, ſicut olim, quo
tieſcumque partes aliquę contende-
bant in iudicio poſſeſſorio per viam
iurisfirmarũ, vel alio iudicio aſſeren-
tes ſe eſſe in poſſeſsione caſtrorum, vil
larum, & aliarum rerum, de quibus
ibi, & dictis litibus pendentibus di-
ctę partes, vel quælibet illarum alle-
gabant ſe tempore motę litis eſſe in
poſſeſsione illarum, ac proinde manu
teneri ſupplicabant, & rem ſequeſtra
ri, & ſibi committi, inhiberique al-
teri parti, ne eam turbaret lite ſuper
poſſeſſorio pendente allegando turba
tionem & vim, dicit forus ille, quod
pars id allegans audiebatur parte ta-
men altera citata, & audita, vt ſi vel-
let poſſet contrariam informationem
facere, quo facto ſecundum illum fo-
rum melius probanti committebatur
res ipſa, vt eam lite pendente poſside-
ret, facto prius ſequeſtro cauſa vitan-
di ſcandali, quo facto procedebatur vl
terius in ipſo poſſeſſorio plenario ſum
marie, & ſine ſtrepitu, & de plano, diſ
finitiue pronũciando, ſaluo petitorio,
vt ibi apparet manifeſtè. Et ſic ad vn
gue in eo ius cõmune ſeruatur, ſi qui-
dem lite iam ſuper poſſeſsorio plena-
rio mota, audiuntur partes ſuper inter
dicto interim, & poſſeſsorio ſumma-
riſsimo, vt in eo obtineat probans
poſſeſsionem de tempore motę litis, &
poſsideat interim, & donec lis ſuper
poſſeſsorio plenario pendens diffiniti
uè terminetur, & nota, quod ille for.
licet antiquus, poteſt ſeruari hodię in
firmis, & iudicijs poſſeſſorijs nouis,
ſi tamen partes non contradicant, vt
dicemus infra.

Alio & ſecundo modo deuenitur in
Regno ad hęc iuditia poſseſoria, &
ad ſummarium lite ſuper plenario nõ
55 mota: nam † quotieſcumque duo con
tendunt inter se super possesſione
alicuius fundi, domus, caſtri, & ſi-
milium, ſolet pars, quæ prætén-
tendit se posſidere, recurrere ad
iudi-

ad iudicem, afferendo ei libellum, in quo narrat ſe poſsidere de tempore oblati libelli, & ſe in poſſeſsione violentèr turbari per aliquos, quos non nominat, ſed in diferentèr dicit turbari per aliquos, ſuplicat rem illam ſequeſtrari, ſeu apprehendi per Curiã; quo oblato, & his probatis Curia apprehendit, ſeu ſequeſtrat rem illam, eam ad manus ſuas euocando, ſaluo iure partiũ, tã ſuper poſſeſsione, quam ſuper proprietate, & poſtea partibus auditis, per quarum comparitionem Iam dicitur lis pẽdere, vt ſupra (& ſic in idem reincidunt iſta, licet in ordine differãt principijs) adiudicatur poſſeſsio melius probanti, vt eã poſsideat interim & donec ſuper poſſeſsione nõ fertur ſententia diffinitiua, & ſic primo ſummariſsimũ poſſeſſorium diſcutitur iuxta formam fororum, for. item por dar forma for. por quanto, & alios de apprehenſionibus, & poſtea plenariũ inchoatur, & examinatur iuſta forum por dar breue expedicion titulo de firmis iuris ſuper poſſeſ. ſi poſſeſsio ſit noua poſt foros Calataiubij de firm. iur. & ſic in his caſibus datur interdictum interim, pendente poſſeſſorio plenario, & dum hoc diſcutitur.

Tertio vt ad rem accedamus, & inſtitutũ, aliquãdo res hæc aliter practi-
56 catur † nam contendentibus aliquibus ſuper poſſeſsione, & eis aſſerentibus ſe poſsidere, ſolet qui verè poſsidet, iudicem adire narrando eidem, & probando ſuam poſſeſsionem, & ſimiliter, quod turbatur violentèr in ea per talem vel talem, non ſuplicat rem ſequeſtrari, ſeu apprehendi, ſed ſolum manuteneri in poſſeſsione, & ad tollendam viam facti; inhiberi illi, qui turbat, ne eum inquietet turbet & expellat à ſua poſſeſsione, vel ſi quas iuſtas cauſas ha- non faciendi habet, compareat eas edocturus in iudicio, hanc que inhibitionem, quæ firma dicitur concedendam fore in terminis iuris tradunt Doctores omnes ſignanter Paul. Caſtr. in l. ſi ſuper poſſeſsione C. de trãſationibus, *Nota* dicit *quod ille, qui eſt in poſſeſsione ſi ab*
57 *aliquo † turbatur, vel dubitat turbari, vel inquietari poteſt implorare iudicis officium de plano, abſque libello, vt illum prohibeat, vel vim fieri vetet*, dicunt tamen Baldus in l. finali C. de edicto diui Adriani tollendo & in l. quiſquis C. quor apell. quod licet nõ requiratur libellus in forma, debet tamen ſummariè conſtare de poſſeſsione ſecundum Menoch. de retin. poſ. remed. vltim. num. 33. vt in Regno ſolet conſtare, nam vt dicit Caſtr. vbi ſupra ad prohibendum, & ad impediendum vim de preſenti, poteſt vti via ſupradicta ſummaria, ne partes veniant ad arma, iuxta l. æquiſsimum ff. de vſufruct. & hoc eſt, quod intenditur, & practicatur in hoc ſummario poſſeſſorio, ſeu firmis graua ſiendorum, ſed ad repellendum vim de futuro, & perpetuo, & vt declaretur, quis poſſeſſor verus, & quod ſic tamquam talis non poſsit vlterius turbari de fu-
58 turo, † & non ad tempus, neceſſe eſt ordinariè agere, Caſtrenſem ſequuti ſunt Bald. ſalicet. Alber. Alexand. ibidem, & multi alij relati per Portol. verſ. firma. num. 21. cum ſequentibus Caſtr. conſ. 3. lib. 2. Ruin. d. conſ. 28. Neuizan. conſ. 8. numer. 7. nec hoc caſu poſſeſsionem ad ſe auocabit ſecundum Mandoſ. vbi ſupra, & ſic ſecundum ſupradicta ante omnia requiritur, quod ille, qui hoc præſidium pe-
59 tit, alleget, & probet ſaltim † ſummariè poſſeſsionem, vt docent Couarrubias dicta pract. 12. Menoch. in locis ſupra dictis Portol. num. 23. vbi alij quod indubiũ eſt, & probatur tã per

for. licet de appellitu aliàs eſt primus de apprehenſionibus, & for. ad noſtrum eod. tit. in quo vt in notiſsimo principio immorari non oportet, & id omne probatur in obſ. 1. de citatione, vbi ſi quis dicat ſe eſſe in poſſeſsione aliquorum terminorum, & turbetur ſuper ea, & firmet coram iudice ſuper ſua poſſeſsione, iudex debet literas cõcedere, vt poſsidens in ſua poſſeſsione non turbetur per eos, vel ſi quasi iuſtas cauſas habent, eas deducant, ad idem obſ. item nota quod vbi vnus, de fideiuſſor. vbi ſi vnus dicit ſe eſſe in poſſeſſione alicuius rei, & firmet de directo ſuper ſua poſſeſsione, &c. & melius in obſ. de conſuetudine eod. vbi ſi aliquis firmat de directo ſuper ſua poſſeſsione, & obtineat literas inhibitorias cũ ſi quas cauſas, &c. vt ſic certiſsimum ſit hanc poſſeſsionem probandam eſſe ante omnia, vt conſtat in for. 1. & for. ad noſtrum de apprehenſionibus, & firmare tenetur de neceſsitate hic,
60 qui † ad iudicem recurrit ſuper ſua poſſeſsione, ſiue compareat coram Iuſtitia Arago. ſiue coram quocumq; ordinario, & hoc de ſtando & parendo iuri, de quę iudicato ſoluendo tanquam reus, vt per Bart. Angelũ, Paul. in l. 1. ff. iudi. ſolui, & probatur in d. obſ. cuius ratio eſt, quia cum ipſe ſe poſſeſſorem aſſerat, turbari quę dicat in ſua poſſeſsione, & ſic ſe reum faciat, fugiatque onus probandi poſſeſsionem, neceſſe eſt, vt secũdum Bart. & alios vbi ſupra det cautionem illam de iudi. ſoluendo, quam rei præſtare ſolent, & hoc apud nos dicitur firmare de directo; ideſt firmare de iure, ſeu iudicato ſoluendo, vt Cathalonię omnia etiam iuditia oriebantur, ab hac firma de directo, ſeu iuris Olibanus de iure fiſci, cap. 11. num. 14. & 16. vbi idem de iure eſſe oſtendit, & literæ quas obtinet, dicũtur literę inhibitorię iurisfirmæ, ſuper poſſeſsione,
61 ſeu iurisfirma poſſeſſoria, † quam prouidere poſſunt non ſolum Iuſtitia Aragonum, & eius Locumtenentes, verũ & quilibet iudex ordinarius Regni for. literas inhibitorias, tit. de litibus abreui. obſer. item nota de fideiuſſor.

Ex quo ſequitur fundamentum, & principium totius iudicij poſſeſſorij, tam ſummarij, quam plenarij in his inhibitionibus, ſeu iurisfirmis, ecce, ſi pars inhibita, cui fuit præſentata inhibitio, comparet coram iudice inhibẽ-
62 te, & det rationes, † quare non teneatur obedire, aſſerendo ſe poſſeſſorem eſſe, & non aduerſarium, inhibitio ipſa reſoluitur tunc in citationem obſ. 1. de citatione, ita Molin. verb. firma, & verſi. poſſeſsio, gloſ. Inno. Abb. in c. ex parte 1. de verb. ſignif. Portol. ver. firma, num. 25. & ſi vltra hanc allegationem dat cautionem de ſtando iuri, & iudicato ſoluendo, & ſic offert iurisfirmam, certè tunc ſimiliter ſe reũ cõſtituit, & vt talis firmat, cumque ſit reus, & vt talis firmauerit de iudi. ſoluendo, iam ſumus in caſu, vbi duę par-
63 tes contendunt † ſuper poſſeſsione, ſe ipſas turbando, & expellẽdo, nec plus iuris habet vna, quam alia, & cuilibet licitum eſt ius ſuum, & poſſeſsionem defendere ſecundum Molin. verb. firma, verſi. firma ſuper poſſeſsione ver. tamen, nam diſsipit qui poſſeſsionem deſſerit, ſecundum Abb. in cap. 1. vt lite pendente, & per conſequens ſi aliquos actus contrarios iurisfirmę ſibi præſentatę fecerit, non punietur † vt
64 fractor inhibitionis, nec de vi turbatiua, ex quo comparendo ſatisfecit pręcepto, & inhibitioni iudicis, quod per comparitionem fuit in citationem reſolutum, & hęc eſt vna ex multis cauſis excuſationis, ſecundum Menoch. de retin. remed. num. 655. cum ſequẽ.

l. fin.

l. fin. C. de appell. in cuius ornatum vi
de multa allegata per Portol. vbi ſup.
nu. 28. latius infra dicetur. Horum ra
tio eſt, quia ſi pendẽte iud. vti poſſid.
inter aliquos, vnus alium turbat, &
expellit, cauſa iuris ſui conſeruandi,
& non animo iniuriandi, non dicitur
65 delinquere, quia ius ſuum ante † ſen-
tentiam derelinquere non tenetur, l.
illud ff. de petitio hered. hæc tamen in
66 tellige † quando iſte comparens, ius
habet, & cauſam contrauenienti, alias
autem ſi ſine aliquo iure, & colore re-
ſiſteret, foret puniendus ſecundũ Me-
noch. vbi ſup. num. 626. cum ſequenti
bus: Sed eſt ſummè notandum, quod
ſi iſtę comparens, & dans rationes, nõ
firmaret de iudicato ſoluendo, tunc
licet haberet ius, punitetur tamen vt
fractor inhibitionis, ita dicit obſ. de
conſuetudine de fideiuſſo in modum
ſequentem, *De conſuetudine ſi aliquis
firmauerit de directo ſuper poſſeſſione
alicuius rei & obtineat literas inhibito
rias, tamen ſi iuſtas cauſas, quæ literę præſen
tantur alteri parti, ſi altera pars ſolum
offerat rationes, abſque iurisfirma, & fa
ciat aliquos actus contra inhibitionem,
poterit accuſari de fractione inhibitio-
nis*, hæc ſunt illius obſeruantię verba,
& in obſ. precedenti item nota decidi
tur totum diuerſum; *Item nota quod
vbi vnus dicit ſe eſſe in poſſeſſione ali-
cuius rei, et firmauerit de directo ſuper
ſua poſſeſſione, ſi altera pars venit et di
cit ſe poſſidere, et firmat de directo ſu-
per ſua poſſeſſione, tunc fidãtia iuris neu
67 tri parti eſt † admittenda, ſed debent par
tes probare, etc.* Ecce quod obſ. in caſu
quo inhibitus compareret, & dat ratio-
nes, & firmat, tollit inhibitionem quia
neutri recipitur, & ſic partes non poſ-
68 ſunt accuſari, † vt fractores inhibi-
tionis, at quando non firmant poſſunt
accuſari, ſecundum obſ. de conſuetudi
ne: Ratio autem vera & naturalis hu
ius diuerſitatis eſt, quia ſolum dicun-
tur contendere partes ſuper poſſeſſio
ne, quando ambę firmant, & ſe poſſi-
dere dicunt, fugientes onus probatio-
nis, volentesque reorum priuilegijs
potiri, quo caſu licitè defendunt ſuas
poſſeſſiones, vt ſupra dictũ eſt, Nam
ſi vna pars agnoſcendo bonam fidem,
& confitendo aduerſarium poſſidere,
ſuſciperet onus probandi poſſeſſionẽ
32 *Interdictum recuperandæ pro penſione ſolita præſtari reſpectu alicuius rei immobilis competit.*

33 *Firma poſſeſsoria pro præſtationibus perſonalibus, vt concedatur, cauſam præſtationis & ſolutionis probare neceſſe non eſt.*

34 *Solutionem vnicam, ad hoc vt quis dicatur eſse in poſseſſione exigendi, an ſufficiat probare, cum diſtinctione reſoluitur, & nu. 35.*

36 *Poſseßorium recuperandæ non datur, pro præſtatione quæ fit ratione rei mobilis, bene tamen adipiſcendæ, & retinendę, ſecus ſi competat ratione rei immobilis.*

37 *Firma poßeßoria, pro iuribus incorporalibus, quę non ſunt perſonalia competit, quod intellige, vt nu. 38.*

39 *Interdictum vnde vi, compe tit pro reſtitutione quaſi poſſeßionis exigendi vectigal.*

40 *Tex. in l. final. ff. quorum bonorum ibi ſed tantum corporum poßeßores, explanatur.*

41 *Interdictum quorum bonorum,*

rum, datur pro ſeruitutibus, quæ coherent corporibus.
42 Spoliato re incorporali cũ ea ſpoliatio ficta ſit, interdictis vtilibus ſuccurritur.
43 Inhibitio firmæ poſſeſſoriæ pro præſtationibus perſonalibus, negatiuè concipienda eſt.
44 Allegationem turbationis ad obtinendum remedium poſſeſſorium in præſtationibus perſonalibus ſufficit.
45 Prohibere vim fieri, vbi poſſeſſio eſt formata, & adquiſita non eſt in poſſeſſionẽ mittere.
46 Firma poſſeſſoria nùm detur rectori alicuius beneficij, non dum accepta poſſeſſione, de bonis & rebus beneficij dubitatur, & affirmatiuè reſoluitur, & nu. 47. & declara vt nu. 49.
48 Eccleſia quælibet dominiũ habet rerum ſibi aſsignatarum, & poſſeſſionem, ſi poſsidere poteſt.
50 Forus por quanto in fine, de appræhenſio. declaratur.
51 Extracto ad offitia vniuerſitatum, ſi non admittatur, poſſeſſoria firma cõcedetur, & amplia, vt num. 52. & declara, vt nu. 53.
54 Poſſeſſoria remedia, in ſpiritualibus ex notorio tituli, deffectu impediuntur.
55 Firmæ poſſeſſoriæ, aliquando abſque poſſeſſione indiuidua, & particulari concedun tur, & ibi exempla traduntur.
56 Præſcriptio, non extenditur, de caſu ad caſum, nec de perſona ad perſonam, ſed limita quinque modis traditis, nu. 57. 58. 59. 60. & 61.
62 Præſcriptio vnius iuris ſeu articuli compræhenſi, ſub vniuerſo, trahitur, & extenditur, ad poſſeſsionem vniuerſi, alio non poſſidente vniuerſum, nec tunc dicetur extenſio, ſed compræhenſio, vt nu. 63.
64 A ſeparatis non fit extenſio, in præſcriptione, & nu. 65.
66 Præſcriptionem interrumpens, ſemper intendit vniuerſaliter interrumpere, quia agit de conſeruando ius ſuũ, niſi interruptio fiat ſolum in certis capitulis, alio poſſidente vniuerſaliter, vt num. 67. et ratio traditur nu. 68.
69 Extenſio in præſcriptionibus fieri debet, ad ea quæ continentur ſub ſpetie præſcripta.

præſcripta.

70 *Præſcribens iuriſdictionem vniuerſaliter, quatenus comprębendit merum, & mixtum imperium, per vnum actum præſcribit omnes partes, & ſpecies contentas ſub eadem, nullo alio exercente iuriſdictionem, & num. 71. & intellige vt num. 72. & declara vt num. 73. & 74.*

75 *Præſcriptio in vno caſu introducta, extenditur ad alia connexa, & inſeparabilia.*

76 *Præſcribens quis aliquod ius per execitium aliquorum actuum, non ſolum dicitur poßidere illos actus, ſed alios, qui ſub illa ſpetie, comprębenduntur, ad quorum omnium conſeruationem firma poſſeſſoria dabitur.*

78 *Declarato fore, vel non fore admittendum ad contrafirmandum, ad plenarium poſſeſſorium recurrendum eſt.*

79 *Inhibitio quæ fit, victo in pleno poſſeßorio, poſt iuditium iurisfirmarum, fit de præciſſo, & non cum clauſula vel ſi quas, vt in primis inhibitionibus, vt nu. 80.*

81 *In curia Iuſtitiæ Arago. ante plenarium poſſeſſorium iurisfirmarum de præciſſo, ſolet tractari, aliud iuditiũ quaſi poſſeßorium inferius, & ſummarium, in quo diſcutitur, cui partium lite pendente liceat ſuam poſſeßionem conſeruare.*

82 *Firma poſſeſſoria, nũm poßit prouideri domno fundi probato dominio, ſuper iure prohibendi, quoſcumque ne in tali fundo paſcant, elegantér examinatur.*

83 *Dominus fundi, eo ſolo quod dominus eſt poteſt alium prohibere ne in eo fundo aliquid faciat, & nu. 85. & 87.*

84 *Dominium eſt ius perfectê diſponendi de re ſua, niſi lege probibeatur.*

86 *Dominij duo effectus exponuntur.*

88 *Firma poßeſſoria, &c. verò domino non concedetur, niſi prius de poſſeſsione docuerit.*

89 *Poſsidere quem non præſumitur, cum ſit facti, niſi probetur, & nu. 90.*

§. 2.

SED quia non omnes, qui petunt ſe admitti ad contrafirmandum admittendi ſunt, ad illũ efectũ de quo, ſup. ideò oportet aduertere, vt copioſius

 inue-

inuenies apud Portol. verbo firma
à n. 48. cum ſeq. quod aliqui putant
hanc admiſsionem, vel non admiſ-
1 ſionem † ad contrafirmandum fore
regulandam ſecundum regulas, qui-
bus debet ferri ſentẽtia in iuditio vti
poſsid. & ſic retin. poſſ. quo ſuppoſi-
to, niſi contrafirmans ſuam poſſeſsio-
nẽ probauerit, eodẽ titulo, & colore,
& de eodẽ tempore, & iure, vel ſaltim
equiualentibus, quibus firmans ſuam
poſſeſsionem probauit, admittendus
non eſt tamquam minor, & inferior
in poſſeſsione ſua, quod in interdicto
retin. poſsi. clariſsimum eſt, vt per
Menoch. de retin. poſſ. remed. 3. n.
741. cum ſeq. Portol. vbi ſupra n. 50.
cũ ſeq. vbi multa infert, veluti, quod
ſi contrafirmans non probat poſſeſ-
ſionem de preſenti, vt probauit fir-
mans, vel ſi iniuſtam, ille iuſtam, vel
ſi in probationibus ſuperetur à fir-
mante, tam in numero, quam in dig-
nitate, vel ſi recentiorem poſſeſ-
ſionem probauerit, admittendus
non eſt ad contrafirmandum, vel
etiam ſi firmans titulum habuerit,
contrafirmans non, & in alijs caſibus
recenſitis per Portol. vbi ſupra quo-
rum omnium ſententia diſplicere de-
2 bet † rectius intuenti materiam hãc,
ſiquidem ſecundum regulas iuditij
vti poſsidetis, hæc admiſsio ad con-
trafirmandum regulari non poteſt,
nã in illo interdicto vt patet per Me-
noch. vbi ſupra melius probanti ad-
iudicatur poſſeſsio pro eo interim,
quo non abſoluitur plenarium poſ-
ſeſſoriũ, & ferè numquam deuenitur
ad pronuntiandum, imo nec poteſt
pronunciari ſecundum veram opi-
nionem, vti poſsidetis ſic poſsideatis,
vt ſupra dixi, & diſcutitur tunc
cauſa poſſeſsionis, ſeu tenutæ, at
in caſu noſtro non diſcutitur, nec exa
3 minatur tramite † iudiciali poſſeſ-
ſio ipſa, & per conſequens non po-
teſt per Iudicem adiudicari vni ma-
gis, quam alij, & ſi dicas ſatis adiudi-
cari firmanti, quando declaratur in-
hibitum non fore admittendum ad
contrafirmandum, reſpondeo, quod
tunc benè adiudicatur per iudicem
poſſeſsio firmanti, pendente illo in-
terim, quia cum repellatur inhibitus,
remanet ille poſſeſſor, vt erat antea,
& ſic in effectu adiudicatur poſſeſsio
firmanti, ſed quando admittitur ad
contrafirmandum, quod eſt, quando
vterque contendit ſuper poſſeſſorio,
& tamquam reus admittitur, ſecus
eſt, quia nulli adiudicatur poſſeſsio,
imo partes relinquuntur ſuo arbi-
trio, cum ſecus ſit in interdicto vti
poſsid. vbi id pronuntiari non poſſe
ſecundum veriorem opinionem dixi-
mus ſupra, deinde hic non examina-
4 tur † poſſeſsio, ſeu detentatio, quia
poſtquam dedit contrafirmans ratio-
nes, & firmam, & ſibi non reſiſtit pre-
ſumptio iuris, non aſtringitur proba-
re contenta in ſua cedula, ſeu libello,
ſed illud habetur pro probato ad effe-
ctum admittendi ad contrafirman-
dum, & cum illo ſolum admittitur,
nec amplius requiritur, ſi equalem
poſſeſsionem alleget poſſeſsioni fir
mantis, & ius ſibi non reſiſtat, qua-
propter melius opinati ſunt illi, qui
dixerunt iuditium hoc regulãdum eſ-
5 ſe ſecundum regulas, † quibus caue-
tur lite pendente neminẽ eſſe priuan-
dum ſua poſſeſsione, quia cum per
comparitionem rei contrafirmantis,
reſoluatur in citationem prima fir-
ma, & ab eo tunc dicatur lis pendere,
iam cum maxima ratione dicent tã
vnus, quam alius, non fore eos lite il-
la pendente, & nondum deciſſa, pri-
uandos ſua poſſeſsione, ſed expectari
debere euentum litis, ex allegatis per
Mandoſ. de inhib. c. 46. vbi priuari †
nemo

Digitized by Google

nemo debet ſua poſſeſsione, etiam fa-
cto iudicũ, & reſcripto principis, niſi
ordine iudiciario præmiſſo, & ſerua-
tis ſeruandis l. extat ff. quod metus
cauſ. l. meminerint l. ſi quis in tantã
C. vnde vi & cap. 124. vbi lite pen-
dente nihil innouandũ eſſe cum mul-
tis per eum traditis docet, & quid in
criminalibus, pendente acuſatione
vel inquiſitione, an poſsit fieri inhibi-
7 tio † domino temporali, qui litigat,
& habet iuriſdictionem, & ſubditos,
ne iuriſdictionem exerceat, vide in c.
103. vbi quod ſic tradit idem Man-
doſius, quem vide, nam multoties in
regno contra dominos vaſſallorum
occurrit hæc dubitatio, & cum in hoc
caſu militet, regula illa iuris qua caue
tur neminem lite pendente poſſeſsio-
ne priuandum eſſe, & hic lis pendeat,
meritò etiã hic lite pendente nõ debe
bit quis poſſeſsione priuari oblata, cõ
trafirma in illis caſibus, quibus de iu
re lite pẽdente non debet litigãs pri-
uari poſſeſsione ſua, & per conſ. ad-
mitendus erit in illis caſibus ad cõtra
firmãdum, nã hæc admiſsio nil aliud
importat, quã quod non priuetur ſua
poſſeſsione lit. pend. & donec poſſeſſo
rium plenarium fuerit abſolutum, ſi-
cut è cõtra nõ admiſsio importat pri
uationẽ poſſeſsionis pro eo interim:
8 vnde quotieſcumq; † inhibitus, & con
trafirmãs allegat poſſeſsionẽ equalem
poſſeſsioni firmantis, ſi tamẽ ei nõ re-
ſiſtat fortitèr, & vehemẽtèr præſump
tio iuris, nõ debebit lite pend. priuari
poſſeſsione, ſecundum DD. omnes ſu
pra per Mãdoſiũ citatos; ex quo pri-
ma firma fuit reſoluta in citationẽ, &
per conſ. erit admitẽdus ad cõtrafir-
9 mãdum etiã † nulla probatione facta,
quia hoc caſu in viã iuris nulla proba
tio faciẽda eſt, ſed ſolũ ſuficit allegare
ſe poſſeſſorem, & in regno firmate de
iudi. ſoluendo vltra poſſeſsionem.

At vero ſi præſumptio iuris reſi-
ſtat fortitèr, & vehemẽtèr ipſi contra
firmãti, tunc quia de iure comuni nõ
conſeruatur ſibi poſſeſsio, niſi vel titu
lum exhibeat cũ poſſeſsione, vel pro-
bet immemorialem vt ſupra latè dixi
10 §. 10. c. 5. ita etiã in regno † neceſſe eſt
quod in hoc caſu propter reſiſt ntiã
iuris, vel exhibeat titulum, vel probet
immemorialẽ, aliàs nõ admittetur ad
contrafirmandum, vt quotidie experi
mur nõ admitti, ita reſoluit Portol. à
n. 63. cum ſequent. vnde ſi Archiepiſ-
copus firmat ſuper iure viſitãdi, & ſu
fraganei contrafirmãt cum iure exẽp
tionis, allegando poſſeſsionẽ libertatis,
nõ debent cõſeruari in illa quaſi poſ-
ſeſsione libertatis, ideſt nõ debent ad
mitti ad contrafirmandum, niſi vel ti
tulum exhibeant, vel probent imme-
morialẽ ſecundum cap. cum perſonæ
de priuileg. in 6. vt ſic fuiſſe iudicatũ
in bono exẽplari tradit Portol. n. 64.
& nos d. §. 10. c. 5. latè diximus, quod
intellige non de leui præſumptione,
qua vnaquæq; res præſumitur libera
omni ſeruitute, per l. altius de ſeruit.
11 ſed de vehemẽti preſumptione, † que
contra aliquẽ facit, veluti ſiquis dicat
ſe exẽptum à iure viſitationis ſui ſupe
rioris, vel ſe habere aliquod ius rega-
le, coronationis, cenatũ, iuriſdictionis
& ſimiliũ, vel ſi laicus dicat ſe poſſide
re decimas, vel ſi parrochus præten-
dat decimas in alterius parrochiã, vel
ſi Abbas contendit ſe eſſe in poſſeſ-
ſione iurium Epiſcopaliũ, vel iuriſdi-
ctionis regiæ, his caſibus iſta allegans
nõ debet cõſeruari in ſua poſſeſsione,
ideſt non debet admitti ad contrafir-
mandũ, niſi probato titulo vel imme-
morĩali, vel poſſeſsione 40. anno. cum
titulo inualido iuxta d. c. cum perſo-
næ, de cuius materia, & intellectu nos
copioſè egimus ſupra d. §. 10. & ideo
amplius in hoc non inſiſto, ne toties
eadem

Digitized by Google

eadem præcepta reſſumamus, verum
12 tamen eſt, quod ſi ius comune † nō aſ-
ſiſteret firmanti, licet reſiſteret cōtra-
firmanti, tunc contrafirmans admit-
tendus eſt, licet nil aliud probet,
quia ad hoc vt non admittatur ad cō
trafirmandum quis, vel non conſerue
tur in ſua poſſeſsione lite pend. requi-
ritur vltra reſiſtentiā iuris, quod aſsi-
ſtat firmanti, ſic Portol. n. 75. adde Pe
regri. de fideicom. ar. 52. n. 141. vt ſu-
pra dixi latius. Alias regulas, & cōclu
ſiones tradit Portol. in quibus quis
ſit admittendus, vel non ad contrafir
mandum, id eſt, ſit conſeruandus in
ſua poſſeſsione, vel non lite pēdēte, ad
quem recurro vbi ſupra, ſed quia exa
ctiſsime id diſcuſsū fuit ſup. per totū.
§. 10. cap. 5. recurre illuc, & in omni-
13 bus illis caſibus † quibus de iure (vt
ibi habetur) quis non ſit lite pend.
conſeruandus in poſſeſsione ſua, in eiſ
dem non erit admittendus ad contra
firmandum, & in caſibus, in quibus,
quis debeat lite pendēte cōſeruari in
ſuā poſſeſsione, in eiſdem debebit ad
mitti ad contrafirmandum, vt ſic hęc
patia ſint, admitti ad contrafirman-
dum, vel debere conſeruari in ſua poſ
14 ſeſsione aliquem † lite pendente ſu-
per poſſeſsione, vel propietate, & ſe-
cundum has regulas & concluſiones
debet regulari, & concipi iuditium
hoc, quod tam frequens eſt in curia
Iuſt. Arag. ſuper admittendo, vel nō
admittendo inhibitum ad contrafir-
mandum, quod iuditium propiè non
eſt illud interim, in quo diſcuritur tē-
nuta, ſeu detētatio, vt in articulo litis
pendentiæ, ſed aliud iuditium ibi ſo-
lum tractari ſolitum, per quod decla-
ratur, quando litigantes duo, vel
vnus ſolum, debeant conſeruari in
ſua poſſeſsione, pendente lite ſuper
poſſeſsione, ſicut etiam de iure id in
iuditium deducebatur, ſecūdū con-

textură cap. cum perſonæ de quo ſa-
tis in d. §. 10. & hæc eſt natura, hæc
vera eſſentia huius articuli admiſ-
ſionis ad contrafirmandum, qua ad-
miſsione facta, tractatur de vera poſ-
ſeſsione, quæ poſteā adiudicatur ve-
ro poſſeſsori, & deinde fit tranſitus
ad propietatem, vt notiſsimum eſt
cauſidicantibus, & circa id non eſt
inſiſtendum amplius.

Redeūdo ad materiam, hæc firma,
hæc inhibitio poſſeſsoria, quā nō ſo-
lū Dominus Iuſt. Arago. ſed etiā qui-
libet ordinarius iudex regni prouide-
re, & concedere poteſt; fundatur in
ſola poſſeſsione, & ſic poſſeſſoria di-
15 citur, imo † fundatur etiā in detenta-
tione, licet non adſit poſſeſsio, nam
in omnibus caſibus, in quibus poſ-
ſeſsori datur aliquod remedium poſ-
ſeſſorium, in eiſdem detentatori da-
bitur remedium poſſeſſorium, ſeu ſal-
tim iudicis officium pro ſua detenta-
tione recuperanda, vel conſeruanda,
eſt doctrina Angeli de Peruſ. in l. ma-
nifeſtiſsimi §. ſed cum ſit ſecundum
C. de furt. 2. col. in fin. verſ. detenta-
tori autem, ſequitur Gomez in l. 45.
Tauri n. 13. in fin. vnde vulgare eſt,
16 quod in regno dabitur colono † & in
quilino durante tempore locationis
& iuribus conductionis durantibus,
remediū poſſeſſoriū, ſeu iudicis offi-
cium, & ſic firma contra locato-
rem, vt eum manuteneat in ſua poſ-
ſeſsione, & detentatione imo obti-
nebit contra eum in omni poſſeſso-
rio Portol. in verbo apprehenſio. 2.
num. 49. Menoch. de retin. remed.
4. num. 1. neceſſaria igitur eſt poſ-
ſeſsio, vel detentatio ad obtinen-
dam iuris firmam poſſeſſoriam, quia
hæc datur tantum ratione rerum, in
quibus cadit poſſeſsio, vel quaſi, &
dirigitur contra turbantes poſſeſsio-
nem, non vero † contra iudices, &
in

in his eſt locus, ad contrafirmandum ſecundum obſeruantias de fide iuſſoribus, quod non licet in firmis titularibus, illæ namque reſoluuntur in citationem, licet compareat inhibitus dando rationes, & licet prouideantur dictę firmę cum clauſula (ſi quas cauſas) vidi tamen aliquando admitti ad contrafirmandum in eis, & male † quia dictę obſeruantiæ ſolum hoc
18 permittunt in poſſeſſorijs, & debent prouideri iſtę hæc firmæ cum informatione duorum ſaltim teſtium, qui de poſſeſsione, ſeu detentatione deponant, verum eſt, quod ſi poſſeſsioni reſiſtat præſumptio iuris, veluti in quaſi poſſeſsione infantionię, & leuandi carneragium, exercendi iuriſdictionem regalem, tunc adminus tres teſtes neceſſarij ſunt, quorum duo de poſſeſsione deponant, tertius vero adhibeatur ad purgandam illam preſumptionem iuris, quæ reſiſtit, prout ita practicari vidi meis temporibus dum eram Locumtenēs Iuſtitiæ Aragonum, ita bene reſoluit Garcia de nobilitate. gloſſa. 2. §. 1. numero. 38. Specul. quem refert Iaſſon. in l. ſciendum titulo de verborum num. 10. Decius conſ. 175. & 150.

In vim ſuperiorum vidi dubitari de quampluriminis quæſtionibus, an eſſet danda firma hęc poſſeſſoria, nā
19 pro iuribus realibus † vel ratione rei debitis, ſemper fuit data firma hęc poſſeſſoria, & iuſtiſsimum eſt dari, ecce exemplum, domus ganateriorum Ceſarauguſtę ſolet mundare quandam acequiam, & recuperare à quandam villa medietatem ſumptuum conſumptorum in eo opere, & cū hoc debeatur ratione dictę acequię, dicitur tale ius quaſi poſſideri quia eſt ius reale, vt in luctuoſis exigēdis à vaſſallis, tradit Gracia de expenſis, capit. 9. numer. 41. & de ſimili iure Aymon conſ. 45. & ideo in ſupra dicto caſu fuit prouiſa iurisfirma poſſeſsoria, & in alijs multis proceſsibus
* fuit prouiſa, vide in proceſſu capituli confratrię domus ganateriorum Cęſarauguſtæ ſuper iurisfirma die 6. April. 1598. & fuit data contra homines dicte villę, vt ſoluerent dictam meditatem, licet alius ſit modus concipiendi has iuris firmas per verba negatiua, veluti ne turbet dictam domum in poſſeſsione percipiendi dictos ſumptus, vt dicam infra.

Sed dubitatio maxima fiat, & de quo vidi multum dubitari, an detur firma, que eſt remedium poſſeſſorium, pro redditibus, † & preſtationi-
20 bus perſonalibus, obligationibus perſonalibus annuis, & quia multum fuit altercatum de hoc, laboraui in eo & ita colligo concluſiones ſequentes Comunis concluſio legiſtarum eſt, quod denegentur remedia poſſeſſoria
21 † & ſic firma pro debito annuo perſonali Afflictis decis. 395. vbi late Gomez in l. 45. tauri num. 129. vbi dicit quod interdictum quorum bonorum non datur contra debitores hereditarios perſonaliter obligatos, vt per illud heres mitatur in actualem poſſeſsionem debiti, ſed tantū contra corporū poſſeſſores l. fin. quorū bonorū, ratio ſecundū eū eſt, quia omnia reme
22 dia poſſeſſoria † cauſātur immediate à ſola poſſeſsione, tamquā à primordiali cauſa, vel titulo, & ſic dicuntur poſſeſſoria, in obligatione autem perſonali non eſt aliquid, quod poſſideatur per naturam obligationis, perſonalis, nam non debitum, non actio, non obligatio, cum per eas ſolum agamus vt aliquid nobis fiat, detur, aut preſtetur, nō vero vt aliquid noſtrum fiat; ſiue ſit poſſeſsio, ſiuè dominium, ſiuè

Zz ſeruitus

ſeruitus, illud quod debetur, l. obligationum ſubſtantia in princip. l. actionum genera, verſ. in perſona. ff. de act. & oblig. & ſic non dabitur heredi
23 interdictũ quorũ bonorũ, contra debitores hereditarios perſonalitèr obligatos, vt ſupra, quia cum defunctus non poſsederit debitum, nec actionẽ vt dixi, licet hęres fuerit conſequutus bonorum poſſeſsionem decretalem, in cuius vim poſtea obtineat interdictum quorum bonorum, ſecundum gloſ. in d. l. fin. aduerſus corporum poſſeſſores, vt illam poſſeſsionem conſequatur, quam defunctus habuit, nõ tamen aget contra obligatos perſonalitèr, quia defunctus nihil de his poſſedit, non obſtat gloſ. communiter aprobata in l. regulariter ff. de petitio. hęred. vbi creditor poſsidet debitũ, & ius perſonale actiuè, & debitor paſſiuè, nam illa poſſeſsio † eſt nimis in propritiſsima, vnde non producit ali-
24 quod remedium poſſeſſorium, ita Gomez vbi ſupra, num. 172. vbi allegat rationem fortem, quia illud tantum poſsidetur, quod ipſa appręhenſione, ocupatione, vel per acceptationem poſſeſsionis non extinguitur, ſed remanet in ſuo eſſe, & natura, vt ſi accipias poſſeſsionem domus, ea accepta domus remanet in ſuo eſſe, & natura, Modo ſic, aut vis quod poſsideatur debitum perſonale, aut ipſa obligatio perſonalis, aut ipſa actio perſonalis, (pręter iſta nihil aliquid aliud eſt conſiderabile in obligationibus perſonalibus, excepta perſona obligata, quam ſi dicas poſsideri, ex eo, quia
25 eſt obligata perſonalitèr, eſt maximum abſurdum † cum ſit libera, ita Afflictis vbi ſupr. num. 1. in fin.) ſed iſta omnia per acceptationem, appręhenſionem, ocupationem, & acceptando poſſeſsionem illatum (ſi poſſeſsio in eis dari poſsit) extinguntur, & non remanent in ſua natura & eſſe, quia per ſolutionem debiti, obligationis, actionis perſonalis (per quã ſolutionem erat conſequenda poſſeſſio, ſi dari poſſet) pereunt & extinguntur, & ſic actus ſolutionis, qui debet inducere poſſeſsionem, producit oppoſitum, & eam extinguit, ergo
26 in his non cadit poſſeſsio, † & per conſequens, nec remedia poſſeſſoria, ita Bald. in cap. quærellam de electio. hanc dicit magis communem, Gomez vbi ſupra, verb. tenendo tamen, eandem ſequitur Menoch. alios allegans de retin. poſſeſſ. remed. 3. numer. 139. dicens veriorem eſſe hanc Legiſtarum opinionem, contra Canoniſtas qui aliud tenent, idem de recuper. poſſeſſ. remed. 1. numer. 81. per totum Ripa. in l. fin. nu. 3. & 4. ff. quorum bonor. qui & Menoch. vbi ſupra, reſpondent opinioni Canoniſtarum, & eorum fundamentis; idem tenet Faber. in rubr. & §. 1. in ſt. de interd. & mihi magis placet in puncto iuris, de qua vide Peregr. de fideicom. art. 46. num. 17. fol. 424.

Canoniſtę vero tenent contra, im-
27 mo, quod dentur remedia † poſſeſſoria per cap. quęrellam de elect. cap. ſicut de re iud. quorum ratio eſt, quia licet non ſit dare poſſeſſorium pro præſtationibus perſonalibus, eſt tamen dare quendam ſtatum, ad quem ſit reductio dict. cap. quærelam, pro quo ſecundum eos datur remedium poſſeſſorium, ſicut excommunicatus iniuſtè reſtituitur ad priſtinam communionem, & tamen ibi non datur poſſeſsio, vel quaſi, ſed quidam ſtatus, gloſa in capit. nullus, ſecunda queſt. ſecunda, & cum hoc tranſeunt communiter Canoniſtæ, ſecundum Menoch.

noch. Rip. Gomez. Aſſlictis vbi ſupra, qui hanc dicunt eſſe canoniſtarum opinionem licet ipſi teneant contrariam legiſtarum, dicentes, quod illa reductio fit officio iudicis, vel remedio canonis re integranda;. quæſt. 1. quod verius eſt, & melius dicere, cum hæc remedia ad hoc dentur, abſque eo, quod dentur poſſeſſoria ſine poſ-
28 ſeſsione, quid quid ſit, hæc † opinio ſeruatur ſecundum Fabrum vbi ſupra de ſtillo omnium curiarum ſpiritualium, & temporalium, quæ obſeruant capit. quærellam indiſtinctè, & hanc ſeruat tota Gallia ſecundum Menoch. & credo, quod in hoc Reg-
29 no † hæc ſeruatur, quia forus ad noſtrum de aprehenſionibus ſatis clarè uidetur innuere, quod pro omni iure detur remedium poſſeſſorium, cum concedat firmam, & aprehenſionem, quę ſit poſſeſſoria, generaliter pro omni iure paſcendi, & alijs, quę poſſunt eſſe realia, & perſonalia, & in Regno ſermo generalis omnia comprehendit, & ſic fuit data pro his, vel ſimilibus iuribus, firma iuratis Tiraſſon, vide in Proceſſu iuratorũ Ciuitatis Tiraſſon ſuper iurisfirma in menſe Auguſti vel Septembris anni 1594 me exiſtente relatore, & aliç multę firmę reperiuntur ſicut iſtæ, vide in Proceſſu capituli confratrię domus ganateriorum Cęſarauguſtę die 6. Aprilis 1598. ſuper iurisfirma, credo quod non fuit prouiſsa & malè, quia duo ex nobis dabamus eam

30 Sed quoniam hęc preſtatio † & ſolutio annua nõ eſt merè perſonalis, ſed vel merè realis, vt quia debetur a re rei illa pręſtatio, vt colligitur per Ripã in d. l. fin. num. 3. vel perſonalis, ratione tamen alicuius rei, & ſic continet etiam ius realę, vt ſolutio alicuius cẽſus, vel pẽſionis pro aliqua re inſignũ ſubiectionis, vel in ſignũ, & ratione cẽſus impoſiti ſuper aliqua re, vel uti emphiteota, feudali, & ſimili, tunc omnes DD. legiſtę & canoniſtę cõcludunt, ꝙ cõperũt remedia † poſſeſſoria
31 recuperãdę, adipiſcẽdę, retinẽdę poſſeſſionis in ſuis caſibus, ita ſecundum aliquos debet intelligi c. querellam de electio, ſecundum Gom. & allegatos per eum d. num. 172. verſ. ſi vero, &c. vbi alios allegat, & hoc voluit Bart. in d. l. fin. quorum bonorũ & Aſſlictis dicẽs omnes Doctores vtriuſq. iuris in hoc concordare in deciſ. 395. verſ. ſed ego dicebã Menoc. de recuper. remed. 1. nu. 87. nec eſt qui ab hac ſententia diſcedat, vt late Angel. in § 1. de interd. inſt. Ripa in l. remque nobis. numero. 16. ff. de acqui. poſſ. vbi dicit quod pro penſione ſolita preſtari reſpectu alicuius rei immobilis compe-
32 tit † interdictum recup. poſ. Ripa in l. fin. num. 3. quorum bonorum, & ſic pro iure decimãdi datur interdictum vnde vi, quia debentur ratione fructũ perceptorum Bertran. conſ. 211. lib. 4 & cõſ. 328. erit tamen hoc caſu, & omni alio caſu ſimili ceſsatę preſtatio niſi neceſſe deducere nõ modo penſionis ſolutionem, ſed & receſſationem Faber in §. retinendæ Bertr. conſ. 292. lib. 3. hos allegat. Menoch. vbi ſupra, quando autem dicatur ſolutio. & preſtatio realis, vel perſonalis ratione tamen alicuius rei, & ſic quãdo continet etiã ius reale, vltra ſupra citatos vide Angel. vbi ſupra vbi multa, Aſſlic. vbi ſupra.

Dubitatur modo circa prędicta de aliquibus, quæ ad prouiſsionem firmæ horum iurium requiruntur, & primo an ſit neceſſe probare cauſam prętationis, † & ſolutionis, dic quod
33 non, quia poſſeſſoria in facto conſiſtunt. l. 2. ff. ſi ſeruit. vend. ita Ripa,

 alios

alios allegans in d.l.fin. num. 4. Gomez vbi ſupra Garcia de nobilit.

Quæro in ſuper, an ad hoc, vt quis dicatur eſſe in poſſeſsione, ſeu quaſi talium iurium, ſeu in ſtatu exigendi ipſam pręſtationem, ſufficiat probare
34 vnicam ſolutionem, † diſtinguendo dico, quod ſi ſimus in actibus qui non pręſumuntur, nec ſolent fieri iure familiaritatis, & amicitię, tunc vna ſolutio, & præſtatio penſionis ſufficiat, ita Gomez, vbi ſup. ver. tenēdo tamē primam, & veram opinionem, & alij, quos allegat Rip. in dict. l. fin. num. 5.
35 vbi alios allegat, ſi vero † ſimus in actibus, qui promiſcuè fieri ſolent ratione obligationis, vel facultatis, & amicitiæ, vt dare vnum par caponum quolibet anno, hoſpitare amicum, nunquam acquiritur quaſi poſſeſsio per vnicum actum ſolum, & ſic neceſſe eſt probare plures ſolutiones, Ripa vbi ſupra, vbi in hāc inclinat cum alijs allegatis per eum, & credo, quod in alijs actibus obligatorijs ſentit, ꝙ ſupra proximè, quot autem numero debeant eſſe hæc ſolutiones, dic hoc eſſe arbitrarium iudici, conſiderata qualitate perſonarum, & præſtationis, Rip. vbi ſup. num. 6. vbi alios allegat.

Circa ſuperiora notandum eſt, quod ſi hęc præſtatio, quæ fit ratione alicuius rei, debetur ratione rei mobilis, non datur pro ea poſſeſſorium † recuperandę, ſed bene alia poſſeſſo-
36 ria adipis. retinend. & ſimilia, ſi vero cōpetat ratione rei inmobilis, tūc dabuntur interd. recuper. adipis. retinen. licet ipſa pręſtatio conſiſtat in rebus mobilibus, Menoch. vbi ſupra, de recuper. remed. 1. num. 88. Ripa in d. l. rem quę nobis. num. 15. de acquiren. poſſeſſ. dicens, interdictum vnde vi dari acceſſoriè ad res mobiles, vt in hoc caſu, per l. 1 §. illud. §. ſi fundus, ff. de vi. & vi. ar. Angel. in §. 1. inſt. de interd. Et hæc ſufficiant de præſtationibus merè perſonalibus, & de perſonalibus continentibus ius reale, veluti quia debentur ratione rei.

Sed quid de iuribus † in corporali-
37 bus, quæ non ſunt perſonalia, nec cōſiſtunt in præſtatione, & ſolutione annua, ſed ſunt alia iura in corporalia adhęrentia rebus, vel ad res pertinentia, veluti ſeruitutes, iura eligendi, decimandi, & cetera huiuſmodi, an pro quaſi poſſeſsione iſtorum dentur remedia poſſeſſoria, & ſic firma, & eſt
38 dicendum † quod ſic, intelligendo de his iuribus, quę quaſi poſsidentur, ad differētiam iurium perſonalium, quę non poſsidentur, nec quaſi poſsidentur, ſecundum Ripa. in dict. l. fin. ff. quo. bon. in principio, veluti vſus, vſus fructus, habitatio, & ſimiles ſeruitutes, tunc dantur remedia poſſeſſoria, vnde concedetur interdictum vnde
39 vi †, pro reſtitutione quaſi poſſeſsionis exigēdi vectigal, & pedagium Bertachi. de gabellis 4. par. in prin. verſ. decimo quinto quæro, ſic conceditur deiecto à quaſi poſſeſsione iuris vſufructus, vſus, & alterius ſeruitutis, ſic pro his iuribus incorporalibus datur interdictum retinendę poſſeſsionis vti poſsidet. l. 1. ff. vti poſsid. Et cętera etiam interdicta, quo bon. quo. leg. & ſimilia, non obſtante, l. fin.
40 † ff. quo. bon. ibi. *Sed tantum corporum poſſeſſores*, quia non excludit iura incorporalia, quę quaſi poſſidentur, nam illud ſolum dixit ad differentiam debitorum hereditariorum, & ſic obligationum perſonalium, facit ratio, quia cum iſta iura

cohę-

co hereāt corporibus, dabūtur pro eis ea remedia poſſeſſoria, quæ pro ipſis corporibus competunt, & ſic dabitur interdictū quorū bonorū pro ſeruituti-
41 bus † quę cohęrent corporibus; Rip. vbi ſupra, & interdictum vti poſsid. quod pro rebus ſoli datur. l. 1 §. hoc interdictum. ff. vti poſsid. datur etiā pro ſeruitutibus adhærentibus ſolo. l. ſicuti. §. ariſto ff. ſi ſeruit. vendi. ita Ripa. vbi ſup. & iſta ratione pro iuribus incorporalibus rei corporali cohęrētibus dabūtur omnia remedia poſseſſoria, ſuis caſibus, nam debitor corporis dicitur, debitor ſeruitutis, & iuris cohęrentis corpori. Rip. vbi ſupra. vide latius Menoch. vbi ſupra d. numer. & verum tamen eſt, quod hęc ſpoliatio rei incorporalis eſt facta ſecundum Menoch. vbi ſupra num. 82.
42 † & ſic ſuccurritur pro eis vnli interdicto vnde vi, quorum bonorum quorum legi. & ſimilibus, hæc omnia bene nota, quia ſunt deducta ex varijs locis, & multum vtilia de iure. foro. & practica.

Super modo tamen concipiendi has inhibitiones vidi multoties inter practicos controuerti, aliquibus dicentibus, inhiberi debere, vt fiat ſolutio;
43 ſed veritas eſt, quod negatiuè † fiat inhibitio, nam cum remedium hoc iuris firmę, ſeu inhibitionis, ſit remedium reorum, ne turbētur in ſuis poſſeſsionibus, ſeu quaſi, & ſupra diximus in præſtationibus perſonalibus dari quaſi poſſeſsionē, ideo oportet, quod dicatur in inhibitione, quod inhibentur Petrus, aut Ioannes, ne turbent Franciſcū in iure, & quaſi poſſeſsione recipiendi vnum par caponum, vel aliud ſimile, & ex cōſequenti cogātur illud præſtare, ſi non poſſunt turbare non ſoluendo, & negando illā annuam, vel menſtruam præſtationem, & licet varijs modis poſsit conſiderari poſſeſsionis turbatio ad varios effectus, vt late per Menoch. de retin. poſs. remed. 3. à numer. 467. cum ſeqq. tamen in Regno ad propoſitum de quo agitur, ſcilicet obtinendi remedium hoc poſſeſ-
44 ſoriū, ſufficit allegare, † quod turbatur per Titium, quia non ſoluit, prout ſoluere tenetur, præſtationē illam annuā, vt obtineatur hęc firma. Et licet hoc videatur genus quoddam mittendi in poſſeſsionem, prohibendo vim fieri ingredienti. l. penult. §. ſpecies. ff. de acq. poſ. illud tamen eſt verum, quando ad huc non eſt accepta poſſeſsio, ſed intenditur acquiri, nam tunc prohibere vim fieri ingredienti, eſt mittere in poſſeſsionem, ſecus autē eſt vbi iam poſseſsio eſt formata, &
45 acquiſita, † nam tunc non eſt mittere in poſseſsionem, prohibere vim fieri, ſeu turbationem committi, alias numquam hoc remedium poſeſsoriū locum haberet, quapropter ita concipiendas has inhibitiones conſulo, nā alias male ſonarent, & fierent, cum ſint remedium reorum, qui turbātur, & moleſtantur in ſua poſeſsione, ſeu quaſi, quod nota pro his, & inferius narrandis inhibitionibus, quę ſimiles ſunt ſuperioribus.

Non minus vidi dubitari, an poſsit
46 dari firma ſeu inhibitio poſſeſsoria † beneficiato ſeu rectori alicuius beneficij, non dum accepta poſſeſsione per eum de rebus, & bonis beneficij, nam aliqui putarunt quod non, cum fundamentum harum inhibitionum ſit poſſeſsio ipſa, ſine qua in vim iuris, & fori ceſſat hoc remedium, firmę poſseſsoriæ verum nos aliter exiſtimandum putamus, cum rector eccleſiæ turbatur in quaſi poſſeſsione iuris rectoriæ, tunc enim ei redditur interdictum, vti poſsideris

 ſecun-

ſecundum Bart. in l. 1. §. hoc interdictum ff. uti poſsid. quaſi, quod non careat rector quaſi poſſeſsione, & ſi ſecundum Menoc. vbi ſupra num. 126. datur rectori reiuẽdicatio ad vendicãdum eccleſiæ bona l. ſancimus, C. de
47 ſacroſanct. eccleſ. † à fortiori dabitur hoc interdictum, maxime attento, quod bona eccleſię ſunt cõceſſa rectori pro eius prębenda, in qua clericus fructuario ęquiparatur, cap. literas de probat. & ſic clerico datur remedium l. ſi quis in tantam C. vnde vi, aduerſus occupãtem per vim bona ſuę eccleſię, verum Ioan. Faber. in §. retinendę inſt. de interd. & §. nullius de rerum diuiſ. eod. acuratius rem abſoluit, dicens, quod
48 quęlibet eccleſia habet dominium † rerum ſibi aſsignatarum, vel donatarum, cap. Abbate ſanè de ſenten. & re iud. in ſexto, cap. 1. & 2. de rebus eccleſię non alien. in ſexto, & hinc eccleſia pręſcribit contra aliam eccleſiam, c. illud, extra de pręſcr. quod intellige de illis eccleſijs, quæ poſsident in communi, ſecus in his quę non poſsident vt fratres minores, quia Papa eſt dominus bonorum, quę ad tales deueniunt quo ad proprietatem, cap. exiui §. denique, de verb. ſign. immo licet eccleſia ſit viduata rectore, poſsidet, cap. quęrellam de electione, licet ſecus in vniuerſitate, nota. in l. ſicut §. fin. ff. quod cuiuſque vniuerſ. nomine, vnde ſequitur, quod quęlibet eccleſia vicẽ perſonę obtinet, Faber. in §. vniuerſitatis cum §. ſequenti inſt. de rer. diuiſ. vt de fit, quod ſi eccleſia poſsidet per ſe, & habet vicem perſonæ, ſic eius miniſter nomine eius poſsidebit, licet ſecus ſit de hereditate, quia illa non poſsidet niſi quo ad vſucapionem, l. Pomponius §. quęſitum cum l. fin. ff. de vſucap. iuncta l. cum heredes ff.
49 de acq. poſſ. vnde oportet, † quod rector, ſeu beneficiatus agat nomine beneficij, & vt beneficiatus, ſecus ſi ſuo nomine ageret, dicẽdo ſe eſſe in poſſeſſione, vt per Fabr. ibi. Cõcluſiuè modo ad quęſtionẽ propoſitam dicit Faber. in d. §. retinendę num. 7. quod ſi nomine dignitatis agat beneficiatus ſucceſſor in dignitate, & ſit talis dignitas, quæ poſsideat, obtinebit interdictum retin. poſſeſsionis, & ſic remedia poſſeſſoria, ſi autem agat nomine ſuo, non obtinebit, quantumuis prædeceſſor, vel author eius poſſediſſet, verum tamẽ eſt, quod ſi prędeceſſor turbatus ceſsiſſet actionem, quod ſucceſſor poſſet agere hoc interdicto iure ceſſo, & in hac ratione meo iudicio fundatur diſpoſitio fori, por quanto,
50 † in fin. de apprehenſionis, vbi agẽdo de remedio poſſeſſorio, & de obtinendo in vtroq; poſſeſſorio, dicitur, quod obtinebit beneficiatus probato ſuo meliori titulo, propter vacationem alterius, & etiam probata poſſeſsione prædeceſſoris, nam cum dignitas poſſideat bona, de quibus agitur, ſufficere debet probare ſe eſſe miniſtrum illius dignitatis.

Ab hoc principio fluunt multa, quę quotidie per manus traduntur cauſidicãtium, ecce aliquis eſt inſeculatus in officijs alicuius vniuerſitatis, tunc cuilibet extracto dari ſolet, immo nõ poteſt denegari iuramentũ ad officiũ, & eius adminiſtratio, & in tali poſſeſſione exiſtunt omnes inſeculati Regni contingit, quod alicui extracto denegantur hęc propter odium particulare, vel aliam cauſam, quod erit remedium? debet comparere coram Locumtenente Iuſtit. Aragonum: & probare articulatim, quod eſt inſeculatus, ſeu inburſatus, & nouiter ad officia per ſortem extractus, & quod nolunt eum admittere ad officium, & exercitium illius, dabitur illi firma
51 poſſeſſoria, † vt non recuſent hæc illi

præ-

præſtare, attenta poſſeſsione vniuerſali, in qua exiſtunt omnes inburſati, qua poſſeſsione ſe poteſt iuuare hic inburſatus, probando ſuam inburſationem, & extractionem, & poſſeſsionem generalem inburſatorum.

Similiter (vt mille caſus vno verbo comprehendamus) quicumque fuerit
52 de aliquo † collegio, vniuerſitate, capitulo, vel alio ſimili corpore mixtico, quæ exiſtant in aliqua poſseſsione alicuius iuris, gaudebit ille talis illa poſſeſsione illius corporis, ſeu vniuerſitatis, probando ſolum ſe eſſe de collegio, & probando collegij, ſeu vniuerſitatis poſſeſsionem, licet in particulari ipſe poſſeſsionem non acceperit, ſi aliqua vniuerſitas eſt in iure paſcendi in termino alterius; omnes qui erunt de illa vniuerſitate gaudebunt hac poſſeſsione, & obtinebunt remedia poſſeſſoria, vt colligitur ex traditis per Couarr. pract. qq. cap. 37. Auenda de exeq. mand. cap. 12. Burgos de pace ad ll. tauri, l. 1. num. 153. Capicius deciſ. 150. Ripa reſponſo 22. Oſaſc. deciſ. 17. Crauet. conſ. 27.

Sed ſi quis non venit cum poſſeſsione vniuerſitatis, ſed propria, tunc † ne
53 ceſſe eſt, quod poſſeſsionem propriã allegetj, & probet, alias non obtinebit, immo poſſeſsio propria non prodeſt aliquando, veluti quando res non poteſt poſsideri ſine titulo, veluti in ſpiritualibus, in quibus poſſeſſoria reme
54 dia † impediuntur, ex notorio defectu tituli in proprietate, ne detur vicioſus ingreſſus reg. beneficium de reg. iur. in ſexto, at in prophanis ſecus eſt, in quibus non ceſſarent ex hoc remedia poſſeſſoria, licet aliqui contradicant, de quo, & de aliquibus limitationibus ad id vide Garſiam de nobilitate, gloſ. 12. num. 85.

Infinite qq. poſſent tibi proponi exemplificando ſupradicta, ſed hoc eſſet inane, & ſuperfluum opus, ſi quidem hic ſolum agi oportet de præceptis, & materia iurisfirmarum, quod duobus exemplis poteſt expediri.

Aliquando etiam dantur remedia poſſeſſoria iurisfirmarum, abſque poſ
55 ſeſsione † indiuidua, & particulari, cũ reuera poſſeſsio non deſit, ecce exercui aliquos actus iuriſdictionis ciuilis, & ſic eam præſcripſi legitimo tempore, dabitur mihi firma poſſeſsoria, non ſolum ad illos actus, ſed etiam alios, qui ſunt ſub illa ſpecie, quia etiã eos videor poſsidere, & quia hoc continet varia exempla, & capita ad inſtitutum, de quo agimus, eſt ſciendum.

56 Quod licet præſcriptio † non extẽdatur de caſu ad caſum, de perſona ad perſonam, quia eſt ſtricti iuris, Aymon. conſi. 292. num. 4. immo in cap. dilectus de capell. Monacho c. tua de decimi, vbi DD. Bart. in l. cum de in rẽ verſo. ff. de vſur. & in l. 1. ff. de itin. actu que priuat. hoc tamen limitatur
57 multis modis, Primo † non procedere, quãdo extenditur ad caſus, ſeu perſonas, quæ continẽtur ſub eadem ſpecie, vel genere, & ratione, & non ſunt diſtinctæ ſpecies, Alexan. conſil. 68. volum. 2. num. 20. & 21. Zaſius lib.
85 2. conſil. 15. Secundo limitatur, vt † procedat, quando fundamentum totum ſit ſuper præſcriptione, nam tunc non extenditur de caſu ad caſum, de perſona ad perſonam, ſecus vero, quando fundamentum ſit ſuper titulo principis in aliquo iure, veluti iuriſdictionis, vel alterius, nam tunc exercendo actum contra vnum, vel alium, cenſetur retinere quo ad omnes, alio non exiſtente in poſseſsione, quoad illos, Decius vbi ſupra: ratio eſt, quia poſſeſsio vnius actus, ius vniuerſale producit, nullo alio exiſtente in poſseſsione, hoc autem quando ſit fundamen-

tum in titulo & priuilegio Principis,
ſic Decius vbi ſupra, ſed ego generali
ter credo verum, etiam quãdo ſit fun-
damentum in pręſcriptione, ſi tamen
alius non ſit in poſſeſsione, vt exten-
datur ad alias res, perſonas, & loca, per
allegata à Decio vbi ſupra, ſed poſſet
eſſe differentia, quia in primo caſu
abſque intentione cõſeruandi, conſer-
uat quo ad alia, in ſecundo caſu debet
habere intentionem preſcribendi om
nes actus, & debet conſtare de inten-
tione re, vel verbis, eſt ratio, quia tunc
in primo caſu iam habet ius contra
omnes, & tractat de conſeruando, &
ſic per vnum actum conſeruat contra
alios, quia nõ agit de extendendo ius,
ſed ſolum de non amittendo per deſi-
diam, & ſic ſufficit vnus actus contra
vnum, Decius conſi. 271. Boërius de-
ciſ. 227. Tertio † limita procedere in
59 iuribus, & ſeruitijs perſonalibus, velu
ti pręſcripſi contra aliquos, vt cuſto-
diant meum caſtrum, vel quod me co
mitentur: certè tunc non extenditur
ad alios, niſi tale ius perſonale, vel ſer-
uitus perſonalis deberetur, & preſcri-
beretur ratione loci, pro quo ſolitum
ſit ſolui per eius incolas, tunc omnes
deberent ſoluere, nec eſſet extenſio, vt
dicemus in caſu ſequẽti, ita Garcia de
expenſis c. 9. n. 41. Quarto limitatur
non procedere † dictã reg. in iuribus
60 realibus in genere pręſcriptis, quãdo
pręſcribitur ius aliquod reale in gene
re, veluti in iure exigendi à vaſſallis
luctuoſas, de quo Garcia vbi ſupra, in
iure exigendi coruatas, de quo Aymõ
conſi. 55. & ſimilibus, nam tunc ſi tale
ius in genere pręſcribatur cõtra duos,
vel tres intendendo vti meo iure,
quo ad omnes, (Et dicitur tunc velle
vti iure ſuo, quando vel verbis ita pu-
blicauit, dicens tale ius ad ſe pertine-
re, vel re ipſa, veluti faciendo actum
talem, qui fieri debeat per neceſſe iu-
re proprio) ob cauſam ſcilicet, quod
omnes de tali caſtro, & loco tenean-
tur, & actus illi tales ſint, quod arbi-
trio iudicis prudentis peruenerint ad
notitiam totius populi, vel maioris
partis, tunc cenſetur præſcriptum cõ-
tra omnes, quia cum pręſcribatur ius
reale in genere, ob cauſam, quod om-
nes teneantur, & omnes ſciuerint, ta-
cuerint, & ſoluerint, cum alias eſſent
domini libertatis, & potuiſſent non
ſoluere, & reſiſtere, ideo præſcripto il-
lo iure reali contra aliquos, vt ſupra-
dixi, cenſetur pręſcriptum contra om
nes conſentientes caſtri homines, qui
bus ius illud applicari poteſt, Bald. in
l. ſi quis diuturno ff. ſi ſeruit. vendicet.
Garcia vbi ſupra à nu. 39. vſque ad nu
mer. 49. Aymon. 4. par. § materia
iſta num. 86. Molin. lib. 2. de primog.
cap. 6. numer. 17. quot autem actus
requirantur ad inducendam pręſcri-
ptionem, vide Garciã, & alios vbi ſup.
apud quos pręſcriptio inducitur per
vnum actum habentem tractum ſuc-
ceſsiuum, & temporis ſucceſsionem,
vt eſt electio, pręſentatio, confirmatio
&c. quinimo licet non habeat tractũ
ſucceſsiuum, vnicus actus ſufficiet re-
gulariter, Molin. de primog. lib. 2. c. 6
num. 25. Garcia vbi ſupra, ſaltim tunc
arbitrio iudicis relinquitur, quot ſuffi
ciant ad pręſcribendum, contra vni-
uerſitatem, Garcia de expenſis cap. 9.
numer. 47. 48. & 49. vbi id decla-
rat.

Redeundo ad materiã dico, quod
pręſcripto iure reali in genere, ob cau
ſam, quod omnes teneantur, cenſebi-
tur præſcriptum cõtra omnes, & hoc
eſt, quod dici ſolet, quod ſi pręſcribi-
tur contra vniuerſitatem, ſufficit pręſ
cribere contra aliquos, & quod deue-
nerit in notitiam vniuerſitatis, vel ma
ioris partis illius, & quod præſcriba-
tur ex cauſa, quod omnes teneantur,
nam

nam aliàs non erit præſcriptũ contra omnes.

Quinto limita † non procedere quã
61 do præſcribitur ius aliquod vniuerſale, nam tunc illo præſcripto, extenditur ad omnes res, & perſonas eiuſdem iuris, & non ſeparatas, vt infra, alio nõ exiſtente in poſſeſſione, (intellige quã do ſit fundamentum in ſola præſcriptione, nam aliàs ſi fiat in priuilegio, tunc non eſt dubium, quod extendatur, vt dixi ſupra, per Decium & Boerium) ita Abb. in c. i. de religio Dom. col. 1. ver. tenemonti, dicens, quod per
62 exercitium † vnius iuris, ſeu articuli comprehẽſi ſub vniuerſo, infertur ad poſſeſſionem vniuerſi, intellige tu alio non poſſidente vniuerſum, & in conſ. 54. lib. nu. 8. & 9. lib. 2. dicens, quod exercens vnum actum iuriſdictionis in loco, animo acquirendi vniuerſalẽ iuriſdictionem in eo, videtur in toto iuriſdictionem acquirere, dummodò alius non ſit in poſſeſſione generali, quia tunc alio exiſtẽte in poſſeſſione, tantum acquireret reſpectu actuum, quos exercuit, vt infra latius, facit Alexand. conſ. 68. nu. 19. 20. & 21. vol. 2. dicens, q ſi quis præſcribit vnam ſpeciẽ iuriſdictionis, exercendo aliquos actus illius, cenſetur eam præſcripſiſſe, quoad omnes illius ſpeciei actus, licet illis omnibus per prius vſus non fuerit, vt in præſcriptione iuriſdictionis imponendi collectas pro oneribus publicis, nam licet ſuperueniant millæ nouæ cauſæ oneris, & impenſarum, ad illas extenditur, quia ſunt ſub eadẽ ſpecie, & præſcribens intẽdit præſcribere vnam ſpeciẽ vniuerſalis iuriſdictionis collectandi, & ita debet extendi, ad hoc propoſitum poſſunt allegari tradita per Zaſium, nam etiam tunc agitur de præſcriptione iuris vniuerſalis, quando tractatur de extẽdenda præſcriptione vnius ſpeciei præſcriptæ in certis caſibus, ad alios caſus contẽtos ſub eadẽ ſpecie, in quibus non fuit exercita iuriſdictio illa, vel illud ius vniuerſale, nã ad eos fiet extenſio, cũ præſcriptũ ſit ius vniuerſale, † & pro-
63 priè non dicetur extenſio, ſed comprehenſio. Oldrad. conſ. 267. in fine, vbi ſi ſit conſuetudo in loco, quod data pecunia cedantur lapides, extendendã erit ad agrum alicuius, in quo lapides non fuerunt ſciſi aliquando, & idẽ de præſcribente decimas, ex fundo pro parte culto, nam ſi alia in culta pars excultetur, debebitur ex ea decima, quia ius vniuerſale fuit præſcriptum, & ambæ partes ſunt connexæ, & eiuſdem iuris, (quod ſecus eſſet in diuerſis agris, nam præſcribens decimas ab agris cultis, non cenſetur præſcribere reſpectu noualium fundorum ſeparatorum, & de nouo cultorum, cum ſint ſeparati, & diuerſi iuris, & †
64 non debet fieri extenſio de ſeparatis, cap. cum contingat de decimi. Abb. d. conſ. 71. lib. 2. Decius vbi ſupra tradit hanc rationem) facit cap. cum tua de decimis, vbi præſcribens decimas in parrochia aliena, ſi de aliquibus fructibus non fuerint ei ſolutæ, nihilominus eas conſequetur, cùm generaliter ius decimandi præſcribere intendat, ſi tamen ex eiſdem prędijs illi fructus percipiantur, nam non debet diuerſo iure cenſeri (ſecus ſi ex diuerſis agris, nam tunc illę decimę debebuntur eccleſię parrochiali, quia præſcriptio †
65 illa non debet extendi ad ſeparata, & diuerſa, & propter hanc rationem nõ extenditur præſcriptio ad noualia c. cũ cõtingat de decimis Abb. vbi ſup. Molina alios allegans lib. 2. de primogen. cap. 6. num. 18.) Facit quod tradit Abb. in cap. auditis de præſcript. num. 9. vbi poſſidens, ſeu exercens iuriſdictionem reſpectu certorum articulorum, alio non poſſidente vniuerſaliter;

vbi ſupra, dict. nu. 3. & Felin. ſic eum declarat vbi ſupra, num. 20. verſi. & dicit Petrus de Ancharrano, &c. Et ſic, quod ſolet dici communiter, quod in pręſcriptione iuriſdictionis fit extenſio, cum ſit odioſa, ad omnes actus
71 eiuſdem ſpeciei, † non ad aliàs ſpecies, Bart. in l. ſi quis diuturno, & alij DD. vbi ſupra relati, veluti quod non extendamus de ciuili ad criminalem, & è contra, nec de voluntaria ad contentioſam, illud intelligitur, quando quis ſolum intendit vnam ſpeciem pręſcribere, nam tunc ad alias non fiet extenſio, DD. vbi ſupra, Innocentius vbi ſupra, numer. 3. Secus autem quando in genere quis vellet præſcribere iuriſdictionem, quia tunc omnia ſub genere contenta præſcribet, ex ratione ſupra tradita, & hęc nota multum, quia non inuenies ita alibi reſoluta. Et nota, quia ſupra dixi, quod pręſcriptio extenditur per poſſeſsionem vnius actus ad alios ſimiles, nullo exiſtente in poſſeſsione iuriſdictionis vniuerſalis, & è contra, quod non extendatur † vltra actus, in
72 quibus fuit introducta, alio exiſtente in poſſeſsione vniuerſalis iuriſdictionis, id habet magnam rationem, nam ſi nullus alius poſſideat, præſumitur pro me, ex quo exerceo vnum actum, vt ſupra dixi, ſi vero alius poſſidet vniuerſaliter iuriſdictionem, non debet pro me pręſumi, & tunc tantum pręſcriptum, quantum poſſeſſum, cum ſit alius, qui poſſideat vniuerſaliter iuriſdictionem omnem. Verum † hoc
73 vltimũ intellige non procedere, quando ego exerceo iuriſdictionem in aliquo actu, vel in aliqua perſona animo iudicandi totalem iuriſdictionem ab eo, qui exiſtit in quaſi poſſeſſione vniuerſalis iuriſdictionis, reſpectu perſonæ, vel actus, in quos ego exerceo iuriſdictionem eo ſciẽte animum meũ, nã tunc ſi ille ſciens patitur me tali intentione exercere iuriſdictionẽ in vno actu, vel in vna perſona, certè tunc totam iuriſdictionem acquiro, nec tractatur tunc de extenſione iuriſdictionis propriè, quia cum populus (finge) in quem exerceo iuriſdictionem non poſſideat eam, ſed alius dominus, contra quem præſcribo, qui iuriſdictionem in hanc, & aliàs perſonas habebat, abdico ab eo totam iuriſdictionem, & etiam quia quaſi vna, & cõtinua eſt gleba ſcilicet vnus populus, ita Innocen. vbi ſupra, in fin. Felin. dict. numer. 20. Et quod dixi de extendenda iuriſdictione, quo ad capitula illius, nullo exiſtente in poſſeſſione vniuerſalis iuriſdictionis, idem
74 intellige, † & dic reſpectu perſonarum, ad quas fit extenſio, ſi quis exerceat in vnam, vel duas, animo adquirendi in totum populum, vt dixi ſupra de iure reali in genere pręſcripto, quicquid dicat Innocen. vbi ſupra, qui contrarium voluit, contra quem eſt Felinus dicto numero vigeſimo, cum alijs per eum allegatis per totum numerum, vſque ad verſicu. ũ quarta declaratio, &c. hæc nullibi ita diſcuſſa
75 reperies. Et nota, quod pręſcriptio † in vno introducta, extenditur ad alia connexa, & acceſſoria, ita tamen ſi ſint inſeparabilia à principali, & ſine quibus principale nihil poſſet operari, ſecus aliàs, Felin. per exempla in cap. audiris, numer. 17. 18. & 20. verb. quarta concluſio, &c.

Modo ad materiam hæc applicando, vbicumque ex regulis, & præceptis ſuperioribus, præſcripſit quis † aliquod ius per exercitium aliquorum
76 actuum, non ſolum dicetur poſſidere illos actus, & in eorum eſſe poſſeſsione, ſed etiam omnes alios, qui ſub illo

illo iure, ſeu pecie comprehendũtur, & ad cõſeruationem illorum omnium dabitur ſibi firma, & remedia poſſeſſoria, aliàs præſcriptio iurium eſſet eluſoria, & parum fructuoſa, cum omnes actus, & indiuidua illius iuris, quod præſcribitur nunquam exerceãtur, ſed aliqui dumtaxat: & tamen ad omnes iuſtiſsimum eſt extendi, & dari hęc remedia poſſeſſoria.

Hæc autem iurisfirmæ, & inhibi-
77 tiones poſſeſſorię diriguntur, & præſentantur † contra priuatas perſonas, turbantes poſſeſsionem firmantis, ad hoc ne turbent firmantem in ſuo iure, & poſſeſsione, in quibus exiſtit, & hęc eſt conſuetudo, & praxis Regni, quod ſi non ſint iſtę firmę poſſeſſoriæ, ſed impedientes executionem, tunc diriguntur, & preſentantur contra iudices, ne grauamen, & contraforum inferant, & etiam ſolent præſentari partibus aduerſis, vt in foro multoties, primo de firmis iuris, ita tenet Portoles vbi ſupra, numero 79, cum ſequentibus, quod per te vide.

Facto tranſitu per contentionem contrafirmarum, & eis expeditis, hoc eſt declarato fore, vel non fore admittendum ad contrafirmandum, ni-
78 hil aliud reſtat, † quam plenarium ipſum poſſeſſorium iurisfirmarum, nam ſtatim partes contendentes probant contenta in ſuis firmis, ſeu libellis poſſeſſorijs, & melius probanti adiudicatur poſſeſsio in poſſeſſorio plenario, & incontinenti fit inhibitio alteri parti victę, ne vincentem turbet in poſſeſsione, donec cauſa proprietatis diffinitiua ſententia fuerit
79 terminata, & hæc † inhibitio non eſt, nec fit cum illa clauſula iuſtificatiua (vel ſi quas cauſas habet eas det, &c.) ſub qua clauſula debet, & ſolet dari prima inhibitio, ſeu firma, ſed fit de præciſſo, hoc eſt mandat de præciſſo victo, vt quieſcat, nec amplius in poſſeſſorio os ſuum aperiat, & manus moueat, & hoc ex eo, quia hic iam plenè prius diſcutitur poſſeſsio, & ſic debet diffinitiuè ſilentium ſuper poſſeſſorio imponi, at in prima inhibitio
80 ne ſecus † eſt, quia cum illa detur parte aduerſa non citata, nec audita, ideo non debet de præciſſo inhibere, ſed iuſtificatiuè cum ſupradicta clauſula, aliàs ſaperet illa inhibitio ſententiam diffinitiuam, latam parte inaudita, & in deffenſa, quod fieri non debere, ſicut & aliud iuſtiſsimum eſſe, docet d. obſer. item nota, quod vbi vnus de fideiuſſo. quam vide, quia eſt lapis angularis huius iuditij poſſeſſorij, quo ſic expedito reſtat ſolum iuditium proprietatis examinandum, & intentandum, in quo non eſt inſiſtendum, cum in eo agatur via ordinaria per foros ſtabilita, omnibus etiam non practicis notiſsima.

Cum his cenſetur abſoluta hæc materia contrafirmarum, quæ variè apud Regni tribunalia, tractari ſolet, apud aliquos illico inchoando poſſeſſorium ſuperius, ſeu plenarium firmarum de præciſſo, quod ſine difficultate eſt, vt in via iuris ſciunt practici, apud alios vero, vt in curia Iu-
81 ſtitię † Aragonum ſolet, ante plenarium poſſeſsorium iurisfirmarum de preciſſo tractari aliud iudicium quaſi poſſeſsorium inferius, & ſummarium (cum reuera illud non ſit,) in quo diſcutitur, & examinatur cui

partium

partium liceat lite pendente poſſeſſionem ſuam conſeruare, non dico quod tractetur de adiudicando poſſeſsionem, ſeu tenutam alicui lite pẽdẽte, vt fit in poſſeſſorio ſummario, ſed quod ſolũ agitur de declarando, an liceat partibus contendentibus, ſeu alicui earum lite pendente ſuam poſſeſsionem conſeruare, quæ in ſe multum diſtant, & differunt vt ex §. preſenti, & anteriori liquidiſsimè reſultat, in quo ſis cautus, quia multi etiam de antiquioribus practicis decipiuntur, non benè intelligendo naturam huius iuditij, in quo agitur de admittendo, vel non admittendo ad cõtrafirmandum partes contendentes.

Abſoluamus materiam iurisfirmarum poſſeſſoriam, vnica queſtione quam vidi per magnos iuris prudentes diſcuti, & diſputari, an poſsit prouideri firma † poſſeſſoria dño alicu-
82 ius fundi (probato dominio tantum) ſuper iure prohibendi quoſcumque, ne in tali fundo paſcant, lignent, vel alia ſeruitute vtantur, aliquibus dicentibus quod ſic, ex bonis fundamentis, nam eo ipſo quo quis dominus eſt alicuius fundi, ex conſequenti habet ius prohibendi alium, ne in eo fũdo aliqua ſeruitute vtatur, quod in tantum verum eſt, quod ſi domino alicuius hæreditatis prohibenti & appenanti ſeu caloniantí alium, ne ingrediatur in ſuo fundo, præſentetur firma illa comunis, de qua diximus, non obligatur ei obedire, ratio eſt, quia quilibet in conſequentiam dominij ſui, † poteſt alium
83 prohibere, ne in ſuo aliquid faciat, Mol. vero. firma verſ. firma iuris præſentata fol. 143. dicens, quod quilibet in ſuo, permitente foro, poteſt alium pignorare pro damno ſibi illato, vt in foro antiquo, qui boues pignorat titulo de pigno, aliam huius rationem tradit Molin ibi, tum etiam, quia notoriè in tali caſu conſtat illum, qui talem firmam communem præſentat, ius non habere, ex quo alius eſt dominus, & pro eo præſumitur, ex notatis per Rom. conſ. 51. num. 2. & conſ. 42. num. 3. Mandoſius de inhibit. queſt. 51. num. 5. facit, quia de natura domi-
84 nij eſt † ius perfectè diſponendi de re ſua, niſi lege prohibeatur Bart. in l. ſi quis vi §. diferẽtia ff. de acq. poſ. Gomez in l. 45. Tauri num. 5. & dum fallentia huius regulæ non traditur per alium, eſt adhærendum regulæ l. omnis diffinitio de reg. iur. & eſſet durum aſtringere dominum cuiuslibet rei ad docendum prohibitiones aliquas per eum factas ad hoc, vt poſsit non dominos prohibere, ne in ſuo aliquid faciant, & ſic videmus, quod qui in alieno fundo ingreditur venandi, aut aucupandi gratia poteſt à
85 domino fundi prohiberi, † ne ingrediatur ad venandum ſeu aucupandum l. 3. §. plane. ff. de acquir. rerum domi. vide in §. fere de rerum diuiſ. inſtit. l. diuus ff. de ſeruitu. Ruſt. prædio ibi *Diuum Pium Aucupibus ita reſcripſiſſe, Non eſt rationabile nolentibus dominis vos in alienis agris aucupari* l. iniuriarum §. ſi quis. ff. de iniur. latius Suarez alleg. 16. numer. 1. confirmant hanc opinionẽ hac ratione vera in ſe, quia habere dominium alicuius rei: & (ponendo exemplum) habere terminos aliquam vniuerſitatẽ propios in

dominio, & idem dic de quolibet
dominio alterius rei, operatur duo,
86 primum † quod includit vicinos vni-
uerſitatis, & alios dominos rei ad v-
tendum & fruendum re illa, ſecundũ,
quod operatur eſt, excludere ab illo
vſu & vſufructu omnes quoſcumque
non vicinos, & ſeu non dominos, vt
non vtantur, l. in agris. ff. de acq.
rer. dom. Socinus. 1. parte conſ. 127.
elegantiſsimè Auendañus lib. 1. c. 4.
numero. 4. folio. 39. ibi *vicini autem aliorum locorum his commodis vti non poſſunt*, & ibi *limitatio, & deſignatio operatur, ne vicini aliorum locorum dictis terminis vtantur* concluden-
do infertur ex his, ex ſola probatio-
87 ne dominij, † probatum eſſe ius pro-
hibendi quoſcumque non dominos
ne dicta re vtantur cõtra voluntatem
Domini, & per conſequens firmam
ad id concedi poſſe, ne ſuper tali iu-
re prohibendi dominus turbetur, &
ſecundũ hãc opinionẽ cum hoc ſolo
poſſet etiam prouideri apprehenſio,
cum ſecundum hos non deficiat poſ-
ſeſsio probato dominio, verum licet
ſuperiora in ſe vera ſint, & quod Do-
minus poſsit alios prohibere ne in ſuo
vtantur, & ſi fecerit non erit fractor
firmæ comunis, nec punietur, niſi
quando aduerſarius probaret ſe ius
aliquod habere notorium, ad huc ta-
men non debet concedi ei remedium
88 aliquod poſſeſſorium † nõ edocto de
poſſeſsione, quia cum hoc remedium
firmæ, de quo agimus modo, ſit poſ-
ſeſſorium, certè fundamentum erit in
ſola poſſeſsione, non in dominio,
quia nil comune habet poſſeſsio cum
dominio l. naturaliter. §. nil comu-
ne. ff. de acquir. poſſeſ. & licet præ-
ſumptio ſit pro Domino quo ad pro-
prietatem, adeò, quod non docto de
alio, obtinebit in omni propietate, nõ
tamen præſumptio facit pro eo cir-
ca poſſeſsionẽ, quia non præſumitur
poſsidere, † niſi probet poſſeſsionem,
89 vide elegantiſsima verba Capicij de
ciſ. 189. num. 7. deſumpta ab Abbate
in capit. olim vltim. 1. colum. notab.
3. de reſtitu ſpoliato. Nota inquiunt,
& tenemeoti, quod licet Epiſcopus
fundet intentionem ſuam de iure co-
muni quo ad propietatem ſuper ec-
cleſijs ſuæ Diocæſis, adeò quod eo
ipſo, quod non probatur contrarium,
debet contra quemcumque obtinere
iuxta capit. cum venerabilem capit.
cum dilectus de religioſis domibus
cap. auditis de præſcrip. canon. om-
nes baſilicæ. 16. q. 7. ſecus tamen eſt †
90 quo ad poſſeſsionem, vnde non præ-
ſumitur partem poſsidere, vel ali-
quando poſſediſſe, niſi probet & ma-
xime, quia poſſeſsio conſiſtit in facto
capit. cum in noſtris de conceſ. præ-
ben. & poſsibile eſt, quod Epiſco-
pus illam nunquam poſſederit a tem-
pore ſuæ fundationis, &c. qua prop-
ter concludendum mihi videtur, ex
ſolo hoc, quod quis probet domi-
nium ſuum, non probata poſſeſsio-
ne non poſſe obtinere, nec fore ei
dandam firmam, & inhibitionem
poſſeſſoriam, ſuper iure prohibendi
alios non Dominos, cum poſsint alij
eſſe veri poſſeſſores, licet non Do-
mini, & ipſe Dominus, & non poſ-
ſeſſor, ſicut etiam cum hoc ſolo
non prouideretur apprehenſio, ſeu
ſequeſtrum, quæ ſine poſſeſsione
non procedunt, & nunquã con-
trarium vidi iudicari, licet
bene diſputari ſub-
tilitate aduo-
torum.

SVM-

SVMMA EORVM quæ in hoc Cap. 7. continentur.

1 *Concluſio libelli ſeu inhibitionis, an vero naratio eiuſdem attendenda ſit, diſcutitur accurratè.*

2 *Decius conſ. 136. in prima parte declaratur.*

3 *Clauſula, iuſtitiam, qualem decet, &c. poſita in fine concluſionis, ſuplet eiuſdem deffectus, & num. 5.*

4 *Cautela traditur ad euacuandos prædictæ clauſulæ effectus.*

6 *Iudex, ſi in libello adſit clauſula Iuſtitiam qualem decet &c. poterit pronuntiare, ſuper omnibus, quæ poſſunt colligi, ex narratione etiam ſi libellus ſit minus aptè concludens & nu. 7.*

8 *Petitio ſpecifica reſpectu alicuius iuris, ſeu actionis, ſi ſit inepta ex aliquo capite, non poteſt ſuſtineri, ex alia cauſa alterius naturæ, ſiue formæ.*

CAPVT Septimum.

FRequentèr dubitatur apud practicos, an in iſtis iuris firmis, & inhibitionibus, quæ tam frequentèr per ma-
1 nus traduntur, debeat attendi † concluſio libelli, ſeu inhibitionis, an vero narratio eiuſdem libelli, hoc eo tendit, quia aliquando magis ampla eſt narratio, quam concluſio, aliquando vero è contra magis ſe extendit concluſio, quam nar-
2 ratio, in hac quæſtione ſolet recurri ad doctrinã Decij in conſ. 136. † prima parte, vbi cum multis concludit modum concluſionis attendendum, & ab eo dijudicandum, quæ ſit actio intentata in narratione, ad cuius conſilij declarationem, & ad id, de quo quæritur, eſt ſciendum, quod quando verba narrationis ſunt generalia ad compræhendendum omnia, & etiam verba concluſionis ſunt generalia, illud ſufficit ad ſuſtinendum libellum, ex quolibet capite decõtentis in narratione Alexand conſ. 43. num. 1. in 4. & idem eſt quando in narratione dicitur Petrum poſſediſſe, tunc ſi in fine libelli eſt po-
3 ſita † clauſula iuſtitiam qualem decet miniſtrando, illud ſufficit. & dicitur cõcluſum in poſſeſsione, qualiſcumque ſit concluſio ſpecialis, Alexand. vbi ſupra Ripa in l. naturaliter §. nihil commune numero, 199. de acquiren. poſſeſsion, vbi dicit quod hæc clauſula operatur, quod cenſeatur intentatum petitorium, licet concluſio libelli cantet

de poſſeſſorio, quod tamen ſecundum eum debet intelligi, ſi in narratione libelli facta ſit mentio propietatis, alioquin hæc clauſula nõ poteſt operari ſuum effectum circa non expreſſa, tradit cautelam Ripa ad e-
4 uacuãdum effectum huius clauſulę † vt ſcilicet petatur libellantem declarare, ſi velit, ſuper alio, quam ſuper concluſione libelli ſibi iuſtitiam miniſtrari, nam ſi non declaret nihil operabitur clauſula, & ſic operatur hæc clauſula, quando ſumus in ambiguo hoc eſt, quando aliquo modo ex narratione, vel concluſione conſtat de intentione agentis, & ſic quando libellus eſt generalis, aptus ad comprehendẽdum intentionẽ agentis probatam, nam tunc illud † ſufficit in vim
5 dictæ clauſulæ, ex quo ſub generalitate narrationis illud poteſt contineri, & vt ſic cenſeatur deductum in concluſione, & ſuper eo feratur ſententia Bartholom. Socinus. conſilio. 39. numer. 17. Maranta de ordin. iudic. 6. parte. 3. membro numer. 15. et dicto modo liberat dicta clauſula libellum ab omni ineptitudine, quia per eam benè iudicatur ſuper concluſis, & ſuper narratis, dum modo illa intentio deducatur ex narratione, ſaltim in genere, aliàs non iuſtificabitur libellus, niſi ex ſola cauſa expreſſa, & idem dicendum eſt in omni cauſa ſummaria, ſecundum Bart. in extrauagante ad reprimendum verbo figura. vnde in omni cauſa ſumma-
6 ria, vel ordinaria, ſi † tamen adſit in ea ſuprdaicta clauſula, licet libellus ſit ineptus, quia malè concluſum, vel minus legitimè, vel non ſit concluſum ſuper omnibus cauſis deductis in narratione, vel nullo modo concluſum, poterit iudex pronuntiare, non ſolum ſuper petitis expreſſè in concluſione, ſed etiam ſuper omnibus alijs, quæ poſſunt colligi ex narratione, ſeu concluſione, dum modo includantur ſub generalitate narratorum, & ſic poterit ex alia cauſa, quam expreſſè deducta, iuſtificari libellus, probando eam, ita tamen ſi colligatur, & deducatur ex
7 narratis, ſeu concluſis † in genere, aliàs ſi non deducatur ſeu includatur ſub narratis, ſeu concluſis ſaltim in genere, prædicta clauſula nihil operabitur Alexander. conſilio. 58. numero. 1. in 3. & conſilio. 43. numer. 2. in 4. Marian. Socinus. in capit. 2. de libelli oblatione. 13. principali articulo. 2. quæſt. 5. & 6. effectu multũ benè Abbas in capit. a. cum dilectus numer. 52. de ordine cognition. Si au-
8 tem † petitio, ſeu narratio ſit ſpecifica, & certa reſpectu alicuius iuris, ſeu alicuius actionis, tunc ſi ſit inepta ex aliquo capite, non poteſt ſuſtineri ex alia cauſa alterius naturæ, ſiue formæ, Socinus vbi ſupra ſed quia materia hæc libellandi latius examinatur in deciſionibus noſtris quas poſt hunc tractatum habebis, illuc te remitto, ne eandem materiam hic reſumma-
mus, cum ibi ex
acte tradi-
ta ſit.

SVMMA EORVM, quæ in hoc §. 1. Cap. 8. continentur.

1 *Appellans à ſententia lata per iudicẽ eccleſiaſticũ, & timẽs aliquid attentari, inhibitionem*

tionem à curia Iuſti. Arago. ne pendente appellatione, &c. obtinere poterit.

2 Iuſtitia Aragonum, per firmam iuris ponit ſe in locum iudicis ad quem.

3 Iuſtitia Aragonum in caſibus, in quibus appellatio non ſuſpendit, ſed ſolum deuoluit, non debet inhibitionem concedere, & nu. 5.

4 Appellatio in quibus caſibus deuoluat, & non ſuſpendat & è contra, traditur remiſsiuè.

6 Iuſtitia Aragonum firmam, ne pendente appellatione, &c. concedens, non dicitur ſe intromittere de cauſis Eccleſiaſticis, vel ſpiritualibus.

7 Appellatio in cauſis decimarum, ſeu primitiarum Eccleſiæ parrochialis, & ſolidatæ famulorum non ſuſpendit, ſed ſolum deuoluit, ſed limita vt numero 8. & 9.

10 Clerici, & eorum res de iure diuino, exempti dicuntur, à iuriſdictione ſeculari, & num. 11. contrarium traditur nu. 12. & 15. & concorda vt nu. 16.

13 Illud dicitur de iure diuino, quod authoritate ſacræ ſcripturæ comprobatur.

14 Tex. in can. ſi imperator 96. diſt. & in c. quamquam de cenſibus in 6. declarantur.

17 Tex. in c. ſi iudex laicus de ſenten. excomm. in 6. declaratur.

18 Clerici quamuis habeant characterem in anima, non ob id exempti, & ſpirituales iure diuino eſſe dicuntur.

19 Character per degradationẽ clerici, non eliditur, ſed ſemper manet.

20 Homo eo ipſo, quod eſt Chriſtianus, & regeneratus fonte baptiſmatis, Chriſti ſignum habere dicitur.

21 Clericus in minoribus ordinibus conſtitutus, fori priuilegium amittit, niſi ſeruauerit, ea quæ traduntur in Conci. Trid. ſeſſ. 23. c. 6.

22 Clerici ſicut in rebus merè ſpiritualibus ac Eccleſiaſticis ſunt exempti, de iure diuino, ſic etiam in rebus temporalibus, ac in criminibus, quæ ſpiritualia non attinent, exempti dicuntur,

de iure humano & poſitiuo.

23 *Clericorum exemptionem Romanus Pontifex in vniuerſum tollere non poteſt.*

24 *Conſuetudo legitimè præſcripta, poteſt in aliquibus caſibus clericorum exemptionem humano iure inductam reſtringere, & limitare, dummodo non fiat maxima iniuria clericis.*

25 *Conſuetudo aliquorum regnorum, qua mediante clerici in actionibus realibus trahuntur ad forum ſeculare ſeruanda eſt.*

26 *Iudex ſecularis cognoſcit de cauſa poſſeſſoria, etiam rei ſpiritualis, quod amplia, & intellige, vt num. 27. & 28. & 32.*

29 *Conſuetudo regiæ Audientiæ, qua mediante beneficia Eccleſiaſtica appræhenduntur abſque eo quod de titulo cognoſcatur, iuridica eſſe videtur.*

30 *Iudex ſecularis, de cauſa beneſitij in articulo proprietatis cognoſcere non poteſt.*

32 *Quando ſpoliator eſt clericus non debet laicus cognoſcere.*

33 *Iudex ſecularis, vbi Eccleſiaſticus vim infert, aut negligens eſt, cognoſcit de cauſis ſpiritualibus, & Eccleſiaſticis, quod intellige vt n. 34. & 35.*

36 *Appræhenſiones beneſitiorum per curiam fieri poſſunt, ad tollendam vim, & negligentiam iudicis Eccleſiaſtici, quod intellige in poſſeſſorio, ſecus vero in petitorio, vt nu. 37.*

CAPVT OCTAVVM.

§. I.

IN hoc regno frequentiſsimè practicatur, quod ſi aliquis appellat ab aliqua ſententia cõtra ſe lata per aliquem iudicem Eccleſiaſticum, ſiue definitiua, ſiue interlocutoria, multum præiudiciali, in caſu, vbi de iure appellari poſit, & timeat ne iudex, à quo appella-
1 tum + eſt, de facto procedat attentando, & inferendo vim, ſpreta authoritate ſuperioris, & non obſtante appellatione, ſolet talis appellans recurrere ad Iuſtitiam Aragonum. & his coram eo narratis, & probatis. firmatoque de iudicato ſoluendo, & ſtãdo iuri obtinere inhibitionẽ, quã ſic mãdicimus, ab eodẽ iuſtitia Aragonũ, ſeu eius Locũtenentibus contra dictũ iudicem

iudice à quo, ne in cauſa procedat cõtraappellantẽ, exequendo vel alias, & hoc pendente appellatione, donec, & quoſque per iudicem ad quem fuerit appellationis cauſa deciſa, & determinata., & ſecundum hęc Iuſticia
2 Aragonum † reſpondet pro authoritate iudicis ad quem, vt ſicut ipſe poterat inhibere per ſuas literas iudici a quo, ne pendente appellatione, & per eam cauſa deuoluta ad ſuperiorem, procedat amplius in cauſa, aliquid attentet, ſeu innouet, ita eodem modo Iuſtitia Aragonum vim tollendo, ac ſuperiorem iudicem coadiuuans, ſolet inhibere iudici à quo per ſuas literas ſtilatas, quas iuris firmam appellamus, ne in cauſa procedat in contemptum ſuperioris pendente appellatione, In quo eſt aduertendum, quod in caſibus, in quibus appellatio deuoluit, ſed non ſuſpen-
3 dit, in his † non debet Iuſtitia Aragonum inhibere, quia cum in dictis caſibus de iure iudex à quo poſsit non obſtante appellatione procedere, nec dicatur vim inferre, ideo tunc Iuſtitia Aragonum non debet inhibere, quia deficit fundamentum violentiæ, & via facti, propter quæ ipſe ſe intromittit, in quibus autem caſibus appellatio deuoluit, & non ſuſpendit, vel in quibus caſibus poſſit iudex à quo non obſtante appellatione procedere, & ſic non ligantur manus iudicis à quo quominus non facta per ſuperiorem inhibitione, poſſit iudex in cauſa procedere, habetur
4 † late in ſuis locis communibus, vt per Marant. in ſua praxi 6. part. verſiculo & quandoque appellatur à numer. 178. Hippo. & alij per eum relati Rebuf. tom. 1. de ſententia prouiſio articulo. 3. gloſſa. 7. Gregori. Siptag. iur. vniu. titulo. 24. Speculat. titulo. de appellationibus verſiculo nouiſsimè, Orian. in cap. quoniam contra verſ. interlocutiones, & appellationes colum. 32. Ex quo deſumpta eſt praxis, & ſtylus Curiæ Iuſtitiæ Aragonum, vt ante conceſsionẽ harum inhibitionũ exhibeatur ſibi proceſſus iudicis à quo, vt in eo videant, an in illa cauſa appellatio habeat effectum ſuſpenſiuum, vel non, nam ſi habuerit. & iudex à quo non, obſtante appellatione proceſſerit, vel procedere timeatur, tali caſu dicitur inferre vim, ſiue, violẽtiam, cũ ſic nulliter parte inaudita procedat, & potius, vt priuatus, quam vt iudex Gaſpar Rodericus de reddit. lib. 1. quæſtion. 17. num. 54. vbi benè. quo caſu rectè inhibebit Iuſtitia Aragonum. Quod ſi verè appellatio non habeat effectum ſuſpenſiuum, ſed tantum de-
5 uolutiuum, † tunc inhibitio, ſeu firma concedenda non eſt, ex quo in tali caſu iudex à quo, procedendo non obſtante appellatione, non dicitur inferre violentiam, & ſic deficit fundamentum harum inhibitionum,

Ex his reſultat Iuſtitiam Aragonum, dum has concedit inhibitiones, nullã cognitionẽ cauſæ adhibere, nullã cauſę deciſionẽ facere, minuſq. cognoſcere de titulo, ſeu poſſeſsione, ſolum namque attendit, an in caſu occurrenti appellatio ſuſpendat, vel nõ, vt ſic ipſe poſsit inhibere, vel non poſſit, & hæc fuit ſemper, & eſt praxis illius conſiſtorij inconcuſa, & inuiolabilis, cuius ab integro ignari ſunt exteri, qui exiſtimãt Iuſtitiam Aragonũ hac via intromittere ſe in cognitione, & examine cauſarũ ſpiritualiũ, & ec-
6 cleſiaſticarũ, † cum id nec attentatũ, nec cogitatũ legatur, tradatur vè fuiſſe in eo conſiſtorio in his firmis, quas ne pendente apellatione ſolemus appellare, ꝙ ita ego expertus ſum per multos annos, dũ in eo cõſiſtorio lo-

ſtante quacumque conſuetudine, vbi
comunem dicit, omnino eſt videdus,
quia adfert omnia teſtimonia concilij
Neapolitani, & aliorum, ac ſacrę Ro-
tæ Romanæ definimenta, cũ multis
ampliationibus & limitationibus, quę
opinio procedit etiam in realibus ac-
tionibus, in quibus magis comunis,
& magis vera opinio eſt, quod clerici
ſunt ſimiliter exēpti à iuriſdictione ſe
culari Bouad. lib. 2. c. 18. n. 164. vbi alij,
Azebedo lib. 4. tit. 1. l. 11. n. 1;. (licet
Nauarræ, Valentiæ, & Franciæ, aliter
ſeruetur ſecũdum Bouad. vbi ſupra)
dicit comunem de iure cano. Portol.
vbi ſupra n. 15. allegans alios, licet
Molin. verb. clericus & verb. iudex
Eccleſiaſticus, aliud teneat, à quo ca-
uendum dicit ibi Portol. facit vltra
iſta, nã clerici ſaltem ſacris ordinibus
inſigniti cenſentur quędam res ſpiri-
tuales, ratione conſecrationis, cha-
racteris ordinis c. ſi iudex laicus, ibi
& ſpirituali, de ſent. ex comunis in 6.
& licet hæc ſit magis recepta opi-
nio, tamen in contrarium facit, pri-
12 mo † nam beatus Paulus ad Cæſa-
rē ſecularem appellauit, c. 25. actuum
Apoſt. & In. c. 1. ad Roman. item
tempore primitiuæ Eccleſiæ, clerici
quo ad res, & perſonas a ſecularibus
iudicibus cognoſcebãtur, toto tit. de
ſacro ſanct. Eccleſijs, & toto titu. de
Epiſ. & clericis, & toto titu. de Epiſ-
copa. audien, & facit totus titulus in
authentico vt clerici per proprios
Epiſcopos, quod factum minimè fuiſ-
ſet, ſi de iure diuino fuiſſent exempti,
13 item illud eſt † de iure diuino, quod
reperitur aliqua Sacræ ſcripturæ au-
thoritate conuictum, ſed hæc exemp-
tio non reperitur expręſſa ſacræ ſcrip
turæ authoritate, ergo non eſt po-
nenda. patet minor, quia ſi aliqua pro
baretur, eſſet in adductis, at qui non
reperitur, ergo &c. non obſtat illud
Nolite tangere Chriſtos meos, nã nõ lo-
quitur de clericis niſi allegoricè, &
dato, quod de illis loquatur, dic *Noli-
te tangere*, id eſt inferre iniuriam, &
ſic noluit eos eximere iure diuino, à
ſeculari poteſtate, non etiam facit il-
lud Matthęi c. 17. nam inſinuat, in-
ter alia, quod cum Chriſtus eſſet ve-
rus filius æterni regis, nõ debebat ſol-
uere huiuſmodi tributum, Couarrub.
in pract, quæſt c. 31. n. 2. Non facit c.
14 ſi imperator, nam intelligitur, quo †
ad ſpiritualia, non quo ad perſonas,
& earum res, Item nec obſtat c. quã-
quam, nam conſuetudo fuit iuris ca-
nonici, id quod fuerat antiquitus ſta
tutũ, dicere conſtitutum de iure diui-
no, vt in decimis, quæ cum deberen-
tur de iure diuino, in c. ex tua de de-
cimis, hodie tamen cum ceſſent ceri-
monialia, & iudicialia, dicuntur de-
beri de iure poſitiuo, Couar. lib. 1. va-
15 riar. reſolut. c. 17. & ſic † dic iure diui-
no, ideſt, veteri lege, & ita contra com
munem tenent Innocent. In c. 1. n. 1.
de maiorit. & obedient. Alciat. in
rub. n. 3. C. de ſacro ſanct. Eccle. &
in l. iubemus n. 6. C. eo Medina in
Codice de reſtit. cap. de immunit. Ec-
cleſia. queſt. 15. Euerard. in hanc vide-
tur declinare in loco à verosimili n.
8 Couar. pract. c. 31. Bouadilla vbi ſu-
pra n. 23. qui poſteà motu contrario-
rum diſtinguendo dicunt, & ſaluan-
do comunem opinionem, aut loqui-
15 mur † quo ad perſonas, & res clerico-
rum in cauſis ciuilibus, & criminali-
bus, quæ ſpiritualia non tangunt, &
dicunt fuiſſe exemptos iure huma-
no, per iura proximè allegata; aut lo-
quimur quo ad ſpiritualia, & ſacra-
mentorum adminiſtrationem, ſeu iu-
riſdictionem, & tunc cũ hanc Chri-
ſtus Petro conceſſerit iure diuino, vt
ab eo in alios prælatos deriuaretur,
& non in laicos, non iure humano,
ſed

Google

ſed diuino fuerunt clerici exempti à
ſeculari poteſtate, ita poſt Albert. lib.
4. Eccleſiaſt. Hierar. c. 2. reſoluunt
Couarrub. in d. c. 31. n. 2. Bouadilla
vbi ſupra, & ſi vis tenere contra co-
munem dic ad cap. ſi iudex laicus.
ibi de re Eccleſiaſtica, & ſpirituali de-
17 bere, † intelligi non de perſona cleri-
ci, ſed de titulo, ſiue ordine clericali,
qui cum ſit ſpiritualis, non poteſt ca-
dere in laicum c. tuam de ordine cog-
nit. cum ſimil. nec facit, quod clerici,
habent characterem in anima, nam
18 inde non ſequitur † eos eſſe ſpiritua-
les, & iure diuino exemptos, quilibet
enim noſtrum poteſt habere gratiam
quæ ſpiritualis eſt, item quilibet no-
ſtrum habet virtutes infuſas in bap-
tiſmo, vt tradunt omnes in 4. diſt.
14. queſt. 1. quæ res ſunt ſpirituales,
& tamen de nobis, benè poteſt iudex
ſecularis cognoſcere, prætereà ſi ra-
tione characteris, iure diuino eſſent
exempti, ſequeretur poſt actualem de
gradationem clericum, non poſſe con
demnari à iudice ſeculari, cum chara
19 cter † per degradationem non elida-
tur, ſed ſemper maneat Socin. in c. 2.
& c. 1. n. .. de cleri. excomu. nam ſi
clericus degradatus vellet conficere
eucharistiam, verè conficeret, glo.
communiter recepta, in cap. 2. de cle-
ric. excommunicat. vbi Mari. Socin. co-
munem dicit n. 14. & 15. atqui ſic de-
gradati poſſunt cōdemnari, per iudi-
cē ſecularē c. nouimus de verb. ſig. c.
ad abolendam de hæretic. ergo etiā
ſi habeat characterem non cenſetur
ſpiritualis, quo ad hoc, vt non valeat
per iudicem ſecularem cognoſci, &
ſic de iure diuino non ſunt exempti,
20 item quilibet eo ipſo, quo eſt † Chri-
ſtianus, & regeneratus iuxta illud,
Ioanis c. 3. niſi quis renatus, &c. habet
quoddam ſignum Chriſti, Paul. 2. ad
Corint. c. 1. ſignauit nos, quod ſignū
diuus Auguſtin. vocat characterem
c. quod quidam §. ſi forte. 1. queſt. 1.
c. diſplicet circa medium 23. queſt.
4. c. quomodo de conſecratione diſt.
4. & hic character imprimitur ani-
mæ ex diuo Thoma 3. p. queſt. 69.
artic. 1. & indelebilis, tex. iuncta glo.
in c. licite 32. queſt. 2. & nouiſsimè in
Concilio Tridentino, ſeſsio. 23. c. 4.
ſi ergo clericus ratione characteris
ordinis eſt ſpiritualis, ita vt ſolus Ec-
cleſiaſticus ſit capax. & non poſsit de
illo cognoſcere iudex laicus, eodē mo
do, & nos ratione characteris bap-
tiſmi cenſebimur ita ſpirituales, vt
non poſsit laicus de nobis iudicare,
quod tamen falſum eſt, & idem dic
de clerico primæ tonſuræ, quia cen-
ſetur habere characterē ordinis, quia
eſt ordo c. cum contingat in fin. de
21 ætat. & qualitat. & tamen † iure hu-
mano amittit priuilegium, niſi ſer-
uet, quæ docet c. 6. in ſeſsio. 23. in
Conc. Trident. traditaq; in c. 1. de cle
ri. coniugat. in 6. & quia materiam
hanc latius proſequuntur, cum for-
tiſsimis fundamentis, & benè Couar.
practi. qq. c. 31. Bouadilla lib. 2. c. 18.
à n. 15. cum. ſequentibus, ideò non in
ſiſto amplius, ſed ex mente eorum, &
aliorum tenentium, exemptionē cle-
ricorum eſſe de iure humano, inferen
do ad comunem praxim noſtri regni,
& aliorum, in quibus ſecundum plus
& minus, cognoſcunt iudices laici in
rebus temporalibus de cauſis cleri-
corum, colligo ſecundum eos ſequen-
tia, & primo, † quod ſicut in rebus
merè ſpiritualibus, ac Eccleſiaſticis
clerici ſunt exempti iure diuino, eodē
modo in rebus temporalibus, ac in cri
minalibus, quæ ſpiritualia non atti-
nent, & cauſis ciuilibus ſunt exempti
de iure humano, & poſitiuo, quæ au-
tem dicantur res ſpirituales, declarāt
Couar. vbi ſupra, eſt verum, quod nō
poterit

poterit iudex ſecularis punire clericos in maioribus ordinibus conſtitutos, niſi degradati fuerint, Bouadilla n. 38. & licet hæc exemptio clericorum, à iuriſdictione ſeculari ſit ſecundum eos (nam comunis eſt in contrarium) de iure humano obtenta, adhuc tamen nō poterit Princeps ſecularis, ei in aliquo derogare proprijs legibus, imo nec Rom. Pontifex
23 † hanc exemptionē in vniuerſum tollere poterit, vt vtrumq; cum multis comprobat, vltra Bozium vbi ſupra. Couarr. vbi ſupra n. 3. & 4. inferens ex hoc multa, & primo poſſe in aliquibus caſibus per conſuetudinem legi-
24 timè † præſcriptam, maximè mixtā, exemptionem hanc iure humano inductam reſtringi ac limitari, ita tamen ſi ex hac præſcriptione non fiat maxima iniuria clericis, & ordini Eccleſiaſtico, grauiſsimumq; non inde immineat præiuditiū, trahendo paſſim clericos, ad forum ſeculare.

Quapropter in vim iſtorum, licet aliquorum regnorum conſuetudines, de trahendo clericos ad forum ſeculare etiā in perſonalibus; & mixtis diſpliceat doctoribus ſupra d. & merito, quaſi nimis grauoſſæ ſplendori ordinis Eccleſiaſtici, cuius iuriſdictionem multis Romanorum Pontificum decretis, conciliorumq; Canonibus extabilitam, ac omnium Principum ſecularium auctoritate comprobatam, debeant vniuerſa terra reuerenter tueri, ac deffendereq, tamquam matrem iuriſdictionis temporalis; ſecundum Bouadillam numero trigeſimo nono. Non tamen eis diſplicet conſuetu-
25 do † aliquorum regnorum, vbi in realibus tantum actionibus trahuntur clerici ad iudicia ſecularia q(licet comunis ſit in contrariū vt ſupra n. 21.) vel altem executio fit in rebus temporalibus clericorum, maximè ſi de tempore immemoriali fuerit obſeruatum (in quo iuſtificatur magis res hæc vt infra §. 3. à n. 31. 56. 130. 140.) idque in Francorum regno obſeruatum videmus, ex quo ibi id omne obſeruatur ſecundum Fabrum, Aufrerium & alios allegatos per Couarr. vbi ſupra n. 5. & maximè procederet hæc conſuetudo, quando clerici, & alij homines citantur cum clauſula, ſi ſua putauerint intereſſe, quo caſu clericus comparens dicitur comparere vt actor voluntarius, non vero vt reus compulſus, vt dicam infra, & ſic tali caſu nulla fit clerico iniuria; extra hunc caſum actionis realis, in quo de conſuetudine trahuntur clerici ad iudicia ſecularia, ſuppoſito quod ſunt exēpti iure humano, ſunt alij caſus, in quibus ſecundum DD. iudices laici ſe intromittūt ſuper cauſis clericorum inter clericos, & hoc non ex priuilegio, nec conſuetudine, ſed in vim iuris comunis, vt aduertit Aluarus Valaſcus conſultatione 93. verſiculo & hac opinione detēta &c. Primus eſt, quando agitur de cauſa poſſeſſoria etiā rei ſpiritualis, nā tunc
26 † iudex laicus (ſecūdum aliquos) intromittere ſe poteſt; quia cauſa illa dicitur tēporalis, & nō ſpiritualis, prout eſt magis communis opinio ſecundum Farinac. titu. de inquiſit. queſt. 8. n. 23. Maran. de ordin. iudic. 4. parte diſt. 13. n. 5. Menoch. de retin. poſſeſ. remed. 3. n. 228. Couar. pract. quęſt. c. 35. n. 1. cum ſequent. Aluar. Valaſ. vbi ſupra, & tamen in temporalibus ſecundum eos de iure humano ſunt exempti (licet comunis in contrariū) quod licet in dubiū ſit vbi agitur de poſſeſſorio reſtituendæ poſſeſsionis, ex quo ibi ineſt violentia; ratione cuius id magis permittitur etiam ſi eſſent exempti iure diuino, vt infra.
27 Tamen idem erit † in cauſa poſſeſſoria

ſoria retinendæ poſſeſsionis cum hęc apari procedant in hoc caſu, vt tenet Couar. vbi ſupra, verſiculo ex quo patet, & hæc concluſio licet de plano procedat, quando petitorij nulla cognitio eſt ad mixta cum poſſeſſorio, vt omnes tenent, tamen idẽ erit licet ti-
28 tulus poſſeſsionis † exhibendus ſit, ſi tamen incidẽter ad colorandã poſſeſſionẽ illud tractetur, non vero principaliter, nã tunc iudex laicus cõpetens eſt, ſicut & quãdo titulus eſt notorius qui ad poſſeſsionẽ deducitur, vt ſupra dicti DD. tenent, & Couarrub. vbi ſupra.

Ex quo videtur ortũ habuiſſe conſuetudo immemorialis noſtri regni, vbi ſaltim in regia audiẽtia, ſolent appræhẽdi ſeu ſequeſtrari beneficia Eccleſiaſtica, & de eorũ poſſeſsione tractari, etiã deducto titulo poſſeſſoris, vt apparet per forũ por quãto in fin. de appræhẽſion. & foriſtæ ſuper eo. nam ſecũdũ ſuperiores regulas, id videtur
29 † iure fieri, ſaltim in articulo tenutę & ſeu inferioris poſſeſſorij, & etiã in plenario poſſeſſorio, quod nos dicimus articulũ iuris firmarũ, quia in illis articulis agitur de ſola poſſeſsione, quæ vt ſupra dixi tẽporalis eſt, & in tẽporalibus clerici ſecũdũ eos exẽpti ſunt de iure humano & licet etiã titulus poſſeſſorij, ſoleat deduci in his articulis, illud tamẽ fit nõ principaliter, ſed incidẽter de ſolo facto cognoſcẽdo ad iuſtificãdã ſeu colorandã poſſeſsionẽ, at in articulo proprietatis multum dubitãt
30 † ipſi iidẽ, quod iudex ſecularis de cauſa beneficij cognoſcere poſsit, quia tũc de petitorio principaliter agitur, cuius cognitionis ipſe capax nõ eſt, in curia tamẽ Iuſtitię Aragonũ meis tẽpori-
31 bus recuſabamus facere † ſimiles beneficiorũ appræhẽſiones & ſequeſtra, pro vt quã primũ fui aſſumptus ad eã, renui tales appræhẽſiones prouidere, etiam ſi partes ob id dixiſſent velle me denuntiare, & acuſare.

Fũdabar ego quia licet iudices ſeculares poſsint cauſã beneficij poſſeſſoriã vt tẽporalẽ inter clericos tractare, vt in partibus Caſtellę, & alibi paſsim, & hic fieri videmus, illud tamẽ dicebã extra iudicialiter debere fieri, & nõ in forma iuditij, tam ſolemni, & formali pro vt & hodie fit, & ſic faciendũ admonet Couarrub. vbi ſupra verſiculo ſexto nõ negamus Aluar. Valaſ. vbi ſupra, & Afflictis licet fatear in hac extra iuditiali defenſione aliquã iuditij formã adhibendã, vt infra dicã, cum etiã, quia licet id videatur procedere,
32 † quãdo laicus ſpoliat clericũ poſſeſſorẽ rei beneficiariæ, & ſpiritualis, quo caſu iudex ſpoliatoris queri poteſt, ſecus tamẽ eſt quãdo tã reus, quã actor ſunt Eccleſiaſtici, vel ſpoliator clericus eſt, quo caſu ſolus Eccleſiaſticus iudex eſt de iure, nõ ſecularis, vt reſoluũt Farinaci. Menochi. Couar. vbi ſupra, nã & ſecundũ eos, licet res ipſa poſſeſſoria, ſit tẽporalis, & eius reſpectu capax ſit laicus, tamẽ ratione perſonarũ cõuentarũ incapax eſt, clericus ſiquidẽ corã ſuo iudice cõueniri debet c. cum ſit generale de for. cõpet. etiã ſi exẽptio clericorũ dicatur eſſe de iure humano in tẽporalibus, quapropter aut id iuſtificari debet ratione cõſuetudinis cõtrariæ, ſecluſo iure ipſo, aut aliter praxis defendenda eſt, quare ali-
33 ter † alij iuſtificãt hanc praxim noſtri regni, dicendo, quod poteſt iudex laicus intromittere ſe in his cauſis clericorũ poſſeſſorijs beneficialibus, & alijs, etiã quod eſſẽt exẽpti de iure diuino, & hoc ratione tollẽdi vim, & violentiã & extorſionẽ, quæ infertur, maximè vbi ſuperioris remediũ in promptu nõ eſt, nã tũc nõ ſolũ in fauorẽ laici, ſed etiã clerici vim paſsi, poteſt iudex ſecularis ſe intromittere, tollendo vim,

vim, ſedando ſcandalum, rem publicam paccando, glo. in cap. filijs in verbo regi. 16. quæſt. 7. in cuius comprobationem allegant multa Menoh. vbi ſupra. num. 354. Velaſ. num. 5. vbi de communi Gouar. verſ. 6. non negamus cum ſequent.

Verum hoc ego intelligendum puto
34 † quando iudex ſecularis aditur, extra iudicialiter, & procedit per viã extra iuditiariç defenſionis ad effectũ, vt quieta reſpublica ſit, & ne fiat alicui iniuria, aut violentia, & ne quis poſſeſsione, quam obtinet, indebitè ſpolietur nulliter, & inauditus, quod fieri debet multum ſummariè, ſuper manifeſta ſpoliatione, citando quoſcumque generaliter, ſi ſua putauerint intereſſe, quia tunc hæc citatio reſoluitur in ſimplicem admonitionem, neque accuſanda eſt contumatia, & tunc comparendo dicitur comparens actor voluntarius, non reus, & eſt comparitio voluntaria. Bald. in l. teſtamenta omnia, & ibi Caſt. & Alexand. C. de teſtament. Lucas de Penna in l. ſi Coloni colum. antepen. C. de Agricol. libro. 11. Cognoſcet
35 itaque de hac violentia † iudex ſecularis tam inter laicos quam inter clericos ad tollendam hanc vim, maximè ſi cum hoc adſit negligentia ecclesiaſtici in adminiſtranda iuſtitia, quod amplexãtur multi relati per Gaſpar Rodrig. vbi ſupra, & per Couarr. verſic. 6. non negamus Meno. & Velaſcũ vbi ſupra, multum bene Afflictis deciſsione. 24. Maran. 4. part. diſtinctione. 11. num. 63. & alios quos copioſe allegabimus infra.

Vnde applicando ad noſtrum hunc caſum, videtur apprehenſiones, & ſe-
36 queſtra † beneficiorum ex hoc capite licitè fieri, nam cum in eis allegetur ſemper violentia, & ſpolium, videtur quod iudex ſecularis bene ſe intromittat ad tollendam vim, paccandam rempublicam, poſſeſsionem ſpoliato reſtituendam, & licet id fiat in forma iuditij, id tamen fit ſatis ſummarie (licet breuius fieri debere conſulerem) in articulo tenutç, cum citatione generali, ſi ſua putauerint intereſſe, & ſic ad vnguem in eo articulo ſeruantur, quæ per Doctores tradũtur in locis ſupradictis, quare in hoc articulo nulla ſecundum eos adeſſe videtur trepidandi occaſio apud iudices timoratç conſcientiæ. At in poſſeſſorio plenario ſeu articulo iuris firmarum diffuſius res agitur, & in eo poſſet cadere ille iuſtus timor, & magis in articulo propietatis hæc timendi ratio in eſt, ibi ſi quidem agitur de petitorio, non de poſſeſſorio, de quo laicus intromittere ſe non poteſt.

Et ſi in viam huius extra iudiciariæ deffenſionis ratione violentiæ ſe intromittere poteſt iudex ſecularis modo, & caſibus quibus ſupra, multo magis id procedet in Locumtenentibus Iuſtitiæ Aragonum, cum ipſi iudices ſpeciales ſint violentiarum, (et licet ſufficiat allegare vim de facto coram eis, ſecurius eſſet eam probare) etiam contra ſingulares perſonas, de quibus alias cognoſcere non poſſint, ex quibus omnibus practici noſtri aſſeuerant, praxim noſtri Regni, & ſimilium non eſſe ſine iure, & ratione, ſi intra ſuos limites obſeruetur, de quo iterum agetur infra.

SVMMA EORVM QVE in hoc §3. Capit. 8. continentur.

1 *Reges eorũ que miniſtri ratione cõſeruãdæ pacis habẽt facultatẽ remouẽdi violẽtias inferẽdas inter perſonas eccleſiaſticas*

etiamſi ab ipſis iudicibus Ecleſiaſticis inferantur, ſuis ſubditis, & numer. 2.

3 *Pars victa per ſententiam latam à iudice Eccleſiaſtico ſi appellet, poteſt ad ſecularem recurrere, ne pendente appellatione Eccleſiaſticus eam exequatur, etiam compellendo eundem, vt nu. 4.*

5 *Recurſus hic ad iudices ſeculares, apud omnes Principes reipublicæ Chriſtianæ receptus eſt, nec concilio Tridentino contrariatur, vt num. 6.*

7 *Iudices ſeculares concedentes inhibitiones contra clericos, ne pendente appellatione, &c. in cenſuras, & cõminationes aliquas non incurrunt.*

8 *Appellatio à delegato cui commiſſa eſt cauſa appellatione remota, an ſententiam ſuſpendat, & an interim firma dari poßit diſputatur.*

9 *Firma iuris, ne pendente appellatione, non datur vbi appellatio non ſuſpendit, & numer. 12.*

10 *Clauſula appellatione remota non ſemper arctat, nam ſolum tollit friuolas appellationes, & num. 13.*

11 *Grauatus notoriè, appellare poteſt, non obſtante clauſula appellatione remota.*

14 *Poſſeßionis conſeruãdi gratia ad alium iudicem accedere licitum eſt.*

15 *Iudex modum iurisdictionis excedens nihil agit.*

16 *Emparamentum, an poßit fieri in poſſe clerici, per iudicem ſecularem, & compelli ad iurandum, dubitatur, & affirmatiuè reſoluitur, & num. 17.*

18 *Auctor tamen contrarium tenet, ſecundum quod ita in Regia Audientia iudicatum aſſerit, num. 19.*

FIRMA NE PENDENTE appellatione.

§. 2. *Cap. 8.*

EX hucuſque traditis conſtat Regiam maieſtatem eiuſque miniſtros habe-
1 re de iure † ratione conſeruandę pacis, ac quietis fiendę inter ſubditos, & in tota republica vniuerſaliter, iuriſdictionem ac facultatem remouendi violentias, & oppreſſiones illatas, & inferendas, non ſolum inter priuatas perſonas eccleſiaſticas, verum etiam ſi inferantur per ipſoſmet iudices Eccleſiaſticos proprijs ſubditis, & quod plus eſt non ſolius facultatis hoc eſt, ſed etiam neceſſitatis, & præciſſæ obligationis,

2 nis, † qua tenentur officiales regij occurrere, & tollere vim, & opreſsionem omnem ab oppreſsis, reprimendo ac moderando ipſoſmet iudices eccleſiaſticos qui eas inferunt c. princeps c. regum. 23. quæſt. 5. c. filijs 16. quæſt. 7. Panorm. in c. qualiter, & quando de iuditiis poſt. Barr. in prohemio digeſtorum colum. 2. verbo omnem, Simancas de Cathol. institu. capit. 45. numer. 35. Carolus de Graſſalis, lib. 2. Regalium Franciæ, iure. 7. latiſſime Oſaſcus deciſ. 40. num. 13. Menoch. de retinendo remedio tertio, numer. 356. Auendañus de exequen. lib. 1. cap. 1. num. 32. late Azeuedo. lib. 1. nouæ recopil. titulo. 6. l. 2. verſ. Item 14. Didacus Perez lib. 3. tit. 3. l. 6. pag. 718. Nauarr. in Manuali Latino cap. 27. num. 69. Gutierrez de iuramento confirmatorio. 1. part. capit. 2. numer. 26. Humada in l. 13. tit. 13. partita. 2. gloſſ. 4. verbo. minfuer ça. num. 1. fol. 139. Gutierrez lib. 1. quæſtion. regiarum, quæſt. 2. Lancelotus de attenta. 2 part. capit. 4. numer. 36.

Ex ſuperiori vero concluſione, cùm iuribus canonicis apertiſsime cõprobetur, egregiè, & verè omnes de
3 prehendunt, a ſententia lata † à iudice eccleſiaſtico, & interpoſſita per partem appellatione, ne iudex appellatione pendente eam exequatur, poſſe impunè partem victam pro manutentione ſuę poſſeſsionis, ad regem, regium ve conſilium, iudices ve ſeculares recurrere, & ita receptum eſſe in Rota Romana profitetur Lancelotus de attenta. lite pendente. 2. parte. cap. 4. limitatione. 1. numer. 36. 37. 38. pag. mihi 118. & in eodem cap. 4. declaratione. 4. num. 36.

Non ſolum autem ex ſuperiori receptiſſima concluſione inferunt poſſe partem appellantem ad iudices ſeculares confugere, vt pendente appellatione illi fauorem impendant pro conſeruatione ſuæ poſſeſsionis, impediendo, ne ſententia pendente appellatione executioni contra iura
4 ciuilia, & canonica mandetur, verum etiam decernunt, † iudices ipſos ſeculares id efficere debere, cõpellendo eccleſiaſticos iudices, extra iudicialiter vt à moleſtia, & vi inferenda per executionẽ ſuæ ſentẽtię penitus ceſſẽt appellatione pendente, non aliter ſe ingerendo, ſicut elegantiſsimè omnium comprobat Couarruuias practica. 35. numer. 3. verſiculo cęterum in hac Regia, quinque rationes in comprobationem huius reſolutionis erudi
5 tiſsimè deducens, & eam apud omnes Principes ſeculares † reipublicæ Chriſtianæ vſu receptam eſſe aſſeuerans, ad rectũ vtriuſque ſpiritualis, & temporalis iuriſdictionis vſum, & compendium, quam ſi à principibus ſecularibus quiſquam ſubleuare contenderet; ex ſententia Couarruuiæ non ſerò manifeſtiſsimo experimento deduceret, quantum calamitatis Reipublicæ Chriſtianę inuexiſſet, & intulliſſet, & quoniam rationes, & confirmationes à doctiſsimo Couarruuia adductę pulchrè adeo expoſitæ ſunt, propterea illas non refero, ſufficiat nunc animaduertere, hanc concluſionem, & Couarru. ſententiam fuiſſe ſecutos omnes ſcribentes Nauarr. in Manuali Latino capit. 27.
6 numero. 69. Aſſeuerans † non eſſe hoc contra concilium Tridentinum, latiſsimè Salzedo in praxi ad Bernardum Diaz, cap. 102. litera A. pagina 353. & pagina. 359. inquit iudices ſeculares non incidere propter has inhibitiones, quas cõcedũt cõtra iudices
7 eccleſiaſticos, † ne pẽdẽte appellatione exequãtur ſententias ſuas, in cenſuras

& cominationes aliquas, & idem latè docet Azeuedus d.lib.1.tit.6.l.2.verſ. item, & decimoquarto, & idem profitetur Cordoua in tractatu caſos de conſciētia, c.35. verſ Lo ſegundo, prę-ter quos idem docet Viuald. in Candelabro Eccleſiæ, 2. par. in explanatione Bullæ Cœnę Domini, caſu 16. ex num.114. Et in confirmationem videndi ſunt Didacus Perez vbi ſupra, Nauarr. in dicto cap. cum contingat primo remedio, Portoles verb. firma, num.101. Humada in l.13.tit.13.partita 2. gloſ.4. quæ omnia planè ſuadent inhibitionem, ne pendente appellatione ſententiam exequatur iudex à quo appellatur, eſſe benè prouiſam; neque illam reuocari vllo iure poſſe.

Circa ſuperiora dubitari ſolet, prout vidi ſepius dubitari, an ſi alicui ſit cauſa delegata appellatione remota, & ipſe ſententiam ferat, ſi ab ea per condemnatum appelletur, an ap-
8 pellatio † ſuſpendat, adeò vt ea pendente innouari aliquid non poſſit, & per conſequens debeat dari firma, ne pendente appellatione procedatur, an vero ea non obſtante poſſit procedi ad vlteriora, quod eſt quęrere, an tunc appellatio habeat effectum ſuſpenſiuum, an vero deuolutiuum tantum, nam ſi non habet ſuſpenſiuum, non obſtante appellatione fiet executio, & per conſequens firma non dabitur, ſi vero habet ſuſpenſiuum effectum, non exequetur ſententia, & dabitur firma, ſicut in alijs caſibus, in quibus appellatio nō habet effectum ſuſpenſiuum, exequitur ſententia nō obſtante appellatione, † nec datur fir-
9 ma, ne pendente appellatione, quod ſi habet effectum ſuſpenſiuum dabitur firma, & non exequetur ſententia, & ad hunc effectum ſolent iudices ſeculares mandare ſibi duci proceſſum, quod pro firmiſſima regula ſemper notandum eſt, Ad propoſitam ergo queſtionem reſpondendo dico, quod
10 clauſula appellatione remota † non ſemper arctat, & per conſequens non ſemper habet effectum ſuſpenſiuum, nam certum eſt, quod hęc clauſula ſolum tollit friuolas appellationes, non iuſtas, Maſſuer. in praxi. tit. de appellation. colum. 11. verſi. Item quando Immol. in cap. vt debitus num. 9. de appellat. quia iuſta ſuſpendit, vt in terminis de clauſula contradictores appellatione poſtpoſita compeſcendo, tradit Rebuf. in praxi in forma nouæ prouiſionis, verbo contradictores, quę ſequitur Lancelot. de attentat. appellatione pendente, 2. part. cap. 21. limitatione 8. num. 41. & probatur in c. paſtoralis in principio, cap. vt debitus de appellat. cap. ſuper eo de officio de legat. cap. licet de officio ordin. & ſic dicta clauſula nihil operatur, etiam ſi dicatur omni appellatione remota, quia notoriè, † & manifeſtè grauatus
11 poteſt appellare, gloſ. penult. in cap. ex conqueſtione de reſtit. ſpoliat. quæ dicit tenere appellationem, licet præcederet inhibitio in literis, quia remotio appellationis non impedit appellationē, vbi manifeſtè quis grauatur, Lancelotus vbi ſupra, num. 24. pagi. 260. & quod ſolam friuolam appellationem tollat hęc clauſula, poſt Canoniſtas in locis ſupra allegatis, tradit Iaſſon in l. ſi quis iniquum. § ſi is pro quo numer.5. ff. quod quiſque. & plures citans Quintil. mand. ad Lappum allegat. 121. ſub literis F. G. H. & ſic appellatio legitima, & rationabilis & à notorio grauamine interpoſita valebit, & per conſequens iuris † firma dabitur, latius Lancellot.

Lancelot. vbi ſupra Phil. Franc. in capit. Paſtoralis de appellat. qui videndi, imo quando hæc clauſula eſſet poſita in reſcripto, ſeu commiſſione ſubreptitia, tunc ſicut commiſſio nullum effectum producit, quia nulla, ita clauſula in ea contenta non operatur, nec excuſat ab attentatis Lancelot. de attentat. appellat. penden. 2. part. cap. 12. limit. 8. num. 42. vnde concludendum eſt hanc clauſu-
13 lam non impidire † iuſtas appellationes, ſed eas habere effectum ſuſpenſiuũ. & per conſequens firmas & inhibitiones dandas fore, ſunt tamen ad propoſitum ſummè notanda verba quæ ponit Lancelot. de attentat. lite penden. 2. part. capit. 4. numer. 37. vbi dicit in confirmationem ſupradictorum, quod pro conſeruatione, &
14 manutentione poſſeſſionis licitum † eſt etiam ad alium iudicem accedere cap. cum teneamur de appellat. Pariſ. conſ. 173. quod eſt vltimum conſil. lib. 4. et ſic ibi Lancelot. & in numer. 36. dicit permitti, vt ad regium conſilium accedatur pro manutentione poſſeſſionis, & quod illud licite fit, verum ſubdit poſtea. numer. 38. quod ſi regium conſilium, aut alius iudex vltra manutentionem poſſeſſionis, aliud faceret, puta ſequeſtrando, & ad manus Curię Domini Iuſtitiæ rem de qua agitur apprehendendo, & ſic mo-
15 dus † excederetur, tunc ea omnia eſſent nulla ſecundum reſolutiones Rotę ibi allegatas, cuius doctrina in terminis, de quibus Lancellot. agit, procedit, quia ibi iudex non debet aliud quàm manutentionem præſtare, quia nec ad aliud agitur, verum non ob id negari poteſt, quin poſſit iudex ſequeſtrare beneficium, & apprehendere data violentia & ſpolio vt ſupra et infra latius docebimus.

Abſoluatur hoc caput vno dubio, an ſicut prouidetur firma ne pendẽte appellatione contra iudicem eccleſiaſticum, ita etiam poſſit fieri emparamẽ-
16 tum† in poſſeſ. clerici, & compelli clericus ad iurandum, aliquibus dicentibus quod ſic, ex eo, quia praxi antiquiſsima admiſſum eſt ſaltim in Curia Iuſtitiæ Aragonum poſſe fieri emparamentum valide in poſſe clerici, vel alterius cuiuſcumque perſonę priuilegiatæ, quia ad validatem emparamenti ſufficit, quod vel perſona, cuius bona emparantur, vel perſona, ad cuius inſtantiam fit emparamentum, vel perſona in cuius poſſe ſit, ſit de iuriſdictione iudicis emparamentum prouidentis, & talem eſſe praxim, & conſuetudinem generaliter tradunt Molin. verbo emparamentum verſiculo emparare non poteſt. folio. 114. & in verbo Iuſtitia Aragonum non poteſt, & licet videatur quod clericus in ipſo emparamento non poſſit compelli nec haberi pro confeſſo à iudice ſeculari ex eodem Molin. vbi ſupra in verbo emparamentum, verbo emparare non poteſt fol. 114. colum. 3. in fin. vbi Portol. num. 6. maximę, quia de iure clerici non poſſunt compelli ad iurandũ coram iudice ſeculari, propter priuilegiũ immunitatis iure diuino cõceſſi iuxta cap. fin. de immunit. eccleſ. in 6. cap. quicumq. de ſententia excommunicationis in 6. hoc tamen nõ obſtat ſecundum eos, quia cum iudicium hoc
17 † ſit reale, & in eo potiſsimum inſpiciatur perſona illius, cuius bona emparantur, cum quo iudicium inſtituitur, & clerici poſsint in iudicio reali coram iudice ſeculari conueniri, vt tradit Molin. in verſ. clericus & alij allegati per Portol. ibi num. 1. ideo, videtur, quod procedi poſsit cõtra clericum, & maximè ſi emparamentum emanat a Curia Iuſt. Arag.

qui iudex eſt exemptorum, ex immemoriali conſuetudine, quę in hoc vim habet tituli, vt infra latius, quam in praxi ſeruari teſtatur Molin. verb. Iuſtitia Aragonum, verſi. item Iuſtitia eſt iudex in cauſis exemptorum, fol. 202. colum. 3. in fin. & verſi. die prima Decẽbris, fol. 204. col. 2. refert ſimiles conſuetudines, Portol. verb. Iuſtitia Aragonum num. 16.

Et licet contrarium his, quæ traduntur, fuerit practicatum in Regia Audientia, illud non obſtat, quia talis conſuetudo non fuit practicata in Regia Aud. licet Belluga in Speculo rubr. 11 §. videndum, num. 9. hoc domino Regi præſcriptione tribuere videatur. Verum ſi ego † meam ſententiam de iure dicturus ſum, maximè de hac opinione dubito, ſi quidem exiſtimo, quod dato quod fieri poſſet emparamentum in poſſe clerici vſque ad coertionẽ iuramẽti, verum ſi ipſe clericus poſtea nolit iurare, non poterit per laycum coerceri, quia illud eſſet agere in perſonam, nõ in rem, † & tamen clericus perſonali actione non diſtringitur per iudicẽ laycum Molin. verb. clericus, vbi Portol. num. 11. idem Molin. verb. iudex eccleſiaſticus fol. 191. colu. 3. vbi Portol. de communi atteſtans, immo nec in realibus poteſt conueniri clericus coram ſeculari vt ſupra cap. 8. §. 1. numer. 11. Et ſic cum non habeat iudex laycus iuriſdictionem, nec coertionem in clericos, nec poſſit eos cogere, vt veniant ad iurandum, quæ bona habeant tempore emparamenti, videtur, quod tale emparamentum facere non poſſit in poſſe clerici, argumento eorum quæ in terminis tradit Molin. d. verb. emparare non poteſt, verb. tunc Zalmetina, &c. & licet dicatur ibi, quod ſufficit, q ille ad cuius inſtantiam, vel ille in cuius poſſe, vel ille cuius bona emparantur, ſit de iuriſdictione Iuſtitię Aragonum, vt tale emparamentum facere poſſit, vt ibi Molin. Ad hoc reſpondetur, quod illud procedit inter perſonas laycas, in quas, ſaltim non declinantes, habet iuriſdictionem Iuſtitia Aragonum, Secus quo ad clericos, quorum reſpectu omni iuriſdictione caret, niſi legitimo aliquo modo acquiſita ſit, quo non dato videtur, quod tale emparamentum non poſſit facere. Prout fuit declaratum in Reg. Aud. referente Portol. verb. emparamentum num. 5. & 6. immo idem fuit practicatum in curia Iuſti. Arago. vide ſup. cap. 4. §. 9. nu. 13. ſub prætextu, quod milites Sancti Iacobi ſunt verè exempti à iuriſdictione iudicis ſecularis, de quo ego multum dubito pro nunc, quod ſint exempti à iuriſdictione ſeculari, verũ ſuppoſito, quod tales ſint extra iuriſdictionem ſecularem vt clerici, tunc faterer non poſſe fieri emparamentum in eorum poſſe, niſi taliter eſſent exempti à iuriſdictione ſeculari, & aliorum, quod nullum iudicem haberent in Regno, ſed immediatè ſubijcerentur Rom. Pontifici, tunc enim eſſent de iuriſdictione Iuſtitię Arago. ex immemoriali præſcriptione, vt infra. §. 3. nu. 136. & tali caſu emparamẽtum ex hoc alio capite poſſet ſuſtineri, alij tamen abſolutè dicunt, quod licet iſti exempti alium iudicem habeant in Regno, nihilominus cognoſcet de illis Iuſtitia Arago. & iudex ſecularis, & hoc ciuiliter, quia illa cauſa non habendi iudicem in Regno, non fuit finalis, ſed inpulſiua, vt ibi dicetur, quod mihi placet reſpectu exẽptorum talium, ſi Concil. Tridentinum non repugnet, vt ibi dicetur.

SVMMA

SVMMA EORVM, quæ in hoc §. 3. Cap. 8. continentur.

1 *Conſuetudo aliqua aduerſus exemptionem clericorum valere non poteſt.*

2 *Cognitio laycorum, de cauſis clericorum, coadiuuando iuriſdictionem eccleſiaſticã iuſtè, & rectè fieri poteſt.*

3 *Finis & intẽtio authoris eſt, in omnibus ſe ſe Sanctæ Romanæ Eccleſiæ correctioni ſubijcere, & num. 129.*

4 *Iudices tam layci, quam Eccleſiaſtici, ſuis limitibus non cõtenti, ſolent ſe ipſos in ſua iuriſdictione turbare.*

5 *Iudex ſecularis, in poſſeſſorio, ſiue retinendæ, ſiue recuperandæ, ſiue redintegrandæ, poteſt coguoſcere de poſſeſsione rei beneficiariæ, & ſpiritualis, ſi inter laycos contendatur.*

6 *Spoliator laycus coram iudice ſeculari conuenitur, tam ratione rei, quam ratione perſonæ, quod intellige, vt num. 10.*

7 *Actor ſequitur forum rei.*

8 *Cauſa poſſeſſoria rei ſpiritualis, cauſa temporalis eſt, & queſtio ſolius facti, non vero iuris, & ſic à layco diffiniri poteſt, vt num. 9. et 17. et 21.*

11 *Iudex laycus non impeditur cognoſcere de poſſeſsione rei ſpiritualis, etiam vbi de titulo, non ſummariè ſolum, ſed notoriè, et euidentèr conſtat.*

12 *Iudex ſecularis non cognoſcit de poſſeſsione rei ſpiritualis, quando ad poſſeſsionẽ, principalitèr de titulo tractatur, et non incidentèr, et ibi Couarru. et aliorum opinio refertur, et declaratur, num. 13.*

14 *Laycus de poſſeſſorio adipiſcendæ non cognoſcit, quia habet ad mixtam cauſam proprietatis, et verum titulum requirit.*

15 *Iudex laycus competens non eſt in cauſa poſſeſſoria beneficiali, vbi contentio eſt inter duos clericos, quando de titulo agitur principaliter, ſecũdum Couar.*

16 *Iudex laycus ſecundum communem opinionẽ cognoſcere poteſt, quando inter duos clericos contenditur ſuper poſſeſsione, vel quando ſpoliator*

tor clericus eſt, ſpoliatus autem laycus. Sed contrarium tenet, num.31.& 32.& 36.

18 Cognoſcere ſuper poſſeßione beneficij interclericos eſt, quid temporale, quod limita niſi diſputaretur aliquid de proprietate, vt num.22.

19 Articuli reſpicientes titulum beneficij, pro corrobatione poſſeßionis etiam coram iudice layco admittendi ſunt.

20 Iudices ſeculares oppræſſioni, & ſpolio (quod officiũ charitatis eſt) occurrere tenentur.

23 Queſtio facti ſuper re etiã ſpirituali â iudice layco terminari poteſt.

24 Iudices ſeculares in cauſis ſpiritualibus etiam inter clericos ſe intromittunt ad tollendas violentias, & oppreſſiones iudicum eccleſiaſticorum inferiorum, donec â ſuperiori debitum præſtetur iuris remedium.

25 Iuditium, & iuſtitiam facere vi que oppræſos liberare. Regum proprium officium eſt, & num. 73.

26 Iudex ſecularis num incidẽter de cauſa ſpirituali cognoſcere valeat non, ſatis receptum eſt, & an de queſtione facti, dubium, vt num.27. niſi agatur inter laycos, vt num. 28.

29 Clericus coram iudice layco, ſiue in poſſorio, ſiue in petitorio conueniri nequit, & num.35.

30 Violentia clerici ſpoliatoris, cum â ſuo iudice coerceri poßit, per ſecularem, niſi per modum deffenſionis extra iuditialis terminari non valet.

33 Menochius remedio 5. num. 222. in materia accuratê exponitur.

34 Regula docens iudicem ſecularem poſſe cognoſcere, procedit vbi clericus, ſuper poſſeſſorio ageret, ſecus vero eſt vbi laycus, aut clericus, clericum corã layco conueniret.

37 Citatio non per edictum, ſed nominatim facienda eſt, vbi conſtat de certo ſpoliatore.

38 Laycus in articulo proprietatis, (quia in eo agitur de titulo,) de cauſa beneſitiali, nec etiam inter laycos cognoſcere poteſt, in poſſeſſorio autem plenario, id licebit ſi contra laycum ſpoliatorem agatur, & ratio traditur, numer.39.

Appræ-

40 *Appræbenſiones & ſequeſtra beneficiorum prouidere, (quamuis per iudices ſeculares in Regno de conſuetudine prætextu violentiæ fieri ſoleant) author facere quandoque recuſauit.*

41 *Conſuetudo immemorialis in Regno cognoſcendi de poſſeſſorijs beneficialibus maximè prætextu violētiæ quomodo ſeruanda eſt, & nume. 44. etiam abſque metu cenſurarum nu. 50.*

42 *Conſuetudini interpretatiuæ vicinorum, in dubijs de iure ſtandum eſt.*

43 *Papa Martinus conſuetudinem immemorialem cognoſcendi laycos de poſſeſſorijs ſpiritualibus approbauit, q. refertur num. 48.*

45 *Rex Hiſpaniæ habet conſuetudinem fundatam cognoſcendi de violentijs etiam inter Eccleſiaſticos, Romani Pontificis tacito cōſenſu approbatam, & num. 46. & ibi aliorum Regnorum conſuetudines ſimiles enarrātur, & num. 66.*

47 *Papa, cum poßit cauſam ſpirituale laycо cōmittere, multo magis facultatem cognoſcendi de poſſeßorio ſpirituali concedere poterit.*

49 *Conſuetudo immerialis iuriſdictionem tribuit.*

51 *Conſuetudo Regiæ Audientiæ cognoſcendi de poſſeſſorijs beneſitiorum, ad curiam Iuſtitiæ Arago. extēdēda eſt, & ē contra, vt num. 170.*

52 *Cauſæ poſſeſſoriæ beneficiales per iudices ſeculares tractantur, licet hodie latius, & prolixius, quā fieri deberet, per cognitionem extra iuditialem ratione violentiæ.*

53 *Conſuetudo patticularis immemorialis valere poteſt ad limitandam clericorum exemptionem.*

54 *Conſuetudo maxime immemorialis declarare poteſt ius diuinum non procedere in aliquo caſu particulari; ex cauſa publicæ vtilitatis: & potißimum ſi allegetur titulus licet non appareat.*

55 *Ioannis Azorij opinio repræbenditur.*

56 *Praxis inueterata huius regni qua mediante iudices ſeculares inhibent Eccleſiaſticis, ne poſt interpoſitam rite ab eis appellationem aliquid innouent, num iuſta ſit; & ſuſtineri valeat, late diſputa-*

tur, & num. 57.
58 Principes ſeculares tenentur ad conſeruationem pacis tollere violentias, & oppræßiones omnes, quas inferiores iudices faciunt, ſiue clerici ſint, ſiue layci, clericos, vel laycos iniuſtè grauando, eoſdem iudices etiam Eccleſiaſticos inhibendo, vt num. 59. & 63.
60 Princeps ſubditos à violentijs deffendere, ac protegere tenetur.
61 Rex Hiſpaniæ fundatam, & approbatam habet conſuetudinem cognoſcendi de violentiis inter Eccleſiaſticos.
62 Reges, eorumque tribunalia iudicibus Eccleſiaſticis obuiant, ne poſt, vel contra appellationem vim faciant appellantibus.
64 Violentia per clericos illata, vbi notoria eſt, poteſt ſecularis eam tollere, extra iuditialiter per modum deffenſionis, quod delarat Menoch. vt numer. 65. & num. 67.
68 Lancelotus (praxis Romanæ non ignarus) hanc protectionẽ charitatiuã iudicis ſecularis contra Eccleſiaſticos concedit.
69 Lex Caſtellæ per Bouadillam ad propoſitum tradita enucleatur.
70 Iudex Eccleſiaſticus appellationi iuſtæ, non defferens violentiam facere dicitur.
71 Perſona Eccleſiaſtica, vbi defficit, ad iudicem ſecularem recurritur.
72 Text. in can. petimus 11. q. 1 declaratur.
74 Ratio traditur, quare iudices ſeculares, de violentijs ab Eccleſiaſticis illatis cognoſcere valeant, & numero 78.
75 Permittitur, quandoque ratione ſingulari, quod aliâs probibitum reperitur.
76 Iudex ſecularis non cognoſcit de iuſtitia, vel iniuſtitia cauſæ, ſed ſolum, an violentia notoria, vel non, fiat in contemptum iuris.
77 Clericus ad Principem recurrit, non vt de cauſa cognoſcat, ſed ſolum per viam extraordinariæ deffenſionis, ne indebitè opprimatur.
79 Appellans in cauſa beneficiali & Eccleſiaſtica, ne appellatione pondente iudex ſuam

ſuam ſententiam exequatur, poteſt impunè ad Regem eius ve iudices recurrere pro ſuæ poſſeſsionis manutentione.

80 *Attentare non dicitur, ſeculares iudices pro ſuæ poſſeſsionis manutentione adeundo, qui eam propria poterat authoritate deffendere.*

81 Iudices *ſeculares tenentur ac debent compellere Eccleſiaſticos, vt à vi inferẽda per executionem ſuæ ſententiæ, penitus ceſſent appellatione pendente, abſque metu ſecundum aliquos cenſurarum, vt num. 82. & num. 86. & 89. & 157.*

83 *Caput 15. Bullæ cœnæ Domini Pij V. in eius primo reſponſo explanatur,* & *numer. 84.*

85 *papa non præſumitur velle tollere conſuetudines antiquas, & rationabiles.*

87 Papa *in dubio non eſt viſſus, velle iuri quæſito mageſtati Regiæ, ſiue de iure, ſiue de conſuetudine derogare.*

88 *Quemquam grauari, aut opprimi, à ſummi præſulis mente alienum eſt, & ibi Roderici opinio ad Bullam Cœnæ Domini enucleatur.*

90 *Inhibitio ne pendente appellatione, &c. concedenda eſt per iudices ſupremos ſeculares, aduerſus eccleſiaſticum à quo appellatum eſt.*

91 *Oppræſsis à iudicibus, quos incompetentes eſſe conſtat, ſubueniendum eſt.*

92 *Rota Romana conſuetudinem laycorum inhibendi Eccleſiaſticos approbauit.*

93 *Attentare non dicitur, qui ſuam poſſeſsionem continuat.*

94 Iudici *de facto procedenti, de facto quoque reſiſtere licet,* & *multo magis iudicem etiam ſecularem adeundo.*

95 Opiniones *contrariæ vbi reperiuntur, præualet ea, quæ vſu magis recepta eſt.*

96 *princeps,* & *eius Regium conſilium, eccleſiaſticum, vim inferentem in expenſis condemnare poteſt, cum id veniat in conſequentiam,* & *nu. 97.*

98 *Iudex eccleſiaſticus ſi perſeueret in violentia, nec deſiſtere voluerit, poterit ſecundum aliquos à regno expelli per ſecularem, quaſi per viam poteſtatis œconomicæ, & iure originis priuari,*

uari, vt numer. 99. & in hoc regno ei temporalitates occupantur, vt nu. 104.

100 *Officiales regij, licet iuriſdictionem in clericis non habeant, eos tamẽ iniurioſos ſubditis ſuis, à regno, ſecundum aliquos, expellere poſſunt.*

102 *Verbum (eijcere) intelligi debet, de eiectione violenta non vero de iuſta.*

103 *Alternatiuæ vna pars, alteram declarat.*

105 *Eccleſiaſtici habentes recurſum ad iudices ſeculares ratione violentiarum, id iure permitente facere dicuntur, nec ſuperiori iniuriam irrogare, vt nu. 106.*

107 *Dominorum intereſt, ne auxilium contra intolerabilem ſeuitiam denegetur ijs qui iuſte deprecantur.*

108 *Clericum recurſum ad laycos habere non poſſe, nec de his etiam de conſuetudine laycos cognoſcere valere, multi tenuerunt.*

109 *Rotæ Romanæ coram reuerendo P. Peña Oſcenſ. Canonicatus, deciſio & verba expræſſa referuntur, vbi diſponitur non poſſe clericos, ad iudices ſeculares recurrere.*

110 *Clericus recurrens ad iudices ſeculares cauſam præbet, vt immunitas Eccleſiaſtica violetur, ſecundum ſupradictam deciſsionem alijs deciſsionibus Rotalibus non obſtantibus, vt numer. 112. quibus ſatisfit, vt numero, 113.*

114 *Iudices layci inferiores ſunt iudicibus Eccleſiaſticis.*

115 *Cauſa quæ impedit ac retrahit Clericos a miniſterio cultus Diuini reprobatur, limita tamen, vt numero 116.*

117 *Clericorum exemptio de iure Diuino dicitur, ſecundum magis communem, & ſunt exempti, etiam ſi conſuetudo in contrarium extaret, vt numero. 118. & 119. & etiam ſi eſſet immemorialis, & præſcripta, vt numer. 120.*

121 *Conſuetudo immemorialis habet vim tituli.*

122 *Rationi, quod ideo ſecularis non poteſt inhibere iudici Eccleſiaſtico, quia Clericorum exemptio eſt de iure diuino, reſpondetur.*

Præſ-

123 *Præſcriptio quantumcumque antiqua non datur in his, quæ poßideri non poſſunt, et num. 124.*

125 *Poſſeßio immemorialis nihil valet, vbi titulus per rerum naturam, aut rei veritatem præſumi nequit.*

126 *Tempus obligationem non parit, neque tollit.*

127 *Temporis curſus, nihil aliud eſt, quam menſura durationis ſecundum prius, & poſterius.*

128 *Iudex laycus cognitionis in clericos, tanquam rei ſpiritualis incapax eſt.*

130 *Contrariam ſententiam, vide licet quod layci de conſuetudine, de cauſis clericorum cognoſcere valeant, & quod clerici ad eoſdem recurrere poßint, author deffendit.*

131 *Papa licet generaliter non poßit tollere exemptionem clericorum, à iudicibus ſecularibus; tamen quo ad certas cauſas, & quoad certos clericos poterit eandem limitare, & num. 132.*

133 *Conſuetudo mixta procedens, à tacito conſenſu clericorum, & laycorum, maximam habet vim etiam in Eccleſiaſticis perſonis.*

134 *Exemptio clericorum iuris humani, & poſitiui eſt, etiam ſi conformis iuri diuino.*

135 *Exemptio clericorũ in hoc Regno Aragonum, minus quã alibi limitata reperitur.*

136 *Conſuetudo, quod clerici conueniantur coram ſeculari, licet non valeat, intelligitur tamen de generali, non vero de ea, quæ certis caſibus id permittit, & nu. 146. & 155. ex cauſa publicæ vtilitatis, vt num. 147. Et an iudex ſecularis cognoſcat de clericis exemptis.*

137 *Conſuetudo præualet iure poſitiuo, & Principis, aut Papæ gratiæ, vt numer. 138.*

139 *Conſuetudinis transgreſſor punitur, ſicut & transgreſſor legis.*

140 *Clericos exemptos eſſe de iure diuino magis communis tenet, in criminibus tamẽ, & rebus temporalibus de iure poſitiuo multi deffendunt, & enumerantur, vt numero 141.*

142 *Clericorum exemptio ſi eſſet de iure diuino abſolutè, nunquam daretur caſus*

Con-

 in quo

in quo iudex ſecularis de eiſdem cognoſcere poſſet.

143 *Conſuetudini circa interpraetationem alicuius iuris dubij ſtandum eſt.*

144 *Conſuetudo optima eſt legum interpres.*

145 *Conſuetudo declarare potuit, nûm clerici à poteſtate laycorum, de iure diuino, vel humano, in aliquo caſu particulari ſint exempti.*

148 *Conſuetudo nûm poſſit aliquid diſponere contra ius naturale, vel diuinum, quotiens ratio naturalis, id ſuadet examinatur, & an Papa vel ſtatutum id facere valeat, nu.149. & 50.*

151 *Princeps ſicut poteſt ius diuinum interpraetari, ita, & conſuetudo, vt num. 152.*

153 *Diuina ſcriptura à conſuetudine interpraetationem recipit.*

154 *Iudex laycus clerico turbanti publicam tranquillitatem ratione publicae vtilitatis temporalitates poteſt occupare.*

155 *Conſuetudo dans laycis abſoluté cognitionẽ in clericos non valet, licet ſecus in caſu particulari.*

156 *Caſus in quibus Eccleſiaſtici, à iudicibus ſecularibus iudicãtur, remiſſiue tradũtur.*

158 *Papa ſicut poteſt concedere priuilegium Principi layco procedendi contra clericos, ita & praeſcriptio immemorialis id poterit, vt n.159.*

160 *Praeſcriptio immemorialis vim iuſtitiae dicitur habere.*

161 *Praeſcriptio immemorialis coguoſcendi de cauſis clericorum praetextu violentiae deffenditur à Roderico, maximè ſi allegetur cum ea titulus, licet de eo non conſtet aliter, vt numer.162. vel ſi de eo extaret aliqua fama, vt num.163. vel tolerantia Romani Pontif. vt nu.164.*

165 *Cognitio ordiuaria, & iudicialis laycorum in clericos, licet probibita ſit de iure diuino, non tamen extraiudicialis, & quae per viam deffenſionis charitatiuae fit, & ratio traditur, n.166.*

167 *Iudex ſecularis in cauſa beneficiali, & clericorum etiam in poſſeſſorio, lite pendente, ſeu tenuta, in hoc Reno non cognoſcit de iuſtitia, & iniuſtitia cauſae, ſed tantum extraiuditialiter de violentia, & nullitate ſe informat.*

Con-

168 *Conſuetudo inhibendi iudices Eccleſiaſticos, quæ viget in curia Iuſtitiæ Aragonum, extendi quoque poteſt ad Regiam Audientiam, vt num. 169.*

171 *Curia Iuſtitiæ Aragonum inhibens Eccleſiaſticos, ſolum intendit, ne quid fiat violenter in contemptum ſuperioris iudicis.*

172 *Rotæ Romanæ, coram Domino Seraphino in vna Tarraconẽſis villę de Reus deciſionis verba referuntur, vbi reſoluitur valere recurſum ad iudices ſeculares, vt num. 173.*

174 *Rotæ Romanæ, coram domino Blancheto in vna Salmantinenſis Canonicatus deciſio refertur, vbi fuit reſolutum valere recurſum à clericis habitum ad Regium cõſilium, & nu. 175.*

176 *Excõmunicatus pro defenſione ſuæ poſſeſſionis an audiatur.*

177 *Tituli defectus non obſtat agenti interdicto retinendæ poſſeſſionis.*

178 *Rotæ Romanæ per dominum Aquilem de Graſſis, deciſio. 36. ſub titulo de appella. quæ eſt in recollectis, refertur, vbi valere etiam recurſum per Eccleſiaſticos ad ſeculares deciditur, & ſequuntur plures relati, numer. 179.*

180 *Iudices ſeculares occaſione recurſus habiti ad eos per Eccleſiaſticos, in eos iuriſdictionem aliquam non acquirunt, ſed ſolum tollendi violentias à iudicibus Eccleſiaſticis illatas facultatem habent, idque extra iudicialiter, & per modum charitatiuæ deffenſionis, vt numero 181.*

182 *Pauli Lezani Archidiaconi Oſcen. exemplar in Romana curia varie iudicatum refertur, & numero 185.*

183 *Paulus Lezanus propter recurſum, & firmam obtentam à curia Iuſtitiæ Aragonum contra iudicem Eccleſiaſticum per Rotam bis fuit condemnatus, & excommunicatus declaratus, ſed appellauit, & fuit abſolutus, vt numero 184.*

Quamuis poſtea in alio iuditio per eandem Rotam fuerit excommunicatus declaratus, non obſtante priori

priori ſententia, vt numer. 185.

186 *Rotæ Romanæ coram Domino Blanqueto in vna Oſcen. Pænitentiariæ, deciſsionis verba referuntur, vbi declaratur recurrentem ad ſecularem eſſe ipſo iure excommunicatum, vt numero 188. & num. 190.*

191 *Paulus Lezanus propter recurſum ad ſecularem declaratur per Rotam incapax beneficiorum Eccleſiaſticorum.*

192 *Replicare licet de notoria iniuſtitia aduerſus ſententiam tranſactam in rem iudicatam.*

193 *Facti, ſeu caſus Pauli Lezani circunſtantia, & veritas refertur.*

194 *Paret monitus monitioni ſenatus Regij exiſtens in curia Romana.*

195 *Monitus in vim monitorij ſe ſeparat à geſtis, & intentatis contra recurſum de quo ſupra.*

196 *Renuntiatio, maximè coacta, ſtricti iuris eſt. Vnde renuntiando actis cauſæ, non videtur renuntiatum ſententiæ, ſaltim dubium eſt, & pœna appoſita falſificanti acta non compræhendit falſificantem ſententiam, & propter noſtrum affirmare, vel negare, nihil ponitur in rebus.*

197 *Iudici Eccleſiaſtico non licet vſurpare Regiam iuriſdictionem, immo ſecularis debet hoc impedire.*

198 *Iudex Eccleſiaſticus dicitur turbare inriſdictionem ſecularem, & ei vim inferre in multis.*

199 *Iudex ſecularis, quomodo iuriſdictionem ſuam, & bonorem tueatur.*

200 *Quando iudex Eccleſiaſticus, & alij iudices dicantur vim inferre.*

201 *Iudex ſecularis debet tollere vim extra iudicialitèr, & quomodo id fiat per viam mulctæ, & in quibus bonis traditur ibi, & numero 202.*

203 *Occupatio temporalitatum fit in Regno, omnium fructuum clerici, qui turbat Regiam iuriſdictionem.*

204 *Iudices laici debent eſſe ſoliciti in defendendo Regiam iuriſdictionem.*

CAPVT

CAPVT OCTAVVM
§. III.

SED quia animus
nondum quieſ-
cit quippe qui vi
deam exemptio
nem clerico-
rum de iure di-
uino eſſe, non po
ſitiuo ſecundum
1 comunem, & ſic conſuetudinem †
nullam valere aduerſus illam, vt de-
terminauit Rot. decis. 10. de conſue.
in antiquis, & infra latius, & am-
plius, quod hęc cognitio laicorum in
cauſis clericorum occaſione, & nomi
ne violentiæ, fit quaſi ordinariè, nõ
ſummariſsimè, & extraiudicialiter
per modum charitatiuę protectionis,
& iuuaminis, vt Affliƈt. & alij fieri
debere aſſeuerant, quo caſu nulla dubi
2 tatio eſſe videtur, quin iuſtè illud fiat †
coadiuuando iuriſdiƈtionem eccleſia-
ſticam. ideo viſum eſt ſecundam ap-
ponere manum, non rem decidendo,
& determinando, (cum id ad Rom.
Pont. expeƈtet.) ſed iura omnia,
rationes, authoritates, conſuetudines
que totius orbis hic apponere, & diſ-
currere, deciſsiones etiam Rotales ſcri
bere, quas reperire potui; quaſi viam
facilitando, ac difficultates aperien-
do, vt his iaƈtis fundamentis Sanƈtiſ-
ſimus ac religioſiſsimus præſul. Rom.
Pontifex, ac ſumma eccleſię poteſtas,
ſemma ſeculari audita determinet
quid tenendum ſit, vt dixit Nauarr.
in manuali cap. 27. num. 69. ve. ſ. de-
claratio prima. Hęc enim eſt mea
3 intentio, † & finis, in omnibus me ſub
ijciens cẽſuris Romanæ eccleſiæ quas
ampleƈtar, vt veras ac iuridicas ſanƈti
ſsimas que, & cum hac proteſtatione
primo agamus, an iudex laicus poſsit
cognoſcere de poſſeſſorio rerum ſpiri
tualium.

Materia hęc non minus difficilis
quam periculoſa eſt hodierno tẽpore,
4 quo tã iudices laici, † quã eccleſiaſtici
ſuis limitibus nõ cõtẽti, conãtur ſe ip-
ſos turbare, & excludere plus debito.
quare qua potero breuitate in re hac,
dicã quod reperio, ad cõcordiã reducẽ
do varias DD. opiniones, qui hac de
re ſcripſerũt, inter quos eſt Boeri. deciſ.
69. n. 23. Oſaſc. deciſ. 116. Guido Pape
queſt. 1. Franc Marcus. quæſt. 215. in
2. part. & quęſt. 511. in 1. part. Alcia-
tus. reſp. 24. Benedic. in c. Raynũtius
verb. & vxorem deciſ. 2. a nu. 39. Me-
noch. de ret. poſ. remed. 3. quæſtione
52. numer. 373. cum ſequentibus, &
de recup. remedio. 15. quæſt. 18. nu-
mer. 202. cum. ſequentibus Couar.
prac. queſ. capit. 35. Salcedo in prax.
crim. can. capit. 102. Bouad. in ſua Po
lit. 1. p. li. 2. capit. 18. a numer. 141. cum
ſequentibus Auiles in capit. Prę
tori. 1. gloſ. mandamientos. numer. 11.
Maran. de ord. iudic. 4. p. diſt. 13. nu. 5.
Affliƈtis. deciſ. 24. Ripa in rub. de
iudic. numer. 90. Theſaurus deciſ. 82.
vbi alios allegat Aufrer. de poteſtate
ſeculari. regula. 2. fall. 24 Ferret conſ.
1. numer. 15. & conſil. 16. & 18. nu-
mero. 4. Grammati. deciſ. 78. Cra-
uetta. conſ. 104. & alij multi allega-
ti per ſupradiƈtos Doƈtores, Nauar. in
cap. cum contingat pagina. 152. ver-
ſic. & quamuis de reſcript. Gaſpar.
Rodericus. de redditibus libro. 1. ca-
pite. 17. vbi late, Ioann. Azorius in-
ſtitu moral. reg. 1. Oliban. de iure
fiſci cap. 14. num. 12.

Ex quorum omnium diƈtis, pro
firmiſsima regula tenendum eſt, in
poſſeſſorio retinendæ, & recuperan-
dæ poſſeſsionis, ſiue reintegrandę, poſ
5 ſe † iudicem ſecularem cognoſcere de

poſſeſsione rei beneficiariç, & ſpiri-
tualis, ita tamen ſi inter laycos con-
tendatur, vt quia tam ſpoliator, quam
ſpoliatus layci ſint, vel ſi ſpoliator ſit
6 laycus, & conueniatur, poterit † enim
tunc coram iudice layco conueniri,
idque tam ratione rei, quam ratione
perſonarum: nam ratione perſona-
rum attendi debet iudex competens
rei conuenti, cum actor † forum rei
7 ſequatur, l. iuris ordinem C. de iuriſ-
dict. omn. iud. cap. cum ſit generale,
& cap. ſi quis contra clericum de for.
compet. Socin. in l. rem quæ nobis,
numero vndecimo de acquiren. poſ-
ſeſsione. Item & ratione rei, cauſa
8 enim poſſeſſoria † rei ſpiritualis, cau-
ſa temporalis eſt, & quęſtio ſolius fa-
cti, non vero iuris, non enim agitur
de viribus tituli, & proprietatis, ſed
ſolum an agens ſpoliatus ſit, vel non,
9 vt ſic reſtituatur, quare à layco † deſ-
finiri poterit, Bart. & Iaſſon. in l. quo-
ties C. de iudicijs: Alexan. in l. Titia.
ſolut. matrim. Felin. in cap. cum ſit
generale de for. competen. Crauet.
conſi. 253. ſic concludit Fran. Marcus
quæſt. 215. & quod ſit cauſa tempora-
lis, tenent Rippa. Alciat. Menoc. Ma-
ran. Oſasc. & omnes ſupradicti, nemi-
ne dempto, ſuppoſito, quod multi ex
his loquuntur in terminis fortioribus.
quando ſcilicet contentio eſt inter
clericos, vel quando ſpoliator eſt cle-
ricus, ſpoliatus autem laycus, vt ſic de
hac concluſione dubitandum non ſit.
quam magis receptam dicit Menoc.
10 dicto remed. 3. numer. 327. † Quod
ita demum procedit, ſi de titulo ad
corroborandam poſſeſsionem tracta-
tur incidentèr, & ſummariè, ita quod
aduerſarius non poſsit contra titu-
lum obijcere, dicto remedio 15. num.
463. Tunc enim laycus iudex eſſe po-
teſt, vt longa manu comprobat Me-
noch. vbi ſupra, à num. 329. dicens ſuf
ficere ſi oſtendatur titulus coloratus,
& ſummatim, & incidentèr ſecun-
dum Bald. in l. 2. C. de carb. edic. cu-
ius ſentētia vera, Et magis recepta ap
pellatur a Menoc. vbi ſup. vbi id am-
pliat procedere, etiā quando de titulo
11 euidēter † cōſtaret, veluti ex cōfeſsio
ne aduerſarij, vel aliàs notoriè ex a-
ctis reſultaret, nā non impeditur iu-
dex laycus de poſſeſsione cognoſcere,
& in hoc immorandum non eſt, cum
id non priuilegiatè, ſed ex communi
iuris regula procedat. Verum ſi ad
poſſeſſorium corroborandum, eſſet
tractandum de titulo principalitèr, &
12 non incidentèr, tunc laycus † iudex
non poſſet de hac cauſa cognoſcere,
quia eſſet tunc cauſa non tempora-
lis, ſed mixta cum ſpirituali, cap.
tuam de ord. cog. cap. cauſamque 2.
qui filij ſint leg. & talis cauſa coram
ſolo iudice Eccleſiaſtico eſt tractanda.
non coram ſeculari. cap. 2. & 3. de iu-
dicijs, Couar. dicto cap. 35. num. 1. ver
ſic. Secunda concluſio, & verſi. verū.
Vnde infert Couarru. quod cum in
beneficio, poſſeſsio obtineri non poſ-
ſit ſine titulo, & aliqua ſummaria cau
ſę cognitione, gloſ. in clement. vnic.
de cauſa poſſ. & propr. ideo de nullo
poſſeſſorio, ſecundū eum ſe intromit-
tet iudex laycus, ſiue recuperādę, adi-
piſcendę, ſiue retinendę poſſeſsionis,
cuius opinionē tenent Imol. in clem.
diſpendioſam de iudic. in fin. Beroius
in rubr. de iudic. & alij allegati per
13 Couar. qui tamen † omnes intelligen
di ſunt, ſi principalitèr eſſet de titulo
tractandum, ſecundum Menoc. dicto
remed. 3. num. 328. quo caſu iudex lay
cus non cognoſceret, (ſicuti propter
eandem rationem, dicunt de poſſeſſo-
rio adipiſcendę poſſeſsionis. non poſ-
14 ſe laycum cognoſcere, † ex quo habet

admixtam cauſam proprietatis, taliter quod verus titulus, & non coloratus requiratur, cap. ſi quando cap. ſuper eo de offi. deleg. & per conſequēs; tanquam cauſa mixta, & ſpiritualis ad Eccleſiaſticum pertineat, d. cap 2. & 3 de iudic. ita tenent Couarru. vbi ſupra, loquens in omni interdicto, Menoch. de recuperan. remed. 15. nu. 222. Guido Papę, Crauet. & alij allegati per Theſaurum in deciſ. 82. numer. 4. Quod pro nunc non examino, cum ſolum hic loquamur de poſſeſſorio retinendę, & etiam recuperandę, ad excludendam vim turbatiuam, & expulſiuam.)

Et redeundo ad caſum noſtrum, vltra quod Couar. & eius ſequaces loquuntur, quādo de titulo agitur principaliter, adhuc tamen Couar. ipſe lo-
15 quitur, quando contentio eſt inter † clericos, quo caſu de iure iudicem ſecularem competentem non eſſe fatemur, vt ſtatim dicemus, verum noſtra regula licet de plano procedat in poſſeſſorio iuris patronatus præſentandi, eligendi, & ſimilibus, quę non habent ad mixtam cauſam proprietatis, Couar. vbi ſupra. v. ſ. ſecunda concluſio. In beneficijs tamen neſcio quomodo lis contingat, quando vterque laycus eſt, vt aduertit Couar. num. 1. Menoch remed. 1. num. 248. (Nā ſi agatur de turbata poſſeſſione alicuius beneficij patrimonialis, quod ex priuilegio Papæ ante concil. Lateranenſe laycis conceſſum eſt, aut iuris leuandi fructus beneficij, aut redditus annui, emptitiæ, aut locatione ad ſe pertinentis, iuxta tradita per Menoc. de recup. remed. fin nu. 21. Gaſp. Rodericus de reddi. lib. 1. quæſt. 17. num. 55.) Licet ſecus vbi ſpoliatus ſit clericus, & ſpoliator laycus, quo caſu de plano procedit regula.

Sed difficultas tota eſt, quando inter duos clericos contenditur ſuper poſſeſſione, vel quando ſpoliator clericus eſt, ſpoliatus autē laycus, an tūc de tali poſſeſſorio, ſiue retinendę, ſiue recuperandę poſſit iudex laycus cog-
16 noſcere, quo caſu ſi communem † opinionem ſequamur, iudex laycus poterit cognoſcere de hac cauſa poſſeſſoria, ex ſupradicta ratione, quod cauſa poſſoria non dicatur ſpiritualis, ſed ſecularis, & temporalis, ita tenet Guido Pap. dicta deciſ. 1. loquens inter duos clericos, Maranta dicit, quod ſi agatur de poſſeſſorio ſuper aliquo beneficio Eccleſiaſtico, puta ad recuperandum poſſeſſionem illius, dicetur cauſa temporalis, non ſpiritualis, cumque id non contingat, niſi quādo clericus agit de recuperando beneficio, inde Marant. loquitur in hoc noſtro caſu. Auiles tenet, ꝙ iudex laycus eſt cōpe-
17 tens, † quādo agitur de poſſeſſorio, vel quaſi, in ſpiritualibus, & beneficialibus, ex eadē ratione, per gloſ. in c. literis de iuram. calum. & loquitur inter Eccleſiaſticos, n. 11. Bened. nu. 39. dicit id ſeruari de cōſuetudine immemoriali in Regno Frācię, etiā inter clericos. Theſaurus d. deciſ. 82. dicit, ꝙ iudex laycus poteſt cognoſcere quotieſcūque requiſitus fuerit ſuper poſſeſſorio be-
18 neficij † inter clericos. quia eſt quid tē porale. & quæſtio facti poſſeſſio ipſa, ſicque in illo ſenatu ſeruari dicit, & de iure fieri poſſe teſtatur in poſſeſſorio recuperādę, & retinendę. Minſing. ſingul. obſer. cen. 2. obſer. 69. vbi dicit ita iudicatū in Camera Imperiali, Rip. n. 90. dicit, ꝙ poſſeſſoriū rei ſpiritualis eſt iudiciū tēporale, ſecundū comunē, & ideo corā layco poteſt deduci, & ad-
19 mittendi † articuli reſpicientes titulū beneficij, pro corroboratione poſſeſſionis, Afdi. deciſ. 24. cū multis tenet, iudicē laycū poſſe cognoſcere de poſſeſſorio recuperādę, etiā inter clericos

Digitized by Google

occurrẽdo oppreſsioni, & ſpolio, quia
20 illud eſt officium charitatis, ad quod
tenentur iudices ſeculares, Oſaſc. de-
ciſ. 116. dicit, crebiorem opinionem ca
noniſtarum, & legiſtarum eſſe, vt poſ
ſit iudex laycus cognoſcere de reme-
dijs poſſeſſorijs, præſertim recuperan-
dæ, & retinendę etiam inter clericos,
Garcia de nobilit. gloſ. 9. nu. 46. & lo-
quitur inter clericos, Alciat. reſp. 24.
dicit de antiqua conſuetudine id ita
obſeruari in Senatu Mediolanenſi, vt
de Regno Francię teſtantur Bened.
vbi ſupra, & Rebuf. in loco per Me-
noch citato. dicto remed. 15 num. 211.
Idẽ de cõſuetudine obſeruari in Fran-
cia, & approbatione, & priuilegio Ro
mani Pontificis, refert Boerius deciſ.
69. nu. 23. vbi latè ſatis confuſe lo-
quens, Franc. Marcus. q. 215. dicit, ꝙ
ſi intentatur remedium reintegran-
dę poſſeſsionis, cum tunc poſſeſſoriũ
ſit quid temporale, ſecundum gloſ.
d. c. per tuas de iuramento calum. ta-
li caſu, de iure communi poterit tra-
ctari cauſa corã iudice layco, & quod
21 † iudex ſecularis ſit iudex competens
ad cauſam poſſeſſoriam tenent multi
alij relati per Roland. à Valle, conſi.
71. nu. 1. & 2. volu. 2. Rip. in l. naturali
tèr. § nihil commune, nu. 19. ff. de acq.
poſſ. per quos apparet, hanc eſſe com
munem opinionem, hanc etiam com-
munem dicit ſententiam Menoc. di-
cto remed. 15 nu. 210. & maximè nu.
222. verſ. Ego autem, & verſi. quam-
obrem, vbi hanc cõmunẽ opinionem
dicit eſſe expreſsis verbis copioſa ad-
ditio ad Bouadillã in ſua Polit. tom. 1.
lib. 2 cap. 18. nu. 141. lit. H. vbi multi
numero referuntur, quorũ opinionẽ
tenet dominus Abbas in cap. 2. de iu-
ram. calum. dicens, quod iudex laycus
eſt competens ſuper poſſeſſorio cauſę
22 beneficialis, vbi † non diſputatur ali-
quid de proprietate, ſed ſolũ de iniu-
ria illata clerico, refert. Afflic. n. & Ro
deri. vbi ſud. nu. 69. Nauar. in d. cap.
cum contingat, remedio 1. dicens, ſic
in curia Luſitania fieri, rationis ratio
eſt, quia tunc ſolius facti quęſtio eſt,
ſcilicet an vis inferatur, vel non, quæ
23 queſtio † etiã de re ſpirituali à layco de
finiri poteſt, Abb. vbi ſup. Bart. in l.
quoties, & ibi Iaſſ. C. de iudic. Alex. in
l. Titia. ſolu. matr. & alij relati per Me
noch. remed. 15. n. 212. Abb. & Socin.
in cap. cum ſic de for. comp.

Mouentur etiam huius opinionis
ſequaces alio fundamento, quod ſcili-
cet, iudex ſecularis poſsit ſe intromit
24 tere in cauſis † ſpiritualibus etiam in
ter clericos ad tollendas violẽtias, ſpo
liationes, & oppreſsiones, quas iudices
Eccleſiaſtici inferiores aliquando com
mittunt, & quę eis cõmittũtur, donec
à Papa prę ſtetur debitum iure reme-
dium, Couar. & Nauar. vbi ſup. Abb.
vbi ſupra. Afflict. in loco ſupracitato,
Salcedo in pract. crim. can. c. 102. Aui-
les vbi ſup. nu. 11 Couar. vbi ſup. nu. 2.
& 3. Menoc. de retinend. remed. 3. nu.
355. & de recup. remed. 15. nu. 214. Bo-
uadilla vbi ſupra. n. 139. per quos alij
infiniti allegantur, fundati vltra alia
iura, per tex. in cap. regum 23. q. 5. vbi
25 *Officium proprium Regum † eſt facere,*
iuditium & iuſtitiam, & liberare de ma
nu calumniantium vi oppreſſos, & per
text. in c. filijs. 16. q. 7. vbi *Epiſcopis ne*
gligentibus punitionem rectorum, qui bo-
nis Eccleſiaſticis ab vtuntur, poteſt Rex
adiri, vt illi malo medeatur, & ex hoc
cap. iudex laycus compellit clericum,
rem, apud ſe depoſitã reſtituere l. vlti.
§. pen. C. de bonis auth. iu. poſ. Capel
la Tholoſ. queſt. 167. quam opinionẽ
in terminis ſequitur Oliban. de iure
fiſci, cap. 14. num. 11. dicens, quod de
poſſeſſorio rerum ſpiritualium inter
clericos ſolus Eccleſiaſticus cognoſ-
cit, niſi adſit violentia, quo caſu lay-
cus

eius cognoſcit, & ceſſant tunc omnes
regulæ iuris ſecundum Boſſ. tit. de
Principe, num. 211. Felin. in cap. 2. nu
mer. 2. de præſcrip. de hoc ſecundum
eum eſt text. in cap. ſi quē clericorum
ſeſsio. 22. in concil. Trident. cap. præ-
dia 12 queſt. 2. cap. conqueſtus de for.
compet. extra, vide eundem Oliban.
vbi ſupra, num. 100. & cap. 15. numer.
26.

Verum ſi liberum eſt cuiq; ſuo mo
do ſentire, vt refert Garcia de nobili-
tate. gloſ. 6. num. 6. verſ. his igitur in
fine, idque maximè vbi ius ſentienti
aſsiſtit, & opinio magis ſecura & tu-
ta, ſaltim in animę iuditio, certe iſtę
rationes non mihi placent, nam pri-
26 mo quod Iudex † ſecularis inciden-
ter poſsit cognoſcere de re ſpirituali,
non per omnes receptum eſt, vt tenet
Couar. vbi ſupra verſ. verum, vbi cau
ſę ſpirituales apud iudices Eccleſiaſti-
cos, & non ſeculares tractandę ſunt,
c. 2. & 3. de Iudic. de quo vide Oſaſc.
deciſ. 116. num. 10. Ioann. Azorius in-
ſtitu. mor lib. 5. c. 14. littera. D. queſt.
1. ſentit Bouadilla vbi ſupra. nu. 141.
vbi admixta eſt proprietatis cauſa. Al
tera autem ratio huic affinis, quod de
quęſtione facti rei ſpiritualis cognoſ-
27 cat † laicus, ſatis etiā dubia eſt. Co-
uar. vbi ſupra, loquens vbi in quęſtio
ne facti eſt admixta cauſa proprieta-
tis, Azorius vbi ſupra, de veritate ta-
men iſtius dubij, pro nunc nō me in-
tromitto, nam licet ita ſit, quod de re
ſpirituali incidenter cognoſcat laicus,
& etiam de quæſtione facti rei ſpiri-
tualis, & in qua principaliter de titulo
non tractatur, totum iſtud, & docto-
res qui illud ſequuntur, ſunt intelli-
gendi, vbi id tractatur inter perſonas
28 temporales, † & ſic laicas, ipſi Iudi-
ci alias ſubiectas, quo caſu tam ratio-
ne rei, quę ſecundum eos tempora-
lis eſt, quam perſonarum, quę etiam
laycę ſunt, ſpectat iuriſdictio ad iudi-
cem laycum, at ſecus omnino erit, vbi
id tractatur inter perſonas exemptas,
ſpirituales, & quæ de iuriſdictione iu-
dicis non ſunt, quo caſu licet ratione
rei, quæ temporalis eſt, iudex laycus
competens ſit, ratione tamen perſo-
narum, quæ exemptæ ſunt, verè non
29 erit; clericus enim trahi, † atque cita-
ri non poteſt coram iudice layco, ſiue
in poſſeſſorio, ſiue in petitorio, cap.
qualiter, & cap. fin. de iudic. Hoc ar-
gumento vtitur, Couar. vbi ſup. verſ.
ex quo patet, & verſ primum etenim.
Menoch. dicto remed. 3. à n. 349. cum
ſequentibus, & dicto remed. 15. num.
212. in fine, & nu. 217. quod & Roderi
cus ſentit.

Alia autem ratio, quod ratione vio
lentię id permittatur iudici layco, illa
minus aſtringit, quia licet in ſe vera
ſit, vt alibi dicemus, illa tamen proce
dit in violentia notoria, & manifeſta,
vt dicit Afflictis vbi ſupra, Menoch.
dicto remedio 15. nu. 214. immo ſecun
dum eos, & alios ſupradictos, debet
procedere per modum defenſionis
extra iuditialis, ac in ſubſidium, non
autem per modum ordinarię cogni-
tionis, nam ſecundum Anton. Olibā.
de iure fiſci, cap. 11. num. 50. hoc reme
dium defenſionis eſt contra opreſsio-
nem, & violentiam etiam iudicialem
factam laycis, & clericis oppreſsis, de
laycis non eſt dubium qui firmando
coram iudice ſeculari ſe liberent ab
illa oppreſsione, ſed et etiam clerico
ſubuenitur per hanc viam, nam prin-
ceps ſecularis, ad quem hoc ius per-
tinet, ex officio (immo & clerico in-
ſtante) poterit monere iudicem
Eccleſiaſticum, ne affligat talem
clericum vim inferendo, cum ex hoc
reſultēt ſcandalum, rixæ, & turbatio
pacis publicæ, idque ſecundum eum
non ſit iudicialiter, ſeu in forma iudi-
cij

Google

ei) ſed per modũ extraordinariæ defẽ
ſionis protectionis charitatiuæ vt vim
ſubleuet, violentias tollat ac iudicem
eccleſiaſticum reducat in viam iuſti-
tiæ vt Couar. & Aflict. tenent, ſimi
liter, & Nauarr. in d. cap. cum con-
tingat remed. 1. & infra latius dice-
tur, vnde videtur quod ratio hec quæ
de tollenda violentia hic traditur, nõ
fortiter aſtringat, cũ illa extra iudicia
liter ſit tractanda, at in noſtro caſu in
forma iudicij per iudicem ſecularem
30 tractetur, præſertim cum violentia †
clerici ſpoliatoris a ſuo iudice coerce
ri poſsit, cap. ſi clericus laicum de for.
comp. ad alias autẽ rationes ſatis reſ-
pondet Menoch. dicto remedio. 15. a
nu. 212. cum. ſequẽtibus.

Quare extra caſum extraordina-
riæ defenſionis ratione violentię, quẽ
m licitum putamus, modo quo ſu-
pra, vt coram ſeculari tractetur,
(licet Azorius contra teneat ex eo
quod ſit cauſa ſpiritualis, vel quaſi,
inter laicos) exiſtimamus nõ poſſe iu-
dicem laicũ cognoſcere de ſpolio, ſeu
de cauſa poſſeſſoria ratione violentię
31 † vbi res agitur inter duos clericos,
vel quãdo ſpoliatus laicus eſt, ſpolia-
tor autẽ, ſeu vim inſerens clericus, in
hac reſidet opinione Menoc. dicto re-
med. 15. nu. 221. verſ. ego autẽ & verſ.
quã obrem, & dicto remedio. 3. nu. 346
& 349. ſequitur Couar. vbi ſup. verſ.
prima cõcluſio cũ ſequẽtibus Gaſpar
Rodericus vbi ſup. n. 60. & 62. Azo-
rius vbi ſup. Bouadilla n. 141. vbi dicit
laicũ nõ eſſe iudicẽ cõpetentem, ſuper
poſſeſſorio rei ſpiritualis, in quo eſt ad
mixta proprietatis cauſa, & tamẽ cer-
tum eſt, quod in poſſeſſorio beneficij
ſaltim incidenter de titulo docendum
eſt, glo. in clem. vnica de cauſ. poſ. &
32 propre. eandẽ ſententiã tenet † Cra-
uetta conſ. 258. nu. 8. licet de conſuetu-
dine aliud dicat ſeruari in Francia, ſe
quitur elegantiſsimis verbis Bened.
vbi ſupra num. 38. dicens, *Nam licet
de iure communi non poſsit iudex ſecula
ris cognoſcere de poſſeſſorio cauſarum be
neficialium eccleſiaſticarum inter cle-
ricos, inter quos neceſſe eſt poſſeſsionem
iuſtificare ex titulis, qui ſunt mere ſpiri
tuales, ſine quibus beneficia obtineri non
poſſunt, niſi ſolum contra laicos, qui de fa
cto turbant clericos, quo caſu non eſt ne-
ceſſe diſputare de titulo, nec de poſſeſſo-
rio talium ſpiritualium, quæ in laicis ca-
dere non poſſũt, cap. cauſas de præſcriptio
nibus, ſed ſufficit clerico turbato, vel ſpo-
liato probare ſe poſſeſſorem & vim a lai
co factam, qui de facto beneficium tenet,
tamen ex antiqua & immemoriali con-
ſuetudine, remedia poſſeſſoria etiam in
beneficialibus, & eccleſiaſticis cauſis in
Regno Franciæ tractãtur per iudices Re-
gios, quã conſuetudinẽ approbauit Mart.
Rom. Pontifex, vt ibi per eum hæc ille,*
33 quinimo † Meno. dicto rem. 15. n. 222
verſ. quam obrem, dicit contrariam
comunem opinionem, eſſe intelligen-
dam, quando ſpoliator conuentus lai-
cus eſt, & poſſeſsio rei beneficiariæ, *nã
& ſi poſseſsionis cauſa, vt ſpiritualis, eſ-
ſet coram eccleſiaſtico tractanda, tamen
quia ſola facti queſtio eſt, et conuenti per
ſona nõ eſt priuilegiata cognoſcet laicus
iudex, quod ſecus eſt in clerico ſpoliatore,
qui iudiciũ laici poteſt declinare,* hæc il
le, eodẽ modo declarat comunẽ opi-
nionem contrariã Rolandus a Valle.
conſ. 23. n. 16. in 2. vbi dicit, quod illa
regula quod iudex ſecularis poteſt co
gnoſcere de cauſa poſſeſſoria ſecũdũ
infinitos Doctores, quos ibi allegat,
& que in ſe vera eſt, locum habet vbi
clericus ſuper poſſeſſorio ageret con-
tra laicum, quia tunc debet ſequi fo-
rum rei, ſecus vbi laicus, vel clericus
cõueniret clericũ in poſſeſſorio corã
laico, quia tunc ceſſat dicta regula, nã
dato quod poſſeſſorium ſit tẽporale,

tamen

35 tamen clericus non poteſt † conueniri coram layco, etiam pro rebus prophanis, vt ibi cum multis comprobat Afflictis in conſtit. Regni. conſtit. de Burgenſaticis, numer. 9. verſi. & nota. Imola, Guido Papę, Boeri. Benedictus, Franciſcus Marcus, queſt. 190. & 512. Gramat. deciſ. 78. Aiciat. reſpon. 24. Rebuf. Minſinger. & plures alij alterius opinionis ſequaces, quos allegat Gregorius Lop. in l. 13. tit. 1. par. 2. in verb. ninfuerça, & Salzedo vbi ſupra, verſi. quę quidem, &c. Magis fundant communem illam opinionem in conſuetudine, & præſcriptione, & tacita Romanę Eccleſiæ approbatione, quam quod de iure vera ſit, quare Alciatus in dicto reſponſo. 24 num. 1. dicit communem, & veriorem concluſionem eſſe, quod iudex laycus non debeat ſe intromittere in cauſis beneficialibus, quia etiam poſſeſſorium dictarum cauſarum, propter commixtionem tituli, dicitur ſpirituale, Abb. & moderni. in cap. quanto. de iud. in quo reſidet, Porto. verb. appręhenſio. nu. 2. in fin. quinimo, & multi contrariæ opinionis ſequaces, loquuntur quando in poſſeſſorio agitur contra laycum turbatorem, quo caſu iudex laycus competens eſt in poſſeſſorio beneficij, vt diximus ita Abb. in d. c. 2. de iur. calum. Franc. Marcus deciſ. 215. num. fin. 2. par. hanc eandem opinionem ſequitur veriorē dicens, Ioā. Gutier. in cano. queſtionibus, libr. 1. num. 26. verb. & retenta.

Quare accedendo ad Regnum noſtrum, quatenus ad ius commune pertinet, ſecluſa omni conſuetudine, dicendum videtur, quod iudex † laycus
36 non poſſit intromittere ſe ſuper his cauſis poſſeſſorijs beneficialibus, ſi queſtio ſit inter clericos, vel inter clericum ſpoliatorem, & laycum ſpoliatum, ſecus autem, vbi ſpoliator laycus eſſet, nam non debet clericus inuitus trahi ad iudicium ſeculare, nec prodest cautela citandi omnes quoſcumque ſua intereſſe putantes per edictū, quo caſu, qui comparet actor dicitur, DD. in l. teſtamenta omnia Cod. de teſtamentis, quia parum proderit hec cautela, ſi clericus ſpoliator callidus fiat in non comparendo, maximè quia vbi conſtat de certo ſpoliatore,
37 & poſſeſſore is nominatim, † non per edictum debet citari, l. 1. §. penult. de ventre inſpiciendo, latius Menoch. de remed. 15. num. 227. & maximè id tenendum eſt in Regno, in articulo proprietatis, in quo agitur de tit. benefi-
38 cij, quo caſu etiam inter laycos † cognoſcere non poteſt, in poſſeſſorio autem plenario (ſi non agatur contra clericum ſpoliatorem, quo caſu omnino prohibitum eſt vt dixi) id licebit contra laycum ſpoliatorem, quia tūc de titulo incidenter tractatur vt dixi, & magis in tenuta id liceret, vbi de ſola queſtione facti agitur admixta aliqua colorata præſumptione tituli, inter clericos autem non fore procedendum puto, † tum ex eo, quia
39 ſunt exempti, tum quia licet allegetur violentia in Regno non tamen occurritur, & proceditur per viam extra iuditialis cognitionis, ſed potius per viā ordinarię iuriſdictionis, quod etiam in caſu allegatę violentię non licet, vt infra dixi, maximè, quia in Regno ad ſolam allegationem violentię, ſine probatione ſe intromittit ſecularis in hac cognitione, Bard. de appręhenſ. 2. q. nu. 5. qua propter ego & alij recuſabamus ſimiles appręhen-
40 ſiones, † & ſequeſtra beneficiorum facere, etiam ſub pretextu violentię, quādo fui aſſumptus ad conſilium Iuſtitię Arag. in anno 1592. in curijs gn̄alibus celebratis in ciuit. Tiraſ. licet alij antiquiores Locūtenentes Iuſt. Arag. ſoliti eſſent

eſſent has apprehenſiones facere ſub prætextu violentię, ſicut in Regio cõſilio, de conſuetudine antiqua practicatū eſt, has apphenſiones fieri, intromittẽdo ſe iudices ſeculares de huiuſmodi poſſeſſorio, quę conſuetudo, aut damnanda eſt, aut aliter defendenda.

Quare aduertendum eſt, quod vbi
41 vigeat talis conſuetudo † ab antiquiſſimo tẽpore immemoriali, cognoſcendi de huiuſmodi poſſeſſorijs beneficialibus, preſertim ſub pretextu violentię, ſeruanda illa eſt ſecundū Crauetа vbi ſupra num. 8. vbi dicit, quod talis conſuetudo cognoſcendi de poſſeſſorio cauſarū ſpiritualium, tenenda eſt, argumento gloſæ. in l. ex ea de poſtulando, maximè quia cum dubia ſit iſta quæſtio de iure, ſtandum eſt con-
42 ſuetudini, † interpretatiuæ vicinorū, ita argumentatur Craueta. vbi ſupra & dicetur latius in ſequenti queſt. vbi de hoc latè, idẽ ſequitur Benedict⁹ vbi ſup. n. 39. dicẽs, quod de conſuetudinè antiqua, & immemoriali, remedia poſſeſſoria, etiā in beneficialibus, & eccleſiaſticis cauſis tractātur per iudices re-
34 gios, & quod Papa † Martinus talem cõſuetudinẽ aprobauit, & ꝙ plus eſt, declarauit dictus Papa per quācū que conſtitutionẽ Apoſtolicā non eſſe derogatū dictę cõſuetudini, nec iudices Regios, de talibus cognoſcẽtes, cẽſuris eccleſiaſticis velle ligare, latius proſequitur Benedictus vbi ſupra, hāc eandem
44 praxim cognoſcẽdi iudices laicos † de poſſeſſorio beneficij, & rei ſpiritualis ſolū ex antiqua cõſuetudine, nõ vero de iure defendit Alciat. d. reſpõſo 24. vbi ſic in ſenatu Mediolanenſi ſeruari dicit, non ſe intromitendo circa ſubtilẽ inueſtigationẽ tituli, ſed qualis qualis titulus ſufficiat, alias inciderẽt in cẽſuras de quibus in cõſtitutione Martini, relata per Guidonẽ Papę d. q. 1. Auiles d. n. 11. vbi ſup. dicit ꝙ Rex Hiſpaniæ habet dictā conſuetudinem fun-
45 datā † & aprobatā, cognoſcẽdi de violencijs inter eccleſiaſticos, & etiam ex preſumpta voluntate Papæ. Faciūt ad ducta per Auendañum 1. p. c. 1. a n. 13. cū ſequẽtibus, ita etiā cõſuetudinẽ Regni Neapolitani, recurrendi ad iudicẽ laicū propter violẽtias, etiā inter eccleſiaſticos defendit Greg. Lop. in l. 13. tit. 13. parti. 2. in glo. ni fuerça in litera F. dicẽs valere hāc cõſuetudinẽ ex preſūta voluntate Papæ, qui ſcit, & tolerat propter bonum comune, Salcedo vbi ſup. dicit, ꝙ licet cõtrouerſum ſit de iure, ſemotis priuilegijs, & cõſuetudinibus, an Reges, eorūque iudices de vi, & poſſeſſione beneficiorū, & aliarū rerum ſpiritualiū cognoſcere poſſint, eſt tamẽ exploratiſsimi iuris, ꝙ ſaltem ex
46 tacita † Papę aprobatione poſſūt, vt de curia Burdegalẽſi refert Boerius q. 69. n. 23. De conſilio Neapolitano in vim cõſuetudinis, refert Afflictis deciſ. 2. n. 4. & 5. & in ſenatu Pedemõtano obſeruari etiā tradit Menoc. d. remedio. 15. n. 210. Auendañus de conſuetudine Hiſpanię atteſtatur vbi ſupra, nu. 32. & in curia Parlamenti Delphinat⁹, iudicatū fuiſſe refert Guido Papę q. 1. & q. 85. Et in curia Luſitana id ſeruari refert Nauarr⁹ in d. c. cū cõtingat remedio 1. De Regno Nauarræ teſtator Olanus lit. I. n. 77. & lit. C. nu. 34. in antinom. Belaſc⁹ cõſultatione 93. teſtatur de hac cõſuetudine, vt hinc appareat cõſuetudo hęc vniuerſalis in toto orbe; & per cõſequẽs nõ ignorata a Romano Põtifice, qui ſi id cõcedere potuit ſecūdū Deciū in c. pretetea, n. 8. de offitio delegati, & in c. 2. de iuditijs, vbi Papa cõmittere poteſt cauſam ſpiritualẽ layco, & facultatẽ excõmunicādi, & poteſtatẽ conferẽdi beneficia, &
47 multo † magis cognoſcẽdi de poſſeſſorio, vt latius Rolandus vbi ſup. nu. 18. Alex. conſ. 74. n. 9. in 4. vbi Papa poteſt cõmitere laico vt iudicet clericū, latius Menoc. de retin. remed. 3. n. 353.

& in ſequenti queſt. dicetur, ergo idē
videtur id tollerando ſecūdū Salcedo
& Greg. Lopez vbi ſupra, quę vniuer-
48 ſalis cōſuetudo, quod valeat & iuridi-
ca ſit, etiā nō data ſciētia Romani Pō
tificis, demonſtratur per id reſcriptū
Papale Papę Martini relatū à Guido
ne vbi ſupra, in hęc verba. *Nos ad am-
biguitatē tollendam declaramus noſtræ
intentionis non eſse per quācūq; conſtitu
tionē regi et regis iuriſdictioni, per quā
à tempore immemoriali cōſueuit ipſe, et
ſui officiales cognoſcere ſuper omni poſ-
ſeſſorio, in aliquo derogare, ipſumq; Regē
& iudices derimētes partes moleſtas ſu-
per earū cōſeruatione ad ſuorū bonorū poſ
ſeſsionē, ipſius Regis auxiliū implorātes,
dūmodo in contēptū iuriſdictionis Ecclē-
ſiaſticæ, vt partes ſibi aduerſas in rebus
Eccleſiaſticis diutius perturbarent, hoc
non fecerint, pœnas in d. noſtra conſtitu
tione contētas nullatenus incurriſse, nec
incurrere quouis modo.* Neq; id mirū ex
49 quo conſuetudo † dat iuriſdictionē c.
cū contingat de foro cōpetenti, & ha
bet vim decreti, & iuſtitiæ. Nec dubi-
tandū eſt de volūtate Papę, etiā ceſsā
te cōſuetudine, cū hāc poteſtatē cōce
dere poſsit, attēto quod iſta cōſuetu-
do eſt rationabilis, reipublicę vtilis, &
quę tollit grauamina iudicū Eccleſia
ſticorū, latius Greg. Lopez vbi ſupra
omnino videndus. Et cū in hoc regno
noſtro ab antiquiſsimo tēpore, ita ob
ſeruatū ſit, ſaltē in Regio conſilio, vt
ſentit Bard. tit. de apprehenſio. q. 2.
circa finem, qui in foro *por quanto* de
apprehenſico (vt aiunt) pede tranſit,
50 ideo hęc cōſuetudo † videtur obſeruā-
da, adeò vt citra incurſū cēſuratū id
fieri aſſeuerēt Salcedo vbi ſupra Na-
uarr. in c. cum cōtingat, Rodericus de
redditibus lib. 1. q. 17. n. 73. & 58. extē
51 dēdaq; videtur ad curiā Iuſt. Arago.
cum illi proprius locus agēdi de vio
lētijs medijs, & quia cōſuetudo ob-
tēta in vna curia debet extēdi ad aliā
curiā eiuſdē loci, Roch. de Curte in c.
cū tāto, ſect. 4. n. 17. verum eſt tamē,
quod latius & prolixius, quā fieri de-
beret per extra iudicialē cognitionē,
ratione violētię hęc cauſæ poſſeſſoriæ
52 tractantur † apud iudices ſeculares, vt
bene aduertit Rodericus vbi ſupra n.
59. dicēs *ſed hæc ratio nō omnino cōueniēs
videtur, cum ſenatus Regij cōſuetudine,
quia nō ſolū cognoſcit detenuta benefi-
ciali ſed etiā de poſſeſſorio plenario reti
nēdæ & recuperādæ et aduerſus perſonas
Eccleſiaſticas.* Quare ipſe Rodericus ad
aliā iuſtificationē huius cōſuetudinis
53 trāſit; quod ſcilicet ſit particularis, †
quæ valere poteſt ad limitādā clerico
rū exēptionē, & maximè cū ſit imme
morialis, vt diſſerit n. 62. 63. cuius opi
nionē in hac ratione DD. ſequūtur (in
tra limites tamen huius rei ſupra tra-
ditos per nos) putātes hanc cōſuetudi
nē eſſe iuſtā, & iuri diuino nō aduer-
ſam, cū illius declaratiua tantū ſit ob
maximā dubietatem, quę datur inter
DD. circa id, an exēptio clericorū ſit
de iure diuino. & an ſuper poſſeſſorio
rerū ſpiritualiū Iudex laicus tāquā ſu-
per re tēporali intromittere ſe poſſit.
quibus caſibus cōſuetudo declaratiua
admittitur à iure, vt in ſequenti quę-
ſtione latius dicetur. Tum & etiam
54 quia conſuetudo potuit † declarare ius
diuinū, (quādo exēptio clericorum eſ
ſet de iure diuino) nō procedere in ali
quo caſu particulari, idque ex cauſa
publicæ vtilitatis, maximè ſi imme-
morialis ſit, & allegetur titulus, licet
non appareat, quibus caſibus eam
valere etiam tenent DD. vt in ſe-
quenti queſtione videbis, vbi hæc exa
minantur, & ſic non repetuntur hic,
55 vnde diſplicet opinio Ioan. Azorij †
qui vbi ſup. lit. D. dicit, quod cum
hęc cauſa ſit ſpiritualis, vel quaſi ſpiri
tualis, ideo ad iudicem laicum trahi
non poteſt, nec cenſuendo contraria

vim & locum habet.& loquitur Azo
rius etiam inter laicos, cuius opinio
per ſuperiora conuincitur,nam vt di-
xi Iudex ſecularis non cognoſcit de
cauſa clerici iuditialitèr,& ordinariè,
ſed extraiudicialiter tantũ, violentiã
tollens in obſequium & iuuamen ſu-
perioris,quouſq; ille de remedio pro
uideat, eo autem prouidente, quieſcit
authoritas ſecularis,& dicto caſu iam
ſe intromittere non poteſt, niſi mo-
nendo,rogando,& informando iudi-
cem ipſum Eccleſiaſticum ſuperio-
rem,pro vt tenent Bart. in prohemio
digeſtorũ vbi ſup.& Abbas in c.quali
ter & quãdo n. 8.de iudicijs, & in his
terminis benè procedit opinio Azorij.

Superioribus, proxima eſt, & affi-
56 nis illa alia quæſtio† an iuſta, & ſuſtẽ-
tabilis ſit illa praxis inueterata huius
regni, imo totius Hiſpaniç, qua pra-
cticatur, quod ſi iudices Eccleſiaſtici
poſt interpoſitas appellationes iuſtè,
& legitimè,ac debito tẽpore,etiã à dif
finitiua ab eiſdẽ ad ſuperiorẽ, etiã Ro
manũ Põtificẽ, procedãt nõ obſtante
appellatione attẽtãdo, parti appellãti
prçiudicãdo,vim inferẽdo,& ſuperio-
ri,ad quẽ appellatũ eſt,reuerẽtiã non
57 exhibẽdo,poſsint in tali caſu† Princi-
pes ſeculares, & eius iudices ſupremi,
inhibere per ſuas litteras inhibitorias
talib' iudicib',ne ad innouãdũ & attẽ
tãdũ poſt interpoſitã iuſtè,& legitimè
appellationẽ procedãt, ſed quod ab-
ſtineant pendente appellatione à tali
oppræſsione,& violẽtia,quã parti ap-
pellãti faciũt, & appellationi deferãt,
ſuperioriq; debitũ honorẽ, & reueren
tiã in nõ innouãdo exhibeant,in qua
inhibitione, aliquid aliud iudices non
faciũt,nec ſe intromittũt in iuſtitia,&
iniuſtitia cauſç, ſed tantũ per viã ex-
traiuditialis defenſionis, ſi viderint
craſſo modo appellationẽ eſſe interpo
ſitã, iuſtè & legitimè inhibẽt,tollẽdo
illã vim, & violentiã,vt benè aduertit
Nauar.in c.cũ cõtingat,remed.1.verſ.
7.facit,de reſcriptis,in prima impreſ-
ſione Coimbrenſi, Rodericus de an-
nuis redditibus lib.1.q.17.n. 74. Co-
uar. vbi ſupra Portol. verbo firma n.
172.an hęc praxis poſsit iuſtificari, &
in iure fundari aliquo modo nõ obſtã
tibus aliquibus non paruæ authorita
tis, qui eã conãtur improbare, ac re-
prẽhẽdere,nã videtur multis dicendũ
quod ſic,ex eo,quia de omni iure,diui
no,& humano Principes ſeculares, &
eorũ magiſtratus ſuperiores poſſunt,
58 imò tenẽtur,† ad cõſeruationẽ pacis,
& trãquillitatẽ reipublicç Chriſtianç,
tollere violẽtias,& oppræſsiones om-
nes,quas iudices nõ ſolũ laici,ſed etiã
clerici faciũt,tã laicis, quã clericis.eos
iniuſtiſsimè,& violẽter grauãdo in ca
ſu manifeſto,& notorio,& in cõſequẽ
59 tiam † tenẽtur inhibere, & reprimere
remedijs iuridicis, ac honeſtis, ipſos
iudices Eccleſiaſticos,tales violentias
inferẽtes,ita primus omniũ vnico ver
bo tenuit Bart. in prohemio, ſeu pri-
ma cõſtitutione digeſtorũ vbi dicit in
verbo omnẽ n.3.& 7. quod Princeps
60 † tenetur defẽdere,ac protegere ſubdi
tos à violẽtijs,ſequitur etiã vnico ver
bo Abbas in c.qualiter & quãdo n.8.
de iuditijs, vbi Rex, ſi Eccleſiaſticus
aliquẽ grauat, debet monẽdo, vel iu-
uando releuare grauatum, ſed magis
apertè loquẽdo in terminis noſtris id
tenẽt Auiles in capitibus prætorũ n.
61 11. vbi quod Rex Hiſpaniæ † habet
conſuetudinẽ fundatam, & approba-
tam, cognoſcendi de violentijs inter
Eccleſiaſticos, & etiã ex præſumpta
voluntate Papæ (de iuſtificatione au-
tẽ talis cõſuetudinis infra dicetur) ſẽ-
quitur Salcedo in practica criminali
canonica cap. 102. in verbo inferre,
vbi tam de iure, quam de immemo-
riali dicit receptum in Hiſpania,
quod

62 quod Reges, eorũq; tribunalia † iudi
cibus Eccleſiaſticis obuiant, ne poſt,
vel cõtra appellationẽ vim faciãt ap-
pellãtibus, imò quod ſi clerici vaſſal-
lis Regis violẽtias intulerint, nec deſi
ſtere velint, à regno expelluntur, hic
etiã ſequitur Auendaño de exequẽd.
1.p.c.1.n.32. vbi dicit, quod violentia,
illata à iudicibus Eccleſiaſticis ec-
cleſijs, aut perſonis eccleſiaſticis, &
à fortiori laicis, eſt cauſa, quę deuoluit
iuriſdictionẽ ad iudicẽ ſecularẽ, nam
63 propriũ Regũ officiũ eſt, violẽtias tol
lere ne ſcãdalũ reſpublica patiatur, &
generaliter in quibuſcũq; rebus vio-
lentia per eos committatur, coerceri de
bent per principem ſecularem, & eius
ſuprema tribunalia, per modũ violen
tiæ, & extra iuditialis cognitionis Co
uarr. practi. quæſt. c. 35 n. 3. verſi. 2.
probatur, vbi Princeps ſecularis op-
preſſos violẽtia iudicũ Eccleſiaſtico-
rũ inferiorũ debet liberare, interim do
nec à Summo Pontifice, pręſtetur iu-
re debitũ auxiliũ, cui cõſonat Abbas
vbi ſupra, ſequitur hos Menoch. de re
cuperãda remed. 15. n. 214. vbi quãdo
64 notoria eſt violẽtia † per clericos illa-
ta, poteſt ſecularis eã tollere extra iu-
dicialiter per modũ defenſionis, & ex
tra iudiciarię cognitionis, pro vt tenet
Afflictis deciſ 24. idẽ Menoch. de re-
tinẽda, remed. 3. n. 356. vbi dicit, quod
Princeps ſecularis, oppreſſos, etiã cle-
ricos violẽtia iudicũ Eccleſiaſticorum
inferiorũ (inferiorũ inquã dico, vt ſum
mum Eccleſię Pręſulem nõ includa-
mus, cũ vim nũquã ille inferat) debet
liberare, donec à Summo Põtifice pre
ſtetur iure debitũ auxilium, ſequitur,
Portol. verbo firma n. 101, vbi benè.
Aufrerius in tractatu de poteſtate
ſeculari ſuper Eccleſiaſticas perſonas
reg. 2. fallentia 30. Verũ eſt, quod Me
noch. loquitur, in renitentiam iudicis
65 Eccleſiaſtici, † quãdo ille negligẽs eſ-
ſet in adminiſtrãda iuſtitia clerico tur
bato, quo caſu ſecundũ eũ ratione vio
lentiæ intromittet ſe ſecularis ad eam
tollendã, (quod quomodo intelliga-
tur, Decianus tomo 1. lib. 4 c. 9. n. 83)
vt nouiſsimè ſequitur cũ copioſa ad-
ditione Greg. Lopez in l. 13. tit. 1. part.
2. in verbo ninfuerça, vbi defendit
quod tam de iure, quã de conſuetudi-
ne Rex Hiſpanię cognoſcit de violen
tijs, etiã inter Eccleſiaſticos, & quod
id facit ex præſumpta voluntate do-
66 mini Papæ, † ſcientis, & tollerantis
propter bonũ commune. & hanc con
ſuetudinem, tamquã rationabilem, &
vtilem, & plures inſolentias & graua
mina manifeſta (ſecũdum eum) iudi-
cum Eccleſiaſticorum tollentẽ, defen
dit, & tuetur ſequens hos omnes Bo-
uadilla in polytica lib. 2. c. 28. 1. p n.
139. in hæc verba dicens. *Para alçar y*
quitar las fuerças, y violentias q̃ los Iue-
ces Eccleſiaſticos hazen, aſsi a perſonas
legas, como a Eccleſiaſticas, en qualeſ-
quiere negocios, los Reyes de Eſpaña, Frã
cia, y otros, y tambien ſus audiencias tie-
nen iuriſdictiõ por derecho, y coſtumbre,
para lo remediar con deuidos remedios,
ſin que por ella incurran en las cenſuras
de la Bulla in Cæna Domini. Petrus Ce
nedo regnicola noſter in collectan ad
decretum pag. 6. c. 5. & in collect. ad
decretales c. 17. n. 2. elegantiſsimè
Lucas de Penna in l. ij coloni. vltima
queſt. verſ. nouiſsimè quęritur, idem
tenet, vbi violẽtia notoria, & euidẽs eſ
67 ſet, per euidẽtiã, vel famam, nõ tamẽ
per cognitionalẽ indaginẽ. Benedic-
tus in c. Raimuntius in verbo vxorem
nomine Adelaſiam deciſ. 2. n. 141. la-
tiſsimè Azebedo lib. 2. titu. 6. lib. 1.
nouæ recopilationis per totũ & tom.
2. titu. 1. l. 15. n. 12. vbi ratione violẽtiæ
prohibendæ per multa fundamenta
defendit, poſſe Regem cognoſcere, in
ter prelatos, & laicos, ſuper Eccleſijs,

& beneficijs, ſed quid plura? vide Cha
rolũ de Graſſal lib. 2. regaliũ Fräciæ
iure 7. Olaſcũ latiſsimè ſecũdũ vnã im
preſsionẽ deciſ. 30. ſecundũ aliã deciſ.
180. per totã. & ſignantèr n. 13. Dida-
cũ Perez lib. 3. tit. 3. lib. 6. pag. 718. Gu
tierrez de iuramẽto cõfirmatorio 1. p.
c. 2. n. 26. Humada in l. 13. tit. 13. parti-
ta 2. gla. 4. verbo nin fuerça n. 1. fol.
139. Gutierrez lib. 19. quæſtionũ regiã
rũ q. 2. Lancelotus de attentatis 2. p.
c. 4. declaratione. 4. n. 36. pagina mi-
hi. 150. dicens, quod licet poſſeſſor lite
pendente citra vitiũ attentatorũ poſ-
ſit adire aliũ iudicẽ, atq; etiã conſiliũ
regiũ, & impetrare prouiſionẽ ad ſo-
lã defenſionẽ ſuæ poſſeſsionis, vt tenet
Pariſ. cõſ. 172. lib. 4. hoc tamen fallit
quãdo Papa poſſuit manus &c. Vide
68 quomodo Läcelotus, praxis Romanæ †
nõ ignarus, hãc defenſionẽ, manutẽ-
ſionẽ, ac protectionẽ charitatiuã iudi-
cis ſecularis cõtra Eccleſiaſticos cõce
dit. Et ſi tot dictorũ authoritas nõ ti
bi ſatisfacit; infinitos videbis alli ga-
tos per eos, Nauar. in d. c. cũ cõtingat
de reſcrip. 1. remed. cauſa 16. dicens in
multis partibus id ſeruari, ſed id in
prima impreſsione. Et pro Choroni-
de vide legẽ Regiã Caſtellæ relatam
69 per Bouadillã vbi ſupra ſic † dicentẽ.
Por quãto aſsi por derecho, como por co-
ſtũbre immemorial, nos pertenece alçar
las fuerças que los Iuezes Eccleſiaſticos
y otras perſonas hazen en las cauſas que
conocen, no otorgando las appellationes
que dellos legitimamẽte ſon interpueſtas
&c. Quam legẽ doctiſsimi ſimul ac
Chriſtianiſsimi tulerũt. Idẽ nouiſsimè
ſequitur Rodericus Galle. de annuis
redditibus lib. 1. q. 17. n. 71. dicẽs, quod
poteſt ſenatus inhibere Eccleſiaſtico
iudici, ne de cauſis ad ſecularẽ iudicẽ
ſpectãtibus ſe intromittat, l. conſulta
diualia ibi *non ſolum iudices quorũlibet*
tribunaliũ, verũ etiam defenſores Eccle-
ſiarum. C. de teſta. quod exornat Be-
nedictus in d. c. Rainũtius verſ. ſi abſ-
que liberis 2. de fideicomiſſaria n. 29.
70 & idẽ dicit Rodericus quãdo iudex †
Eccleſiaſticus nõ defferret appellatio
ni iuſt. nã & tunc violentiam dicitur
inferre, contra quã competit hoc ſa-
lubertimũ remedium defenſionis ad-
uerſus oppreſsionẽ, & violẽtiã, etiam
iudicialem factam non ſolũ laicis, ſed
& clericis, & omnibus perſonis op-
preſsis, & afflictis, Olib. c. 11. n. 50. &
c. 14. n. 100. cũ ſequẽtibus, monẽdo Ec
cleſiaſticũ, ne affligat talem clericum
ratione vitandi ſcandali, vel quia pax
publica turbatur, & rixæ ſuſcitantur,
quæ monitio extra iudicialis defen-
ſio eſt, & principi reſeruata ſecũdũ Co
uar. Afflict. & alios ſupra d. ſed eſt ad
uertendũ ſecundũ eum, quod Rex aut
regius Senatus nõ ſe intromittit de his
oppreſsionibus cognitionaliter, & in
modũ ordinariæ iuriſdictionis, neq; vt
cauſã definiat, quæ ad ſe forte non per
tinet, ſed per modũ extraordinariæ de
fenſionis, vt vim repellat, propulſet,
& oppreſſũ ſubleuet, & Eccleſiaſticũ
quodãmodo reducat ad viã iuſtitiæ, &
tramites legitimos, deferatq; appella
tioni iuſtæ. Ita Oliban. n. 54. vbi alij,
vbi quod ſola cognitio cõtẽtioſa de his
prohibita eſt ſeculari, non vero cha-
ritatiua, & extra iudicialis, ita varia
iura canonicã declarãdo, nã ſecũdũ eũ
hæc ſecularis poteſtatis cautio, & proui
ſio cõtra violẽtiã, & oppreſsionẽ iudicũ
Eccleſiaſticorũ, nõ iuriſdictionẽ impe
dit Eccleſiaſticam, nõ vſurpat, nil de
cauſa definit, non cognoſcit, ſed pro
quiete ſubditorũ, pro tranquillo ſtatu
prouintiæ, pro æquitate retinẽda, pro
iniurijs, & oppreſsionibus reprimẽdis
interponitur, & cũ ſumma reuerẽtia
Eccleſiæ debita, cũ maturitate, & mo
nitione præmiſſa, & magis monen-
do, quam corrigendo exercetur, vt
per

per eum num. 56. & ſic in terminis quæſtionis noſtræ Oliban. ſub nu. 54. dicit quod regius ſenatus ſe intromittit ratione vitandæ violentiæ ad effectum, vt iudex ipſe deferat appellationi legitimè interpoſitæ, vt hic quærimus, nihil innouando, nec vim inferendo. Neque iurium authoritate diſtituta eſt hæc theorica ſecundum eos, vbicumque
71 enim deficit perſona Eccleſiaſtica, † recurritur ad ſecularem iudicem can. princeps 23. q. 1. & etiam vbicumque illa violentia infertur, ad id allegatur, quod habetur. Hieremiæ c. 21. *iudicate mane iuditium, & eruite vi oppræſſum de manu calumniantis* loquendo domui Regis Iuda & cap. 22. *Audi verbum domini Rex Iuda, qui ſedes ſuper ſolium Dauid, facite iuditium, et iuſtitiam, et liberate vi oppræſſum de manu calumniatoris.* Eſt elegans tex. in can. petimus 11. q.
72 1. vbi Epiſcopus, † qui monitus recuſat reddere plebem, quam inuaſerat, compellitur per rectorem prouintiæ, vel iudicem ſecularem, cuius tex. verba multum pondera, nam per ea datur authoritas, & licentia iudici ſeculari, talia (modeſte tamen) faciendi, conſonat tex. in c. ſi filijs, 16. q. 7. vbi princeps ſecularis poteſt adiri, vt abuſiuæ negligentiæ prælatorum medeatur, cuius tex. deciſio correcta non eſt, quo ad ſubleuandam vim Eccleſiaſticorum inferiorum, vt tenet Couar. vbi ſupra verſiculo ſecundo probatur, Salcedo verſiculo deinde, quibus multum fauet tex. in can.
73 Regum 26. q. 5. vbi proprium † offitium regum eſt facere iuditiũ, atque iuſtitiam, & liberare de manu calumniantium vi oppræſſos, facit can. princeps 23. q. 5. alia multa adſunt iura, quæ hanc fundant opinionem, relata per Lucam de Penna vbi ſupra col. fin. Salced. Anendañ. Azebed. Oſaſc. & alios ſupradictos ex quibus deſumũtur rationes, quibus etiã fulcita eſt hæc doctrina, nam ſi remedium hoc non daretur, contra Eccleſiaſticos vim facientes, Romano Põ-
74 tifice longè diſtãte, certę abſque † aliqua remedij ſpe, poſſent tales iudices excommunicare, & interdicere, partem lęſam longa vexatione, & expenſis vexando, quod inconueniens conſideratur à iure, vt tenet Nauarro in c. cum contingat 4. remedio nu. 13. de reſcriptis, vbi quando ſcandalum aliquod imminet, & non facilis eſt ad Papam recurſus, ad effectum obuiandi permittitur, quod aliàs pro-
75 hibitum reperiebatur, † Deinde in hoc cauſu nulla afficitur iniuria ſuperior, ad quem potuit haberi recurſus ab hac violentia, nąm immò ei mos geritur, & obedientia exhibetur, d. can. petimus vbi licentia, & authoritas data eſt ſeculari tollendi talem violẽ-
76 tiam, maximè quia ſecularis, † tunc non ſe intromittit de iuſtitia, vel iniuſtitia cauſæ, ſed ſolum an violẽtia fiat notoria, vel non, incõtemptum iuris, & etiam ſuperioris, & ita eſt, quod talis defenſio fit extra iudicialiter per modum extraordinarię cognitionis, & charitatiuæ defenſionis, ita tenet Salzedo verbo prætereà Oſaſcus d. deciſione 180. num. 19. vbi non re-
77 curritur ad principem † vt de cauſa cognoſcat, ſed ſolum per viam extraordinariæ defenſionis, ne indebite opprimatur, Afflictis deciſ. 2. Lucas de Penna vbi ſupra Auendaño qui id idem profitetur Couarr. n. 3. verſiculo nec regij conſiliarij cognoſcunt de iuſtitia cauſæ, ſed tantum de vi, quæ ab Eccleſiaſtico iniuſtiſsimè fit, ſentit Nauarr. in manuali latino cap. 27. numero 69. verſiculo declaratio prima, immo ſi hæc non fierent, iuri

78 iniuria fieret, † ſuperiori vilipendiũ, plebi ſcandalum, parti damnum irreparabile, quæ omnia conſiderat Nauarrus vbi ſupra, in primo remedio, aliàs rationes adducit Couar. vbi ſupra, quem vide, & ſecundum iſta nõ obſtat Ioannes Azorius inſtitutionum moralium lib. 5. c. 14. q. 2. & 6. quoniam ipſe ſupponit laicum aſſumere cognitionẽ cauſæ, & ad eũ appellari, non enim id fit, nec priuat Eccleſiam, & ſuperiorem ſua iuriſdictione, ſed ſolum detinet extra iudicialiter iudicis violentiam quouſque ſuperior prouideat, quo facto per ſuperiorem, amplius non inſiſtit iudex laycus. Ex ſuperiori concluſione, ſic iuribus canonicis, & ratione comprobata, omnes ſupradicti deprehẽdunt, ſententia lata à iudice Eccleſiaſtico, & interpoſita per partem appellatione, ne iudex appellatione pendente eam exequatur, poſſe impunè † par-
79 tem victam pro manutenſione ſuæ poſſeſsionis (cum per appellationem ſuſpenſus ſit effectus ſententię) ad Regem, regiumuè conſilium, iudicesuè ſeculares recurrere, vt per modum defenſionis, reſpondendo pro ſuperiore ad quem eſt appellatum, & tollendo vim, inhibeant Eccleſiaſtico, ne ſententiam exequatur, ne vè ſuperiorem, ad quem appellatum eſt, ſpernat, prout ita tenent omnes ſupradicti, Couarr. Azebedo, Bouadilla, Salzedo, Gregor. Lopez, & alij omnes, Lancelotus d. declaratione 4. n. 36. vbi in terminis loquitur, & limitatione 1. n. 36. 37. & 38. vbi ſi is qui poterat propria authoritate defendere poſſeſsionem, iuiſſet ad conſilium regium pro manutẽſione ſuæ
80 poſſeſsionis, † non dicetur attentare, quia pro manutenſione poſſeſsionis licet accedere etiam ad alium iudicẽ, aut regium conſilium, & licet dicat ibi, quod non poteſt iudex ſecularis tali caſu ſequeſtrare, & ſeu apprehendere ad manus curiæ ſuæ, rem de qua agitur, id ad aliã queſtionẽ precedẽtẽ attinet, vbi defẽditur per DD. conſuetudo apprehendendi poſſeſsionem, at in caſu de quo agimus, nulla res ſequęſtratur, & ſic parum obſtant verba illa Lancellot. ſecundũ d. DD.

Et non ſolum ex ſuperiori receptiſsima cõcluſione inferunt iſti DD. poſſe partem appellantem ad iudices ſeculares confugere, vt pendente appellatione illi fauorem impẽdant pro conſeruatione ſuę poſſeſsionis, impediendo ne ſententia pendente appellatione executioni contra iura ciuilia, & canonica mandetur: verum etiam diſcernunt iudices ipſos ſeculares id
81 efficere debere, † compellendo Eccleſiaſticos iudices, vt à moleſtia, & vi inferenda per executionem ſuę ſentẽtiæ penitus ceſſent appellatione pendente, ſicut elegantiſsimè omniũ comprobat Couarr. vbi ſupra verſi. cęterum, quinque rationes in comprobationem huius reſolutionis eruditiſsimè deducens, & eã apud omnes principes ſeculares reipublicę Chriſtianę, vſu receptam aſſeuerans, ad rectum vtriuſq; ſpiritualis & temporalis iuriſdictionis vſum, & compendium. Quam praxim, & opinionẽ ſi à principibus ſecularibus quiſquam ſubleuare contenderet, ex ſentẽtia dicti Couar. non ſero maniſeſtiſsimo experimento deduceret, quantũ calamitatis reipublicæ Chriſtianę iniunxiſſet, & intuliſſet, & quoniã rationes & confirmationes à doctiſsimo illo viro, & Azebed. Salced. & alijs ſupra dictis adductæ pulchrè adeo expoſitæ ſunt, propterea illas amplius non refero, ſufficiat nũc animaduertere hanc concluſionẽ, quã ita cõprobat Couarrubias, ſequutos fuiſſe quaſi omnes ſcribẽtes, aſſeren-

aſſerẽtes id licere de iure fieri,& debe
re,apud quos etiã vide an aliquã cen
ſurã incurrãt iudices, qui tales violen
tias tollũt,nã Primo id tuetur Azebe
do in d.l.2.tit 6.lib.2.dicẽs debere fie
ri,tã propter ſciẽtiã & tollerãtiã Ro
mani Põtificis,quã ꝙ ſic de iure ſit il
lud,ex quo tribunalia regia non ſe in
tromittũt per modũ ordinariç iuriſdi
ctionis,& cũ cauſç cognitione, tãquã
iudices,quo caſu non poſſent procede
re contra clericum, & in cauſis Eccle
ſiaſticis, & in his terminis ſecundum
83 eũ loquitur caput 15. Bullæ Cœnæ †
Domini Pij Papç V.in eius primo reſ
ponſo vt ibi,*tamquam iudices &c.* ibi
alijs iudicibus auocant vt declarat Na
uarrus in manuali cap. 27.num. 69.
ſolũ enim ſe intromittunt per viã de-
fenſionis ad tollendam violentiã no-
toriam,& certam, quæ fit appellanti
per iudicem à quo , quod licitum eſt
ſecundũ Afflict. deciſsionẽ 24. Dicit
inſuper ipſe(quod ego non determi-
no)quod nõ obſtant alia verba Bullç
de impediẽtibus executionẽ literarũ
Apoſtolicarũ. Etiã ſub prçtextu vio-
84 lẽtiç c.17.†id enim intelligitur,quan
do fit animo impediẽdi iuriſdictionẽ
Eccleſiaſticã,ſecus autẽ vt tollatur vio
lẽtia,ſecũdũ eũ,allegat Nauar.& Cor
douã ita tenẽtes, & hoc dicitur ſecun
dũ eũ fieri etiã de volũtate Papæ etiã
ceſſante cõſuetudine ſecũdũ Azeb. &
Greg. Lop. ex quo ipſe hçc delegare
poſset, & nõ prçſumitur ille velle tol
85 lere†has cõſuetudines tã antiquas, &
rationabiles, vt de Martino Papa tra-
ditur per Guidonẽ Papç q. 1. & Bene
dic.vbi ſup. ſequitur Nauarr. in c. cũ
cõtingat 1.remedio in fine de reſcrip.
in impreſ.Coimbr.Nec contrariũ te-
net imo idẽ ſẽtit in caſu noſtro in ma
nuali latino c.27.n.69.ſi aliud nõ fiat,
quã ſolũ inhibere iudici Eccleſiaſtico,
ne pẽdẽte appellatione innouet, ſequi
tur latiſsime Salced.vbi ſup.inquiẽs ip
ſe iudices ſeculares nõ incidere prop-
ter has inhibitiones, quas concedunt
cõtra iudices Eccleſiaſticos ne pẽdẽte
appellatione exequãtur ſẽtẽtias ſuas.
86 in cẽſuras aliquas,imo teſtatur † Sal-
ced. id practicari apud aliàs prouin-
cias ſecũdum Nauar.vbi ſupra in pri-
ma impreſsione, & Couar. vbi ſupra,
87 & quod Rom. Pontif. per cenſuras †
generaliter à ſe latas nõ eſt viſus velle
derogare iuri quçſito Mageſtati Re-
gis,ſiue de iure, ſiue de conſuetudine,
iuxta illã declarationẽ Martini Põtif.
ſupra relatã,pro quo facit Nauar.d.c.
27.verſ.3.&c.vbi ſecũdũ eũ excludun
tur à cenſura iudices ſeculares, qui in
caſibus à iure permiſsis vocẽt ad ſua
tribunalia Eccleſiaſticos, his enim ca
ſibus nõ cẽſetur Papa derogare huic
iuri legitimè quçſito,& tandẽ reſpon
det ad alia capita Bullç Cçnç Domi-
ni vt reſpondet Azebed. quia alienũ
88 (ſecundũ eũ) eſt † à ſummi præſulis
mẽte,quod voluerit quẽquã opprimi,
& ſic redditur dubia opinio Roderici
vbi ſup n.73.dicẽtis hãc Salcedi reſpõ
ſionẽ nõ ſibi placere , ſub prçtextu ꝙ
nuſquã ſecularis potuit de appellatio
nis cauſa interpoſitç à iudice Eccleſia
ſtico ſe intromittere, & ꝙ ſic ad illud
impediẽdũ nõ dirigũtur verba Bullæ
Cçnç Domini,nã vltra quod ſic vt di
xit Salce.tenet Nauar. certè Bullã vi-
detur voluiſſe ſecundũ eos prohibere
iuditialẽ cognitionẽ laycorũ, ne ſe in-
tromittãt de his cauſis, nõ autẽ extra
iudicialẽ, hçc enim eſt de iure natura
li,quæ nulli denegãda eſt, vt ſupra, &
quç nõ eſt aliena à ſummi præſulis in
tẽtione. Idem quod dictũ eſt de cõce-
89 denda inhibitione contra Eccleſiaſti-
cum † ne pendente appellatione exe-
quatur ſentẽtiam à ſe latam ſequitur
Corduba in tracta. caſos de conſcien-
cia c.35. verſ. lo ſegũdo, vbi etiam agit
de Bulla ſ.d. prçter quos idem docet

Viualdus in Candelabro eccleſiæ ſecunda parte in explicatione Bullæ Cenæ Domini caſu. 16. a num. 114. videndi etiam ſunt in confirmationem Didacus Perez vbi ſupra. Nauarr. in dicto, capit. cum contingat, Primo remedio in impræſſione Coimbricenſi, Portoles. verbo firma. numer. 101. vbi. alios allegat. Humada in l. 13. titulo. 13. part. 2. gloſſa. 4. vbi. Gregor. Lopez in gloſſa. in verbo ninfuerça, vbi multa allegat in propoſito, & dicit id fieri de voluntate Romani Pontificis, ſequitur late Bobadilla a numer. 139. dicens compellendum iudicem eccleſiaſticum, a quo appellatum eſt per iudicem laicum, ceſſare ab executione ſentẽtię, vbi legitimè, & iuſtè appellatum ſit, qui etiam tractat an incurratur aliqua cenſura Bullę Cænę Domini, quos omnes ſequitur Petrus Cenedo in collect. ad Decretal. capit. 4. numer. 1. confirmat Garcia de nobilitate. gloſſa. 9. a numero. 46. cum ſequentibus, & maximè, num. 51. & 52. quæ omnia plane (ſecũdum eos) ſuadẽt inhibitionẽ ne pendente appella-
90 tione † concedendam eſse per iudices ſupremos ſeculares, aduerſus eccleſiaſticum iudicem, a quo appellatum eſt, ne exequatur ſententiam pendente appellatione ſi illa iuſtè, ac legitime interpoſita ſit, hoc que ratione violentiæ, & extorſionis, quam facit appellanti, non deferendo appellationi iuſtæ, & legitimæ, argumento. l. lege Iulia. ff. ad l. Iul. de vi publica. Butrius deciſione. 238. Auendaño vbi ſupra verbo, & iſtud, cuius violentię occaſione videtur id permitti iudici ſeculari, abſque eo quod tractetur illa quęſtio, an citra ſpiritualia, & materiam pecati, ſecluſa violentia, in alijs, ſcilicet temporalibus poſsint clerici coram iudice laico conueniri, & per eum diſtringi, & coerceri, de quo DD. ſupradicti, ſignantèr Benedictus. Azebedo, & Salc. Oſaſc. deciſ. 30. aliàs 180. ego enim iuriſdictionem eccleſiaſticam reuerenter colo, & obſeruo, & pro nunc non determino, ad ſuperiora autem omnia, illa fauet pręcipua ratio, quia ſubueniendum eſt ſemper oppreſsis
91 a iudicibus, † quos in competentes eſse conſtat, Butr. in cap. conquęrenti de reſt. ſpol. Felinus in capite dilecti in primo numero. 2. de reſcrip. Menoch. de recuper. remedio. 8. numer. 13. & idem ſi extra iudicialiter iudex proceſsit, quem grauando, non vt iudex, ſed vt priuatus, Menoch vbi ſupra vel ſi nulliter proceſsit, idque ex actis notoriè apparet, vt cum multis reſoluit Roder. vbi ſupra numer. 54. quem vide.

Et vltra quod ſupra dicta opinio iuribus, rationibus, & conſuetudine videtur fundata, reperitur etiam ap-
92 probata † per deciſsiones Rotales, nam vltra eam, quam in terminis allegat Lancellotus d. limitatione 1. numer. 36. & declaratione. 4. num. 36. in qua fuit reſolutum, quod poteſt quis lite pendente, citra vitium attentatorum, adire alium iudicem, etiam regium, & impetrare prouiſionẽ ad ſo-
93 lam defenſionẽ ſuę poſseſsionis, † ex eo, quia qui cõtinuat poſesionẽ, nõ attentat, & cũ continuare poſset, vrbanius agit adeundo iudicẽ pro manutenẽda ſua poſseſsione, vt tradit vltra Lancelotũ vbi ſup. Pariſius conſ. 172. quod finale eſt in 4. volumine, idẽ reſolutũ fuit in alia deciſione Rotę corã R. D. Blanchero in vna Salmanticeñ. canonicatus die 24. Madij 1595. vbi fuit reſolutum, quod poteſt haberi recurſus ad cõſiliũ Regiũ pro defenſione proprię poſseſsionis, & appellationis

nis admiſsione, abſque incurſu alicuius excõmunicationis, cũ enim poſſet iudici de facto procedenti, de facto etiã reſiſtere, † vrbanius egit iudicem adeundo, & idem fuerat iam anteà reſolutum coram doctiſsimo ſimul ac ſubtiliſsimo R. P. D. Seraphino in in vna Tarraconen. villæ de Reus. 4. Decembris 1592. in hæc verba.

94

Vnde licet Vrbanius agendo fuerit aditus iudex ſecularis pro aſsiſtentia, non tamen hoc facit quin voluerit vti facultate ſibi competente, allegatque Rota Pariſium, & aliam deciſsionem Rotalẽ Achil. vltimam de attentatis, & licet contrarium fuerit iudicatum coram R. D. Peña in vna Oſcen. canonicatus veneris prima Decembris 1596 hæc tamen non videtur obſtare ſecundum eos prout ſuo loco dicemus.

Ex quibus illorum iuditio remanet corroborata hæc opinio authoritate Rom. Pontificis in ſua curia; & licet aliquod exemplum contrarium reperiatur, vltra quod illud non obſtat, vt dicetur, plura exemplaria preualent, 95 & vbi contrariæ ſunt opiniones † preualet quæ vſu recepta eſt, ita dicebat Craueta in conſ. ſupra allegato.

Imo poterit princeps, & eius Regium conſilium condemnare eccleſia 96 ſticum † vim facientem, in expenſis, nam hoc venit in conſequentiam, etiã ſi non iudicialiter procedere debeat iudex, ſed extra iudicialiter per viam defenſionis, quia vbi quis aditur vt iudex competens, qui tamen ſe pronuntiat incompetentem, condemnat agentem in expenſis l. fin. §. quoniam vero, vbi Platea Cod. de re militari, & ſi hoc non poſſet ſecularis, violentia non tolleretur perfectè, neque oppreſſus integrè reſtauraretur, ita Caſſane in conſuetud. Burg. Rub. 1. §. 5. numero. 82. cum multis comprobat Greg. Lop. d. l. 13. allegans Benedic. & alios. idem tenet Abendañ. d. cap. 1. de exequen. part. 1. numer. 32. verſ. nã pro violentijs, vbi quod in noſtro caſu habet locum condemnatio expẽſarum, Azebedo in d. l. 2. titulo. 6. libro. 2. in fine ibi *& ſolent aliquando partem vnam in expenſis condemnare* Abiles in capitibus Pretorum cap. 1. gloſ. mandamientos nu. 11 vbi idem tenet, Salc. d. c. 102. verſ. quod vſque adeo, vbi quod in cognitione huius violentiæ locum habet expenſarũ 97 condemnatio, † allegat & alios Roder. vbi ſupra nu. 73. verſ. & quando quidem In hac autem violentiæ cognitione, proceditur ſumariè, parteq; audita, ſecũdũ Abendañum, & alios.

Et in tantũ creſcere poteſt contumatia iudicis eccleſiaſtici vim inferẽtis in non deſiſtendo a violentia, nec obediendo protectioni, & defenſioni regali, vt fortiori medio ſit vtendũ quo caſu dicunt aliqui, poſſe talem eccleſiaſticũ a Regno expelli quaſi per 98 viam † poteſtatis æconomicæ, ita Azeb. vbi ſupra verſ 9. vbi ſi clerici ſuo Regi rebelles nolunt deſiſtere à violentijs quas inferunt vaſſallis, poſſunt a Regno expelli, & iure originis 99 † priuari, ſecundum tex. in l. quicunque Cod. de epiſcopis. & clericis vbi Paulus Caſt. dicit quemdam prelatum fuiſſe expulſum propter ſeditionem contra Rempublicã Venetorũ. & quod eccleſiaſticus, qui eſt turbator pacis in ciuitate, debet inde remoueri ſequitur Auendaño de exequendis lib. 2. cap. 6. nu. 12. vbi ſi clerici nõ lunt deſiſtere a violentijs, quas inferunt vaſſallis Regis, & ſunt in hoc rebelles, expelluntur, & priuantur iure originis, idque argumento textus in lege finali. ff. de officio procurat Cęſaris, vbi ille, qui caret iuriſdictione, nihilominus poteſt iniurioſos ſubditis ſuis prohibere, ne accedant ad certum

certum locum, ſic ergo † officiales
regij ſecundum illos, li et iuriſdictio-
nem in Eccleſiaſticos non habeant,
eos tamen violentiam inferentes ma-
nifeſtam ſubditis ſuis, poſſunt expel-
llere, & prohibere, ne accendāt ad hęc
regna, pro ſequitur bene Salze. in pra
xi criminali canonica c. 102. in littera
A. vbi idem quod ſupra dicti profite-
tur, dicens id apud ſuprema Caſtellæ
tribunalia vſu receptum, cuius memi-
nit Charo. de Graſſa lib. 2. reg. Fran. iu
re 7. col. penult. & licet id videatur
iam prohibitum ſub pœna excomu-
nicationis, vt per Nauarr. in manuali
c. 27. n. 67. in vim Bullæ Cęnę Domi
ni, vbi ſecundum eum non licet iudici
ſeculari Eccleſiaſticos extra prouin-
ciā expellere, ſub pœna excomunica-
tionis, licet ſecundum eundem poſ-
ſunt expellere à loco, qui nō eſſet ſuæ
Diœceſis, verū Salcedo his nō obſtā-
tibus ſalua ſemper Romanæ Eccleſię
authoritate opinatur, dictum locū po
101 teſtati regiæ † non derogare, ſed tan-
tum procedere quādo prælati iniuſtè
& ſine cauſa expelluntur, ſecus autem
quādo iure permittēte, & ad tollēdas
violentias id faciunt, vt declarat idem
102 Nauar. n. 69. verſ. 3. & maximè † quia
illud verbum eijciētes, debet intelligi
de eiectione violēta, & iniuſta, ſicut in
anteriori verſ. idē ſentit Rom. Pontif.
dū de verberantibus, & interficienti-
bus loquitur, nā certum eſt, quod vna
103 pars † alternatiuę, aliā declarat l. 1. ff. de
rebus dubijs, verū mihi vim magnam
faciunt verba Bullę ſupradictæ, quia
ſunt multum præciſſa in hoc, ſe-
quitur hos Couar. d. c. 35. verſ. ad-
uerſus, dicens eſſe Caſtellæ vſum fre-
quētiſsimū, vt tales rebelles habeātur
pro exteris ab his regnis, & occupen-
tur illorū tēporalitates, † quod vltimū
104 in hoc regno practicatur tantū, tam-
quā benignius, & citra incurſum cen

ſurarum, vbi in caſu iuſto fiat ocupa-
tio, modeſtius enim cum eis agēdum
eſt, approbat copiosè Bouadilla in ſua
Polytica lib. 2. c. 18. n. 60. Rodericus
vbi ſupra n. 61. dicēs fore expellēdos,
& ſic ſeruari in ſenatu Galleco, ego
tamem ſolam ocupationem ſuadeo
faciendam, vt mitius agatur.

Ex ſuperioribus inferunt ſupra di
cti DD. Eccleſiaſticos qui hunc recur
ſum ad iudices laycos habuerint ad
violentiā tollendā, id iure permitten
105 te facere, † nec ſuperioribus iniuriam
irrogare vt ita tenent Oſaſcus deciſ.
180. aliàs ſolet eſſe 30. n. 4. & 19. vbi
dicit, quod licet clericus nō poſſit cō-
fugere ad Principē ſecularē, vt de cau
ſa cognoſcat can. placuit 1. & 2. 11.
q. 1. quia malè de Eccleſia ſentire vide
tur is, qui à ſeculari iudice auxiliū po-
ſtulat, immo punitur clericus, qui con
tempto Eccleſiaſtico iudice, ad Impe
ratorem cōfugit vt 21. q. 1. per totam,
& in can. ſi quis 23. q. 8. & ibi gloſa
verum dicit ipſe Oſaſ. quod hæc pro
106 cedunt † quando recurritur ad Prin-
cipē vt de ipſa cauſa cognoſcat, ſecus
quādo nō ad id recurritur, ſed ad hoc,
vt per modū extraordinarię defēſionis
tollatur violētia, oppręſsio, & manife
ſta iniuria, quā irrogat iudex Eccleſia
ſticus, & ne indebitè quis, & de facto,
nullis præcedētibus informationibus
grauetur, ꝙ licitū eſſe aſſeuerat, alios
allegās, Pro quo facit in argumētū l.
2. ff. de his qui ſunt ſui, vel alie. iur. vbi
licet poteſtas dominorū in ſeruos im-
pediēda nō ſit, dominorū tamē inte-
107 reſt, ne † auxiliū cōtra ſæuitiā, vel intol
lerabilē iniuriā denegetur his, qui iu-
ſtè deprecātur, ſecundū Afflic. deciſ.
24. & idē ipſe dicit cōtraria procede-
re, quando his eſſet cōteſtata corā Ec-
cleſiaſtico, ſecus autē aliàs, ſecundum
magis comunem opinionem gloſæ in
d. can. placuit, totū hoc ſequitur Bo-
uad.

uad. vbi ſupra nu. 140. vbi refert ali-
qua exemplaria in id de quo agitur,
in quibus ſacerdotes recurſum ha-
buerunt pro tollenda violentia ad iu-
dicem ſecularem contra iudices eccle
ſiaſticos, ſed quia contrarium tenent
aliqui, qui aſſerunt neque iudicem
laicum in his ſe intromittere poſſe
108 etiã de conſuetudine, nec clericos †
poſse ad hunc recurſum accedere abſ
que violatione eccleſiaſticę immuni-
tatis, inter quos eſt doctiſsimus ille, ac
mihi ſemper obſeruantiſsimus Roma
næ curiæ auditor D. P. Peña, qui in
vna deciſsione Rotali conatur tot do-
ctorum grauiſsimorum opiniones
euertere, praxim antiquiſsimam im-
probare, cumque magna ſit eius au-
thoritas, tam propter ſplendorem
literarum, quam grauitatem perſonę,
ideo verba formalia ſuæ deciſsionis
Rotalis hic acnectere libuit.

CORAM REVE-
rend. P. Penna. Oſcen. Ca-
nonicatus, veneris pri-
ma decembris.
1596.

109 VTRAQVE parte informan-
te ſuper dubio dato, an Paulus
Lezanus fuit excomunicatus † ob
recurſum ad Tribunal ſeculare Iuſti-
tię Aragonum, in quo illius procura-
tor obtinuerat firmam iuris ad inhi-
bendum iudici eccleſiaſtico, ne ap-
pellatione pendente aliquid innoua-
ret, & Paulus dicta inhibitione fue-
rat vſus, pretextu, quod id ſibi lice-
bat iuxta diſpoſitionem ſacrorum ca
nonum, vno tãtum ex Dominis, Pau
lum excuſari poſse dicente, ceteri af-
firmatiuè reſponderunt illum ipſo iu
re incidiſse in ſententiam excomuni-
cationis, quia recurrendo ad iudi-
110 ces † ſeculares cauſam prebuit, vt
inmunitas eccleſiaſtica violaretur. ca-
pit. moueret & capit. quod rationem
de ſententia excomunicationis, & §.
16. Bullæ in Cena Domini, vbi ex-
comunicationis vinculo innodantur,
qui ad Chancellarias, & curias ſecula-
res recurrunt pro obtinendis prohi-
bitionibus, & mandatis contra Pre-
latos, & iudices eccleſiaſticos.

Nec Paulum tuebatur copioſa
turba doctorum aſſerentium licitos
111 eſſe in quibuſdam caſibus iſtos † re-
curſus ad iudices ſeculares, quoniam
ſacrorum cononum aucthoritas ſan-
ctior illis omnibus preponderabat;
per quam etiam excludebatur preten
ſa antiquiſsima conſuetudo nonnul
larum prouinciarum de qua teſtaban
tur Couarr. in practicis quæſt. cap. 35.
nu. 8. Nauarr. in Manuali. capit. 27.
numer. 7. Menoch. tractatu de reti-
nenda poſſeſsione remedio, 3. nume-
mer. 356. & ſequen. Petrus de Auen
daño tractatu de exequen. mãn libro
1. cap. 1. nu. 32. dicebatur enim talem
conſuetudinem tanquam improbam,
ſacris canonibus inimicam, quæ cle-
ricos iuriſdictioni laycorum quando-
que ſupponit, non fuiſſe attendendam
c. qualiter, & quando, vbi communi-
ter Doctores, & Abb. num. 7. de iudi,
Marian. Socinus. in cap. ſi quis cleri-
cus. num. 28. & in cap. ſanè num. 10.
de foro competenti, Rota deciſsione
10. de conſuetud. in antiquis, neque
112 deciſsiones Rotales † Achilis 6. de
appellatio in impreſsis & R. P. D. De
cani in illa Tarraconen. villæ de Reus
die 4. Decẽbris 1592. & R. P. D. blã-
cheti in Salmantin. Canonicatus die
24. Madij proximè preteriti ſufraga-
bantur Paulo, quia licet per illas de-
ciſsiones concederetur facultas quan-
doque recurrendi ad iudices laycos;
& in-

Google

& inuocandi nudum eorum auxilium ad defendendum propriam eorũ poſſeſsionem, qua quis de facto ſpoliatur, & quam quis propria etiam authoritate defendere poſſet, nuſquam
113 tamen † dicitur in eis quod talis recurſus fieri poſsit ad effectum obtinendi inhibitiones, & mandata contra prælatos & iudices Eccleſiaſticos, hoc enim nũquam docuit Rota, quæ optimè nouit iudices laycos, nec actu, nec habitu habere iuriſdictionem in clericos, immo illius eſſe penitus incapaces argumento cap. cauſam de reſcriptis, & canon. ſacerdotibus
114 11. queſtione prima, & cum ſint † inferiores iudicibus Eccleſiaſticis c. denique 96. diſtinc. & Clementina ne Romani de iure iuran. nec poſſe nec debere Eccleſiaſticos corrigere, aut eis inhibere, aut alia præcepta facere Abb. in d. c. qualiter & quando num. 1. Vnde domini non receſſerunt à deciſsis in hac cauſa coram R. P. domino Blancheto die 10. Aprilis proximè præterita.

Opinio hæc ſecundum ſup. d. DD. de qua in ſupra dicta deciſione in duobus potiſsimũ fundari debet, ſcilicet, quod etiã ſi exẽptio clericorũ ſit iuris poſitiui, adhuc tamen hæc conſuetudo recurrendi ad iudices ſeculares pro obtinendis his inhibitionibus & mandatis, ſit reproba & iniuſta ex
115 eo, quia multum impedit † clericos, ac retrahit de miniſterio cultus diuini, cum paſsim cogantur quacumque ex cauſa coram ſecularibus reſpondere, ob idq; nõ poſsint commodè & liberè vacare miniſterio diuino, prout hanc rationem inter alias aduertit Rota deciſsione 10. aliàs 840. de conſuetudine in antiquis, Couar. practi. queſtione c. 31. numero 3. 4. 5. vbi dicit quod etiam ſi hæc exemptio clericorum iure humano competat, adhuc tamen in vniuerſum tolli non poteſt, eſſet enim hæc abrogatio maximè iniurioſa ſtatui ſacerdotali, nimiſq; miniſteria diuina perturbaret,
116 & euerteret, licet in aliquibus † cauſis vel perſonis poſſet limitari, niſi ex ea parte dedecus etiã immineret ordini Eccleſiaſtico, & graue damnum quieti & tranquilitati miniſtrorum, vt ibi Couarr. cum Cardinali reſoluit.

Aut vero reprobatur hæc conſuetudo in d. deciſsione Rotali ſub prætextu, quod hæc exemptio clericorum
117 ſit † de iure diuino, vt eſt magis communis opinio ſecundum gloſam in c. quamquam in verbo diuino de cenſibus in 6. gloſa in can. ſi Imperator verbo & diſcuti 96. diſtinctinc. & ibi omnes Abb. Felin. & Decius in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ de conſtitutio, magis communem dicit Bouadilla in Politica lib. 2. c. 18. n. 17. vbi longa additio in littera A. quæ quamplures allegat, Couar. etiam vbi ſup. Clarus §. fin. q. 36. vbi de communi Decianus in tractatu criminali tomo 1. lib. 4. c. 9. vbi etiam multos allegat, & extendit ſimiliter multis mo-
118 dis, & inter alios etiam ſi † conſuetudo in contrarium extaret, per quam clerici à iudice ſeculari etiam Rege iudicarentur, pro vt tenuit Rota vbi ſupra, reprobando cõſuetudinem Angliæ, vbi de conſuetudine conueniuntur cleri coram iudice ſeculari in realibus, perſonalibus, & mixtis actionibus, quam ibi iuſta ratione reprobat Rota, & Couar. numero quinto, tamquam ſine moderamine, & multum impedientem clericos, ac nimis grauoſam ex omni parte ſtatui ſacerdotali, quo caſu non valeret, etiam quando exemptio eſſet de iure hu-

humano ſecũdum Couar. quid quod
119 cũ ſit de iure diuino, † ideo nõ valet c.
clerici de iudicijs, vbi omnes Abb. &
glo. idẽ reſpõdẽt, Rochus de Curte. in
c. cũ tãto. de cõſuetudine n 12. vbi cũ
ſequẽtibus reprobat multas conſuetu
dines cõtra ius diuinũ, & hãc dicit co
munẽ, ſequitur Couar. vbi ſup n. 5. vbi
de comuni, c. ſi diligenti de foro cõpe
tẽti, c. ſi iudex laicus de ſentẽtia exco-
municationis. comunẽ dicit Bouadilla
vbi ſup. n. 18. vbi copioſa additio cap.
qualiter vbi Abb & alij de iudi. imo.
idẽ eſſet, etiã ſi cõſuetudo foret præſ-
120 cripta † de tẽpore immemoriali, quia eſ
ſet ſine ratione, & cõtra ius diuinũ, &
ſic nõ valeret Decianus, n. 14. Bouadi
lla 18. vbi additio Couar. n. 5. Rochus
de Curte vbi ſup. Rota, vbi ſup. Ab-
bas, & alij in c. Eccleſia Sanctę Mariæ
de cõſtitutionibus, & in c. 2. de iudic.
apud quos omnes de comuni apparet,
& licet dicatur cõtra ꝙ immemoria-
121 lis, † habet vim priuilegij c. ſuper qui
buſdã §. pręterea de verb. ſig. c. vnico
de pręſcription. in 6. l. hoc iure. §. du
ctus aquę ff. de aqua quotidiana &
ęſtiua, Abbas cõſ. 20. in primo, quo ca
ſu nec requiritur allegatio tituli Alex.
cõſ 6. col. 2. in primo & 125. in ſecũdo.
Vnde ſicut Papa poſſet hãc cognitio-
nẽ delegare iudici layco vt ſupra vidi
mus, & latius Decianus n. 66. idẽ dicẽ
dum videtur, ꝙ poſſit immemorialis,
122 adhuc tamẽ † hęc ratio nõ obſtat, quia
argumentũ procedit, data capacitate,
& habilitate vtentis Ioannes Mona-
chus in c. 2. de præbẽdi Abbas Felin.
in c. causã de præſcriptionibus, ſecus
aliàs, ex hoc infert Crauetta de antiqui
tate 4. p. verſ. materia ſingularitatis
n. 78. quod nõ datur pręſcriptio quã-
123 tũcũq; † antiqua in his, quę poſſideri
nõ poſſũt, puta res ſacra, locus publi-
cus, via publica, quę ſicut poſſideri nõ
poſſũt per priuatos, ita nec preſcribi
c. causã quę vbi Abbas, & alij de pręſ
crip. vbi laici decimas nõ pręſcribunt,
quia eas poſsidere nõ poſſũt, & de re
b⁹ quę nõ ſũt in comertio noſtro, &
124 poſſideri nõ poſſũt, quod † pręſcribi
etiã nõ poſsint, tradit Bald. in l. omnes
in fine C. de pręſcriptionib⁹ triginta vel
quadraginta annorũ, Felin. in rubrica
de pręſcrip. Vnde elegantiſsimè Gar-
cia de nobilitate, glo. 12. nu. 80. dicit,
quod ſi per rerum naturam, & rei ve-
ritatem numquam potuit cõtingere
titulus, qui erat pręſumẽdus ex imme
125 moriali, quod tunc immemorialis †
poſſeſsio nihil valet, etiã ſi immemo-
rialis iſta ſit mille annorum, vbi exẽ-
plificat, & cum multis authoritatibus
comprobat, his enim caſibus remanet
ſine titulo immemorialis in nuda ra-
126 tione tẽporis, quod † quidẽ obligatio-
nẽ nõ parit, nec tollit l. obligationũ fe
rè, §. placet ff. de actio. & obliga. Vn-
de Bald. in l. 1. C. quãdo non petentiũ
partes dicit, ꝙ illud quod nõ eſt renũ
tiabile, nec ceſsibile nõ eſt pręſcripti-
bile, quia cũ nõ poſsit fieri per cõſen-
ſũ naturalẽ, qui eſt de iure naturali, mi
nus poterit fieri per tẽporis curſũ ꝙ
127 nihil aliud eſt † quã mẽſura durationis
ſecundũ prius & poſterius arg. l. 3. §.
qui fideicomiſſã ff. de hęredibus inſti-
tuendis. Vnde nõ valet immemorialis
ad pręſumendũ titulũ, qui per rerũ na
turã nõ potuit cõtingere, latius Garcia
vbi ſup. cũq; in noſtro caſu (adrẽ, redeũ
128 do) laicus incapax ſit huius † cognitio
nis in clericos, tamquã rei ſpiritualis,
ideo neq; tẽpore capax fieri poteſt, ꝙ
procedit etiã ſi Papa conſcius fuiſſet
de tali conſuetudine, & nihil diceret,
nã adhuc talis cõſuetudo non valeret
data incapacitate in laico, Abbas in c.
quãto de cõſuetud. Felin. in c. accedẽ
tes de præſcrip. Decian. vbi ſup. n 16.
ꝙ magis cõprobatur ſi aduertam⁹ ꝙ
ſecũdũ Couar. vbi ſup. n. 4. & in epi-
thome ad 4. decreta. 2. p. c. 6 §. 9. licet

Papa habeat poteſtatẽ interpr æ tandi
& declarandi ius diuinum, diſpenſandi vero facultatem non habet contra
illud, nec cauſa aliqua id pati poteſt,
vt ibi latius.

His videtur ſupradicta deciſio Rotalis magis roborata, & confirmata,
& non parum vrgentiſtæc rationes.
129 verum † ſub ceſura ſemper ſanctæ
catholice, ac Romanæ eccleſię exemplo Bart. qui in ſimili materia, ſimilem proteſtationem facit in l. reſcripto §. fin, ff de muneribus, & honoribus ibi. *Salua correctione, & determinatione ſanctæ matris eccleſiæ, quia ſi aliud determinaret, & ego aliter determino*, Ita & ſupra d. DD. idem pro
130 teſtantes † aliter ſentiunt quàm, dicta
deciſio determinauerit, & primo, capiendo primam partem diſtinctionis ſupradictæ, quod ſcilicet hęc conſuetudo ſit nimis grauoſa, & preiuditialis ordini clericali, & ſic non valeat tollere, nec reſtringere exemptionem clericorum, etiam ſi ſit de iure poſitiuo, non obſtabit ſecundum eos hæc ratio, quia licet in genere, & abſolutè conſuetudo hæc quo ad omnes cauſas, & quo ad omnes clericos nõ valeret, tamquã multum periuditialis ſtatui clericali, & contra ſtatum eccleſiæ, vt in d. deciſione 10. continetur; immo quod plus eſt, non poſ
131 ſet Romanus † Pontifex in vniuer-
ſum tollere hanc exemptionem, vt reſoluit Couarr, vbi ſupra numer. 4. in fine, ſecundum quod reprobatur per omnes conſuetudo Anglię, tamquam nimis generalis, tamen quo ad certas cauſas, & certos clericos poſſet Romanus Pontifex hanc exẽptionem limitare, & reſtringere, ex cauſa publicæ vtilitatis, & idem poſſet conſuetudo, niſi ex ea parte dedecus immineret ordini eccleſiaſtico, & graue damnum ordini ſacerdotali, ita Couarr. num. 4. & 5. ita ſentit
132 Decian. num. 66. vbi, quod licet hęc
† exemptio non poſsit in vniuerſum tolli, poterit tamen in aliquibus caſibus limitari, & loquitur Decian. ſupponendo quod ſit de iure diuino hæc exemptio, quod fortius eſt, ſequitur
133 Gartia de nobilitate, glo. 9. nu. 35. vbi
dicit, quod mixta conſuetudo, † procedens a tacito concenſu clericorũ, & laicorum (qualis noſtra eſt) maximã habet vim, etiam in eccleſiaſticis perſonis. glo & DD. in cap. vir autem de ſecũdis nuptijs Abb. in cap. cum veniſſent, de eo qui mititur in poſſeſsionem, ideo etiam ſi non poſsit omnino iſta exẽptio tolli, aut reſtringi in magnũ eccleſiæ damnum, poteſt tamen aliquibus caſibus rei publicę vtilibus, & honeſtis per conſuetudinem legitimam limitari, quantum patiatur bo-
134 num, & equum, quia iuris humani &
poſitiui eſt hęc exemptio, † etiã ſi cõformis iuri diuino, vt ſic quo iure introducta eſt hęc exẽptio, eodẽ iure apud
135 varias orbis partes reperiatur limita-
ta, licet † in noſtro Regno Aragonię minus quàm alibi, vbi fautores & obſeruatores omnes ſunt iuriſdictionis eccleſiaſtice, ſequitur Iulius Clarus §. fin. practicæ criminalis quæſt. 36. verſ. ſed ea Tho. Bozius de iure ſtatus capit. 17. verſ. & quod Papa etiam, apud quos licet non valeat conſuetudo nec quecumque conſtitutio humana dictans, quod clerici conueniantur coram ſeculari, & quod eſt
136 comunis, id tamen † intelligitur
ſecundum eos de conſuetudine, quæ generaliter ſubijcit clericos, ſecus de ea quæ in aliquibus caſibus, vel cauſis id operatur, nam vtique valet, & ſupponunt iſti Doctores, quod hæc exemptio eſt de iure diuino, quod fortius eſt, ſequitur Rodericus vbi ſupra, numer. 62. & 57.

Ex qua

Ex qua ratione ſequitur aliud non minus cõſiderabile in eadẽ materia, quod ſcilicet licet immunitas Eccleſiaſtica & libertas conſiſtant, tam in perſonis quam bonis Eccleſiaſticis, auth. caſſa. & irrita C. de ſacro ſanct. Eccle. Felin. in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ à n. 7. de conſti. vbi Abb. tamen iura ſuprema, & alta regia, quæ Reges & Principes exercent in certis caſibus contra certos, etiam clericos, non violant libertatem Eccleſię, cum illud fiat abſque iniuria Eccleſię pro conſeruãda quiete, pace ſubditorum, & totius regni vtilitate; & bono publico; in certis caſibus, & non generaliter, veluti exẽpli gratia, quod iudex ſecularis cognoſcat de cauſis ciuilibus exemptorũ, vt fieri, & obſeruari in Cathalonia, tradit Oliban. de iur fiſ. c. 14. à n. 3. cum ſequentibus, idq; ex eo, quia non habeant in prouincia iudicem competentem, & hoc non in ſpiritualibus, & criminalibus, ſed tantũ, ciuilibus ex contractu, vel quaſi, quod defendit Oliban. cum ſit hęc cõſuetudo particularis quo ad certos clericos tantũ ex antiquiſsima cõſuetudine, vt idem etiam tenet Bouadill. lib. 2. c. 18. n. 117. tom. 1. vbi quod poteſt poteſtas ſecularis punire delinquẽtẽ clericũ, qui exemptus ſit, & ſuperiorẽ in regno nõ habeat, ſoli Papæ ſubiectus, allegat Nauar. in c. cũ contingat, remed. 1. verſ. vndecimo facit, idẽ ſequitur Belluga in ſpecul. prin. rub. 11. §. videndũ n. 12. vbi quod aliàs iure & foro tollerari poteſt antiqua regni conſuetudo, quod Princeps in regno iuriſdictionem habeat in exemptos, & de hoc factũ forũ in regno Valẽtiæ teſtatur ibidẽ, quod etiã ſequitur noſter Molino in reportorio verbo Iuſt. Arag. verſ. itẽ Iuſtitia Aragonũ, fol. 202. col. 3. in fin. vbi quod de cõſuetudine antiquiſsima regni Iuſtitia Aragonũ eſt iudex in cauſis exẽptorũ in ciuilibus vt ibi, ratio eſt, quia cum non habeant ſuperiorem ordinarium, iuſtum videtur, vt coram aliquo faciant ius querelantibus, idem Molino vbi ſupra verſ. die 1. Dezembr. fol. 204. vbi refert, fuiſſe reſolutum in conſ. Iuſt. Arag. quod eſt iudex exemptorum in ſubſidium, quando non reperitur iudex, qui eos caſtiget, & hoc ad puniendum exemptos ratione exceſſuum in temporalibus, nõ autẽ in perſonis, & aliàs idẽ fuiſſe iudicatum in alijs cauſis refert ibi Molin. etiam quo ad perſonas clericorum, idque ſeruari etiam in Gallia, & Portugalia, refert Portol. ad Molin. d. verſ. item Iuſtitia Arago. ob id ne in regno à Romana curia valde diſtante, iudex deficiat, qui contra exemptos, ius dicere poſsit, idem Molin. ad verſiculũ die prima Dezembr. vbi quod Iuſt. Arago. poteſt caſtigare clericos exemptos, ratione criminum ab ipſis comiſſorum in bonis temporalibus, non in perſonis, quia eos tangere nequit, imo plus dicit Belluga, quod ſcilicet dicta cauſa non habendi iudicem in regno, in exemptos non eſt finalis, ob quam poteſtas ſecularis eos coercet, ſed fuit impulſiua ad dictam conſuetudinem antiquam introducendam, & quod ſic, licet hodie daretur iudex exemptis, nihilominus poteſtas ſecularis cognoſceret, vt refert ſic fuiſſe in facto practicatum ibi. Camil. tamen Borrel. ad Bellug. in lit. G. totum oppoſitum ſuſtinet, ſed maior pars ſcribentium tenet ſupra dictam reſolutionem, quam ego de iure amplecterer, quo ad effectum coercendi delicta clericorum exemptorum in temporalibus tantum, non autem in perſonis, vt tenet Molin. vbi ſupra, vel in ciuilibus, vt practica-

tur Cathaloniæ ſecundum Olibanũ, vbi ſecus in cauſis eccleſiaſticis, & criminalibus dicit de conſuetudine ibi obſeruari, quorum ratio videtur ſecũdum eundẽ Oliban. d. c. 14. num. 94. quia, quãdo iudex ſecularis in vim alicuius regaliç procedit cõtra clericum, vel perſonã eccleſiaſticã regularẽ, aut ſecularẽ criminaliter ad pęnam corporalem inflingendam eius perſonæ, vel pecuniariã fiſco aplicandam, tali caſu iudex ſecularis non poteſt diſtringere illum, cap. 1. de cler. coniug. in 6. capit. nullus iudicum de for. comp. extra, cap. ſi iudex laicus de ſententia excomunicationis in 6. Couarr. capit. 32. 34. in pract. imo totus diſtrictus eſt Epiſcoporum, & clerici per ſeculares capti, ſunt ſuis iudicibus reſtituendi, hæc ille, pro quo facit, quia iudex ſecularis non poteſt corporaliter caſtigare clericum in maioribus ordinibus conſtitutum, ſecundum comunem, niſi degradetur Bouad. vbi ſupra. n. 38. vbi bona additio in lit. F. nã quãtum ad perſonas clericorũ habetur pro perſona priuata iudex ſecularis, capit. 2. de iudi. ſic Decianus tom. 1. cauſa. crimin. libr. 4. capit. 9. numer. 82. vbi quod licet in aliquo caſu poſsit clericus puniri per iudicem laicum, veluti ſi coram eo falſum deponat, glo. in l. nullum vbi Bald. Zin. C. de teſtib. id tamen verum, modo ipſum ciuiliter condemnet in bonis. quod ſi vellet corporaliter punire. deberet eum ad ſuum iudicem eccleſiaſticum remittere Federi. de Senis conſ. 93. col. 3. Anchar. in c. 1. oppoſ. 4. de conſtitu. hodie tamen vltra quod hæc non ſatis ſecura apparent, de mea tamen ſententia non cognoſcet iudex ſecularis de exemptis clericis propter capit. 14. ſeſsio. 2. in conci. Trid. vt refert Oliba. vbi ſupra nu. 9. d. c. 14. & Bulla in Cena Domini rub. contra los officiales y perlados, que euocan cauſas, nam & Oliban. tutius eſſe conſulit ſuperſedere in tali cognitione Modo redeundo ad id àquo digreſsi ſumus, licet nõ valeat cõſuetudo, quę generaliter eximit clericos a iuriſdictione eccleſiaſtica, & ſubijcit ſeculari: valeuit tamen quo ad certos caſus, certas cauſas, & certas perſonas, etiam quod iuris diuini eſſet exemptio clericorum, neque mirum, hoc eſt ſuppoſito quod ſit de iure poſitiuo vt multi tenent, nam regula eſt vulgatiſsima, quod conſuetudo † preualet iuri poſsitiuo capit. cum tanto de conſuetudine l. de quibus ff. de legibus Et ſecundum Baldum in l. quicum-
138 que C. de ſeruis fugitiuis, illud, quod eſt conſuetum, dicitur neceſsarium, & non arbitrarium, & tantum poteſt conſuetudo, quam principis † aut Papę gratia Innocent. in capit. ad Apoſtolicam de ſimonia, & in capit. nouit de iuditiis, & in capit. cum
139 contingat de foro competenti, imo & contra Canones valet conſuetudo, Abbas in capit. venerabilis de prebendis, & tranſgreſor † conſuetudinis debet puniri, ſicut trangreſor legis, vt cum multis proſequitur et ornat Rochus de Curte in d. capit. cum tanto, a numero. 9. cum ſequentibus. Ex quibus ſatis remanet reſponſum ad primam rationem fundamentalem deciſsionis Rotalis.

Nunc ad aliam rationem deueniunt ſupra dicti Doctores ſcilicet, quod conſuetudo iſta ſit nulla, tamquam contra ius diuinum, quo clerici dicuntur exempti, ſecundum comunem, a poteſtate ſeculari, vt ſic nulla conſuetudo, nullaque principis conceſsio id tollere poſsit, & per conſequens nec licitum ſit iudici laico intromittere ſe de his cauſis clericorum, nec clerico recurrere ad auxilium

lium iudicis ſecularis, quæ argumentatio ex multis diluitur, ab his qui cōtrariç ſunt opinionis in re hac, de qua agimus.

Et primo licet verum ſit, quod di-
140 cantur clerici exempti † in perſonis, & rebus de iure diuino ſecundum magis communem opininionem, vt ſupra, non tamen ita abſolutum id eſt, quin multi ſimul, & grauiſſimi viri teneant oppoſitum, quod ſcilicet in criminibus & rebus temporalibus, (demptis rebus verè ac propriè
141 ſpiritualibus,) dicantur † exempti potius de iure poſitiuo per leges canonicas, & pontificales, & etiam ſeculares, vt in c. at ſi clerici, c. clerici c. qualiter de iudi. cap. 2. de foro competenti, & in authentico, vt clerici apud proprios Epiſcopos, vt tenent Couar. vbi ſupra numero 2. verſ. contraria opinio, Bouadilla d. cap. 18. numero 23. Innocent. in cap. 2. de maioritate, & obedientia Petrus de Ferrara, in titulo de confeſſoria §. plenam colum. 1. Garcia vbi ſupra, gloſa 9. num. 8. & 12. Baldus, Paulus, Salycetus, Fulgoſius, & Alciatus in l. iubemus nullam, C. de ſacroſ. Eccleſ. & multi alij allegati per Bouadillam vbi ſupra n. 4. in littera G. & ſic Iulius Clarus vbi ſupra dubitat de contraria opinione, dicens, quod illa in puncto iuris non tranſit
142 ſine difficultate, nam ſi exemptio † iſta eſſet de iure diuino, non daretur fallentia, ſeu caſus ſpecialis, in quo iudex ſecularis cognoſceret de cauſis clericorum, cum tamen multi ſint, vt quam plurimos recenſet Bouadilla vbi ſupra, à num. 42. cum ſequentibus, qui num. 29. hac vtitur argumentatione. Ex quo reſultat quod hæc diſputatio eſt multum dubia de iure, cum opiniones ſint pro vtraq; parte, vnde ſtandum eſt conſuetudini
143 † circa interpretationem dubij huius iuris, vt in proprijs terminis reſoluit Craueta conſ. 258. nu. 8. nam quando verſamur ſuper actu dubio de iure, an teneat, vel non, an ſit peccatum, vel non, & ſic an ſit contra ius diuinum, tunc conſuetudo valet & excuſat etiam à peccato, Abbas in c. vene-
144 rabilis de conſuetudine, eſt enim † conſuetudo optima interpres iurium, & dubiorum, Abbas in cap. at ſi clerici de iudic. Bart. in l. quis ſit fugitiuus §. apud Labeonem, de edilictio edicto latè Rochus de Curte in d. c. cum tanto ſectione 1. numero 2. verſiculo 3. limita &c. cum ſequentibus. Vnde in noſtro caſu ſuper hoc dubio, an exempti ſint de iure diuino, vel humano, & an iudex ſecularis poſſit in caſu violētię intromittere, ſeu vel nō,
145 potuit conſuetudo † id interpretando declarare, maximè in aliquo caſu particulaai, veluti noſtro violentiæ, quod facilius ſit, vt infra dicemus, & ſic in hoc regno, ad obtinendam inhibitionem, ne iudex à quo appellatum eſt, aliquid attentet vim inferendo, haberi ſolet recurſus ad iudices ſeculares à tēpore immemoriali.

Aliter & ſecundo reſpōdetur, quod cōſuetudo generalis, trahendi clericos ad iuditium ſeculare reprobatur, cum
146 ſit contra ius diuinum ſecus † autem, dicendum eſt de particulari conſuetudine, qua quibuſdam caſibus clericorum exemptio reſtringitur, ac limitatur, hæc enim valida eſt, nec diuino iuri aduerſatur, vt in expreſſo tenet Iulius Clarus vbi ſup. verſ. ſed ea, vbi dicit, quod valet hęc cōſuetudo particularis in aliquibus caſibus vel cauſis, vel reſpectu certarum perſonarum, & quod ita in pluribus locis in diſtinctè

in practica obſeruatur in hoc que inclinat Bouadilla vbi ſupra numer. 18. Couar. num. 5. Decianus num. 66. Rodericus Gallecus de annuis redditibus lib. 1. quæſt. 17. numer. 58. & 62. Gartia vbi ſupra qui in aliquibus cauſis, ſeu perſonis limitari poſſe hanc
147 exemptionem, ſuadente † tamen cauſa publica, exiſtimant, quæ conueniens ſit reipublicæ, & ſtatui ſacerdotali graue detrimentum non ferat, verum quia tam Couarr. quam Garcia Bouadilla, & Rodericus loquuntur, ſuppoſito, quod ſint clerici tantum exempti de iure humano poſitiuo, quo caſu dicunt valere conſuetudinē quo ad aliquos caſus, non vero vniuerſalem contra hanc immunitatem, quod veriſsimū eſt. & non loquuntur ſuppoſito, quod ſit de iure diuino hęc exēptio, vt contra illud ius valeat conſuetudo particularis, ideo ad aliam ſolutionem recurrunt ſupra d. DD. & ſic.

148 Omiſſa illa quæſtione an † conſuetudo poſsit diſponere contra ius naturale, vel diuinum, quotieſcumque ratio naturalis id ſuadet, in quo Rochus de Curte in cap. cum tanto gloſa. 1. n. 8. de conſuetudine, & ſectione. 1. num. 8. tenet quod ſic, dicens in hoc nō dari contradicentem, & quod legitima cauſa diſpenſandi eſſet cauſa publicæ vtilitatis, & quod alia non ſuficeret, de quo idē Rochus ibidem numer. 3. latius proſequitur. Omiſſo etiam an Princeps ſecularis, & a fortiori ſummus Pontifex † & etiam ſtatutum poſsint ex cauſa publica contra ius diuinum ſtatuere limitando illud, in quo partem affirmatiuam tenent Abbas in cap. non eſt, de voto, & in cap. quæ in eccleſiarum vbi alij de conſtitutio, quam opinionem dicit communem Hieronimus Gratus conſ. 1. numer. 31. volum. 2. alios multos allegat Decius ibi numer. 13. id declarando in ſequentibus numeris, aduerſus quos, imo quod hæc diſpenſatio, & limitatio contra ius diui-
150 num non liceat fieri † etiam per Summum Pontificem in totum, nec in parte, tenet Couar. d. capit. 31. numero. 4. verſ. primum, circa medium, & in epithome ad quartum decretal. 2. part. capit. 6. §. 9 numer. 4. optima additio ad Decium in d. capit. quę inefficax in litera, E. Omiſsis igitur his quæſtionibus illud citra omnem difficultatem eſſe dicunt, quod ſicut
151 princeps † poteſt ius diuinum interpretari, & declarare, ex qua declaratione conſtet ius illud ad caſum aliquem non extendi ex aliqua cauſa, prout tenet Couarr. in dictis locis alios multos allegans per textum in cap. maiores de baptiſmo, cap. per venerabilem, qui filij ſint legitimi, ita ſupradicta additio ad Decium, vbi quod humana poteſtas poteſt interpretari, vel declarare ius diuinum in materia ſpectante ad ſuam iuriſdictionem, ita
152 etiam conſuetudo † poteſt diſtinguēdo, & declarando limitare ius diuinum ex cauſa publicæ vtilitatis, ita Rochus vbi ſupra nu. 6. dicens, quod in hoc nullus diſcrepat, nam diuina
153 ſcriptura † ſecundum eum, recipit interpretationem a conſuetudine Abb. in d. cap. maiores, quod ſi hoc ita eſt, quę maior cauſa publicę vtilitatis ad ſic declarandum ius, quam hæc? quę non ſolum iuridica eſt, & a Romanis Pontificibus cognita, & approbata, verum etiam fouet totius reipublicę Chriſtianę vtilitatem, & quietem, & perpetuum fędus inter iuriſdictionem eccleſiaſticam, & ſecularē, maxime quia ratione huius publicę vtilitatis, veluti ſi clericus eſſet ribaldus, & turbaret publicam quietem, & tranquilita-

154 quilitatẽ reipublicę † poſſet iudex laicus eũ expellere & occupare ob id ei' tẽporalitates ſecũdũ Bouadillã vbi ſupra n. 112. & in hũc finẽ maximè cõducũt tradita vbi ſup. per Couar. Garciã Rodericũ, Bouadill. Iul. Clar. & alios,
155 quod licet abſolutè † nõ valeat cõſuetudo dans laicis cognitionẽ in clericos, tamen in particulari caſu valebit, vt per eos, quæ ratio procedit etiã ſi de iure diuino ſint exempti, nõ enim per talẽ cõſuetudinẽ particularẽ impeditur finis illius exemptionis, ne ſcilicet clerici impediãtur & retrahãtur à diuinis officijs, licet in caſu particulari, coërceãtur per iudicẽ laicũ, ex cauſa publicę vtilitatis tendẽtis ad cõſeruãdam quietem, & pacem vniuerſalem.

Ad hæc multi ſunt caſus de iure, in
156 quibus Eccleſiaſtici iudicãtur † à iudicibus laicis, & ab eis coercẽtur, vt patet per Bouadillã vbi ſup. per multos numeros, & ſignãter n. 60. 61. 62. 65. 73. 84. 89. 93. 112. 114. 130. 139. inter quos caſus iſte noſter connumeratur, & ſic licebit etiã citra cõſuetudinẽ. Et apud ſup. d. DD. tractatur ãn id liceat
157 abſq; periculo incurrẽdi in cẽſuras † Bullæ Cænæ Domini, quia dicit Nauar. in Manuali c. 27. n. 69. verſ. 3. quod per illa verba, excludũtur ab hac cenſura iudices ſeculares, qui in caſibus à iure permiſſis vocant ad ſua tribunalia Eccleſiaſticos.

Alio modo reſpõdetur ad deciſsionẽ illã Rotalẽ, etiã dato, quod iſta exẽptio ſit de iure diuino, quia ſicut põt
158 † Papa cõcedere priuilegiũ alicui Regi, Principi, vel iudici laico procedẽdi cõtra clericos, pręſertim in atrocioribus, & ſic limitatim in aliquibus caſibus, vel reſpectu certorũ clericorũ, ſecũdũ Decian. n. 66. Couar. Boua. Roderi. vbi ſup. & etiã delegare cognitionẽ iſtã, idẽ Decianus n. 70. eodẽ etiã modo, id per cõſuetudinẽ, & pręſcrip-
159 tionẽ † immemorialem acquiri poteſt, quia ea probata credẽdũ eſt, præceſſiſſe titulũ legitimũ, ſecundũ Corn. cõſ. 24. in 4. n. 20. etiã ſi à lege pręſumendus ſit l. 2. §. deniq; ff. de aqua pluuia arcenda, & dicitur immemorialis, ha-
160 bere vim † iuſtitiæ, Socin conſ. 65. lib. 2. n. 37. proſequitur latiſsime Garcia de nobilit. glo. 12. à n. 54. cũ ſequentibus, ita ex hoc capite hanc cõſuetudinẽ, de qua agimus tuetur Decian. vbi ſup. n. 15. & 67. Rodericus n. 63. & licet cõtra id dici poſſet, quod nõ prodeſt immemorialis data incapacitate in pręſcribẽte vt ſup. diximus, nã cũ per eã pręſumptus titulus tantũ inducatur, ſi tamẽ ſimus certi, quod ille in rerũ natura non potuit dari propter incapacitatẽ, nõ debet aliquid operari, Garcia latius vbi ſup. n. 80. adhuc
161 tamẽ Rodericus † nõ obſtãte hoc fundamẽto immemorialem tuetur n. 63. quod maximè procedit ſi cum imme-
162 moriali allegetur † titulus, licet de eo nõ cõſtet aliter, quã per immemorialẽ, vt tenet cum multis Decian. n. 62. Alex. cõſ. 6. in primo Decius conſ. 85.
163 col. 2. & præſertim ſi de † priuilegio extaret aliqua fama ſecũdũ eudẽ Decian. n. 15. & data ſcientia, tolerãtia, & approbatione Romani Pontificis, vt in caſu iſto videtur res extra omnem dificultatẽ eſſe ſecundũ Gregor. Lopez, Azebed. Salced. & alios ſupra allegatos, cũ ſufficiat ad id etiam taci-
164 tus conſenſus † Rom. Pontificis ſecundũ Butr. in c. fin. de cõſuetud. Gemini. in c. 1. eod. tit. Bellug. in ſpecul. rub. 11. §. videndum à n. 12. cum ſequentibus, licet additio ibi in lit. G. teneat totum oppoſitũ, dicens, quod Belluga voluit placere Regi, quæ tamen loquitur de conſuetudine generali, & vniuerſali, non vero de limitata ad caſum aliquem particularem, vt hic loquimur.

Verum ratio, quæ magis ſecundũ ſupra d. DD. conuincit, & magis reſpondet rationi contrariæ eſt in breui illa, quam ſupra iam tetigimus, quod ſi licet prohibita ſit de iure diuino,
166 ordinaria, & iudicialis cognitio † laicorum in clericos, non tamen extra iudicialis, & per viam defenſionis cha ritatiuę cognitio, vt reſoluunt omnes ſupra allegati in principio, ſequuti Aff flict. decil. illa 24. vbi id eleganter enarrat & probat, vt ex hac etiam ratione defendit conſuetudinẽ Galleciæ Rodericus vbi ſupra n. 58. cum id
167 liceat iudicibus laicis ad eũ † effectũ, vt reſpublica quieta ſit, & tranquilla, & ne fiat alicui iniuria, & violentia, & indebite poſſeſsione ſua ſpolietur, vt tenet etiam Couar. vbi ſupra d. c. 35. n. 2. quod certè cum hac conſuetudine maximè conſonat, ſecundũ quã iudex ſecularis non cognoſcit † de aliqua iuſtitia, ſeu iniuſtitia etiam in lite pendente ſeu tenuta, ſed tantum extra iudicialiter de violentia, & nullitate ſe informat, ſummariſsimè viſo proceſſu, quo ſic viſo ſitus interponit partes ad illud medendum, quare dicti DD. talem conſuetudinem iuſtiſſimam reputant, donec & quouſq. Rom. Pontif. contrarium determinet, cuius & Sanctę Rom. & Cathol. Eccleſiæ ſententiæ, & cenſuræ ſubmittunt hanc ſuam opinionem, prout & nos facimus, & hæc conſuetudo, li-
168 cet vigeat regulariter in curia † Iuſtitiæ Arago. a qua emanant iſtæ inhibitiones, & firmæ contra iudices Eccleſiaſticos, ne pendente appellatione ab eorum ſententijs interpoſita aliquid innouent, & attentent, Re-
169 gia etiam curia † ſimiles inhibitiones facere poſſet, ſiue quia id de iure ſit, ſiue quia conſuetudo obtenta in vna
170 curia, debet † ad aliam curiam eiuſdem loci extendi, vt tenet Roch. de Curte in d. cap. cum tanto ſectione 4. numero 17. quapropter dubia redditur ſupra d. determinatio de damnando iſto recurſu ad iudices ſeculares ratione violentiæ, quam committunt iudices Eccleſiaſtici, attentando, & innouando appellatione pendente, vbi illa iuſta ſit, cum iſte recurſus fiat extraiudicialiter vt tollatur violentia, non ad cognoſcendum de cauſæ meritis, nec ad iubendũ aliquid fieri, aut reuocari, vt Rotalis illa deciſsio opinatur, ſed ſolum ne aliquid fiat † violenter, in ſu-
171 perioris iudicis vilipendium, donec à Romano Pontifice debitum remedium prouideatur, vt Couar. in locis ſupra d. & alij tenent, id quod Curia Rom. ſemper amplexa eſt, vt in deciſsionibus ſupra adductis apparet, quarum tenor eſt qui ſequitur, vt accepi.

Tarraconenſis villæ de Reus, veneris 4. Dezembr. 1592. coram R. P. D. Seraphino.

FVIT per Dominos concluſum
172 poſſeſsionẽ † captam per Dominum Archiepiſcopum non fuiſſe attentatam, quia Archiepiſcopus habebat facultatem illam capiendi propria auctoritate, ſibi conceſſam in breui confirmationis, vnde licet Vrbanius agendo fuerit aditus iudex ſecularis pro aſsiſtentia, non tamen hoc facit, quin voluerit vti facultate ſibi competenti Pariſ. conſ. vlt. lib quarto Achil. deciſsione vltim. de attenta. per doctrinam Bart. in l. 2. numero 26. C. de pignor. Ruin. conſ. 252.

252. numero 10. lib. 4. Socin. conſ. 82. num. 8. lib. 5. Decius in l. vlt. nu. 5 C. de pactis Zucardus in l. 1. num. 49. eod. titulo & vniuerſitas non poſſidebat, vnde ceſſat doctrina allegata in contrarium Bart. in l. creditores C. de pigno. Neque obſtat inhibitio Rotalis, cum data fuit iuxta formam commiſsionis, quæ habet clauſulam ſine præiuditio executionis litterarum Apoſtolicarum, Pute. deciſſ. 323. lib. 3. cum alijs allegatis per modernos Peruſ de attenta. poſt inhibitio. in 3. limitatione. Nec obſtat, quod hæc clauſula ſit restricta, ita vt non impediat executores Apoſtolicos, quia non ideo cenſetur ablata facultas capiendi propria auctoritate, cum executio litterarũ Apoſtolicarum ſit ſimpliciter reſeruata, vltra quod poſſeſsio ita poteſt ſuſtineri, tamquam data ab executoribus Apoſtolicis, quia à Domino Amerino executore deputato in litteris, fuit expeditus proceſſus fulminatus, directus omnibus & ſingulis, qui fuit preſentatus Ioanni Sabales officiali Regio, ad
173 quem Vniuerſitas † habuerat recurſum, & illius vigore potuit procedere vti merus executor, ad notata in cap. fin. de præſumptio & ſic ceſſat quod dicitur inferiores citra titulum attentatorum non potuiſſe ſe in huiuſmodi executione intromittere, ex quo Papa dans ſpeciales executores, videtur hanc executionem ad ſe auocaſſe iux. cap. vt noſtrum de appellatio Rot. 3. de appellat. in nouis Felin. d. c. fin. nu. 35.

Salmantin. Cannonicatus, 24. Maij. 1595. coram Illuſtriſsimo D. Blanqueto.

174 RESOLVTVM fuit Antonium de † Soria manutenendum, cum enim per reſignationem Felicis factam in manibus ordinarij vacaret poſſeſsio Canonicatus, de quo agitur, Rot. de renuncia. in antiq. Caſſado decıſ. 4. nu. 3. de reſt. ſpol. potuit illius capere poſſeſsionem Antonius, & eius poſſeſsio eſt manutenibilis.

Non obſtat quod acta non ſint integra, quia notarius teſtatur de continuato regiſtro fol. 42. Non obſtat exceptio excomunionis propter re-
175 curſum ad conſilium Regium, nã iſte recurſus † hoc caſu ad defenſionem propriæ poſſeſsionis, & appellationis admiſsionem non eſt improbatus. Achil. deciſsione 36. de appellat. Vrbanius enim egit cũ poſſet iudici de facto procedenti de facto etiam reſiſtere Pariſ. conſ. vlti. lib. 4. & fuit dictum in illa Tarraconen. Villæ de Reus, coram R. P. D. meo Decano,
176 præterea † excomunicatus, auditur pro defenſione ſuæ poſſeſsionis cap. intelleximus de iudi. Menoch. de retinen. remed. 3. n. 72. & ſequen.

Nec refragantur allegata ex defectu tituli, primo quia in hoc iuditio
177 retinendæ, non obſtat huiuſmodi † defectus, vt fuit nouiſsime reſolutum coram R. P. D. meo Cordoua ſñ vna Parmen. Prioratus, ſecundo quia hoc reſpicit petitorium, tertio quia cum Prior ſecundo loco conſtitutus prius reſignauerit, primus cenſetur reuocatus Caſſad. 2. de appellat. Vantius de nullita. ex defectu mandati n. 171.

Poſſeſsio Didaci non venit conſideranda, cum ſit mera turbatio, & iudex nulliter ad eius fauorem proceſſerit, & Antonius numquam ſe habuerit pro ſpoliato.

Idem

Idem fuerat iudicatũ in alia deci-
ſione Rotali, quę eſt in recollectis per
R. P. D. Aquilem de Graſsis ſacræ
Rotæ auditorem præſtantiſsimum,
& eſt deciſio. 36. ſub titulo de appel-
178 lationibus cuius verba ſunt † *Atten-
taſſe illũ noluerunt domini in vna Eluẽ.
coram domino Proſpero, qui poſt inhibi-
tionem à Rota iuit ad conſilium Regiũ,
pro manutenſione poſſeſ. ionis ſuæ, quam
poterat propria authoritate defendere,
quia Vrbanius egit, per pluraque ponit
Pariſ. conſ. vltim. volum.* 4. quam
deciſsionem approbant, & ſequun-
179 tur Lancelotus † de attentatis 2. p.
c. 4. limitatione 1. n. 36. & declaratio-
ne 4. n. 36. Quintilianus Mandoſius
in tractatu comiſsionum 14. formula
in verbo reuocandi verſ. 4. quæro fol.
mihi 83. in paruis, dicens, quod hæc
deciſio non eſt iuri & rationi diſſo-
na, licet prebeat ocãſionem Regi-
bus, & alijs dominis temporalibus,
intromittendi ſe, circa res Eccleſia-
ſticas, contra caput nouit. de iudit. &
alia iura, quibus cauetur, quod Rex
non poteſt habere iuriſdictionem in
clericos, etiam ex conſuetudine, vt ſu-
pra latè, cuius manutentionis ocaſio-
ne ſeculares ſe conſtituunt iudices,
alia que faciunt, quæ ipſe Mandoſius
ſilẽtio pretermittit, quod & iſti DD.
abhorrẽt, abſit enim quod aliquis de-
fendat, immo nec putet ocaſione hu-
180 ius manutenſionis, † ſeculares acquire
re iuriſdictionẽ in clericos, ſolũ enim
dicunt ſup. d. DD. quod iudex ſecu-
laris poteſt tollere violentias, & ex-
torſiones illatas à iudicibus Eccleſia-
ſticis, quarum reparatio difficilis eſt,
propter longam abſentiam Romani
181 Pontificis, idq; extraiudicialiter, ac †
per modum charitatiuę defenſionis,
ne pax publica turbetur, commotio-
neſq; fiant, occaſione iſtarum violen-
tiarum, vt ſupra diximus, non autem
quod iuriſdictionem exerceant, & in
hoc cum Mandoſ. concordãt omnes,
ſicut in alio, & ipſe hanc ſequitur opi
nionem.

Iam igitur, ſecundum eos non ap-
parebit res hæc noua, cum totiès iudi
cata, & approbata fuerit in curia Ro-
mana, per tot doctiſsimos ac religio-
ſiſsimos ſacræ Rotæ auditores, quod
aduertere debent omnes, qui hac
de re alloquuntur, quando determi-
nationes ſecularium ſenatuum, & tot
doctiſsimorum virorum citra, & vl-
tra montanorum ſententias parui fa-
ciant, quod quemcumq; virum deti-
nere debet, quouſque Summus Ro-
man. Pontifex rem ſua authoritate
decidat. Poſteà tamen, vt accepi re-
perio, meis temporibus variè fuiſſe
182 determinatum in Romana † curia,
nam ante annum 1592. cum quidam
Doctor Paulus Lezanus Archidia-
conus de la Camara, ciuitatis Oſcæ,
appellaſſet à quodam iudice, ad Se-
dem Apoſtolicam, & ne, appellatio-
ne pendente, aliquid fieret, obtinuiſ-
ſet inhibitionem à curia Iuſtitiæ
Aragonum, quam nos iurisfirmam
dicimus in anno 1587. quam poſteà
pręſentauit dicto iudici à quo, deci-
ma octaua Nouembris eiuſdem an-
ni, fuit propter hunc recurſum cita-
tus criminaliter, coram auditore Ca-
merę in curia Romana, dicebãt enim
eum excomunicatum propter recur-
ſum, cumque comparuiſſet, fuerunt
ibi contra eum latè duæ ſententiæ
criminales, vna ab auditore Camerę
in prima inſtantia. Alia à Vicario vr-
bis in ſecunda inſtantia, in quibus fuit
183 condemnatus † ratione dicti recur-
ſus ad certam pœnam pecuniariam,
& fuit declaratum, incidiſſe in ex-
communicationẽ propter recurſum,
& obtentam firmam iudicis ſecula-
ris,

ris, cumque appellaſſet Lezanus, & fuiſſet cauſa comiſſa ad quemdam auditorem Cameræ, ſeu ad eius Locumtenentem Proſperum Farinaceum in tertia inſtantia, is reuoca-
184 uit duas ſententias ſupradictas, † & abſoluit Lezanum à pœna pecuniaria, declarando eum immunem eſſe eo crimine, de quo accuſabatur, quæ ſententia fuit lata vltima Iulij 1592. & tranſacta in rem iudicatam. Vide igitur quomodo hucuſque ſemper Rota amplexa eſt opinionem hanc, reuocatis ſententijs in contrarium latis, vt non mirum ſi in tota Hiſpania, & alibi ſæpe exemplo harum determinationum idem practicatur, alioquin, ſecundum ſupra d. DD. iuridicum, & rationi conſonum.

Poſtea vero ratione & occaſione alterius litis ciuilis in Rota vertentis, in qua dictus Lezanus † ſententiam
185 obtinuerat ſub anno 1593. fuit per aduerſarios in lite illa ſuſcitatus in Rota, & coram Vicario vrbis ille recurſus, aſſerendo, eſſe eum excommunicatum propter dictum recurſum, & quod ſententia in eius fauorem lata à Proſpero Farinaceo d. anno 1592. minimè eum excuſabat, etiã ſi eſſet tranſacta in rem iudicatam, & ſic ad inſtantiam horum, quærelantium fuerunt in Rota Romana, duæ latæ ſententiæ, prima in menſe Aprilis, ſecunda in menſe Decembris anni 1595. in quibus fuit declara-
186 tum fore † excommunicatum ob recurſum, & firmam obtentam à Iuſtitia Aragonum, & in conſequentiam fuit declaratum, eum incapacem ad obtinendam præbendam, de qua agebatur, & reuocata alia ſententia in eius fauorem lata, tenor autem ſententiarum eſt qui ſequitur.

Oſcenſis pœnitentiariæ, lunæ x. Aprilis 1595. coram R. P. D. Blanqueto.

187 Domini dixerunt † ſententiam abſolutoriam vltimo loco latam in iuditio criminali in fauorẽ Pauli, ſuſtineri non poſſe, nã & de iure communi, & ex Bulla Cænę Domini recurſus in cauſis Eccleſiaſticis ad iudices laycos eſt prohibitus c. qualiter
188 & quando, vbi omnes de iuditijs, & † recurrens eſt ipſo iure excommunicatus c. nouerit, c. grauem de ſententia excomunicationis, & in d. Bulla §. 16. & committit ſacrilegium Gayetanus in ſumma in verſiculo excomunicatio c. 3. & ſequenti, nec excuſari poteſt ex traditis per Couarr. pract. quæſt. cap. 35. nu. 3. nam & ſi iudex Eccleſiaſticus malè procedat, non poteſt iudex ſecularis, cuius eſt minor poteſtas, ſuplere negligentiam Eccleſiaſtici, qui ipſo poteſtate & authoritate eſt maior, vt declarant omnes DD. in d. cap. qualiter, & quando de iudit. videlicet Ioann. Andreas & Abbas, n. 1. Immola n. 7. Barb. n. 23. ſed illius negligentiam Eccleſiaſticus ſupplet cap. ex tranſmiſſa, cap. licet cum ſeq. de foro compet. ſuperioritatem autem iuriſdictionis probant cap. ſolitę de maior. & obed. cap. deniq; 96. diſt. & Clem. Romani de iur. iur. Quæ licet de plano procedit, multo magis aplicantur propoſito caſui,
189 in quo Paulus habuit recurſum † ad iudices laycos, non ſolum ſemel, ſed pluries ad effectum impediendi mandatum de manutenendo ad fauorem capituli ritè, & rectè decretum, ſcilicet 19. Octobris 1587. & 18. Nouembris & 11. Decembris eod. anno de menſe Februarij 1589. & poſtquàm ob-

obtulerat ſe paratũ parere mandatis Archiepiſcopi Cęſarauguſtan. Nec excuſari poteſt Paulus à tali recurſu, ex eo, ꝙ poſtea voluerit proſequi grauaminis cauſam corã Eccleſiaſtico, quia talis excuſatio non habet locũ, quãdo recurri poteſt ad Eccleſiaſticũ, qui tale grauamen impediat, prout poterat Paulus adeundo Metropolitanũ, vel Nunciũ Apoſtolicũ, & illũ ad iſtũ effectu nõ recurriſſe cӕtus docuit, quia neutrum adiuit, & prouiſiones regiӕ multo magis hoc declarãt. quia nõ ſolũ inhibetur iudici Eccleſiaſtico, ne ad viteriora procedat, ſed illi mandatur vt quę decreuerat reuocet, & corã ipſo iudice ſeculari compareat ad allegandas cauſas, ex quibus parere non te-
190 neatur. Ex quibus nihil aliud † inferri poteſt, niſi quod ipſi iudices volũt de cauſa Eccleſiaſtica cognoſcere, quod eſt admodum abſurdum, cum iudex laicus ſit incapax iuriſdictionis in perſonas Eccleſiaſticas, & eorum cauſas, nec immemorialis hoc caſu ſibi ſuffragatur doct. in cap. cauſam de preſcrip. Felin. in c. 2. de maior. & obed. Rota deciſ. 10 de conſuetudine in antiq. vbi latiſsimè præcipuè cum in dicta Bulla in Cęna Domini derogetur etiam conſuetudinibus, etiam immemorialibus.

Non obſtant que allegãtur de deffectu iuriſdictionis, & quod Rota non cognoſcit de iuſtitia ſentẽtiarum, quæ ſunt extra Rotam latę, quando de illatum executione non agitur, quia in caſu propoſito Hieronimus Pinos habet fundatã intentionẽ ſupẽr recurſibus, & clarã iuris diſpoſitionẽ, per quã
191 † Paulus propter excomunicationẽ incurſam redditur incapax beneficiorum, & cum ipſe Paulus excipiat de abſolutoria, quã tranſiuiſſe in rem iudicatam pretendit, licitum eſt Hiero-
192 nimo replicare † de illius notoria iniuſticia. Preterea vltra recurſus productos coram Locumtenente criminali auditoris Cameræ, adſunt alij producti coram me in regiſtro. fol. 326. & 335. ex quibus ipſum incidiſſe in penas in Bulla in Cena Domini contentas negari non poteſt.

Alia deciſio Rotalis huic conformis eſt quę ſupra inſerta reperitur & facta coram R. P. D. Penna, ex quibus videbis hac in re variè in ipſa curia ſenſitum fuiſſe, licet plures numero videantur deciſiones in contrarium factæ, quam pro hac alia opinione, & per eas reſpondent, & ſatiſfaciunt his quatuor deciſionibus latis pro hac vltima parte doctores, qui contrariam fouent. Eſt verum vt ni-
193 hil in facto † circa iſtas deciſiones omitamus, quod cum illæ eſſen factæ inſtantibus Hieronymo Pinos, Martino del Cãpo, & alijs Eccleſiaſticis ſedis Oſcenſ. fuit ad inſtãtiã procur. fiſ. huius regni Arogonũ Marti. Mirauete de Blancas, obtentũ monitorium à curia Iuſt. Arago. contra dictos inſtantes, vt deſiſterent ab illa inſtantia, quam faciebant contra Paulum Lezano propter hunc recurſum, & per quam, per indirectum maximè diminuebant, & damnificabant regiam iuriſdictionem, quod monitorium fuit intimatum dicto capitulo, & Martino del Campo in ciuitate Oſcœ die 6. Octob. 1597. & etiam Hieronymo Pinos. quo autẽ monitorio ſic pręſentato dicto Pinos, poſtmodi inſtrumẽto mediante, ſic idẽ ipſe in curia Romana ſatisfecit, & paruit monitorio in modum ſequentem

IN DEI NOMINE Amen, per hoc pręſens publicũ inſtrumentũ cũctis pateat euidenter, & ſit notum, quod anno à Natiuitate Domini no-
194 ſtri Ieſu Chriſti † 1598. indictione vndecima die vero. 27. menſis Aprilis Ponti-

Pontificatus ſantiſsimi in Chriſto patris, & domini noſtri D. Clementis diuina prouidētia PP. octaui anno eius ſeptimo, conſtitutus coram me notario, & teſtibus infra ſcriptis adhęc ſpecialiter vocatis habitis, atque rogatis, R. D. Hieronymus Pinos Cantor, canonicus in ſancta Eccleſia Oſcen. expoſuit, fuiſſe aliàs reſolutum corā Reuerendiſsimo domino Cardinali Laurentio Blanqueto, tunc ſacri Palatij Apoſtolici Rotę Auditore in quadā lite, quę pendebat coram eo inter eundem G. conſtitutum ex vna, & Paulū Lezanum partibus ex altera, de & ſuper quadam aſſerta vnione de dicta pręb enda, ſeu canonicatu, facta per Reuerendiſsimum D. Epiſcopum, in dictā Eccleſia creato, & inſtituto, prædictum Paulum Lezanum fuiſſe inhabilem ad dictum officium Penitentiariç. ob diuerſos recurſus, quos ipſe habuit ad tribunal curiæ Iuſtitię Aragonum, ac etiam declarauit, & declarat nonnullis certis de cauſis ad hoc faciendum animum ſuum mouentibus, quod ipſe G. conſtitutus non intendit
195 † de cetero in iuditio, nec extra ſe iuuare prędicta inhabilitate prædicti Pauli Lezani, & ipſe exceptioni prædictę inhabilitatis renuntiat, & ab illa ſe ſeparat, & promitit illam de cetero contra prędictum Paulum Lezanum non allegare, ac etiam renuntiat omnibus actis, tam iudicialibus, quam extra iuditialibus, qui ſunt fundati in incapacitate pręd. cta, & ita affirmat & proteſtatur, ſaluis tamen omnibus iuribus quomodolibet ſibi ex quocūque capite alio cōpetentib. omni meliori modo, via, iure, cauſa, & forma quo magis, melius, validus, & efficacius de iure fieri potuit; & debuit, ac poteſt, & debet, pro quibus omnibus; & ſingulis pręmiſsis ſic tenendis, & complendis, ſe & bona ſua obligauit in forma camerę, &c. Actum Romæ in Palatio Illuſtriſsimi & Reuerendiſsimi dn̄i Cardinalis Sfrondati poſito in via Iulia pręſentibus ibidem D. R. dn̄o Ioāne Garces Presbytero, & dn̄o Gregorio Charrata teſtibus ad pręmiſſa, &c. Ego Ioannes Franciſcus Hugolinus Peruſinus Curię cauſarum camerę Apoſtolicę Notarius, &c. Signaui & ſubſcripſi.

Verum hæc renuntiatio facta per
196 Hieronymum Pinos in curia Romana † non fuit viſa ſatisfacere, nec parere ordini, ſeu præcepto Regij conſilij, vt aliqui Romanæ curiæ aduocati ſcripſerunt, Primo, quia in monitorio cauetur, vt Hieronymus Pinos nō obſtantibus ſententijs Rotalibus omnia reponeret in eo, quo erant ſtatu, poſt latam ſententiam per R. P. D. Seraphin. in fauorem Lezani, de quo tempore fructus Canonicatus erant ſequeſtrati in vim dictæ ſententiæ D. Seraphin, & tamen in declaratione facta per Hiero. Pinos nullum verbum habetur de dicta repoſitione in dicto primo ſtatu; nec de fructuum ſubdicto ſequeſtro repoſitione, vnde minime poteſt dici ſatisfactum; nec paritum dicto præcepto, l. quod ſi minor §. reſtitutio. ff. de mino. & ibi DD. omnes Couar. latiſsimè, lib. 1. var. cap. 3. nu. 1. cum ſequent.

Deinde quia in d. renuntiatione non cauetur, quod renuntiatur ſententijs, nam licet renunciauerit omnibus actis, attamē cum renuntiationes, maximè coactæ, ſint ſtricti iuris; ex renuntiatione actorum poterit eſſe maximum dubium, an cenſeatur ſententijs renuntiatum, cum ſit in vtramque partem ſuſtentabile, quod ſententię non ſint de actis; vt latiſsimè per Aug. Bero. in cap. quoniam contra deprobat. à nu. 56. cum ſequētibus. Hinc videmus, quod ſi ſtatutum cer-

tam pœnā imponat falſificanti acta, non comprehendit falſificantem ſententiam: Marc. Mant. in c. quoniā contra de probat. nu. 29. Maximè ex quo non verſamur in terminis ſolius ſentẽtię, cuius appellatio penderet, ſed triū conformium, & rei iudicatæ, nec non executorialium, illarum vigore expeditarum, quorū neceſſario mentio in dicta ceſsione facienda erat, cū aliud ſit ſententia, aliud vero res iudicata, Menoch. de arbitr. caſu 202. nu. 406. vbi alios allegat.

Et ſic vt dicta paritio, & renunciatio eſſet bona, & ſufficiens ad iuuandum Paulum Lezanum neceſſe erat, quod in ſpecie ſententijs, & executorialibus illarum renuntiaretur, de fructibus habita mētione ſpecifica, quod non fuit factum.

Et ſic, tam ex hoc, quam etiam ex alijs cauſis dicta renuntiatio parum profuit Paulo Lezano, immo licet per dictam renuntiationem foret ſufficienter paritum, adhuc tamen id nō ſufficeret (ſecundum DD. contrariam opinionem tenentes) ad effectum, vt Rota in priſtinum, quo erat, ſtatum ſub ſequeſtro in vim ſententię R. P. D. Seraphini canonicatum reponeret, & multo minus ad effectum, vt cauſa ad vlteriora procedat ad inſtantiam dicti Pauli Lezano excommunicati declarati, nam cum beneficium ſine canonica inſtitutione obtineri non poſsit, cap. 1. de reg. iur. in ſexto. minimè Rota curaſſet de dicta renuntiatione, ſeu declaratione, quia noſtrū affirmare, vel negare non facit delictum, quod non eſt delictum, neque facit, quod non ſit delictum, quod eſt delictum, l. final. ff. de crimi. expil. hered. & maximè in beneficialibus, in quibus ipſa veritas, & non partium opiniones, & renuntiationes, attenditur, cum periculum animæ verſetur in vicioſo ingreſſu beneficialium, & quia potuit dicere Hieronym. Pinos, quod ſententiæ non ſe fundarunt in ſola illa cauſa recurſus habiti ad Regium conſilium, ſed in alijs etiam. Secundum ſuperiora facile erit vniçuique diſcernere iuſtitiam prę̄ſentis quæſtionis, quā ſanctiſsimo domino noſtro Romano Pontifici decidendam dimitto.

Secundum ſuperiora vbicumque iudex Eccleſiaſticus inferret violentiam, poſſet ſe intromittere iudex ſecularis, idque contingeret, quando clericus vſurparet, ſeu turbaret iuriſdictionem Regiam, vel aliquas rega-
197 lias domini Regis, vel turbaret, & inquietaret pacem publicam, idque, ſiue directè, ſiue indirectè, Bouadilla vbi ſupra, num. 60 & 62. & 112. & 114. Decianus, tom. 1. lib. 4. cap. 9. num. 142. & idem ſi clericus reſiſtendo, vel aliter procedendo impediret executionem officialium regalium, Bouadilla numer. 171. Auiles in cap. prętorum,
198 cap. 20. nu. 9. vel ſi delictum aliquod, vel iniuriam contra iudicem laycum committeret Bouadilla n. 89. Decian. vbi ſupra, nu. 141. Karolus de Graſsis lib. 2. regalium Franciæ. iur. 16. Franciſcus Marcus, queſt. 216. veluti ſi clericus ex propoſito non ſeruaret debitum honorem iudici layco, quod declarat Bouadilla vbi ſupra, d. num. 89.
199 vbi in litera C. allegat multa quibus omnibus caſibus coercebitur clericus à iudice layco, quia ſcilicet, vel expelletur à republica, vel occupabuntur eius bona, ſecundum Bouadillam, d. num. 60. & 62. vbi longa additio in litera D. Auiles vbi ſupra, & alij omnes hic allegati, immo ſecundum Bouadil. vbi ſupra, d. n. 62. idē dicendum de notarijs, & alijs interueniētibus ad

turban

turbandam, vel vſurpandam iuriſdi-
ctionem Regiam, nam ſimiliter coer
cebuntur a iudice laico, his enim ca-
ſibus violentia dicitur fieri, & comi-
ti per eccleſiaſticum. Et etiam quan-
do iudex eccleſiaſticus, tanquam pri-
200 uatus contra aliquem † procederet,
vel notorie aliquid iniuſtum preci-
peret contra aliquem indefenſum
& inauditum, quia iudices dicuntur
ſuis iniuſtis mandatis vim inferre l.
lege Iulia. ff. ad l. Iul. de vi publica,
Boer. deciſ. 238. Abendaño de exe-
quend. 1. part. capit. 1. fol. mihi 18.
verſic. & iſtud. remedium, vbi alios
allegat, Gaſpar Rodericus vbi ſupra,
quod ego admitterem, ſi preceptum
fieret in laicum, nam ſi in clericum
fieret (dempto violentiæ caſu, de quo
dixi ſupra, maxime attenta conſuetu-
dine) magis vellem conſiderare.

Verum tamen eſt quod hæc coer-
tio debet fieri per iudicem laycum,
non per viam iuriſdictionis conten-
tioſæ, cum exempti ſint clerici, ſed
per viam poteſtatis politicæ, & æco-
201 nomicę, expellēdo † clericum qui tur-
bat rempublicam, vel aliud ſimile fa-
ciat, ſicuti pater familias, excludit a
domo ſua clericum, vel alium turba-
torem quietis Bouadilla d. num. 62.
Graſſalis vbi ſupra Azebedo itidem.
lib. 4. titulo. 1. l. 4. numer. 12. Auiles
in capitibus pretorum, cap. 20. verſ.
vſurpan. numer. 10. Afflict. deciſ. 24.
vel ocupando bona eius ſecundum
Doctores ſupra dictos. Bouadilla. nu-
mer. 62. vbi additio in litera D. & a-
lia ſub num. 84. Gregor. Lopez vbi
ſupra & Auil.

Hæc autem mulcta, quæ fit in bo-
nis, debet fieri, non in bonis clerici
eccleſiaſticis, ſeu ſpiritualibus, ſicut
nec in eius perſona, pro vt omnes ſu-
pradicti tenent, ſed in alijs eius bo-
nis, qualia ſunt fructus temporales,
vel alia ſimilia bona inmobilia, cum
202 talia bona † tēporalia ſubijciantur iu
riſdictioni Regum, & aliorum domi-
norum temporalium capit. quæ iure
8. diſtinctione, Rebuſus in tractatu de
exceptio. num. 5. ad finem. Azebedo
lib. 4. titulo. 1. l. 11. a numer. 10. cum
ſequentibus, vbi quod poteſt iudex
ſecularis mulctare in bonis clericū tur
batorē ſuę iuriſdictionis, vbi late, quē
vide, In noſtro tamē Regno de tēpore
in memoriali occupantur bona om-
nia clericorum, & fructus omnes pen
203 dentes, & percepti † quouſque obe-
diat, & ſoluat expenſas ratione ſuæ
turbationis factas, vt alibi diximus;
in hoc autem non laudo quæ legun-
tur facta pro tuendis Regalijs apud
Zuritam. lib. 2. cap. 23. & cap. 31. &
60. & apud Bellugam Rubr. 11. §.
videndū nu. 12. Circa modum autem
defendendi iuriſdictionē Regiam, &
ante quam deueniatur ad occupatio
nē temporalitatū, & vt id fiat cū ma
iori iuſtificatione, ſint vigiles, & ma-
ximè aduertant iudices layci, vt antē
illatam violentiam, commiſſum gra
uamen, cenſuras fulminatas per iudi-
ces eccleſiaſticos, eos inhibeant, re-
cuſſent, & ſuis caſibus appellent, tam
ipſi iudices, quam ſeculares priuati
reſpectiuè, vt ſic ſi poſtea his prece-
dentibus, & non obſtantibus eccle-
ſiaſticus aliquid attentet, & innouet,
poſſit ſecurius, & iure magis aper-
to haberi recurſus ad viam violentię,
quam ſi his non pręcedentibus, ra-
tione illius vellent iudices laici ec-
cleſiaſticos coercere per viam mul-
ctæ, vt benè dicit Bouadilla vbi ſupra
capit. 19. numer. 34. 42. 43. 47. 48.
hæc dicta ſint ſub correctione ſanctæ
matris ęccleſię, cuius cenſuræ, tanquam
iuſtiſsimę, & ſanctiſsimæ me ſubmito

CAPVT OCTAVVM §. 4.

SVMMA EORVM, quæ in hoc §. 4. Capit. 8. continentur.

1 *Recurſus materia vti fundata eſt, fuit conſultata cum multis, tam Theologis, quã Canoniſtis, qui eam approbarunt.*

2 *Recurſus permittitur ad tollendam violentiam, non vero ad id, vt ſecularis de cauſa Eccleſiaſtica cognoſcat.*

3 *Quid ſit extra iudicialis cognitio, & charitatiua protectio.*

4 *Violentiam tollere de iure naturali eſt, immutabili, & æterno.*

5 *Per immemorialem præſumitur titulus validior etiam in his, quæ non poſſunt poſſideri.*

6 *Iudices qui tollunt violentiam, non ſe intromittunt, vt iudices, ſed tamquam legis miniſtri.*

7 *Firmæ ne pendente appellatione, abſque ſcrupulo dandæ ſunt, eo modo, quo declarabitur infra.*

8 *Manifeſtationes etiam perſonarum, & rerum Eccleſiaſticarum licitè fiũt modo, qui hic declaratur.*

9 *Appræhenſiones beneficiorum à tempore immemoriali fiunt, quod inter Regni libertates connumeratur.*

10 *Firmæ ne pendente appellatione, non debent prouideri, niſi viſo, & recognito proceſſu*

11 *Manifeſtationes, & inhibitiones ad viam priuilegiatam, an prouideri debeant cum proceſſu, vel ſine eo, cum diſtinctione reſoluitur.*

12 *Iudex repellens violentiam, non debet excedere modum inculpatæ tutellæ.*

13 *Iudex qui in plus ſe intromittit, quam ſit neceſſe ad tollendam violentiam, non eſt ſine ſcrupulo cenſurarũ Bullæ Cœnæ Domini.*

14 *Non debent ſub colore violentiæ trahi clerici ad iuditia ſecularia, vt ibi vexentur.*

Licite

15 *Licitè manifeſtantur perſonæ Eccleſiaſticæ in beneficium ſuorũ ſuperiorum eas petentium.*

16 *In manifeſtatione clericorum, & aliorum Eccleſiaſticorum â poſſe ſuperiorum, debent iudices layci habere ſe cum maxima diſcretione, & prudentia.*

17 *Si iudici prouidenti manifeſtationem conſtat, ex proceſſu, & confeßione partis quod eſt clericus, & perſona Eccleſiaſtica, quæ eſt manifeſtanda, non debet eam prouidere.*

18 *Quid faciet iudex, ſi hæc qualitas ei non liquet iuditialiter.*

19 *Beneficia ſecundum aliquos non appræhendũtur cum poſſeßione prædeceſſoris, & titulo petentis.*

20 *Contrarium determinatur, ad forum, por quanto, de appræhenſionibus.*

21 *Dignitas, & beneficium poſſident, & patiuntur violentiam, & eorum nomine clericus poteſt agere poſſeſſorio. Licet non ſuo nomine, ſi poſſeßionem verè non acceperit.*

22 *Quando nec dignitas, nec clericus poßident, non poteſt clericus agere poſſeſſorio aliquo.*

23 *Ad circumferendam iuriſdictionem Iuſtitiæ Aragonum ſufficit violentiam allegare regulariter.*

24 *Ad appræhendendum tamen beneficia debet ſecundum authorem probari, nedum allegari violentia, vt ſecularis ſe iuſtè ingerat in rebus* Ec*cleſiæ.*

25 *In omni inuentario ſcripturarum debet iudex aduertere, ne legantur, & publicentur, niſi ſolum ſcripturæ quæ quæruntur.*

26 *Qui ficte inuentariare facit ſcripturas* Eccleſiaſticas, *valens eas in foro Eccleſiæ conſequi, non eſt ſine ſcrupulo cenſurarum.*

27 *Hodie per Conciliũ Tridentinũ renouatæ ſunt omnes gratiæ,* & *priuilegia conceſſa* Eccleſiaſticis *perſonis.*

28 *Reuerentia eſt perhibenda & honor perſonis* Eccle*ſiaſticis.*

29 *Iudex ſecularis inferior eſt Eccleſiaſtico.*

30 *Iudex ſecularis, ſecundum aliquos non poteſt inhibere Eccleſiaſtico, quo inferior eſt.*

31 *Iudex delegatus non inhibet alteri delegato.*

32 *Canonici non inhibent alijs canonicis, tamquam paribus.*

33 *Per conſuetudinem, vel ſtatutum introduci poteſt, quod par, & inferior inhibeat pari, & ſuperiori, quia in illo caſu reputabitur maior.*

34 *Conſuetudo, dat auget minuit iuriſdictionem.*

35 *De cōſuetudine Regni Regia Audientia, & Iuſtitia Aragonum inhibent Eccleſiaſticis, vbi ratio id poſtulat.*

36 *Fori competentiarum huius Regni ſunt apprebati à Sede Apoſtolica.*

37 *Verbum hortamur eſt verbum honeſtum, non inducens præceptum.*

38 *Quando verbum hortamur iuducat præceptum.*

39 *An Eccleſiaſticus teneatur obedire inhibitionibus regiæ Audientiæ, & Iuſtitiæ Aragonum.*

40 *In his inhibitionibus verbum hortamur tranſit in præceptum.*

41 *An inhibitio iudicis Eccleſiaſtici obtemperanda ſit, quã do in caſibus in quibus non poteſt inhibere, inhibet.*

42 *De conſuetudine obtemperantur iſtæ inhibitiones Eccleſiaſticę, & coram cancellario terminantur.*

43 *Quando inhiberet Eccleſiaſticus iniuſtè, in caſu notorio non tenetur ſecularis inhibitionem obſeruare, ſed poſſet requirere Eccleſiaſticum, vt reuocet literas, non formando competentiam, vel eidem de præciſſo inhibendo in caſu manifeſto, & notorio de iure.*

44 *Iudices Eccleſiaſtici aduertere debeut, ne inhibitiones faciant in caſibus, in quibus inhibendum non ſit.*

45 *Iudex Eccleſiaſticus non debet inhibere contra inſtrumentum priuilegiatum ratione vſuræ, niſi manifeſte de illa conſtet.*

47 *Id tamen non ſeruatur in praxi.*

48 *Iudex Eccleſiaticus benè inhibet propter vſurarum reſultantem ex ipſo inſtrumento*

to debitorio.

49 *Executio inſtrumenti non impeditur prætextu vſuræ, quando de ea conſtat ſolum per teſtes, vel aliter quam per inſtrumentum attenta lege Regni.*

50 *Iudex Eccleſiaſticus non debet inbibere, niſi quando clare ſibi conſtat de vſura, & ſaltim vehementi ſuſpitione.*

51 *Inſtrumentum, quod ex ſui figura, & facie non inducit aliquam præſumptionem vſuræ, habet præſumptionem pro ſe.*

52 *Vſurarum exceptio non inſtrumentaliter probata non debet impedire executionem inſtrumenti habentis executionem paratam.*

53 *Vſurarum exceptio admittitur etiam per teſtes, quando executio inſtrumenti ſemel facta eſt, ad repetendum, id quod per vſuras ſolutum eſt.*

54 *Iudices Eccleſiaſtici inbibent probata exceptione vſurarum per teſtes, tantum de conſuetudine.*

55 *Competentia iuriſdictionis narratur.*

56 *Non ſolum homicida proditorius, ſed et appenſatus non gaudet immunitate.*

57 *In Regno tamen homicida deliberatus, & appenſatus immunitate gaudet Eccleſiaſtica.*

58 *Qui inimicum occidit non dicitur inſidioſus.*

59 *Rixa excludit appenſamentum.*

60 *Rixa non dicitur niſi inimicitia reciproca ſit, & à duobus cauſetur.*

61 *Rixa propriæ facto, & non verbis contrahitur.*

62 *Aggreſſor in delictis qui dicatur.*

63 *Homicida inſidioſus eſt qui non inimicum, & incautum occidit.*

64 *Homicida proditorius dicitur, quando occiſſus nullam præcauendi eum cauſam habebat.*

65 *Officialis qui captum apud ſe detentum occidit, proditor dicitur.*

66 *Qui officialem occidit in exercitio ſui officij, nullam cauſam præcauendi habentem, proditorius eſt, quando crimẽ commitit eo modo, quo fuit minatum, præſumitur cõtra*

tra minantem etiam in qualitate delicti.

68 *De qualitate circumferente iuriſdictionẽ ſufficit, quod ſemiplene conſtet, ſaltim in Regno Aragoniæ.*

69 *Iudex à quo poteſt declarare ſententiam tranſiuiſſe in rem iudicatam, & appellationem fore deſertam, & nu. 70.*

71 *Appellans, qui non proſequitur appellationem, cenſetur ei renuntiare.*

72 *Iudex à quo poteſt exequi ſententiam tranſactam in rem iudicatam appellatione deſerta.*

73 *Appellatio deſerta fingitur non interpoſita.*

74 *Paria ſunt non appellare, vel non proſequi,* & *n. 75. & 76. 77.*

78 *Declarato per iudicem à quo appellationem deſertam, non amplius arctabit firma, & inhibitio ne pendente appellatione procedatur, &c.*

79 *A ſententia per quam declaratur appellationem deſertam, poteſt appellari.*

80 *Appellatio de foro ſuſpendit, quouſque bis confirmetur, de iure vero ter debet confirmari.*

81 *Sententia priuationis afficit ignorantem, & non ſuſpenditur appellatione, ſed contrarium concluditur, niſi declaratio adſit.*

82 *Priuatio eſt pœna & odioſa.*

83 *Priuatio non habet locum, niſi in caſibus à iure expreſſis.*

84 *Lite pendente etiam per appellationem, accuſatus non debet ſuſpendi ab officio, & num. 85.*

86 *In Regno reſidentiati iudices non ſuſpenduntur ab officio pendente ſyndicatu, & nu. 87.*

88 *Ad conſeruandum officialem, & alium quemcumque in ſua poſſeßione, ſufficit quelibet cauſa colorata.*

89 *Pœna priuationis, ita demum afficit, ſi inſtet ille cuius fauore indicta eſt.*

90 *Procurator dominus litis poteſt ſe ſeparare ab acuſaſatione.*

91 *Offenſus poteſt remittere offenſam etiam in præiudi-*

*iudicium tertij cui ex offen-
ſa ius ſecundario, & in con-
ſequentiam queritur.*

PROSEQVITVR materia præcedens cum multis animaduerſionibus, quibus eadem debet practicari ad tutamen conſcientiæ dominorum iudicum.

CPVT OCTAVVM §.IIII.

NON ſolum autem
quæ ſuperius ſcri-
pta ſunt, remanent
per tot Docto-
res, ſenatus, & ra-
tiones viuas confir-
1 mata, † verum etiã
(vt nil in facto omitatur) conſulti
fuerunt multi doctiſsimi viri, tam
Theologi, quam iuriſperiti, in hoc
Regno, quorum reſponſa ipſe vidi, le-
gi, & maxime notaui, ſuper his re-
curſibus, & firmis ſeu inhibitionibus,
quæ prouidentur, imo & nuncupan-
tur ne pendente appellatione iudex
a quo innouet, & attentet aliquid, &
omnes illi, vno ore, & lingua faten-
tur, & maximis authoritatibus funda
tum relinquunt, hos recurſus licite in
terponi ad effectum tantum tollen-
di violentiam, vt & nos diximus ſu-
2 pra: non autem † ad id, vt iudex ſecu
laris cognoſcat dẽ cauſa, & meritis il-
lius inter eccleſiaſticos, vel contra ſpo
liatorem eccleſiaſticum in ſuo caſu,
id namque prohibitũ eſſe aſſeuerant,
& dicunt concludentes, fundamen-
tum violentiæ id ſolum operari, & in
ducere, vt ſcilicet iudex ſecularis vim
tollat extraiudicialiter, & per mo-
3 dum † extraiudicialis, & charitatiuę
defenſionis, aliqua tamẽ cognitio ne
adhibita circa violentiam, non autem
iudicialis ordinatiæ cognitionis ex
hoc inferentes, eos qui intra iuſtos li-
mites hos recurſus fecerint ad iudices
ſeculares pro manutentione poſſeſsio
nis ſuæ, nullas incurrere cenſuras, cũ
id fiat ad nudum auxilium dũtaxat,
pro tollenda violentia, quod de iure
4 naturali permiſſum † eſt, inmutabi-
le, & perpetuũ, maximè attenta con
ſuetudine inmemoriali huius Regni,
cuius vigore preſumendum eſt pre-
5 ceſsiſſe titulum † ſi allegetur, eumque
meliorem a Romanis Pontificibus,
obtentum, Cumque iudices in his ca
ſibus non ſe interponant vt iudices
de cauſa cognoſcentes, ſed tanquam
legis miniſtri, ad tollendam violen-
6 tiam † & reſtituendum ſpoliatos,
manutenendumque poſſeſſores iu-
ſtos, ob id non videtur praxis hæc ad
uerſa canonibus, & papalibus cõſti-
tutionibus. Imo die 8. Iunij 1568.
coram Domino D. Ioanne de la Nu-
ça Iuſtitia Aragonum fuerunt con-
gregati in Camera ſui conſilij trigin-
ta, & ſeptem aduocati de grauioribus
Regni, qui conſulti fuerunt ſuper his
recurſibus, manifeſtationib', & firmis
ne pendente appellatione nominatis
& quaſi omnes dixerunt firmas ne pẽ
7 dente appellatione abſque ſcrupulo †
prouideri debere, manifiſtationes iti-
dem. veluti quando aliquis eccleſia-
ſticus petit manifeſtari aliquem ſub-
ditum

ditum ſuum, qui occultatus ab aliquo
8 detinetur, † quantum vero ad appre
henſiones, & ſequeſtra beneficiorum,
quantumuis de conſuetudine imme-
moriali fieri poſſent, dixerunt tamen,
quod conſultaretur dominus Rex per
Dipputatos Regni, ad hoc vt Regia
† maieſtas deffenderet regalias ſuas,
9 & libertates Regni, inter quas erat
conſuetudo immemorialis apprehen-
dendi benefitia ratione violentiæ tol-
lendę, vt ſupra dictum eſt, vide in li-
bro cameræ conſilij illius anni.

Ex ſuperioribus omnibus reſultāt
aliqua, quæ à iudicibus maximè no-
tanda ſunt, primum eſt, quod has fir-
10 mas, ne pendente † appellatione non
prouideant, niſi viſo proceſſu, quo re-
cognito, ſi friuola appareat appella-
tio, non eſt prouidenda inhibitio, ſed
debet pars remitti ad ſuum iudicem,
quod ſi iuſta fuerit, habens vtrumque
effectum, ſuſpenſiuum, & deuolutiuū
dari debet firma, & tolli violentia, &
iniuria, quæ aduerſus ſacros canones,
& authoritatem Sedis Apoſtolicę fit
appellanti ad eandem, prout id omne
tradit Couar. dict. cap. 35. ſicut etiam
11 † manifeſtationes, & inhibitiones nō
debent prouideri, ad effectum liberan
di per viam priuilegiatam, niſi reco-
gnito proceſſu cauſę criminalis (ſi in
eodem loco fulminatur) ne aliàs, ſi ad
ſolam cauſidicantium allegationem
prouideantur, executio cauſarum cri
minalium detrimentum patiatur, li-
cet ſecus eſſet, ſi alibi cauſa crimina-
lis tractatur, & periculum eſſet in mo
ra, quo caſu tollerari poteſt, quod den
tur huiuſmodi inhibtiones ad ſolam
procuratorum allegationem, prout
dantur de ſtilo, & vſu.

12 Secundum, quod iudex † repellens
violentiam, non excedat modum in-
culpatæ tutellę in repellenda vi, & ſic
debet contentari, eo vſque ſuam au-
thoritatem interpoſuiſſe, quātum ſuf-
ficiat ad tollendam vim, aliàs autem
ſi vltra quam ad id neceſſe ſit ſe intro
mittat, cauſam tractet, per omnes iu-
ditij tramites, non bene faceret, nec
eſſet ſine ſcrupulo incurſus cenſura-
13 rum Bullę Cœnę Domini; † ſicut ſe-
cus eſſet, quando tantum cognitionis
adhiberet, quantum neceſſe eſſet ad
tollendam vim, & ad reſtituendum
negotium, de quo agitur, ad pacificū
ſtatum, in quo ante vim erat, in
hoc multum ſummariè procedendo,
ne alias ſub colore violentię clerici
14 trahantur, † & vexentur coram iudi-
cibus ſecularibus, in quo maximè ad-
uertant poteſtates ſeculares, ne facul-
tatem, quam habent tollendi violen-
tias conuertant ad eas inferendum,
& numquam faciendo omnia, quę de
rigore poſſunt.

Tertium, circa manifeſtationes per
ſonarum, & rerum Eccleſiaſticarum
aduertant, quod ſi perſona aliqua Ec-
cleſiaſtica, veluti clericus, aut mona-
chus, vel res aliqua Eccleſiaſtica, qui,
& quæ occultata ab aliquibus deti-
15 nentur, petuntur manifeſtari, & in pu
blicum exhiberi à iudice ſeculari, il-
lud fit licitè, quia in effectu eſt inuoca
re brachium ſeculare. Verum ſi ma-
nifeſtatio dictorum fiat à poſſe ſuo-
rum ſuperiorum, veluti ſi manifeſte-
tur clericus, & monachus à poſſe ſu-
16 periorum ſuorum, † tunc debent iu-
dices ſeculares procedere cum maxi-
ma animaduerſione, & prudentia, nō
irrogando ſcandalum, & cum claue
diſcretionis, taliter, quod ſi conſtaret
eis de qualitate clericatus, & mona-
chatus, idque legitimè, veluti partis
confeſsione, non eſſet exequenda ma-
17 nifeſtatio, † & ob id partes, quæ inſtāt
has

has manifeſtationes, ſolent tacere has qualitates, quo caſu iuſtiſsimum eſſet, vt iudex inquireret de hac qualitate, ad veritatem indagandam, parti repreſentando periculum animæ, ſi illud ficte proponeret, in hoc tamen Regno prohibita eſt hæc inquiſitio,
18 & hæc indagatio, niſi fiat † parte inſtante legitimo modo.

Redeundo ad apprehenſiones beneficiorum, illud etiam eſt notandum, quod licet dicant aliqui non poſſe fieri aprehenſiones beneficiorum cum ſolo titulo petentis ex poſſeſsione pre-
19 deceſſoris immediati, † ſine poſseſsione ipſius noui beneficiati, ex eo, quia non data vera poſseſsione ipſius, non datur vera violentia, quæ eſt fundamentum apprehenſionis, verum ta-
20 men iſtorum opinio † licet in ſe vera ſit, non tamen obſtat: nos enim non dicimus, quod ſine poſſeſsione, & violentia fiat aprehenſio, immo virũ que requirimus, ſed dicimus, quod ipſum beneficium, & ipſa dignitas poſsident vere, & realiter, vt iam alibi diximus ſecundum Fabrum in §. retinẽdę inſt. de interdic. & ſi in hac poſſeſsione beneficij fiat violentia, poterit agere beneficiatus nomine bene-
21 ficij ad violentiam tollendam, † licet non ſuo proprio nomine, & iſto modo debet intelligi forus, por quanto de apprehenſio. verum tamen eſt, quod aliud eſſet dicendum, ſi neque benefitium, nec beneficiatus poſſediſſent rem aliquam; nam tunc apprehenſionem petere non poſſent, nec remedium aliquod poſſeſsorium, nec ſecularis poſſet ſe intromittere ceſſante fundamento violentiæ, quia
22 tunc traheret clericos ad iudicium † ſeculare, & intromiteret ſe de rebus ſpiritualibus, & impediendo executionem literarum Apoſtolicarum, & ſic omni reſpectu id fieret contra Bullam Cenę Domini, & ſacros canones.

23 Et licet ad circumferendam iuriſdictionem Domino Iuſtitiæ Aragonum, vt ſic cognoſcat de cauſis, de quibus alias coguoſcere non poterat, ſufficiat alligare violentiam, vt alibi diximus, & prout in ſimili ſufficit allegare oppreſsionem ad fundandam Regaliam principis, in Cathalonia & cauſam faciendam euocabilem Oliban. de iure fiſci cap. 14. nu. 105. id tamẽ procedit ſine dubio in rebus temporalibus, & inter laicos, ſed ad appræhendendum beneficia, & ad cognoſcendũ de perſonis, & rebus eccleſiaſticis, vellem probationem violentię, & non quod cum ſola allegatione apprehenderentur beneficia, prę-
24 ſertim hodiernis temporibus, in quibus in tantum † creſcit hominum malitia, qui de facili fingunt violentiam, vbi non ſit, Contrarium tamẽ practicatur, quia ſola allegatio ſufficit de conſuetudine.

Quartum quando inuentariantur ſcripturę a poſſe alicuius eccleſiaſtici, tenetur iudex prouidere, & maxime cautus eſſe, ne aliquis legat, & diſcat aliquam ſcripturam ex inuentariatis, ne ſic per indirectum propalentur ſe-
25 creta multorum, † & ſolum ſcriptura, quæ queritur debet pateſieri, idque in omni inuentario ſeruandum eſt, imo pars, quę ficte querit inuentariũ, & aliter via ordinaria poſſet recuperare ſcripturam, & nil ominus recurrit ad laicũ pro inuentario, nõ eſſet ſine ſcrupulo incurſus cẽſurarũ Bullę Cęnę Domini, ex quo per indirectũ tunc traheret perſonam, eccleſiaſticã
26 ad iudicium ſeculare, † imo iudices debent ſemper precindere vias, quãtum ęquum, & iuſtum ſit ad non ſe intromitendum de perſonis, & rebus eccleſiaſticis, & preoculis ſemper habendo

bendo id, quod diſpoſitum repetitur
in Concil. Trident Seſsio. 25. in decre
to de reformatione cap. 20. vbi reno-
uantur in fauorem Eccleſiaſticarum
27 perſonarum, & † libertatis Eccleſiaſti
cę omnia quęcumque, quæ per ſacros
canones, Concilia generalia, Apoſto-
licas ſanctiones in fauorem Eccleſia-
ſticarum perſonarum, libertatis Ec-
cleſiaſticę, & contra eius violatores
ædita illuc vſque reperiebantur, quæ
omnia in illo decreto renouat, ab om
nibuſque obſeruari debere pręcipit,
vbi pręterea admonet omnes ſecula-
res à Principe, vſque ad minimum, vt
maximè venerentur Eccleſiaſticos, ac
eis debitam reuerentiam exhibeant,
28 nec ab† vllis Baronibus, domicellis, re
ctoribus, alijs de dominis temporali-
bus, ſeu magiſtratibus ledi patiantur,
ſed ſeuere in eos, qui illius libertatem,
immunitatem, atque iuriſdictionem
impediunt, animaduertant, prędeceſ-
ſores religioſos imitando, quę verba
ſacroſancti Concilij tanta grauitate
prolata iudices, qui perſpexerint, ac
bene fuerint meditati, non niſi cum
maxima neceſsitate, & vbi ius mani-
feſtè permittit in res clericorũ agent,
quod nos commendamus.

In quo tamen magis vidi inſiſtere
iudices Eccleſiaſticos, illud eſt, quia di
cunt, quod iudex ſecularis, cum non
ſit ſuperior ad Eccleſiaſticum, ſed po-
tius inferior, † non poteſt, nec debet
29 inhibere eidem, & minus pręcipere,
& mandata facere prout regulariter
per iſta verba concipiuntur iſtę fir-
mę, & inhibitiones, † ſupponendo q;
30 inferior ſuperiori, & par pari non in-
hibent, vt deffendit Mandoſ. de inhi-
bitionibus, queſtione 8. quia par in pa
rem non habet imperium, l. 3. in fine,
l. nam magiſtratus, vbi gloſa imperio,
ff. de arbitris, l. ille, a quo. §. tempeſti-
uum, ff. ad Trebelianum vbi gloſa,
idem Quintilianus, Mandoſius que-
31 ſtione 4. hinc ſi † delegatus non po-
teſt exercere iuriſdictionem, & inhi-
bere in collegam Bart. in l. 1 §. is vi-
detur in fine, & ibi Iaſſ. ff. ſi quis ius
dicenti non obtemperauerit ſic etiam
canonici non poſſunt citare alios ca-
nonicos, Innocentius in cap. cum no-
bis de electione, gloſa 1. & 6. Abbas
in cap. cum cauſa de officio delegati
latius Lancelotus de attentatis poſt
inhibitionem, ſecunda parte cap. 20.
queſtione 2. numer. 33. cap. cum infe-
rior de maioritate & obediẽtia. Quod
omne verum eſt, ſed & illud etiam
veriſsimum, quod Doctores ad ſupra
dictam regulam dicunt, eam limitan-
do, quando per ſtatutum, aut conſue-
32 tudinem aliud inductum eſſet, † quo
caſu minor, aut par habetur pro ma-
iori, quoad illum actum, Barbacias in
rubrica de fide inſtrumentorum argu
mento tex. in cap. Paſtoralis §. quia
vero de officio delegati, nam conſue-
33 tudo iuriſdictionem dat, auget, & †
minuit, cap. cum contingat de foro
competenti, gloſa in cap. Romana.
verbo conſuetudo de appellat. in ſex
34 to, ſic Mandoſius d. queſtione 4. vbi
exemplificat, cumque de conſuetu-
dine huius patriæ inductum ſit, vt to
ta die videmus inhibere Iuſtitiam
Aragonum, & etiam Regiam Au-
dientiam Eccleſiaſticis, vbicumque
ratio id poſtulat, vel iurisdictionem
ſecularem vſurpant, idque ſub ver-
bis, *inhibendi*, & ſimilibus, & pręci-
35 puè ſub nomine, & ex parte † domi-
ni Regis, quem poſſe eis inhibere
non vertitur in dubium, ideò non de-
bet ex hoc motiuo iniuſtificari hæc
conſuetudo inhibendi.

Tum ex eo, quia in foris competen
tiarum fit mentio de his literis inhi-
bitorijs

bitorijs, & præſuponuntur ibi, quos foros ſcimus eſſe confirmatos à Sede
36 Apoſtolica per Papam Paulum † die 21. Septembris 1548. pro vt refert Bardaxi in foro primo de las competencias numero octauo, & apud archiuum Dipputatorum huius regni videri licet, quod ſi ita eſt, pro vt eſt, iam ſuperflua eſt hæc diſputatio, cum ex authoritate Rom. Eccleſiæ fiant hæc inhibitiones, de quibus in dict. foris competentiarum, ſimiles alijs inhibitionibus, quæ ne pendente appellatione nuncupantur.

Et quando in his inhibitionibus, & iurisfirmis, non apponeretur verbum (inhibemus) † ſed ſolũ verbum
37 hortamur, quo nullum aliud modeſtius, nullum vrbanius excogitari poteſt, tunc certe, licet huiuſmodi verbum exhortationis, de ſui natura, & regulariter non inducat præceptum, cap. præcipitur 14. queſt. prima, aliàs in cap. fin. §. quod præcipitur cap. ſecundo de ſponſalib. extra vbi Anto. Abb. Præpoſit, & Felin. colligũt per hæc verba, *Moneas, inducas*, non concedi compellendi poteſtatẽ ei, qui nullam ad cõpulſionem poteſtatẽ habebat cap. ex litteris 2. de ſponſal.
38 tamen † quando verbum exhortationis adijcitur diſpoſitioni, aut rei, quæ ex propria natura neceſsitatem obtẽperandi pręſe fert, pro pręcepto aſſummitur, glo. in cap. primo de teſtam. extra, in Clementina prima, de teſtib. vbi Cardi. glo. in cap. ad aures de ętat. & qualitate, Felin. in cap. nam & concupiſcientiam columna prima, de conſtitu. Modo ad propoſitum, aut his inhibitionibus, & ſeu iurisfirmis, quæ emanant contra iudices Eccleſiaſticos, ad id ne violentiam inferant, dato quod verbo hortamur ſtilatæ expedirentur, tenentur obedire iudices Eccleſiaſtici, aut non, ſi dixeris quod non, res erit expedita, nec tunc tractandum erit de modo expediendi has inhibitiones, ſi concedi non valent,
39 † nec ſunt obediendæ, & obſeruandæ, quod non ſolum eſſet tollere ius naturale defenſionis, conſuetudinem immemorialem, canonicis conſtitutionibus ſtabilitam, & confirmatam: verum euertere omnes foros competentiarum à Romana Eccleſia confirmatos. Si autem dixeris eſſe eis obediendum, iam ſubſequitur ratione rei, ob neceſsitatem obediendi, hoc verbum (hortamur)
40 tranſire † in præceptum, & in ſubſtantia has firmas præceptum in ſe continere, & ſic aut id fatendum eſſe, aut penitus denegandum talia practicari poſſe in regno, quod dici non debet.

Multoties vidi dubitari circa ſu-
41 periora, an ſi iudex † Eccleſiaſticus inhibeat iudici ſeculari in caſibus, in quibus non debet ei inhibere, veluti, quia iudex ſecularis non habet iuriſdictionem ab Eccleſiaſtico, cognoſcendi de tali cauſa, ſecundum Lancelot. de attentatis poſt inhibitio ſecunda parte q. 20. numero 87. vel ſi iudex ſecularis cœperit cognoſcere ſuper nonnullis, in quibus tam ipſe iudex ſecularis, quam iudex Eccleſiaſticus procedere poſſunt, quæ traduntur per Felin. in cap. cum ſit de foro comp. quo caſu alter alteri inhibere non poteſt, an

talis inhibitio ſit obtemperanda & obſeruanda, & aliqui, inter quos eſt Socinus conſ. 99. numer. 21. lib. 3. dixerunt, quod licet iudex eccleſiaſticus ſeculari inhibeat cum cenſuris, tunc iudex ſecularis non debet tales inhibitiones curare, vt late Lancelotus vbi ſupra, verum quid quid de iure ſit, de conſuetudine tamen, &
42 bono ſtilo, & † metu cenſurarum, tales inhibitiones obſeruantur, & timentur, quod tutius eſt ſecundum Lancelotum vbi ſupra, quod etiam ſuadet Mandoſius vbi ſupra, idque maxime in Regno, vbi prouiſum extat de ſaluberrimo illo remedio Domini Cancellarij, qui tamquam iudex medius inter iudices ſecularem, & eccleſiaſticum competentiam iuriſdictionis dirimere poſſit.

Verum eſt tamen, quod ſi iudex eccleſiaſticus inhiberet iudici ſeculari,
43 † indebitè & iniuſtè in caſu multũ notorio, & manifeſto tunc poſset ſecularis non formare competentiam, nec reſpondere eandem formando, ſed vel requirere iudicem eccleſiaſticum, vt reuocet literas inhibitorias ſub pœna occupationis temporalitatum, vel non curare literas inhibitorias iudicis eccleſiaſtici, reſpondendo ſe non teneri ad formandam competentiam, vt ſupra, ſicut etiam in eiſdem caſibus poſſet ſecularis iudex inhibere iudici eccleſiaſtico de præciſſo in caſu notorio, & manifeſto de iure, vt ſupra dictum fuit in ſuperioribus.

44 Qua propter iudices † eccleſiaſtici maximopere etiam aduertere debent, ne in caſibus inhibeant, quibus de iure inhibendum non ſit, ne ob id executio iuriſdictionis ſecularis elidatur, & retardetur, quod fit ſi eccleſiaſticus inhiberet contra inſtrumentum aliquod priuilegiatum, guarentigium, executiuum, & paratam executionem habens, tamquam ſuſpectum de vſura, non conſtito
45 manifeſtè, clarè de vſura ipſa, † & maxime parte non citata, & inaudita, quia vtrumque contra notiſſima principia iuris eſt, quod inhibitio detur parte non citata vt in-
46 fra † latius. cap. vigeſsimo ſeptimo & eſt magis comunis opinio ſecundum Alexand. Iaſſon. & alios, quos refert Lancelotus de attent. poſt inhibitio. 2. part. capit. 20. numero. 82. 83. nouiſsimè Bimius conſilio. 21. ſed cum id in praxi non ſeruetur, imo
47 ſecundum † Lancelotum dentur iſtæ inhibitiones parte non citata & malè, tum etiam iſta opinio non procedit, quando iudex ex officio procederet, quo caſu poteſt, & ſolet parte non citata inhibere ſecundum Mandoſium vbi ſupra, ideo alio fundamento vtendum eſt, ſcilicet quod iſtæ inhibitiones ſunt contra inſtrumenta guarentigiata, priuilegiata, & executiua, quo caſu licet per exceptionem vſurarum reſultantem ex ipſo inſtrumento, vel alio inſtrumento, poſsit inhiberi per eccleſiaſti-
48 cum † iudici ſeculari vt reſoluimus ſupra capite. quarto §. primo, numero, ſeptimo, & infra latius, tamen quando ipſa exceptio, ſeu ſuſpicio vſurarum reſultat per teſtes, vel aliter quam per inſtrumentum, tunc ſecundum ſutum deſeantes de vſu-
49 ris non debet impediri executio † inſtrumenti, quod alias eſt exequibile, & priuilegiatum, ſicut in regno receptum eſt, & diximus d. §. primo & di-

& dicemus infra, & idem dicendum videtur in inhibitione Iudicis Eccleſiaſtici, nam huiuſmodi inhibitiones concedi non debent, niſi cum magna cauſæ cognitione, quando manifeſtè conſtaret contractum vſurariam
50 prauitatem præ ſe ferre, † vel ſaltem illius vehementem ſuſpitionem habere, aliàs inhibitio obſeruanda non eſt, ſecundum Inno. in cap. paſtoralis numero ſeptimo de offic. delega. vbi doctores, eſt omnino videndum in re hac Imol. in l. quarta §. prætor de damno infect. in fin. deinde quia quando ex ipſo contractu nihil prima facie inſurgit quod præſumptionem vſuræ inducat, habebit præſumptionem
51 † pro ſe l. quoties §. qui dolo de probat. l. cum præcibus C. eod. Craue. conſ. 145. quare cum inſtrumentum habeat de foro executionem paratam & priuilegiatam, exceptio vſurarum non inſtrumentaliter probata
52 non debet impedire † executionem ſecundum Angel. & Immol. in l. 4. §. condemnatum ff. de re iud. Barbat. conſil. 18. aliter autem eſſet in poteſtate debitorum his confictis exceptionibus creditores eludere, licet poſt executionem factam admittenda foret omnis probatio ad repeten-
53 dum † vſuras iuxta cap. debitores de iur. iur. for. deſeantes de vſur. Verum tamen eſt, quod non ſic practicatur, quia iudices Eccleſiaſtici in-
54 hibent in vim teſtium probantium † vſurariam prauitatem, ſeu illius ſuſpitionem, vt dicit Lancelotus vbi ſupra de quo iterum dicā infra quia res hæc indiget alia recomendatione.

55 Hæc ſcribendo fui † conſultus per dominum Ioannem Sora Cancellarium competentiarum ſuper quadam competentia iuriſdictionis, tenoris ſequentis. Quidam Sebaſtianus Ronco, vicinus comunitatis Darocæ, poſtquam fuiſſet pignoratus per quendam Iuratum ciuitatis Daroçę, ex eo, quod dictus Ronco ante ſolis ortum, & ſic ante tempus, & caſu ibi prohibito, intrauerat cum ſuo ganato ad paſcēdum in terminis dictæ ciuitatis Darocæ, tantum odij, & rancoris ſecum concepit, quod minatus fuit, & dixit, quod ſi iterum dictus Iuratus eum ob eandem cauſam pignoraret, quod eum baculo, quod ſecum geſtabat, percuteret, & in terram percuſsione eijceret, & ſic in terram eiectum, ictibus cum ſicca illatis erat interfecturus, his minis, & verbis præcedentibus, cum illum Iuratus iterum inueniret ingredientem cum ſuo ganato hora, & tempore prohibitis, voluit pignorare, illo reſiſtente eidem verbis, & opere, cum què in pignoratione inſiſteret, dictus Sebaſtianus Ronco ad effectum minas deducens, cum multis ictibus ſicca commiſsis interfecit, & interficere, & vulnerare viſus eſt, & repertum fuit cadauer ipſum percuſſum in capite, & ſpatulis concuſsione quadam, quæ percuſsionē denotabat commiſſam cum baculo, vel lapidibus, aliter quam enſe, vel gladio. Et cum in Eccleſiam confugiſſet, ab ea fuit extractus, & formata competentia declaratum non debere gaudere immunitate die vigeſima ſecun-
* da Martij 1606. in proceſſu procur. aſtrict. ciuitatis Darocæ contra Sebaſtianum Ronco ſuper declaratione
56 competentiæ † in vim eorum quæ ſequuntur. Et primo licet de iure comuni non ſolum homicida per inſidias, & induſtriam, verum etiam ſi tantum ex propoſito, & appenſatè occidat, excluditur ab Eccleſiarum

Digitized by Google

immunitate, ea que non gaudet, vt eſt magis communis opinio ex Decian. tomo. 2. tracta. crimina. lib. 6. capite. 28. numer. 15. Bouadilla in polit. libro. 2. capit. 14. numer. 36. vbi de magis communi, & apud quos habes longam doctorum congeriem, tamen in Regno Aragonię homicida
57 deliberatus, & † appenſatus ſi inſidioſus non ſit, gaudet immunitate, obſeruantia prima de his qui ad eccleſias confugiunt, ita Bardaxi in foro de his qui ad eccleſi confugi. numero. 10. in fin. Secundum iſta videbatur dicendum in hoc caſu, hunc homicidam debere gaudere immunitate eccleſiæ, ex eo, quia ex prima pignoratione, & ex ſecunda, in qua ſuper capiendo, & defendendo pignore contenderunt Sebaſtianus Ronco & Iuratus, videbatur inter eos orta rixa, & inimicitia, at qui inimicum occidit,
58 non dicitur inſidioſus homicida † etiam ſi a tergo occidat, Barda. vbi ſupra Bart. in l. reſpiciendum. §. delinquunt. ff. de pæn. Gomez tomo. 3. varia. cap. 2. num. 1. Bouadi. vbi ſupra. numero. 35. imo data rixa non dicetur commiſſum delictum animo
59 deliberato, † cogitato, & meditato, vt cũ multis reſoluit Menochi de arbitr. caſu. 361. numer. 17. cum ſequen. nã appenſamentum nullam præſupponit inſtantem prouocationem, aut rixam, Decian. vbi ſupra. num. 15. verſ. quando quis occidit volens, &c. folio. 71. quod multum bene confirmat Menochi. vbi ſupra, vnde iſte homicida videbatur debere gaudere immunitate, quia nec per inſidias occidit, nec etiam appenſatè, & quando appẽſatè occidiſſet citra inſidias, adhuc in Regno gauderet immunitate, quicquid de iure ſit.

Verum his non obſtantibus iuſtiſsimè fuit declaratum homicidam hunc non debere gaudere immunitate, & primo, licet ex prima pignoratione ipſe Ronco odium conceperit contra Iuratum, id tamen non deuenit in notitiam Iurati, & ſic non
60 potuit dici rixa, † & licet in ſecunda pignoratione ſuper capiendo pignore contendiſſent, illud tamen fuit verbis tantum, non vero facto
61 & ſic non poteſt appellari † rixa, quę facto tantum, non verbis fieri dicitur, quo ad caſum de quo quæritur, Decianus. reſpon. 56. numer. 6. tomo primo. Bonacoſa quæſtionũ. crimina. part. 1. verbo rixa, dicens, quod ſtatutum loquens de rixa, intelligitur de reali rixa, & non de verbali, quo ſuppoſito ſequitur, quod homicidium hoc, commiſſum in perſonam iurati, dicatur patratum animo deliberato, ſedato, & a ſangue fredo Menochi. vbi ſupra numer. 15. præſertim, quia hic homicida validior, & fortior erat aduerſario, & ſic præ-
62 ſumitur aggreſſor, † Cæpol. conſil. 28. verſ. 10. & conſil. 29. maxime quia ſe id facturum minatus fuit, ob quod pręſumitur contra eum in omnibus, ſecundum Decian. tomo 2. libro. 9. capit. 34. numer. 29. & tomo. primo. libr. 3. capit. 25. numer. 77. Boſsi. in titulo de indici. numer. 44. Iul. Clar. §. fin practicę Criminal. quęſtion. 21. verbo minę, verum hoc non ſufficiet in Regno, ſi deſint inſidię, quare dicendũ eſt non ſolum hũc eſſe homicidam deliberatum, verum etiã proditorium, ratio eſt, quia qui occi-
63 dit † eũ, qui inimicus nõ erat, nec occaſionẽ precauẽdi habebat, dicitur inſidioſus, & proditorius homicida, glo. in can. clericus 46. diſtinct. Bar. in d. §. delinquunt. Felin. Bal. & alij allegati per Bobadill. vbi ſupra. nu. 35.

Barda-

Bardaxi vbi ſupra. hinc dicitur prodi toriè occidere ille, qui ſimulata amicitia, vel diſsimulata inimicitia aliquem incautum occidit, nam prodere ſecundum Bart. vbi ſupra, eſt vnū actu oſtendere, & aliud in mente gere re, iuxta not. in l. 1. ff. de præuaricatoribus, & l. 4. in principio. ff. ad l. Iuſ maieſ. vnde infert Decian. tom. 2. cau ſa crimi. lib 7. cap. 29. num 19. quod qui aliquem occidit nulla rixæ cauſa intercedente, proditoriè id feciſſe dicetur, Doctores in cap. 1. de homicid, Guido Papæ quæſt. 191. num. 2. & 4. Alex. conſ. 145. num. 5. Afflict. deciſ. 265. ſecundum hæc intelligitur illud Matthæi. 26. *qui intingit manum mecum in paropſide, hic me tradet;* Alia multa hinc infert Decian. vbi ſu pra a numer. 20. cum ſequentibus vn de Menoch. de arbitr. caſu 361. numer. 24. dicit quod qui alterum occidit nulla precedente inimicitia, vel præcedente, ſed iam longo tempore cum eo iter faciens, vel aliter ſedens in menſa proditorius eſt; imò ſecundum Decian. tom. 2. cauſa crimi. li. 6. c. 28. num. 15. fol. 73. vix reperies quẽ quã appenſatè ſecundum cõmunem vſum loquendi aliquem occidere, qui prius ei inſidias non ſtruat, expectãdo eum, vel in locis occultis, vel commodis ad delictum perficiendum, & tandem multis relatis concludit Portol. in tract. competent. capit. 7. num. 6. quod proditoriè quis aliũ occidere dicitur, quando occiſus ex ali-
64 qua cauſa † illũ occiſſorem præcaue re nõ tenebatur, ſic Auend. Fęlin. Gomez. & alij per eũ relati vltra Couar. lib. 2. var. cap. 20. nu. 7. Modo in caſu occurrẽti nulla rixa de preſenti, nec præterito interceſſerat, quia cõtentio ſuper pignore capiẽdo rixa dici nõ poterat, ergo proditor is dici debet. & tamquam talis immunitate gaudere non debet.

Deinde quia ſi officialis occidat eũ, quem captum apud ſe detinet, etiam
65 ſibi aliàs inimicum, dicitur proditorius homicida, † & inſidioſus, & per conſequens immunitate eccleſiaſtica non gaudebit, vt fuit iudicatũ a can cellario competentiarum die 2. Iunij 1573. referente Portol. in d. tract. com peten. quæſt. 7. ex eo quia ſi officalis occidat quem captũ detinet, non reſiſtentem, cum proditione id facit ſecundum Boer. deciſ. 179. Felin. in c. cum iuramentum de homicid. nam il le captus nullam præcauendi cauſam habebat, dum in poſſe officialis detinebatur; imo nullatenus timendum ei erat, ex quo ſub Regia protectione, & ſalua guardia conſtitutus exiſtebat, ſecundum Bart. in l. 3. §. transfugas. ff. ad l. Cornel. de ſicar Portol. vbi ſupra num. 7. vbi alios allegat, quem vide: Ergo idẽ in caſu noſtro dicẽdum eſt, quia officialis cui reſiſti non poteſt l. prohibitum cum vulgatis C. de iure
66 fiſci, nullam pręcauẽdi, & timendi cau ſam habebat, † imo debuit exiſtimare dictũ Ronco reſiſtentiam de facto non facturum, & per conſequens ille, qui officialem ſic incautum, & nõ timentem occidit proditoriè dicitur oc cidiſse: vt immunitate eccleſiaſtica non gaudeat, aliàs nõ reperiretur, offi cialis, qui exequi ſuum officiũ vellet.

At hæc, hic conſtabat ſufficienter dictum homicidium fuiſſe cõmiſſum proditionaliter, & à tergo ex eo quia per duos teſtes conſtabat de minis, dum dixit ſe percuſſurum ipſum iuratum quodam baculo, quod ſecum ferebat, eũmque percuſsione eiectum in terram interfectum ictibus gladij, quod omne ad vnguem ad impletum fuit, ſiquidem per mul-

tos teſtes conſtabat eum vulneraſſe
ſicca, dum in terra iaceret, ibique baculum illud habuiſſe, in ſpatulis in ſuper, & parte poſteriori capitis contuſionem quandam repertam, quæ lapide, vel baculo facta arguebatur,
67 vnde minis attentis totum hoc † arguebatur factum in executionem minarum, & proditoriè commiſſum, maximè quia per vnum teſtem cõſtabat de confeſsione, quod illũ percuſerat à tergo cum illo baculo, & eiecerat in terram, vbi eum interfecit, de qua interfectione per multos teſtes conſtabat, cum ergo de qualitate necis ideſt proditione ſemiplenè per vnũ teſtẽ & pluſq; ſemiplenè conſtitiſſet per inditia alia, & præſumptiones, merito debuit priuari immunitate Eccleſiaſtica, nam de qualitate circũferẽte iuriſdictionem ſuficit ſi ſemiplenè conſtet
68 † ſecundum Abb. in c. ſi clericus laicum de foro comp. n. 9. vbi Felin. n. 2. & licet hoc habeat de iure contradictores ſecundum Portol. in tractatu cõpetentiarũ q. 9. verum tamen in regno receptũ id eſſe dicit, & ſic iudicatum in exemplaribus, de quibus ibi nu. 6. quod & in regno Portugaliæ, practicari tradit Gama deciſ. 281. vt tandem idem vidimus iudicatum in
* proceſſu procur. aſtrict. contra Gregorium Gutierrez die 27. Decembr. 1600. ſuper competentia, vbi qualitas delicti per coniecturas & inditia fuit probata & ferè ſemiplenè tantũ, quare in caſu noſtro cũ pluſquam ſemiplenè conſtitiſſet de qualitate necis, & ſeu proditione, merito fuit declaratũ in fauorem ſecularis, & ſic priuatus immunitate Eccleſiaſtica.

Concludamus hanc inhibitionem, ſiue firmam, quæ datur ne pendente appellatione à iudice Eccleſiaſtico ſententia exequatur, vnica queſtione quid ſi appellans, appellationem non fuerit proſequutus, vel ex aliquo alio capite apppellatio fuerit deſſerta, poſ
69 ſit iudex à quo † declarare appellationem deſertam, & ſententiã tranſiuiſſe in rem iudicatam, & perconſequẽs tunc firma non obſtet, quaſi non pendeat iam appellatio, qua tantum pendente fuerat data firma, cum aliàs dici ſoleat, quod firma, ſiue inhibitione pendente appellatione, ſit quaſi firma, ne verificatis conditionibus, quæ non obſtabit illis verificatis, ſecus aliàs. Pro cuius reſolutione eſt ſcien-
70 dum, quod iudex à quo † poteſt pronuntiare appellationem interpoſitam fore deſertam, & ſententiam à ſe prolatam tranſiuiſſe in rem iudicatam, abſque eo quod expectent declarationẽ iudicis ad quem ſuper deſertione appellationis, vel confirmatione primæ ſententiæ, notat Bart. in l. tale pactum, §. qui prouocauerit num. 3. de pactis, nam vbi quis intra tempora à lege comuni, vel munici-
71 pali preſinita † non facit ea, quæ pertinent ad ſtabilendam, & proſequendam appellationem, nec eam proſequi curat, renuntiare videtur appellationi, iuxta ea, que notantur in l. ſi ego de negotijs geſtis l. facta §. ſi quis ff. ad Treb. Bald. in authentica item in appellatione C. de temporibus appellationum, & tunc non transfunditur iuriſdictio iudicis à quo, ſuper illius cauſæ cognitione, & executione in iudicem ad quem, ideo que tunc iudex à quo, reaſſumendo ſuam iuriſdictionem poterit optimo
72 iure exequi ſententiã † à ſe latam, non expectato aliquo adminiculo, & abſque declaratione iudicis ad quem, ſuper deſertione, vt explicat pulchrè Anchartanus in Clementina ſi-

cut

cut numero ſexto de appellatio. Vbi docet, id etiam procedere, ſiue ab initio fuerit appellatio deſerta, ideſt numquam proſequuta, ſiue ab initio fuerit facta, & recepta, & ex poſt facto deſerta, quia vtroque caſu
73 fingitur † numquam interpoſita, facta, & recepta, & recipit reſolutionem, & interitum, ita vt nec iudex à quo videatur vnquam iuriſdictionem circa illam cauſam, & eius executionem amiſiſſe, & ideo vtroque caſu, iure proprio poterit executioni mandare ſententiam à ſe prolatam, quia paria ſunt
74 non appellare, † vel poſtea appellationem deſerere, l. furti §. 1. de his qui notantur in fam. l. fin. C. de temporibus appellatio. *Ibi tamquam ſi ab initio numquam fuerit prouocatum*, vt explicat Siluanus conſil. 5. num. 10. Iaſ. in l. præſes nu. 4. & 5. ff. de re iudicata, vbi hoc idem ſtatuit, quando appellatio eſt minus legitima, vel non fuit rite interpoſita, quia talis appellatio, nec impedit, nec retardat exequutionẽ ſententiæ iudicis à quo,
75 nam paria ſunt aliquid non fieri, † vel minus legitimè fieri l. quotiens ff. qui ſatisdare cogantur cum ſimilibus.

Ex quibus reſultat firmiſsima concluſio, iudicem à quo, ſi viderit appellantem, non adhibuiſſe intra tempora legitima ea, quæ requiruntur ad introducendam, & proſequendam appellationem, & de ea non curare,
76 poſſe † proprio iure pronuntiare appellationem eſſe deſertam, & ſententiam à ſe prolatam tranſiuiſſe in rem iudicatam, vt ingenuè profitetur Guido Papæ deciſio. 214. numero quinto & deciſ. 436. numero 24. quod nõ tãtũ in ordinario, ſed etiam in delegato obſeruatum fuit in Rota, vt teſtatur Mohedanus deciſione 36. n. 1. & in regno prædicta concluſio
77 indubitanter † recipitur ex Molin. verbo appellatio verſ. appellationem fore deſertã fol. 19. col. 1. in fine.

Ex quo reſultat, quod cum iſtæ inhibitiones, iſtę firmæ, que datur contra iudices Eccleſiaſticos vim inferentes, ne vim inferãt, & ſic ne pendente appellatione ad ſuperiorem interpoſita, exequãtur, attentet, & aliquid no ui faciant contra ſacros Canones, habeant tantum effectum, & inhibeant pendente appellatione, & dũ illa pendet, quod ſublata ea non obſtabunt,
78 † quo minus iudex in cauſa procedat. Vnde ſi iudex declarauerit appellationem fore deſertam ex aliquo capite, certè tunc cum nulla detur appellatio, non arctabit amplius firma, ſeu inhibitio Iuſtitiæ Aragonum, ſicut etiam habemus, quod manifeſtatio, quæ datur ad obuiandum, & prohibendum ne capto in carceribus detento fiat vexatio, ſeu moleſtia aliqua, expiraret lata ſententia forali, vt in primo capite dictum eſt difuſè.

Verum hoc limitatur non procedere, quando pars appellaſſet ab ea ſententia, per quam fuit declaratum
79 † appellationem fore deſertam, nam certum eſt, quod appellatio poteſt interponi à ſententia, per quam declaratur ſententiam tranſiuiſſe in rẽ iudicatã, vel fore deſertam in foro Eccleſiaſtico, & pendente tali appellatione poteſt peti iurisfirma, & inhibitio per tradita per Portol. verb. appelatio, Maranta in ſua praxi titu. de ſent. vel appellat. pro vt fuit iudicatum in proceſ. Reuerendi Ludouici Oto. ſuper iurisfirma die trigeſimo Auguſti 1595. aduertendo finaliter

ad hanc queſtionẽ quod etiã ſecũdum ſuperiora, confirmata ſententia iudicis, à quo per ſuperiorem expirabit etiam effectus iurisfirmæ, ſeu inhibitionis, ex eiſdem fundamentis ſupra traditis.

In modo autem habendi appellationem pro extincta, debet, attendi ius canonicum, non vero ius noſtrum ciuile, ſicut etiam quoad effectum ſuſpenſiuum appellationis, ex quo ſequitur, quod cum de foro appellatio ſuſ-
80 pendat † quouſque ſententia bis confirmata ſit, de iure vero canonico debet eſſe ter confirmata. Inde fit quod ſi in foro Eccleſiæ ſententia ſit bis confirmata, & ab ea appelletur, & pẽdente appellatione petatur firma ſeu inhibitio coram Iuſtitia Aragonum, erit danda; licet quo ad forum ſeculare non eſſet danda confirmata bis ſententia. Attendi enim debet in executiuis forus vbi cauſa pendet, & exequi ſententiam non obſtante appellatione, eſt de ordinatiuis. & ſic licet in ſeculari non ſuſpẽdat appellatio duas ſententias conformes, quia tamen in foro Eccleſiæ ſuſpendit, ideo eſt danda inhibitio in conſeruationem iuris cononici, vide in proceſſu Dominæ Marianæ de Gueuara ſuper iurisfir. ab anno 1594. & in proceſſu Petri de Torres infantionis vicini villę de Almudeuar ſuper iurisfirma, quæ omnia fundantur in doctrina Ancharrani in regula ea quæ de regul. iur. Iaſſ. in l. cunctos populos C. de ſumma trinita.

Et in tantum vera ſunt ſuperiora, de dando firmam & inhibitionem ne pendente appellatione aliquid innouetur, quod procedunt etiam quod eſſet ſententia priuationis lata contra aliquẽ, ob aliquod delictum, quo caſu lata ſententia priuationis vide-
81 batur † dicendũ, nõ impediri per appellationem effectum ſententiæ, quia pœna priuationis, & ſententia priuationis trahit ſecum executionem ictu oculi. Imo quod plus eſt afficit priuationis ſententia ignorantem, ſi ab homine lata ſit, ita vt geſta ab eo non valeant, ſecundum Paul. conſ. 168. n. 4. in primo latè Azeuedo lib. 3. titu. 7. l. 2. in fin. quo non obſtante contrarium dicendũ eſt, ſcilicet quod per appellationem ſuſpẽdatur executio ſententiæ, Azeuedo n. 15. & 24. & 9. & 14. Pro quo nota caſũ ſequentẽ. Quidã regnicola fuit priuatus ab ordinario, ob certum delictũ, iure, quod habebat præſentandi ad certum beneficium, ipſe appellauit, & obtinuit firmã, ne pendente appellatione aliquid innouaretur: Alius, cui id ius cõpetebat ſecũdo loco, præſẽtauit, nõ obſtante quod pars, quæ accuſabat, ſe ſeparauerat ab inſtantia, & actione, fuit declaratum appellationem ſuſpendere maximè attenta ſeparatione, ex ſequentibus: primo conſiderabatur
82 quod priuatio ab officio eſt pœna, † Maſcar. concl. 1158. n. 28. Aymon de antiqui. pag. 126. n. 150. Paulus conſ. 371. Auendañus lib. 1. c. 2. Capicius deciſ. 121. Ideo omnis pœna priuationis eſt odioſa, & reſtringenda, Vincen. de Franch. deciſ. 169. n. 4. & cũ ſit pœna, vt indicatur, requiruntur clariſsimę probationes Decius conſ. 650. & indici non poteſt pœna pri-
83 uationis, niſi in caſibus † à iure expræſsis, c. cum ſecundum vbi omnes de hæreti. Molin. de primog. lib. 1. c. 9. Salcedo in praxi c. 123. n. 128. Azeued. vbi ſupra: Et requiritur præciſsè etiam ſi indicatur pœna ipſo iure ſententia declaratoria iudicis Roma. cõſ. 211. vbi additio Roland. conſ. 8. n. 7.

in 3. Gab. conclu. crim. 11. & 12. Burſatus latè conſil. 43. nu. 21. & conſ. 26. n. 7. & 102. n. 25.

84 Imo lite pendente, † quouſque de-
claratio fiat nō ſuſpenditur ab officio
ille qui probato delicto venit priuan-
dus Bald. n. 5. in auth. ex teſtamento
C. de ſecund. nup. Abb. in c. ſæpè n.
16. de appell. Bart. n. 17. Orozco n.
20. in l. Barbarius ff. de offi. præt.
Hyppo. in praxi §. ægredior n. 108.
& conſ. 52. n. 18. latè Tiraq. verbo re-
uertatur nu. 412. in l. ſi vnquam, latè
Azeuedo in l. 2. titu. 7. lib. 3. n. 8. vbi
85 extendit etiam ſi lata ſententia ſit †
donec per appellationem lis pendet
cuius verba ſunt. *Quod adeò verū eſt,
quod & ſi per ſententiā cōdemnati ſint,
& ſuſpenſi ab offitio, ſi à tali ſententia
appelletur, pendente appellatione poſ-
ſunt officia illa exercere, & procedere
in eorum exercitio, ſicut in damnato ad
mortem, qui interim, quod appella-
tum eſt à prima ſententia, ſi teſta-
mentum fecit, tale teſtamentum in-
terim factum valet.* vide Couar. lib.
primo var. c. 16. num. 11. quod & in
noſtro regno obſeruatur in reſiden-
86 tijs officialium, nam pendente † reſi-
dentia non ſuſpenduntur ab officijs,
niſi facta publicatione conſtaret de ta-
li delicto, ob quod foret priuandus of-
ficialis for. vni. de inquiſ. faci. Mo-
lin verb. inquiſitio verſ. fallit circa
fin. pag. 182. in quo eſt maximè ad-
uertendum per inquiſitorem ne ſuſ-
pendat; niſi in caſu manifeſto, nam
eſt mala interlocutoria iſta, & meis
temporibus vidi quandam ſuſpenſio
87 nem † hac via factam, quæ fuit vlti-
ma in proceſſu; ob mortem inquiſiti
de iure vero an pendente inquiſitio-
ne debeant officiales ſuſpendi, vide
per Azeued. vbi ſupra vbi benè.

Cum ergo lata ſententia priuatio-
nis, pendeat adhuc lis verum ſenten-
tia illa ſubſiſtat, vel illius effectus ſit
ſublatus propter ſeparationem fac-
tam à parte accuſante, reſultat lite
pendente non eſſe ab officio ſuſpen-
88 dendum, neque ſua poſſeſſione pri-
uandum, maximè cum ad conſer-
uandum quem in ſua poſſeſſione †
lite pendente, reſiſtente etiam ſenten-
tia legali, & hominis, ſufficiat quæ-
libet cauſa leuis colorata cap. cum
veniſſent de institut. vbi Abb. numero
octauo Imol. Alex. conſilio 219. nu-
mero 17. vol. ſexto, Couar. pract. 17.
Garcia de nobilit. glo. octaua numero
quinto, Gutierrez lib. tertio queſt. re-
giarum cap. 19. numero octauo, ergo
ſeparatio prædicta, cauſa iuſta eſt, cur
lite pendēte in poſſeſsione pars tuea-
tur, maximè cum a ſententia appel-
lauerit, quæ appellatio iudicatum
extinguit.

Deinde quia pœna priuationis
etiam ipſo iure indicta ad fauorem
89 alicuius, ita demum comprehendit, ſi
declaret ille, cuius fauore inducta eſt,
velle pœnam † ſubſiſtere, & locum
ſibi vendicare, non autem aliàs Cur-
tius Iun cōſ. 69. num. 11. & conſ. 110.
numero 23. Soci. 111. numero 3. Iul.
Clar. in §. emphiteoſis q. 9. Burſa-
tus latè conſ. 12. numero 47. & 48.
vbi de comuni, & conſ. 14. numero
108. ſed in caſu figurato eſt indicta
pœna fauore alicuius priuati accu-
ſantis, ergo ipſo nolente, cum ſe
ſeparauerit non eſt locus pœnę pri-
90 uationis per ſententiam indictę, pars
enim accuſans tamquam domina li-
tis potuit ſe ſeparare † ab inſtantia
in præiuditium illius; cui in conſe-
quentiam priuationis ius quærendum
eſt; vide Bar. in l. qui Romæ, §.
Chal-

Chalimacus num. primo, vbi Alex. & Iaſ. de verborum obligationibus Felin. in cap. cum olim de re iudicata, Matheſilanus ſingulari. 30. Burſa. conſil. 32. numero ſeptimo, declarantes quomodo id intelligi debeat, nam non ita abſolutè intelligendum eſt. Ex quo videtur quod facta ſeparatione ab inſtantia, & ſententia lata, res redacta ſit ad ſtatum, in quo erat ante acuſationem, & ſententiam latam priuationis, & perconſequens reſolutum videtur ius tertio quęſitum.

Illud tamen certum eſt in hoc caſu, quod quando ex priuatione alicuius adquiritur ius tertio, non in ſatisfactionem damni ei illati, neque
91 offenſæ ei inflictę, † ſed potius ex priuatione ob delictum aliquod commiſſum in perſonam alterius, tunc, ſicut poteſt offenſus offenſam remittere, & ab acuſatione, & pœna ſe ſeparare, ita remittendo, & ſe ſeparando, omnia quæſita ex ſua acuſatione & condemnatione illa tertio, abdicuntur ei, vt eſt videre apud Alex. in l. gallus. §. & quid ſi tãtum numero decimo nono, & vigeſimo primo, Iaſ. numero 70. Soci. Angel. Crotum, Galiaulam ibi numero 69. quę ſpeculatione indigent, licet ita viderim iudicari in caſu ſupradicto, quidquid tamen ſit, quantum ad caſum noſtrũ neceſſe eſt, illud certiſsimum videtur, quod etiã ſi pœna ſit priuationis, & ipſo iure indicta, & lata ſententia ab homine, ſi tamen appel-
92 latum ſit, † ſuſpendet appellatio executionem ſententiæ, & per conſequens dabitur firma, & inhibitio ne pendente appellatione aliquid innouetur, quod indubium eſt, ex vulgari regula iuris, qua cauetur, quod omnes ſententiæ difinitiuę, vel habentes vim difinitiuæ appellatione ſuſpenduntur, niſi contrarium in iure exprimatur.

Contra autem ſuperiora tradita ſub numero 79. in quibus diximus poſſe appellari à ſententia per quam declaratur ſententiam tranſiuiſſe in rem iudicatam, vel fore deſertam, & eam hac appellatione obtineri poſſe iurisfirmam ne aliquid appellatione pẽdente innouetur, ex quo illa innouatio violentiam contineret, oppo-
93 nunt † aliqui de Clementina ſi appellationem de appellationibus, vbi cauetur, quod proſequutio appellationis deſertæ non impedit, quin ſententria cenſeatur in rem iudicatam tranſiuiſſe, ſecundum Ioannem Andream, per quod exiſtimant appellationem ſupradictam à recitata declaratione, per quam declaratur ſententiam fore deſertam, non ſuſpendere effectum ſententiæ, & per conſequens, firmam ſeu inhibitionem obtineri non poſſe, ad impediendam executionem ſententiæ, & de hoc vidi aliquando multum dubitari. Verum his non obſtantibus tenenda eſt ſupradicta reſolutio, quod ſcilicet
94 appellatio † ſuſpendat effectum ſententiæ, & perconſequens debet dari firma, ex ſequentibus.

Primo quia hæc ſententia, per quã declaratur appellationem eſſe deſer-
95 tam habet † vim diffinitiuę, ex allegatis in dicta Clementina ſecundum Rotam deciſióne quinquageſima nona, de appellationibus in nouis Prepoſitus queſt. decima quinta, verſiculo circa ſecundum, Francus queſt. nona in capite ex ratione de appellationib.

Secun-

Secundo, quod omnes ſententiæ diffinitiuæ, vel habentes vim diffinitiuæ, & illarum effectus, & executio
96 ſuſpenduntur † interpoſita appellatione, imo & ante interpoſitã appellationem infra decem dies de iure cap. nõ ſolum de appellationib. in ſexto, notat Alex. in l. 3. §. ſi ſeruus col. penult. de adquirenda poſſeſſione Maranta in praxi 6. parte verbo & quandoque appellatur n. 163. quod eſt vulgare.

Tertio & vltimo, quia à ſententia per quam declaratur appellationẽ eſ-
97 ſe deſertam, bene appellatur † & talis appellatio ſuſpendit executionẽ ſententiæ, & cauſæ principalis, quouſq; ſententia ſuper deſertione lata tranſeat in rem iudicatam, ita tenet Prepoſitus in d. c. ex ratione q. 15. verſ. tertia eſt queſtio, Philippus Franchus d. q. 9. col. 20. circa finem dicẽs de mente Baldi, quod cũ iſta ſententia ſuper deſertione diffinitiuę lata habeat vim diffinitiuæ, ideo poterit ab ea appellari, & quod ita in Palatio, & curijs obſeruatur, ſecundũ eundẽ Baldũ, Corneus conſ. 14. lib. 4. Aymon Grauetta conſ. 181. Rota deciſ. 74. 86. 424. alias deciſ. 9. 12. & 59. de appellationib. in nouis, & deciſ. 427. alias deciſ. 21. de re iudicata in nouis. Bonifacius in d. Clem. ſi appellationẽ n. 50. de appellationibus. Vnde cum regula ſit, quod ab omni ſententia diffinitiua, vel habẽte vim diffinitiuę poſsit appellari, & aliter quod appellatio ſuſpẽdat, & id nõ reperiatur limitatum de iure in no-
98 ſtro caſu, erit ſtandũ † regulæ ſecundũ Deciũ in lege 1. n. 8. de regul. iuris cũ vulgatis. Et licet dicta Clem. ſi appellationẽ videatur cũ his pugnare, bene tamen conſiderata non obſtat, quia
99 ille † textus, & doctores in eo, non loquuntur reſpectu executionis, nec circa eam aliquid ſtatuunt, ſiue dicunt, ſolum enim aſſerunt, quod quando appellatio eſt deſerta, trãſit ſentẽtia in rem iudicatam etiam in caſu, quo partes ipſę proſequutæ fuerint cauſã appellationis ſemel deſertæ, quo caſu nõ obſtante hac proſequutione dicetur ſententia nõ ideo minus tranſacta in rẽ iudicatã. Ratio enim dubitandi ad
100 eũ textũ ea ſola eſt; quia videbatur † appellationẽ reualidari ex proſequutione partium, quaſi ex nouo cõſenſu earum approbantium cauſam appellationis, & ad id reſpondet illa Clem. ſtatuens, quod nõ obſtante dicta proſequutione appellationis remaneat ſemper dicta appellatio deſerta, & ſententia tranſacta in rem iudicatam, & quod ſic debeat pronunciari ſtatuit ille textus vt ibi per Bonifaciũ Immolã Zabarellam, & omnes ſcribentes.

Ex quo ſubſequitur quod textus ille non loquitur reſpectu executionis ſententiæ faciendæ, ſed ſolum de præſumendo, vel non præſumendo conſenſu aliquo partiũ in vim proſequutionis appellationis, per quem illa cenſeatur reualidata, & concludendo ve-
101 riſsima diſtinctio eſt † quod ſi pars non appellat à ſententia, per quã declaratur appellationem fore deſertã, trãſit ſententia ipſa in rem iudicatã, verum tamẽ ſi appellauerit, tunc ſuſpenditur executio, & effectus ſententiæ, quouſque tranſeat in rem iudicatam, vel aliter finiatur ſententia illa ſuper deſertione lata, & hoc eſt tenendum intrepide. Et ſic vt ſupradixi in vim iſtorum vidi multoties dari has firmas & inhibitiones, ne pẽdente appellatione aliquid innouetur, & id eſt quod in hoc regno frequentiſsime practicatur.

Verum oportet quod Domini Locumtenentes nullatenus prouideant, has inhibitiones, niſi recognito pro-
102 ceſſu † principali cauſæ, in qua appellatum eſt, ne inhibeant in caſu vbi appellan-

pellandum non ſit, & vbi appellatio non habeat effectum ſuſpenſiuum, & hæc ſufficient pro inſtructione practicantium, vt his inſtructi alia ſimilia diſcant.

CAPVT NONVM.

In quo agitur de competentia iuriſdictionis Eccleſiaſticę & ſecularis, vbi variæ reſolutiones practicæ, quæ hucuſq; indeciſsæ erant explanantur.

§. I.

SVMMA EORVM, quæ in hoc §. 1. Cap. 9. continentur.

1 *Poteſtatem tam ſpiritualem quam temporalem, penes Eccleſiã reſidere, magis communiter à doctoribus tenetur.*

2 *Iudices Eccleſiaſtici in primitiua Eccleſia etiam inter laicos cognoſcebant, & de cauſis laicorum.*

3 *Petro Pontifici Romano fuerunt à Chriſto traditæ claues terreſtris & cæleſtis Imperij, quarum traditione vtrumq; imperium, ſpirituale ſcilicet & tẽporale adeptus eſt.*

4 *Licet apud Eccleſiã à principio eſſet, vtraq; poteſtas, eadem tamen Eccleſia exercitium, & executionem temporalis gladij tranſtulit in poteſtates ſeculares.*

5 *Imperatores coronantur auctoritate Romani Pontificis, & ab eo gladij temporalis poteſtatem accipiunt, imo ab eodẽ depont Imperatores ex iuſta cauſa, traditur.*

6 *Executio gladij temporalis facilius fit, & commodius per Principes ſeculares, quã per Eccleſiaſticos iudices.*

7 *Poteſtates Eccleſiaſticæ, & ſeculares diſtinctas eſſe debere conuenit, quo ad exercitium.*

8 *Iuriſdictio Eccleſiaſtica maior eſt temporali.*

9 *Poteſtas, ſiue Eccleſiaſtica, ſiue ſecularis ſcandalis occaſionem prebere non debet.*

10 *Iuriſdictio temporalis quo ad exercitium, non pertinet ad Eccleſiam.*

11 *Eccleſia maioritatem quam habet exercendi iuriſdictionem temporalem in certis caſibus, à Deo obtinet.*

12 *Eccleſia quando agitur de arduis negotijs tangentibus ſtatum eiuſdem, poteſt ſe in-*

ſe intromittere, & ſuam poteſtatem exercere.

13 *Poteſtatibus tam laycis, quam Eccleſiaſticis licet ſuam iuriſdictionem tueri, atque defendere.*

14 *Iudex ſecularis clericum impedientem vti ſua iuriſdictione punire poteſt, quod declara in bonis, non vero in perſona vt numero 15. & 20.*

16 *Clericus ſequeſtrum acceptans, & non reſtituens, poteſt á iudice ſeculari coerceri, non principaliter in modum iudicij, ſed executiuè in conſequentiã officij vt num. 17.*

18 *Iudex poteſt armis materialibus, & legalibus reſiſtere turbanti vti ſua iuriſdictione.*

19 *Regula legis vt vim ff. de iuſti. & iu. procedit etiam pro conſeruatione iuriſdictionum.*

21 *Conſuetudo regni Caſtellæ, qua iudices layci aduerſus Eccleſiaſticos grauantes laycos vtuntur, latè explicatur, & numero 22.*

23 *Iudex Eccleſiaſticus quando inter eum, & ſecularem contentio eſt, quamuis de iure quandoque, an ſua ſit iuriſdictio cognoſcere poſsit, in hoc tamen regno ſecus eſt, vt numero 24.*

25 *Iudex Eccleſiaſticus volens cognoſcere de perſonis, aut rebus ſecularibus, & poteſt per eundem laycum inhiberi (mediante firma á curia Iuſtitiæ Arago. emanata) & numero 26. & 27. & 29. & 33.*

28 *Competentia inter laycum, & Eccleſiaſticum iudicem per arbitros non deciſſa, á Cancellario competentiarum decidi ſolet, ac debet iuxta forum, & numero 32.*

30 *Laycus captus ab Eccleſiaſtico, cum per firmæ præſentationem, durante competentia, á carcere non liberetur, poteſt petere ſe manifeſtari á poſſe priuatarum per curiam, & ſic liberabitur.*

31 *Capto ſic manifeſtato, ſolet Eccleſiaſticus litteras repetitorias concedere.*

34 *Firmam contra iudicem*

immunitate, ea que non gaudet, vt eſt magis communis opinio ex Decian. tomo. 2. tracta. crimina. lib. 6. capite. 28. numer. 15. Bouadilla in polit. libro. 2. capit. 14. numer. 36. vbi de magis communi, & apud quos habes longam doctorum congeriem, tamen in Regno Aragonię homicida
57 deliberatus, & † appenſatus ſi inſidioſus non ſit, gaudet immunitate, obſeruantia prima de his qui ad eccleſias confugiunt, ita Bardaxi in foro de his qui ad eccleſi. confugi. numero. 10. in fin. Secundum iſta videbatur dicendum in hoc caſu, hunc homicidam debere gaudere immunitate eccleſiæ, ex eo, quia ex prima pignoratione, & ex ſecunda, in qua ſuper capiendo, & defendendo pignore contenderunt Sebaſtianus Ronco & Iuratus, videbatur inter eos orta rixa, & inimicitia, at qui inimicum occidit,
58 non dicitur inſidioſus homicida † etiam ſi a tergo occidat, Barda. vbi ſupra Bart. in l. reſpiciendum. §. delinquunt. ff. de pæn. Gomez tomo. 3. varia, cap. 2. num. 1. Bouadi. vbi ſupra. numero. 35. imo data rixa non dicetur commiſſum delictum animo
59 deliberato, † cogitato, & meditato, vt cũ multis reſoluit Menochi de arbitr. caſu. 361. numer. 17. cum ſequen. nã appenſamentum nullam præſuppónit inſtantem prouocationem, aut rixam, Decian. vbi ſupra. num. 15. verſ. quando quis occidit volens, &c. folio. 71. quod multum bene confirmat Menochi. vbi ſupra, vnde iſte homicida videbatur debere gaudere immunitate, quia nec per inſidias occidit, nec etiam appenſatè, & quando appẽſatè occidiſset citra inſidias, adhuc in Regno gauderet immunitate, quicquid de iure ſit.

Verum his non obſtantibus iuſtiſsimè fuit declaratum homicidam hunc non debere gaudere immunitate, & primo, licet ex prima pignoratione ipſe Ronco odium conceperit contra Iuratum, id tamen non deuenit in notitiam Iurati, & ſic non
60 potuit dici rixa, † & licet in ſecunda pignoratione ſuper capiendo pignore contendiſsent, illud tamen fuit verbis tantum, non vero facto
97 ſe deſertam, bene appellatur † & talis
appellatio ſuſpendit executionē ſen-
tentiæ, & cauſæ principalis, quouſq;
ſententia ſuper deſertione lata tran-
ſeat in rem iudicatam, ita tenet Pre-
poſitus in d. c. ex ratione q 15 verſ ter
tia eſt queſtio, Philippus Franchus d.
q. 9. col. 20. circa finem dicēs de men-
te Baldi, quod cū iſta ſententia ſuper
deſertione diffinitiuę lata habeat vim
diffinitiuæ, ideo poterit ab ea appella
ri, & quod ita in Palatio. & curijs ob-
ſeruatur, ſecundū eundē Baldū, Cor-
neus conſ. 14 lib 4. Aymon Crauetta
conſ. 181. Rota deciſ. 74. 86. 424. alias
deciſ. 9. 12. & 59. de appellationib. in
nouis, & de iſ 427. alias deciſ. 21. de
re iudicata in nouis Bonifacius in d.
Clem. ſi appellationē n. 50. de appel-
lationibus. Vnde cum regula ſit, quod
ab omni ſententia diffinitiua, vel ha-
bēte vim diffinitiuę poſſit appellari,
taliter quod appellatio ſuſpēdat, & id
nō reperiatur limitatum de iure in no
98 ſtro caſu, erit ſtandū † regulæ ſecundū
Deciū in lege 1. n 8. de regul. iuris cū
vulgatis. Et licet dicta Clem. ſi appel
latione videatur cū his pugnare, benè
tamen conſiderata non obſtat, quia
99 ille † textus, & doctores in eo, non lo-
quuntur reſpectu executionis, nec cir
ca eam aliquid ſtatuunt, ſiue dicunt,
ſolum enim aſſerunt, quod quando
appellatio eſt deſerta, trāſit ſentētia in
rem iudicatam etiam in caſu, quo par
tes ipſę proſequutæ fuerint cauſā ap-
pellationis ſemel deſertæ, quo caſu nō
obſtante hac proſequutione dicetur
ſententia nō ideo minus tranſacta in
rē iudicatā. Ratio enim dubitandi ad
100 eū textū ea ſola eſt; quia videbatur †
appellationē reualidari ex proſequu-
tione partium, quaſi ex nouo cōſenſu
earum approbantium cauſam appel-
lationis, & ad id reſpondet illa Clem.
ſtatuens, quod nō obſtante dicta pro-
ſequutione appellationis remaneat
ſemper dicta appellatio deſerta, & ſen
tentia tranſacta in rem iudicatam, &
quod ſic debeat pronunciari ſtatuit il
le textus vt ibi per Bonifaciū Immolā
Zabarellam, & omnes ſcribentes.

Ex quo ſubſequitur quod textus il
le non loquitur reſpectu executionis
ſententiæ faciendæ, ſed ſolum de præ
ſumendo, vel non præſumendo con-
ſenſu aliquo partiū in vim proſequu-
tionis appellationis, per quem illa cen
ſeatur reualidata, & concludendo ve-
101 riſsima diſtinctio eſt † quod ſi pars
non appellat à ſententia, per quā de-
claratur appellationem fore deſertā,
trāſit ſententia ipſa in rem iudicatā,
verum tamē ſi appellauerit, tunc ſuſ-
penditur executio, & effectus ſenten-
tiæ, quouſque tranſeat in rem iudica-
tam, vel aliter finiatur ſententia illa
ſuper deſertione lata & hoc eſt tenē-
dum intrepidè. Et ſic vt ſupradixi in
vim iſtorum vidi multoties dari naſ
firmas & inhibitiones, ne pēdente ap
pellatione aliquid innouetur, & id eſt
quod in hoc regno frequentiſsimè
practicatur.

Verum oportet quod Domini Lo
cumtenentes nullatenus prouideant,
has inhibitiones, niſi recognito pro-
102 ceſſu † principali cauſæ, in qua appel-
latum eſt, ne inhibeant in caſu vbi ap-
pellan-

ſe intromittere, & ſuam poteſtatem exercere.

13 Poteſtatibus tam laycis, quam Eccleſiaſticis licet ſuam iuriſdictionem tueri, atque defendere.

14 Iudex ſecularis clericum impedientem vti ſua iuriſdictione punire poteſt, quod declara in bonis, non vero in perſona vt numero 15. & 20.

16 Clericus ſequeſtrum acceptans, & non reſtituens, poteſt à iudice ſeculari coerceri, non principaliter in modum iudicij, ſed executiuè in conſequentiã officij vt num. 17.

18 Iudex poteſt armis materialibus, & legalibus reſiſtere turbanti vti ſua iuriſdictione.

19 Regula legis vt vim ff. de iuſti. & iu. procedit etiam pro conſeruatione iuriſdictionum.

21 Conſuetudo regni Caſtellæ, qua iudices layci aduerſus Eccleſiaſticos grauantes laycos vtuntur, latè explicatur, & numero 22.

23 Iudex Eccleſiaſticus quando inter eum, & ſecularem contentio eſt, quamuis de iure quandoque, an ſua ſit iuriſdictio cognoſcere poſſit, in hoc tamen regno ſecus eſt, vt numero 24.

25 Iudex Eccleſiaſticus volens cognoſcere de perſonis, ac rebus ſecularibus, poteſt per eundem laycum inhiberi (mediante firma à curia Iuſtitiæ Arago. emanata) & numero 26. & 27. & 29. & 33.

28 Competentia inter laycum, & Eccleſiaſticum iudicem per arbitros non deciſſa, à Cancellario competentiarum decidi ſolet, ac debet iuxta forum, & numero 32.

30 Laycus captus ab Eccleſiaſtico, cum per firmæ præſentationem, durante competentia, à carcere non liberetur, poteſt petere ſe manifeſtari à poſſe priuatarum per curiam, & ſic liberabitur.

31 Capto ſic manifeſtato, ſolet Eccleſiaſticus litteras repetitorias concedere.

34 Firmam contra iudicem

Eccleſiaſticum non debet carcerari, etiam à ſuo iudice, & numero 36. quia per firmam perſona eius ſatis aſecurata eſt, limita vt numero 35.

37 Iudex Eccleſiaſticus laycum capere non poterit, ſi in limine captionis eidem firmam præſentauerit: ſi vero poſt captionem, non reuocat, & ideo manifeſtatione opus eſt.

38 Manifeſtatus à poſſe iudicis Eccleſiaſtici petens ſe liberari per viam priuilegiatam, liberandus non eſt, licet ſit male captus, & ibi de ratione.

39 Fori competentiarum, nùm omnem iuriſdictionem, tam ordinariã, quã delegatã cõpræbendat disputatur, & affirmatiuè reſoluitur poſt numerum 44.

40 Iuriſdictionis appellatione, in dubio ordinaria, veluti potentior, compræbenditur.

41 Verbum (eſſe) proprietatẽ, & eſſentiam denotat, idem dic de verbo pertinere vt nu. 42.

43 Eccleſiaſtici, brachijs intereſentibus ad fororum editionem (ſtò quod ſibi præiudicare valeant) non tamen Papæ, & delegatis eiuſdẽ præiudicare poterũt.

44 Authoritas ſuperioris in generali ſermone ſemper cenſetur excepta.

45 Fori Aragonum non recipiunt interpretationem reſtrictiuam, ſed cartæ ſtandum eſt.

46 Competentia formari poteſt per Eccleſiaſticum iudicem contra laycum, & qualiter exponitur.

47 Regia audientia, de conſuetudine, competentiam formare non tenetur, niſi is qui crimen commiſit in carcere detineatur.

48 Curia Iuſtitiæ Aragonũ competentiã formare non tenetur, ad ſimilitudinem regiæ audientiæ, & nu. 49.

50 Iudex inhibitus cum litteris inhibitorijs, in forma fori non expeditis, eiſdem non tenetur reſpondere.

51 Inhibitio, ſeu iurisfirma competentiæ, eſt illa, quæ expeditur contra iudices Eccleſiaſticos, ne de rebus, ſeu perſonis ſecularibus ſe intromittant.

52 Inhibitioni cõpetẽtię eccleſiaſtici

ſiaſti reſpondere tenentur, ſiue ordinarij, ſiue delegati, ſiue conſeruatores ſint nominando arbitrum.

53 Competentia ſi ſit inter duos ſeculares, & inhibitio à curia Iuſtitiæ Aragonum expediatur, ne aliqui ex eis ſe intromittat de re & perſona non ſua, an dicatur firma competentiæ explanatur, & quid ſit eo caſu faciendum traditur, & num. 54.

55 Conſuetudo per quam obtinetur firma per eccleſiaſticum à curia Iuſti. Arago. contra iudices Eccleſiaſticos cum nominatione arbitri deſaforata eſt, ſed limita. n. 56. & 57.

58 Firma ſi ſit præſentanda conſeruatoribus viuentibus extra regnum, vexantibus tamen iudices ſeculares huius regni, quid eo caſu obſeruandum ſit traditur ſub diſtinctione, & numero 59.

60 Firmæ contra conſeruatores degentes extra regnum cum nominatione arbitri prouidentur, ſi firmantes laycì ſint, aliâs ſine arbitro.

61 Conſeruatores degentes extra regnum ſi firmæ præſentatæ non reſpondeant, competētia pro declarata habebitur in fauorem ſecularis.

62 Conſeruatoribus degentibus extra regnum, ſi quid contra firmam attentauerint, temporalitates (ſi eas in regno habeant) occupantur, ſi vero non, aduerſus partem firmæ prouideri ſolet, ne ad talem iudicem recurrat, quæ ſi non ſatiſfaceret capi poſſet, vt numero 63. & eius bona occupari.

64 Firma prouidetur ſine nominatione arbitri clerico exempto à iuriſdictione ordinarij, virtute ſuorum priuilegiorum, ne Eccleſiaſtici eum moleſtent.

65 Firma prouiſa fuit officialibus hoſpitalis Cæſarauguſtæ cum nominatione arbitri, aliâs eſſet deſaforata, & ratio traditur, & ibi de firmis, quæ dantur exemptis, & priuilegiatis contra iudices ſeculares numero 66.

67 Competētia formata, ſolet

tos teſtes conſtabat eum vulneraſſe ſicca, dum in terra iaceret, ibique baculum illud habuiſſe, in ſpatulis in ſuper, & parte poſteriori capitis contuſionem quandam repertam, quæ lapide, vel baculo facta arguebatur,
67 vnde minis attentis totum hoc † arguebatur factum in executionem minarum, & proditoriè commiſſum, maximè quia per vnum teſtem cõſtabat de confeſsione, quod illũ percuſerat à tergo cum illo baculo, & eiecerat in terram, vbi eum interfecit, de qua interfectione per multos teſtes conſtabat, cum ergo de qualitate necis ideſt proditione ſemiplenè per vnũ teſtẽ & pluſq; ſemiplenè conſtitiſſet per inditia alia, & præſumptiones, merito debuit priuari immunitate Eccleſiaſtica, nam de qualitate circũferẽte iuriſdictionem ſuficit ſi ſemiplenè conſtet
68 † ſecundum Abb. in c. ſi clericus laicum de foro comp. n. 9. vbi Felin. n. 2. & licet hoc habeat de iure contradictores ſecundum Portol. in tractatu cõpetentiarũ q. 9. verum tamen in regno receptũ id eſſe dicit, & ſic iudicatum in exemplaribus, de quibus ibi nu. 6. quod & in regno Portugaliæ, practicari tradit Gama deciſ. 281. vt tandem idem vidimus iudicatum in
* proceſſu procur. aſtrict. contra Gregorium Gutierrez die 27. Decembr. 1600. ſuper competentia, vbi qualitas delicti per coniecturas & inditia fuit probata & ferè ſemiplenè tantũ, quare in caſu noſtro cũ pluſquam ſemiplenè conſtitiſſet de qualitate necis, & ſeu proditione, merito fuit declaratũ in fauorem ſecularis, & ſic priuatus immunitate Eccleſiaſtica.

Concludamus hanc inhibitionem, ſiue firmam, quæ datur ne pendente appellatione à iudice Eccleſiaſtico ſententia exequatur, vnica queſtione quid ſi appellans appellationem non fuerit proſequutus, vel ex aliquo alio capite apppellatio fuerit deſſerta, poſ-
69 ſit iudex à quo † declarare appellationem deſertam, & ſententiã tranſiuiſſe in rem iudicatam, & perconſequẽs tunc firma non obſtet, quaſi non pendeat iam appellatio, qua tantum pendente fuerat data firma, cum aliàs dici ſoleat, quod firma, ſiue inhibitio ne pendente appellatione, ſit quaſi firma, ne verificatis conditionibus, quæ non obſtabit illis verificatis, ſecus aliàs. Pro cuius reſolutione eſt ſcien-
70 dum, quod iudex à quo † poteſt pronuntiare appellationem interpoſitam fore deſertam, & ſententiam à ſe prolatam tranſiuiſſe in rem iudicatam, abſque eo quod expectent declarationẽ iudicis ad quem ſuper deſertione appellationis, vel confirmatione primæ ſententiæ, notat Bart. in l. tale pactum, §. qui prouocauerit num. 3. de pactis, nam vbi quis intra tempora à lege comuni, vel munici-
71 pali prefinita † non facit ea, quæ pertinent ad ſtabilendam, & proſequendam appellationem, nec eam proſequi curat, renuntiare videtur appellationi, iuxta ea, que notantur in l. ſi ego de negotijs geſtis l. facta §. ſi quis ff. ad Treb. Bald. in authentica item in appellatione C. de temporibus appellationum, & tunc non transfunditur iuriſdictio iudicis à quo, ſuper illius cauſæ cognitione, & executione in iudicem ad quem, ideo que tunc iudex à quo, reaſſumendo ſuam iuriſdictionem poterit optimo
72 iure exequi ſententiã † à ſe latam, non expectato aliquo adminiculo, & abſque declaratione iudicis ad quem, ſuper deſertione, vt explicat pulchrè Anchatanus in Clementina ſicut

cut numero ſexto de appellatio. Vbi docet, id etiam procedere, ſiue ab initio fuerit appellatio deſerta, ideſt numquam proſequuta, ſiue ab initio fuerit facta, & recepta, & ex poſt facto deſerta, quia vtroque caſu
73 fingitur † numquam interpoſita, facta, & recepta, & recipit reſolutionem, & interitum, ita vt nec iudex à quo videatur vnquam iuriſdictionem circa illam cauſam, & eius executionem amiſiſſe, & ideo vtroque caſu, iure proprio poterit executioni mandare ſententiam à ſe prolatam, quia paria ſunt
74 non appellare, † vel poſtea appellationem deſerere, l. furti §. 1. de his qui notantur in fam. l. fin. C. de temporibus appellatio. *Ibi tamquam ſi ab initio numquam fuerit prouocatum*, vt explicat Siluanus conſil. 5. num. 10. Iaſ. in l. præſes nu. 4. & 5. ff. de re iudicata, vbi hoc idem ſtatuit, quando appellatio eſt minus legitima, vel non fuit rite interpoſita, quia talis appellatio, nec impedit, nec retardat exequutionẽ ſententiæ iudicis à quo,
75 nam paria ſunt aliquid non fieri, † vel minus legitimè fieri l. quotiens ff. qui ſatiſdare cogantur cum ſimilibus.

Ex quibus reſultat firmiſsima concluſio, iudicem a quo, ſi viderit appellantem, non adhibuiſſe intra tempora legitima ea, quæ requiruntur ad introducendam, & proſequendam appellationem, & de ea non curare,
76 poſſe † proprio iure pronuntiare appellationem eſſe deſertam, & ſententiam à ſe prolatam tranſiuiſſe in rem iudicatam, vt ingenuè profitetur Guido Papæ deciſio. 214. numero quinto & deciſ. 436. numero 24. quod nõ tãtũ in ordinario, ſed etiam in delegato obſeruatum fuit in Rota, vt teſtatur Mohedanus deciſione 36. n. 1. & in regno prædicta concluſio
77 indubitantèr † recipitur ex Molin. verbo appellatio verſ. appellationem fore deſertã fol. 19. col. 1. in fine.

Ex quo reſultat, quod cum iſtæ inhibitiones, iſtę firmæ, quę datur contra iudices Eccleſiaſticos vim inferentes, ne vim inferãt, & ſic ne pendente appellatione ad ſuperiorem interpoſita, exequãtur, attentet, & aliquid noui faciant contra ſacros Canones, habeant tantum effectum, & inhibeant pendente appellatione, & dũ illa pendet, quod ſublata ea non obſtabunt,
78 † quo minus iudex in cauſa procedat. Vnde ſi iudex declarauerit appellationem fore deſertam ex aliquo capite, certè tunc cum nulla detur appellatio, non arctabit amplius firma, ſeu inhibitio Iuſtitiæ Aragonum, ſicut etiam habemus, quod manifeſtatio, quæ datur ad obuiandum, & prohibendum ne capto in carceribus detento fiat vexatio, ſeu moleſtia aliqua, expiraret lata ſententia forali, vt in primo capite dictum eſt difuſè.

Verum hoc limitatur non procedere, quando pars appellaſſet ab ea ſententia, per quam fuit declaratum
79 † appellationem fore deſertam, nam certum eſt, quod appellatio poteſt interponi à ſententia, per quam declaratur ſententiam tranſiuiſſe in rẽ iudicatã, vel fore deſertam in foro Eccleſiaſtico, & pendente tali appellatione poteſt peti iurisfirma, & inhibitio per tradita per Portol. verb. appelatio, Maranta in ſua praxi titu. de ſent. vel appellat. pro vt fuit iudicatum in proceſ. Reuerendi Ludouici Oto. ſuper iurisfirma die trigeſimo Augusti 1595. aduertendo finaliter

ad hanc queſtionē quod etiā ſecūdum ſuperiora, confirmata ſententia iudicis, à quo per ſuperiorem expirabit etiam effectus iurisfirmæ, ſeu inhibitionis, ex eiſdem fundamentis ſupra traditis.

In modo autem habendi appellationem pro extincta, debet, attendi ius canonicum, non vero ius noſtrum ciuile, ſicut etiam quoad effectum ſuſpenſiuum appellationis, ex quo ſequitur, quod cum de foro appellatio ſuſ-
80 pendat † quouſque ſententia bis confirmata ſit, de iure vero canonico debet eſſe ter confirmata. Inde fit quod ſi in foro Eccleſiæ ſententia ſit bis confirmata, & ab ea appelletur, & pēdente appellatione petatur firma ſeu inhibitio coram Iuſtitia Aragonum, erit danda: licet quo ad forum ſeculare non eſſet danda confirmata bis ſententia. Attendi enim debet in executiuis forus vbi cauſa pendet, & exequi ſententiam non obſtante appellatione, eſt de ordinatiuis. & ſic licet in ſeculari non ſuſpēdat appellatio duas ſententias conformes, quia tamen in foro Eccleſiæ ſuſpendit, ideo eſt danda inhibitio in conſeruationem iuris cononici, vide in proceſſu Domnæ Marianæ de Gueuara ſuper iurisfir. ab anno 1594. & in proceſſu Petri de Torres infantionis vicini villę de Almudeuar ſuper iurisfirma, quæ omnia fundantur in doctrina Ancharrani in regula ea quæ de regul. iur. Iaſſ. in l. cunctos populos C. de ſumma trinita.

Et in tantum vera ſunt ſuperiora, de dando firmam & inhibitionem ne pendente appellatione aliquid innouetur, quod procedunt etiam quod eſſet ſententia priuationis lata contra aliquē, ob aliquod delictum, quo caſu lata ſententia priuationis vide-
81 batur † dicendū, nō impediri per appellationem effectum ſententiæ, quia pœna priuationis, & ſententia priuationis trahit ſecum executionem ictu oculi. Imo quod plus eſt afficit priuationis ſententia ignorantem, ſi ab homine lata ſit, ita vt geſta ab eo non valeant, ſecundum Paul. conſ. 168. n. 4. in primo latè Azeuedo lib. 3. titu. 7. l. 2. in fin. quo non obſtante contrarium dicendū eſt, ſcilicet quod per appellationem ſuſpēdatur executio ſententiæ, Azeuedo n. 15. & 24. & 9. & 14. Pro quo nota casū ſequentē. Quidā regnicola fuit priuatus ab ordinario, ob certum delictū, iure, quod habebat præſentandi ad certum beneficium, ipſe appellauit, & obtinuit firmā, ne pendente appellatione aliquid innouaretur: Alius, cui id ius cōpetebat ſecūdo loco, præſētauit, nō obſtante quod pars, quæ accuſabat, ſe ſeparauerat ab inſtantia, & actione. fuit declaratum appellationem ſuſpendere maximè attenta ſeparatione, ex ſequentibus: primo conſiderabatur
82 quod priuatio ab officio eſt pœna, † Maſcar. concl. 1158. n. 28. Aymon de antiqui. pag. 126. n. 150. Paulus conſ. 371. Auendañus lib. 1. c. 2. Capicius deciſ. 121. Ideo omnis pœna priuationis eſt odioſa, & reſtringenda, Vincen. de Franch. deciſ. 169. n. 4. & cū ſit pœna, vt indicatur, requiruntur clariſsimę probationes Decius conſ. 650. & indici non poteſt pœna pri-
83 uationis, niſi in caſibus † à iure expræſsis, c. cum ſecundum vbi omnes de hæreti. Molin. de primog. lib. 1. c. 9. Salcedo in praxi c. 123. n. 128. Azeued. vbi ſupra: Et requiritur præciſsè etiam ſi indicatur pœna ipſo iure ſententia declaratoria iudicis Roma. cōſ. 211. vbi additio Roland. conſ. 8. n. 7.

in

in 3. Gab. conclu. crim. 11. & 12. Burſatus latè conſil. 43. nu. 21. & conſ. 26. n. 7. & 102. n. 25.

84 Imo lite pendente,† quouſque declaratio fiat nō ſuſpenditur ab officio ille qui probato delicto venit priuandus Bald. n. 5. in auth. ex teſtamento C. de ſecund. nup. Abb. in c. ſæpè n. 16. de appell. Bart. n. 17. Orozco n. 20. in l. Barbarius ff. de offi. præt. Hyppo. in praxi §. ægredior n. 108. & conſ. 52. n. 18. latè Tiraq. verbo reuertatur nu. 412. in l. ſi vnquam, latè Azeuedo in l. 2. titu. 7. lib. 3. n. 8. vbi
85 extendit etiam ſi lata ſententia ſit † donec per appellationem lis pendet cuius verba ſunt. *Quod adeò verū eſt, quod & ſi per ſententiā cōdemnati ſint, & ſuſpenſi ab offitio, ſi à tali ſententia appelletur, pendente appellatione poſſunt officia illa exercere, & procedere in eorum exercitio, ſicut in damnatò ad mortem, qui interim, quod appellatum eſt à prima ſententia, ſi teſtamentum fecit, tale teſtamentum interim factum valet.* vide Couar. lib. primo var. c. 16. num. 11. quod & in noſtro regno obſeruatur in reſiden-
86 tijs officialium, nam pendente † reſidentia non ſuſpenduntur ab officijs, niſi facta publicatione conſtaret de tali delicto, ob quod foret priuandus officialis for. vni. de inquiſ. faci. Molin verb. inquiſitio verſ. fallit circa fin. pag. 182. in quo eſt maximè aduertendum per inquiſitorem ne ſuſpendat, niſi in caſu manifeſto, nam eſt mala interlocutoria iſta, & meis temporibus vidi quandam ſuſpenſio-
87 nem † hac via factam, quæ fuit vltima in proceſſu, ob mortem inquiſiti de iure vero an pendente inquiſitione debeant officiales ſuſpendi, vide per Azeued. vbi ſupra vbi benè.

Cum ergo lata ſententia priuationis, pendeat adhuc lis vtrum ſententia illa ſubſiſtat, vel illius effectus ſit ſublatus propter ſeparationem factam à parte accuſante, reſultat lite pendente non eſſe ab officio ſuſpen-
88 dendum, neque ſua poſſeſsione priuandum, maximè cum ad conſeruandum quem in ſua poſſeſsione † lite pendente, reſiſtente etiam ſententia legali, & hominis, ſufficiat quælibet cauſa leuis colorata cap. cum veniſſent de inſtitu. vbi Abb. numero octauo Imol. Alex. conſilio 219. numero 17. vol. ſexto, Couar. pract. 17. Garcia de nobilit. glo. octaua numero quinto, Gutierrez lib. tertio queſt. regiarum cap. 19. numero octauo, ergo ſeparatio prædicta, cauſa iuſta eſt, cur lite pendēte in poſſeſsione pars tueatur, maximè cum à ſententia appellauerit, quæ appellatio iudicatum extinguit.

Deinde quia pœna priuationis etiam ipſo iure indicta ad fauorem
89 alicuius, ita demum comprehendit, ſi declaret ille, cuius fauore inducta eſt, velle pœnam † ſubſiſtere, & locum ſibi vendicare, non autem aliàs Curtius Iun cōſ. 109. num. 11. & conſ. 110. numero 23. Soci. 111. numero 3. Iul. Clar. in §. emphiteoſis q. 9. Burſatus latè conſ. 12. numero 47. & 48. vbi de comuni, & conſ. 14. numero 108. ſed in caſu figurato eſt indicta pœna fauore alicuius priuati accuſantis, ergo ipſo nolente, cum ſe ſeparauerit non eſt locus pœnę pri-
90 uationis per ſententiam indictę, pars enim accuſans tamquam domina litis potuit ſe ſeparare † ab inſtantia in præiuditium illius, cui in conſequentiam priuationis ius quęrendum eſt, vide Bar. in l. qui Romæ, §. Chali-

Chalimacus num. primo, vbi Alex. & Iaſ. de verborum obligationibus Felin. in cap. cum olim de re iudicata, Matheſilanus ſingulari. 30. Burſa. conſil. 32. numero ſeptimo, declarantes quomodo id intelligi debeat, nam non ita abſolutè intelligendum eſt. Ex quo videtur quod facta ſeparatione ab inſtantia, & ſententia lata, res redacta ſit ad ſtatum, in quo erat ante acuſationem, & ſententiam latam priuationis, & perconſequens reſolutum videtur ius tertio quęſitum.

Illud tamen certum eſt in hoc caſu, quod quando ex priuatione alicuius adquiritur ius tertio, non in ſatisfactionem damni ei illati, neque
91 offenſæ ei inflictę, † ſed potius ex priuatione ob delictum aliquod commiſſum in perſonam alterius, tunc, ſicut poteſt offenſus offenſam remittere, & ab acuſatione, & pœna ſe ſeparare, ita remittendo, & ſe ſeparando, omnia quæſita ex ſua acuſatione & condemnatione illa tertio, abdicuntur ei, vt eſt videre apud Alex. in l. gallus. §. & quid ſi tãtum numero decimo nono, & vigeſimo primo, Iaſ. numero 70. Soci. Angel. Crotum, Galiaulam ibi numero 69. quę ſpeculatione indigent, licet ita viderim iudicari in caſu ſupradicto, quidquid tamen ſit, quantum ad caſum noſtrũ neceſſe eſt, illud certiſsimum videtur, quod etiã ſi pœna ſit priuationis, & ipſo iure indicta, & lata ſententia ab homine, ſi tamen appel-
92 latum ſit. † ſuſpendet appellatio executionem ſententiæ, & per conſequens dabitur firma, & inhibitio ne pendente appellatione aliquid innouetur, quod indubium eſt, ex vulgari regula iuris, qua cauetur, quod omnes ſententiæ diſinitiuę, vel habentes vim diſinitiuæ appellatione ſuſpenduntur, niſi contrarium in iure exprimatur.

Contra autem ſuperiora tradita ſub numero 79. in quibus diximus poſſe appellari à ſententia per quam declaratur ſententiam tranſiuiſſe in rem iudicatam, vel fore deſertam, & eam hac appellatione obtineri poſſe iurisfirmam ne aliquid appellatione pédente innouetur, ex quo illa innouatio violentiam contineret, oppo-
93 nunt † aliqui de Clementina ſi appellationem de appellationibus, vbi cauetur, quod proſequutio appellationis deſertæ non impedit, quin ſententia cenſeatur in rem iudicatam tranſiuiſſe, ſecundum Ioannem Andream, per quod exiſtimant appellationem ſupradictam à recitata declaratione, per quam declaratur ſententiam fore deſertam, non ſuſpendere effectum ſententiæ, & per conſequens, firmam ſeu inhibitionem obtineri non poſſe, ad impediendam executionem ſententiæ, & de hoc vidi aliquando multum dubitari. Verum his non obſtantibus tenenda eſt ſupradicta reſolutio, quod ſcilicet
94 appellatio † ſuſpendat effectum ſententiæ, & perconſequens debet dari firma, ex ſequentibus.

Primo quia hæc ſententia, per quã declaratur appellationem eſſe deſer-
95 tam habet † vim diffinitiuę, ex allegatis in dicta Clementina ſecundum Rotam deciſsióne quinquageſima nona, de appellationibus in nouis Prepoſitus queſt. decima quinta, verſiculo circa ſecundum, Francus queſt. nona in capite ex ratione de appellationib.

Secun-

Secundo, quod omnes ſententiæ diffinitiuæ, vel habentes vim diffinitiuæ, & illatum effectus, & executio
96 ſuſpenduntur † interpoſita appellatione, imo & ante interpoſitã appellationem infra decem dies de iure cap. nõ ſolum de appellationib. in ſexto, notat Alex. in l. 3. §. ſi ſeruus col. penult. de adquirenda poſſeſſione Maranta in praxi 6. parte verbo & quandoque appellatur n. 163. quod eſt vulgare.

Tertio & vltimo, quia à ſententia per quam declaratur appellationẽ eſſe
97 ſe deſertam, benè appellatur † & talis appellatio ſuſpendit executionẽ ſententiæ, & cauſæ principalis, quouſq; ſententia ſuper deſertione lata tranſeat in rem iudicatam, ita tenet Prepoſitus in d. c. ex ratione q. 15 verſ. tertia eſt quæſtio, Philippus Franchus d. q. 9. col. 20. circa finem dicẽs de mente Baldi, quod cũ iſta ſententia ſuper deſertione diffinitiuę lata habeat vim diffinitiuæ, ideo poterit ab ea appellari, & quod ita in Palatio, & curijs obſeruatur, ſecundũ eundẽ Baldũ, Corneus conſ. 14. lib. 4. Aymon Grauetta conſ. 181. Rota deciſ. 74. 86. 424. alias deciſ. 9. 12. & 59. de appellationib. in nouis, & deciſ. 427. alias deciſ. 21. de re iudicata in nouis. Bonifacius in d. Clem. ſi appellationẽ n. 50. de appellationibus. Vnde cum regula ſit, quod ab omni ſententia diffinitiua, vel habẽte vim diffinitiuę poſsit appellari, & aliter quod appellatio ſuſpẽdat, & id nõ reperiatur limitatum de iure in no-
98 ſtro caſu, erit ſtandũ † regulæ ſecundũ Deciũ in lege 1. n. 8. de regul. iuris cũ vulgatis. Et licet dicta Clem. ſi appellationẽ videatur cũ his pugnare, benè tamen conſiderata non obſtat, quia
99 ille † textus, & doctores in eo, non loquuntur reſpectu executionis, nec circa eam aliquid ſtatuunt, ſiue dicunt, ſolum enim aſſerunt, quod quando appellatio eſt deſerta, trãſit ſentẽtia in rem iudicatam etiam in caſu, quo partes ipſę proſequutæ fuerint cauſã appellationis ſemel deſertæ, quo caſu nõ obſtante hac proſequutione dicetur ſententia nõ ideo minus tranſacta in rem iudicatã. Ratio enim dubitandi ad
100 eũ textũ ea ſola eſt; quia videbatur † appellationẽ reualidari ex proſequutione partium, quaſi ex nouo cõſenſu earum approbantium cauſam appellationis, & ad id reſpondet illa Clem. ſtatuens, quod nõ obſtante dicta proſequutione appellationis remaneat ſemper dicta appellatio deſerta, & ſententia tranſacta in rem iudicatam, & quod ſic debeat pronunciari ſtatuit ille textus vt ibi per Bonifaciũ Immolã Zabarellam, & omnes ſcribentes.

Ex quo ſubſequitur quod textus ille non loquitur reſpectu executionis ſententiæ faciendæ, ſed ſolum de præſumendo, vel non præſumendo conſenſu aliquo partium in vim proſequutionis appellationis, per quem illa cenſeatur reualidata, & concludendo ve-
101 riſsima diſtinctio eſt † quod ſi pars non appellat à ſententia, per quã declaratur appellationem fore deſertã, trãſit ſententia ipſa in rem iudicatã, verum tamẽ ſi appellauerit, tunc ſuſpenditur executio, & effectus ſententiæ, quouſque tranſeat in rem iudicatam, vel aliter finiatur ſententia illa ſuper deſertione lata & hoc eſt tenendum intrepidè. Et ſic vt ſupradixi in vim iſtorum vidi multoties dari has firmas & inhibitiones, ne pẽdente appellatione aliquid innouetur, & id eſt quod in hoc regno frequentiſsimè practicatur.

Verum oportet quod Domini Locumtenentes nullatenus prouideant, has inhibitiones, niſi recognito pro-
102 ceſſu † principali cauſæ, in qua appellatum eſt, ne inhibeant in caſu vbi appellan-

ſe intromittere, & ſuam poteſtatem exercere.

13 *Poteſtatibus tam laycis, quam Eccleſiaſticis licet ſuam iuriſdictionem tueri, atque defendere.*

14 *Iudex ſecularis clericum impedientem vti ſua iuriſdictione punire poteſt, quod declara in bonis, non vero in perſona vt numero 15. & 20.*

16 *Clericus ſequeſtrum acceptans, & non reſtituens, poteſt â iudice ſeculari coerceri, non principaliter in modum iudicij, ſed executiuè in conſequentiã officij vt num. 17.*

18 *Iudex poteſt armis materialibus, & legalibus reſiſtere turbanti vti ſua iuriſdictione.*

19 *Regula legis vt vim ff. de iuſti. & iu. procedit etiam pro conſeruatione iuriſdictionum.*

21 *Conſuetudo regni Caſtellæ, qua iudices layci aduerſus Eccleſiaſticos grauantes laycos vtuntur, latê explicatur, & numero 22.*

23 *Iudex Eccleſiaſticus quando inter eum, & ſecularem contentio eſt, quamuis de iure quandoque, an ſua ſit iuriſdictio cognoſcere poſſit, in hoc tamen regno ſecus eſt, vt numero 24.*

25 *Iudex Eccleſiaſticus volens cognoſcere de perſonis, ac rebus ſecularibus, poteſt per eundem laycum inhiberi (mediante firma â curia Iuſtitiæ Arago. emanata) & numero 26. & 27. & 29. & 33.*

28 *Competentia inter laycum, & Eccleſiaſticum iudicem per arbitros non decisſa, â Cancellario competentiarum decidi ſolet, ac debet iuxta forum, & numero 32.*

30 *Laycus captus ab Eccleſiaſtico, cum per firmæ præſentationem, durante competentia, â carcere non liberetur, poteſt petere ſe manifeſtari â poſſe priuatarum per curiam, & ſic liberabitur.*

31 *Capto ſic manifeſtato, ſolet Eccleſiaſticus litteras repetitorias concedere.*

34 *Firmam contra iudicem*

ſtaſti reſpondere tenentur, ſiue ordinarij, ſiue delegati, ſiue conſeruatores ſint nominando arbitrum.

53 *Competentia ſi ſit inter duos ſeculares, & inhibitio à curia Iuſtitiæ Aragonum expediatur, ne aliqui ex eis ſe intromittat de re & perſona non ſua, an dicatur firma competentiæ explanatur, & quid ſit eo caſu faciendum traditur, & num. 54.*

55 *Conſuetudo per quam obtinetur firma per eccleſiaſticum à curia Iuſti. Arago. contra iudices Eccleſiaſticos cum nominatione arbitri deſaforata eſt, ſed limita. n. 56. & 57.*

58 *Firma ſi ſit præſentanda conſeruatoribus viuentibus extra regnum, vexantibus tamen iudices ſeculares huius regni, quid eo caſu obſeruandum ſit traditur ſub diſtinctione, & numero 59.*

60 *Firmæ contra conſeruatores degentes extra regnum cum nominatione arbitri prouidentur, ſi firmantes layci ſint, aliâs ſine arbitro.*

61 *Conſeruatores degentes extra regnum ſi firmæ præſentatæ non reſpondeant, competētia pro declarata habebitur in fauorem ſecularis.*

62 *Conſeruatoribus degentibus extra regnum, ſi quid contra firmam attentauerint, temporalitates (ſi eas in regno habeant) occupantur, ſi vero non, aduerſus partem firma prouideri ſolet, ne ad talem iudicem recurrat, quæ ſi non ſatiſfaceret capi poſſet, vt numero 63. & eius bona occupari.*

64 *Firma prouidetur ſine nominatione arbitri clerico exempto à iuriſdictione ordinarij, virtute ſuorum priuilegiorum, ne Eccleſiaſtici eum moleſtent.*

65 *Firma prouiſa fuit officialibus hoſpitalis Cæſarauguſtæ cum nominatione arbitri, aliâs eſſet deſaforata, & ratio traditur, & ibi de firmis, quæ dantur exemptis, & priuilegiatis contra iudices ſeculares numero 66.*

67 *Competētia formata, ſolet*

virtute inhibitionis conſequi, firma, ne pendente inhibitione procedatur, aliquando etiam ne pendente competentia habendo eam pro formata ex ſola inhibitione.

68 *Iudex inhibitus ante reſponſionem alterius iudicis, non poteſt vlterius procedere ſub pena nullitatis.*

69 *Negligencia iudicis inhibiti in non reſpondendo a foro cobercetur.*

70 *Forus por no reſponder, titulo de las competencias explicatur.*

CAPVT NONVM.

Vbi de competentia iuriſdictionis agitur inter iudicē eccleſiaſticum & ſecularem.

§. I.

OMISSA ea queſtione, an vtraque poteſtas, & iuriſdictio, ſcilicet ſpiritualis, & temporalis reſideant penes ſumum Pontificem, & ſic eccleſiam; an vero temporalis penes poteſtatates tēporales, ſpiritualis verò penès eccleſiam: in qua magis communiter obtentum eſt

1 vtramque poteſtatem, † vtrumque gladium, temporale ſcilicet, & ſpirituale eſſe penes eccleſiam, & illius præſidem Romanum Pontificem, a quo in Imperatores, Reges, & Principes, aliaſq. poteſtates ſeculares tanquam a fonte deriuatur iuriſdictio temporalis in actu: nam in habitu ſemper remanſit iuriſdictio, temporalis penes eccleſiam, ſpiritualis autem in actu, quod non ſolū probatur vtriuſque paginæ authoritatibus, verum & etiam iuris canonici ſanctionibus, iuxta prophetiam Hieremiæ capite. 1. *Ecce conſtituit te hodie ſuper gentes, & regna, vt euellas, & diſsipes, edifices, & plantes* quę Doctores tam Theologi, quam canoniſtę intelligunt de iuriſdictione, tam circa ſpiritualia, quam temporalia, Doctores in capit. 2. de reiudicata libro. 6. & paſsim in diuinis literis legitur, ſacerdotium, & poteſtatem ſecularem penes eandem perſonam reſediſſe, nam Melchiſedech, fuit ſacerdos, & Rex. eadem officia exercuit Moyſes, & etiam Samuel Primo Regum cap. 8. hoc eſt, quod dixit Azebedo in Regias conſtitutiones, libro. 4. titulo primo lege 15. numero. 16. quod antiquitus in pri-
2 mitiua eccleſia † iudices eccleſiaſtici, etiām inter laicos cognoſcebant, & quamuis in actu inter laycos ſuper re prophana iuriſdictionē non exerceant, cum eam in ſeculares eccleſia tranſtulerit, in habitu tamen, & potentia remanſiſe iuriſdictionem credendum eſt (hæc ille) & in lib. primo tit. 4. lege. 4. & 5. nu. 6. cum ſequētibus hoc idem cōprobat, confirmat. P. Bertrandus in tractatu de origine, & vſu iuriſdictionum in principio apud ſacram Bibliotecam ſanctorum patrum tom. 4. vbi quod poteſtas ſecularis à Deo eſt, vt in

vt in epiſtol. ad Rom. 13. Thomas Bozius de iure ſtatus ſiue de iure diui. & naturali capite. 17. poſt ſedis autem Pontificię conſtitutionem. id clarius fit, ex quo Petro fuerunt à Chriſto traditæ claues terreſtris, & celeſtis imperij. quarum traditio-
3 ne vtrumque † imperium, & ſpirituale, & temporale remanſiſſe penes Petrum fatendum eſt, ſpirituale
4 † in actu, temporale vero in habitu & potentia, & non in actu, quia vſum exertitium, & executionem temporalis gladij tranſtulit eccleſia in Imperatores, & Reges, alias que ſeculares poteſtates, vnde vide-
5 mus Imperatoris coronationes † fieri authoritate Romani Pontificis, a quo Imperatores recipiunt gladium temporalis poteſtatis, ſic legimus aliquos Reges & Principes fuiſſe priuatos ſuis Regnis ex iuſtis cauſis per Romanos Pontifices, vt hæc, & alia multa tradit Bouadilla in ſua politica libr 2. capit 17. per totum, Azeuedo vbi ſupra quos vide; Diuiſa taliter iuriſdictione, à ſui principio à Deo optimo maximo, deriuatur in principes ſeculares mediante eccleſia, tanquam cauſa ſecunda, eo præ-
6 ſertim, quia executio gladij † temporalis, facilius, ac comodius fieri poteſt per Principes ſeculares, quam eccleſiaſticos, iam inde ſequitur non licere vni poteſtati alteram turbare, ſed vnamquamque ſuis limitibus debere contentari, hoc ſignificare voluit Chriſtus Dominus noſter dum dixit Petro, conuerte gladium tuum in vaginam, ſignificans exertitium poteſtatis temporalis, non eccleſiaſticis, qui ſpiritualia tractant, ſed ſecularibus poteſtatibus dimittendum eſſe, Pro quo facit illud Math. capite. 22. reddite quę ſunt Cæſaris Cæ-ſari, & quæ ſunt Dei Deo, annuens
7 ex hoc diſtinctas eſſe † debere eas poteſtates, ſaltim quo ad ex extitium, licet in habitu non ex hoc priuetur eccleſia illa aptitudinali poteſtate, quam habet in locis ſuis, & in alienis ſecundũ Abba in c. qualiter, & quando, numero. 7. & in capite nouit de iudi, vbi quod eccleſia habet iuriſdictionem in temporalibus habitu, quam exercere poteſt data negligentia iudicis ſecularis, qui eſt miniſter eccleſiæ, & in alijs etiam caſibus, qui per Bouadillam recenſentur libro. 2 capite. 17. idque ſi aliqua vniuerſalis ratio ſtatus eccleſię id ex poſcat, quæ multa eſſe poſſunt, vt videbis per Bouadillam vbi ſupra.

Diuiſis igitur his poteſtatibus modo ſupradicto, vt diſponitur expreſſè in authen. quomodo oporteat Epiſcop. circa principium, & in capit. nouit de iudi. oportet illud fateri,
8 † iuriſdictionem eccleſiaſticam maiorem in ſe eſſe temporali, capite ſolitæ de maior, & obed, & ob id non dedignantur leges imitari ſacros canones notatur in capit. clerici de iudi. verum ob id non debet vna poteſtas aliam vſurpare Barba. in capite. 1. de conſti numero. 60. minus que impedire capit. nouit. de iudi iuncta l. conſulta diualia C. de teſtamen. ſed potius vna aliam iuuare capit. Dominus. 24. q. 2. iuncta l. fin. circa prin. C. de remilit. libro. 12. canone precipimus. 90. diſtinct. & maxima concordia vti debent, ſi altiſſimo placere cupiunt canone Archiepiſcopus. 9. quæſt. 3. & auxilium mutuum ſibi, & opem ferre capite perlatum. 90. diſtin. vnus quiſque enim terminis ſibi conſtitutis de-

bet continere ſe contentum , ſicut
& aſtra cæli nobis apertiſsimè ſig-
nificant , & ex non obſeruantia iſto-
rum videntur quotidie multa inter
has poteſtates diſcrimina oriri, mul-
tæ diſcordiæ naſci, non ſine aliorum
9 graui ſcandalo , quod † poteſtas
quælibet, maximè Eccleſiaſtica fu-
gere, & euitare debet , cum & ipſa
præcipuè cultrix ſit iuſtitiæ , & quæ
alijs exemplo eſſe debet, minuſque
parare laqueos debeat c. ex tenore
de foro competenti . pro quibus fa-
ciunt verba Inno. 3. in c. nouit. de
iudi . dicentis *non putet aliquis , quod*
iuriſdictionem illuſtris Regis Fran-
corum perturbare , aut minuere in-
tendamus , cum ipſe iuriſdictionem
noſtram nec velit , nec debeat im-
pedi e, Vbi glo. in verbo iuriſdictio-
nem noſtram. allegat multa ex quo
patet quod iuriſdictio temporalis
10 † ſaltim quo ad exercitium, non
pertinet ad Eccleſiam , nec de ea ſe
debet intromittere in præiuditium
iuriſdictionis ſecularis , nec è contra
vnde dicit glo. in c. 2. de priuileg.
loquendo de his poteſtatibus , quod
Eccleſia non vult ius alterius ſibi
arrogare : quia iuriſdictio diſtincta
eſſe debet d. c. nouit. vnde conclu-
dit Abbas in c. nouit. numero 11.
12. & 13. quod licet iuriſdictio tem-
poralis ſit penes Papam in habitu,
non tamen habet exercitium illius,
niſi in certis caſibus , inter quos præ-
11 cipuus eſt,† quando agitur de arduis
negotijs , & tangentibus ſtatum
Eccleſiæ Catholicæ : quoniam tunc,
ratione huiuſmodi maioritatis , po-
teſt ſe intromittere, & exercere hu-
iuſmodi poteſtatem ſibi à Deo tri-
butam c. pro humani de homicid.
in 6. iuuare autem ſe ipſos tenen-
tur mutuo , quantum poſsint , vt
eſt videre per Abbat. vbi ſupra.
Auiles in capitib. prætorum c. 20.
in verbo vſurpan, Bouadilla in ſua
politica lib. 2. c. 17. numero 185.
cum ſequent. & c. 18. numero 15. Aze-
bedo lib. 4. titulo primo l. 11. nu-
mero 10. cum ſequent. Decian. to-
mo primo tractatus criminalis lib.
4. c. 11 apud quos latiſsimè de his,
nam quantum ad noſtrum propo-
ſitum neceſſarium eſt, hæc ſufficiant,
quod ſi poteſtates iſtæ non conten-
tæ ſuis limitibus ſe impediant , †
12 vſurpent , & limites ſuos tranſcen-
dant , poteſt , & debet vna aliam
coercere remedijs moderatis , &
honeſtis à iure communi ſeu aliàs
traditis , & aſſuetis : quod ſi non
fecerint , turbabitur vtriuſque pote-
ſtas, ac in miſerrimo ſtatu erit tran-
quillitas : & hoc eſt quod elegan-
tiſsimis verbis nos docuit Grego-
rius nonus Romanus Pontifex in
c. 2. de priuileg. dicens *ſicut in*
iuditijs laicorum priuilegia turbare
nolumus , ita eis præiudicantibus no-
bis moderata volumus authoritate re-
ſiſtere. Volentes itaque laicos coerce-
re , non contra legem eſt agere , ſed
legi facere ſubſidium , ex quo in-
fertur tam poteſtatibus Eccleſiaſti-
13 cis , † quam ſecularibus licere ſuam
iuriſdictionem deffendere , atque
tueri , ſed in modo huius deffen-
ſionis variè , atque variè legimus.
Nam Bartol. in l. ſi quis libertа-
tem. ff. de petitio. hæredi. dicit
quod vbicumque iudici , vel iuriſ-
dictioni paratur aliquod præiudi-
tium : tunc iudex poteſt ex ſe (ne-
mine petente) prouidere : hæc di-
cit Bartol. imo Paul. de Caſtro
in l. addictos numero 6. C. de
Epiſcopal. audientia, agendo de cle-
rico

rico turbante iuriſdictionem dicit.
14 nota caſum, in quo iudex † ſecularis poteſt de crimine punire clericos, quando impediunt iuriſdictionem eius, quod ſecundum eum declarat Guiliel. quod poteſt pu-
15 nire in bonis, † non in perſona, quia perſonæ clericorum totaliter ſunt exemptæ propter characterem ordinis à iuriſdictione ſeculari: vt lata manu Thom. Bozius de iure ſtatus, ſiue de iure diuino & naturali c. 17. vbi multum benè & ſupra c. 8. §. 1. num. 11. non ſic in bonis eorum, hæc Caſtren. inferens ex hoc ad alia, ex quo naſcitur, quod ſi iudex ſecularis rem ſequeſtret penes clericum, qui ſequeſtrum acceptet,
16 ſi non reſtituat, poteſt illum † coercere iudex ſecularis, quia tunc dicitur clericus turbare iuriſdictionem ſecularis Bal. in l. acceptam C. de viur. Iaſ. in l. fideiuſſor. §. ſi ſatiſdatum num. 6. ff. qui ſatiſdare cogantur. Bouadilla vbi ſupra num. 130. & tunc non procedit contra clericum per modum iuditij, ſed exe-
17 cutiuè † in conſequentiam offitij ſuſcepti Matthę. de Afflict. deciſ. 24. numero 3. latius Auiles c. 20. verſic. vſurpan, numero 10. cum ſequentibus, & quando iudex turbatur in ſua iuriſdictione, ſi eam poſsidet, dicitur inferri ei iniuria, ex quo volunt eum expellere à iuriſdictione
18 ſua, & ſic poteſt reſiſtere armis † materialibus, & legalibus banniendo, vel excomunicando Angel. in l. vt vim verſiculo item quæro iniuria. ff. de iuſti. & iure Inno. in c. venerabilis de cenſib. pro quibus facit eleganter l. 1. ff. ſi quis ius dicenti non obtemperauerit, vbi dicit *omnibus magiſtratibus ſecundum ius poteſtatis ſuæ conceſſum eſt iuriſdictionem ſuam deffendere pœnali inditio*, Bouadilla vbi ſupra numero 60. vnde dicit Petrus de Ferrara in forma libelli actionis confeſſoriæ numero 8. quod eſt vtile poſſidere iuriſdictionem, quia ſi poſeſſor turbetur in ea, poteſt de facto reſiſtere extra iudicium, quod eſt valdè notandum pro conſeruatione iuriſdictionum temporalium, & Eccleſiaſticarum, in quibus procedit
19 regula † vim vi repellere licet Angel. in l. vt vim de iuſt. & iur. Paris de Puteo de ſyndicatu in verbo niſi contra offcialem in fin. & inde orta eſt vniuerſalis mundi conſuetudo, vt iudices temporales clericos turbantes iuriſdictionem ſuam mulctent, & coerceant in temporalibus Bouadill. vbi ſupra Fran.
20 Mar. q. 215. nec propterea † incidunt in excomunicationem, nec faciunt contra libertatem Eccleſiaſticam, quæ licet ſit tuenda, non tamen ita, quod alijs ſuum ius auferatur argumento c. ex thenore de for. compet. ſi plura hac de re videre cupis, vide per Abb. vbi ſupra Decian. & Bouadill. in ſuis locis Auil. in capit. prætorum c. 3. in verbo iuriſdictionem Azebed. vbi ſupra, vbi latiſsimè, latius Menoch. de retin. poſſ. remed. 1. à numero 356. cum ſequentibus, & licet ita ſit de iure communi tuenda iuriſdictio, de particularibus tamen conſuetudinibus terrarum variè, atque variè ea tueri ſolet. In regno ſiqui-
21 dem † Caſtellæ, & ferè in tota Hiſpania, ſi iudex laicus grauetur per Eccleſiaſticum iudicem non competentem, quia reus laicus eſt, & cauſa prophana, tūc ſolet moneri Ec-

cleſiaſticus, vt non cognoſcat de cauſa, & vt remittat proceſſum, & cauſam ad auditores regios, & viſo proceſſu, ſi cauſa ſecularis ſit, inhibetur Eccleſiaſticus, & remittitur cauſa ad iudices ſeculares, quod ſi cauſa Eccleſiaſtica ſit dimittitur res Eccleſiaſtico, idque à conſuetudine immemoriali introductum eſſe tenent doctores Caſtellani, prout refert Couarrubias practica. quæſtion. c. 35. verſ. cæterum c. 31. Portol. in foro primo competentiarum numero
22 13. cum ſequent. quod ſi † Eccleſiaſticus huic monitioni non paruerit, occupantur ſibi temporalitates ex eodem Couarrub. d. c. 35. verſ. aduerſus, circa quæ etiam vide Bouadil. in ſua politica lib. 2. c. 19. à n. 31 cum ſequēt. & c. 17. n. 60. Azeb. Salced. Auend. Grego. Lopez & alij allegati ſupra c. 8. Oliban de iure fiſci c. 11. n. 37. cum ſequētibus, Quæ autē, & qualia bona ſint occupanda clerici inobedientis, & turbantis regiam iuriſdictionem, & regalia, varie practicatur, nā in Principatu Cataloniæ hæc pęna occupationis temporalitatū non tangit perſonas Eccleſiaſticas, nec earum bona libera, & franca, ſed quæ poſſident in regno regi ſubiecta, veluti iuriſdictiones, quas prælati in regno tenent, & non fit in alijs bonis temporalibus, quas, & quæ pręlatus, aut perſona Eccleſiaſtica poſſidet, non in decimis, primitijs, vel bonis alijs ſpiritualibus quibuſcumq;, vt in c. 12. n. 4. idem videtur ſequi Azebedo lib. 4. tit. 1. l. 11. à n. 10. cum ſequentibus vbi quod iuriſdictio regia eſt tuenda per occupationem temporalitatum, non tamen in bonis clerici eccleſiaſticis, ſeu ſpiritualibus, nec in eius perſona, ſed in alijs eius bonis, qualia ſunt fructus tēporales, uel alia bona immobilia, cum talia bona temporalia ſubjiciantur iuriſdictioni regum, & aliorum dominorum temporalium, can. quæ iure 8. diſ. vide Rebuf. de exceptio n. 5. ad. fin. hæc mihi placent, ſed in regno noſtro ſine delictu ſolent omnia bona, propia etiā, & libera, mobilia, & immobilia clerici inobedientis occupari, & fructus omnes beneficij, & ſic vidi ſeruari in practica, primum magis iuridicum eſt, & licet Portol. vbi ſupra n. 9. Bouadi. in polit. lib. 2. c 14. n. 98. & c. 17. n. 154. Anto. de Butri. Inno. in c. ceterum de iudi. Couar. pract. qq c. 33. n. 1. conſtanter teneant in hac controuerſia iuriſdictionis inter Eccleſiaſticū & ſecularem, quod debeat cognoſcere Eccleſiaſticus an
23 ſua ſit † iuriſdictio tamquam iudex maior, & maiore dignitate fulgens, ex authoritate multorum, quos illi allegant, comunemque dicit Thōmas Bozius de iure ſtatus c. 17. ampliatione 9. vbi multa adducit, neque arbitros nominare teneantur, tamen eorum opinio abſolutè vera non videtur ex traditis per DD. in capite ſuper literis de reſcriptis, & per nos ſupra c. 5. §. 6. à n. 54 cum ſequentibus, veluti ſi eſſemus in caſu notorio, tunc abſit quod Eccleſiaſticus eo in caſu cognoſcere debeat, an ſua ſit iuriſdictio, quicquid tamē ſit, In hoc noſtro
24 † Aragonum regno ex antiquiſſima, & immemoriali conſuetudine obtentum eſt, vt ſolus iudex Eccleſiaſticus non cognoſcat, an ſua ſit iuriſdictio, ſed ambo ipſi iudices contendentes cognoſcebant antiquitus, hodie tamē recurrendum ſit ad arbitros, prout quando contentio eſt inter duos iudices delegatos, quo caſu arbitri eligendi ſunt, qui contentionē dirimāt glo. in c. Paſtoralis vbi DD. de reſcript. latè Portol. vbi ſupra n. 6. In Principatu

tu etiam Cataloniæ inſtar huius conſuetudinis Caſtellanæ practicatur idē (vt ad inſtitutum redeamus) nā vbicumq; laicus conuentus in curia eccleſiaſtica, vult declinare forum, contenditq; ſe conueniri debere coram ſuo iudice ſeculari; nec debere trahi ad forum Eccleſiæ, etiam ſi de re Eccleſiæ contentio ſit, laicus tamen rem ipſam Eccleſiæ; aut clerici eſſe negauerit, & ſuam dixerit, ex reg. vtriuſque iuris, ſecundum quā actor ſequitur forum rei c. ſi clericus laicum de for. comp. tunc enim laicus pulſatus poteſt comparere coram iudice ſeculari, & ibi firmare ius cōquerenti de ſe ei, à quo pulſatur corā Eccleſiaſtico, cautionem oferendo de ſtando & parendo iuri ſuper bonis ſuis pro decē ſolidis, cum legitimo augmento, petendo inhiberi, ſeu literatoriè intimari iudici, & parti, ad efectum, vt partem conquerentem remitat ad iudicem ſecularem, à quo recipiet iuſtitiæ complementum, quo facto Eccleſiaſticus ordinarius reſcribit, & in caſu dubio nominatur arbiter, & ſeruatur forma conſtitutionum, vt reſoluit benè Anto. Olibanus doctiſsimuus, ac ſummæ eruditionis vir in tract. de iure fiſ. c. 11. n. 12. cum ſeq. quæ firmā iuris fiebat in eo Principatu, antiquitus cum pignoribus, hodie autem ſuficit cauere cum fideiuſſoribus, vel hipotheca bonorum, ſecūdum eum ibi n. 14. cum ſequentibus, vbi latiſsimè de hac firma directi, ſeu iuris ad vſum noſtrum Aragoniæ, latè habetur, & inter alia dicit, quod in Cathalonia olim omnia iuditia incipiebant à firmā iuris, ſeu directi, tā ex parte actoris, quam rei, n. 16. vbi quod id procedit etiam, non ſolum ſi firmatur contra ordinarium Eccleſiaſticū, ſed etiā contra delegatum, licet is ſub concordia competentiarum non comprehendatur, imo nō ſolū ad inſtātiā particularis, ſed etiā fiſci, quia ſub n. 43 dicit, quod ſi Eccleſiaſticus delegatus procedit in tēporalibus, & in aliquo eius procedimenta nocent fiſcali patrimonio, quod in multis conſiſtit vt per eū ibi, vel nocent regiæ iuriſdictioni, & ſunt vſurpatiua illius, vt quia procedit contra regios oficiales, his & ſimilibus caſibus fiſcus firmat coram reg. Aud. contra Eccleſiaſticum, eum monendo, vt deſiſtat à violētia ſub pena ocupationis temporalitatum, vt ibi largè habetur Azebed. lib. 4. tit. 1. l. 11. n. 14. & iſte eſt ibi modus ocurrendi violentijs Eccleſiaſticorū trahētiū ad ſe cauſas & perſonas ſeculares, & quæ inferuntur perſonis miſerabilibus, formidoloſis, timidis, & timētibus, vt iuſtum eſt, cenſuras Eccleſiaſticas, & eſt remedium valde neceſſarium, de quo vide ibi ſub n. 43. 44. vbi pulchrè diſſerit, quorum ratio eſt, quia debet eſſe in prouintia, qui iura principis tueatur, & contra oppreſſiones auxilium ſuum impartiatur, ad eum recurentibus, quod fit per firmā iuris, partis, vel fiſci, cumq; regia tribunalia faciant ius contra omnēs laicos & potētes, pauperibus, orphanis, pupillis, & ſimilibus, ideò ceſſant illi 149. caſus, quos tradit Aufrer. in titu. de poteſt. Eccleſiæ ſuper laicis, in quibus Eccleſiaſticus cognoſcit de laicis, quare Rex non patitur cauſas ſuas ad forum Eccleſiaſticum trahi, extra caſus ad Eccleſiam pertinentes omni iure, ſub pæna ocupationis temporalitatum, & aliarū pænarum quia ſi non habent temporalitates Eccleſiaſtici, & contumaces ſint, proceditur contra eos ad pænam banni, & alias, vt num. 38. cum ſeq. & hoc eſt quod idem ipſe Oliban. c. 13. n. 38. dicit, vbi quod quando prælati notoriè abutuntur ſua iuriſdictione, mitentes

tentes falcem in meſſem alienam; &
cognoſcere volentes dictis iuſis ad iuriſ
dictionem ſecularem pertinentibus,
quo caſu nullus maior abuſus, vel nul
litas eſſe poteſt, quam hæc, quæ ex de
fectu poteſtatis oritur, ſecundũ Abb.
in c. cum olim de cauſ poſ. & pro. tūc
licitum eſt eos inhibere, quia ſi con-
tra talia procedimenta, quæ de facto
fiunt, priuati reſiſtere poſsit l. prohi-
bitum vbi Platea de iur. fiſ. lib. 13.
C. multo magis id licebit magiſtra-
tibus regiam iuriſdictionem defen-
dentibus, l. non eſt ſingulis de reg.
iur. idque fieri poteſt ex officio ad fiſ-
ci inſtantiam, inhibendo Eccleſiaſti-
cis cum literis ſtilatis, ne procedant,
& parti, ne cauſā proſequatur corā eo,
ſub pœna temporalitatum, & alia-
rum, aliquando ad partis inſtantiam
Rebuf. de appell. tamquam ab abu-
ſu interpoſitis glo. 1. n. 6. & ſi princi-
pi ſeculari, aut Eccleſiaſtico iniuſta
iubenti non eſt obediendum l. ſi vin-
dicari C. de pœn. c. cũ teneamur vbi
Abb. n. 1. Decius 3. de præb. Inno. in
c. inquiſitionis in fin. de ſent. exco-
mun. extra, qui hoc afirmat in Papa,
Marant. diſpu. 1. n. 19. multo magis
poterit quis non obedire iudicibus
Eccleſiaſticis procedentibus in cauſis
non ſuis, & conſequenter abutenti-
bus iuriſdictione ſua, & non vtenti-
bus ea, in quo Olibanus monet magi-
ſtratus ſeculares n. 41. ne in defenſio-
ne regiæ iuriſdictionis ſint tardi, ne-
gligentes, vel formidine & timore
aliquo deficientes in officio ſuo.
ſicut de miſeris prælatis ſcripſit Ac-
curſ. in l. puniri. C. ſi contra ius. vi-
de Felin. in c. ſi quando n. 2. de reſ-
cript. Ex his infert Olibanus n. 47.
& 45. quod Dominus Rex prohibet
cauſas laicorum quæ in partibus tra-
ctari poſsunt, ad remotas curias
trahi, extra caſus ad eas pertinentes
omni iure, quia prouinciales vexarē-
tur laboribus, & expēſis extra prouin
tiam litigantes, quod ibi vide, nam
in his libenter abſtineo, niſi quatenus
inſtitutum poſtulat; ad omnia ſupra
dicta facit, quia dominus Rex tenetur
defendere quamcumque perſonam
iniuſtè oppreſſam ſecundum eum, n.
49. ſiue iudicialiter, ſiue extra iudi-
cialiter violentia committatur.

Vnde ad inſtitutum accedendo
quotieſcumque iudex eccleſiaſticus,
ſiue ordinarius, ſiue delegatus intro-
mittit ſe in iuriſdictione ſeculari, &
25 ſeu vult cognoſcere † de cauſis, re-
bus, & perſonis laicis, & prophanis
& aliquo modo ad ſuam iuriſdictio-
nem non deuolutis, tunc pars op-
preſſa recurrit ad curiam Iuſtitiæ
Aragonum, & ibi querelando dicit
ſe eſſe laicum, & de iuriſdictione do-
mini Regis, ſeu temporali, negatque
ſe iuriſdictionem eccleſiaſticam pror-
rogaſe, narratque eccleſiaſticum his
non obſtantibus velle cognoſcere de
ſua perſona, de ſuis rebus prophanis,
& ſecularibus, petit inhibitionem
(quam iuris firmam appellamus) con
tra iudicem eccleſiaſticum, ne in il-
la cauſa procedat nec de perſona cog
noſcat, & ad eam obtinendam fir-
mat coram Iuſtitia Aragonum de
ſtando & parendo iuri, & de iudica-
to ſoluendo, & tunc ſic guarnita cu-
26 ria, ſolet Iuſticiā † Aragonum conce-
dere inhibitionem ſeu firmam aduer-
ſus iudices eccleſiaſticos quoſcum-
que, & ſeu illorum conſeruatores in-
hibendo eos, ne de illa cauſa ſe intro-
mittant cum illa ſit de iuriſdictione
temporali, quod facit Iuſtitia Arago-
nū, & ſeu eius Locumtenētes in vim
eorum, quæ ſuperius dicta ſunt: tum
& ex eo, quia ipſi iudices ſunt pecu-
liares omnium grauaminum, & con
tra fororum, & etiam omnium vio-
len-

27 lentiarum, & hanc † inhibitionem concedunt dicti iudices iuſtificatè cum nominatione arbitri, nominando in arbitrum Procuratorem Fiſcalem, ſeu alium ad hunc finem, vt ſi eccleſiaſticus perſiſtat in ſua opinione, quod ſcilicet cauſa ſit de ſuo foro, in tali caſu dictus arbiter nominatus à iudice ſeculari, & alius arbiter per eccleſiaſticum nominandus, com petentiam iuriſdictionis decidant, intra tempus a foro præfixum, ſcilicet intra quinque dies cōputādos a die, quo intimātur primo iudici literę ſecūdi iudicis inhibiti, quod ſi id non fecerint, tunc intrat alius tertius iudex,
28 quaſi arbiter, † qui eſt cancellarius competentiarum, perſona indignitate poſita, vt competentiam dirimat modis, & formis per foros competentiarum traditis, quia cancellarius mandat intimari patribus, ſeu ſuis procuratoribus competentiā, & illi infra 30. dies allegant & faciunt proceſſum, quibus elapſis cancellarius infra 5 dies tenetur pronūtiare ſuper cōpetētia, aſſumptis ſibi duobus cōſultoribus pro iuriſdictione ſeculari, & alijs duobus pro eccleſiaſtica. & cācellario nō declarante infra tempus ſtatutum, habetur competētia pro declarata in fauorē eccleſiaſtici, for. 1. de las cōpetentias, quæ cū notiſsima ſint per foros competentiarum, & per foriſtas, præſertim Portoles, qui eos foros bene interpretatus eſt, amplius non repeto, contentus ſolum ea attingere, quæ ab alijs diſcuſſa non ſunt, alienos labores fugiens, ne oſtentans videar potius, quam veritatis ſectator, & alienis plumis nobilitari Hæc firma ſeu prohibitio præſentata iudici eccleſiaſtico eum inhibet, & arctat,
29 ne in cauſa † procedat, ſed vel nominet arbitrum ad dirimendam controuerſiā vt ſupradixi, vel abſtineat ſe ab iſta cauſa: nam ſi non abſtinuerit præſentata ſibi inhibitione ſeu firma, monebitur, vt pareat, qui ſi bis monitus non abſtinuerit, occupabuntur poſtea illius temporalitates, vt ſic obediat.

Sed quia iuris firma, ſeu inhibitio, (vt in ſuperioribus diximus) facienda impedit, facta autem non reuocat, eueniebat inde aliquando, quod cognoſcente iudice eccleſiaſtico de aliqua re, ſeu perſona ſeculari, exiſtente iam perſona capta penes eccleſiaſticum, ſi firma præſentabatur, hæc impediebat proceſſum ad vlteriora, & ſic iudex eccleſiaſticus amplius non poterat procedere, ſuper ſedebat que inhibitus, captio autem ſemel facta non reuocabatur, vnde eueniebat, vt captus detineretur iniuſtè penès eccleſiaſticum: qua propter alio modo, & præſidio vtendum docuit experiētia magiſtra vt in cap. 1. diximus, tunc ſi quidem laicus captus, ſeu alij pro eo petunt, eū per Iuſtitiam † Aragonū manifeſtari à poſſe priuatarū
30 perſonarum, ex eo, quia eccleſiaſticus cognoſcens de cauſa non ſua, priuatus dicitur, & manifeſtatur per officiales Iuſtitiæ Aragonum, ex trahitur que è carceribus eccleſiaſticis, reponitur que in poſſe Iuſtitiæ Aragonum, & eius Locumtenentium, qui ſolent captum relaxare ſub fideiuſſoribus, ſeu capleuatoribus, & hoc ſi videant non eſſe iuriſdictionem de uolutam in eccleſiaſticum, & tunc ſolet eccleſiaſticus concedere literas repetitorias † petendo captum,
31 & allegando qualitatem circumferentem ſibi iuriſdictionem, & nominando arbitrum, qui cum alio arbitro per ſecularē nominato, vel nominādo competentiā dirimat ex quo ſequitur

quod

quod reciproca res eſt; nam ſi etiam ſecularis iudex intromittat ſe de perſonis, & rebus eccleſiaſticis, ſolet eccleſiaſticus inhibere eum, ne de illis ſe intromittat nominando arbitrum, qui cũ alio arbitro per ſecularem nominando ſimiliter queſtionem dirimant, quibus non dirimentibus, can-
32 cellarius † competentiarum intrat ad id efficiendum intra tempora foralia. & hæc eſt praxis competẽtiarum huius regni introducta à tempore longiſsimo, vt ſic de eius viribus dubitandum non ſit, qui nimo per Sedem Apoſtolicam approbata eſt hæc conſuetudo, vt apud Deputatos huius regni, & archiua corũ videri poteſt, nã confirmatus fuit forus competentiarum per Paul. Papam 3. ſub Datis Romæ apud S.P. ſub annulo Piſcatoris die 21. Decembr. 1548. Pontifi. anno 15. & fuit facta cõfirmatio dummodo recurſus ad Sedem Apoſtolicã non impediatur, vt refert Bard. in d. foro de las cõpetẽcias & ſic nullus locus ſcrupulis debet eſſe, vt in ſimili materia eos tollit Bouadilla cap. 19. n.32. & hac via moderata, & benigna tuetur, atque deffenditur iuriſdictio regia, & etiam Eccleſiaſtica, per iudicem medium non ſuſpectum, nec interreſſatum in cauſa. Ex quibus ſubſequitur, & in praxi obſeruatur, quod ſi iudex Eccleſiaſticus, vult aliquem capere ratione alicuius delicti, & tempore captionis
33 præſentatur † executori capienti firma communis, ſeu volandera cum nominatione arbitri, arctabit illum, & nõ poterit capere, imò debet dimittere laicum liberum, & ſi aliud prætendit, formet competentiam, & ſi illa fuerit in eius fauorem declarata, tunc iudex ſecularis reſtituet laicum iudici Eccleſiaſtico, vt de eo cognoſcat.

Sed dices tu, ſi interim fugit laicus, quid erit? nonne melius fiet ſi recludatur (pendente competentia) per iudicem laicum, vel quod dimittatur ſub idoneis fideiuſſoribus, ne poſtea competentia reddatur eluſoria ſi reus aufugiat vt ſentit Salcedo c. 62. Reſpondeo, quod non debet poni
34 in carcere, † quia iam per firmam eſt aſſecurata curia; & licet aliquando quidã homo vilis fuiſſet poſt præſentatam firmam Eccleſiaſtico, recluſus à Locumtenente Iuſtitiæ Aragonum, illud fuit propter ſuſpitionem illius hominis, & poſſet illud iuſtificari, quia viſum fuit iudici per fideiuſſorem firmæ non fuiſſe ſufficienter cautum, ſicut poteſt iudex in alijs caſibus petere maiorem cautionem poſt vnã datã, ſi ſibi videatur, & hoc videtur conſonũ rationi vt ſic fieret, & quod ſine recluſione ſit liberandus laicus poſt pręſentatam Eccleſiaſtico firmam, fuit habitũ pro conſtanti per omnes Locumtenentes de cõſilio in
* proceſſu Hyppolitæ Lopez ſuper manifeſtatione perſonarũ in menſe Septembris 1597. & licet in effectu talis declaratio non fuerit facta mandando liberari talem laicũ, qui in limine captionis præſentauerat firmã, & fecerat ſe manifeſtari à poſſe Eccleſiaſtici qui eũ male detinebat: hoc ideo
35 fuit quia non conſtitit in proceſſu † de præſentatione iuris firmę, quã ad partẽ habebat procurator cauſæ, nã ſi de ea cõſtitiſſet, ſine dubio factũ hoc fuiſſet per omnes, & ſic deliberatũ, & cõcluſum fuit, quod attento quod de firmæ præſentatione nullatenus apparebat, reſtitueretur officiali Eccleſiaſtico, à quo captꝰ detinebatur, vt videbis ibi, poſteà ad cõcordiã deuetũ fuit, & dictus officialis abſtinuit à negotio omni, metu cuiuſdam monitorij, pars etiam retroceſsit à præſentatione fir-

mæ

mæ, quo facto iudex ſeptima Iulij anni 1598. denuo protulit ſententiã, ea quę de conſilio cęterorum iudicum mandauit reſtitui perſonam ſecularem, in locum vbi fuit manifeſtata, vt inde libera remaneret ad ſuos volatus, & poſtea quam fuit poſita in libertate, fuit iterum capta per iudicem eccleſiaſticum, cui cum prę̨ſentaretur alia firma in limine captionis, eam dimiſit iudex eccleſiaſticus, & ſic non fuit neceſſaria manifeſtatio, vide in proceſſu Petri Gazul ſuper iuris

36 firma die ſeptima Iulij 1598. idem, ꝙ † ſupra fuit habitum pro conſtanti per omnes Locumtenentes Iuſtitiæ Aragonum, vide in proceſſu D. Hieronimi Labata ſuper iurisfirma, vel ſuper manifeſtatione die quinta Iunij 1598. credo quod ſunt duo proceſſus eiuſdem intitulatę, & de eodem tempore, verum in dictis proceſſibus non fuit facta declaratio de mandando liberari firmantem, licet fuiſſet iam per iudices decreta, & hoc ex eo, quia res fuit cum eccleſiaſtico ad concordiam ducta, aliàs ſine dubio fuiſſet mandatum liberari de conſilio, & ſic pro firmiſsima regula eſt tenẽdum, ꝙ ſi firma preſentatur eccleſiaſtico ante

37 captionem, vel in limine captionis † non poterit laicum capere, ſi autem poſt captionem, licet facienda impediat, captionem tamen non reuocat, & ſic opus eſt, vt per manifeſtationẽ extrahatur à poſſe eccleſiaſtici tanquam à poſſe priuatorum, & ſi in proceſſu manifeſtationis conſtiterit perſonam manifeſtatam eſſe de iuriſdictione eccleſiaſtici, erit ſibi reſtituenda, vide in proceſſu Marianæ Viñerta ſuper manifeſtatione perſonæ die quinta, vel ſexta Octobris anni milleſimi ſexcenteſsimi, & fuit reſtituta ratione criminis, pro quo fuit capta, vbi eſt obiter aduertendum, quod ſi manifeſtatus à poſſe

38 iudicis † eccleſiaſtici, petat ſe liberari per viam priuilegiatam, locum non habebit liberatio illa, licet ſit malè captus, quia liberatio illa eſt odioſa, & non habet locum in capto per iudicem eccleſiaſticum ſecundum Portoles in tracta. liberatio. per viam priuilegiatam. §. 2. numero. 14. vide in proceſſu Iacobi Oliuer ſuper manifeſtatione in Menſe Ianuarij, vel Februarij milleſimo quingenteſsimo nonageſsimo octauo in Curia Iuſtitię Aragonum, & in proceſſu Marianæ Viñerta ſuper manifeſtatione perſonę anno milleſimo ſexcenteſsimo.

Et ſuperiora omnia procedunt tam reſpectu iudicis eccleſiaſtici ordinarij, quam delegati, & conſeruatoris, in quo multoties vidi dubitari per magnos practicos, aliquibus exiſti-

39 mantibus foros competentiarum † comprehendere tantum iuriſdictionem eccleſiaſticam ordinariam, non autem immediatam Romano Pontifici, nec delegatam, imo nec conſeruatores Apoſtolicos, ex quo forus loquens de iuriſdictione eccleſiaſtica,

40 † in dubio de ordinaria, tamquam potentiori, & firmiori intelligitur, non autem de delegata Iaſſon. in l. ait pretor numer. 7. ff. de reiudicata, & in Rubr. ff. de iuris. omnium iudicum Deci. in capite ſanè num. 2. de officio delegat. latius Cagnol. in Rubr. ſi quis ius dicenti numer. 13. & preſertim ſecundum eum in ſtatutis, & vbi ſtricta ſit interpretatio Cagnol. & Iaſſon vbi ſupra, pro quo faciunt verba fori primi de las competencias ibi *pretenden ſer Iuezes*, quod verbum

41 † *eſſe* proprietatem de notat. l. mercis appellatione vbi gloſſa. de verborum ſignificatione delegatus autem non habet iuriſdictionem propriam,

Iii ſed dele-

ſed delegatam. l. 15. qui mandatam de officio eius, & in illis verbis fori, ibi: *Ser de ſu iuriſdiccion*, Nam pronomen ſuus, ſua, ſuum, proprietatem denotat gloſ. in verbo mea eſt, in cano. quo iure & diſtinct. maximè quia illa verba genitiuum reſpiciunt, ideſt eſſe ſuę iuriſdictionis; vbicumque autem fit mentio de iuriſdictione in genitiuo; intelligitur de propria, & non delegata Cagno. vbi ſupra, numer. 21.

42 Deinde verbum pertinere, † quo vtitur forus ille, refertur ad proprietatem iuriſdictionis; non ad poſſeſsionem Rebuf. in l. verbum illud. num. fin. de verb. ſignif. Et hęc opinio confirmatur per forum, por no reſponder, dicto titulo, vbi quod iudex Eccleſiaſticus non tenetur formare competentiam in omnibus caſibus, & forus penult. item la competencia, dicit, quod non in omnibus locis eſt in vſu recepta competentia iuriſdictionis, vnde etiam non videtur recipi, quo ad omnes perſonas Eccleſiaſticas: immo dictus forus penul. loquendo in materia fori primi, declarat quæ perſonę Eccleſiaſticę teneantur formare competentiam, & ſic nominat Vicarium generalem, & officialem Cęſaraguſtę, & alium quemlibet Eccleſiaſticum cuiuſcumque diœceſis. At lex dubia declaratur per alteram legem claram l. 1. de reb. dubijs: Deinde quia in conditione fororum de brachio †

43 Eccleſiæ ſolum interueniunt ordinarij, & quando iſti ſibi prœiudicarent non tamen poſſunt ligare Papam, delegatos, & conſeruatores Apoſtolicos: quia inferior nihil poteſt contra ſuperiorem cap. cum inferior de maioritate, & obedientia, in puncto Baldus in l. aduerſus C. ſi aduerſus rem iudicatam, vbi dicit, quod conſtitutiones factę à Legato Prouincię Romandiolę, tamquam ordinario illius, non arctant delegatos Papę, niſi eſſent factę cum authoritate Apoſtolica. Gozad. conſ. 101. num. 15. & 27. nam in generali ſermone nõ compręhẽditur perſona priuilegiata immo eſt † excepta authori

44 tas ſuperioris, & ex alijs allegatis per Gozadin. Sed his non obſtantibus, ex antiqua conſuetudine interprętatiua potius, quam inductiua, contrarium ſeruatur, nam cum illi fori loquantur generaliter, intelligi debent etiam generaliter, ſine reſtrictione aliqua, ex quo in Regno ſtamus chartæ, & fori non recipiunt † interpręrationem ali

45 quam, etiam reſtrictiuam, ſecundum Alciat. Socin. & alios allegatos per Plebanum in §. forus, num. 55. & in tractat. de conſortibus cap. 5. num. fin. à qua praxi, & conſuetudine non eſt, recedendum: pręſertim quia fori cõpętentiarum cum ſua materia approbati ſunt, & confirmati à Sede Apoſtolica, & ſic ſeruari Cathalonię refert Oliban. de iure fiſci cap. 11. num. decimoſexto, vbi etiam contra delegatum formatur competentia. Sed

46 hic aduertere libet, cõpetentiam formari poſſe † per Eccleſiaſticum iudicem contra ſecularem, dirigendo literas inhibitorias contra eum cum nominatione arbitri, ad hoc, ne iudex ſecularis aliquam cauſam inchoet, nec procedat ad aliquem capiendum ratione alicuius criminis, nam quamuis accuſatus non exiſtat captus per ſecularem, tenetur iudex ſecularis formando competentiam reſpondere inhibitioni Eccleſiaſtici, nominando alium arbitrum. Sola Regia Audientia habet hanc pręeminentiam, &

47 prærogatiuam de conſuetudine, & propter bonum Iuſtitiæ, vt † competentiam formare non teneatur, nec literis Eccleſiaſtici inhibitorijs reſpondere, niſi is qui crimen commiſsit in carcere detineatur, & captus

captus exiſtat, imo non obſtantibus
literis inhibitorijs ſolet vlterius pro-
cedere in cauſa, & per ſuas literas mo
nere eccleſiaſticum, vt deſiſtat a-
requiſitis, qui ſi non deſiſtat, occupa-
buntur eius temporalitates, vt teſta-
tur Portol. in dicto foro. 1. numer. 69.
& in foro por no reſponder. numer 8.
eod. titulo dicens, quod alij iudices
Regni minores, prædictam conſuetu-
dinem non habent, ex quo ego infe-
ro, quod cũ Curia D. ñi Iuſtitiæ Ara-
gonum ſit de principalibus
48 idem priuilegium † habebit, & ita
reperio fuiſſe iudicatum in proceſſu
Hieronymi Raſcon, & aliorum vi-
cinorum loci de Adagueſca ſuper cri-
minali in Curia Iuſtitiæ Aragonum,
vbi cum fuiſſent citati criminaliter
quidam, de quibus ibi, & poſtea iſti
tales cũ literis inhibitorijs cuiuſdam
conſeruatoris inhibuiſſent Iuſtitiam
Aragonum cum nominatione arbitri
Locumtenentes Iuſtitiæ Aragonum
reſpondere noluerunt (capto in car-
ceribus non conſtituto) & ſic ſub die
vndecima Madij 1574. per Domi-
num Hieronymum del Villar Locum
tenentem fuit lata ſequens ſententia

49 Pronuntiamus, & † attenta natura
cauſæ, & alias attentis contentis, &
quod ad præſens conſiſtorium pecu-
liariter, & priuatiue ad alios eius cog
nitio, & diffinitio, atque executio cõ-
petat, & ſic dicta cauſa fuerit in pre-
ſenti cõſiſtorio inchoata, & finita, &
preuenta iuriſdictio, & Ioannes Cor-
tes reus (ſi quid pretendat) debeat in
carcerem præſentis curię prius ſe re-
præſentare, & cum ad illuſionem, &
contra foros, & iuris diſpoſitionem
in carcerem iudicis incompetentis ſe
conſtituerit (dictus namque Cortes
fecit ſe de aliena iuriſdictione, & po-
ſuit ſe in carcere ſui cõſeruatoris poſt
crimen comiſſum,) & literæ inhibi-
toriæ nobis præſentatæ non fuerint,
in debita fori, nec iuris forma expedi-
tæ, nec in caſu, in quo prætenſa com-
petentia iuriſdictionis locum habeat,
50 nec formari poſſit, ideo, & † aliàs
non teneri reſpondere præfatis lite-
ris inhibitorijs nobis preſentatis, nec
ſuper præmiſſis formare competen-
tiam, offerentes nos ſecundum forum
in premiſſis, & alijs prouidere cum
debite procedetur, & cum his man-
damus procedi ad vlteriora, & exe-
qui ſententiam per nos latam, non
obſtantibus aſſertis literis, & alijs qui
buſuis in contrarium allegatis, conce-
dentes literas de pręmiſſis iuxta ſty-
lum Curiæ.

Quod exemplar plenum equi-
tate, & ratione videtur, & ſic pro
cedendum putarem, ſed tu reuide
proceſſum illum, quia in literis inhi-
bitorijs videbatur nominandus arbi-
ter in ciuitate Cęſarauguſtæ, non ve-
ro Oſcę ſecundum Portol. in foro fin.
delas competencias, & forſam partim
ex hoc capite fuerunt ſpræte literę
per Locumtenẽtes vide per te. Ex ſu-
51 perioribus reſultat † quod inhibitio
ſeu iuriſfirma competẽtię, ſecundum
forum eſt illa inhibitio, & firma,
quæ expeditur contra iudices eccle-
ſiaſticos, ne de rebus, & perſonis ſecu-
laribus ſe intromittant: cum ille ſint
de iuriſdictione ſeculari, & ſeu Do-
mini Regis, quo caſu ſiue ſit contra
ordinarium eccleſiaſticum, ſiue con-
tra delegatos, ſeu conſeruatores ec-
53 cleſiaſticos † debent illi reſpondere,
nominando etiam arbitrum vt ſic
competentia per arbitros decidatur,
quē arbitrum ſi non nominauerint iu-
dices eccleſiaſtici, iterũ moniti, habe-
tur cõpetẽtia pro declarata cõtra reni
tentẽ nominare arbitrũ, vt in foro por
no reſpõder in titu. de las cõpetẽcias.

Ex his ſubſequitur & aliud, quod ſi competentia non ſit inter Eccleſiaſticum, & ſecularem iudicem, ſed inter duos † Eccleſiaſticos iudices, vel
53 ſeculares, & inhibitio, ſeu iuris firma expediatur à curia Iuſtitię Aragonū, contra aliquem ex eis, ne ſe intromittat de perſona, & re non ſua, tunc licet dicta firma poſsit dici firma competentiæ, non tamen erit firma competentię foralis, & per conſequens arbiter in ea nominandus non eſt, ſed dirimenda eſt competentia per ſuperiorem illorum iudicum, vel per arbitros ab ipſis iudicibus contendentibus deputandos, vt declarat Portol. in dicto foro primo de las competencias, vel poterit tractari in curia Iuſti-
54 tię Aragonum, & ſi forſam † talis firma, & competentia formarentur cum nominatione arbitri, licet malè, tunc iudex competentiarum, & ſic Cancellarius ſolet pronuntiare, *Suplicata locum non habere*, quia non datur materia pronuntiationis, cum nō ſit contentio inter laycum, & Eccleſiaſticum, ſic fuit pronuntiatum per Cancellarium in menſe Decembris 1604. in proceſſu Ioannis Nauarro, ſuper declaratione competentiæ, die 26 vel 28. dicti mēſis, & poſtea firma per quam fuit malè formata competentia, & cum arbitro malè prouiſa, extitit poſtea reuocata, vide in proceſſu magni Magiſtri, & Conuentus de Caſpe, ſuper iurisfirma, 28. Ianuar. 1604.

55 Vnde deſaforata eſt illa praxis, & conſuetudo, † per quam aliquando obtinetur firma per Eccleſiaſticum à curia Iuſtitię Aragonum contra iudices Eccleſiaſticos cum nominatione arbitri, & formatur competentia iuxta forum, & declaratur aliquando in fauorem Eccleſiaſtici inhibiti, aliquando in fauorem firmantis, vel ſui conſeruatoris, ſed hoc malè fit, cum illa propriè foralis competentia non ſit: benè
56 tamen poſſet dari hęc firma † hoc modo, ſi conſeruator Eccleſiaſticus concedat inhibitionem in fauorē ſuorum conſeruandorum contra, alios Eccleſiaſticos, volentes ſe abſque iure intromittere de perſonis, & rebus cōſeruatoriæ, quę inhibitio ſolet, & poteſt etiam ſine nominatione arbitri expediri, cum conſeruator delegatus ſit, c. 1. de offi. delega. in 6. & ſic maior ordinario, cap. ſanè de officio delegati, & ſic arbitros eligere non tenetur, ſed ipſe cognoſcit, an ſua ſit iuriſdictio, ex allegatis per Portoles in foro primo de las competencias, numer. 8.
57 Tunc ſi cum hac inhibitione ſic † expedita, & præſentata, compareat pars in curia Iuſtitię Aragonum, & firmet de ſtando, & parendo iuri, petendo firmam, ſeu inhibitionem contra Eccleſiaſticum, iam aliàs inhibitū per conſeruatorem ad id, ne vlterius procedat pendente competentia, & inhibitione per conſeruatorem decreta: tunc debet dari firma, ne procedatur pendente competentia, & inhibitione, & tamdiu durabit firma, quamdiu durabit competentia illa, & inhibitio conſeruatoris, qua extincta ſimiliter, & firma per iudicem tolletur: oſtenſa ei extinctione inhibitionis cōſeruatoris, ad exemplum firmę, ne pēdente appellatione.

Sed quod maiorem habet difficultatem eſt, quando conſeruatores inhibentes iudices ſeculares viuunt, & exiſtunt extra Regnum Aragonum, vel
58 ſi dictis † conſeruatoribus præſentanda ſit firma, ne aliquem ſecularē regnicolam cenſuris vexent, quomodo in hoc

in hoc caſu procedendum ſit, in quo
eſt tenendum quod aliquãdo conſer-
uatores exiſtentes extra Regnum,
conſeruatores tamen Reghicolarum
ſolent inhibere iudices ſeculares Re-
gni, & etiam eccleſiaſticos, & quando
inhibent ſeculares iudices, ſolent; &
debent nominare arbitrum pro ſui
parte in ciuitate Cæſarauguſtę, &
formatur competentia cum eis debi-
* tè, & iuxta forum vide in proceſſu
Iacobi Moreno ſuper iurisfirma anno
1597. vel 1598. & credo quod tales
inhibitiones veniunt in ſubſidium iu-
dicum Regni reſpectiuè, vt eas fa-
ciat pręſentari iudicibus inhibitis, vt
59 in dicto proceſſu Aliquando vero †
dum Regnicolæ ſeculares vexantur,
& moleſtantur per hos conſeruatores
degentes extra Regnum ſub pręttex-
tu ſuarum conſeruatoriarum, quo ca-
ſu obtinetur firma Curię Iuſtitię
Aragonum cum nominatione arbi-
tri, † ſi firmantes laici ſint, alias
60 ſine arbitro ſecundum formam ſu-
pra traditam, & pręſentabuntur di-
ctis conſeruatoribus, etiam extra Reg
num, dictę firmę: & ſi non reſpondi-
derint nominando arbitrum, habe-
61 bitur competentia pro declarata † in
fauorem ſecularis iuxta forum. ratio
eſt, quia ſufficit, quod iſti ſint conſer
uatores Regnicolarum licet degant
extra Regnum, ſic meis temporibus
fuerunt prouiſæ aliquę firmę vide in
* proceſſu Iſabellis Pallon ſuper iuris
firma 18. Ianuari. 1578. & in pro-
* ceſſu iuratorum de Cieſſo ſuper iuris
firma 21. Iunij 1597. & tales firmę
diriguntur contra dictos iudices ex-
traneos exiſtentes extra Regnum, con
ſeruatores tamen Regnicolarum, &
62 ſi dicti iudices attentauerint † con
tra tenorem firmę, occupabuntur il-
lorum temporalites, ſi in Regno ali-
[illegible]

quas habent, alias autem ſi non ha-
bent, ſolet, & poteſt peti, & pro-
uideri firma contra partem, ne re-
currat ad talem conſeruatorem, imo
potius curet; & faciat conſeruato-
rum reuocare geſta, & attentata, vt
* fuit meis temporibus prouiſa talis
firma 22. Iulij. 1597. cuius memor
iam non ſum, & alia firma, vide in
proceſſu iuratorum loci de la Guarre
* ſuper iurisfirma anno 1565. vbi ex
quo conſeruator, qui erat Prior Mo-
naſterij ſancti Auguſtini ciuitatis Il-
lerdę ſe occultabat, & non poterat
contra eum procedi, fuit intimatum
parti, & ipſa ſatisfecit, vide in dicto
proceſſu iuratorum de Cieſſo, & ſi
63 pars monita non † ſatisfecerit, non de-
ſiſtendo, aut contrafaciendo, poteſt,
& debet capi, & carceri mancipari,
donec ſatisfaciat pręcepto, & eius
bona occupari; ſicut fuit practica-
tum me exiſtente Locumtenente vi-
de in dicto proceſſu Iuratorum de
la Guarre vbi poſtea pars obe-
dijt. ſolent etiam occupari tempora-
litates conſeruatoris extranei cum li-
teris ſubſidiarijs, pro vt videbis latius
in cap. 11. vbi de occupatione tempo-
ralitatum agemus. Ex his etiam red-
ditur ſine dubio, quod quando aliquis
clericus exemptus a iuriſdictione or-
dinarij eccleſiaſtici, petit firmam vir-
tute ſuorum priuilegiorũ Papalium,
vel ſimilium, inhibendi iudicibus
eccleſiaſticis, ne eum moleſtent, neq
64 de eo cognoſcant, † debet proui-
deri iurisfirma ſine nominatione ar-
bitri, (quia arbiter ſolum nomina-
tur, quando controuerſia, & compe-
tentia eſt inter laicum, & eccleſiaſti-
* cum iuxta forum. vide in proceſſu
Alphonſi Cabañes ſuper iuris firma
menſe Februari 1597. vide etiam in
* proceſſu Prioris de Pilari ſuper iuris
[illegible] Iuli, 3 [illegible] firma

firma circa annũ 1598. vide ſupra numer. 54. Aliç reperiuntur firmç datç officialibus Hoſpitalis Cæſaraugu-
65 ſtç, virtute ſuorum priuilegiorum † cum nominatione arbitri, & hoc ex eo, quia dantur contra iudices Eccleſiaſticos, & ſic nominatur arbiter iuxta forum, alias eſſent iniuſtç, Et credo
* quod intitulantur dictç firmæ Regitorũ Hoſpitalis, & extant multç prouiſç diuerſis temporibus, emanatç ab vna firma vniuerſali conceſſa Hoſpitali, ſeu Officialibus, & Regitoribus Hoſpitalis, & cuilibet officiali ſuo dat Hoſpitale vnam firmæ copiam ex illa originali, quç data eſt ſub nomine officialium, & nota, quod in his
66 † firmis, quç dantur exemptis, & priuilegiatis contra iudices ſeculares, deberet firmans, ad obtinendam firmam ducere inhibitionem ſui conſeruatoris, ſeu ſuperioris, contra iudices ſeculares cum nominatione arbitri, & Locumtenens tunc daret firmam pendente competentia, ſed non fit iſto modo, ſed abſque inhibitione ſuperioris petuntur iſtec firmç, & Locumtenens Iuſtitiç Aragonum ſubrogando ſe in locum dicti conſeruatoris dat firmam nominando arbitrum, quod videtur in idem reincidere, licet melius fieret alio modo, quæ in praxi nota.

Eſt deinde in hac materia ſummè notandum, quod aliquando formata
67 † cõpetentia, hoc eſt preſentata inhibitione cum nominatione arbitri ſolet virtute inhibitionis conſequi firma, ne pendente inhibitione procedatur, aliquando vero ne pendente competentia, habendo eam pro formata, ex ſola inhibitione, vt in proceſſu Frãciſci Purroy, die ſexta Aprilis 1598. &
* in proceſſu Iacobi Moreno decimaquinta Ianu. 1598. Nam ſiue ſit formata, ſiue non, ante reſponſionem alterius iudicis, illud certum eſt, quod
68 iudex inhibitus † non poteſt vlterius procedere ſub pœna nullitatis, & attentatorum, quantumuis aliud aliqui dixerint, exiſtimantes, quod donec iudex, cui primæ literæ cum nominatione arbitri ſunt directç, & præſentatç, reſcripſerit cum nominatione alterius arbitri, non dicatur competentia formata, nec pendens, vt ideo innouata ſint nulla, qui mouetur per forum por no reſponder. tit. de las competencias, cuius ponderationem ad caſum de quo ipſi loquuntur, vix intelligo, quia forus ille por no reſponder, iudici inhibito non intendit fauere, ita ꝙ geſta ab eo, antequam reſcribat, non ſint nulla, & attentata contra caput non ſolum de appellation. in 6. cum ſimil. foro 1. tit. de las competencias, verſi. final. ibi. *ante qualquiere de los juezes contendientes.* Immo potius forus, por no reſponder, inſurgit con-
69 tra inhibitum, † illius negligentiam coercens in non reſpondendo declarationi competentiç, vnde in eius fauorem non debet operari. l. quod fauore, C. de legib. l. Titia. §. fi. ff. de manumiſ. teſtam. l. legata inutiliter ff. de adimen. legat. pro vt ita reperij tenere doctiſsimum, & de theorica, & praxi legum huius Regni, per annos quadraginta, tum patrocinando, tum iudicando, optimè meritum, dominum Ioannem Gazo, in quadam eius additione ad Portoles, in dicto foro primo de las competencias, num. 66. per iuris regulam poſt inhibitionem nihil eſſe innouandum iuxta c. non ſolum de appellat. in 6. Et quia dictus forus
70 † por no reſponder, tendit ad effectũ declarationis competentiæ in non reſpondendo, vt ad id requirantur ſecundç literç, non vero vt iudex inhibitus parere non debeat, nam eſt per illum ſtet, vt non reſpondeatur. Ideo

per

per inde habetur, quantum ad eum attinet, ac ſi reſpõdiſſet regula in iure ciuili de regu. iur. vbi Deci & l. iure ciuili de condictio, & demonſtrat. & ſic cum ſolis dictis primis literis, & illarum præſentatione, certum eſt concedi iurisfirmam in curia Iuſtitię Aragonũ, ne interim aliquid innouetur, eamque, dum petitur reuocari, confirmari ſolere. Vnde cum hoc ſufficiat ad obtinendam iurisfirmam, & effectus idem ſequatur, nõ eſt cur immoremur in examinando, an dicatur formata competentia ante reſponſionẽ literarum vt ſic debeat concipi firma, ne pendente competentia, an vero, ne pendente inhibitione, cum quæſtio nullius ſit effectus, & differentię: licet primum magis placeat.

SVMMA EORVM, quæ in hoc §. 2. Cap. 9. continentur.

1 *Iudex Eccleſiaſticus vbicumque viderit iudicem ſecularẽ, intromitentem ſe in cauſis Eccleſiaſticis, debet per ſuas literas cum nominatione arbitri inbibere eidem, & ſic competentiam formare, et ẽ contra.*

2 *Competentia pendente, omnes proceſſus incboati ſuſpenduntur, quod ſi incboati non ſunt coram iudicibus contendentibus incboari nequeunt, quod limita, vt num. 3.*

4 *Frma priuilegiata præſentata, ne pendente competentia procedatur ad executandum, &c. non impedit quominus procedi poſſit ad appræbendendum, & manifeſtandum, & num. 5.*

6 *Appræbenſionis proceſſus eſt priuilegiatus, nec poteſt impediri per literas inbibitorias, & num. 20.*

7 *Iudex ſecularis non tenetur reſpondere Eccleſiaſtico inbibenti, ne procedat ad appræbendendum: Sed reſpondere tutius eſt, non vt competentiam fundet, ſed vt literas inbibitorias reuocet, quas reuocare ſolet, vt numer. 8. & 17*

9 *Declaratio competẽtiæ precedentis, in fauorem Eccleſiaſtici, non obſtat ſententiæ latæ in fauorem inſtrumenti comandæ.*

10 *Finis & ſcopus tam ſecularis, quam Eccleſiaſticæ iuriſdictionis in materia competentiarum, quis ſit declaratur.*

11 *Iuriſdictio an ſit iudicis Eccleſiſtici, an vero ſecularis, quomodo dignoſcendum ſit traditur.*

12 *Firma quædam traditur pro*

uiſſa cum nominatione arbitri, contra dominum Archiepiſcopum, ne procederet ad excommunicandum vendentes panem propê Eccleſiam ſancti Lamberti, in diebus Dominicis Quadrageſimæ.

13 *Iudex Eccleſiaſticus non habet iuriſdictionem in laycos, niſi in ordine ad ſpiritualia.*

14 *Iudex ſecularis nùm poßit inhibere Eccleſiaſticum, ſine nominatione arbitri, & ſic de præciſſo, & ê contra, diſputatur, & affirmatiuê reſoluitur, nu. 15.*

16 *Iudex ſecularis in caſu, in quo non tenetur competentiam formare in eodem poteſt inhibere, ſine nominatione arbitri, num. 18. & 21.*

19 *Competentia in dubiis, non vero in notoriis caſibus formanda eſt.*

22 *Bona mobilia occupata in vim abſolutæ poteſtatis ſi manifeſtentur, domino occupanti adiudicantur iure pleni dominij.*

23 *Domini vaſſallorum firma cõceditur de præciſſo aduerſus iudicem Eccleſiaſticum ne propter iniquitatem fori ſe intromittat ad impediendum geſta per dominum in vim abſolutæ poteſtatis.*

24 *Negotium ſemel diſcuſſum, & examinatum, iterum examinandum non eſt.*

25 *Recurſus â ſententia cancellarij, & arbitrorum nullus datur, & nu. 29.*

26 *Arbitrorum ſententiæ ſtandum eſt, nec ab ea appellare licet.*

27 *Adiudicari vni magis, quã alij, ex iudicibus contendentibus iuriſdictionem, non multum partium intereſſe videtur.*

28 *Appellari de iure poteſt â ſententia arbitrorum â ſtatuto electorum.*

30 *Iudex Eccleſiaſticus, nùm poßit in caſibus, in quibus poteſt contra laycum procedere, eundem actualitêr capere diſputatur.*

31 *Iudex Eccleſiaſticus laycũ, cenſuris Eccleſiaſticis tantũ, coercere poteſt.*

32 *Iudex Eccleſiaſticus quamuis habeat cognitionem in laycos, executionem autem temporalem poteſtas habet ſecularis & num. 33. & limita, vt num. 34.*

35 *Iudex Eccleſiaſticus poteſt capere laycos, qui publicas*

concu-

concubinas habent, attenta conſuetudine capiendi.

36 *Iudex ſecularis poteſt de iure clericum capere ad finem remittendi eum ad ſuum iudicem, & num. 37. & 38. idem de foro ſtatuitur, vt num. 51. & conſuetudine, vt num. 52. Nec ob id poteſt excommunicari, vt num. 39. præſertim ſi eum ad domum Eccleſiaſtici duxit, nu. 40.*

41 *Capi poteſt à quocumque, quilibet delinquens in fraganti crimine.*

42 *Iudex, aliàs incompetens, poteſt delinquentem capere, vt captum repræſentet competenti.*

43 *Fragantia criminis cauſa eſt iuriſdictionis attributiuæ, et vide nu. 47.*

44 *Clericus ſuſpectus de fuga capi poteſt à quocumque, quod declara, vt num. 46.*

45 *Dolus, ſeu temeritas requiritur ad incurrendam excommunicationem cap. ſi quis ſuadente diabolo.*

48 *Capto clerico à iudice ſeculari, in habitu, qui dubitatur qualis ſit, quæſtio habitus corã eodem iudice layco terminanda eſt.*

49 *Clericum depræhenſum in maleficio, fugam arrepturum eſſe veriſimiliter præſumendum eſt, & maximè, vbi reſiſtere nixus eſt, n. 50.*

53 *Conſuetudo Regiæ Audientiæ capiendi clericos, etiam oſtenſo titulo clericali, & præſentata inhibitione iudicis Eccleſiaſtici, eandem excuſat à pœna excommunicationis.*

54 *Conſuetudo mixta procedens à tacito conſenſu laycorum, & clericorum multum operatur, etiam in Eccleſiaſticis perſonis.*

55 *Clericus à layco infraganti delicto capi poteſt virtute cõſtitutionum ſinodalium huius Archiepiſcopatus.*

56 *Clericus capi à layco poteſt ad finem remittendi, vt euitetur delictum veroſimiliter cõmitendum, & nu. 57.*

58 *Clericus ſi aliàs non poteſt ab inferenda iniuria compeſci, per laycum capi poteſt, et ligari, ſine metu excommunicationis, & ſine peccato, idẽ ſi pacem dare recuſauerit, vt num. 59.*

60 *Clericus verbis iniurioſis tu dicent laycum afficiens ad finem remitẽdi capi poteſt, & num. 63. & 64.*

Clerici

61 Clerici quandoq; adeò ſunt ruſtici, & in vrbani, vt in cõtemnendo iudices ſeculares contumelijsque afficiendo gloriam, & honorem conſtituant.

62 Poteſtas ſecularis ludibrio eſſe non debet.

65 Iuriſdictionem ſuam quilibet tueri poteſt etiam penali iudicio.

66 Clerici remiſsio fieri non debet ignominioſè, nec cum catena, niſi cauſa cuſtodiæ apoſita ſit.

67 Clericus remiſſus ad ſuum iudicem ſi reſiſtat cum cuſtodibus, eius expenſis mittendus eſt.

68 Iudex Eccleſiaſticus in expenſis condẽnandus videtur, vbi notoriè domino Regi capturam denegat, & ob id litem ſuſcitat.

69 In quibus caſibus poteſt Eccleſiaſticus iudex inhibere ſeculari.

70 Ratione peccati mortalis cognoſcit Eccleſia de laycis, & num. 77 licet aliqui contradicant, num. 76.

71 Detinens rem alienam cum peccato, & malè fide, compellitur per Eccleſiaſticum in recurſum ſoluere, & reſtituere. Quod verum, ſi coram ſeculari defficit remedium, nu. 78.

72 Contra ſtatutum prohibens probationem, quæ inſtrumentalis non ſit, aditur iudex Eccleſiaſticus per denuntiationem Euangelicam, vt teſtes admittat, & compellat ſoluere, vel reſtituere, ſecundum aliquos, quod verum ſi coram ſeculari aliquod remediũ ad illud non detur, num. 79.

73 An ſi ſententia aliqua ſit euidenter iniqua, poſſit adiri Eccleſiaſticus aliquibus dicẽtibus, quod ſic contrarium tenendum, num. 80.

74 Decepto intra dimidium iuſti præcij, coram Eccleſiaſtico ſuccurri debere aſſerũt aliqui, & nu. 81.

75 De actu abſolutæ poteſtatis, an Eccleſiaſticus iudex cognoſcat propter peccatum aliqui tenent, quod ſic, ſed non practicatur, & datur ratio, num. 82.

82 Quid in præſcribente debitum, quo alij tenetur.

EX

§. 2.

EX Superioribus ſe-
quitur, quod vbicū-
que iudex ſecularis
intromitit ſe de cau
ſis Eccleſiaſticis, cū
1 non poſsit, debet †
iudex Eccleſiaſticus
per ſuas literas inhibere iudici ſecula-
ri, ne de cauſa cognoſcat, & nomina-
re arbitrum, & ſic competentiam for
mare ſicut è conuerſo, quotieſcumq;
Iudex Eccleſiaſticus intromittit ſe de
cauſis laycorum, & ad eum non ſpe-
ctantibus, ſolent expediri iſtę firmę
cum nominatione arbitri, & idem fie-
ri poſſet citra viam iurisfirmæ, per ſo
las literas, quibus iudex ſecularis mo-
neret Eccleſiaſticum, vt in cauſa non
procederet, ad ſuum forum non perti
nente, nominando in eis arbitrum,
præſentatiſque his literis, ſicque com-
2 petentia formata, † & pendente co-
gnitione dictæ competentię, omnes
proceſſus inchoati coram iudicibus
contendentibus, debent ſuſpēdi, quod
ſi inchoati non fuerint non debent in
choari, for. primo *in fin.* delas compe-
tencias, quod indubium eſt. Sed maxi
ma eſt difficultas, an id procedat non
ſolum in proceſsibus non priuilegia-
tis, vt in proceſſu ciuili, & executio-
nis, verum etiam in proceſsibus priui
legiatis, vt ſunt proceſſus manifeſta-
tionis, appręhenſionis, & ſimiles. Et
3 eſt † dicendum, quod non, foro item
como, foro por quanto, de appręhen.
for. que por dar breu. de manifeſta.
bonorum, in quibus proceditur non
obſtante inhibitione, de qua in dicto
foro prim. de las competencias; ſic
pluries iudicatum vidimus, vide in
* proceſſu Iuratorū ville de Pina, & alio
rum ſuper iurisfirma, die 26. Octob.

milleſimo ſexcenteſimo.
Ita etiam fuit pronuntiatum in cu
* ria Iuſtitię Aragonum, in proceſſu
Ioannis Zalduendo ſuper manifeſta-
tione bonorum, ann. 1578. & in Regia
Audientia, in proceſſu Petri Remiro,
* ſuper manifeſtatione bonorum, die
16. Iulij 1578. Et eodem tempore in
Regia Audientia in duobus proceſ-
* ſibus appręhenſionis intitulatis Petri
Ramiro idem fuit iudicatum, & quia
in dictis quatuor proceſsibus modo
hic intitulatis, fuit prouiſa firma priui
legiata, ne virtute comandarum ad
inſtantiam dicti Ioannis Zalduendo,
& Petri Ramiro procederetur ad exe
cutionem, inuentariationem, nec ad
aliquid aliud pendente † cognitione
4 ſuper competentia, fuit in Regia Au-
dientia prouiſa apprehenſio, & mani-
feſtatio ad inſtantiam Petri Ramiro,
& proceſſum ad vlteriora non obſtan
te iurisfirma præſentata, & in pro-
ceſsibus ſup. dict. iurisfirmę idem in
curia Iuſtitię Aragonum fuit iudica-
tum, & in dicto proceſſu Ioannis Zal
duendo, ſuper manifeſtatione bono-
rum, vbi etiam ſimilis firma fuit pro-
* uiſa. Deinde cum ad inſtantiam Ioan
5 nis † Salas fuiſſent obtentę literę in-
hibitorię, ne in vim cuiuſdam cenſua-
lis procederetur ad captionem, execu
tionem, &c. nec ad apprehendendum
eius bona, eo quia iudex ſecularis in-
hibitus, non reſpondit literis inhibito
rijs iuxta forum por no reſpōder, hoc
titulo fuit competentia habita pro de
clarata in fauorem Eccleſiæ. Deinde
ad inſtantiam Iuratorum Cæſaraugu
ſtæ fuerunt apprehenſa bona Ioannis
Salas vigore dicti cenſualis in fauorē
Cæſarauguſtæ impoſiti. & fuit excep-
tum de competencia in eius fauorem
declarata, quo non obſtante fuit ad
vlteriora proceſſum, & recepta propo
ſitio Iuratorum Cęſarauguſtæ, in vim
dicti

dicti cenſualis eò quia vt ſupradictum
6 eſt † proceſſus apprçhenſionis eſt priuilegiatus, & non poteſt impediri per literas inhibitorias, & iudex ſecularis non tenetur reſpondere literis. Et per dictum forum, por non reſponder, excipitur hic caſus, ibi in illis verbis, *En los caſos que fuere obligado a reſponder*, & ſic fuit in Regio conſilio pronun-
* tiatum, die 11. Aprilis 1579. in proceſſu Ioannis Salas. Sed tutius † eſt, quod
7 ſi iudex ſecularis inhibetur per Eccleſiaſticum ne procedat ad apprçhendẽdum, reſpondeatur illi non formando competentiam, ſed requirendo vt reuocet literas inhibitorias, & ſic vidi etiam practicari, & iudex Eccleſiaſti-
8 cus ita requiſitus, pluriès reuocauit † literas inhibitorias conceſſas, ne ad apprçhendendum procederetur, pro vt etiam in caſu ſupra poſito fecit ad inſtantiam Iuratorum Cæſaraguſtç. Sed prætendebat Ioannes Salas ſibi reuocationem literarum nõ obeſſe, quia iam erat illi ius quçſitum, quando fuerant reuocatç, quia tunc iam erat cõpetentia habita pro declarata in eius fauorem, & vide omninò proceſſum
* Martinç del Buſto, ſuper apprçhenſione in curia Iuſtitiæ Aragonum, qui fuit pronuntiatus in reformatione ſeu tertiç, die decima Februarij, anno 1587 Et lata ſententia in fauorem inſtrumenti comandç, abſque eo, quod obſtaret declaratio † competentiç præ-
9 cedentis, in fauorem iudicis Eccleſiaſtici; & in proceſſu Ioannis Darcas, ſu-
* per apprçhenſione in Regia Audientia anno 1580. vel ſequenti, fuit præſentata inhibitio, ne ſuper legitimitate cognoſceret ſecularis, & pronuntiaret:
* Et ea non obſtante fuit lata ſentẽtia; vide in proceſſu Iacobi Lopez, ſuper iuris firma menſe Auguſti, vel Iulij, 1603. vbi quod licet competentia declaretur in fauorem Eccleſiæ, nõ ideò poſſunt impediri manifeſtatio, & apprçhenſio tanquam priuilegiatç: ſcopus igitur, & finis † tam ſecularis: quã
10 Eccleſiaſticç iuriſdictionis eſt, attendere an in caſu, qui pro tempore occurret, iuriſdictio ſit Eccleſiaſtica, an ſecularis, hoc eſt, quis ex iudicibus ſecularis, vel Eccleſiaſticus debeat cognoſcere, nam hoc cognito, poterit iudex competens alteri iudici inhibere, ne ſe intromittat, vt ſupra dictum eſt, in quibus autem caſibus iuriſdictio ſit iudicis † Eccleſiaſtici, an vero ſecula-
11 ris, id deſumendum eſt ex locis vulgaribus & communibus, inter quos vide Bouadillam in ſua politica, lib. 2. cap.
* 17. à num. 26. cum ſequentibus. & c. 18. & 19. Auil. in c. prætorũ 20. verbo vſurpan. Marant. in ſpeculo 4. par. diſtinct. 11. Et alij multi in locis vulgari
* bus, Ille mihi caſus videtur ſummè notandus, qui legitur in proceſſu procuratoris fiſcalis, ſuper iuris firma, die 22. Maij 1601. cum nominatione arbitri prouiſſa, vbi fuit prouiſſa firma † contra Archiepiſcopum, & Vicariũ
12 generalem, ne procederent ad excommunicandum vendentes panem, & vinum prope Eccleſiam Sancti Lamberti, in diebus Dominicis Quadrageſimç, & multo minus ad occupandũ, & confiſcandum res venditas, & currus, ſiue azemilas, quibus inuehitur panis, quia † Eccleſiaſticus non habet iu-
13 riſdictionem in laycos, niſi in ordine ad ſpiritualia, & quatenus impediunt diuina officia, & feſtiuitates colendas, & committunt peccata. Bouadil. lib. 2. capit. 17. numer. 44. At illud non impedit illas, nec inducit peccatum, cum ſimiliter in plateis, hæc vendãtur diebus Dominicis, quid quod, confiſcationem non poteſt in hoc Regno ipſe facere, Olibau. de iure fiſci. cap. 11. nu. 11. & 43.

14 Sed circa prçmiſſa maximè dubitatur, an iudex ſecularis † poſſit inhibere

re Eccleſiaſticum, ſine nominatione
arbitri, & ſic de præciſſo, vt dici ſolet,
ne ipſe ſe intromittat in iuriſdictione
ſeculari, Et idem poteſt quæri de Ec-
cleſiaſtico iudice, an ſimili modo poſ-
ſit inhibere iudicem ſecularem, & vi-
detur dicendum quod non, quia cum
hæc ſit competentia inter iudicẽ Ec-
cleſiaſticum, & ſecularem, iuxta forũ
formanda eſt, & ſic cum nominatio-
ne arbitri; Sed his non obſtantibus
contrarium † aſſeuerandum eſt, vt ſci
15 licet in multis caſibus poſſit inhiberi
Eccleſiaſticus de præciſſo. Et ego vni-
co verbo, & breuiter omnes caſus cõ-
prehendens exiſtimarem, quod in om
nibus caſibus, in quibus non tenetur
iudex ſecularis, aliquo modo compe-
16 tentiam formare, † in eiſdem poſſit
inhibere de præciſſo, ſine nominatio-
ne arbitri, cuius ratio eſt, quia ſi in ali
quo caſu non tenetur reſpondere lite
ris Eccleſiaſticis, iuxta forum, por no
reſponder, tit. de las competencias, &
ſic non aſtringitur formare compe-
tentiam, immo ſolet, & poteſt iudex
ſecularis requirere Eccleſiaſticum ma
le inhibentem, vt deſiſtat † & reuocet
17 literas inhibitorias, pro vt multoties
factum fuiſſe vidiſti ſupra, & in conſe
quentiam requiſitionis multoties re-
uocauit Eccleſiaſticus ſuas literas in-
hibitorias vt ſupra vidiſti. Si hoc igi-
tur verum eſt, quod ſecularis poteſt
non formare competentiam, & ſimi-
liter non reſpondere literis inhibito-
rijs Eccleſiaſticis, immo facere, vt Ec-
cleſiaſticus reuocet literas inhibito-
rias, & occupare temporalitates illius,
ſi eas non reuocauerit, ergo ſimiliter
poterit concedere iurisfirmam, ſeu in
18 hibitionem † de præciſſo non forman-
do competentiam, cum inter hæc ni-
hil interſit, & paria ſint? Ecce ſi ſuper
caſu claro notorio, & indubitato inhi
beret Eccleſiaſticus, & vellet forma-
re competentiam, certè ridiculum
eſſet ei reſpondere formando compe-
tentiam; nam hæc formanda † nõ eſt
19 niſi in caſibus dubijs, vt in ſimili reſol-
uit Iaſſon, conſ. 35. in primo, vbi, ſtan-
te ſtatuto, quod quæſtiones inter con-
iunctos compromittantur in quæſtio-
nibus iuris, quando quæſtio eſt clara,
& indubitata in iure, per aperturam,
& inſpectionẽ librorum, veluti quod
pupillus non poteſt teſtari, non eſſent
compromittendæ tales cauſæ. Simi-
liter in Regno quid certius? quid ma-
gis notorium? & magis euidens? quã
20 quod apprehenſio, † & manifeſtatio
non poſſunt impediri per literas inhi-
bitorias Eccleſiaſtici? Similiter nihil
magis clarum, quam quod Regia Au
dientia non tenetur formare compe-
tentiam (capto in carceribus non exi-
ſtente) In his ergo caſibus vbi non eſt
formanda competentia, ſed immo
compellitur Eccleſiaſticus reuocare
literas inhibitorias, iuſtũ eſt, & æquum
quod iudex ſecularis concedat inhibi
tionem, non nominando arbitrum,
21 nec formando competentiam, † ſed
inhibendo de præciſſo Eccleſiaſtico,
caſus autem alij in quibus non tene-
tur iudex ſecularis reſpondere Eccle-
ſiaſtico, nec formare competentiam
traduntur per Portoles noſtrum pra-
cticum, in foro, por no reſponder, in
tit. de las competencias, ad quorum
caſuum ſimilitudinem, dic idem in
alijs caſibus illis ſimilibus, & æquipa-
ratis, Ecce bonũ exemplum, Die de-
cima quinta Iulij, 1569. in Regia Au-
dientia, in ſcribania Gubernationis
fuerunt adiudicata in proceſſu mani-
feſtationis bonorum, & in articulo
* proprietatis Don Petro de Eſpes, &
Alagon, quędam bona mobilia Lau-
rentij Rocellar eius vaſſalli, & hoc
iure pleni dominij, quæ bona dictus
D. Petrus de Eſpes occupauerat pau-

lo ante † in vim abſolutę poteſtatis,
22 vt in ſuperioribus iam vidiſti, & cum
dictus D. Petrus de Alagon timeret,
quod Don Ferdinandus ab Aragonia
Archiepiſcopus Cæſaraugustanus vo
lebat ſe intromittere in illa ocupatio-
ne propter iniquitatem fori prohiben
tis appellationem, & recurſum à ge-
ſtis in vim abſolutę poteſtatis, habuit
recurſum ad curiam Iuſtitię Arago-
num D. Petrus, firmando ibidem, &
narrando, quod cum ipſe occupaſſet
bona cuiuſdam vaſſalli ſui, qui habuit
recurſum ad iudicem Eccleſiaſticum
propter iniquitatem fori, & cum ab
illo facto nullus daretur recurſus, &
eſſet clariſsimum, & de foro indubita
tum, quod fieri poterat ſine recurſu,
ideo petebat inhiberi contra Eccleſia
ſticum, & contra Cancellarium, ne ſe
intromitterent ſuper illo negotio, &
fuit concella iuris firma, † ſeu inhibi-
23 tio de pręcuſſo de conſilio aliorum Lo
comtenentium, per multum expertũ
practicum Ludouicum de la Caualle-
ria, die 23. Februarij, 1571. Et cum fuiſ
ſet petita reuocari lis, fuit ſemper con
firmata; vide in proceſſu D. Petri de
Eſpes, die, & anno ſupradictis, aliàs
autem turbaretur omnis bona admi-
niſtratio reipublicę, ſi ſuper omni ne-
gotio deciſo, & claro eſſet competen-
tia formanda, & ſufficiat diei, & eius
malitię, quod in negocijs ſecularibus,
& forenſibus ſuper quolibet negotio,
& caſu millies in tribunalibus deciſſo,
& totidem diſcuſſo, & examinato, ſi
iterum ille caſus occurrat, tanquam
nouus, & vt mons Siticus incognitus
(ſi tamen partibus pecunię non de-
ſint, o auri ſacra fames) † iterum diſ-
24 cutitur, iterum examinatur, & quod
magis dolendum eſt, ſemper in ore ali
quorum aduocatorum (calumnian-
tium inquam, nam & multi ſunt bo-
nę & timoratę conſcientię) ſemper ali
quid plus, minus vè ineſt in negotio
hodierno, quam externo ad immutã
dum ius, ſeu ad euacuandum marſu-
pium, Et ea quæ dicta ſunt de ſecula-
ri, repetenda ſunt etiam in fauorem
Eccleſiaſtici.

A ſententia autem Cancellarij &
arbitrorum de foro præſentis Regni
25 † nullus datur recurſus, foro primo de
las competencias, ibi. *Y no pueda auer
recurſo alguno*, & id non immeritò, nã
dominus Cancellarius quaſi tertius
quidam, & arbiter ſententiam pro-
fert: at ſententię arbitrorum, ſiue iu-
ſta ſit, ſiue iniuſta ſtandum eſt, nec
26 ab ea poſſumus † appellare l. diem
proferre §. ſtari de recept. arbit. l. 1.
C. eod. gloſ. fin. in cap. ab arbitris de
offic. delegat. in ſexto, traditur in cap.
ſi contra vnum eod. tit in ſexto, licet
ſecus ſit in arbitratoribus, quorum
ſententia ad arbitrium reducitur bo-
ni viri, l. ſi quis arbitratu de verborũ
obligatio. eleganti ratione, quam ad-
ducit Orianus in cap. quoniam con-
tra, verbo recuſationes de probatio.
extra, & præſumendum eſt, quod ita
bene iudex Eccleſiaſticus, ſicuti ſecu-
laris, & è conuerſo iudicabunt. & ita
27 partis modicum intereſſe videtur †
vni magis, quam alij ex iudicibus con
tendentibus iuriſdictionem ad iudi-
cari, præſertim cum ſi is, cui iuriſdi-
ctio applicata fuerit, malè iudicaue-
rit, ab eius ſententia appellari pote-
rit, & ſic videtur ex tali adiudicatio-
ne iuriſdictionis modicum præiudi-
tium parti generari poſſe, & ſic con-
ueniens eſſe à tali declaratione appel-
lationem non admitti, ita Innocent.
in cap. Paſtoralis, nu. 3. & 8. de reſcrip.
& alij allegati per Portol. in d. foro
primo, nu. 27. cum ſequent. Sed licet
iſtę rationes videantur concludere ad
id, de quo agitur, de iure tamen non
ſuſtinentur, quia iſti arbitri, qui com-
peten

petentiam foralem decidunt, ex neceſſitate ſtatuti eliguntur, † à quibus de iure datur appellatio ad Papam, cap. ab arbitris de officio delegat. in 6. l. cũ ſpecialis in fin. C. de iudic. quæ ſententia communis eſt, ſecundum DD. in d. cap. ab arbitris; dum de recuſationis cauſa cognoſcunt arbitri. Vnde quod ab his arbitris, ex neceſsitate ſtatuti electis ad decidendum cauſam cõpetentię nullus † detur recurſus, id
29 ſpeciale eſt fori primi competentiarum, qui ita diſpoſuit propter rationes illas inductiuas, quas ſupradixi, quod ſi quis contra forum appellauerit à ſententia Cancellarij, & arbitrorum, vel recurſum interpoſuerit, compellendus eſt deſiſtere poteſtate œconomica, vel iuridica, vt bene reſoluit Portoles vbi ſupra, Nõ minus frequẽs eſt dubitatio illa in materia competentię Eccleſiaſticę, & ſecularis, an iu
30 dex † Eccleſiaſticus in caſibus in quibus poteſt procedere contra laycos (qui multi enumerantur per Bouadillam, & alios ſupradictos) poſsit in eiſdem caſibus laycos actualiter capere de iure, foro, & Regni conſuetudine. & dicendum eſt, quod in caſibus, in quibus iudex Eccleſiaſticus habet cognitionem inter laycos, non poteſt eos incarcerare, nec capere, ſed ſolum cenſuris † Eccleſiaſticis coercere; &
31 punire, Felin. in cap. cum ſit generale, de foro compet. Philip. Franc. & Anchar. in cap. fin. de foro competen. in 6. Azeued. lib. 4. tit. 1. l. 14. vbi latè, Oliba. de iure fiſci, c. 11. argum. c. Epiſcopus de officio ordinar. in 6. vbi licet Epiſcopus de cauſis ad forum Eccleſiaſticum ſpectantibus in quolibet loco ſui Epiſcopatus cognoſcere poſſit, & capere, verum hoc, quod eſt capere, reſtringit ad clericos, ita copioſa manu multos allegans reſoluit Auiles in capitibus prætorum, cap. 20. à nu. 14. cum ſequent. qui omnino videndus, quorum ratio eſt, quia licet cog-
32 nitionem † habeat in aliquibus caſibus inter laycos Eccleſiaſticus, executionem autem temporalem, vſum, & exercitium illius, habet poteſtas ſecularis, vt diximus in ſuperioribus, diſtincta namque eſt iuriſdictio c. fin. de foro competen. in ſexto, DD. in cap. cum Epiſcopus de officio ordinar. in ſexto, Felin. in cap. cum ſit generale. 15. colum. de foro competent. Idem Auiles in capitibus prætorum, cap. 2. num. 12. cum ſequent. nec
33 inconuenit, quod iudex † Eccleſiaſticus habeat cognitionem inter laycos in ſuis caſibus, executionem autem in perſona, & bonis non habeat, cum ita paſsim in iure habeatur, quod vnus habeat cognitionem in aliquo caſu, executionem autem alius, l. à Diuo Pio in princip. de re iudicata. l. 4. ff. de damno infecto Aufrer. in Clemẽt. 1. num. 94. cum ſequent. de officio ordinar. latius cum copioſa allegatione proſequitur Bouadil. in politica lib. 2. cap. 17. à num. 67. cum ſequent. in hoc tamen, vltra alias limitationes, quas adducunt DD. ſupradicti, † illa
34 præcipua eſt, quando Eccleſiaſticus haberet conſuetudinem capiendi laycos, & exequendi in eorum bonis; tunc enim poſſet exequi, & capere ſine requiſitione aliqua, ſecundum Auiles in dict. cap. 2. num. 12. & alios ſupradictos, Et ita fuit pronuntiatum coram Cancellario competentiarum (me exiſtente conſiliario) vbi fuit declaratum, quod poteſt † Eccleſiaſticus
35 capere eos, qui publicas concubinas habent, attenta conſuetudine capiẽdi pro hoc crimine, in qua exiſtunt Eccleſiaſtici hic, vide in proceſſu procurator. fiſcal. domini Archiepiſcopi,

vel Michaelis Val, vicini de Cariñe-
na, ſuper competentia iuriſdictionis,
die 30. Auguſt. milleſimo ſexcenteſi-
mo quarto, vbi fui ego conſultor.
Et licet ſuperiora ſine dubio ſint,
illud tamen certius eſt, quod ſaltim
ad finem remittendi † ad ſuum iudi-
36 cem, poteſt iudex laycus capere cleri-
cum, vt fuit pronunciatum in proceſ-
ſu D. Thomæ de Borja Archiepiſco-
pi, ſuper competentia, in qua cauſa
fuit punctus hic benè diſcuſſus, & ideò
viſſum eſt, fundamenta, & rationes
tibi tradere, quæ mouerunt ad ſic iu-
dicandum, quæ per fiſcum Regium
fuerunt coacertuata. Ex quatuor po-
tiſsimum cauſis, & ex earum qualibet
iuſtè moueri potuit, Dominicus Creſ
pò Alguazirius Regius ad capiẽdum
perſonam Iacobi Murciano, in ſacro
Subdiaconatus ordine conſtituti.
Prima cauſa, ex qua moueri potuit,
fuit fragantia delicti per dictum Ia-
cobum Murciano, in perſonam Pe-
tri de Vſſon commiſsi, & perpetrati,
ratione alapæ, ac percuſsionum, & in
iuriarum dicto Petro de Vſſon illa-
tarum, in cuius delicti fragantia, di-
ctus Alguazirius in re, & iuridicè po-
tuit dictum Iacobum Murciano cape
37 re. † ad finem illud remittendi ad
proprium iudicem Eccleſiaſticum, &
hoc, tam attento iure communi, ciui-
li, & canonico, quam forali, & conſue
tudine, & praxi in hoc Regno in con
tuſſe obſeruata, quam etiam peculia-
ri iure conſtitutionum ſynodalium
huius Archiepiſcopatus, nam quam-
uis regula ſit, quod clericus non po-
teſt capi, ſeu carcerari à iudice layco,
ſeu eius familia, niſi in caſibus, in qui
bus poteſt etiam ab eo puniri, vt tra-
dunt DD. in cap. cum non ab homi-
ne de iudi. & conſtituit regulam Fa-
rina. in tit. de inquiſitione. q. 8. nu 115.
Clarus in pract. quæſt. 28. n. 6. in prin
cipio. Tamen fallit hęc regula, quan-
do clericus inuenitur in fraganti deli-
cto, vel immediatè poſt, quia poteſt
38 tunc capi à familia poteſtati, ſeu iudi
cis layci, vt tradatur iudici Eccleſiaſti-
co, Alexan. conſi. 205. volum. 6. in fin.
& poſt Abbatem nu. 12. & 15. Et De-
cium nu. 10. verſ. primus eſt, & alios,
DD. in d. c. cum non ab homine do-
cet Felin. in c. ſi vero el 1. numer. 2. de
ſent. excom. communẽ opinionem di
cẽs, Maran. cõmunẽ etiã dicens, de or-
dine iuditio, 4. p. diſt. 11. nu. 43. Anto.
Gomez lib. 3. reſolut. c. 9. nu. 3. Affir-
mat etiam communem Iul. Clarus in
pract. q. 28. nu. 6. Et eſſe communem
Canoniſtarũ affirmat Viuius, opinio-
ne 405. nu. 1. Auiles in c. pretorum c.
47. in verbo, O. Clerigo, nu. 4. Salze-
do in pract. canon. §. capi, litera D. cõ
munẽ dicens Zaballos, q. 267. n. 6. Fa
rin. d. q. 8. nu. 116. cum ſequent. Pegue
ra d. c. 12 §. 3. n. 7. Et optimè Menoc.
de arbitr. caſu. 180. n. 18. qui poſt Abb.
Dec. & alios dicit, ꝙ quando laycus
pręhendit Clericum, vt eum ad ſuum
iudicem ducat, tunc laycus rectè agit,
39 nec aliquã meretur pœnã, † vt poſsit
excõmunicari, & ſubdit, ꝙ ab hac ſen
tentia nõ eſſet recedendum. Et inquit
Abb. in d. c. cum nõ ab homine, n. 11.
in fine, quod reſtringere iſtã materiã,
vt nõ poſsit capi Clericus fragante de
licto, generaret ſcandalum in menti-
bus laycorũ, & dicebat Bald. in d. l. ſi
quã per calumniã col. 2. verſ. ſed quæ-
ro, quod in hoc caſu non incideretur in
excõmunicationem c. ſi quis ſuadẽte
diabolo, quia hic non eſt dolus, nã
ſi propter quietẽ publicã fit, ergo ceſ-
ſat excõmunicatio, quam refert Auil.
in d. c. 47. n. 4. Et dicit Hipol Rimin.
in d. c. cum non ab homine, n. 11. & 13.
quod quando laycus qui Clericum cę
pit † duxit eum ad ſuum iudicem, ex
40 hoc depręhenditur, quod tempore ca
pturæ

peturæ non habuit animũ eum iniuriã
di, vel offendendi, & quod ideò excu
ſetur à pena excõmunicationis, de qua
in d. c. ſi quis ſuadente 17. q. 4. quod
ſolùm loquitur in eo, qui violentas ma
nus, & iniurioſas iniecerit in clericum,
Garcia de nobilit. gloſ. 9. nu. 36, omni-
no videndus, nam eleganter loquitur,
cui conſonat, quod tradit Farin. d. q. 8
num. 1. poſt Alexa. ab eo relatum, &
quod dicit Marſil. in tractatu de ban-
nitis, verbo capi. nu. 7. quod in fragã
41 ti † crimine quilibet delinquẽs poteſt
capi à quocumq; quia tunc quilibet ha
bet mandatum à lege, capiendi malẽ
factorem, iuxta tex. in l. raptores. C.
de Epiſc. & cleri. Farin. d. q. 8. nu. 122.

Facit pro his, nã regulare eſt, quod
42 iudex alias incompetens † poteſt de-
linquentem capere, vt captum re-
præſentet competenti, vt poſt Boeri.
decis. 215. num. 34. docet Baiar. ad Cla
rum in pract. q. 28. num. 26. & confir-
matur per obſeruan. propartæ militũ,
tit. actos curiarum, & per obſer. Item
nobilis La 2. de foro compet. Barda.
de offi. gubernat. q. 5. nu. 95. & q. 6. nu.
fin. Molin in verb. clericus, fol. 82. in
principio.

Et facit, quod fragantia † criminis
43 eſt cauſa iuriſdictionis attributiua, &
ſic eam inter plures alias cauſas iuriſ-
dictionis attributiuas, enumerat Auen
dañ. de exequendis mandatis, 1. p. c. 1.
colu. antepenult. verſi. vigeſimatertia
cauſa. ex quo infert ad varios caſus,
& exempla ibi propoſita.

Et hæc quę ſuperius dicta ſunt ma
ximè procedunt, quando † Clericus,
44 qui delictum commiſsit, eſſet ſuſpe-
ctus de fuga, Abb. poſt alios in d. cap.
cum non ab homine, nu. 12. & 15. Me-
noch. d. caſu 185. nu. 22. & 23. vbi plu-
res referens communem dicit Salzedo
in pract. § capi. litera C. communem
affirmans, Clarus d. q. 28. nu. 6. Ratio
eſt, quia ad incurrendam excommu-
nicationem dicti cap. ſi quis ſuadente
requiritur dolus, † ſeu temeritas, vt
45 patet dum dicit, *Si quis ſuadente diabo
lo, &c.* At ſi capio clericum vt ducam
ad iudicem Eccleſiaſticum, vt punia-
tur, ex quo timetur de fuga, vel aliter
compeſci non poteſt, non dicitur hæc
diabolica perſuaſio, immo diuina for-
titudo, vt delicta non remaneat impu
nita. Pro quo facit Anchar. conſi. 180.
relatum à Riminal. in d. c. cum nõ ab
homine, nu. 15. quod vbi eſt timor fu-
gæ, non poteſt allegari incompeten-
tia iuriſdictionis.

Illud tamen pro optima intelligen
tia ſupradictorum animaduertẽdum
eſt, quod id, quod per aliquos DD. ex ſu-
pra relatis inuolui ſolet, & dici, quod
tunc clericus capi poteſt à layco, quã-
do eſt ſuſpectus de fuga, & non alias,
46 † debet intelligi, & declarari, quando
captio fit à layco non in fragante de-
licto, ſed ex interuallo, pro crimine iã
antea cõmiſſo, At quando fit fragan-
te delicto, tunc indiſtinctè, ſiue ſit, ſi-
ue non ſit ſuſpectus de fuga, poteſt cle-
ricus capi, ad finem remittendi, vt col
ligitur apertè ex Farina d. q. 8. nu. 116
& 117. iunctis his, quę tradit nu. 122.
& maximè in fine illius numeri, verſ.
ſed quid, & ex Claro in d. q. 28. nu. 6.
& Bouadi. lib. 2. c. 18. nu. 50. colu. 2. in
fin. verſ. *Y aunque no fueſſe, &c.* Et idẽ
ſenſit Decian. 1. tom. lib. 4. c. 9. n. 20. dũ
loquitur de delicto iam commiſſo, Et
notorio, & non de flagrante, in quo
merito requiret ſuſpitionem fugę.

At in caſu preſenti verſatur in cap
tione Clerici facta flagrãte maleficio,
nam vt ex proceſſu, & teſtium, depoſi
47 tionibus reſultat, manifeſte conſtat †
Alguazirium Regium hunc Clericũ
cepiſſe fragãte maleficio, vel imme-
diatè poſt, quod ſufficit, vt aſſerunt
pleriq; ex ſupra relatis, & expreſſè Mo

 lin.

hu.in verb. Clericus. fol. 82. in princ.
& dato, ſine veri prę iudicio, quod ca-
ptura fuiſſet facta ex interuallo, & de
licto iam commiſſo, ſeu eius fragancia
iam extincta, & ſic eſſemus in caſu, in
quo inſpici debat, an delinquens eſſet
ſuſpectus de fuga, adhuc in eo caſu
Alguazirius reste proceſsit in capien-
do clericum, nam ea inſpectio, & cog-
nitio, an veriſimilè ſit, quod clericus
fugiat, vel non, debet pertinere ad iu-
dicem laycum, qui ex qualitate crimi
nis arbitrari debet, an clericus ꝓpter
delictum commiſſum fugiat, vel non.
prout in ſimili videmus, quod quando
† capto clerico à iudice ſeculari, inci-
48 pit queſtio. an habitus in quo reper-
tus fuit ſit clerici, vel layci, iudex lay-
cus debet de hoc cognoſcere, & non
Eccleſiaſticus, ita refert deciſſum fuiſ
ſe, Guido queſt. 138. & conſi. 110. Et re-
ſoluit Decia. d. c. 9. n. 95. Tum etiam,
in dubio prę ſumi debet, immo mani-
feſtum, ſeu veriſimilè eſt, quod cleri-
cus † deprę hensus in maleficio fu-
49 giet, vt optimè aduertit Alexand. ad
Bart. in d. l. ſi quis in ſeruitute in vlti-
ma additione, col. 2. verſ. Et quamuis
poſſet ff. de furt. & aduertit Bouadil.
in d. c. 13. n. 50. col. 5. ibi. *Como deue de preſumirſe lo mas ordinario*, vltra id, ꝙ
in caſu pręſenti ſumus extra omne
dubium, quod voluerit fugere, cum
iſte clericus tentauerit totis viribus,
& inferendo vim Alguazirio † effuge
50 re, & Eccleſiam ſedis ingredi, prout
fuiſſet ingreſſus, & euaſiſſet niſi ab Al
guazirio, & eius aſociantibus fuiſſet
impeditus.

Idem de capiendo clericum ad re-
mittendum † ſtatuitur etiam in Re-
51 gno, patet, ex foro 1. de Prælaturis co-
lum. 2. in fin. verbis, & in foro 1. de ſub
ſidijs col. penul. verſ. *Si ſeran Clerigos*,
& per illum forum ita tradit Molin.
in verb. capi, fol. 56. col. 3. verſ. capere
an poſsint vbi Portol. nu. 16. & verb.
clericus, fol. 81. in fin. vbi Portol. nu.
46. & Barda. de offi. guberna. queſt. 5.
num. 85.

Et eſt receptiſsimum in hoc Reg-
no ex antiquiſsima, † & immemoria-
52 li conſuetudine, per quamplures te-
ſtes, de actibus particularibus, in hoc
proceſſu deponentes probata, & plu-
ries practicata. Et generaliter de hac
conſuetudine atteſtatur, Anto. Scap-
pus lib. 1. de iure non ſcripto cap. 1. nu
mer. 16. & Salzedo in pract. § capi lite
ra D. Bouadil. d. c. 18. nu. 50. & inquit
Guido q. 73. quod ita ſe habet ſtyllus,
et communis obſeruantia omnium
curiarum patrię Delphinalis, & in hoc
53 Regno idem ſeruatur, vt affirmat Bar
daxi, in foro 1. de competen. iuriſdict.
in fin. Et quod fortius eſt dicit, quod
in Regia Audientia, etiam ſi oſtenda-
tur titulus clericalis, & pręſentetur in
hibitio iudicis Eccleſiaſtici, nihilomi-
nus capitur clericus, & mittitur in car
cerem communem, & eo immiſſo in
carcerem iudex Eccleſiaſticus formar
competentiam. Quibus addendū eſt,
conſuetudinē † iſtam excuſare iudicē
54 ſecularē à pęna excōmunicationis, vt
docet Belame. in d. c. cum non ab ho-
mine de iudi. col. 4. nu. 3. ad fin. verſi.
credit tamē, poſt Collectarium ibidē:
Et ꝙ talis cōſuetudo mixta multū va
leat in hoc, etiam in Eccleſiaſticis per
ſonis, eleganter tradit Garcia de nobi
lit. gloſ. 9. num. 34. in fin. & 35. poſt Pa
nor. in cap. cum veniſſent, nu. 3. de eo
qui mitti. in poſſeſſ.

Idem tandem, quod diſponitur
de iure, foro & conſuetudine, diſponi
55 tur † etiam, & permititur, per cōſtitu-
tiones ſynodales huius Archiepiſcopa
tus, vt expreſſè conſtat, ex conſtitutio
ne fin. de immun. Eccleſ.

Secūda principalis cauſa, ex qua Algu
azirio regio permiſū fuit capere dictū
Iacobum

Iacobū Murciano quāuis clericū, eſt,
vt obuiaretur delicto veriſsimiliter
comitēdo in perſona eiuſdem Iacobi
Murciano, & ſtatim, vt audiuit algua
zirius dictū Iacobū Murciano clericū
eſſe, dixit ſe illū ducere velle ad iudicē
eccleſiaſticū, vt ſic rixa illa ſedaretur:
in quo Alguazirius rectè, ac prudēter
57 verſatus fuit, poteſt enim iudex † laicus
clericū capere, vt obuietur delicto cō-
mitēdo, & hoc tā actiuè per eum, ſe ad
illud perpetrādū præparatē, quā etiā
paſsiuè in eius perſona occaſione in
iuriæ, ſeu delicti per ipſum iā prius in
rixa comiſsi, vel veriſsimiliter comi-
tendi, ex doctrina Abbat. s. nu. 12. &
Decij nu. 10. verſ. ſecūdus caſus, & Al
ciat. nu. 21. & aliorū in d. c. cū non ab
homine de iudic. vbi Abb. in d. nu. 12.
verſ. vnde ipſe poſt Inno. in c. ſi vero
58 de ſent. exco. inquit, ꝙ ſi clericus † ab
inferēda iniuria nō poteſt aliter cōpeſ
ci, poteſt capi, & ligari ſine metu exco
municationis, & etiā ſine peccato, imo
talis meretur Bernar. Laur. in tract. de
caſibus in quibus iudex ſecularis, &c.
n. 19. verſ. tertius. Dueñas regula. 99.
limita. 2. dicit comunē Meno caſu 180
nu. 20. & ſeqq. Bobadi. lib. 2. c. 18. n. 50
Farina. d. q. 8. n. 120. & praxis Epiſco-
palis 1. part. §. ex comunicatio. fol.
70. col. 1.

Tertia cauſa, ex qua iuſtificatur huius
clerici captura per Alguacirium facta
eſt, quod Alguacirius animo, & intētio
ne ſedandæ rixæ, voluit pacē facere
inter rixātes, quod dictus Iacob' Mur
59 ciano facere recuſauit, † quare in eius
contumaciā iuſtè procedere potuit, ad
eum capiendū, & ſimul remitendum
ad ſuum iudicem eccleſiaſticū, qui il-
lum cogere poſſet ad firmandū paces.

Vltima cauſa, ob quā iuſtè debuit
capi ille clericus eſt, & oritur ex eo, ꝙ
60 etiā † irreuerēter, & iniurioſè Alguaci
rio reſpōdidit, & illi reſiſtit, ne illū ad
iudicē eccleſiaſticū traheret, vnde licitè
potuit capi, immo, & in carcerē † detru
61 di etiā potuiſſet, iuxta, ea, quę latè tra
dit Garc. de nobilit. gloſſa. 9. num. 32.
62 † Alex. in l. ſi ſe non obtulit. §. ſi ex con
uentione de re iudicata, & Speculat in
tit. de iuriſdictione om. iudi. verſ. fin.
vide Bald. in Margarita verbo iudex,
63 imo † propter offenſam in perſonā iu
dicis ſecularis, poteſt capi clericus Sa
raina ad Roma ſingu. 419. nu. 2. verſ.
13. imo Nauar. in Manual. c. 27. nu. 83.
dicit, ꝙ poteſt iudex laicus capere cle-
ricū ad remitēdū, ratione delicti inferē
di, imo ſi reſiſtat clericus, tali caſu eſt
licitū, & permiſſum Alguacirio non
64 ſolū illum † capere, ſed & manibus
tenere, & reprimere, quinimo iuxta
doctrinā Inno. ſupra relatā in c. ſi ve-
ro de ſent. excom. ab omnibus recep-
tā poteſt illū ligare, & inquit Bernar.
Lauren. in tract. in quibus caſibus iu-
dex laicus, nu. 14. quod quādo clericus
aliquid attentat in præiudiciū tempo-
ralis iuriſdictionis, tēporales poſſunt
coercere clericos reſiſtētes, & merito,
65 quia † quilibet poteſt tueri ſuā iuriſdi-
ctionē, etiam pœnali iuditio per l. 1. ſi
quis ius dicēti nō obtēp. idem eo nō
relato docet Decian. in tract. crimi. to
mo. 1. lib. 4. c. 9. nu. 141. & diximus ſu-
pra latè, quod confirmatur ex eo, ꝙ &
66 ſi regulariter remiſsio † clerici non de
beat fieri ignominioſe, nec cū catena,
attamē ſi catena illi appoſita fuerit cau
ſa cuſtodiæ, poti' quā cauſa ignominię,
tūc illi apponēda eſt, vt affirmat Iul.
Clar. in prac. q. 36. nu. penul. in fine. Et
hinc eſt, ꝙ quoties clericus remititur
67 a iudice ſeculari, remitēdus erit † (ſi o-
pus fuerit, vt quia clericus reſiſtit) cū
cuſtodibus expenſis ipſiuſmet clerici,
vel ſi ipſe pauper eſt expenſis ipſius
Epiſcopi, cui remititur, ita poſt Aufre.
Boeri. & Couar. reſoluit Salce. in
pract. crim. §. capi. colum. fin.

Immo iudex Eccleſiaſticus, ſi ſuper
hoc † litem moueat contra ſecularem
68 debet condemnari in expenſis, cum
omni iure deſſiciat, & ratione, vt no-
tant Bouad. lib. 2. c. 18. nu. 53. in fin. &
nu. 139. In quibus caſibus poſsit iudex
69 † Eccleſiaſticus inhibere iudici ſecula
ri, videndus Mandoſ. q. 10. cum ſequẽ.
Lancelot. de attent. poſt inhibitio. c.
20. 2. p. vbi latiſsimè, Bouadil. lata ma
nu in politi. 1. p. lib. 2. c. 17. vbi varios re
cẽſet caſus, in quibus cognoſcit Eccle
ſiaſticus de cauſis laycorum, inter eos
tamen vnus ille eſt, & qui magis ab
Eccleſia optatur, intenditur, & procu-
ratur ad ſalutẽ animarum, veluti qui
70 reſultat † à peccato mortali, Nam ra-
tione illius cognoſcit Eccleſia, attento
iure cõmuni etiam de laycis ad eru-
endos eos à tam lethali labe, idque
regulariter per viam (inter alias) denũ
tiationis Euangelicę, vt probatur in c.
nouit. de iudi. vbi id colligũt DD. om
nes Abb. Felin. Butr. Inno. & copioſè
Nauar. in notab. 6. maximè nu. 31. vbi
multis id comprobat fundamẽtis, eſt
gloſ. in c. nos inter, de purg. cano. Ab.
in c. licet ex ſuſcepto, num. 11. de foro
comp. Specul. in tit. de compet. iud. à
ditione. § generaliter, nu. 2. verb. ter-
tio, Belluga in Specul. rubr. 12. §. quę-
dam, n. 95. vbi benè, Marian. Socin. in
c. licet Heli, num. 33 deſimo, & in c. in
quiſitionis, de acuſatio, & plenius in c.
qualiter, & quando à nu. 667. cum ſe-
quent. de acuſatio, Inno. & Butr. in c.
quia pleriq; de immun. Eccleſ. Bald. in
authent. ad hæc C. de vſur. in quibus
locis videbis, de modo deducendi hãc
denunciationem Euangelicam ratio-
ne peccati illius, qui rem teneret cum
peccato, quo ad Deum, vel eſſet pecca
tor. idque ſolum fundatur per DD.
iuxta Matth cap. 1. & Lucam 17. *vbi
ſi peccauerit in te frater tuus, corripe
eum primo inter te, & ipſum, & ſi te
non audierit, adhibe tecum vnum, vel
duos*, & hęc eſt ſecunda monitio, *quod
ſi te non audierit, dic Eccleſiæ*, & hæc
eſt denunciatio Euangelica, taliter, ꝙ
totum hoc pręceſiſſe, debet iudici Ec-
cleſiaſtico narrari, immo & probari,
aliàs non procederet hęc denunciatio
ſecundũ Abb. in d. c. nouit. nu. 3. & 4.
Speculator in tit. quid ſit denũtiatio,
Bart. vbi ſup. nu. 5. & 6. Maranta de de
nunciatione nu. 7. & 4. p. diſt. 11. n. 28.
Bouadi. in politi. 1. p. lib. 2. c. 17. n. 120.
vbi additio in litera E. multa allegat
iura Port. in Schol. ad for. compet. q.
1. nu. 23. & q. 10. Cepol. conſ. ciuili 10.
Couar. in reg. poſſeſſor. 2. p §. 11. nu. 3.
verſi, verum. Nauar. autẽ vbi ſup. nu. 1
dicit, ꝙ extenditur poteſtas Eccleſiæ
ad cognoſcendum de omni peccato,
mortali, etiã laycorũ, & ad compellen
dum eũ, etiã per cenſurã Eccleſiaſticã,
quod ab eo diſcedat, per illum tex. vbi
id multis cõprobat fundamentis, & de
quo pecato ſcilicet notorio, vel nõ, an
id intelligatur Nauar. vbi ſup. n. 31. cũ
ſequẽ. vbi per multa corollaria id de-
clarat: Ex quibus inferunt DD. varijs
in locis multa, & inter alia, ꝙ vbicũq;
quis detinet debitũ alienũ, vel rẽ alie-
nã cũ peccato, & mala fide, poteſt adi
ri iudex Eccleſiaſticus, per denũtiatio
nẽ Euãgelicã, pręmiſſa prius monitiõe
71 debita, † vt illũ corrigat, & ad viã ſalu
tis, ſalutari pęnitẽtia reducat, & ex cõ
ſequẽti debitũ ſoluere cõpellat per cẽ
ſuras, vel rẽ reſtituere, cũ aliàs pęnite-
re nõ valeat, vt ſic peccatũ euadat, pro
vt tenet primus omniũ Bart. in extra-
uag. ad reprimẽdã verſi. denunciatio-
nẽ, ver. eſt etiã alia denũtiatio priuata,
&c. Abb. Inno. Feli. & alij oẽs in c. no-
uit. de iudi. Marã. de ordi. iud. 4. p. diſ.
11. n. 12. & p. 6. de denũtiatione, Decia.
tom. 1. cauſa crim, lib. 2. cap. 22. in fin.
Albarus Belaſcus de iure emphi. q. 7.
num. 22. vbi bene Abb. in cap. ad no
ſtram ſecundo de iur. iur. Bald. in d.
authentica ad hæc, colum. 2. circa fin.
Iaſſon

Iaſſon. in l. iuris gentium. §. ſed cum nulla. numer. 14. ff. de pact. Portol in Schol. ad Molin. & for. comp. quæſt. 1. nu. 13. Nauar. in d. cap. nouit notab. 6. nu. 34. vbi quod iudex eccleſiaſticus aditus denuntiatione euangelica, poteſt compellere laicum ad ſoluendū, debitum, quod detinet cum pecato ſecundum Almainum, Carlenū & alios ibi relatos. Bart. in d. extrauaganti nu. 5. cum ſequentibus Iano. in d. capit. nouit. nu n. 14. quem alij ſequuntur, & comunem dicit Nauar. in corollario. 13 num. 60. verſ. nec obſt.

Id autem quod ſupra proxime dictum eſt varie exemplificant DD. ſupra d. & alij omnes, & primo, quod vbicumque iudex ſecularis prohibetur, ne aduerſus inſtrumentum debitorum, vel aliam ſcripturam teſtes admitat, † vel etiam ad probandum aliquod debitū, quod per ſtatutū non poteſt, per teſtes probari quod ſtatutum valet ſecundum, Tiraq. de retract. lig. §. 2. gloſſa. 1. num. 16. quod tunc ſi ſolutio probetur per teſtes, vel etiam debitum (veluti mutuum, quod in Regno per ſolum inſtrumentum probatur) poſſit adiri iudex eccleſiaſticus per denuntiationem euangelicam, vt ob iniquitatem ſtatuti, excludentis probationem teſtium, prohibeat, ne debitum, quod ſolutum per teſtes coram eo apparet, iterum exigatur, vel quod debitum per teſtes coram eo probatum, ſoluatur, idque ne quis alterius detrimento locupletetur, & vt exeat à peccato, prout tenet Hipolitus de Marſilijs in Rubr. de probat. num. 40. Anton. in cap. 2. de probat. & in capit. cum Ioannes quinta colum. verſ. ad primum de fide inſtru. Decius in cap. 2. circa fin. verſ. decimo ſexto fallit de probationibus Felin. in d. cap. 2. num. 14. vbi ſi præcluſio facultatis probandi nutrit peccatum, poteſt quis vti denuntiatione euangelica, & admitetur teſtes ad probandum peccatum, licet coram ſeculari non admitterentur, & in cap. 1. quando: num. 12. de reſcrip. Federic. de Senis conſ. 286. Aluarus Velaſcus de iure emphit. 1. part. quæſt. 7. numer. 22. vbi alij. Follerin praxi cenſu verſ. Nicolaus Epiſcopus. numer. 68. eſt que communis opinio ſecundum Felin. in c. ex parte numer. 18 de offi. deleg. vt refert Portol. in Schol. ad foros cōpet. q. 1. n. 7. & 9. Nauar. vbi ſupra nu. 34. verſ. ſextum Corollarium.

73 Alij etiam theoricam hanc ad praxim † reducunt, quando ſcilicet aliqua ſententia eſt inique & iniuſte lata, licet tranſiecta in rem iudicatā, veluti quia victor ita fatetur, vel notorie, & manifeſte, etiā per clara indicia id appareat, tunc dicunt quod poteſt adiri denūtiatione euāgelica eccleſiaſticus iudex, vt illum victorem eruat à peccato, & corrigat, & per conſequens compellat ſatisfacere, & reſtituere, vt tenet Abb. in d. c. nouit a numer. 10. de iudi. & in c. 1. circa fin. de conceſ. preb. & in conſ. 60. in 2. part. vbi late. Neque ſecundū eū obſtaret, quod ſentētia eſſet trāſacta in rē iudicatā, quia ratio ne peccati ſentētia nō trāſit in rē indicatā. elator de re iud. facit l. diui in principio. ff. de pœn. vbi princeps ſecularis cognoſcit ad relaxandū pœnā corporis, igitur fortius hoc faciet eccleſiaſticus pro pœna animæ, latius in d. conſ. 60. ſequitur Abbatem Matāta in titulo de denūtiatione nume. 6. & 4. part. diſti. 11. n. 12. in praxi.

74 Alij etiā ad aliā queſtionē † practicā deducūt theoricā hanc, dicūt enim deceptum à laico, grauiter citra dimidium iuſti pretij, poſſe via denuntiationis euangelicę adire iudicē eccleſiaſticum, vt illum deceptorem laicum aut læſorem moneāt, & ſi opus fuerit, per

per cenſurã Eccleſiaſticam cogat ad pœnitudinem illius peccati, ac per conſecutionem ad reſtituendum decepto, tantum, quantum ſecundum legem Euangelicam opus eſt, ad hoc, vt illa inæqualitas deſinat eſſe peccatum, ſaltim mortiferum, id omnium præcipuè docendo tradit doctiſsimus Nauarrus, in dict. cap. nouit. 6. not. in Corollario, 12. nu. 42. cum ſequent. ſupponendo, prout ipſe ibi ſupponit mortiferè peccare, quicumque contrahendo decipit alium notabiliter, etiam citra dimidium iuſti precij D. Thom. 2.2. queſt. 77. art. 1. & in quolibet 2. artic. 10. & in 4. diſtin. 15. queſt. 3. art. 2 vbi Gabriel. queſt. 10. colum. 9. dicit, Nihil eſſe in hoc dubij, ſequitur Diuus Antoninus 2. par. tom. 1. cap. 16. §. 3. receptus à Clauaſio, Sylueſtro, & alijs relatis per Nauarr. vbi ſupra. Inter quos eſt Innocen. in cap. in ciuitate de vſur. quem ibi Abb. Panormi. & Annania ſequuntur, Anchar. in reg. peccatum, num. 13. & 14. de reg. iur. idque validiſsimis fundamentis tuetur, & defendit Nauar. vbi ſupra, reſpondens ad ll. ſeculares, & ciuiles, quæ hanc deceptionem non impugnant, non inualidant, vt in l. in cauſę, § 1. ff. de mino. l. item ſi precio. §. fin. ff. locat. & ad id, quod tradit Molin. verb. deceptio, quæ permittunt deceptionem notabilem intra dimidiam iuſti precij, non id permittunt, quaſi non ſit illicitum, & turpe, ſed tollerando tantum, vt alia mala tollerantur, & non puniuntur, ſecundum Nauar. vbi ſupra num. 49. vbi talem deceptionem peccatum præſeferre oſtendit, & per conſequens talem deceptorem, etiã laycum, conueniendum coram Eccleſiaſtico denuntiatione Euãgelica, & cogendum ad ſatisfaciendum læſo, quam opinionem ſequuntur, multi, quos allegat Nauarr. vbi ſupra, num. 60. verb. nec obſtat. &c. & in expreſſo Almaynus doctiſsimus in libro de authoritate Eccleſię, colum. penult. Panor. in cap. in ciuitate, num. 6. de vſur. Ioan. Calde. in cap. nauiganti de vſur. idem tenet vbi dolus dediſſet cauſam contractui, quod approbat Abb. in d. cap. in ciuitate, & in cap. cum cauſa, num. 4. de teſtamen. Ioan. de Anania in dict. cap. in ciuitate numer. 8. ſequitur eandem ſententiam, Domin. Sotus in lib. de ratio. tegend. membro. 2. queſt. 3. pag. 3. huic opinioni ſe ſubſcribit, quam à multis contrarijs defendit Nauarr. vbi ſup. nu. 64.

75 Et ſimili modo poſſes † hanc theoricam exemplificare, quando ſcilicet dominus vaſſallum opprimit, & in vim abſolutę poteſtatis rem eius detinet cum peccato, vt ſic ponit Bart. vbi ſupra, num. 4. Abba. in d. cap. nouit. num. 20. vbi, quod poteſt hæc denuntiatio fieri, ſi ob tyrannidem ſuperioris quis non valuit ſe tueri, pro quo facit, quia ſecundum Bouadillã in politi. lib. 2. cap. 17. num. 26. tom. 1. vaſſallus oppreſſus abſoluta poteſtate poteſt recurrere ad Eccleſiaſticum, vt eum tueatur, quod totum fundatur in peccato, & violenta illa tractatione ſecundum Felin. Bald. Iaſſ. & alios per eum ibi allegatos eſt, videdus Portol. in Scholijs, verb. domini locorum, à nu. 12. cum ſequent.

Superiora illa, licet ita fundata ſint non tamen carent correctione multorum contrarium tenentium, ſcilicet laycos, non poſſe via denuntiationis trahi ad forum Eccleſiaſticum, quia nemo debet extrahi à ſuo foro, † for.
76 3. de for. compet. l. fin. C. vbi in rem actio, cap. cum ſit de for. compet. laycí tamen fori ſecularis ſunt, capit. ſi clericus de for. competen. Ergo non debet trahi ad eccleſiaſticum, deinde

quia

quia ſi hæc denunciatio haberet locum ratione peccati, omnes cauſæ fori ſecularis traherentur ad eccleſiaſticum, cum illæ omnes, ſiue tangant vltimas voluntates ſiue contractus, ſiue delicta, ſiue iudicia, vertantur ſuper peccatis mortiferis; ex quo mouentur ſuper iniuſtitia, quam conſtat eſſe peccatum lethale ſua natura. S. Tho. 2.2. quæſt. 59. artic. 4. deinde omnia crimina eſſent ſpiritualia, vel mixti fori, & nulla omnino ſecularia, & profana, ſi de omnibus poteſt adiri eccleſiaſticus, his, & ſimilibus fundamentis arguit pro hac opinione Nauarr. in d. not. 6. a num. 15. imo Belaſcus d. quæſt. 7. verſ. ſed attende dicit, quod iſta via denuntiandi receſsit ab vſu, licet detur peccatū, nam aliàs iuriſdictio Regia ſecundū eum euacuaretur, liceret enim cuilibet laico articulādo de peccato aduerſarij in non ſoluēdo debitū, vel nō implendo promiſſa, trahere cauſam merè profanā ad forū eccleſiæ, quod nō eſt dicendum, cū diſtinctus ſit gladius tēporalis iuriſdictionis, a gladio ſpirituali, & eccleſiaſtico, vt habetur in ſacra pagina, & hoc eſt, de quo conquerebatur in ſuis libris manuſcriptis vir ille magnæ eruditionis. & aduocatus fiſcalis Ioan. Perez de Nueros noſtræ ætatis celeberrimus; dicēs id fieri nō debere in tātā læſionē regiæ iuriſdictionis, in quorū comprobationē dicit Molin. verſ. teſtes cōtra inſtrumētū in fin. ꝙ non poteſt laicus facere talē recurſum ad eccleſiaſticū ab iniquitate ſtatuti nō admitentis probationē teſtiū, licet hoc nō obſtāte iudices eccleſiaſtici ſe intromitāt hac via, omnia vſurpātes, & ſecularibus inhibētes, propter quod dicit ibi Moli. ꝙ poſſet illorū bona occupari, tāquā vſurpātiū iuriſdictionē tēporalē Dñi Regis hęc ille.

Quid tenēdū in tāta diuerſitate Tudic idē, quod ſupra dixi, ſcilicet, quod ratione peccati cognoſcet indirectè eccleſiaſticus de laico per denūtiationē euangelicā, & ex conſequēti vbicūq. aliquid cū peccato lethali detinetur, nō ſoluitur, vel vſurpatur, vt ſupra probauimus ſecūdū omnes, † quod negari nō 77
poteſt vt ſupra vidiſti, iuribus, & authoritatibus cōprobatū, verū id ita intelligēdū eſt, niſi reus excipiat, nam poterit excipere, non quidē quod iudex eccleſiaſticus non eſt cōpetens de tali cauſa ratione peccati, ſed quod actor doloſè, malitioſe dolo, ac fraude, eū trahit ad eccleſiaſticū, ommiſſo ſeculari, corā quo offert ſe paratū reſpōdere, quā exceptionē admittere tenetur eccleſiaſticus, tanquā abhorrens dolum, & fraudē, & iuriſdictionē tēporalē nō arrogās, atqui aliās potens conſequi iuſtitiā corā iudice laico, trahit laicū reū ad eccleſiaſticū, videtur potius ſimulare ſe quærere, quā reuera velle pœnitētiā, & conuerſionem proximi, imo id præſumitur facere fraudulenter, & ſic tūc iudex eccleſiaſticus nō debet eū admitere, vt benè reſoluit Nauarr. d. not. 6. n. 22. nec ob id talis cauſa, tale crimē dicūtur mixti fori, cū nō adeatur eccleſiaſticus, ea ſola directa ratione, qua eſt crimē, nō habito reſpectu, quod ſit lethale, tollēs vitā animę, quod requirebatur, vt diceretur mixti fori Nauar. num. 23.

Denique ſecundū ſuperiora, vbicūq. laicus, qui denūtiat, poteſt ius ſuū cō-
78 ſequi † corā iudice ſeculari, tūc nō poteſt laicū trahere ad eccleſiaſticū per denuntiationē euangelicā, ſed exceptione doloſæ denūtiationis oppoſita, excludetur, imo etiā ea non oppoſita, ſi viderit eccleſiaſticus malitioſè & ſic rè illud fieri, ita Velaſcus vbi ſup. verſ. nec obſtiterit vbi benè proſequitur, idem tenet Nauarr. vbi ſupra n. 22. ibi *cuius iudicio ſe ait paratū eſſe ſtare* & ſecus.

Et ſecus omnino eſſe dicunt DD. iſti in caſu contrario, quando ſcilicet, qui denuntiat, deſtituitur legis ciuilis remedio, nec auditur in foro ſeculari, vel quia iudex non vult audire, vel negligit iuſtitiam facere, vel non poteſt, vt quia lex genus probandi reſtringit ad inſtrumenta, tunc via denuntiationis prodita eſt ad liberandum à peccato peccatorem, vt tenent Belaſc. verb. cęterum, allegans in id Hoſt. Ioãnẽ Andr. Abba. Card, Immol. idem tenent Nauar. vbi ſupra, num. 22. ibi. *Cum tamen admittat alios, qui deſtituti remedio in foro ſeculari ad Eccleſiaſticum recurrunt, &c.* Et melius nu. 20. verſi. ad hoc dicens. *Quod ex mente Hoſtienſis tunc demum poteſt adiri hac via iudex Eccleſiaſticus inter laycos, cum deeſt remedium coram iudice layco, vel quia non vult, vel quia non poteſt iuſtitiã ſuper eo facere, non autem alias*, & in n. 34. Corollario 6. ita dicit, quod hęc denuntiatio habet locum. *Quando Eccleſiaſticus via denuntiationis aditur & debitor non eſt paratus ſtare iudicio fori ſui layci, aut deeſt iudex laycus, aut non vult, aut non poteſt ſtatuere in eo caſu, eo quod ſecũdum leges, quas ipſe tenetur cuſtodire, tolleranda eſt illa inæqualitas*, & in 17. Corollario, nu. 61. dicit, *Quod tunc demum exceptio rei contra Eccleſiaſticum ſuper malitia denuntiantis habet locum, quãdo contra talem læſionem proditum eſt a lege ciuili remedium, per quod illa læſionis iniquitas, ad æquitatem reduci poteſt in foro ſeculari, at quando tale remedium non eſt proditum, tunc ſine illius talis exceptionis impedimento, coram iudice Eccleſiaſtico poteſt trahi, ſaltim hac via denuntiationis, ſecũdum Hoſt. Ioan. Andr. Anchar. Antoni. Cardinalem, Abb. & alios, neque eſt vllus, qui eis contradicat, in d. cap. nouit. licet ſint qui non tangant hac ille.* Maranta d. diſtin. 11. nu. 12. ibi. *Et nota perpetuo modũm recuperãdi aliquã rem, ad quam non competit actio de iure ciuili, & quæ cum peccato detinetur*, & in tit. de denuntiatione num. 5. in fin. ibi. *Et iſte eſt modus recuperandi rem per alium detentam, quando aliud ciuile remedium deficeret*, id idem Decian. tom. 1. cauſar. crimi. lib. 2. cap. 22. in fin. ibi. *De iure Canonico multa expediuntur per denuntiat. Euangel. de qua in c. nouit. quæ non poſſunt taliter expediri de iure ciuili.* ita Bart. in d. extrauaganti ad reprimendum. num. 5. ibi. *Et per denuntiationem hanc, multa, quæ ſunt iuris ciuilis remedio deſtituta, reperiri poſſunt.*

Et in hoc omnes concordant, neque amplius immorari licet adimplendo paginas verbis ſuperfluis, & ambitioſis, Secundum ſupra d. diſtinctinctionem poteſt reſponderi ad omnia contraria, nam primo licet cauſa ſit merè ſecularis, tamen ratione peccati (quod intendit Eccleſia tollere) Eccleſiaſticus ſe intromittit, nec poteſt reus excipere, niſi de iure ciuili remedium aliquod detur ad illud reparandum, vt ſic peccatum tollatur; vnde ad caſum contrarij, quando ſcilicet quis non habet de ſoluto apocham inſtrumentalẽ, ſed ſolum teſtes, qui ſecundum legem terræ non admittuntur contra inſtrumentum debitorium, vt † in Re-
79 gno, tunc non debet admitti denuntiatio Euãgelica, ratio eſt, quia ſaltim indirectè poteſt hoc reparari; & non deſtituitur omni remedio de iure ciuili, quia poteſt iterum ſolui cum inſtrumento, & extincto ſic debito, poterit repeti prima ſolutio, vt indebita, probando eam per teſtes, vt ita conſulunt DD. Angel. & alij in l. 4. de re iud. Belaſ. cõſul. 56. vide Monter deciſ. 30. qui latè in materia, & vide in meis deciſ. & ita hoc caſu non haberet locum denuntiatio Euangelica, vt ſic dicit Velaſcus de iure emphi. q. 7. vbi dicit, quod

vbi

vbi poteſt per principē diſpenſari, & diſpenſatur, contra tale ſtatutum requirens probationem inſtrumentalē, & ſic in foro ſeculari poteſt illud peccatum tolli, non habebit locum denuntiatio euangelica, vt fuit pronūtiatum, & ſecundum iſta ſecus videretur dicendum, vbi quis mutuauit, & non habet cartam de mutuo, ſed teſtes, qui in Regno non ſufficiunt ad illud probandum, nec aliquod remedium inuenitur ſecundum Molin. verſic. teſtes contra inſtrumentum Monter d. deciſ. 30. niſi dicas, quod aboleuit in caſu iſto de conſuetudine denuntiatio euāgelica vt dixi, Velaſcus d. quęſt. 7. vbi nullo modo datur ei locus, ſed tam iudici eccleſiaſtico, quam parti, obuiam itur.

80 Ad caſum autem ſententiæ † in iuſt.æ, poteſt reſpōderi cum Bart. vbi ſupra, qui dicit, quod in hoc caſu nō habet locum denuntiatio euangelica cuius opinio comunis eſt ſecundū Boſſ. in tit. de via facti, nam cum tunc pręceſſerit cognitio iudicis, debet ceſſare omne aliud remedium, alias non eſſet litium finis, quod maxime attendi debet, vide Decium in cap. ſi quādo de officio de leg.

Ad caſum autem deceptionis notabilis intra dimidium iuſti precij † vix

81 reſpōdere poſſem de iure, nec foro, ex quo de foro deceptis non ſuccurritur, Molin. verſ. deceptio. & verſ. permutatio, & ibi Portol. niſi dicas, quod nec in hoc caſu ſolita eſt practicari denuntiatio euāgelica, vt ſupra dixi, tu magis circa id cogita, cū facilius ſit inuentis addere, quā inuenire: nec eſt cōſiderationis id, quod incautè dicitur, ꝙ euacuabitur iuriſdictio Regia, nam ſaluti animarū attēdi debet, imo principes ſeculares id volunt, id poſcunt, deſiderant, vt Catholici, & Religioſiſſimi, nec ob id illa minuitur, vt optimè aduertit Nauar. vbi ſupra.

Ad caſum autē ocupationis, quam facit dominus de poteſtate abſoluta in bonis vaſſalli, licet de iure procedat

82 id, quod ſupra dixi, tamē † nūquā id practicari viſum eſt, imo potius dari inhibitionē de pręciſſo cōtra eccleſiaſticū, ne de ea ſe intromitteret, vt in ſuperioribus alibi dictum eſt, poſſet eſſe ratio, quia licet Dn̄s occupet bona vaſſalli, potuit moueri a iqua iuſta cauſa, & ſic non eſſe in peccato, ſi tamē eſſet certum iniuſtè, & cum peccato feciſſe, forſam aliud eſſet dicendū, licet nō

83 practicetur. Ex his etiā ſequitur † quid dicendum, quando quis per 20 annos præſcripſit debitū, quo alij aſtrictus erat, nā cum talis præſcriptio cū peccato ſit, ſecundū Couar. in Regula poſſeſſor. 2 part. §. 11 num. 3, verſ. verum, cū ſequētibus Portol verb. actio nu. 3. & 4. ob id ſecundum aliquos dabitur recurſus contra huiuſmodi ſtatutum, vt per Portol. vbi ſupra. nu. 4. vbi alios allegat, imo per denuntiationē euangelicā cōpelletur præſcribens ſoluere illud debitū, vt reſoluit Gabriel tit. de præſcriptio conclu. 4. nu. 19. Portol. in foris competent. quæſt. 10. vbi habes etiā de præſcriptione ſalarij famulorum præſcripti, num illud coram eccleſiaſtico in recurſum adito, poſſit peti, nam dicit quod ſic.

SVMMA EORVM quæ in hoc §. 3. continentur.

1 *Princeps ſecularis num validè phibere poſſit, ne laici prorogent iuriſdictionē eccleſiæ ſubmiſſione, iuramento, vel alias in præiudicium ſecularis iu-*

vel Michaelis Val, vicini de Cariñe-
na, ſuper competentia iuriſdictionis,
die 30. Auguſt. milleſimo ſexenteſi-
mo quarto, vbi fui ego conſultor.

Et licet ſuperiora ſine dubio ſint,
illud tamen certius eſt, quod ſaltim
ad finem remittendi † ad ſuum iudi-
36 cem, poteſt iudex laycus capere cleri-
cum, vt fuit pronuntiatum in proceſ-
ſu D. Thomæ de Borja Archiepiſco-
pi, ſuper competentia, in qua cauſa
fuit punctus hic bene diſcuſſus, & ideo
viſſum eſt, fundamenta, & rationes
tibi tradere, quæ mouerunt ad ſic iu-
dicandum, quæ per fiſcum Regium
fuerunt coacervata. Ex quatuor po-
tiſsimum cauſis, & ex earum qualibet
iuſtè moueri potuit, Dominicus Creſ
po Alguazirius Regius ad capiẽdum
perſonam Iacobi Murciano, in ſacro
Subdiaconatus ordine conſtituti.

Prima cauſa, ex qua moueri potuit,
fuit fragantia delicti per dictum Ia-
cobum Murciano, in perſonam Pe-
tri de Vſſon commiſsi, & perpetrati,
ratione alapæ, ac percuſsionum, & in
iuriarum dicto Petro de Vſſon illa-
tarum, in cuius delicti fragantia, di-
ctus Alguazirius in re, & iuridicè po-
tuit dictum Iacobum Murciano cape
37 re, † ad finem illud remittendi ad
proprium iudicem Eccleſiaſticum, &
hoc, tam attento iure communi, civi-
li, & canonico, quam forali, & conſue
tudine, & praxi in hoc Regno in con
tuſſe obſeruata, quam etiam peculia-
ri iure conſtitutionum ſynodalium
huius Archiepiſcopatus, nam quam-
uis regula ſit, quod clericus non po-
teſt capi, ſeu carcerari à iudice layco,
ſeu eius familia, niſi in caſibus, in qui
bus poteſt etiam ab eo puniri, vt tra-
dunt DD. in cap. cum non ab homi-
ne de iudi. & conſtituit regulam Fa-
rina. in tit. de inquiſitione q. 8. nu. 115.
Clarus in pract. quæſt. 28. n. 6. in prin

cipio. Tamen fallit hęc regula, quan-
do clericus inuenitur in fraganti deli-
cto, vel immediatè poſt, quia poteſt
38 tunc capi à familia poteſtati, ſeu iudi
cis layci, vt tradatur iudici Eccleſiaſti-
co, Alexan. conſi. 205. volum. 6. in fin.
& poſt Abbatem nu. 12. & 15. Et De-
cium nu. 10. verſ. primus eſt, & alios,
DD. in d. c. cum non ab homine do-
cet Felin. in c. ſi vero el 1. numer. 2. de
ſent. excom. communẽ opinionem di
cẽs, Maran. cõmunẽ etiã dicens, de or-
dine iuditio, 4. p. diſt. 11. nu. 43. Anto.
Gomez lib. 3. reſolut. c. 9. nu. 3. Affir-
mat etiam communem Iul. Clarus in
pract. q. 28. nu. 6. Et eſſe communem
Canoniſtarũ affirmat Viuius, opinio-
ne 405. nu. 1. Auiles in c. pretorum c.
47. in verbo, O Clerigo, nu. 4. Salze-
do in pract. canon. §. capi, litera D. cõ
munẽ dicens Zaballos, q. 267. n. 6. Fa
rin. d. q. 8. nu. 116. cum ſequent. Pegue
ra d. c. 12 §. 3. n. 7. Et optimè Menoc.
de arbitr. caſu. 180. n. 18. qui poſt Abb.
Dec. & alios dicit, ꝙ quando laycus
pręhendit Clericum, vt eum ad ſuum
iudicem ducat, tunc laycus rectè agit,
39 nec aliquã meretur pœnã, † vt poſsit
excõmunicari, & ſubdit, ꝙ ab hac ſen
tentia nõ eſſet recedendum. Et inquit
Abb. in d. c. cum nõ ab homine, n. 11.
in fine, quod reſtringere iſtã materiã,
vt nõ poſsit capi Clericus fragante de
licto, generaret ſcandalum in menti-
bus laycorũ, & dicebat Bald. in d. l. ſi
quis per calumniã col. 2. verſ. ſed quæ-
ro, quod in hoc caſu non incideretur in
excõmunicationem c. ſi quis ſuadẽte
diabolo, quia hic non eſt dolus, nã
ſi propter quietẽ publicã fit, ergo ceſ-
ſat excõmunicatio, quam refert Auil.
in d. c. 47. n. 4. Et dicit Hipol. Rimin.
in d. c. cum non ab homine, n. 11. & 13.
quod quando laycus qui Clericum cę
pit † duxit eum ad ſuum iudicem, ex
40 hoc deprehenditur, quod tempore ca

pturæ

ptura non habuit animũ eum iniuriã di, vel offendendi, & quod ideò excuſatur à pena excõmunicationis, de qua in d. c. ſi quis ſuadente 17. q. 4. quod ſolùm loquitur in eo, qui violentas manus, & iniurioſas iniecerit in clericum, Garcia de nobilit. gloſ. 9. nu. 36, omnino videndus, nam eleganter loquitur, cui conſonat, quod tradit Farin. d. q. 8 num. 1. poſt Alexa. ab eo relatum, & quod dicit Marſil. in tractatu de banditis, verbo capi. nu. 7. quod in fragan-
41 ti † crimine quilibet delinquẽs poteſt capi à quocumq; quia tunc quilibet habet mandatum à lege, capiendi malefactorem, iuxta tex. in l. raptores. C. de Epiſc. & cleri. Farin. d. q. 8. nu. 122.

Facit pro his, nã regulare eſt, quod
42 iudex alias incompetens † poteſt delinquentem capere, vt captum repręſentet competenti, vt poſt Boeri. decis. 215. num. 34. docet Baiar. ad Clarum in pract. q. 28. num. 26. & confirmatur per obſeruan. propatte militũ, tit. actos curiarum, & per obſer. Item nobilis La 2. de foro compet. Barda. de offi. gubernat. q. 5. nu. 95. & q. 6. nu. fin. Molin in verb. clericus, fol. 82. in principio.

43 Et facit, quod fragantia † criminis eſt cauſa iuriſdictionis attributiua, & ſic eam inter plures alias cauſas iuriſdictionis attributiuas, enumerat Auenda. de exequendis mandatis, 1. p. c. 1. colũ. antepenult. verſi. vigeſimatertia cauſa, ex quo infert ad varios caſus, & exempla ibi propoſita.

Et hęc quę ſuperius dicta ſunt maximè procedunt, quando † Clericus,
44 qui delictum commiſsit, eſſet ſuſpectus de fuga, Abb. poſt alios in d. cap. cum non ab homine, nu. 12. & 15. Menoc. h. d. caſu 185. nu. 22. & 23. vbi plures referens communem dicit. Salzedo in pract. § capi. litera C. communem affirmans, Clarus d. q. 28. nu. 6. Ratio eſt, quia ad incurrendam excommunicationem dicti cap. ſi quis ſuadente, requiritur dolus, † ſeu temeritas, vt
45 patet, dum dicit, *Si quis ſuadente diabolo, &c.* At ſi capio clericum vt ducam ad iudicem Eccleſiaſticum, vt puniatur, ex quo timetur de fuga, vel aliter compeſci non poteſt, non dicitur hæc diabolica perſuaſio, immo diuina fortitudo, vt delictũ non remaneat impunita. Pro quo facit Anchar. conſi. 180. relatum à Riminal. in d. c. cum nõ ab homine, nu. 15. quod vbi eſt timor fugæ, non poteſt allegari in competentia iuriſdictionis.

Illud tamen pro optima intelligentia ſupradictorum animaduertẽdum eſt, quod id, ꝙ per aliquos DD. ex ſupra relatis inuolui ſolet, & dici, quod tunc clericus capi poteſt à layco, quãdo eſt ſuſpectus de fuga, & non alias;
46 † debet intelligi, & declarari, quando captio fit à layco non in fragante delicto, ſed ex interuallo, pro crimine iã antea cõmiſſo, At quando fit fragante delicto, tunc indiſtinctè, ſiue ſit, ſiue non ſit ſuſpectus de fuga, poteſt clericus capi, ad finem remittendi, vt colligitur apertè ex Farina. d. q. 8. nu. 116 & 117. iunctis his, quę tradit nu. 122. & maximè in fine illius numeri, verſi. ſed quid, & ex Claro in d. q. 28. nu. 6. & Bouadi. lib. 2. c. 18. nu. 50. colũ. 2. in fin. verſ. *Y aunque no fueſſe, &c.* Et idẽ ſenſit Decia. 1. tom. lib. 4. c. 9. n. 20. dũ loquitur de delicto iam commiſſo, Et notorio, & non de flagrante, in quo merito requirit ſuſpitionem fugę.

At in caſu preſenti verſatur in captione Clerici facta flagrãte maleficio, nam vt ex proceſſu, & teſtium, depoſitionibus reſultat, manifeſtè conſtat †
47 Alguazirium Regium hunc Clericũ cepiſſe fragãte maleficio, vel immediatè poſt, quod ſufficit, vt aſſerunt plerią; ex ſupra relatis, & expreſſè Mo-

 lin.

lin.in verb. Clericus. fol. 82.in princ.
& dato, ſine veri præiudicio, quod ca-
ptura fuiſſet facta ex interuallo, & de
licto iam commiſſo, ſeu eius fragantia
iam extincta, & ſic eſſemus in caſu, in
quo inſpici debat, an delinquens eſſet
ſuſpectus de fuga, adhuc in eo caſu
Alguazirius recte proceſsit in capien-
do clericum, nam ea inſpectio, & cog-
nitio, an veriſsimilè ſit, quod clericus
fugiat, vel non, debet pertinere ad iu-
dicem laycum, qui ex qualitate crimi
nis arbitrari debet, an clericus ꝓpter
delictum commiſſum fugiat, vel non.
prout in ſimili videmus, quod quando
† capto clerico a iudice ſeculari, inci-
48 pit queſtio, an habitus in quo reper-
tus fuit ſit clerici, vel layci, iudex lay-
cus debet de hoc cognoſcere, & non
Eccleſiaſticus, ita refert deciſſum fuiſ
ſe, Guido queſt.138. & conſi. 110. Et re-
ſoluit Decia.d.c.9.n. 95. Tum etiam,
in dubio præſumi debet, immo mani-
feſtum, ſeu veriſimilè eſt, quod cleri-
cus † deppræhenſus in maleficio fu-
49 giet, vt optimè aduertit Alexand. ad
Bart. in d.l.ſi quis in ſeruitute in vlti-
ma additione, col.2. verſ. Et quamuis
poſſet ff. de furt. & aduertit Bouadil.
in d.c.13.n. 50.col.5. ibi. *Como deue de
preſumirſe lo mas ordinario*, vltra id, ꝙ
in caſu præſenti ſumus extra omne
dubium, quod voluerit fugere, cum
iſte clericus tentauerit totis viribus,
& inferendo vim Alguazirio † effuge
50 re, & Eccleſiam ſedis ingredi, prout
fuiſſet ingreſſus, & euaſiſſet niſi ab Al
guazirio, & eius aſociantibus fuiſſet
impeditus.

Idem de capiendo clericum ad re-
mittendum † ſtatuitur etiam in Re-
51 gno, patet, ex foro 1.de Prælaturis co-
lum.3.in fin. verbis, & in foro 1.de ſub
ſidijs col. penul. verſ. *Si ſeran Clerigos*,
& per illum forum ita tradit Molin.
in verb. capi, fol.56.col.3. verſ. capere
an poſsint vbi Portol.nu. 16. & verb.
clericus, fol.81. in fin. vbi Portol. nu.
46. & Barda.de offi.guberna. queſt.5.
num. 85.

Et eſt receptiſsimum in hoc Reg-
no ex antiquiſsima, † & immemoria-
52 li conſuetudine, per quam plures te-
ſtes, de actibus particularibus, in hoc
proceſſu deponentes probata, & plu-
ries practicata. Et generaliter de hac
conſuetudine atteſtatur, Anto. Scap-
pus lib. 1. de iure non ſcripto cap. 1. nu
mer. 16. & Salzedo in pract. § capi lite
ra D. Bouadil. d.c.18.nu. 50. & inquit
Guido q.73, quod ita ſe habet ſtyllus,
et communis obſeruantia omnium
curiarum patriæ Delphinalis, & in hoc
53 Regno idem ſeruatur, vt affirmat Bar
daxi, in foro 1.de competen. iuriſdict.
in fin. Et quod fortius eſt dicit, quod
in Regia Audientia, etiam ſi oſtenda-
tur titulus clericalis, & præſentetur in
hibitio iudicis Eccleſiaſtici, nihilomi-
nus capitur clericus, & mittitur in car
cerem communem, & eo immiſſo in
carcerem iudex Eccleſiaſticus formar
competentiam. Quibus addendũ eſt,
conſuetudinẽ † iſtam excuſare iudicẽ
54 ſecularẽ à pœna excõmunicationis, vt
docet Belame.in d.c. cum non ab ho-
mine de iudi.col.4.nu.3. ad fin. verſi.
credit tamẽ, poſt Collectarium ibidẽ.
Et ꝙ talis cõſuetudo mixta multũ va
leat in hoc, etiam in Eccleſiaſticis per
ſonis, eleganter tradit Garcia de nobi
lit. gloſ. 9. num. 34. in fin. & 35. poſt Pa
nor. in cap. cum veniſſent, nu. 3. de eo
qui mitti. in poſſeſſ.

Idem tandem, quod diſponitur
de iure, foro & conſuetudine, diſponi
55 tur † etiam, & permititur, per cõſtitu-
tiones ſynodales huius Archiepiſcopa
tus, vt expreſſè conſtat, ex conſtitutio
ne fin. de immun. Eccleſ.

Secũda principalis cauſa, ex qua Algu
azirio regio permiſũ fuit capere dictũ

Iacobum

Iacobũ Murciano quãuis clericũ, eſt,
vt obuiaretur delicto veriſimiliter
comitẽdo in perſona eiuſdem Iacobi
Murciano, & ſtatim, vt audiuit algua
cirius dictũ Iacobũ Murciano clericũ
eſſe, dixit ſe illũ ducere velle ad iudicẽ
eccleſiaſticũ, vt ſic rixa illa ſedaretur:
in quo Alguazirius rectè, ac prudẽter
57 verſatus fuit, poteſt enim iudex † laicus
clericũ capere, vt obuietur delicto cõ-
mitẽdo, & hoc tã actiuè per eum, ſe ad
illud perpetrãdũ præparatẽ, quã etiã
paſsiuè in eius perſona occaſione in
iuriæ, ſeu delicti per ipſum iã prius in
rixa comiſsi, vel veriſimiliter comi-
tendi; ex doctrina Abbat. s. nu. 12. &
Decij nu. 10. verſ. ſecũdus caſus, & Al
ciat. nu. 21. & aliorũ in d. c. cũ non ab
homine de iudic. vbi Abb. in d. nu. 12.
verſ. vnde ipſe poſt Inno. in c. ſi vero
58 de ſent. exco. inquit, ꝙ ſi clericus † ab
inferẽda iniuria nõ poteſt aliter cõpeſ
ci, poteſt capi, & ligari ſine metu exco
municationis, & etiã ſine peccato, imo
talis meretur Bernar. Laur. in tract. de
caſibus in quibus iudex ſecularis, &c.
n. 19. verſ. tertius. Dueñas regula. 99.
limita. 2. dicit comunẽ Meno caſu 180
nu. 20. & ſeqq. Bobadi. lib. 2. c. 18. n. 50
Farina, d. q. 8. n. 120. & praxis Epiſco-
palis. 1. part. §. ex comunicatio. fol.
70. col. 1.

Tertia cauſa, ex qua iuſtificatur huius
clerici captura per Alguaciriũ facta
eſt, quod Alguacirius animo, & intẽtio
ne ſedandæ rixæ, voluit pacẽ facere
inter rixãtes, quod dictus Iacob⁹ Mur
59 ciano facere recuſauit, † quare in eius
contumaciã iuſtè procedere potuit, ad
eum capiendũ, & ſimul remitendum
ad ſuum iudicem eccleſiaſticũ, qui il-
lum cogere poſſet ad firmandũ paces.

Vltima cauſa, ob quã iuſtè debuit
capi ille clericus eſt, & oritur ex eo, ꝙ
60 etiã † irreuerẽter, & iniurioſè Alguaci
rio reſpõdidit, & illi reſiſtit, ne illũ ad
iudicẽ eccleſiaſticũ traheret, vnde licitè
potuit capi, immo, & in carcerẽ † detru
61 di etiã potuiſſet, iuxta, ea, quę latè tra
dit Garc. de nobilit. gloſſa. 9. num. 32.
62 † Alex. in l. ſi ſe non obtulit. §. ſi ex con
uentione de re iudicata, & Speculat. in
tit. de iuriſdictione om. iudi. verſ. fin.
vide Bald. in Margarita verbo iudex,
63 imo † propter offenſam in perſonã iu
dicis ſecularis, poteſt capi clericus Sa
raina ad Roma ſingu. 419. nu. 2. verſ.
13. imo Nauar. in Manual. c. 27. nu. 83.
dicit, ꝙ poteſt iudex laicus capere cle-
ricũ ad remitẽdũ, ratione delicti inferẽ
di, imo ſi reſiſtat clericus, tali caſu eſt
licitũ, & permiſſum Alguacirio non
64 ſolũ illum † capere, ſed & manibus
tenere, & reprimere, quinimo iuxta
doctrinã Inno. ſupra relatã in c. ſi ve-
ro de ſent. excom. ab omnibus recep-
tã poteſt illũ ligare; & inquit Bernar.
Lauren. in tract. in quibus caſibus iu-
dex laicus, nu. 14. quod quãdo clericus
aliquid attentat in præiudiciũ tempo-
ralis iuriſdictionis, tẽporales poſſunt
coercere clericos reſiſtẽtes, & merito,
65 quia † quilibet poteſt tueri ſuã iuriſdi-
ctionẽ, etiam pœnali iuditio per l. 1. ſi
quis ius dicẽti nõ obtẽp. idem eo nõ
relato docet Decian. in tract. crimi. to
mo. 1. lib. 4. c. 9. nu. 141. & diximus ſu-
pra latè, quod confirmatur ex eo, ꝙ &
66 ſi regulariter remiſsio † clerici non de
beat fieri ignominioſè, nec cũ catena,
attamẽ ſi catena illi appoſita fuerit cau
ſa cuſtodiæ, poti⁹ quã cauſa ignominię,
tũc illi apponẽda eſt, vt affirmat Iul.
Clar. in prac. q. 36. nu. penul. in fine. Et
hinc eſt, ꝙ quoties clericus remititur
67 a iudice ſeculari, remitẽdis erit † (ſi o-
pus fuerit, vt quia clericus reſiſtit) cũ
cuſtodibus expenſis ipſiuſmet clerici,
vel ſi ipſe pauper eſt expenſis ipſius
Epiſcopi, cui remititur, ita poſt Aufre.
Boeri. & Couar. reſoluit Salce. in
pract. crim. §. capi. colum. fin.

Immo iudex Eccleſiaſticus, ſi ſuper hoc † litem moueat contra ſecularem
68 debet condemnari in expenſis, cum omni iure deficiat, & ratione, vt notant Bouad. lib. 2. c. 18. nu. 53. in fin. & nu. 139. In quibus caſibus poſſit iudex
69 † Eccleſiaſticus inhibere iudici ſeculari, videndus Mandoſ. q. 10. cum ſequẽ. Lancelot. de attent. poſt inhibitio. c. 20. 2. p. vbi latiſsimè, Bouadil. lata manu in politi. 1. p. lib. 2. c. 17. vbi varios recẽſet caſus, in quibus cognoſcit Eccleſiaſticus de cauſis laycorum, inter eos tamen vnus ille eſt, & qui magis ab Eccleſia optatur, intenditur, & procuratur ad ſalutẽ animarum, veluti qui
70 reſultat † à peccato mortali, Nam ratione illius cognoſcit Eccleſia, attento iure cõmuni etiam de laycis ad eruendos eos à tam lethali labe, idque regulariter per viam (inter alias) denũtiationis Euangelicę, vt probatur in c. nouit. de iudi. vbi id colligũt DD. omnes Abb. Felin. Butr. Inno. & copioſè Nauar. in notab. 6. maximè nu. 31. vbi multis id comprobat fundamẽtis, eſt gloſ. in c. nos inter, de purg. cano. Ab. in c. licet ex ſuſcepto, num. 11. de foro comp. Specul. in tit. de compet. iud. à ditione. § generaliter, nu. 2. verb. tertio, Belluga in Specul. rubr. 12. §. quædam, n. 95. vbi benè, Marian. Socin. in c. licet Heli, num. 33. deſimo, & in c. inquiſitionis, de acuſatio, & plenius in c. qualiter, & quando à nu. 667. cum ſequent. de acuſatio, Inno. & Butr. in c. quia pleriq; de immun. Eccleſ. Bald. in authent. ad hæc C. de vſur. in quibus locis videbis, de modo deducendi hãc denuntiationem Euangelicam ratione peccati illius, qui rem teneret cum peccato, quo ad Deum, vel eſſet peccator. idque ſolum fundatur per DD. iuxta Matth. cap. 1. & Lucam 17. *vbi ſi peccauerit in te frater tuus, corripe eum primo inter te, & ipſum, & ſi te non audierit, adhibe tecum vnum, vel duos,* & hęc eſt ſecunda monitio, *quod ſi te non audierit, dic Eccleſiæ*, & hæc eſt denuntiatio Euangelica, taliter, quod totum hoc pręceſsiſſe, debet iudici Eccleſiaſtico narrari, immo & probari, aliàs non procederet hęc denuntiatio ſecundũ Abb. in d. c. nouit. nu. 3. & 4. Speculator in tit. quid ſit denũtiatio, Bart. vbi ſup. nu. 5. & 6. Maranta de denũtiatione nu. 7. & 4. p. diſt. 11. n. 28. Bouadi. in politi. 1. p. lib. 2. c. 17. n. 120. vbi additio in litera E. multa allegat iura Port. in Schol. ad for. compet. q. 1. nu. 23. & q. 10. Cepol. conſ. ciuili 10. Couar. in reg. poſſeſſor. 2. p. §. 11. nu. 3. verſi. verum. Nauar. autẽ vbi ſup. nu. 1 dicit, quod extenditur poteſtas Eccleſiæ ad cognoſcendum de omni peccato mortali, etiã laycorũ, & ad compellendum eũ, etiã per cenſurã Eccleſiaſticã, quod ab eo diſcedat, per illum tex. vbi id multis cõprobat fundamentis, & de quo pecato ſcilicet notorio, vel nõ, an id intelligatur Nauar. vbi ſup. n. 31. cũ ſequẽ. vbi per multa corollaria id declarat. Ex quibus inferunt DD. varijs in locis multa, & inter alia, quod vbicunq; quis detinet debitũ alienũ, vel rẽ alienã cũ peccato, & mala fide, poteſt adiri iudex Eccleſiaſticus, per denũtiationẽ Euãgelicã, pręmiſſa prius monitiõe
71 debita, † vt illũ corrigat, & ad viã ſalutis, ſalutari pęnitẽtia reducat, & ex cõſequẽti debitũ ſoluere cõpellat per cẽſuras, vel rẽ reſtituere, cũ aliàs pęnitere nõ valeat, vt ſic peccatũ euadat, pro vt tenet primus omniũ Bart. in extrauag. ad reprimẽdã verſi. denuntiationẽ, ver. eſt etiã alia denũtiatio priuata, &c. Abb. Inno. Feli. & alij oẽs in c. nouit. de iudi. Marã. de ordi. iud. 4. p. diſ. 11. n. 12. & p. 6. de denũtiatione, Decia. tom. 1. cauſa crim. lib. 2. cap. 22. in fin. Albarus Belaſcus de iure emphi. q. 7. num. 22. vbi bene Abb. in cap. ad noſtram ſecundo de iur. iur. Bald. in d. authentica ad hæc, colum. 2. circa fin.

Iaſſon

Iaſſon. in l. iuris gentium. §. ſed cum nulla. numer. 14. ff. de pact. Portol in Schol. ad Molin. & for. comp. quæſt. 1. nu. 23. Nauar. in d. cap. nouit notab. 6. nu. 34. vbi quod iudex eccleſiaſticus aditus denuntiatione euangelica, poteſt compellere laicum ad ſoluendũ, debitum, quod detinet cum pecato ſecundum Almainum, Carlerũ & alios ibi relatos. Bart. in d. extrauaganti nu. 5. cum ſequentibus Iano. in d. capit. nouit. nu n. 14. quem alij ſequuntur, & comunem dicit Nauar. in corollario. 13 num. 60. verſ. nec obſt.

Id autem quod ſupra proxime dictum eſt varie exemplificant DD. ſupra d. & alij omnes, & primo, quod vbicumque iudex ſecularis prohibetur, ne aduerſus inſtrumentum debitorum, vel aliam ſcripturam teſtes admitat, † vel etiam ad probandum aliquod debitũ, quod per ſtatutũ non poteſt, per teſtes probari quod ſtatutum valet ſecundum, Tiraq. de retract. lig. §. 2. gloſſa. 1. num. 16. quod tunc ſi ſolutio probetur per teſtes, vel etiam debitum (veluti mutuum, quod in Regno per ſolum inſtrumentum probatur) poſsit adiri iudex eccleſiaſticus per denuntiationem euangelicam, vt ob iniquitatem ſtatuti, excludentis probationem teſtium, prohibeat, ne debitum, quod ſolutum per teſtes coram eo apparet, iterum exigatur, vel quod debitum per teſtes coram eo probatum, ſoluatur, idque ne quis alterius detrimento locupletetur, & vt exeat à peccato, prout tenet Hipolitus de Marſilijs in Rubr. de probat. num. 40. Anton. in cap. 2. de probat. & in capit. cum Ioannes quinta colum. verſ. ad primum de fide inſtru. Decius in cap. 2. circa fin. verſ. decimo ſexto fallit de probationibus Felin. in d. cap. 2. num. 14. vbi ſi præcluſio facultatis probandi nutrit peccatum, poteſt quis vti denuntiatione euangelica, & admitetur teſtes ad probandum peccatum, licet coram ſeculari non admitteretur, & in cap. 1. quando: num. 12. de reſcrip. Federic. de Senis conſ. 286. Aluarus Velaſcus de iure emphit. 1. part. quæſt. 7. numer. 22. vbi alij. Foller. in praxi cenſu verſ. Nicolaus Epiſcopus. numer. 68. eſt que comunis opinio ſecundum Felin. in c. ex parte numer. 18 de offi. deleg. vt refert Portol. in Schol. ad foros copet. q. 1. n. 7. & 9. Nauar. vbi ſupra nu. 34. verſ. ſextum Corollarium.

Alij etiam theoricam hanc ad pra-
73 xim † deducunt, quando ſcilicet aliqua ſententia eſt iniquè & iniuſtè lata, licet tranſacta in rem iudicatã, veluti quia victor ita fatetur, vel notoriè, & manifeſte, etiã per clara indicia id apparet, tunc dicunt, quod poteſt adiri denũtiatione euãgelica eccleſiaſticus iudex, vt illum victorem eruat à peccato, & corrigat, & per conſequens compellat ſatisfacere, & reſtituere, vt tenet Abb. in d. c. nouit a numer. 20. de iudi. & in c. 1. circa fin. de conceſ. preb. & in conſ. 60. in 2. part. vbi late. Neque ſecundũ eũ obſtaret, q; ſententia eſſet tráſacta in rẽ iudicatá, quia ratione peccati ſentẽtia nõ trãſit in rẽ iudicatã. c. lator de re iud. facit l. diui. in principio. ff. de pœn. vbi princeps ſecularis cognoſcit ad relaxandũ pœnã corporis, igitur fortius hoc faciet eccleſiaſticus pro pœna animæ, latius in d. conſ. 60. ſequitur Abbatem Marãta in titulo de denũtiatione numer. 6. & 4. part. diſti. 11. n. 12. in praxi.
74 Alij etiã ad aliã queſtionẽ † practicã deducũt theoricã hanc, dicũt enim deceptum à laico, grauiter citra dimidium iuſti pretij, poſſe via denuntiationis euangelicę adire iudicẽ eccleſiaſticum, vt illum deceptorem laicum aut læſorem moneat, & ſi opus fuerit,

per

per cenſurā Eccleſiaſticam cogat ad pœnitudinem illius peccati, ac per conſecutionem ad reſtituendum decepto, quantum, quantum ſecundum legem Euangelicam opus eſt, ad hoc, vt illa inęqualitas deſinat eſſe peccatum, ſaltim mortiferum, id omnium præcipuè docendo tradit doctiſsimus Nauarrus, in dict. cap. nouit. 6. not. in Corollario 21. nu. 42. cum ſequent. ſupponendo, prout ipſe ibi ſupponit mortifere peccare, quicumque contrahendo decipit alium notabiliter, etiam citra dimidium iuſti pręcij D. Thom. 2. 2. queſt. 77. art. 1. & in quolibet 2. artic. 10. & in 4. diſtin. 15. queſt. 3. art. 2 vbi Gabriel. queſt. 10. colum. 9. dicit, Nihil eſſe in hoc dubij, ſequitur Diuus Antoninus 2. par. tom. 1. cap. 16. §. 3. receptus à Clauaſio, Syluestro, & alijs relatis per Nauarr. vbi ſupra. Inter quos eſt Innocen. in cap. in ciuitate de vſur. quem ibi Abb. Panormi. & Annania ſequuntur, Anchar. in reg. peccatum, num. 13. & 14. de reg. iur. idque validiſsimis fundamentis tuetur, & defendit Nauar. vbi ſupra, reſpondens ad ll. ſeculares, & ciuiles, quæ hanc deceptionem non impugnant, non inualidant, vt in l. in cauſę, § 1. ff. de mino. l. item ſi prętio. §. fin. ff. locat. & ad id, quod tradit Molin. verb. deceptio, quæ permittunt deceptionem notabilem intra dimidiam iuſti prętij, non id permittunt, quaſi non ſit illicitum, & turpe, ſed tollerando tantum, vt alia mala tollerantur, & non puniuntur, ſecundum Nauar. vbi ſupra. num. 49. vbi talem deceptionem peccatum pręſeferre oſtendit, & per conſequens talem deceptorem, etiā laycum, conueniendum coram Eccleſiaſtico denuntiatione Euāgelica, & cogendum ad ſatisfaciendum læſo, quam opinionem ſequuntur, multi, quos allegat Nauarr. vbi ſupra, num. 60. verb. nec obſtat. &c. & in expreſſo Almaynus doctiſsimus in libro de authoritate Eccleſię, colum. penult. Panor. in cap. in ciuitate, num. 6. de vſur. Ioan. Calde. in cap. nauiganti de vſur. idem tenet vbi dolus dediſſet cauſam contractui, quod approbat Abb. in d. cap. in ciuitate, & in cap. cum cauſa, num. 4. de teſtamen. Ioan. de Anania in dict. cap. in ciuitate numer. 8. ſequitur eandem ſententiam, Domin. Sotus in lib. de ratio. tegend. membro. 2. queſt. 3. pag. 3. huic opinioni ſe ſubſcribit, quam à multis contrarijs defendit Nauarr. vbi ſup. nu. 64.

75 Et ſimili modo poſſes † hanc theoricam exemplificare, quando ſcilicet dominus vaſſallum opprimit, & in vim abſolutę poteſtatis rem eius detinet cum peccato, vt ſic ponit Bart. vbi ſupra, num. 4. Abba. in d. cap. nouit. num. 20. vbi, quod poteſt hæc denuntiatio fieri, ſi ob tyrannidem ſuperioris quis non valuit ſe tueri, pro quo facit, quia ſecundum Bouadillā in politi. lib. 2. cap. 17. num. 26. tom. 1. vaſſallus oppreſſus abſoluta poteſtate poteſt recurrere ad Eccleſiaſticum, vt eum tueatur, quod totum fundatur in peccato, & violenta illa tractatione ſecundum Felin. Bald. Iaſſ. & alios per eum ibi allegatos eſt, vidēdus Portol. in Scholijs, verb. domini locorum, à nu. 12. cum ſequent.

Superiora illa, licet ita fundata ſint non tamen carent correctione multorum contrarium tenentium, ſcilicet laycos, non poſſe via denuntiationis trahi ad forum Eccleſiaſticum, quia nemo debet extrahi à ſuo foro, † for.
76 3. de for. compet. l. fin. C. vbi in rem actio, cap. cum ſit de for. compet. laycī tamen fori ſecularis ſunt, capit. ſi clericus de for. competen. Ergo non debet trahi ad eccleſiaſticum, deinde quia

quia ſi hæc denunciatio haberet locum ratione peccati, omnes cauſæ fori ſecularis traherentur ad eccleſiaſticum, cum illæ omnes, ſiue tangant vltimas voluntates ſiue contractus, ſiue delicta, ſiue iudicia, vertantur ſuper peccatis mortiferis, ex quo mouentur ſuper iniuſtitia, quam conſtat eſſe peccatum lethale ſua natura: S. Tho. 2.2. quæſt. 59. artic. 4. deinde omnia crimina eſſent ſpiritualia, vel mixti fori, & nulla omnino ſecularia, & profana, ſi de omnibus poteſt adiri eccleſiaſticus, his, & ſimilibus fundamentis arguit pro hac opinione Nauarr. in d. not. 6. a num. 15. imo Belaſcus d. quæſt. 7. verſ. ſed attende dicit, quod iſta via denunciandi receſſit ab vſu, licet detur peccatū, nam aliàs iuriſdictio Regia ſecundū eum euacuaretur, liceret enim cuilibet laico articulādo de peccato aduerſarij in non ſoluēdo debitū, vel nō implendo promiſſa, trāhere cauſam merè profanā ad forū eccleſiæ, quod nō eſt dicendum, cū diſtinctus ſit gladius tēporalis iuriſdictionis, a gladio ſpirituali, & eccleſiaſtico, vt habetur in ſacra pagina, & hoc eſt, de quo conquerebatur in ſuis libris manuſcriptis vir ille magnæ eruditionis, & aduocatus fiſcalis Ioan. Perez de Nueros noſtræ ætatis celeberrimus; dicēs id fieri nō debere in tātā læſionē regiæ iuriſdictionis, in quorū comprobationē dicit Molin. verſ. teſtes cōtra inſtrumētū in fin. ꝙ non poteſt laicus facere talē recurſum ad eccleſiaſticū ab iniquitate ſtatuti nō ad mitentis probationē teſtiū, licet hoc nō obſtāte iudices eccleſiaſtici ſe intromitāt hac via, omnia vſurpātes, & ſecularibus inhibētes, propter quod dicit ibi Moli. ꝙ poſſēt illorum bona occupari, tāquā vſurpātiū iuriſdictionē tēporalē Dñi Regis hęc ille.

Quid tenēdū in tāta diuerſitate Tu dic idē, quod ſupra dixi, ſcilicet, quod ratione peccati cognoſcet indirectè eccleſiaſticus de laico per denūtiationē euangelicā, & ex conſequēti vbicūq. aliquid cū pecato lethali detinetur, nō ſoluitur, vel vſurpatur, vt ſupra probauimus ſecūdū omnes,

77 † quod negari nō poteſt vt ſupra vidiſti, iuribus, & authoritatibus cōprobatū, verū id ita intelligēdū eſt, niſi reus excipiat, nam poterit excipere, non quidē quod iudex eccleſiaſticus non eſt cōpetens de tali cauſa ratione peccati, ſed quod actor doloſè, malitioſè dolo, ac fraude, eū trahit ad eccleſiaſticū, ommiſſo ſeculari, corā quo ofert ſe paratū reſpōdere, quā exceptionē admitere tenetur eccleſiaſticus, tanquā abhorrens dolum, & fraudē, & iuriſdictionē tēporalē nō arrogās, atqui aliàs potens conſequi iuſtitiā corā iudice laico, trahit laicū reū ad eccleſiaſticū, videtur potius ſimulare ſe querere, quā reuera velle pœnitētiā, & conuerſionem proximi, imo id præſumitur facere fraudulenter, & ſic tūc iudex eccleſiaſticus nō debet eū admitere, vt benè reſoluit Nauarr. d. not. 6. n. 22. nec ob id talis cauſa, tale crimē dicūtur mixti fori, cū nō adeatur eccleſiaſticus, ea ſola directa ratione, qua eſt crimē, nō habito reſpectu, quod ſit lethale, tollēs vitā animę, quod requirebatur, vt diceretur mixti fori Nauar. num. 23.

Denique ſecundū ſuperiora, vbicūq. laicus, qui denūtiat, poteſt ius ſuū cōſequi

78 † corā iudice ſeculari, tūc nō poteſt laicū trahere ad eccleſiaſticū per denuntiationē euangelecā, ſed exceptione doloſæ denūtiationis oppoſita, excludetur, imo etiā ea non oppoſita, ſi viderit eccleſiaſticus malitioſè & ſictè illud fieri, ita Velaſcus vbi ſup. verſ. nec obſtiterit vbi benè proſequitur, idem tenet Nauarr. vbi ſupra n. 22. ibi *cuius iudicio ſe ait paratū eſſe ſtare* & ſecus.

vbi poteſt per principē diſpenſari, & diſpenſatur, contra tale ſtatutum requirens probationem inſtrumentalē, & ſic in foro ſeculari poteſt illud peccatum tolli, non habebit locum denuntiatio euangelica, vt fuit pronūtiatum, & ſecundum iſta ſecus videretur dicendum, vbi quis mutuauit, & non habet cartam de mutuo, ſed teſtes, qui in Regno non ſufficiunt ad illud probandum, nec aliquod remedium inuenitur ſecundum Molin. verſic. teſtes contra inſtrumentum Monter d. deciſ. 30. niſi dicas, quod aboleuit in caſu iſto de conſuetudine denuntiatio euāgelica vt dixi, Velaſcus d. quęſt. 7. vbi nullo modo datur ei locus, ſed tam iudici eccleſiaſtico, quam parti, obuiam itur.

80 Ad caſum autem ſententiæ † in iuſtæ, poteſt reſpōderi cum Bart. vbi ſupra, qui dicit, quod in hoc caſu nō habet locum denuntiatio euangelica cuius opinio comunis eſt ſecundū Boſſ. in tit. de via. facti, nam cum tunc præceſſerit cognitio iudicis, debet ceſſare omne aliud remedium, alias non eſſet litium finis, quod maxime attendi debet, vide Decium in cap. ſi quādo de officio de leg.

Ad caſum autem deceptionis notabilis intra dimidium iuſti precij † vix

81 reſpōdere poſſem de iure, nec foro, ex quo de foro deceptis non ſuccurritur, Molin. verſ. deceptio. & verſ. permutatio, & ibi Portol. niſi dicas, quod nec in hoc caſu ſolita eſt practicari denuntiatio euāgelica, vt ſupra dixi, tu magis circa id cogita, cū facilius ſit inuentis addere, quā inuenire: nec eſt cōſiderationis id, quod incautè dicitur, quod euacuabitur iuriſdictio Regia, nam ſaluti animarū attēdi debet, imo principes ſeculares id volunt, id poſcunt, deſiderant, vt Catholici, & Religioſiſſimi, nec ob id illa minuitur, vt optimè aduertit Nauar. vbi ſupra.

Ad caſum autē ocupationis, quam facit dominus de poteſtate abſoluta in bonis vaſſalli, licet de iure procedat

82 id, quod ſupra dixi, tamē † nūquā id practicari viſu eſt, imo potius dari inhibitionē de præciſſo cōtra eccleſiaſticū, ne de ea ſe intromitteret, vt in ſuperioribus alibi dictum eſt, poſſet eſſe ratio, quia licet Dñs occupet bona vaſſalli, potuit moueri a iqua iuſta cauſa, & ſic non eſſe in peccato, ſi tamē eſſet certum iniuſtè, & cum peccato feciſſe, forſam aliud eſſet dicendū, licet nō

83 practicetur. Ex his etiā ſequitur † quid dicendum, quando quis per 20 annos præſcripſit debitū, quo alij aſtrictus erat, nā cum talis præſcriptio cū peccato ſit, ſecundū Couar. in Regula poſſeſſor. 2 part. §. 11 num. 3, verſ. verum, cū ſequētibus Portol verb. actio nu. 3. & 4. ob id ſecundum aliquos dabitur recurſus contra huiuſmodi ſtatutum, vt per Portol. vbi ſupra. nu. 4. vbi alios allegat, imo per denuntiationē euangelicā cōpelletur præſcribens ſoluere illud debitū, vt reſoluit Gabriel tit. de præſcriptio conclu. 4. nu. 19. Portol. in foris competent. quæſt. 10. vbi habes etiā de præſcriptione ſalarij famulorum præſcripti, num illud coram eccleſiaſtico in recurſum adito, poſſit peti, nam dicit quod ſic.

SVMMA EORVM quæ in hoc § 3. continentur.

1 *Princeps ſecularis num validè prohibere poſſit, ne laici prorogent iuriſdictionē eccleſiæ ſubmiſſione, iuramento, vel alias in præiudicium ſecularis iu-*

ris iuriſdictionis ſubtiliter agitatur, & nu. 2.

3 Iuri pro ſe introducto licet quilibet poſſit renuntiare, in præiuditium tamen tertij nõ poterit.

4 Iuramenti religio ad fidem Deo præſtandam pertinet, & ideo Princeps ſecularis ſuper eo intromittere ſe non poteſt.

5 Prohibitio principis quæ contra libertatem Eccleſiaſticam tendit nulla eſt.

6 Iudices Eccleſiaſtici in primitiua Eccleſia cognoſcebant etiam de cauſis laycorum, quæ iurſdictio, remanet hodie habitu penes Eccleſiam.

7 Princeps ſecularis, & lex poteſt prohibere, ne per viam iuramenti ſubmiſſionis, vel alterius cõtractus laici prorrogent iuriſdictionem Eccleſiaſticam ſuper re profana, penam apponendo.

8 Principes ſeculares iuramenta præſtita tollere non poſſunt, impedire tamẽ præſtanda poſſunt, & numero 9.

10 Iuramenta ita demum á iure canonico obſeruantur, ſi non dolo, non vi, non clam præſtita ſint.

11 Prorrogatio iuriſdictionis Eccleſiaſticæ facta per laicos, ſubmiſſione, vel iuramento, hodiæ in hoc regno licita eſt.

12 Firma non prouidetur fiſcali, ne in vim prorrogationis iuriſdictionis, Eccleſiaſticus iudex in cauſa procedat inter laicos.

13 Argumentum de contractibus ad quaſi contractus in præiuditium tertij non procedit.

14 Iudex eccleſiaſticus in caſibus in quibus inter laycos cognoſcere poteſt, an debeat eiſdem in diſcuſſione cauſæ foros regni obſeruare, & è contra diſputatur.

15 Clericus littigans in foro ſeculari an ligetur ſtatutis ſecularibus, an vero eidem ius canonicum ſeruandum ſit, traditur, & quid in laico littigante coram eccleſiaſtico nu. 16.

17 Iura iuditij, & loci vbi cauſa agitur ſeruanda eſſe, quidam aſſerunt, quamuis contrariam alij deffendant.

18 Iuriſdictiones eccleſiaſticæ, & ſeculares diſtinctæ ſunt.

19 Ius fori, & iuditij vbi littigatur,

gatur, etiam quo ad forenſes ſeruandum eſt, in his quæ reſpiciunt littis ordinationem, & proceſſum, ſeu ordinem iuditiorum ſecus vero eſt in hijs quæ reſpiciunt littis deciſsionem nu. 20. ſi tamen naſcitur ex contractu, ſecus tamen eſt ſi reſpiciunt rem de qua littigatur vt numero. 21.

22 *Laicus littigans coram Eccleſiaſtico ligabitur ſtatutis diſponentibus, quod ſi ſatiſdatio etiam à non ſubdito nõ ſit præſtita proceſſus non teneat, vel quod intra certum tempus inſtantia pereat, & idem erit econtra ſi clericus coram ſeculari littigauerit.*

23 *Statutum reſpiciens littis deciſsionem in foro ſeculari, non ligabit clericos ibi littigantes, & è contra vigens in foro Eccleſiaſtico non ligabit laycos & ibi ratio traditur & nu. 24.*

25 *Conſuetudo quæ primogenito hereditatẽ defert, an poſsit præiudicare clerico ſecundo genito, accuratè diſputatur.*

26 *Debitum de foro non probatur per litteras, niſi per inſtrumentum, limita tamen vt num. 27. & 28.*

29 *Laici quando ligentur extra iuditium ſtatutis Eccleſiaſticorum, & ſimiliter clerici ſtatutis laycorum remiſſiuè oſtenditur.*

30 *Cõſilium ab authore in quadam cõpetentia domino Cancellario præſtitum refertur.*

31 *Layci fiunt de iuriſdictione Eccleſiæ quando res pro qua littigatur eſt, Eccleſiæ, vel alicuius clerici.*

32 *Res, dubia efficitur per negationem, vbi notorietas non adeſt.*

33 *Vim turbatiuam inducere videtur, recuſans ſoluere, vel debitum negans.*

34 *Laycus ratione ſacrilegij fit de foro Eccleſiæ.*

35 *Mennoq. de retinen. poſſ. reme. 361. & num. 362. ad propoſitum declaratur & n. 36. & 37.*

Vtrũ Princeps ſecularis prohibere poſsit ne laici prorrogent iuriſdictionem Eccleſiaſticam, & an laici quandoque efficiãtur de iuriſdictione Eccleſiaſtica, & è contra clerici de iuriſdictione ſeculari, diſputatur.

§. III.

1 DVBITARI, etiam ſolet † an princeps ſecularis validè poſsit prohibere, (ſecluſa omni conſuetudine) ne laici protogent iuriſdictionem eccleſiæ ſubmiſsione, iuramẽto, vel alias in præiudium ſecularis iuriſdictionis, quod fieri poſſe teſtantur multi, & varijs in prouincijs id factum legimus, vt in Regno Caſtellæ per legem quartam, nonam, decimam, & vndecimam Regie conſtitutionis. lib. 4. titulo primo vbi Azeuedo multa cumulans, aſſerens

2 que id fieri poſſe † in conſeruationẽ ac tutamen iuriſdictionis Regiæ ex doctrina Bart. Iaſo. Paul de Caſtr. & aliorum in l. 1. §. & poſt de oper. noui. nun. Benedict. in c. Raynuntius in verbo duas n. 247. de teſtam. Auẽdañ. de exequen. mandat 2. part. c. 27 num. 14 verſ. ſed qualiter Couar. in c. quamuis pactum 1. part. §. 3. n. 8. cum ſequent. Gutierrez in authentica ſacramenta puberum. num. 151. cum ſequen. C. ſi aduer. vendi. Octauian. deciſ. Pedemon. 78. Mandoſ. de inhibition queſt. 123. latiſsime Azeuedo vbi ſupra facit quod notat. Velaſc. de iur. emphiteo. quæſt. 7. nu. 22. & in conſultatione 99. num fin. qui relati omnes fatentur in conſeruationẽ Regie iuriſdictionis poſſe id prohiberi per principes ſeculares, non obſtante, quod quilibet iuri ſuo poteſt renuntiare, & per conſequens renuntiare proprio foro, & alterius iuriſdictionem prorrogare; quia hęc vulgaris † regula, non

3 procedit, quando inde vertitur pręiudicium iuriſdictionis ſuperioris, Octauian d. deciſ. 78. n. 13. & 17. DD. & maximè Bal. ſic diſtinguẽs in l. ſi quis in cõſcribẽdo C. de Epiſcop. & cleric. Azeued. d. l. vndecima nu. 15. Et ob id fuit petita per Procuratorẽ Fiſcalẽ quędã firma cõtra Epiſcopũ Turolen. ne ſe intromitteret, nec cognoſceret de cauſis ſecularium perſonarũ, etiã in vim iuramẽti, & ſubmiſsionis, quæ tamen fuit denegata, vt infra dicetur. Alijs contrarium aſſerentibus, ſcilicet non poſſe talem prohibitionem fieri,

4 nam cum religio † iuramenti, ad fidem deo præſtandam pertineat, nullo modo princeps ſecularis circa illud ſe intromittere poterit, imo illius cognitio eccleſiaſtico cõpetit. c. venerabilẽ de electione c. nouit de iudic. c. cum contingat de iur. iuran. Et talis prohi-

5 bitio principis ſecularis † contra libertatẽ eccleſiæ cenſetur redundare, & per cõſequẽs nullã eſſe, c. quę in eccleſiarũ, & ibi notatur de cõſtitution. & notatur in authẽtica caſſa, & irrita C. de Sacroſan. eccleſi. deinde, quia ſi verũ eſt prout diximus, quod in primi-

6 tiua eccleſia † cognoſcebant iudices eccleſiaſtici, etiã de cauſis laicorũ, & hodie etiã habitu remanet penes eccleſiam hęc iuriſdictio, videtur, quod in pręiudicium eccleſiæ hęc prohibitio nõ valeat, & per cõſequẽs, nõ obſtãte prohibitione, poſsit talis iuriſdictio prorrogari, prout hoc argumento vtitur Azeuedo vbi ſupra n. 16. Ad cõponẽdã autẽ hãc DD. diuerſitatẽ, eſt

7 tenẽdũ, ꝙ poteſt princeps ſecularis, † & lex prohibere, ne per viã iuramẽti, ſubmiſsionis, vel alterius contractus prorrogẽ laici iuriſdictionẽ eccleſiaſticã ſuper re pphana, apponẽdo pœnã cõtrariũ facietibus, & hoc per legem quæ ſub cõditione. §. ſi quis de cõditionibus inſtit. Et nihil valebũt huiuſmodi iuramẽta ſi præſtentur, ſecũdũ Abbatẽ in c. cũ contingat. n. 11. de iure iuran. & alios allegatos per Azeuedo l. 11. num. 5. nã principes ſeculares, licet

8 non † poſsint tollere iuramenta præſtita, ad quorum remiſsionem eſſet abſo-

abſolutio neceſſaria, quam ſolus Eccleſiaſticus poteſt concedere, vt per eundem n. 3. neq; remittere iuramentum illud præſtitum, Couarrub. in c. quamuis pactum 1. p. §. 3. n. 8. verſiculo ſecundum quod, bene tamen poſ-
9 ſunt † tollere iuramenta præſtanda, ſi tamen ex iuſta aliqua cauſa id fiat, ſecundum tex. elegãtem in dicta l. quæ ſub cõditione, ita Azebedo vbi ſupra à n. 2. vſq; ad num. 5. incluſiuè, & iuſta cauſa erit fraus ipſa præſumpta à lege, quod huiuſmodi iuramenta apponuntur ad fraudandã iuriſdictionẽ ſecularẽ, ſi tamen apponãtur in cõtractibus de ſe validis, & ad quorũ validitatẽ inter laicos non ſunt neceſſaria iuramẽta. Azebed. vbi ſupra quam fraudem ius canonicum non ſuſtinet, nec fieri vult, à quo ita demũ iuramẽ-
10 ta † obſeruãtur, ſi nõ dolo, nec vi, nec fraude præſtita ſint, c. cum contingat de iure iurando c. licet mulieres eo. in 6. c. quamuis pactum de pact. in 6. authentica ſacramenta puberum C. ſi aduerſus vendi. ex quibus Azebedo n. 14. verſiculo *en que ſe ſobmeta* concludit pro hac parte, & licet talis prohibitio fieri poſſit per habentem poteſtatẽ legis condendæ, tamen quia legẽ nõ habemus id prohibentẽ, hinc eſt, quod hodie licita eſt prorrogatio
11 † iuriſdictionis Eccleſiaſticæ, cũ nulla prohibitio obſtet, & ex hoc fundamento fuit denegata firma procuratori fiſcali in menſe Februarij 1601. vide in proceſſu procuratoris fiſcalis, & procuratoris generalis Turoli ſuper iuris firma, qui per eã petebant ne in vim harum prorrogationum, vi iuramenti & ſubmiſſionis factarum, poſſet iudex Eccleſiaſticus cognoſcere
12 de cauſis laicorum, & fuit † denegata talis firma, & aduerte, quod alia iuris firma eiuſdem nominis, & de eodem tempore prouiſa, fuit reuocata, Imo Azebedo vbi ſupra nu. 16. tenet, non obſtãte tali prohibitione, iuriſdictionem Eccleſiaſticam prorrogari poſſe in iuditio, & eam, & acta in vim illius ſubſecuta valere, licet pœna appoſita in prohibitione incurratur, quia
13 argumentum † de cõtractibus ad quã ſi contractus in præiudiciũ tertij non valet, ſed ſi expræſsè lex prohiberet hanc prorrogationem tam in iudicio; quam extra, tunc, (meo iuditio) idem in vtroque caſu dicendum eſſet, licet Azebedo vbi ſupra n. 3. in eam inclinet ſententiam, vt talis prohibitio nõ inficiet acta coram iudice Eccleſiaſtico, quia cum acta in extraneo iuditio, & tribunali facta ſint, non potuit lex ea irritare vide eum per te.

Pro complemento reſtat ſolum vi-
14 dere, an in caſibus, in quibus iudex † Eccleſiaſticus cognoſcit de cauſis laicorum, debeat, & teneatur ei ſeruare foros, & leges ſeculares, an verò ius canonicum, vel ius quod in ſuo foro ſeruatur? ſicut & conuerſo idem quæri poteſt, quando clerici litigant in foro ſeculari, an illis ſint ſeruanda iura ſua canonica, an ciuilia.

Et vt melius res intelligatur formemus has quæſtiones, quod ſi coram iudice ſeculari extat ſtatutum, quod ſi ſatiſdatio petita, etiam à non ſubdito, non fuerit præſtita, proceſſus non teneat; vel quod ſi cauſæ ciuiles intra viginti dies vtiles, non fuerint terminatæ, inſtantia pereat, vel quod ſolutio alicuius debiti non poſſit probari per teſtes, ſed per inſtrumentum,
15 an his ſtatutis ligetur † clericus, litigans in foro ſeculari, an vero ei ſeruanda ſint iura canonica, & ſeu illa, quæ in ſuo foro ſeruantur, & è conuerſo, ſi talia ſtatuta vigerent in foro
16 Eccleſiaſtico, † & ibi laicus litigaret, an ſimiliter his ſtatutis ligaretur, an vero ei eſſent ſeruanda iura

 ciuilia,

ciuilia, & ſui fori. & licet in hac quæ-
ſtione variè ſcriptū ſit, & variè videa-
tur ſancitum, vt apparet per Accur.
in l. 1. C. quæ ſit longa conſuetu. &
per l. an in totū. C. de ædificijs priua-
tis Innocen in c. fin. de fer. per l. 1. §.
honorarijs ff. de varijs. & extraordi-
na. cognition. per quos apparet, quod
17 debent † ſeruari iura iudicij, & loci vbi
agitur (alijs cōtrariū aſſerentibus) ſci-
licet ſtatutis patriç ligari ſubditos tā-
tum, at non ſubditos, non aſtringi l. 1.
C. de ſumma trinit. c. vt animarum
de conſtit. in 6. ſed clerici nō ſunt ſub
iecti poteſtati ſeculari, nec ſeculares
poteſtati eccleſiaſticæ, nam diſtinctæ
18 ſunt † iſtæ duæ iuriſdictiones, quia
duo genera Chriſtianorum ſunt cleri-
ci & laici, can. duo ſunt 96. diſ. & ſic
conſuetudo laicorum, etiam iuſta,
non aſtringit clericos Innocent. Ioan.
And. ſuper rub. de conſuetudi. Ho-
ſtien in tit. de conſuetudin. in ſumm.
§. fin. verſiculo ſed pone Cyn. in l.
2. C. quæ ſit longa conſuetudo DD.
in c. quæ in eccleſiarum, & c. Ec-
cleſia Sanctæ Mariæ de conſtitutio.
omiſſa tamen confuſa allegatione,
communis opinio, & vera eſt, quod
19 in his quæ reſpiciunt † litis ordina-
tionem, proceſſum, ſeu ordinem iudi-
ciorum, tunc ſeruandum ſit ius fori,
& iudicij vbi litigatur, etiam quo ad
forenſes l. 3. in fin. ff. de teſtibus l.
clericis iuncta glo. C. de Epiſcop. &
clericis ita Bart. in l. cunctos popu-
los C. de ſumma trinit. Bal. in l. 1.
quæſt 4. C. ne filius pro patre, & in
l. vnica C. de confeſſ. Caſtro in l. 2.
C. quemad. teſtam. aperiantur Hip-
polyt. alios allegans in l. fin. n. 57.
ff. de iuris. omnium iudi. Suarez in l.
poſt rem iudicatā in declarat. legis
regni queſt. 5. n. 14. & 21. Carauit.
de ritu magnæ curiæ ritu 166. n. 61.
vbi dicit, omnes ita tenere, quod ſine
dubio eſt, vt ſentit Caſtrenſis in l. 2.
n. 9. ibi, quia licet illud inſtrumentū
&c. ff. de eo quod certo loco, dicens,
quod circa modum procedendi at-
tenditur locus iudicij. quod ego ita
approbo, dummodo illud ius ſit ratio
nabile, ſi vero contendamus de his †
20 quæ reſpiciunt litis deciſionem, velu-
ti exceptiones, tunc ſeruatur ius loci
contractus, ſi naſcitur ex contractu
l. ſi fundus ff. de euiction. c. conſti-
tutis de teſtib. Cyn. in l. cunctos po-
pulos C. de ſumma trinit. & in l. 1.
C. quç ſit longa conſuetudo, Roland.
conſil 48, n. 6. in 3. & alij ſupra alle-
gati, in his vero quæ reſpiciunt rem,
21 de qua litigatur, † ſeruanda ſunt iura
loci, vbi res eſt ſita, c. Raynunt. de te-
ſtam. l. an in totū C. de ędific. priuat. de
quo ui de plenè per Decian. in tracta.
cauſa crimi. tomo primo lib. 2. c. 35.

Modo in quæſtione propoſita, in
primis duobus quæſtionibus forma-
tis ſupra, ſcilicet de præſtanda ſatiſ-
22 datione, & cauſa finienda, † ſi laicus
litigat in foro Eccleſiæ, ligabitur
illis ſtatutis ibi vigentibus circa pe-
remptionem inſtantiæ, & nullitatem
proceſſus, & idem erit è conuerſo, ſi
clericus litigat in foro ſeculari, vbi
dicta ſtatuta vigent circa proceſ-
ſum, & ordinem iudicij, ligabitur di-
ctis ſtatutis, ex eo, quia dicta ſtatuta
proceſſum, & ordinationem litis reſ-
piciunt, quia de principali, ſeu cau-
ſa in iudicium deducta nihil perit oc-
caſione illorum, quare ſubditi, &
nō ſubditi illic litigantes aſtringūtur
dictis ſtatutis. In tertia quæſtione, vbi
de probatione agitur, & ſic de his
quæ reſpiciunt litis deciſionem, ſe-
23 cus erit, † nam ſi tale ſtatutum viget
in foro ſeculari, non ligabit clericos
ibi litigantes, vel ſi è conuerſo viget
in foro eccleſiaſtico, non ligabit ibi ſe-
culares cauſas ducentes, nam ſicuti in
his

his quæ reſpiciunt litis deciſionem
attenditur ius loci contractus, vel de
licti, vel rei, ſuper qua eſt quæſtio, vt
24 ſupra, ita † & perſonæ qualitatem
reſpici oportet, cum de iure priuile-
gij perſonam tangentis agatur, ſecun
dum quod iudicari oportet, coram
quocunque iudice agatur, cap. 1. de
iure Patronat. in 6. cap. porro de pri-
uilegi, & hoc modo in pacem redu-
cuntur multa iura, & DD. quæ ſi-
bi aduerſa videntur, & eodem mo-
do deciditur quæſtio, quam mouet
Ioannes Andreas vbi ſupra, & in
regula facti culpa, & quæſtione de
primogen. cui deffertur hereditas
25 ex conſuetudine, † an hæc conſue-
tudo præiudicet clerico ſecundo ge-
nito. Nam tenendum eſt, quod ſic,
quia ante clericatum, & tempore na-
tiuitatis, dicta conſuetudine fuit a-
ſtrictus ad excluſionē ſui ipſius à ſuc-
ceſsione, vnde clericatus ſuperueniēs
non debet reſtituere ſibi, quod legi-
timo tempore, & iure fuit ademptū,
& ſic in quæſtione hac æquali iure
metiuntur clerici, & laici litigantes
reſpectiuè in alieno foro. Ex ſuperio-
26 ribus infertur, quod licet de foro † de
bitum non probetur per literas ſigil-
latas niſi per inſtrumentum publicū,
(demptis aliquibus caſibus) vt in fo-
ro vnico, vt debitum, non poſsit pro-
bari per literas ſigillatas, &c. Tamen
ſi quis per literas ſigillatas alterius
27 territorij probaret † aliquod debitū,
ibi contractum, veluti ſententiam
eſſe latam contra Titium valeret talis
probatio, & fidem faceret, quia hoc quod
eſt probari debitum per literas ſigil-
latas, vel non probari, deciſionē cau-
ſæ reſpicit & ſic debet inſpici locus cō
tractus, & ius priuilegij perſonam tā
gentis, & ſic licet in Regno literæ ſi-
gillatæ non probent debitum, id in-
telligendum eſt de literis ſigillatis Re
28 gni, non de literis † aliorum regnorū,
ſic fuit habitum pro conſtanti in pro-
* ceſſu Petri Ioannis Caſademonte, ſu-
per iuris firma in Curia Iuſtitiæ Ara-
gonum die decima Dezembris 1603.
licet ex alio capite fuerit ibi victus
Caſademonte. Extra iudicium autē,
29 quando laici, & eorum bona † ligen-
tur conſtitutionibus canonicis, &
è contra, quando clerici, & bona ec-
cleſiarum ligentur legibus, & ſta-
tutis municipalibus, & de illorum ef-
ficatia in ſpiritualibus, & ab eis de-
pendentibus, vide plenè per Anchar.
in capit. canonum ſtatuta de conſti-
tutioni extra, & in cap. vt animarum
eo in 6. dueñas regula 79. Doctores
in capit. eccleſia ſanctę Mariæ de con
ſtit. concordat cum ſupra propoſita
quæſtione. Bouadilla d. lib. 2. cap. 17.
num. 195. verſiculo *Deuen aſsi meſmo.*

Modo cū hæc ſcriberem fui acceſ-
ſitus a domino Cācellario, vt ei conſu
30 lerē in † quadam cōpetencia, quę ho-
die fuit deciſa, & licet non ſit de ma-
teria huius §. nihilominus hic inte-
rendā decreui. Ecce D. Baltaſar Xi-
menez de Gurrea miles meſnadarius
huius Regni per aliquos annos ſo-
luit ſub nomine tributi, & cenſus cer-
ta caficia tritici, monaſterio, & men
ſæ ſanctę Chriſtinę de Summo Por-
to, & cum cōpelleretur per iudicem
eccleſiaſticum ad ſolutionē illorum,
præſentauit firmam in competentiæ,
& ſic declinauit forū, fuit cōpetentia,
formata & pro parte monaſterij dice
31 batur, quod laici † fiunt de iuriſdictio
ne eccleſiæ, quādo res, pro qua agitur
eſt de eccleſia, vel clerici c. ſi clericus
laicum de foro cōpeten. vbi DD. Pro
parte vero D. Balthaſaris dicebatur,
hoc ita procedere, ſi tamen ab aperto
conſterrē eſſe eccleſię, vel clerici, licet
laicus id neget, ſecus tamen ſi id non
conſtet & laicus neget rē talē eſſe, nā

tunc ad judicem ſecularem remittendus eſt, & in ſuo foro conueniendus iuxta caput cum ſit generale de foro competenti, pro vt expræſsè id tenēt Abbas Buttio Felin. Socin. in dicto c ſi clericus laicum, & hæc eſt deciſio
32 illius textus, quia per negationem † fit res dubia, ex quo notorietas non adeſt contra negationem, & certè hęc replica multū aſtringebat, meq; multum ancipitem tenuit, nā cū non conſtitiſſet hic, illam penſionem tritici, ad minus per decem annos fuiſſe ſolutam, & ſic non conſtabat de titulo vero, nec præſumpto, non poterat dici, quod conſtabat rem eſſe Eccleſiæ, vel clerici, & priuilegium, de quo in eo textu, datur pro re Eccleſiæ, vel clerici: veruntamen poſteà conſideratumas, quod ſaltim conſtabat de quaſi poſſeſsione recipiendi illam penſionem, per quatuor, aut quinq; annos,
33 at recuſando ſoluere, † & denegando debitum, inducitur per primum vis turbatiua, per ſecundum expulſiua, & ſic datur manifeſta oppreſsio, ratione cuius, cum ſacrilegium inducat, fit lai-
34 cus † de foro Eccleſiæ, quia tunc nō requiritur vera exiſtentia qualitatis, ſed ſola dubietas ſufficit, ſecundum Abbat. & Butrij vbi ſupra, per quos ſacrilegium ſemper eſt de iuriſdictione Eccleſiæ, vnde hic non obſtāte negatione dominij, & quod res eſſet clerici in proprietate, tamen in poſſeſsione non potuit negari, ex quo extitit probatum, ideo fuit pronuntiatum in fauorem iudicis Eccleſiaſtici die primi aut ſecūda mēſis Iunij anni 1605.
35 ex allegatis latiſsimè per Menochi † de retinen. poſſeſ. remedio 3. n. 351. vbi in numero 362. in hæc prorumpit verba. *atqui hoc in caſu, & ſi allegetur dominium, attamen principaliter allegatur turbatio, quę violentiam includit, vt diximus, vnde fit, vt dominij negatio impedire non valeat hanc Eccleſiaſtici iudicis iuriſdictionem, quę ſolum hoc in caſu tendit ad reprimendam turbatoris audaciam, ne poſſeſſorem turbet, donec de iure proprietatis conſtet* (hæc illæ) cuius fundamentum, licet ego in primo ingreſſu tetigiſſem, domino Cancellario, & alijs conſiliarijs, non tamen firmabam, in eo pedem, ad materiam de qua agebatur, licet
36 † ſecus quo ad materiam tribuendi remedia poſſeſſoria pro talibus negationibus, & oppreſsionibus ſecundum Ioannem Fabrum in §. retinendæ inſtit. de interd. c. Menochi. varijs in locis, quem poſtea quā vidi allegatū per vnum ex illis
* DD. acquieui, vide in proceſſu D. Balthaſaris Ximenez de Gurrea ſuper competentia iuriſdictionis, & vide quia ſunt duo proceſſus, in quorū alio ratione prorrogationis expreſſæ fuit iudicatum, & hæc ſufficiant. Sed ad huc poſſet quis dicere, & non ma-
37 lè † Menochi. loqui quando dominij quæſtio non eſt deciſa, quo caſu poſſeſſor turbandus non eſt, at ſecus quando de dominio eſt cognitum, & remanet non probatum; quo caſu poteſt dici, rem non eſſe Eccleſiæ, & ſic deficere fundamentum iuriſdictionis illius, tu cogita. Eſt verum, quod hic vltra teſtes cōſtabat de illo iure per vnam ſententiam latam inter eaſdem partes eodem modo agendi, & ex eadem cauſa, quod cum alijs videbatur probare prætenſum ius, Aymon de antiqui 2. p. verſic. expremiſsis n. 33.

CAPVT DECIMVM.

Quibus

Quibus remedijs compellantur inhibiti parere inhibitionibus iurisfirmarum eis præſentatarum, ſiue ſeculares, ſiue Eccleſiaſtici ſint tales inhibiti.

§. I.

SVMMA EORVM quæ in hoc §. 1. Cap. 10. continentur.

1 *Firmas & inhibitiones concedere parum prodeſſet, ſi iudices inhibiti eiſdem non obedirent.*

2 *Iudicibus Eccleſiaſticis ſi inhibitionibus iurisfirmæ non obtemperauerint, occupantur temporalitates ſi eas in regno habeant, quamuis ipſi extra regnum degant, & numero. 3.*

4 *Iudices Eccleſiaſtici non obedientes inhibitionibus iuris firmæ, prius moneri ſolent â iudice inhibente mediantibus litteris monitorijs, vt ab inceptis deſiſtant, & ſi perſeuerauerint, occupãtur temporalitates.*

5 *Iudices Eccleſiaſtici domino Regi, & eius officialibus debitum honorem ſeruare tenentur, non ſolum re, & opere, ſed etiã verbis, aliâs propter inurbanitatem, & monentur, & eorum temporalitates occupantur vt num. 9.*

6 *Iudices Eccleſiaſtici in regno vrbanius, & modeſtius coercentur quam in alijs.*

7 *Clericus impediens iuriſdictionem ſecularem punitur per eundem, non in perſona ſed in bonis, cum ea totaliter ſit exempta.*

8 *Occupatio temporalitatum in regno indiſtinctè fit, reſpectu omnium bonorum, etiã fructuum Eccleſiaſticorum.*

10 *Iuſtitia Aragon. de factis ante præſentationem iuris firmæ, non ſolet ſe intromittere.*

11 *Iudex Eccleſiaſticus reuocans attentata poſt præſentationem iurisfirmę, cum proteſtatione, quod illud facit compulſus &c. non videtur ſatisfeciſſe iurisfirmæ, & ideo iterum moneri poteſt.*

12 *Sententia occupationis, item amotionis temporalitatum quomodo concipi debeat, traditur remiſsiue.*

13 *Bona iudicis non parentis iurisfirmæ, & bona conſtituentis eum iudicem, occupari ſolent*

ri ſolent, nec occupatio ceſſat propter reuocationem iudicis, & conſtitutionem alterius.

14 Pars ſolicitans iudicem eccleſiaſticum, qui non habet bona temporalia in regno, moneri ſolet quatenus ab inſtantia deſiſtat, aliâs capi ſolet donec ſatisfaciat, & numero 15.

16 Collector Apoſtolicus generalis exiſtens Valliſſoleti, ſi poſt præſentationem iurisfirmę ſibi vel ſuis ſub collectoribus factam, aliquid attentauerit, moneri ſolet ſub pęna occupationis.

17 Iudices Eccleſiaſtici excommunicare ſolent eos, qui recurſum habent ad curiam Iuſtitiæ Arago. licet reclament fiſci & num. 18. & 40.

19 Bona, res, & fructus capituli, canonicorum Eccleſiæ ciuitatis Illerdæ occupata fuere, ex eo, quod illorũ Vicarius Generalis cuidam firmæ conarauenerat, nec in regno propria bona habebat.

20 Viccarium conſtituens de illius facto tenetur, & an verum ſit diſputatur nu. 21.

22 Viccario Epiſcopi conferente beneficij indigno, Epiſcopus poteſtate conferendi non priuatur, niſi Epiſcopus id ratum habuerit, nu. 23. vel niſi Epiſcopus eſſet in culpa, vt nu. 24. & 25.

26 Epiſcopus ad excuſandum ſe de factis ſui Viccarij, nũm teneatur innocentiam probare, vel cui incumbat diſputatur.

27 Sub collector Apoſtolicus capiens procuratorem layci præſentantem firmã, etiam ſi eundem liberauerit, in expenſis ob eam cauſam factis condemnatur, et nu. 28.

29 Forma ſententiæ occupationis temporalitatuum exponitur.

30 Comiſſarius, et notarius temporalitatum iurant in manibus iudicis prouidentis, de bene et legaliter ſe habendo.

31 Temporalitates Eccleſiaſticorum non ſolum occupari ſolent quando regiam impediunt iuriſdictionem, verum, et quando non obſeruant domino Regi, et ſuis officialibus debitam reuerentiam.

32 Camera Apoſtolica de cõſuetudine generali non habet ſpolium, niſi tantum reſpectu Archiepiſcoporũ, et Epiſcoporum

coporum, & qualiter id ſit introductum & num. 33.

34 *Sedes Apoſtolica, collectores creare ſolet ad ea tantum ſpolia, quæ vſu, & conſuetudine in vno quoque loco recepta ſunt.*

35 *Collectores occupantes bona ad cameram non pertinentia, inbiberi ſolent per ſeculares mediante iurisfirma.*

36 *Collectores Apoſtolici reſpectu Abbatum, Priorū regularium, & aliorum, ſpolium non habent, quod ſi contra fecerint per iurisfirmam inbiberi poterunt, & nu. 37.*

38 *Bona Eccleſiæ vaccantis intelliguntur ea tantum, quæ ſolutis expenſis, ſalarijs famulorum, & oneribus ſuperſunt.*

39 *Gabella delegato ſoluenda, deductis oneribus, intelligenda eſt.*

41 *Laici detinentes ſpolia ideo coram ſub collectore coueniri poſſunt, quia detentatores rerum Eccleſiæ exiſtimantur.*

42 *Laici ad hoc vt prætextu bonorum ſpolij Eccleſiaſtico conueniri valeant, prius bona ad cameram ſpoliorum iure pertinere, ſumariè debet conſtare.*

43 *Cognitio qualitatis circumferentis iuriſdictionē, in hoc regno, non ad iudices contendentes pertinet, ſed ad ſolum Cancellarium idque authoritate Sedis Apoſtolicæ.*

44 *Laicus coram collectore conueniri nequit, niſi præuia ſummaria cognitione, & conſtito quod bonorum ſpolij detentator ſit, quæ cognitio ad Cancellarium pertinet, & num. 45.*

46 *Collector Apoſtolicus preſentata firma, ſuper ſedere debet, donec Cancellarius competentiam iuriſdictionis declarauerit, ſub pena fractionis iuris firmæ.*

47 *Orphinus cameræ Apoſtolicæ collector nollens foros competentiarum ſeruare, per regiam audientiam, ac Iuſtitiam Arago. mediantibus litteris ſubſidiarijs, fuit monitus, ac tandem ad inſtantiā Regis per Papam admonitus eos ſeruare, vt nu. 48.*

49 *Occupatio temporalitatum thedialis cum ſit, reuocatur poſtquam iudex Eccleſiaſticus integrè ſatisfecerit.*

Sed

§. I.

SED quia parum prodeſſet
has firmas, &
inhibitiones cō-
1 cedi † ſi iudices
inhibiti non pa-
rerent, & eas
nō obſeruarēt, ideo de illarum obſer-
uantia aliqua dicenda ſunt contra
non obedientes inhibitos, ſiue Eccle-
ſiaſtici ſint, ſiue ſeculares, illi qui con
traueniunt, & non obediunt eis, & ſic
non ſolum in firmis competētiæ, quæ
contra Eccleſiaſticos dantur, ſed etiā
& in alijs firmis caſualibus, & com-
munibus, quæ contra iudices laicos
expediri ſolent, & primo circa firmas
competentiæ, quæ Eccleſiaſticis pre-
ſentantur immorandum eſt, contra
2 quos ſi ſimiles inhibitiones, † & fir-
mas negligunt, cum in perſona puni-
ri non poſsint per iudices ſeculares,
occupantur tamen eorum tempora-
litates, de tempore immemoriali, &
ſic compelluntur obedire, non præ-
ciſsè, ſed cauſatiuè, & ante omnia eſt
aduertendum, quod aliquando iſti iu
dices Eccleſiaſtici ſunt, & degunt in
regno, aliquādo vero extra regnum,
& in hoc caſu, ſi habent temporalita-
tes in regno, parum, aut nihil diffe-
runt à iudicibus Eccleſiaſticis regni-
colis, nam ſimiliter occupātur eorum
temporalitates ſi non obediunt, &
propter hanc rationem nominantur
in firmis, & inhibitionibus huiuſmo-
di competentiæ. Epiſcopi Dertuſeñ.
Illerdeñ. & Segorbieñ. quia cum
habeant temporalitates in regno, ſi
forſam non obediunt firmæ, nolendo
competentiam formare, vel aliter cō-
tra firmam faciendo, occupantur eo-
3 rum tēporalitates, quæ ſunt † in reg-
no perinde, ac ſi ipſi eſſent regnicolæ,
aliquando tamen iſti Eccleſiaſtici ex-
teri, non habēt temporalitates in reg-
no, quales ſunt cōſeruatores regnico-
larum, qui vigore ſuarum conſeruа-
toriarum, ſolent regnicolas vexare
contra rationem, & tunc cum nō ha-
beant temporalitates, quæ occupen-
tur, alio modo eſt agendum pro vt
ſupra declaraui latius, capite 5. §. 1.
circa finem vbi recurre, iam igitur,
vbicumque iudices Eccleſiaſtici, qui-
bus iſtæ firmæ competentiæ præſen-
tatæ ſunt, non obediunt eis, ſiue fran-
gendo firmas, ſiue attentando contra
thenorem illarum, & contra foros, vl-
terius in cauſa procedēdo, ſolent per
judicem ſecularem, qui prouiſit iuris
4 firmā, vel alium, ad quē pertineat, †
moneri iterum, & bis, mediantibus
litteris monitorijs, vt deſiſtant ab in-
ceptis, & reuocent geſta, imo quocū-
que caſu, in quo turbānt iuriſdictionē
regiam, licet firma preſentata nō ſit,
monentur, vt deſiſtant, & hæc appel-
lantur litteræ monitoriæ, & ſi ſic mo-
niti non paruerint, occupantur eorū
temporalitates, & non ſolum in hoc
caſu, verum in quocumque alio caſu,
in quo aliquid attentant cōtra iuriſ-
dictionem regiam, & ſeu domino Re
5 gi, & eius officialibus † non ſeruant
debitum honorem, non ſolum re, &
opere, verum, & verbis, veluti fran-
gendo apprehenſiones, manifeſtatio-
nes, vel aliter offendendo iuriſdictio-
ctionem regiam, vt in caſu, quem re-
fert Portol. in verbo occupatio n. 42.
per tot. vel inurbanè loquendo, vt
infra dicetur, in his omnibus caſibus
occupantur eorū temporalitates, quia
cum non poſsint mulctari in perſo-
na, fit mulcta in bonis eorum (quales
ſunt fructus temporales) vrbanius, &
6 † modeſtius, quam in alijs regnis fiat.
vbi ſeuerius coercentur, vt refert

Azebedo

Azeuedo in Regias conſtitutiones
libro. 4. titulo primo l. 31. numer. 3.
cum ſequent. Couarrub. practica quę
ſtio. capit. 35. numer. 3. ibi, *Aduerſus*
vero clericos, & eccleſiaſticos iudices,
illa eſt frequentiſsima pœna commina-
tio; quę fit ad amiſsionem rerum tem-
poralium, quas obtinent in his Regnis,
& deinde, quod cenſebuntur extranei
ab eiſdem, per quę verba aparet, quod
ſeuerius ibi coercentur, ita Auiles
in capitibus prætorum capit. 20. in
verbo vſurpan. numer. 9. vbi clericus
7 † impediens iuriſdictionem ſecula-
rem, punitur a iudice ſeculari in bo-
nis, non in perſona: cum totaliter
perſonæ ſint exemptę, & in capit. 1.
verſiculo iuriſdictioni numer. 4. dicit,
quod ſi clerici aliquid atentat in prę
iuditium temporalis iuriſdictionis,
coercentur per iudicem ſecularem,
& executio huius mulctę non fit con-
tra perſonam, ſed contra bona tem-
poralia, Bouadilla in politica libro. 2.
cap. 19. num. 31. cum ſequent. idem
deffendit, & capit. 13. num. 62. & li-
cet illi aliquam diminutionem faciant
reſpectu bonorum a quibus debet
8 fieri mulcta, in Regno † tamen in di-
ſtincte occupantur omnia bona illo-
rum, etiam eccleſiaſtica, reſpectu fru-
ctuum, & id non ſolum fit, & debet
fieri ad inſtantiam fiſci, ſed etiam par-
tis intereſſatę, ſecundum Portol. in
verbo ocupatio. numer. fin. ſeu 42.
& ſic dum ego Locumtenens Iuſti-
tiæ Aragonum eſſem, vidi multoties
fieri, imo vidi concedi monitoria con-
tra iudices eccleſiaſticos, eo ſolum,
quod dum reſponderent literis inhi-
bitorijs iudicis ſecularis, reſponde-
bant minus vrbane, & non cum de-
9 bito honore, † & ſi non reuocauiſ-
ſent illam inurbanitatem, ſine dubio
fuiſſent occupatæ temporalitates il-
lorum, & ita in proceſſu Dominici
Creſpo Alguazirij Regij ſuper iuris-
firma menſe Februarij 604. cum di-
ctus Alguazirius captos detenuiſſet
quoſdam in rixa deprehenſos ſchola
res, & eos ad officialem eccleſiaſticũ
duxiſſet, quia dicebant ſe eſſe cleri-
cos, officialis excommunicauit Al-
guazirium, qui preſentauit ei iurisfir
mam, & inhibitionem, qua non obſtã
te, eccleſiaſticus fecit eum publicare
pro excomunicato, fuit monitus per
Iuſtitiam Aragonum, quatenus de-
ſiſteret ab attentatis, ante, & poſt
firmam, eſt verum, quod de factis
ante præſentatam firmam, nolebat
10 ſe intromittere † Iuſtitia Arago-
num, quia nulla efficiebat ante præſen
tatam firma iniuria, ſed dicebat, quod
dominus Rex concederet monito-
rium, quia ad eum ſpectabat, ſed tan
dem quo ad omnia conceſsit moni-
torium Iuſtitiæ Aragonum, & eccle-
ſiaſticus reuocauit, ſed quia prote-
11 ſtabatur † eccleſiaſticus in ſuis literis,
quod talem reuocationem faciebat,
compulſus per Iuſtititiam Aragonũ,
& per violentiam, metu occupationis
temporalitatum, ideo fuit dictum
non obediſſe, & teneri ad obedien-
dum, quia verbis etiam fit iniuria do
mino Regi, & non ſeruatur debitus
honor ſecundum Molin. in verbo oc-
cupatio, & ſic poſtea reuocauit eccle-
ſiaſticus omnia ſimpliciter, ſine dictis
proteſtationibus.

Et ita ſecundum ſuperiora, ad
praxim deueniẽdo, Nota, quod ſi prę-
ſentatur per laycum iurisfirma com-
petentiæ cum nominatione Abitri,
iudici eccleſiaſtico, vel cuicumque de-
legato, & conſeruatori Apoſtolico,
& ipſe (eo non obſtante) procedit ad
vlteriora, occupantur eius tempora-
litates per Locumtenentem Iuſtitiæ
Aragonum relatorem fiſcalis, ſi ta-

men fiſcus id petat, & quomodo de-
12 beat concipi † ſententia occupatio-
nis, & etiam amotio, & ſublatio occu-
* pationis, vide in proceſſu Procurato-
ris fiſcalis contra Martinum de Luna
doctorem, ſubconſeruatorem Apo-
ſtolicum, ſuper occupatione tempo-
* ralitatum anno 1595. & in proceſſu
Procuratoris fiſcalis contra Ioannem
Arbas Comẽdatorẽ Mercedis Oſce,
& ſubcõſeruatorem Apoſtolicũ quia
contra tenorem firmæ excommunica-
uerat quoſdam de Bolea, eodem an-
no de menſe Octobris, & tunc credo,
quod fuerunt occupata bona ip-
ſius Comendatoris, & etiam bona
conuentus, & domus Mercedis, quia
ſuficit monere eum, & ſi non pareat,
13 occupantur ſua bona, † & conſtituen-
tis eum in Comendatorem, veluti
conuentus, ſine nouo monitorio con-
tra conſtituentem, vide infra verſicu-
lo & not. quod die prima Auguſti,
quinimo fratres depoſuerunt Comen-
datorem, & alium nominarunt, &
non ideo ceſſarunt temporalitates,
nam aliàs eludi poſſet regia iuriſdi-
ctio, & nota, quod ſi ille iudex Ec-
cleſiaſticus, (cuius temporalitates
ſunt occupandæ, ex eo, quia non obe-
dit firmæ, & inhibitioni) latitat, vel
eſt in alio regno, & non habet bona
temporalia, & ſic non poteſt ſequi
14 occupatio temporalitatum, † tunc ſo-
let intimari parti inſtanti, ſeu que in-
ſtat, & ſolicitat dictum iudicem Ec-
cleſiaſticum, quatenus deſiſtat ab in-
ſtantia, & quod conſentiat, & faciat
vt Eccleſiaſticus taceat, & reuocet
omnia geſta, & facta ab eo poſt pre-
ſentatam firmam, quod ſi nõ fecerit,
capietur, & mancipabitur carceri, do-
15 nec † ſatisfaciat precepto, ſic fuit pra-
cticatum, me exiſtente Locumtenen-
* te, anno 1595. vide in proceſſu Iura-
torum loci de Laguarte ſuper iuris-
* firma, & in proceſſu Iuratorum con-
* ſilij loci de Cieſo ſuper iurisfirma
menſe Iulij 1597. vbi ex quo conſer-
uator, qui erat Prior Sancti Auguſti-
ni ciuitatis Illerdæ, ſe occultabat, &
non poterat contra eum procedi, fuit
intimatum parti, & ipſa ſatisfecit.

Et plus nota, quod ſi collector
16 Generalis † exiſtens Madriti, ſi poſt
firmam preſentatam ei, vel ſuis ſub-
collectoribus in regno, aliquid facit
contra firmam, ſolet moneri vt deſi-
ſtat ſub pena occupationis tempora-
litatum, & ipſe ſtatim obedit, & re-
uocat geſta ab eo poſt preſentatam
firmam, quod ſi non facit occupan-
* tur ei temporalitates, vide in proceſſu
executorum teſtamenti don Andreę
de Bouadilla Archiepiſcopi Cæſar-
auguſtani, ſuper executione anno
1592. vide in ſcriuania Ioannis Eſcar-
tin, vbi litteræ huiuſmodi fuerunt cõ-
ceſſæ in regia audientia, & in proceſ-
* ſu Thomæ Clerirauet ſuper iurisfir-
ma anno 1595. me exiſtente relatore
in curia Iuſtitiæ Aragonum.

Vidi tamen aliquando, quod iu-
17 dices † Eccleſiaſtici ſolent excomu-
nicare, vel alijs pœnis punire ſubdi-
tos ſuos, ex eo ſolum, quod habue-
runt recurſum pro obtinenda iuris-
firma ad iudices ſeculares, damnan-
tes talem recurſum, & reputantes
eum pro iniquo, & ex hoc ſolo ſo-
lent eos priuare ſuis beneficijs, & pre-
bendis, declarando eos incidiſſe in cen
ſuras Bullæ Cenæ Domini, & etiam
fiſcum regium de his reclamantem,
ſeu querellantem, vt videre poteris in
duobus proceſſibus intitulatis, ſub
18 hac forma † proceſſus Procuratoris
* fiſcalis ſuper obtinendo monitorio

in.

in curia Iuſtitiæ Aragonum, in ſcriuania Hieronymi Garate, quæ dicitur *Lofiſcal* in menſe Septembris anni 1597. vbi fuerunt expedita certa monitoria, de quibus ibi, & vide
* etiam in proceſſu Prioris monachorum conuentus Sancti Auguſtini ſuper iurisfirma eodem tempore, vbi idem videbis, credo quod fuit prouiſa hæc firma, 27. Auguſti. 1597.

Et nota quod die primo Auguſti
19 1598. fuit mandatum occupari † bona, res, & fructus capituli Canonicorum Eccleſiæ ciuitatis Illerdæ, ex eo, quia illorum Vicarius Generalis contrauenerat cuidam firmæ, ei per quendam regnicolam preſentatæ, & quia ipſe Vicarius non habebat bona in regno, fuerunt occupata bona canonicorum capituli, (poſtquam Vicarius fuit monitus,) & noluit deſiſtere per c. cum omnes, vbi Felin. numero 32. de conſtitu. Rotæ deciſ. in c. 1. de officio Vi-
20 carij in antiquioribus: † quia cum ipſi habeant poſitum illum Vicarium, tenentur de illius facto, aliàs de facili poſſent eludere iurisdictionem regiam, ponendo Vicarium, qui non habeat bona, ſaltim in regno.

Hic fuit orta poſtea magna que-
21 ſtio, an per delictum † officialis poſsint occupari bona capituli conſtituentis, ſeu Epiſcopi conſtituentis, in qua re dic de iure, quod non poſſunt occupari bona conſtituentis, ſecundum Rebuff. in praxi benefi. de forma Vicariatus Archiepiſcopis &c. à numero 139. cum ſe-
22 quentibus, vbi ſi Vicarius † confert beneficium indigno, non priuatur Epiſcopus poteſtate conferendi, licet ſic Vicarius, cuius dolus non debet imputari Epiſcopo, qui non eſt in culpa, nec debet alterius odio grauari, niſi Epiſcopus ratum
23 † habuiſſet factum Vicarij, quo caſu rati habitio mandato comparatur, & retrotrahitur, vel ſi Epiſcopus dediſſet poteſtatem Vicario, tale quid faciendi, nam tunc ipſe Epiſcopus cenſetur facere, cuius mandato fit, aliàs non tenetur conſtituens, idem Rebuff. vbi ſupra numero 189. vbi dicit, quod quando Epiſcopus in aliqua non poteſt deprehendi culpa, vt pote, quia communi opinione omnium, bonum elegit officialem, ſed in officio corruptus fuit, vt accidere poſſet, & ignorante Epiſcopo; tunc Epiſcopus non tenetur, argumento hoſpitis habentis ſic ſeruum, vt non teneatur, ſi delinqueret in caupona, l. fin. §. ſeruorum. ff. nautæ cauponæ &c. allegat Rebuff. alios DD. & licet contrarium videantur ſentire domini de Rota de offic. Vicarij deciſ. 6. in nouis, & prima in antiquioribus, ſunt tamen intel-
24 ligendi, † quando Epiſcopus eſſet in aliqua culpa, nam tunc tenetur ad reſtitutionem damnorum iniuſtè datorum, per officiales ſuos, vel Vicarios, argumento l. 1. ff. de publi. nam imputetur ei, qui malorum opera vtitur, l. ex maleficijs in fin. ff. de act. & oblig. & imputetur ei, qui talem eligit, ſic declarat Rebuff. vbi ſupra, conciliando DD. numero 188. 189. & ita dici ſolet, quod ſi conſtituens eſt in culpa, tenetur pro officialibus à ſe nominatis, pulchrè Aufles in capiti. prætο. capite. 4.

glo. *ſea obligado a dar cuenta por ellos*, vbi limita ſi ab eo non eliguntur officiales, quod ſentiunt deciſ. Rotæ prima in antiquioribus, vbi dicit, quod tenetur Epiſcopus de factis Vicariorum, & officialium, preſertim ſi potuit eos † prohibere, & nō prohibuit, quia non caret ſcrupulo ſocietatis o-
25 cultæ, qui facinori manifeſto obuiare deſijt, vel ſi poſt quam ſciuit, non corripuit, cum tunc conſcius videatur, vel ſi ab initio fuit conſcius tacite, vel expreſſè, idem deciſsione 6. in nouis, vbi dicit, quod tenetur Epiſcopus, niſi quam ſcito ſciuerit, purgauerit eius delictum. Solum poteſt dubitari † an Epiſcopus ad ſe
26 excuſſandum, teneatur docere de ſua innocentia, qua non oſtenſa teneatur, an vero eo ipſo, quo non probatur eius culpa ſit regula pro eo, quod non teneatur, vel alio modo cui incumbat onus probandi culpam, vel innocentiam, ego credo ſecundum ſuperiora, quod interim quod non probatur culpa contra Epiſcopum, non teneatur, & ſic dum non arguitur aliqua illius culpa, non teneatur, & hoc volunt dictæ deciſ. quæ ſolum obligant eum ad culpam, quando ſciens non purgauerit, quaſi velint, quod ſi ignoret ad nihil teneatur, ſecurius tamen erit in tali caſu, quod Epiſcopus doceat de innocentia ſua, & ignorantia, & hoc videtur æquum.

Sub collector Cameræ Apoſtolicæ nomine Ioān. Marco Archidiaconus Cęſarauguſtæ, cum feciſſet mādatum contra certos laicos, vt reſtituerent certa bona Cameræ Apoſtolicæ, illi preſentauerunt ei firmam comunem, quę dicitur bolandera, cum nomina-
27 tione Arbitri, † tunc ſub collector cœpit captum Procuratorem præſentātem firmam, & eō capto, illi laici preſentauerunt ei collectori monitorium vt reuocaret attentata, & liberaret laycum à carcere, & collector incontinenti reuocauit, & liberauit, & mandauit intimari liberationem carcerario, ad finem vt liberaret captum à carcere, & poſtea comparuit quidam Procurat. ſub colectoris coram Locumtenente Iuſtitiæ Aragonum, & fecit fidem de paritione, & obedientia, quo facto Procurator firmantium † Petijt condem-
28 nari ſubcollectorem in expenſis factis pretextu contrauentionis iurisfirmæ, & captionis ſupradicti Procuratoris, & dominus Locumtenens cōdemnauit, vt fuit reſolutū ſupra. c. 9. & c 8. §. 3. nu. 96. vide in proceſſu Ioannis Garcia Romeo, & aliorum ſuper iurisfirma oblata. 12. madij anno 1590.

Forma ſententiæ occupationis temporalitatum hæc eſt.

ATTENTIS CONTEN-
29 *tis Pronuntiamus, † & miniſtrata nobis informatione, mandamus per officiales regios, ad quos pertinet procedi ad ocupationem temporalitatum, & omnium quorumcunque fructuum, redditnum, emolumentorum, rerum, & bonorum mobilium, & ſedentium, dictorum, P. & T. vbicūque intra preſens Regnum Aragonum reperiantur, et ſub debito inuentario poni, et ſcribi, et ea ſic occupata detineri penes huiuſmodi Curiam ad fines, et effectus, in dicto appellitu contentos, et donec aliud per nos fuerit prouiſſum, et cum his nominamus in commiſſarium ad prædicta Andream. T. et in eius notarium, P. confidentes de eorum induſtria, et ſuffi-*

ſufficiencia: qui poſtea ſolent † iura-
re in manibus iudicis prouidentis, de
bene ſe habendo in ſua commiſsione,
& in hunc modum multas vidi fieri
occupationes temporalitatum, exi-
ſtens Locumtenens Iuſtitię Aragonũ,
per duodecim annos, quibus in ea Cu-
ria ius litigantibus reddidi, & non ſo-
lum contra eccleſiaſticos ſic proceditur,
quando impediunt iuriſdictio-
nem Regiam, ſed etiam quando non
obſeruāt Regi & iudicibus ſecularibus
debitum honorem, vel aliquid aliud
in contemptum illorum faciunt, &
in alijs caſibus relatis per Bouadill.
dicto, cap. 18. per tot. vbi vide, inter
quos præcipuus ille eſt, & multum
in Regno frequentatus, quando col-
lectores, & ſubcollectores Cameræ
Apoſtolicæ, ſub colore, & occaſio-
ne ſpolij faciunt occupationes con-
tra perſonas in rebus, ac temporibus,
quorum reſpectu prohibentur, nul-
lamque iuriſdictionem habent, velu-
ti ſi non obſeruent debitos limites
ſpolij, tam de iure: quam de conſue-
tudine, & particularibus conſtitutio-
nibus papalibus conſtitutos. Quare
32 † cum de conſuetudine generali to-
tius Hiſpaniæ ſit a notorio, quod
Camera Apoſtolica ſpolium non ha-
bet, niſi tantum reſpectu Archiepiſ-
coporum, & Epiſcoporum, quod
non fuit introductum, vt aliqui pu-
tant ex facultate teſtandi, quam ha-
beant alij, præter Epiſcopos, & Ar-
chiepiſcopos, cum neque iſtis tali-
bus, ab inteſtato ſuccedat Camera
Apoſtolica, ſed potius id fuit intro-
33 ductum † ex ſola conſuetudine, quia
placuit ſemper Sedi Apoſtolicæ, vt
collectores generales non ſe intromit-
terent in Hiſpania, niſi tantum de
ſpolijs Archiepiſcoporum, & epiſco-
porum, & non aliorum, cuius con-
ſuetu-

ſuetudinis meminit Nauarro in co-
mentarijs de ſpolijs, & alijs, quam
conſuetudinem Carolus Imperator
quintus, ac Phillippus ſecundus ad
vnguem cuſtodiri mandarunt, in quo-
rum conſequentiam, & vt collecto-
res ſpolij non innouent nouis, &
inuſitatis prætenſionibus, ſolet ſan-
34 cta † Sedes Apoſtolica creare, & de-
putare collectores ad ea tantum ſpo-
lia, quæ vſu, & conſuetudine in vno
quo que loco recepta ſunt, vt vide-
re licet per extrauagantes Pauli I I I.
Iulij I I I. Pauli I I I I. Pij V. Gre-
gorij X I I I. & per Molinam de iu-
ſti, & iure lib. 2. diſput. 147. Na-
uar. vbi ſupra, vnde fit, quod quo-
35 ties cumque † collectores occupant
aliqua bona, non pertinentia ad Ca-
merā Apoſtolicam ſolent eis preſenta-
ri iuris firmæ per illos ſeculares, quo-
rum bona occupantur, vt deſiſtant à
talibus occupationibus, quod ſi non
fecerint, monentur, & ſi iterum mo-
niti non paruerint, occupantur eo-
rum temporalitates, vt ſupra vidiſti,
& ego multoties eas occupationes tē-
poralitatum vidi fieri, & hac ratio-
ne multæ occupationes collectorum
fuerunt renocatæ. Cuiuſmodi fuit
* occupatio bonorum Martini Prioris
* de Pilari, & alterius Theſaurarij me-
tropolitanæ Sedis, & alterius Prio-
* ris de ſanta Chriſtina, ex quo conſe-
36 quitur, quod reſpectu Abbatum, †
Priorum regularium, etiam haben-
tium menſam ſeparatam, quales ſunt
ſancti Ioanis de Pina, ſancti Victo-
riani, ſanctæ Chriſtinæ, de Roda,
& la O, non habent collectores ſpo-
lium, quod ſi contrarium attenta-
uerint, non benè facient, & mone-
buntur, vt deſiſtant, alias occupa-
buntur illorum temporalitates, & cir-
ca hoc caput videbis apud Nauar-

rum, reſpectu quarum rerum, perſonarum, & quibus temporibus habeant locum ſpolia cameræ Apoſtolicæ, & ſi quid iniuſtè fiat per collectores contra laicos, præſentabitur
37 † eis firma, & inhibitio cum nominatione arbitri, declinando illorum iuriſdictionem, & ſi non obſtante firma proceſſerint collectores, occupabuntur illorum temporalitates ex ratione infra dicenda, id ſemper memoria retine, ad ſpolium, quod concedit Sedes Apoſtolica ſuper bonis clericorum, id quod vltra alios tradit Tiraquel. de retractu lignager §. 15. glo. 1. numero 7. ſcilicet, quod ſi cui ex priuilegio, vel con-
38 ſuetudine competant bona † Eccleſiæ vaccantis, debet id intelligi de his tantum bonis quæ ſolutis expenſis, & ſalarijs famulorum, atque oneribus ſuperſunt, per tex. in c. præſenti §. porro de officio ordinarij in 6. ex quo inferunt appellatione fructuum Eccleſiæ, intelligi deductis expenſis miniſtrorum, & onerum, vnde gabella ex lega-
39 to ſoluenda, † intelligenda eſt de eo, quod ſupereſt deductis oneribus, Bald. Angel. Caſtro, & alij in l. non amplius de legat. 1. latius cum multis exornat Tiraquel. vbi ſupra, quare caueant collectores nedum omnia hæc bona ſibi arrogant, & aſſumunt (vltra quod Deum habebunt vltorem) incidant in manus iudicum temporalium occupatium temporalitates illorum, imo collectores colligentes ſpolia, non poſſunt vocare ad ſe laicos, ſed debent eos conuenire coram iudicibus Regijs ſecundum Garciam de nobilit. glo. 9. in fin. verſ. ex his patet &c. ex eo, quia ſecundum eum, exercitium huius gladij eſt apud Regem, vt diximus ſupra, ſed hoc declara, vt per DD. in c. ſi clericus laicum de foro comp. & nos latè ſupra c. 9. §. 1. in principio & non ſolù hac via proceditur contra Eccleſiaſticos fractores iuris firmarum, & quocumque modo turbantes regiam iuriſdictionem, ſed etiam, & alio
40 modo † nam quandoque iſti collectores ſolent occaſione, & colore ſpolij citare laicos, qui bona aliqua occupant defunctorum Archiepiſcoporum, vel Epiſcoporum, & non obſtante, quod iſti comparendo præſentent inhibitionem iuris firmæ, procedunt ad excommunicandum eos, competentiam iuriſdictionis non formando, pro vt tenentur de foro, & ſic in modo procedendi contra foros, & leges Regni, & indulta Sedis Apoſtolicæ, & intentionem Romani Pontificis, vexant, & affligunt regnicolas, cenſuris, quæ per viros alioqui Catholicos, & timoratæ conſcientiæ timendæ ſunt, quod totum, vt appareat quam iniuſtè fiat ſubijcio ſequentia, Primo quod
41 laici detinentes ſpolia † ideo compelli poſſunt ad reſtitutionem bonorum coram collectore, quia iſta bona ſunt Eccleſiæ, vnde tamquam detentatores bonorum Eccleſiaſticorum, coram iudice Eccleſiaſtico conueniri poſſunt, ex quo fit, quod ſi laicus conueniatur coram collectore, tamquam detentator bonorum ſpolij, non poterit trahi ad iuditium Eccleſiaſticum, niſi con-
42 ſtito † prius ſummariè, quod bona petita ſpoliorum iure, & tamquam acquiſita ex redditibus Eccleſiæ, ad cameram pertineant, qualitatem hanc, quod bona ſint ſpolij, negante laico conuento c. ſi clericus laicum

laicum vbi Abb. Butrio Socin. & alij de foro competenti, cuius textus deciſio clariſſima eſt, Barbati. conſil. 50. vol. 1. Menno. conſil. 322. numero 14. facit receptiſſima Barto. doctrina, in l. præſcriptione C. ſi contra ius, vel vtilitatem publi.

Secundo conſidero, quod in Regno Aragonū iuxta foros competentiarum confirmatos authoritate ſanctæ Sedis Apoſtolicæ, vt eſt notorium, & ſupra dixi, cognitio iſta ſum-
43 maria competentiæ, † ſeu qualitatis circumferentis iuriſdictionem Eccleſiaſticam, nec ad ſolum Regem ſpectat, neque ad iudicem Eccleſiaſticum, ſiue delegatum, ſiue ordinarium quacumque authoritate fungentem, ſed Cancellario competentiarum; iudici medio, ex authoritate Sedis Apoſtolicæ cognitio iſta attributa eſt, ſecundum quas concluſiones reſultat hæc conſequentia maniſeſtiſſima, contra ordinem procedendi, quem collectores obſeruant: lai-
44 cus non poteſt † conueniri coram collectore, niſi præuia ſummaria cognitione, & declaratione, quod ſit detentator bonorum ad cameram Apoſtolicam pertinentium, ex quo laicus id negat, ſed declaratio huius competentiæ, & hæc præuia cognitio pertinet ad Cancellarium ex gratia Apoſtolica, cum Sereniſſimis Regibus Aragonum, & cum Sede Apoſtolica concordata, ergo non poterunt conueniri, niſi præuia
45 declaratione † Cancellarij competentiarum, & cum per præſentationem firmæ nihil aliud per laicum prætendatur coram collectore, quam declinare eius iuriſdictionem, negando rem pertinere ad ſpolium, & ſic qualitatem circumferentem iuriſdictionem Eccleſiaſticam, & iſte eſt finis iurisfirmæ competentię, in qua arbiter nominatur, certè inde
46 fit, vt collector debeat † ſuperſedere, donec Cancellarius competentiam, & contentionem iuriſdictionis declaret, quod ſi non facit, frangit inhibitionem iurisfirmæ, violat, & deſtruit foros competentiarum, approbatos à Sede Apoſtolica, & modum procedendi in eis ſtatutum circa ſimiles contentiones iuriſdictionum impedit, imo & vſurpat regiam iuriſdictionem, & præheminentias regias, publicam reipublicæ quietem perturbat, quibus in caſibus certiſſimum eſt, iudicem Eccleſiaſticum eſſe coercendum per laicum, vt in ſuperioribus vidiſti, & vt latius apparet per Bouadillam vbi ſupra c. 18. numero 60. 62. 84. 110. cum alijs per eum ibi adductis, & memor ſum de meo tempore, quod cum dominus Orphinus collector
47 † Cameræ Apoſtolicæ, nollet hos foros competentiarum, & dictas inhibitiones ſeruare, imo tranſgrediendo hos iuridicos, & aſſuetos modos, aliqua innouaret, ob idque fuiſſet monitus per regiam audientiam, & Iuſtitiam Aragonum huius regni, inſtante fiſco, & mediantibus litteris monitorijs in ſubſidium directis, ordinario Caſtellæ, vbi tunc dominus Orphinus degebat, & vltra hęc, ſicuti ſcriptū reperij, & notatū per Marti. Mirauete Aduocatum fiſcalem & poſt monachum effectum, dominus noſter Rex Philippus Secundus hęc per ſuas litteras notificaſſet Romano Pontifici, idem ipſe Clemens VIII. mandauit Orphino, vt hos iuridicos, & aprobatos tra-
48 mites non turbaret, † quo poſteà ab

Hiſpania recedente, ſucceſſor eius D. Gayetanus omnia compoſuit ſua uitet, & cum maxima huius regni ſatisfactione, & iſte modus obſeruatur contra Eccleſiaſticos, qui firmas ſibi præſentatas cum nominatione arbitri non obſeruant, nam occupantur eorum temporalitates, & occupatæ detinentur penes iudicem laicum; quouſque obediat Eccleſia-
49 ſticus, quia occupatio † iſta thedialis eſt, & poſtquam ſatisfecerit Eccleſiaſticus monitorio, & firmæ, & reuocauerit geſta contra firmam præſentatam, & expenſas in occupatione factas ſoluerit, tollitur occupatio temporalitatum, & reſtituuntur ſibi bona; pro expenſis autem ſolent dari tam notario, quam commiſſario, vnicuique duæ libre pro quolibet die, & hæc de Eccleſiaſticis ſufficiant.

§. 2. Caput 10.

Fractores inhibitionum iurisfirmarum, quibus caſibus, & pœnis teneatur, & in quibus caſibus a fractione eiuſdem excuſentur, accuratè diſputatur.

SVMMA EORVM quæ in hoc §. 2. Cap. 10. continentur.

1 *Fractores iurisfirmarum, & inhibitionum, de foro criminaliter accuſari poſſunt, & nu. 3.*

2 *Inhibitiones iurisfirmæ ab omni fractione tutandæ ſunt.*

4 *Penæ frangentium iurisfirmas, quæ ſint exponitur, & eas arbitrarias eſſe aliqui contendunt, & n. 5. ſed autor contrarium tenet n. 6. & 9. quamuis praxis contrarium ſeruet n. 10.*

7 *Fractores inhibitionum, eodem modo, quo officiales delinquentes in ſuis officijs puniuntur, puniri debent.*

8 *Penæ officialium delinquentium grauiſſime ſunt.*

11 *Delictum fractionis iurisfirmæ grauiſſimum eſt, & vt tale puniendum.*

12 *Inhibitio ſiue iuſta ſiue iniuſta ſit in dubio ſemper timenda, & obtemporanda eſt.*

13 *Præceptis ſuperioris, non obediens, in dolo eſſe præſumitur.*

14 *Fractores inhibitionum eodem modo puniuntur quo fractores ſaluæ guardiæ.*

15 *Cauſam iuſtam non obediendi habens, ſuperiorem adire debet, & coram eo de iure ſuo docere.*

Obe-

16 *Obedientia ſuperioribus debita, à iure naturali deberi exiſtimatur.*

17 *Fractores iurisfirmæ non puniuntur in caſibus in firma non ſpecificatis.*

18 *Caſum, de quo agitur in allegata fractione, vbi deprœhendi poteſt non eſſe compræhenſum inhibitione, tunc is vt fractor iuris firmæ in illo caſu puniendus non eſt, & numero 19.*

20 *Fractores inhibitionis quoties iuſtam habent cauſam excuſationis à dolo, & malitia, à pena leberandi ſunt.*

21 *Actus palam, & publicè geſtus à dolo excuſat, etiam ſi in iure erratum ſit.*

22 *Faciens quod ſibi licere credit, puniendus non eſt.*

23 *Ædificare in ſuo in celum vſque quilibet facere poteſt, etiam ſi vicini lumina obſcurentur, ſi tamen ad emulationem non faciat, vt numero 24.*

25 *Cauſa quælibet nedum iuſta, & legitima, ſed & fatua, & beſtialis ſufficit ad excuſandum aliquem à dolo, non tamen à culpa, vt numero 31.*

26 *Fractores inhibitionum, ignorantia iuris intricati, etiā peritos excuſare ſolet, maximè ſi ad id conſilum aduocatorum haberent, vt nu. 27. ſed declara vt n. 37.*

28 *Perito in arte etiam vnico credendum eſt.*

29 *Fractores inhibitionum excuſantur in omnibus caſibus, in quibu iudex inhibitionem, & iurisfirmam reuocare tenetur, ſed declara vt numero 39.*

30 *Reſiſtere authoritati magiſtratus etiam iniuſtè imperanti ſatis durum eſt.*

32 *Culpa leuis in faciendo, criminaliter punitur, & n. 36.*

33 *Culpa lata, mitius punitur quam dolus.*

34 *Cauſa iuſta licet excuſet, non tamen à toto, nec à contumatia, & iudicis contemptu.*

35 *Contumaces, & contemptores iudicum, extra ordinem puniendi ſunt.*

38 *Ignorantia iuris in delictis, neque ruſticum, neque mulierem excuſat.*

40 *Cauſæ quæ à dolo excuſant traduntur remiſſiuè.*

41 *Fractores inhibitionum cum punian-*

puniantur ad exemplum officialium delinquentium, ita demũ punientur ſi ex fractione damnum parti inferatur.

42 *Iudex vt poſſit accuſari de contra foro, damnum partis, tres mille ſolidos excedens requiritur.*

43 *Forus ad imponendam penã talionis iudici pro contra foro, damnum partis requirit, in cauſis criminalibus, & nu. 44. & ita iudicatum fuiſſe refertur n.45.47. & 49.*

46 *Officialis in ſindicatu præſertim dolo carens, ex leui cauſa, ceſſante partis damno condemnandus non eſt, & nu. 48.*

50 *Iudices pro leui culpa, & re minima ſindicandi non ſunt.*

51 *Conſuetudo Perſarum in condemnandis iudicibus exponitur.*

52 *Hominum eſt errarre, diabolicum autem perſeuerare.*

53 *Fractor inhibitionis, licet ex defectu damni ipſius partis puniri non debeat pena ordinaria, extraordinariê tamen puniendus erit.*

54 *Fractor inhibitionis, ſtatim tamen poſt fractionẽ, & ante quã ad alios actus diuertat, eidem acquieſcens, quãuis ordinariẽ puniẽdus nõ ſit, puniri tamẽ extraordinariè debet.*

§. II.

SI autem fractores inhibitionũ non ſint Eccleſiaſtici, ſed ſeculares perſonæ, tunc non eſt de occupatione temporalitatum agendum, ſed alia via occurrere oportet, & illud ante omnia
1 ſciendum, eſt hos iuris firmarum, † & inhibitionum fractores de foro criminaliter accuſari poſſe, imo, & in vim iuris idẽ eſt, pro vt infra, & id ſiue fractores ſint officiales, ſiue ſingulares perſonæ, nam fori, & libertates huius regni maximè cuſtodiũt, maximè tuẽtur, ac quaſi in ſuma arce ponunt tu-
2 tandas † ab omni fractionẽ has iuris firmas, & inhibitiones, vt apparet per forũ vnicum titulo de proceſſu cõtra fracto. inhibition. vbi contra officiales fractores harũ inhibitionũ agere poſſunt procurator, & vniuerſitates regni, & per forũ rurſus Iuſtitiæ Aragonũ diſponitur, quod perſonæ dicti regni cuiuſcumq; conditionis exiſtãt, debeant, & teneantur obtẽperare, & obedire litteris, prouiſionibus, inhibitionibus, & declarationibus deciſorijs dicti Iuſtitiæ Aragonũ, ſeu eius Locũtenentium, preambula cognitione fa-
3 ctis, † ſi qui vero cõtra fecerint, pœnas fori incurrent, & cõtra tales procedatur ſimpliciter ſummariè, & de plano attenta veritate, quod etiã confirmatur multiplicatis pœnis per forũ muy conuinient, de officio Iuſtitiæ Aragonũ, de quo habemus in ſpecie obſeruantiã de conſuetudi. cum ſequent. de fideiuſſo. vbi ſi aliquis facit contra inhibitionẽ, ſeu firmam Iuſtitæ Aragonum

gonum ſibi præſentatā, poteſt ac-
cuſari, tamquam fractor inhibitio-
nis, quod, vt nouiſsimam princi-
pium non eſt amplius confirman-
dum, vt eſt videre per Molin.
practicum noſtrum in verbo frac-
tor inhibitionis vbi Portol. numero
18. & in verbo appellitus de tolli for-
tiam vbi Portol. numero 12. 13. &
14. difficultas tamen eſſe poteſt cir-
4 ca id, † quæ ſint pœnæ frangentium
iurisfirmas, & inhibitiones, nam
Portol. in verbo appellitus de tolli
fortiam numero 12. 13. & 14. relatis
aliquibus opinionibus, receptius exi-
5 ſtimat, pœnam hanc † ex arbitrio iu-
dicis pendere, pro vt in facti contin-
gentia ſic iudicatum docet in aliqui-
bus exemplaribus per eum ibi alle-
gatis, in quibus tales fractores exu-
les fuere per aliquot annos iuxta me-
rita culpæ, & malitiæ eorum, nos
6 tamen † aliter putamus, nam forus
vnicus de proceſſu contra fractores
inhibitionum, tam in modo pro-
cedendi, quam pœnis contra hos
fractores, dicit fore procedendum
contra hos fractores eodem modo,
7 quo de † foro proceditur contra of-
ficiales delinquentes in ſuis officijs,
pro vt idem ſtatuitur in foro muy
conuenient de officio Iuſtitiæ Ara-
gonum, vbi iſti fractores incurrunt
pœnas officialium delinquentium,
& hoc ex eo, quia dicti fori ſaltim fo-
rus muy conuenient, qui poſterior
eſt in tempore, vnico tramite id diſ-
ponit, tam contra officiales fracto-
res iurisfirmarum, & inhibitionum,
quam contra quaslibet alias perſo-
nas priuatas, quos omnes vult in-
currere pœnas officialiū delinquen-
8 tium, Pœnæ † autem officialium
delinquentium grauiſsimæ ſunt, quia
cum ſint talionis, ratione contra fo-
ri commiſsi in cauſis criminalibus,
& ſic poſſunt aſcendere ad pœnam
mortis, mutilationis membri, &
ſimiles, vt per forum de iuramen-
to præſtando per officiales, & per
forum primum de officio ordinarij,
vt latius dixi in reſponſo ſuper meo
9 ſindicatu, iam inde ſequitur † quod
pœnæ frangentium inhibitiones, de
foro certæ ſunt, quicquid dixerit
Portoles vbi ſupra in verbo appelli-
tus de tolli fortiam numero 14. ego
10 tamen in praxi ſemper vidi † has pœ-
nas arbitrarie indici, aliquando ma-
iores, aliquando minores, pro mo-
do culpæ ſecundum Iaſ. in l. 1. ff ſi
quis ius dicenti non obtempe. Ay-
mo. conſilio 6. numero 117. & alios
allegatos per Portol. vbi ſupra, quic-
quid tamen ſit, ſiue certæ, vel in-
certæ, & arbitrariæ iſtæ pœnæ, tan-
tus poteſt eſſe dolus, malitia, & dam-
num illatum parti adeò graue, quod
poterit pœna ad mortem vſque pro-
tendi, illud tamen certum eſt, deli-
11 ctum hoc eſſe † grauiſsimum, &
vt tale puniendum, propter iudi-
cis authoritatem, & quia dolo ca-
rere non videtur inobediens, vt in l.
1. in fin. C. de officio præfect. præto.
Africæ Gramma. voto 32. Lancel-
lot. de attentat. c. 31. numero 253.
& ob id præſumitur dolus contra ta-
lem fractorem, Mandoſ. de inhib.
12 quæſtio. 29. idque procedit † ſiue in-
hibitio ſit iuſta, ſiue iniuſta, nam
in dubio ſemper timenda, atque ob-
temperanda eſt, quia qui non ob-
31 temperat præceptis ſuperioris, † præ-
ſumitur in dolo, l. non poteſt do-
lo carere de regu. iur. Maſcard. con-
clu. 531. numero 89. Menochi. lib. 5.
præſumptione 3. nu. 86. Barto com-
muniter receptus in l. 1. n. 6. de noui
ope. nun. vbi quod præcepto ſuperio-
ris

ris eſt obediendum; licet prætendatur cauſa non obediendi, & cum iuris firma ſit quædam ſecuritas, & quaſi ſalua guardia ad impediendas iniuſtas pignorationes, & alias violentias, hinc eſt quod eo modo, quo
14 fractores † ſaluæ guardiæ puniuntur, ſi eas ſibi oſtenſas non obtemperant, ex Bart. in l. non ſolum §. morte de noui oper. nuntiat. vbi Paul. Iaſ. numero 35. Rubeus numero 64. idem Paul. in l. ſi duo in fin. de acqui. hæredit. Nellus de bannit. ſecunda parte. 2. tempor. queſtione. 15. Boſius in titulo banniti quid amittant numero 3. Carrer. in practic. crimin. §. homicidium, & §. circa quartum numero 209. Dueñas regu. 68. amplia 5. ſimiliter, qui inhibitiones ſibi præſentatas nõ obtemperant, puniendi ſunt, etiam ſi aliquam non obediendi cau-
15 ſam prætendant, † quia debent ſuperiorem adire, & coram eo de iure ſuo docere, ſecundum Menochi de arbitrar. caſu 138. numero 15. ſecundum quem non debet quis ſibi ipſi ius dicere, vnde licet Principes, & ſuperiores non debeant aliquem protegere, & deffendere iniuſtè, vbi tamen hoc faciunt, ſi tamen illud notorium non eſt, adeundi illi ſunt, cum illis reſiſtere non liceat, Purpurat. in rub. C. de in ius vocando, vbi licet iuſta cauſa excuſet à dolo, numquam tamen excuſat ab obedientia ſuperioribus debita, cum de
16 iure † naturæ debeatur, ſecundum Menochi. de præſumptio. lib. 5. præſumptione 3. numero 87. vbi dicit, mandatum eſſe lege diuina, Principibus, quorum perſonã ſuſtinent magiſtratus, obediendum eſſe, c. 2. de maioritate, & obedientia, ſunt videndi; quam plurimi allegati per

Portol. in verbo firma numero 4. quę materia, cũ magis laborioſa ſit, quam ſubtilis, non eſt amplius extendenda.

Sed licet ita ſit, quod inhibitio, ſiue iuſta, ſiue iniuſta, ſit obtemperanda, & præcepto ſuperioris eſt obediendum, ita, & taliter, quod aliter facientes puniantur, ad huc tamen ſunt aliqui caſus, in quibus fractores iuris firmarum, & inhibitionis excuſantur, aliquando in totum, aliquando partim à pœna, vt ſtatim ſubijcio in ſequentibus regulis.

Et primo iuris firma nõ arctat, neq;
17 prohibet procedere, † & ſic contra facientes nõ facit culpabiles, niſi in caſibus, & iuribus in ea ſpecificatis, iuxta forum multoties in fine de firmis iuris, Molina in verbo inhibitio, verſiculo Bernardus de la Caualleria. quod etiam de iure procedit ex mente Paris conſil. 108. numero 2. in primo, ad quod faciunt notata in c. ſuper eo vbi Francus, & c. ad hæc de appellationibus Rota deciſione 31. in fin. de appellation. in nouis fol. 199. Hercul. in tracta. de attentat. c. 28. numero 62. fol. 97. Mandoſ. de inhibition. c. 19. numero 6. & queſtione 10. ad fin. fol. 12. Decius conſil. 33. numero 4. Paris conſil. 39. numero 28. in primo Veroi. conſil. 83. numero 2. in 3. latè Lancellot. de attentat. c. ſecundo limitatione 5. numero ſecundo folio 387. Decius in regul. fœminæ numero 11. ff. de regu. iur. idem Lancellot. de attentat. c. 4. limitatione 2. numero 4. Portol. in verbo firma numero 206. vnde quotieſ-
18 cumque poterit deprehendi, † caſum, de quo agitur in allegata fractione inhibitionis, non eſſe compre-

comprehenſum in ipſa inhibitione,
ſiue quia illa temporalis fuit, ſeu
alias extincta, vel ſe ad eum caſum
19 non extendebat, tunc † neque fracto-
res inhibitionis dicuntur, qui contra
faciunt, nec aliquo modo puniendi
ſunt, quod dificultatē nō habet, diffi-
cultas ſola cōſiſtit in modo applicādi,
& intelligendi, quando caſus ſit cōpre
henſus in firma, & quando non.

SECVNDA REGVLA.

20 Quotiens hi, qui cōtrauenuint, † iu-
ſtam habent cauſam excuſationis a do-
lo, & malitia, liberandi ſunt l. ſi igi-
tur. ff. de liberali cauſa gloſſa, & DD.
in l. 1. §. fin. ſiquis ius dicenti nō ob-
tēperauerit Gigas de crimine leſe ma-
ieſtatis lib. 1. quæſt. 10, nu. 22. Gram-
mat. deciſ. Neapolit. 23. num. 8. Boſ-
21 ſius de decret. mediolani, vbi † acti-
tum palam, & publicè factum dicit,
excuſare a dolo, etiam ſi eſſet erra-
tum in iure. Doctores in l. ſi quis mi-
hi bona §. iuſſum. ff. de acquir. hæ-
redit. Felin. conſilio. 24. numer. 15.
& ob id dicunt multi, excuſari eos,
qui iuſſu principis, vel magiſtratus
aliquid fecerunt, etiam iniuſtè Cæ-
phalus. conſ. 76. nu. 44. Alciat. con-
ſilio 7. numero. 9. libr. 7. Grammat.
conſ. 31. numer. 15. in ciuili. nam non
eſt pœna imponenda pro eo, quod
22 quis bona fide fecit, quia non eſt †
puniendus faciens, quod ſibi licere
credit, Aymon. conſilio. 8. numer. 31.
l. ſi ſeruum. §. non dixerit, in verbo
amouere de acquir. hæredit. l. quam
uis. ff. de condi. & demonſtrat. nam
dicitur bene fieri, quod bona fide fit.
glo. in l. cum qui. §. in popularibus
in verbo fuerit. ff. de iure iurando
Bald. conſilio. 414. libr. 1. & 243.
libr. 4. & quicumque ſuo iure vero
ſimiliter putat vti, dolo facere non vi-
detur, l. 3. §. his tamen. ff. de lib. ho-
mine exhibendo. l. iniuriarum. §. 1.
de iniur. l. ſi donaturus §. ſi quis in
debitam. ff. de condic. cauſa data;
23 hinc eſt quod poteſt, quis in ſuo †
ædificare vſque in cœlum, etiam
quod vicini lumina obſcurentur. l.
altius, & l. ſi in ędibus C. de ſeruit.
& aqua. l. Imperatores de ſeruit. vr-
ban. prædio gloſſa in d. l. altius, quod
tamen ita verum eſt, quando quis
id facit, vt ſibi proficiat, ſecus ſi id
24 faceret principaliter † ad ęmulatio-
nem, vt alteri noceat, nam tunc non
licet, id quod alias liceret. l. 1. §. deni-
que de aqua pluuia arcenda. ſic de-
clarant Paul. in l. cum eo de ſeruit.
vrban. prædio Alexand. conſilio. 164.
in 2. Cæpola de ſeruit in titulo. de ſo-
lo, ſeu area verſiculo. 5. fallit. Aymon.
conſilio. 8. num. 15. l. 1. §. quod ait prę
tor. ff. de incendio Ruin. & naufra-
gio, nam quis tenetur facere, quod ſi-
bi non nocet, & alijs prodeſt. l. 2. vbi
Barto. ff. ſolut. matrim. & ad excu-
25 ſandum a dolo, quælibet † cauſa, ne-
dum iuſta, & legitima, verum fatua,
beſtialis, & colorata ſufficit, ſecūdum
Angel. in l. 1. in fin. ff. de eo per quem
factum erit & in l. plagij, vbi bona.
gloſſa. C. ad l. flauiam de plagiatis,
Grammat. voto. 10. 20. & 21. dicens
quamlibet cauſam excuſare a dolo,
Burſat. d. conſilio. 152. in 2. nume-
ro. 32. dicens ſufficere cauſam per in-
dicia, & coniecturas probare, licet
non plenè probetur.

TERTIA REGVLA.

Alia ſolet tradi regula ex vſatio-
nis, quando contrafacientes haberent
aliquam cauſam dubitandi, an inhibi-
tio eſſet obſeruanda, quia ius ſuū eſ-
ſet maxime priuilegiatum, nam licet
26 male fundaremur, ignorantia tamen
iuris muſicari eos, imo euā, & peritos

excuſaret, Capitius deciſ. Neapolit. 20. numer. 10. Belluga in ſuo Speculo, rubr. de iuramento per Principem facto, numer. 2. Crauet. conſil. 319. numer. 18. maximè ſi iſti tales ad non
27 obediendum † haberent votum aduocatorum ad id faciendum, nam credendo in dubio perſonis fide dignis, veniunt excuſandi, gloſ. in l. Titio fundus, ff. de conditio. & demonſtra-
28 tio † & perito in arte etiam vnico creditur, ſecundum communem opinionem Burſat. conſil. 152. num. 47. volu. 2. Aymon. conſil. 319. numer. 13. & 24. & numer. 15. concludit, quod ceſſante dolo debet ceſſare pœna, vbi enim voluntas à dolo abſuit, delictum quoque abeſſe dicitur, Roman. conſil. 2. numer. 3. lib. 5. vnde Auguſtin. & omnes Theologi, ideo peccatum quia voluntarium.

QVARTA REGVLA.

Alia per forſitas ſolet tradi ad excuſandum, ſcilicet quod in om-
29 nibus, † in quibus iudex tenetur firmam prouiſam reuocare, poteſt pars impune, & abſque metu fractionis iuris firmæ, quoſlibet actus cōtra ipſam attentare, Rota deciſ prima in fin. de de officio delegat. in nouis, & deciſ. 65. de appell. in nouis, Lancelot. de attent. capit. 20. limita. 2. numer. 1. 2. 3. Mandoſ. de inhibit. queſt. 39. numer. 3. fol. 15. l. ſi opus ff. de noui ope. nun. vbi gloſ. & ſuper ea Bart. Alberic. Paul. Iſti tamen caſus, & regulæ, dempta prima, videntur multum pugnare cum his, quæ ſupra tradita ſunt; quare ne dicamus tot iura ſibi aduerſa, tot iuris conſultos ſibi ipſis contrarios. Ideo diſtinctionis fędere
30 dicendum eſt, reſiſtere † authoritati Magiſtratus, & Principis, etiam vbi iniuſtè præcipiunt, durum eſſe, & fortiſsimum ſe opponere, vnde dicendum eſt pro ſecunda regula, quod licet quęlibet cauſa etiam iniuſta excuſet à dolo, vt in ſuperioribus
31 regulis dictum eſt, † non tamen excuſat à culpa Paulus Caſtrenſ. inter conſilia criminal. Sylet. conſil. 45. numer. 3. libr. 1. Barto. in l. ſi mora in prælud. num. 11. ſolut. matrim. Tiraquel. de pœnis temperandis, cauſa 43. numer. 13. & 14. Leuem au-
32 tem † culpam in faciendo puniri criminaliter DD. teſtantur. Bart. in l. reſpiciendum. §. delinquunt ff. de pœn. probatur in l. ſi fortuito iuncta gloſ. Lux ff. de incendio ruin. naufra. id tamen mitius, quam in lata culpa, Cępola conſil. 33. & 41. colum. 3. DD. in l. qui ædes ff. de incenden. Ruin. naufra. Latam autem culpam criminaliter puniri certiſsimum eſt, iuxta gloſam, in l. in lege ff. de Sicca. quę cōmunis eſt, ſecundum Marant. in ſpecul. quarta parte diſtinct. prima, dicentē
33 mitius puniendam, † quam dolus punitur, de quo vide per Iul. Clar. §. fin. queſtione 84. Marant. vbi ſupra, Alciatum in l. magna negligen. de verb. ſignificat. Angel. in §. ſuſpectus autem remotus inſtit. de ſuſpect. tutor, & vide latius in meis allegation. pro meo ſindicat. in accuſation. inſtituta per Comitem de Saſtago, & ita dici
34 ſolet, quod licet iuſta cauſa † excuſet, tamen non excuſat à toto, ſed à tanto, Tiraquel. vbi ſupra, numer. 10. Immo licet excuſet à dolo, non tamen excuſat à contumacia, & contemptu Alexand. in l. vnica §. final. numer. 14. ff. ſi quis in ius vocatus, & ibi Cagnol. numero vigeſimo ſecundo. Ex quo videtur, quod iſti contrauenientes, licet excuſentur à dolo, debuerunt tamen contemptum, & cōtumaciam euitare, cōparendo corā ſuperiore, qui inhibitionem prouiſit, alias

35 aliàs vt contumaces, † & contemptores extra ordinem puniendi videntur, ſaltem a culpa non excuſantur, quę vt dixi punibilis eſt, vt ſupra, licet minori pœna, quam punitur dolus, qui licet requiratur ad pœnam ordinariam, ad extraordinariam autem ſufficit culpa, quæ venit punienda pro modo culpæ, Boſsius de defen. reor. numer. 68. & de decreto Mediolani. num. 20. Bart. in l. ſi adulterium. num. 16. ff. de adulterijs, & in l. in lege. ff. de Sicar. & in l. reſpiciendum. §. delinquens. numer. 4. ff. de pœnis. Cæpola conſ. 37. num. 3. Abb. in capit. 2. de conſtit. numer. 6. Felin. numer 4. Deci. num. 7. Boſsi. in tit. quo modo procedatur per actionem. numer. 38. Bal. in l. data colum. 2. verſ. nunc de ſecundo C. qui accuſa. non poſſunt Salycet in l. 1. ad fin. C. de Sicar. qui licet videantur loqui de lata culpa, idem tamen puto in leui, quę in faciendo committitur, licet lenius † puniatur, vt ſupra dixi,
36 & in reſponſo mei ſindicatus latius, & id ſecundum quantitatem, & qualitatem culpæ leuis Bart. in d. §. delinquens numer 4. Decius vbi ſupra. numer. 12. Bal. in d. l. data verſ. nunc de ſecundo Tiraquel. vbi ſupra cauſa. 44. numer. 33. Barboſa in l. ſi mora num. 29. ſolut. matrimo. vbi alios allegat.

Ad tertiam autem regulam dicendum eſt procedere, quando ignorantia verſatur † circa ius aliquod dubium, & intricatum, & in his quę non
37 reperiuntur prohibita notoria prohibitione, & indubitata, verum tamen, quando aliquid committitur contra ius notorium, certum, & indubitatum, nulla cauſa tunc, nulla ignorantia poteſt excuſare delinquentem, qui reſiſtit, qui non obedit, & contemnit, ſecundum communem adductam per Cagnolum in l. fin. numer. 49. C. de pactis Alexand. conſ. 103. numer. 14. libr. 1. Tiraquel. de pœn. temper. cauſa, 43 numer. 13. Alciatus de preſumptionibus regula. 3. preſumptione. 30. numer. 6. maxime quod ſecundum Corn. conſ. 283. numer. 4. in 4. licet qui allegant iuſtam cauſam ad ſe excuſandum, videantur ſe fundare in ignorantia iuris, hec tamē non preſumitur, preſertim in delinquentibus Menoch. libr. 6 preſump. 23. num. 10. quod multo fortius eſſet in delictis quibus nec † ruſticus, nec mu
38 lier excuſantur ignorantia iuris Bald. in l. fin. queſt. 4. in principio C. de iur. delib. Iaſon. in l. ſi quis id quod numer. 32. ff. de iuriſdictione omnium iud. Menoch. arbitr. 194. numer. 32. modo ignoro, quid magis notorium, magis indubitatum, & certiſsimum omnibus, quam quod pręcepto ſuperioris obediendū eſt, & quod dum inhibitio non reuocatur, vel aliàs euacuatur, nullus poteſt ius ſuum defendere authoritate propia: ex quo ſequitur etiam reſponſio ad 4. regulā, quod licet inhibitio ſit per iudicem reuocanda, non tamen excuſabitur ex hoc contra faciens, & non obediens, etiam ſi inhibitio eſſet notorie iniuſta, imo punietur ſecundum Portol. verſ. firma. numer. 11. benè tamen † eſſet mi
39 tius puniendus, quando notorie inhibitio eſſet iniuſta, & iſto modo intelligerem allegata in 4. concluſione, quod confirmatur ſecundum obſeru. de conſuetudine de fideiuſſor, vbi non excuſatur à fractione inhibitionis contraueniens, niſi quando contrariam firmam offert iudici, ſi contrarios actus faciat, igitur in diſtincte puniendus eſt, licet mitius ea cauſa attenta, quod iniuſta

notoriè ſit firma, cum benignius, tũc agendum eſſe ratio poſtulet; in his igitur tribus caſibus ego mitius punirem delinquentem, non tamen omnino abſoluerem, ſicut in primo caſu.

Cauſas autem † omnes, quæ à do-
40 lo excuſant, ſi videre cupias, vide per Menoch. de retinend. poſſeſſ. remed. 3. à numer. 626. cum ſequentibus vbi latè

Quinta autem regula certiſsima, & in tribunalibus huius regni recepta eſt, nam ſi fractores inhibitionum, & iurisfirmarum puniuntur eiſdem, modo, & pœnis quibus officiales delinquentes in ſuis officijs, vt ſupra per foros huius Regni prouabimus, iam inde ſequitur, quod ſicut officiales delinquentes in ſuis officijs contra forum, & ius Regni: ita tamen puniuntur ſi ex contraforo, & delicto illorum ſequatur, & irrogetur parti damnum, alias autem veniunt abſoluendi,
41 † ſimili modo dicendum erit in fractoribus inhibitionum, vt ita demum ex fractione puniantur, ſi inde ſequatur damnum parti, maiorem propoſitionem ſilogiſmi ſic probo, ex multis, primo ex authoritate Bardaxi, in foro primo de iuramento præſtando per officiales, num. 6. verſi. verum, vbi Pertuſa vbi referunt ex hoc capite fuiſſe abſolutum Ennecum Nauarro Iuſtitiam ciuitatis Calataiubij, in curia Iuſtitiæ Aragonum, anno 1442. Idque probatur per forum primum de officio ordinarij, vbi † requiritur
42 damnum partis excedens tres mille ſolidos, ad hoc vt poſsit accuſari iudex pro contra foro commiſſo in cauſis ciuilibus, quod etiam probatur in foro querientes, de officio Cancellarij in illis verbis, *Agran perjuyzio, vexacion y daño de la parte:* Et in foro primo de iuramento præſtando in illis verbis, *Et ex hoc pars damna ſuſtinuerit, vel expenſas fecerit*, & eſt notandum, quod forus de iuramen-
43 to præſtando † ad imponendam pœnam talionis ratione contra fori commiſsi per iudices in cauſis criminalibus, requirit damnum partis, vt mortem, mutilationem membri, exilium, captionem perſonæ, vel aliam pœnam temporalem, & quod plus eſt, poſtquam dictus forus ſtatuit, quod non illato damno per contra forum commiſſum in cauſis criminalibus, habeat locum pœna priuationis, & condemnationis in expenſis, & damnis induplum, poſtea tamen cum hoc durum videretur regnicolis, conditus fuit alius forus de officio ordinarij, anno 1461. vbi diſpoſuerunt, quod nec pœna priuationis habeat locum, † niſi quando ſecutum fuerit
44 damnum parti, mortis, mutilationis, & ſimilium, vt ſupra, ex quo reſultat clariſsimè, quod ita demum ratione contra fori punitur iudex in cauſis ciuilibus, vel criminalibus, ſi ex illo ſequatur damnum parti, non alias, idque in iudicibus multoties iudicatum vidimus; nam in † proceſſu Do-
45 minici Gil, ſuper criminali, anno milleſimo quingenteſimo octuageſimo octauo, in curia Iuſtitiæ Aragonum fuit abſolutus Dominicus la Cabra officialis accuſatus ex ſequenti motiuo.

Neque obeſſe debet, quod dicitur, relationem à ſe factam dictæ captionis in parte falſam eſſe, nam quamuis ita eſſet, tamen cum cauſa ſubſiſteret, vt diximus ad capturam faciendam, & captũ carceribus detinendum, nullum ex relationis falſita-

falſitate damnum ipſi capto irrogatum eſt, quod non inhibitum fuiſſet, etiam ſi relatio in totum eſſet vera,
46 *quo caſu officiales † in ſindicatu præſertim dolo carentes, non ex leui cauſa, ceſſante damno condemnandos eſſe cenſemus.* Vbi aduerte, quod ex quo damnum captionis non fuit illatum parti immediatè ratione falſitatis, & propter ſolam falſitatem, cum & ex alio capite iuſto, & vero, capiendus eſſet officialis accuſatus, ideo non fuit in conſideratione falſæ relatio ab eo commiſſa, a qua non fuit ſecutum damnum, & ideo fuit abſolutus, & idem fuit pronunciatum in eadem Curia
47 † Iuſtitiæ Aragonum in proceſſu Franciſci de Hueſca ſuper criminali die decimo tertio Aprilis 1585. in quo proceſſu quidam officialis accuſatus, extitit abſolutus ex motiuo ſequenti. *Ex eo præſertim, & alias, nam ex deductis in proceſſu, dato quod conſtaret, Ioannem Paſqual Iuſtitiam accuſatum, obſtante iurisfirma, atque ita in caſu a foro non permiſſo, feciſſe, & continuaſſe ſuam executionem: tamen cum nullatenus probetur Franciſcum de Hueſca accu-*
43 *ſantem ex tali executione damnum † aliquod, aut præiuditium ſuſtinuiſſe; quia prius illi res executas ab ipſo Iuſtitia reſtitutas fuiſſe, eo certe caſu, verbis, & mente noſtrorũ fororũ recte perpenſis, non ita eorum pœnas exacerbandas eſſe cenſemus, vt in huiuſmodi officiales diſtringendæ ſint, probos præſertim, & etiam iuſtitiæ alioqui obſeruantiſſimos, nec in dolo verſatos, qualem hunc Iuſtitiam ex præſenti proceſſu fuiſſe conſtat.* Licet in hoc caſu delictum fractionis firmæ commiſſum per officialem accuſatum, hoc non obſtante fuit abſolutus, ex quo damnum non fuit factum parti. Si igitur in his duobus caſibus in crimine falſitatis, & fractionis iurisfirmæ, criminibus grauiſſimis, in quibus officialis delinquit, declarat Curia Iuſtitiæ Aragonum (cuius exemplaria habent vim fori) fore abſoluendos accuſatos, tenendum erit, ita demum fore delinquentes puniendos ſi adſit damnum parti, ſe-
49 cus alias † vide idem iudicatum in proceſſu Sebaſtiani Moles ſuper criminali die 28. Septembris milleſimo quinquageſimo ſexageſimo octauo in Curia Iuſtitiæ Aragonum, & in proceſſu deputatorum, contra Alguazilium ſuper criminali in curia Iuſtitiæ Aragonum, die nona Ianuarij milleſimo quinquageſimo nonageſimo ſecũdo, id que non immerito aſſeruut Docto-
50 res omnes, quia pro leui culpa, † & re minima, nõ ſunt iudices puniendi, nec ſindicandi, Azeuedo lib. 3. titu. 7. l. 10. numer. 11. Baldus in capit. cunctæ numero. 1. de reiudicat. Hippolyt. in l. furem numer. 10. ff. de Sica Bald. in l. quamuis ff. de conditio. & demonſtrat. Pute. de ſyndicat. verſ. an ſi poteſtas. numer. 25. Auiles in capi. pretor. capit. 1. verſ. dadiuas numero. 10. Auendañus. de exequen. mandat. cap. 2. numero. 5. verſiculo quarto deducitur, & ita Perſæ, referente Murento. libro. 8. variarum lectionum, capite. 25. legem
51 habebant, vt non † pro quolibet delicto iudex priuandus eſſet, ſed ſolum attendebant, an per maiorem vitæ curſum bene vixiſſet iudex, an male, ſi bene abſoluebant, ſi male condemnabant, nam illum iuſtum iudicem appellabant, non qui numquam peccaſſet, ſed eum qui pro maiori curſu vitæ ſuæ bene vixiſſet, ſimilari eleganti dicto Lucæ de Penna in Prohem. 3. libr. C. dicentis, quod communis infirmitatis eſt † errare, horrendæ autem prauitatis

præcipuum eſt perſeuerare, modo igitur ſi delicta iudicũ,qui magis ad obſeruantiam legum, & obſeruantiarũ tenentur, non puniuntur de delictis, in quibus damnum parti non fuit ſecutum, ergo multo fortius procedet in alijs perſonis iuris ignaris. & in quibus maior excuſatio conſiderari poteſt: Ego tamen conſulerem, quod licet ex deffectu damni † non debeat
53 ordinaria, & condigna pęna puniri fractor inhibitionis,& iuris firmę, deberet tamen puniri extra ordinem ratione contemptus iudicis, quẽ contẽpſit frangendo eius inhibitionem, & idem dicerem, quãdo contraueniens, & frangens inhibitionem illico,& nõ diuertens ad extraneos actus,& ſic rè integra acquieſceret,& obediret. Nã tunc † puniendum non putarem pœ-
54 na ordinaria, vt in proceſſu Franciſci de Gueſſa ſupra allegato, verum hoc
* in idem reincidit de non illato damno,& ſic non proſequor vlterius. Reliqua circa materiam excuſationis,vide per DD. ſupra allegatos,vbi id copioſa manu habebis.

CAPVT VNDECIMUM.

An iurisfirma,& inhibitio prę ſentata Iuratis afficiat omnes alios,et an in vim nullitatispoſſit dari firma in cauſis criminalibus, in quibus aliàs denegatur omnis recurſus ad curiam Iuſtitiæ Aragonum.

SVMMA EORVM quæ in hoc Cap.11.continentur.

1 *Recurſus ad curiam Iuſtitię Aragonum, tam ſuper ritu, quam ſuper recto dabatur antiquitus à ſententia lata in cauſa criminali, poſtea autem totaliter ſublatus fuit, num.2.*

3 *Iuſtitia Aragonum non poteſt cognoſcere de iuſtitia, vel iniuſtitia cauſarum criminalium, nec eius executionem impedire per viam iurisfirmæ, etiam ad effectum liberãdi aliquem per viam priuilegiatam, vt num.5. & etiam ſi iniuſtitia notoria ſit, vt num. 6.& 11.*

4 *Recurſus ad conſilium cauſarum ciuilium datus fuit, cõſilio cauſarum criminalium creato.*

7 *Sententia non poteſt dici notoriè iniqua, vbi aliquid contra eam opponi poteſt, quod dubitationem pariat.*

8 *Sententiæ euidens iniquitas, nullitati comparari ſolet.*

9 *Nullitas eſt, quo ad effectum, omnis contra forus.*

10 *Notoria iniquitas ſententię illa*

illa eſt, quę ex actis, & inſtrumentis reſultat.

12 *Iuſtitia Arago. ratione nullitatis, circa ritum, & proceſſum poteſt concedere iurisfirmam, ad impediendam exequtionem cauſarum criminalium nulliter latarum.*

Cap. XI.

DE Primo hic agi nõ oportet, cum ſat is dictũ ſit ſupra c. 5. §. 8 vbi id habes explanatum, & exemplaribus confirmatum. Circa ſecundũ autem membrum huius capitis eſt ſciendum, quod antiquitus † à ſenten
1 tijs latis in cauſis criminalibus dabatur recurſus ad curiã Iuſtitię Aragonũ tam ſuper ritu, quam ſuper recto, & ex conſequenti in curia Iuſtitiæ Aragonum agebatur, & cognoſcebatur de meritis cauſę, & iniuſtitia, ſi qua commiſſa erat, contra cõdemnatum; & etiam de nullitatibus proceſſus, idque probatur per multos foros, præcipue per forum, è por dar buena expedicion, de manifeſtatio. perſonarũ, & ibi Bardaxi, & in præludijs eiuſdẽ, num 9. verſ. circa perſonarum manifeſtationem, poſtea vero in anno 1510 fuit tradita certa forma circa expeditionem cauſarum criminalium, & fuit
2 † ſublatus totaliter recurſus, qui dabatur ad curiam Iuſtitiæ Aragonum, per viam electionis iurisfirmæ grauaminum factorum, vt in for. de mod. proced. in criminal. ad finem, Bardaxi in for. penult. de manifeſt. perſonarum, & ſic poſt dictos foros, iam non poteſt Iuſtitia Aragonum cognoſcere,
3 † nec ſe intromittere ſuper iuſtitia, ſeu iniuſtitia cauſarum criminalium, minuſque impedire executionem ſententię criminalis per viam iurisfirmę, quantumuis iniuſta ſit. & hęc eſt regula, quam tradit forus primus de mod. & form. proceden. in crimina, & licet poſtea in anno 1534. viſum fuerit expedire, concedi recurſum in cauſis criminalibus, vt patet per foros illius anni, in quo fuit creatum conſilium criminale de per ſe (nam antea, vnicum erat conſilium ad omnia, & hoc conſilium ab illo tempore cępit cognoſcere de cauſis criminalibus, in prima in
4 ſtantia, † verum recurſus fuit datus ad Regium conſilium cauſarum ciuilium, reſpectu tamen curię Iuſtitię Aragonum, nihil fuit innouatum. ſed res remanſit in prohibitione antiqua, per quam denegabatur recurſus ad curiam Iuſtitię Aragonum in cauſis criminalibus, quod inuiolabiliter fuit obſeruatum ab eo tempore, vbi præſertim liberationes, vię priuilegiatę vigebant, & tam frequentes erant; nam etiam † ad effectum, aliquem liberan
5 di per viam priuilegiatam, non ſe intromitebat Iuſtitia Aragonum de meritis cauſę criminalis, ſecundum Portol. in tract. liberat. per viam priuilegiat. §. 4. num. 50. Quod verum eſt,
6 etiam ſi † iniuſtitia ſit notoria, nam adhuc etiam in vim illius non poteſt ſe intromittere Iuſtitia Aragonum de meritis cauſæ: Tum ex eo, quia de meritis non datur recurſus, & per cõſequẽs, nec de qualitate illorũ, & eſſet dare tertiam inſtantiam in omnibus cauſis criminalibus, ſi Iuſtitia Aragonum poſſet cognoſcere de meritis: Deinde, quia quando Iuſtitia Aragonum poſſet cognoſcere de iniuſtitia notoria, ferè nunquam dici poſſet notoria,
7 quia non dicitur † ſententia notorię

iniqua, ſi aliquid opponitur, q̃ dubi-
tationem pariat, ſeu offuſcationem,
Felin.in cap.inter cæteras, num. 9. de
re iudic.pulchrè Farinac.1.p.q.21.nu-
mer.17.& q.11.num.63.Contard.in l.
vnic.limit.9.num.34. & limita.7.nu.
58.C. ſi de momentan. poſſeſſ. etiam
quod impugnatio contineat iuris ſub
tilitatem, prout cõmuniter teneri te-
ſtatur, Farina.vbi ſup.vnde ferè nun-
quam ſub prætextu notoriæ iniuſti-
tiæ, poſſet Iuſtitia Aragonum ſe intro
mittere, quid quod etiam ſi iniuſtitia
notoria ſit, ſublatus eſt ei omnis recur
ſus ſuper ea, vt ſupra,& vide quæ tra
dita ſunt in cap.1.§.2.

8 Et licet dici ſoleat, † quod euidens
iniquitas ſententiæ,nullitati ab omni-
bus comparatur, eoſdemque effectus
ſortitur, ſecundum Cardin. conſi. 56.
Innocen. in cap. cum Bertoldus de re
iudi.Felin.in cap inter cæteras, col.pe
nult.de re iudi. Curt. Iun. conſi.273.
num.8.volu.3. Bertaſol.conſi.469.nu
mer 3. volu. 2. quod in Regno eſt re-
ceptum,& forſan,ob id traditum eſt
9 per foriſtas † omnem contra forum
eſſe nullitatem, quoad effectum, vt
tradit Molin.in verb.fori,fol.155. col.
4.Bardaxi, in foro quod extraneus à
Regno non poſſit n.4.Vnde ſicut ra-
tione nullitatis,poteſt ſemper impedi
ri executio ſententiæ criminalis, Bor-
nin.1.p.deciſ.10.nu.35.& deciſ. 11. nu.
54.Ita ratione notoriæ iniuſtitiæ debe
bit ſemper impediri executio ſenten-
tentiæ criminalis,Angel.in l.fin.de pe
tit.hered.Rimina.conſ.150.nu.12.vo-
lum.1.Burſat.conſi.305.num.1.volu.3.
Ruin. conſil. 135. numer. 21. volum.
5.& ex communi,loquens in cauſa cri
minali, vbi ex forma ſtatuti non po-
teſt appellari, cum pluribus reſoluit
Bertaſol.conſ.58.nu.16.volu.1. crimi-
nal.& conſ.469. nu.3.& 4. volum.2.
Natta conſi.172.nu.5. Sententiæ au
10 tem notoria † iniquitas illa eſt, quæ
ex actis, & inſtrumentis iam produ-
ctis, & ex eorum inſpectione reſultat,
Burſat. d.conſi.305. Afflict. deciſ.283.
Caputaquẽ deciſ.120.3.p. Ruin. cõſi.
74.nu.2.volum.4.& volu.5. conſ. 31.
num.6.Neuiſan conſi.41.num.44.&
conſ.63.num.3. Decian. conſ. 10.nu.
69.vol.1. Verum iſtud argumentum,
& æquiparatio,procederent rectè re-
ſpectu illiuſmet iudicis, qui de meri-
tis cauſæ cognoſcere poteſt, & etiam
reſpectu ſuperioris, quando ſola ap-
pellatio eſt prohibita, quo caſu via
nullitatis, vt alibi vidiſti in ſuperiori-
bus, non cenſetur excluſſa, At ſecus
eſt, quando omnis recurſus in cauſis
criminalibus, omnis cognitio cauſa-
rum criminalium abdicata eſt Iuſti-
tiæ Aragonum,& eius Locumtenenti
bus,& eis inhibitum, ne de meritis co
gnoſcant, vt in noſtro Regno ſupra
11 docuimus, † nam tunc non ſolum de
meritis nõ poteſt cognoſcere, verum
nec de notoria iniuſtitia,quantumuis
illa nullitati æquiparetur. Solum autẽ
poterit cognoſcere de nullitate circa
ritum,& proceſſum, nam hæc non eſt
eſſe ſublata, vt per Roland. conſi.60.
volum 2.numer.30.cum ſequentibus,
Boſſ.per Rolan.allegatos nu. 18.verſ.
aliter bannum eſſet nullum, ſicq.pra-
cticari vidi in cauſa proceſſus procu-
* ratoris fiſcalis, contra los de Ayuſa,ſu
per criminali,anno 1591.vbi fuit con-
ceſſa copia de ritu, & memorialibus,
Petro Angulo, quẽ poſtea ego libera-
ui,per viam priuilegiatam, Vnde con-
12 cludendum eſt, quod ratione † nulli-
tatis circa ritum, & proceſſum poteſt
Iuſtitia Aragonum concedere iuris-
firmas, & inhibitiones ad impedien-
dam executionem cauſarum crimina
lium nulliter latarum, non tamen

idem

idem erit, ſi nullitas fundetur in notoria iniuſtitia, quia illius reſpectu nullo modo Iuſtitia Aragonum ſe poterit intromittere, nec iurisfirmas cõcedere, & hoc iure certo, & indubitato vtimur, atque hæc de hoc capite ſufficiant.

CAPVT DVODEcimum.

Vbi de iurisfirma, ſeu exceptione tertij, & ſeu quæ per tertium præſentatur ad impediẽdam executionem priuilegiatam, ſeu paratam agitur.

SVMMA EORVM, quæ in hoc Cap. 12. continentur.

1 *Firma tertij, ſeu exceptio tertij, parum aut nihil differt à iurisfirmis communibus, quas volanderas appellamus, & num. 2.*

3 *Tertius bonorum poſſeſſor non victus ab eo, qui exequutionem petit, impedire poteſt bonorum executionem.*

4 *Exequtio contra tertium, qui nec littigauit, nec victus fuit fieri non poteſt.*

5 *Res inter alios acta aliis nocere non poteſt.*

6 *Executor ſuperſedere debet exequutioni, quando tertius non iure crediti, ſed dominij ſe oppoſuit, donec de iure tertij cognoſcatur, & num. 9.*

7 *Tertius opponens ſe exequutioni, & iurisfirmam præſentans, potentius facit executionem ceſſare.*

Exceptionem, quam tertius coram executore oponere poteſt, poteſt etiam coram Iuſtitia Aragonum proponere.

10 *Exequutio priuilegiata, & guarentigiata, quare contra tertium poſſeſſorem non extendatur exponitur.*

11 *Inſtrumentum guarentigiatum, etiam ex forma ſtatuti non mandatur exequtioni cõtra tertium poſſeſſorem, licet ſingularem; quemadmodum, nec contra alium, quam debitorem, in quem iudicis præceptum dirigitur, numer. 12.*

13 *Via exequutiua contra particularem debitoris ſucceſſorem, etiam vigore hypotecæ in obligatione compræhẽſæ, locum non habet, & num. 14. & amplia, vt numer. 16. & 19.*

15 *Obligatio perſonalis non ſequitur ſingularem ſucceſſorem,*

rem, nec fundi poſſeſſorem, et num. 20.

17 *Præceptum iudicis, vel confeſſio non ſequitur fundum.*

18 *Statutum probibens contra tres ſententias conformes di ui de nullitate, non habet locum contra tertium pro ſuo intereſſe comparentem.*

21 *Probatio per teſtes, licet non admittatur contra inſtrumentum, intelligitur tamen reſpectu perſonarũ in inſtrumento contentarum, non vero reſpectu tertij in eodem non compræhenſi.*

22 *Poſſeſſio per inſtrumentum virtute ſtatuti in hoc Regno transfertur, tam per actũ fictum, quam abſque eo, & qualiter intelligatur, numero 23.*

24 *Statutũ fictionem inducens, non cenſetur eam inducere in præiuditium tertij poſſeſſoris.*

25 *Recognoſcens, licet probet dominium in fauorem illius cui recognitio fit, non tamen probabit in præiuditium tertij, quod limita, vt numero. 26.*

27 *Tertius opponens ſe executioni, intra quod tempus de iure ſuo docere debeat traditur remiſſiuè.*

28 *Ius exequtiuum in eſſe productum, antequam res tranſeat in tertium continuatur, & habet locum etiam contra tertium ſingularem poſſeſſorem.*

29 *Exequtionem inſtans, ſi vellit probare in iuditio exequtiuo rem ad debitorem, & non ad tertium poſſeſſorem ſpectare, audiendus non eſt, & num. 39.*

30 *Tertius oppoſitor cum ſola poſſeſſione obtinebit, & impediet exequtionem ſententiæ contra alios latæ, & numer. 32.*

31 *Tertius oppoſitor ſatis eſt, quod de ſua poſſeſſione, & iure apparenter doceat.*

33 *Creditor, dato quod in iuditio executiuo non audiatur, vtrum in repulſione iuris firmæ, docendo de non iure tertij audiendus ſit diſputatur, & varie iudicatum fuiſſe refertur, & n. 34. Sed author eum admittendum eſſe exiſtimauit, num. 35. & rationem tradit, n. 36. declaratque vbi in continenti creditor doceret de non iure tertij, non vero ſi ex interuallo, vt numer. 37.*

Ter-

38 *Tertius vbi non probat ſe poſſeſſorem, creditor ad docendum de non iure tertij ad mitti poteſt.*

40 *Obſeruãtia, item nota, quod aut bona in fin. titulo de pignoribus declaratur, & numer. 41.*

40 *Tertio poſſeſſore probante ſe dominum, & poſſeſſorem eſſe, non admittitur creditor, ad docendum de contrario, niſi vno caſu.*

41 *Etiam impeditur executio, abſque præſentatione firmæ, ſi tertius poſſeßionem allieget, & probet coram iudice exequente, & procedetur via ordinaria.*

42 *An ſi tertius ſe opponat præſentando firmam executioni, quæ fit mandato iudicis Eccleſiaſtici, aſſerendo rem ſuam eſſe, & non illius qui executatur, an talis firma ſit firma tertij, an vero ſit firma competentiæ laté diſcutitur.*

43 *An forus ſecularis loquẽs de opoſitione tertij, habeat locum in tribunali Eccleſiaſtico, an vero ſolum in ſeculari.*

43 *Laycus poteſt prorrogando iuriſdictionem iudicis Eccleſiaſtici, coram eo opponere de iure tertij, non autem declinando eius iuriſdictionem.*

44 *Declaratur quidam caſus habitus in facti contingentia, circa hãc comparitionem layci, coram iudice Eccleſiaſtico.*

Cap. 12.

HVIVS capitis materia eſt vtiliſsima, & non de faciliori-bus iuris, & in praxi multum quotidiana, cuius capita ſolũ ea attingemus, quæ ab alijs tradita non ſunt, remittentes nos circa alia ad eos practicos, qui bene materiam examinarunt; & in pri-
1 mis † iuris firma tertij, ſeu exceptio tertij (quia idem ſunt) parum aut nihil differt à iurisfirmis, ſeu inhibitionibus communibus, quas volanderas vocamus. Nam ſicut in illis nihil aliud continetur, quam quod quis eſt dominus, & poſſeſſor aliquorum bonorum, etiam non probato dominio, nec poſſeſsione aſſerendo, quod nonnulli iudices volunt eos in perſona, & bonis grauare, ac ledere ita eędem-
2 met firmę † & inhibitiones communes, ſunt illę inhibitiones, & firmæ, quas firmas tertij appellamus, ſumpto vocabulo, & ethymologia à modo eas præſentandi, nam ſi executantur bona alicuius non victi, nec condemnati, tamquam bona alicuius, qui fuit condemnatus, & victus, poteſt iſte ter-
3 tius, & poſſeſſor bonorum, † qui non fuit

fuit victus ab eo, qui executionem pe
tit, opponere ſe executioni, & eam im
pedire, quo caſu ſuperſedendum eſt
in executione, alioqui non fieret exe-
cutio contra victum, & condemna-
tum, ſed contra † ipſum tertium, qui
4 numquam litigauit, nec victus fuit, ꝗ
abſurdum eſſet, cap. cum ſuper de re
iudicat. habetur in l. à Diuo Pio §. ſi
ſuper rebus, de re iudicat. nec mirum;
5 quia res inter † alios acta alijs non no
cet, l. ſepe, ff. de re iudicat. cap. penult.
eod. Couar. pract. queſt. cap. 16. num.
3. in fin. quod procedit, ſiue executio
ſit parata reſultans in Regno à quoli-
bet inſtrumento liquido, & manife-
ſto, ſiue ſit priuilegiata, & guarenti-
giata, & talis, quæ non obſtante qua-
cumque exceptione fit, nam ſi ter-
tius oppoſitor, & poſſeſſor rei, quæ
executatur, opponat ſe executioni nó
iure crediti, ſed iure dominij, aſſeren-
do ſe dominum, & poſſeſſorem; tunc
6 † executor ſuperſedere debet, donec
cognoſcatur de iure opponentis, ob-
ſeruantia prima de emptio. & vendi-
tion. foro primo de oppoſi. tertij, ꝗ
& de iure eſt, cap. veniens 2. vbi Abb.
& Felin. de teſtib. Couar. vbi ſupra,
num. 2. & alij multi allegati per Por-
tol. in verbo executio, num. 11. cum ſe
quent. Et ſicut is, qui ſe executioni op
ponit coram ipſo executore, facit ſu-
perſedere executionem, eodem mo-
7 do, & fortius id procedet, quando †
præſentat inhibitionem, & iuris fir-
mam tertij, nam illa eadem exceptio,
8 † quam poterat proponere coram iu-
dice executore, poteſt etiam proponi
coram Iuſtitia Aragonum, vt ſępius
diximus in cap. primo, firmando co-
ram eodem de ſtando, & parendo iu-
ri, & tunc firmans nihil aliud inten-
dit, quam dicere ſe dominum, & poſ-
ſeſſorem rei eſſe, non victum, nec có
9 demnatum, & tunc certum eſt, † quod
ſuperſedere debet executor, donec iſte
tertius oppoſitor, & firmans, de ſuo iu
re doceat, vt in foro primo de oppoſi
tione tertij, Molin. in verbo executio,
& in verbo firma, quem refert Porto.
vbi ſupra, num. 12. qui regulam ſupra-
dictam declarat, ampliat, & limitat,
& ſatis extenſè, & ita circa id amplius
immorandum non eſt. Sed ſolú, quod
ipſe non tetigit perquirendum, quæ
ſit cauſa huius dicti, ſcilicet, quod exe-
10 cutio † priuilegiata, & guarentigiata
non extendatur contra tertium poſ-
ſeſſorem. Et inuenio Corneum benè
declarantem conſil. 215. num. 3. volu.
4. in hęc verba, quia res iudicata, vel
inſtrumentum guarentigiatum, quod
ex forma ſtatuti habet executionem
11 paratam, ſicut res iudicata, † non mã
datur executioni contra tertium poſ-
ſeſſorem, licet ſingularem ſucceſſorẽ,
quia res inter alios acta alijs non præ-
iudicat, toto tit. in rubro, & in nigro
C. res inter alios acta. etiam ſi iſte ter
tius poſſideret res hypothecatas, ad-
huc non fieret executio contra ſingu-
larem ſucceſſorem l. 1. C. ſi vnus, ex
pluribus, vbi Angel. Bald. in l. 1. C.
communia delegat. 1. colum. in fin.
nam ſicut inſtrumentum guarentigia
12 tum non habet executionem contra
alium, quam debitorem, in quem diri
gitur præceptum notarij, tamquam
iudicis, & maximè ſtante forma ſta-
tuti, quo mandatur executioni contra
debitorem, ergo à contrario ſenſu nó
contra alium, hęc Corneus, idé elegan
ter confirmat Antonius Maſſagallu-
cius, in tractat. de formula cameræ
obliga. 2. parte, queſt. 2. fol. mihi 63.
numer. 3. vbi poſtquam egit de ſimili
executione priuilegiata, ſubnectit hęc
13 verba, ſed contra particularem † de-
bitoris ſucceſſorem, & quemlibet ter-
tium poſſeſſorem, etiam vigore hypo
thecę in obligatione comprehenſæ
non

non datur via executiua ſecundum
Alexandrum in l. à Diuo Pio §. ſi
ſuper colum. penult. & verſ. & pro
hoc bene. ff. de reiudicat. Fęlinus.
alios referens in capite cum ſuper
colum. antę penult. dę reiudi. Iaſſon.
in l. quædam. §. 1. verſiculo tertio
poſt. ff. de edendo, vbi refert Bald.
dicentem id eſſe notandum contra
ignorantes procuratores, & aduo-
catos, & ſic hęc executio, hęc inſtru
menta exequibilia habebunt locum
14 contra debitorem,† non tamen con-
tra ſingularem ſucceſſorem, ſeu poſ-
ſidentem bona debitoris, etiam hi-
pothecata, quia contra illum non
poteſt inſtrumentum exequi, nec
habet executionem paratam, imo via
ordinaria agendum eſt, & hoc ſiue,
quia res inter alios acta, alijs non prę-
15 iudicat, ſiue quia † obligatio perſo-
nalis non ſequitur ſingularem ſucceſ-
ſorem, nec fundi poſſeſſorem. l. ea
lege C. de condic. ob cauſam l. vt
pomum. ff. de ſeruit. l. 4 § opus. ff.
de alien. iudicij mutandi cauſa fact.
16 quod procedit † etiam ſi ius exequen
di procedat ex ſententia l. ſi mater
§. fin. l. iudicatis §. fin. ff. de excep
tio rei iudicatę, vnde dicit Bal. in l.
prima. 2. columna. C. communia
de legat. quod licet ſtatutum dicat
inſtrumenta confeſsionata exequan-
tur, reiecta omni exceptione, tale ſta-
tutum habebit locum ſi agatur con-
tra debitorem, ſed non conta tertium
17 poſſeſſorem, quia † preceptum, vel
confeſsio non ſequitur fundum. l. 1. ff.
ſi cert. petat & ſic ſolum contra de-
bitorem habebit locum ſtatutū, vnde
gloſſa in Clement. prima. in verbo
contra: de reiudicat. quæ prohibet
contra tres ſententias conformes poſ
18 ſe dici de nullitate † non habet lo-
cum, quo ad tertium comparentem
pro intereſſe ſuo, ſi contra eum non
fuerint latæ dictę ſententię, vnde Ioan
nes de Immol. in dicta Clemen. 1. di-
cit, quod ſi contra inſtrumentum non
poteſt opponi, niſi talis, & talis ex-
ceptio, non habebit hoc locum con-
tra tertium, cum quo non eſt confec-
tum, ita poſt multa reſoluit Xuar. in
l. poſt rem iudicatam limitatione pri-
ma ad declarationem legis Regni
ff. de reiudicat. nam ſimilia ſtatuta,
& priuilegia inſtrumentis conceſſa,
ſolum habent locum, & obſeruantur
19 contra perſonas † contentas in inſtru
mentis, & contra eos, inter quos, ſeu
cum quibus factum eſt inſtrumētum,
vel contra hæredes eorum, ſecus con
tra tertium ſe opponentem pro inter
eſſe ſuo, hanc quæſtionem mouet in-
terminis Benedictus de Barſis de li-
bellis guarentigijs, quæſtione. 9. verſ.
aliquando vero occurrit, vbi reſoluit
quod illa priuilegiata executio, illud
20 † præceptum, vel perſonalis perſecu-
tio, non ſequitur fundum, nec ſingu-
larem ſucceſſorem, & hoc non ſo-
lum in iure executiuo actionis per-
ſonalis, ſed etiam in executione iuris
realis, ita Xuarez vbi ſupra. nume-
ro. 4. ex quo inferebat aliquando
Aduocatus Fiſcalis huius Regni
Martinus Mirauete, vir ſingularis
eruditionis, & probatæ vitę, quod li-
21 cet in Regno contra † inſtrumentum
non admitatur probatio per teſtes ſe-
cundum obſeruantiam Regni, illud
tamen intelligendum eſſe dicebat,
reſpectu perſonarum, cum quibus
inſtrumentum reperitur confectum,
ſecus vero, quo ad extraneas perſo-
nas, quia illę bene poterunt probare
contra inſtrumentū per teſtes, ad intel
lectum obſeruantię finalis de conſor-
tibus, & hoc illud eſt, quod dici ſolet

22 quod licet † per inſtrumentum tranſ-
feratur poſſeſsio in vim ſtatuti, quod
fieri poteſt tam per actum fictum,
quam abſque aliquo actu corporeo,
vel ficto, notatur in l. raptores C. de
Epiſcop. & Clericis, cap. 2 de conſuet.
Tiraquel. in tracta. Le mort. Sayzit.
num. 6 DD. Caſtellani in l. 45. Tauri,
pro vt eſt in Regno noſtro, vbi tranſ-
fertur poſſeſsio, & dominium, ſi ita di
catur in inſtrumento, foro vnico de
acquirend. poſſeſsio. Sed id habet lo-
23 cum † reſpectu perſonarum, inter
quas fit inſtrumentum, ſecus reſpe-
ctu aliarum perſonarum, in quarum
præiuditium non tranſit poſſeſsio, nec
dominium, quia quo ad tertios non
habetur pro tranſlata poſſeſsio, dicto
foro de acquirend. poſſeſsio. Iaſſon in
l. ſi vnus §. ante omnia, ff. de pact.
nam ſecundum Corne. conſil. 159. nu
mer. 14. volum. 2. ſtatutum † indu-
24 cens fictionem, non cenſetur eam in-
ducere in preiuditiũ tertij poſſeſſoris,
Portol. multi allegans in §. poſſeſsio,
numer. 4. & 5. Decius in cap. ſuper eo
de officio. delegat. vnde ſi ei recog-
25 noſcens † probet dominium in fauo-
rem illius, cui fit recognitio Ripa in
l. ſi aliquam rem numer. 9. ff. de ac-
quirend. poſſeſsio. non tamen probat
dominium in præiuditium tertij, Ri-
pa vbi ſupra, numer. 40. vt diſponi-
tur expreſſe in dicto foro, quod limi-
26 tat Ripa, numer. 42. niſi † ille tertius
haberet cauſam ab illo, qui dicit in in
ſtrumento ſe transferre poſſeſsionẽ,
& dominium, & hęc eſt cauſa, quare
præſentata inhibitione, ſeu iuris fir-
ma tertij à tertio, qui nec fuit con-
demnatus, nec victus, debeat ſuſpen-
di executio, quia contra eum non
habet locum, ſeu effectum præcep-
tum illiu[illegible] Caſtalar[illegible]
[illegible], dum iſte tertius docet de
iure ſuo, quo probato in totum eua-
neſcit illa executio priuilegiata, &
via ordinaria agi oportet contra
iſtum tertium, alias autem non pro-
bato iure tertij continuatur execu-
27 tio, intra quod † autem tempus de-
beat fieri hæc probatio, & coram
quo iudice, & de modo procedendi,
hoc ſatis expeditum eſt per forum
de oppoſitione tertij, & ſciunt om-
nes practici cauſidicantes, ſuperiora
tamen limitant Doctores ſupradicti,
& pręſertim Suarez vbi ſupra, nu-
mero quarto, quando ius executiuum
28 † eſſet in eſſe productum antequam
res tranſiret ad tertium poſſeſſorem,
veluti quia erat lata ſententia con-
tra debitorem, vel pendebat liti-
gium, per quod res efficiebatur in-
alienabilis, & litigioſa ratione quę-
ſtionis dominij, tunc tranſiret ius
executiuum contra ſingularem ſuc-
ceſſorem, vt teſtantur Xuarez, Bar-
zius, & alij, alijs ſimilibus modis limi-
tantes ſupradictam regulam, quę (vt
ad eam reuertamur) veriſsima eſt re-
gulariter, adeò, quod etiam ſi ille,
29 qui executionem inſtat † velit pro-
bare in hoc iudicio executiuo, rem
ſpectare, nõ ad tertium poſseſſorem,
ſed ad debitorem principalem con-
demnatum, audiendus non eſt, quia
30 tertius † oppoſitor cum ſola poſſeſ-
ſione obtinebit in hoc iuditio, & im-
pediet executionem ſententię inter
alios latę, quia conueniens non eſt,
quod iſte tertius priuetur ſua poſſeſ-
ſione in hoc iuditio executiuo, admit
tendo creditorem, vt docent de non
iure tertij, l. vltima C. ſi per vim,
vel alio modo, Couarru. vbi ſup. nu.
14. verſ. ſed huic. Portol. vbi ſup. nu-
mer. 13. quod in tantum verum eſt,
31 quod ſufficiet ſi iſte † tertius oppo-
ſitor apparenter de iure ſuo doceat,
non

non enim tenetur plenè ſuum ius probare, ſed ſummariè tantum, Couarrub. vbi ſupra numer. 1. dicens ita communiter teneri, quem ſequuntur Fælin. & alij allegati per Portol. numer. 31. igitur ſecundum ſuperiora, poſt quam tertius docuerit de poſſeſſione ſua, nihil amplius quærendum eſt, nec aduerſarius admittendus ad eam impugnandum, ſed in ordina-
32 rio tantum iudicio audietur, † & interim proceſſus executiuus omnino quieſcet, pro vt fuit iudicatum (me exiſtente Locumtenente) in proceſſu Ioannis Romeo ſuper iurisfirma die quinta Iunij milleſimo ſexcenteſimo, primo in Curia Iuſtitiæ Aragonum, & in proceſſu Petri Bache agricultoris ſuper executione commandę die 28. Februarij milleſimo ſexcēteſimo tertio, in eadem Curia, & in proceſſu Hieronymæ del Bayle ſuper executione die vigeſimo ſexto, Ianuarij milleſimo ſexcenteſimo. Et idem ego antea iudicaueram in proceſſu Petri Maça de Liçana ſuper iurisfirma circa annos milleſimū quingēteſimū nonageſimū octauū, vel milleſimū quingenteſimū nonageſimū nonū. Dificultas maior in alio cōſiſtit an dato, quod in proceſſu executiuo non audiatur creditor, ſaltem admittatur
33 † in iuditio repulſionis iurisfirmæ ad repellendam ſeu reijciēdam firmam, docendo de non iure tertij, & impugnando poſſeſſionem ab eo probatam, poſt quā firmans docuit de iure ſuo, nam varie practicatum reperio, nam in proceſſu Hieronymæ del Bayle fuit ſancitum poſſe agi ad repulſionem iurisfirmæ, & condemnari firmantē in expenſis in duplū, prout
34 fuit ibi factum, ſed totum contrariū fuit habitum † pro conſtanti in alijs proceſſibus, pręſertim in proceſſu Ioannis Romeo, vbi fuit dictū, quod non eſt locus repulſioni iurisfirmæ tertij, quæ pręſentatur ad impediendam executionem, ſed quod via ordinaria agendum eſt, prout. Suarez. Barzis, Couarrub. & alij tenent, aſſerentes ſolum reſtare viam ordinarie agendi, ratio que poteſt eſſe ex ſuperioribus deſumpta, quia licet executor iuſtitiam foueat, & res fuerit debitoris, quæ nunc reperitur penes tertium poſſeſſorem, ad huc tamē illud ius executiuum, quod vigore ſtatuti aduerſus debitorem competebat, non procedit, nec habet locū contra tertiū poſſeſorem non victum, nec condemnatum, verum ſi
35 † ſententia mea ſequenda eſſet, ego darem locum ad repulſionem iurisfirmæ, quia parua, aut nulla differentia eſſe videtur, inter proceſſum ordinarium, & proceſſum repulſionis iurisfirmę, cum & hic ſatis prolixus ſit ſecundum foros Aragonum,
36 ratio eſt in promptu, quia ſi † in proceſſu repulſionis iurisfirmę conſtaret, hunc tertium poſſeſſorem hæredem eſſe debitoris, vel rem ipſam nactum fuiſſe poſt iudicium executiuum in eſſe productum, vt ſupra declaraui, iuſtum videtur in tali caſu, quod admitteretur hęc allegans, & quod obtineret ad repulſionem firmę, ſicuti obtinuiſſet in proceſſu ordinario, & id non inconuenit, cum iam tunc ſuperſeſſum ſit ſuper iure executiuo, imo ſi in eodem met proceſſu executiuo, incontinenti, abſque reuolutione chartatum conſtaret de non iure tertij in promptu, veluti quod hęres ſit debitoris, vel aliter de non iure
37 tertij appareret, admitterem † in tali caſu contradictionem creditoris, ſecus autem, vbi nō imprōptu, & incontinē ti hęc doceret creditor, quia non eſſet admittendus, non obſtante, quod

in curia Iuſtitiæ Aragonum in aliquibus exemplaribus allegatis per Portol. vbi ſupra, num. 32. fuerit admiſſus creditor executionem inſtans ad offuſcandum, & impugnandum ius tertij poſſeſſoris, quia illud ideò fuit,
38 quia tertius † non probabat ſe poſſeſſorem eſſe de præſenti, ſed inſtrumentum venditionis adducebat ad probandum dominium, & ideo cum non docuiſſet de iure, & poſſeſsione ſua, ſed ſolum ſe dominum allegabat per inſtrumentum, contra quod multa dici poterant, & forſam apparebat non legitimè confectum, maximè, quia per inſtrumentum potuit nõ transferri dominium, hoc non expreſſo, & hæc potuit eſſe cauſa, quare curia illa admiſit hanc contradictionem, Et quod docto de iure ſuo per tertium poſſeſſorem non admittatur
39 † contradictio, ſeu oppoſitio facta per creditorem in illo proceſſu executiuo, videtur expreſſè probari per obſeruantiam, item nota, quod aut
40 bona in fin. † de pignor. vbi ſolum admittit oppoſitionem, & contradictionem creditoris ad offuſcandum ius tertij, quando tertius vult rem recuperare cũ ſolo iuramento, quia tũc ſi creditor velit probare, rem debitoris ſui eſſe, mos ſibi gerendus eſt, & pinguior probatio præferenda debiliori probationi, vbi à contrario ſenſu ſentire videtur obſeruantia, quod ſi tertius aliter, quam per iuramentum probaret, ſe dominum, & poſſeſſorem eſſe, creditor vtique admittendus non eſſet ad contradictionẽ, quod benè nota, quia non vidi ad id per forſitas ponderatam eſſe illam † ob-
41 ſeruantiam, quæ præ oculis tenenda eſt in hac materia oppoſitionis tertij, quia multos caſus decidit. Et omnia, quæ ſupradicta ſunt procedunt, & ſimili modo repetenda ſunt, etiam vbi abſque firma, & inhibitione aliquis ſe opponeret alicui executioni, coram iudicè exequente, quia ſimiliter executio eſſet ſuſpendenda, & agendum via ordinaria, cum modificationibus, & limitationibus ſupra traditis.

Aliquando vidi dubitari, an ſi inhibitio, & firma communis, ſeu volandera præſentatur iudici Eccleſia-
42 ſtico per Ioannem, tamquam iurisfirma tertij, ſuppoſito, quod Eccleſiaſticus mandauit fieri executionem in bonis Petri, aliquibus aſſerentibus hanc firmam præſentatã fuiſſe in modum iurisfirmę tertij, & pro iure tertij, alijs affirmantibus, firmam hanc eſſe ſolum competentiæ, & ſolum per eam prætendi, vt Eccleſiaſticus iudex non ſe intromittat de rebus layci, qui licet vt tertius ſe opponit, aſſerendo rem ſuam eſſe, & non Petri condemnati, adhuc tamen verũ eſt dicere, quod hic tertius oppoſitor laycus eſt, & quod firmam pręſentat cum nominatione arbitri, & ſic in ordine intellectus, prius allegat incompetentiam, quam ius tertij, quinimo de iure tertij per viam iuris firmę, & pręſentãdo eam, non potuit opponere coram iudice Eccleſiaſtico, quia forus de oppoſitione tertij formam dat iudicibus ſecularibus, & cum eis loquitur, non vero,
43 cum Eccleſiaſticis iudicibus. Benè tamen potuit iſte Ioannes tertius oppoſitor comparere coram iudice Eccleſiaſtico, & eius iuriſdictionem prorrogando, docere ibi de iure ſuo, non autem eum declinando, & in competentiam allegando, pro quo nota caſum ſequentem. Iudex Eccleſiaſticus mandauit fieri executionem in bonis Petri layci in caſu, quo iuriſdictionem habebat contra eum, in executione
44 comparuit Ioannes, aſſerens bona execu-

executata ſua eſſe, & præſentauit iudici Eccleſiaſtico firmam, ſeu inhibitionem communem, quam volandeſam vocamus, poſtea actor comparuit coram Iuſtitia Aragonum dicẽs, quod ex quo firmans non fecerat fidem de iure ſuo intra tempus fori, mandaret Locumtenens Iuſtitiæ Aragonum procedi ad vlteriora in cauſa iuxta forum de oppoſitione tertij, & fuit mandatum procedi. Sed poſtea cum videretur, quod erat firma competentiæ, & quod competentia erat iuxta forum formanda, reuocauit, & ſeu annullauit Locumtenens illam ſententiam, poſtea tamen negotio magis inſpecto viſum fuit Locumtenenti primam ſententiam bene latã, & non fuiſſe reuocandam, & ſic annullauit ſecundam, viuificando, & reſtituendo primã, cuius voti fuerũt tres Locumtenentes, ſed ego, & alius diximus pro ſecunda ſententia, quia licet firma videretur præſentata per modũ iurisfirmę tertij, adhuc tamen verum erat dicere, quod fuit preſentata à layco, & cum nominatione arbitri, & q̃ ſic erat formanda competentia, ſaltẽ ad effectum diſcutiẽdi, an bona eſſent obligati, an vero tertij. Sicuti quando dubitatur, an bona, ratione quorum quis conuenitur coram Eccleſiaſtico ſint Eccleſiaſtica, vel ſecularia ad deuoluendã, vel denegandã iuriſdictionem iuxta caput, ſi clericus laycũ, de foro competen. vbi Abb. vel quod prorogando iuriſdictionem Eccleſiaſtici, hoc ius tertij examinaretur corã eo, & non coram Locumtenente iudice layco, prout in ſuperioribus dixi, vide in proceſſu Franciſci Martinez, ſuper iurisfirma tertij, in anno milleſimo ſexcenteſimo, & hoc eſt conſonum rationi.

CAPVT DECIMVM tertium.

Admiſſa, vel repulſa firma alicuius debitoris principalis, núm in conſequentiam admiſſa, vel repulſa cenſeatur firma fideiuſſoris, & an differentia ſit inter fideiuſſorem iudicij, & contractus examinatur.

SVMMA EORVM, quæ in hoc Capit. 13. continentur.

1. *Firma principalis debitoris qui fecit electionem iurisfirmæ admiſſa, vel repulſa, num cenſeatur admiſſa, vel repulſa firma fideiuſſoris diſputatur, & numer. 7. reſoluitur.*
2. *Sententia lata contra principalem debitorem, exequitur recta via contra fideiuſſorẽ de iudicato ſoluendo. Secus vero contra fideiuſſorem contractus, vt num. 3.*
4. *Sententia lata contra debitorem, exequitur etiam in bonis debitoris ſui.*

5 Interruptio præſcriptionis facta contra principalem, num operetur contra eius fideiuſſorem dubitatur, & ſub diſtinctione reſoluitur, & numer. 6.

Caput. 13.

AN Repulſa iuris firma, ſeu admiſſa, principalis † debitoris, qui fecit electionem iuris firmæ, cenſeatur in
1 conſequentiam, & tacitè repulſa etiam, vel admiſſa iuris firma, quam interpoſuit ad curiam Iuſtitię Aragonum eius fideiuſſor. Quæ dubitatio breuiter diluenda eſt, conſtituta differentia inter fideiuſſorem contractus, & fideiuſſorem iudicij, nã
2 ſententia † lata contra principalem debitorem, exequitur recta via contra fideiuſſorem de iudicato ſoluẽdo, & ſic iudicij, abſque nouo proceſſu Io. Baptiſt. Aſin. in ſua praxi. §. 31. c. 2. ampliat. 22. Münſin. ſing. obſer. centu. 4. decis. 96. qui omnes de communi, Lancel. de attent. poſt inhib. 2. par. cap. 20. limit. 6. Licet ſecus contra fi-
3 deiuſſorem † contractus, nam requiritur nouus proceſſus, ſecundum ſupra dict. qui de cõmuni, Guido etiã Papæ deciſ. 26. vbi etiam habes in additione, an ſententia lata contra fideiuſſorem, exequatur contra principalem, & in deciſione 215. num. 9. vbi bona additio, de quo DD. ſupradicti latè,
4 ſicut † etiam ſententia contra debitorem lata, exequitur in bonis debitoris ſui, l. 2. C. quando fiſcus, vel priuatus, ex quibus ſequitur reſolutio alterius queſtionis, an interruptio fa-
5 cta † contra principalem, operetur contra fideiuſſorem ignarum, & non citatum, & dicendum eſt, quod ſic contra fideiuſſorem de iudicato ſoluendo, & ſic iudicij, ſecus contra fideiuſſorem contractus, Lancelot. vbi ſupra, num. 4. Ratio differentię eſt, quia contra fideiuſſorem iudicij exequitur recta via ſententia lata contra principalẽ, ſine nouo proceſſu, ſecus contra fideiuſſorem contractus, & ſic
6 in primo caſu interrumpit, † ſecus in ſecundo, prout fuit iudicatum in pro-
* ceſſu Petri Ioannis Caſademonte, ſuper iuris firma, in curia Iuſtitię Aragonum, die decima Decembris milleſimo ſexcenteſimo tertio, vide Balb. cum communi de pręſcription. 3. par. 3. partis, ſextę partis principalis queſt. 4. gloſ. vbi Barto. in l. cum quis §. ſi quis pro reo in gloſ. 3. ff. de ſolut. dicẽs eſſe vnicam, vide Bald. conſi. 45. nu. 5. Marſil. in rubr. de fideiuſſor. nu. 268.
7 vnde infertur ſolutio † ad dubitationem noſtram, vt ſcilicet ex admiſsione, vel repulſione iuris firmæ principalis, cenſeatur admiſſa, ſeu repulſa iuris firma fideiuſſoris de iudicato ſoluendo, & ſeu iudicij, qui ſimiliter fecit electionem iuris firmæ, & de ea in ſententia nihil dictum ſit, vt fuit habitum pro conſtanti in curia Iuſtitiæ Aragonum, in proceſſu Ludouici Or-
* tal, necnon Hieronymi de la Peña, & Ioannis de Rius, ſuper electione iuris firmæ, ratio etiam eſt, quia ſi eſt admiſſa, eadem exceptione principalis, ſe tuebitur fideiuſſor, ſi repulſa, compelletur fideiuſſor, ſicut debitor principalis.

CAPVT

CAPVT DECIMVM quartum.

Firma iuris, & inhibitio nũm futura tantum compræhendat, & afficiat, an & quandoque præterita, diſputatur.

SVMMA EORVM, quæ in hoc Cap. 14. continentur.

1 *Firma iuris futura tantum, non vero præterita ſub pœna nullitatis, & attentatorũ compræhendit.*

2 *Firma præſentata, debitore capto, vel pignorato, neque capturam, neque pignorationem impedit.*

3 *Firma iuris, iura partium ſolum conſeruat, & omnia alia in eo ſtatu, in quo erant tempore inhibitionis.*

4 *Lex futura reſpicit, non vero præterita, nec præſentia, quod intellige in deciſiuis, ſecus vero in ordinatiuis, vt numer. 5.*

6 *Principis & Iudicis præceptum legis habet vigorem.*

7 *Verba in inhibitionibus apponi ſolita ibi (ſi quid in præiuditium inhibitionis attentatum ſit, in priſtinum ſtatum reuocetur,) parum aut nihil operantur.*

8 *Inhibitiones obtinentes, in earum præſentatione vigiles eſſe debent.*

9 *Inhibitio non inficit futura executiua, & acceſſoria ad actum de præterito.*

Caput. 14.

DVBITARI etiã multoties vidi, an iuris firma, aut inhibitio iuris firmę, afficiat, & afficiat futura tãtum, an etiã preterita, in qua re

1 breuiter reſoluendo dicendum eſt, † futura tantum inhibere, ſub pœna attentatorum, & nullitatis, & aliarum pœnarum; non autem preterita, per textum in capit. primo de noui oper. nun. cap. non ſolum, ſecundo reſpon. de appella. in ſexto, ita concludit in terminis Fęder. c. de Senis, conſil. 290

2 alias 300. Vnde ſi † inhibitio fiat debitore capto, vel pignorato, captura, & pignoratio non reuocabuntur, ſed ſola futura impedientur, ita reſoluit Manſolius de inhibition. queſtion. vigeſima ſecũda, & ſeptuaginta.

3 ſolum enim inhibitio † conſeruat iura partium, & omnia alia, in eo ſtatu, in quo erant tempore inhibitionis,

& per conſequens prohibet futura, ſi
in contrarium fiant, præterita autem
non reſpicit Molin. verb. firma, verſ.
in vna firma, prout dicimus de lege,
† quæ etiam futura reſpicit non vero
4 præterita, nec preſentia. capit. 2. de
conſtit. l. leges C. de legib. & hoc
verum in deciſiuis, ſecus in ordinati-
uis, in quibus lex † etiam reſpicit pre
5 terita DD. in capit. fin. de conſtit vbi
Abbas, & bona gloſſa. quę commu-
nem dicit Bald. in capit. fin ne lite
pendente. At, inhibitio cũ ſit præcep-
tum principis, & iudicis, † qui eum
6 repreſentat, legis habet vigorem §.
ſed, & quod principi placuit inſtit de
iure nat. gent. & ciui. idem reſoluit
Laurentius de Rodulf in tractat. de
vſur. quęſtione. 130. numer. 16. idque
verum eſt, non obſtantibus illis ver-
bis, quæ in inhibitionibus apponi
ſolent, vide licet; † *ſi quid in præiudi-*
7 *tium inhibitionis attentatum ſit, in pri-*
ſtinum ſtatum reuocetur, nam iſta ver-
ba non obſtant, pro vt dicunt Ro-
dulf. & Mandoſi, vbi ſupra & appo-
nuntur magis de ſtylo notariorum,
quam de neceſsitate, ſiue vtilitate ali-
qua, vt quotidie experimur, Quare
vigiles eſſe debent, qui huiuſmodi in
hibitiones † obtinent, in preſentan-
8 do eas ante præiuditium illis irroga-
tum, nam ſi poſt, tunc per viam ap-
pellationis, vel alterius recurſus ad
ſuperiorem, vel per eundem met iu-
dicem, grauamen tollendum eſſet.

In tantum ſuperiora vera ſunt,
quod ſcilicet inhibitio, & ſeu iurisfir-
ma non inficit facta, ſed ſolum futu-
ra, non obſtante, illa clauſula. *Et ſi*
quid contra præmiſſa factum eſt, in
ſuum ſtatum reducatis de qua Man-
doſ. & Rodulfus vbi ſupra, vt de iu-
re procedat, etiã quo ad ea, quę ſunt
acceſſoria ad iam facta, & geſta ante
inhibitionem, & litis pendentiam, ita
Abb. in cap. vt noſtrum. numer. 4.
de appellatio, vbi quod non obſtante
euocatione, & reuocatione ſuperio-
ris, per quã tota iuriſdictio abdicatur
inferiori, tamen ſi collatio dignitatis
precesſit euocationem, valebit tradi-
tio ſigilli facta poſt euocationẽ, quia
cenſetur, executio collationis iam fa-
ctę, ſicut appellatio non ſuſpendit ac-
tum factum, nec etiam futurum om-
nino acceſſorium, & executiuũ ad ac-
tum de preterito per appellationem
non ſuſpenſum, cap. conſtitutus, cap.
paſtoralis de appellatio, quod verum
fatetur Abb. vbi de re ſemel geſta
conſtat clarè, d. numer. 4. per totum
vnde ſi Papa reſeruat prouiſionem
alicuius Abbatię, & ante reſeruatio-
9 nem aliquis † fuerat electus, & con-
firmatus, non videtur velle Papa im-
pedire benedictionem Abbatis, cum
veniat acceſſoriè ad actum non exple
tũ per inferiorẽ, ante reſeruationem,
hinc dicit Pariſsius conſ. 172. in 4.
quod non datur remedium attentato
rũ, ad acceſſoria eorum, quę erant
geſta ante litem, ante quam, ſi quis
habeat ciuilem poſſeſsionem, ſi po-
ſtea accipiat naturalem quaſi acceſſo-
riam, non dicitur attẽtare ſecundum
eum, & Immolam in clementina. 1.
oppoſitione. 1. vt lite pend. & plus
dicit Pariſsius. quod nõ obſtante inhi
bitione, poteſt quis adire iudicem pro
continuanda ſua poſſeſsione, & conti
nuare, quia poſt inhibitonem non in-
nouat, qui continuat poſſeſsionem Mã
doſ. de inhibition. quęſt. 23. Lance-
lot. de attent. 2. part capit. 4. limit. 1.
num. 2. & minus ſi ad iudicem recur-
rit pro continuanda poſſeſsione, quia
vrbanius illud aget, ad euitandos tu-
multus, ſecundum Bald. in c. an ſit de
appella-

Digitized by Google

appellatio. de quo ad propoſitum vide Lancelot. de attentatis, 2. par. cap. 4. limitatione 1. maximè à numer. 10. cum ſequentibus. Quę omnia limitantur, niſi aliud conſtaret eſſe de intentione inhibentis per coniecturas, vel aliàs Abb. num. 5. & eſſet optima coniectura ſi inhibitio fundaretur in ſola ſuſpitione, quam concepiſſet ſuperior contra inferiorem, idem Abb. vbi ſupra, vbi etiam limitat in euocatione facta à Papa de certa ſcientia, vbi eſt ſpeciale, quod euocatur omne negotium, etiam executiuum ad actum de præterito, & ſic ſecundum eum, plus operatur euocatio Apoſtolica, quam appellatio.

CAPVT DECIMVM quintum.

SVMMA EORVM, quæ in hoc Capit. 15. continentur.

1 *Firma conceſſa debitori, prodeſt etiam fideiuſſori ſuo, pro quo non inhibet, limita, vt numer. 7.*

2 *Inhibitionem non extendi ad aliàs perſonas, ſiue res quam contentas in eadem, qualiter intelligatur exponitur.*

3 *Fideiuſſor conuentus pro exactione debiti principalis debitoris, poteſt opponere eas exceptiones, quæ principali debitori competebant, ſi tamen rei cohereant, non vero perſonæ, vt num. 4.*

5 *Debitor licet confiteatur debitum eſſe verum, & pecuniã ſibi numeratam, fideiuſſor tamen adhuc pecuniam non fuiſſe numeratam opponere poteſt.*

6 *Dilatio reo competens, competit, & fideiuſſori.*

8 *Sententia lata contra principalem non præiudicat fideiuſſori contractus.*

An iurisfirma, & illius inhibitio, in fauorem debitoris principalis conceſſa, proſit fideiuſſori ſuo, pro quo non inhibet.

Caput. 15.

HÆC Quæſtio differt ab alia ſupra propoſita in cap. 13. licet in aliquo illi ſimilis ſit, in qua dicẽdum † eſt, prodeſſe
1 etiam fideiuſſori, idque propter communionem, quæ eſt inter principalem, & fideiuſſorem, per rationem tex. in l. 1. C. de diuerſis reſcriptis, Feli. ſuper rubr. de reſcript. num. 4. Et licet dici ſoleat, quod inhi-
2 bitio non † extenditur ad aliàs perſonas, ſiue res, quam contentas inhibitione, vt in reſcriptis cap. P. & G. de officio delegat. cap. eam te, iuxta vnũ intellectum, de reſcriptis, adhuc tamẽ hic non videtur diuerſitas perſonarũ, quo-

fuit victus ab eo, qui executionem pe
tit, opponere ſe executioni, & eam im
pedire, quo caſu ſuperſedendum eſt
in executione, alioqui non fieret exe-
cutio contra victum, & condemna-
tum, ſed contra † ipſum tertium, qui
4 numquam litigauit, nec victus fuit, quod
abſurdum eſſet, cap. cum ſuper de re
iudicat. habetur in l. à Diuo Pio §. ſi
ſuper rebus, de re iudicat. nec mirum;
5 quia res inter † alios acta alijs non no
cet, l. ſepe, ff. de re iudicat. cap. penult.
eod. Couar. pract. queſt. cap. 16. num.
3. in fin. quod procedit, ſiue executio
ſit parata reſultans in Regno à quoli-
bet inſtrumento liquido, & manife-
ſto, ſiue ſit priuilegiata, & guarenti-
giata, & talis, quæ non obſtante qua-
cumque exceptione ſit, nam ſi ter-
tius oppoſitor, & poſſeſſor rei, quæ
executatur, opponat ſe executioni nō
iure crediti, ſed iure dominij, aſſeren-
do ſe dominum, & poſſeſſorem; tunc
6 † executor ſuperſedere debet, donec
cognoſcatur de iure opponentis, ob-
ſeruantia prima de emptio. & vendi-
tion. foro primo de oppoſi. tertij, quod
& de iure eſt, cap. veniens 2. vbi Abb.
& Felin. de teſtib. Couar. vbi ſupra,
num. 2. & alij multi allegati per Por-
tol. in verbo executio, num. 11. cum ſe
quent. Et ſicut is, qui ſe executioni op
ponit coram ipſo executore, facit ſu-
perſedere executionem, eodem mo-
7 do, & fortius id procedet, quando †
præſentat inhibitionem, & iuris fir-
mam tertij, nam illa eadem exceptio,
8 † quam poterat proponere coram iu-
dice executore, poteſt etiam proponi
coram Iuſtitia Aragonum, vt ſæpius
diximus in cap. primo, firmando co-
ram eodem de ſtando, & parendo iu-
ri, & tunc firmans nihil aliud inten-
dit, quam dicere ſe dominum, & poſ-
ſeſſorem rei eſſe, non victum, nec cō
9 demnatum, & tunc certum eſt, † quod
ſuperſedere debet executor, donec iſte
tertius oppoſitor, & firmans, de ſuo iu
re doceat, vt in foro primo de oppoſi
tione tertij, Molin. in verbo executio,
& in verbo firma, quem refert Porto.
vbi ſupra, num. 12. qui regulam ſupra-
dictam declarat, ampliat, & limitat,
& ſatis extenſè, & ita circa id amplius
immorandum non eſt. Sed ſolū, quod
ipſe non tetigit perquirendum, quæ
ſit cauſa huius dicti, ſcilicet, quod exe-
10 cutio † priuilegiata, & guarentigiata
non extendatur contra tertium poſ-
ſeſſorem. Et inuenio Corneum benè
declarantem conſil. 215. num. 3. volu.
4. in hęc verba, quia res iudicata, vel
inſtrumentum guarentigiatum, quod
ex forma ſtatuti habet executionem
11 paratam, ſicut res iudicata, † non mā
datur executioni contra tertium poſ-
ſeſſorem, licet ſingularem ſucceſſorē,
quia res inter alios acta alijs non præ-
iudicat, toto tit. in rubro, & in nigro
C. res inter alios acta. etiam ſi iſte ter
tius poſſideret res hypothecatas, ad-
huc non fieret executio contra ſingu-
larem ſucceſſorem l. 1. C. ſi vnus, ex
pluribus, vbi Angel. Bald. in l. 1. C.
communia delegat. 1. colum. in fin.
nam ſicut inſtrumentum guarentigia
12 tum non habet executionem contra
alium, quam debitorem, in quem diri
gitur præceptum notarij, tamquam
iudicis, & maximè ſtante forma ſta-
tuti, quo mandatur executioni contra
debitorem, ergo à contrario ſenſu nō
contra alium; hęc Corneus, idē elegan
ter confirmat Antonius Maſſa Gallē-
cius, in tractat. de formula cameræ.
obliga. 2. parte, queſt. 2. fol. mihi 63.
numer. 3. vbi poſtquam egit de ſimili
executione priuilegiata, ſubnectit hęc
13 verba, ſed contra particularem † de-
bitoris ſucceſſorem, & quemlibet ter-
tium poſſeſſorem, etiam vigore hypo
thecę in obligatione comprehenſæ
non

non datur via executiua ſecundum
Alexandrum in l. à Diuo Pio §. ſi
ſuper colum. penult. & verſ. & pro
hec bene. ff. de reiudicat. Felinus.
alios referens in capite cum ſuper
colum. antę penult. de reiudi. Iaſſon.
in l. quędam. §. 1. verſiculo tertio
porta. ff. de edendo, vbi refert Bald.
dicentem id eſſe notandum contra
ignorantes procuratores, & aduo-
catos, & ſic hęc executio, hęc inſtru
menta exequibilia habebunt locum
14 contra debitorem,† non tamen con-
tra ſingularem ſucceſſorem, ſeu poſ-
ſidentem bona debitoris, etiam hi-
pothecata, quia contra illum non
poteſt inſtrumentum exequi, nec
habet executionem paratam, imo via
ordinaria agendum eſt, & hoc ſiue,
quia res inter alios acta, alijs non prę-
15 iudicat, ſiue quia † obligatio perſo-
nalis non ſequitur ſingularem ſucceſ-
ſorem, nec fundi poſſeſſorem. l. ea
lege C. de condic. ob cauſam l. vt
pomum. ff. de ſeruit. l. 4 § opus. ff.
de alienat. iudicij mutandi cauſa fact.
16 quod procedit † etiam ſi ius exequen
di procedat ex ſententia l. ſi mater
§. fin. l. iudicatis §. fin. ff. de excep
tio rei iudicatę, vnde dicit Bal. in l.
prima. 2. columna. C. communia
de legat. quod licet ſtatutum dicat
inſtrumenta confeſsionata exequan-
tur, reiecta omni exceptione, tale ſta-
tutum habebit locum ſi agatur con-
tra debitorem, ſed non conta tertium
17 poſſeſſorem, quia † preceptum, vel
confeſsio non ſequitur fundum. l. 1. ff.
ſi cert. petat & ſic ſolum contra de-
bitorem habebit locum ſtatutū, vnde
gloſſa in Clement. prima. in verbo
contra: de reiudicat. quæ prohibet
contra tres ſententias conformes poſ
18 ſe dici de nullitate † non habet lo-
cum, quo ad tertium comparentem
pro intereſſe ſuo, ſi contra eum non
fuerint latæ dictę ſententię, vnde Ioan
nes de Immol. in dicta Clemen. 1. di-
cit, quod ſi contra inſtrumentum non
poteſt opponi, niſi talis, & talis ex-
ceptio, non habebit hoc locum con-
tra tertium, cum quo non eſt confec-
tum, ita poſt multa reſoluit Xuar. in
l. poſt rem iudicatam limitatione pri-
ma ad declarationem legis Regni
ff. de reiudicat. nam ſimilia ſtatuta,
& priuilegia inſtrumentis conceſſa,
ſolum habent locum, & obſeruantur
19 contra perſonas † contentas in inſtru
mentis, & contra eos, inter quos, ſeu
cum quibus factum eſt inſtrumētum,
vel contra hæredes eorum, ſecus con
tra tertium ſe opponentem pro inter
eſſe ſuo, hanc quæſtionem mouet in-
terminis Benedictus de Barſis de li-
bellis guarentigijs, quæſtione. 9. verſ.
aliquando vero occurrit, vbi reſoluit
quod illa priuilegiata executio, illud
20 † præceptum, vel perſonalis perſecu-
tio, non ſequitur fundum, nec ſingu-
larem ſucceſſorem, & hoc non ſo-
lum in iure executiuo actionis per-
ſonalis, ſed etiam in executione iuris
realis, ita Xuarez vbi ſupra. nume-
ro. 4. ex quo inferebat aliquando
Aduocatus Fiſcalis huius Regni
Martinus Mirauete, vir ſingularis
eruditionis, & probatæ vitę, quod li-
21 cet in Regno contra † inſtrumentum
non admitatur probatio per teſtes ſe-
cundum obſeruantiam Regni, illud
tamen intelligendum eſſe dicebat,
reſpectu perſonarum, cum quibus
inſtrumentum reperitur confectum,
ſecus vero, quo ad extraneas perſo-
nas, quia illę bene poterunt probare
contra inſtrumentū per teſtes, ad intel
lectum obſeruantię finalis de conſor-
tibus, & hoc illud eſt, quod dici ſolet

22 quod licet † per inſtrumentum trans-
feratur poſſeſsio in vim ſtatuti; quod
fieri poteſt; tam per actum fictum,
quam abſque aliquo actu corporeo,
vel ficto, notatur in l. raptores C. de
Episcop. & Clericis, cap. 2 de conſuet.
Tiraquel. in tracta. Le mort. Sayzit.
num. 6 DD. Caſtellani in l. 45. Tauri,
pro vt eſt in Regno noſtro, vbi trans-
fertur poſſeſsio, & dominium, ſi ita di
catur in inſtrumento, foro vnico de
acquirend. poſſeſsio. Sed id habet lo-
23 cum † reſpectu perſonarum, inter
quas fit inſtrumentum, ſecus reſpe-
ctu aliarum perſonarum, in quarum
præiuditium non tranſit poſſeſsio, nec
dominium, quia quo ad tertios non
habetur pro tranſlata poſſeſsio, dicto
foro de acquirend. poſſeſsio. Iaſſon in
l. ſi vnus §. ante omnia, ff. de pact.
nam ſecundum Corne. conſil. 159. nu
mer. 14. volum. 2. ſtatutum † indu-
24 cens fictionem, non cenſetur eam in-
ducere in prẹiuditiū tertij poſſeſſoris,
Portol. multi allegans in § poſſeſsio,
numer. 4. & 5. Decius in cap. ſuper eo
de officio. delegat. vnde ſi ei recog-
25 noſcens † probet dominium in fauo-
rem illius, cui fit recognitio Ripa in
l. ſi aliquam rem numer. 9. ff. de ac-
quirend. poſſeſsio. non tamen probat
dominium in præiuditium tertij, Ri-
pa vbi ſupra, numer. 40. vt diſponi-
tur expreſſe in dicto foro, quod limi-
26 tat Ripa, numer. 42. niſi † ille tertius
haberet cauſam ab illo, qui dicit in in
ſtrumento ſe transferre poſſeſsionē,
& dominium, & hęc eſt cauſa, quare
præſentata inhibitione, ſeu iuris fir-
ma tertij à tertio, qui nec fuit con-
demnatus, nec victus, debeat ſuſpen-
di executio, quia contra eum non
habet locum, ſeu effectum præcep-
tum illiu[illegible] Carcularij ſeu gua-
rentigia, dum iſte tertius docet de
iure ſuo, quo probato in totum eua-
neſcit illa executio priuilegiata, &
via ordinaria agi oportet contra
iſtum tertium, alias autem non pro-
bato iure tertij continuatur execu-
27 tio, intra quod † autem tempus de-
beat fieri hæc probatio, & coram
quo iudice, & de modo procedendi,
hoc ſatis expeditum eſt per forum
de oppoſitione tertij, & ſciunt om-
nes practici cauſidicantes, ſuperiora
tamen limitant Doctores ſupradicti,
& pręſertim Suarez vbi ſupra, nu-
mero quarto, quando ius executiuum
28 † eſſet in eſſe productum antequam
res tranſiret ad tertium poſſeſſorem,
veluti quia erat lata ſententia con-
tra debitorem, vel pendebat liti-
gium, per quod res efficiebatur in-
alienabilis, & litigioſa ratione quę-
ſtionis dominij, tunc tranſiret ius
executiuum contra ſingularem ſuc-
ceſſorem, vt teſtantur Xuarez, Bar-
zis, & alij, alijs ſimilibus modis limi-
tantes ſupradictam regulam, quę (vt
ad eam reuertamur) veriſsima eſt re-
gulariter, adeò, quod etiam ſi ille,
29 qui executionem inſtat † velit pro-
bare in hoc iudicio executiuo, rem
ſpectare, nō ad tertium poſſeſſorem,
ſed ad debitorem principalem con-
demnatum, audiendus non eſt, quia
30 tertius † oppoſitor cum ſola poſſeſ-
ſione obtinebit in hoc iuditio, & im-
pediet executionem ſententię inter
alios latę, quia conueniens non eſt,
quod iſte tertius priuetur ſua poſſeſ-
ſione in hoc iuditio executiuo, admit
tendo creditorem, vt docent de non
iure tertij, l. vltima C. ſi per vim,
vel alio modo, Couarru. vbi ſup. nu.
14. verſ. ſed huic. Portol. vbi ſup. nu-
mer. 23. quod in tantum verum eſt,
31 quod ſufficiet ſi iſte † tertius oppo-
ſitor apparenter de iure ſuo doceat,
non

non enim tenetur plenè ſuum ius probare, ſed ſummariè tantum, Couarrub. vbi ſupra numer. 1. dicens ita communiter teneri, quem ſequuntur Fælin. & alij allegati per Portol. numer. 31. igitur ſecundum ſuperiora, poſt quam tertius docuerit de poſſeſſione ſua, nihil amplius quærendum eſt, nec aduerſarius admittendus ad eam impugnandum, ſed in ordinario tantum iudicio audietur,
32 † & interim proceſſus executiuus omnino quieſcet. pro vt fuit iudicatum (me exiſtente Locumtenente) in proceſſu Ioannis Romeo ſuper iurisfirma die quinta Iunij milleſimo ſexenteſimo, primo in Curia Iuſtitiæ Aragonum, & in proceſſu Petri Bache agricultoris ſuper executione commandę die 28. Februarij milleſimo ſexcenteſimo tertio, in eadem Curia, & in proceſſu Hieronymæ del Bayle ſuper executione die vigeſimo ſexto, Ianuarij milleſimo ſexcenteſimo. Et idem ego antea iudicaueram in proceſſu Petri Maça de Liçana ſuper iuris firma circa annos milleſimũ quingẽteſimũ nonageſimũ octauũ, vel milleſimũ quingenteſimũ nonageſimũ nonũ. Dificultas maior in alio cõſiſtit an dato, quod in proceſſu executiuo non audiatur creditor, ſaltem admittatur
33 † in iuditio repulſionis iurisfirmæ ad repellendam ſeu reijciẽdam firmam, docendo de non iure tertij, & impugnando poſſeſſionem ab eo probatam, poſt quã firmans docuit de iure ſuo, nam varie practicatum reperio, nam in proceſſu Hieronymæ del Bayle fuit ſanitum poſſe agi ad repulſionem iurisfirmæ, & condemnari firmantẽ in expenſis in duplũ, prout fuit ibi factum, ſed totum contrariũ
34 fuit habitum † pro conſtanti in alijs proceſſibus, pręſertim in proceſſu Ioannis Romeo, vbi fuit dictũ, quod non eſt locus repulſioni iurisfirmæ tertij, quæ pręſentatur ad impediendam executionem, ſed quod via ordinaria agendum eſt, prout. Suarez. Barzis, Couarrub. & alij tenent, aſſerentes ſolum reſtare viam ordinarie agendi, ratio que poteſt eſſe ex ſuperioribus deſumpta, quia licet executor iuſtitiam foueat, & res fuerit debitoris, quæ nunc reperitur penes tertium poſſeſſorem, adhuc tamẽ illud ius executiuũ, quod vigore ſtatuti aduerſus debitorem competebat, non procedit, nec habet locũ contra tertiũ poſſeſorem non victum, nec condemnatum, verum ſi
35 † ſententia mea ſequenda eſſet. ego darem locum ad repulſionem iurisfirmæ, quia parua, aut nulla differentia eſſe videtur, inter proceſſum ordinarium, & proceſſum repulſionis iurisfirmę, cum & hic ſatis prolixus ſit ſecundum foros Aragonum,
36 ratio eſt in promptu, quia ſi † in proceſſu repulſionis iurisfirmę conſtaret, hunc tertium poſſeſſorem hæredem eſſe debitoris, vel rem ipſam nactum fuiſſe poſt iudicium executiuum in eſſe productum, vt ſupra declaraui, iuſtum videtur in tali caſu, quod admitteretur hęc allegans, & quod obtineret ad repulſionem firmę, ſicuti obtinuiſſet in proceſſu ordinario, & id non inconuenit, cum iam tunc ſuperſeſſum ſit ſuper iure executiuo, imo ſi in eodem met proceſſu executiuo, incontinenti, abſquę reuolutione chartarum conſtaret de non iure tertij in promptu, veluti quod hęres ſit debitoris, vel aliter de non iure
37 tertij appareret, admitterem † in tali caſu contradictionem creditoris, ſecus autem, vbi nõ imprõptu, & incontinẽti hęc doceret creditor, quia non eſſet admittendus, non obſtante, quod in cu-

in curia Iuſtitiæ Aragonum in aliquibus exemplaribus allegatis per Portol. vbi ſupra, num. 32. fuerit admiſſus creditor executionem inſtans ad offuſcandum, & impugnandum ius tertij poſſeſſoris, quia illud ideò fuit,
38 quia tertius † non probabat ſe poſſeſſorem eſſe de præſenti, ſed inſtrumentum venditionis adducebat ad probandum dominium, & ideo cum non docuiſſet de iure, & poſſeſſione ſua, ſed ſolum ſe dominum allegabat per inſtrumentum, contra quod multa dici poterant, & forſam apparebat non legitimè confectum, maximè, quia per inſtrumentum potuit nõ transferri dominium, hoc non expreſſo, & hæc potuit eſſe cauſa, quare curia illa admiſit hanc contradictionem, Et quod docto de iure ſuo per tertium poſſeſſorem non admittatur
39 † contradictio, ſeu oppoſitio facta per creditorem in illo proceſſu executiuo, videtur expreſſè probari per obſeruantiam, item nota, quod aut
40 bona in fin. † de pignor. vbi ſolum admittit oppoſitionem, & contradictionem creditoris ad offuſcandum ius tertij, quando tertius vult rem recuperare cũ ſolo iuramento, quia tũc ſi creditor velit probare, rem debitoris ſui eſſe, mos ſibi gerendus eſt, & pinguior probatio præferenda debiliori probationi, vbi à contrario ſenſu ſentire videtur obſeruantia, quod ſi tertius aliter, quam per iuramentum probaret, ſe dominum, & poſſeſſorem eſſe, creditor vtique admittendus non eſſet ad contradictionẽ, quod benè nota, quia non vidi ad id per forſitan ponderatam eſſe illam † ob-
41 ſeruantiam, quæ præ oculis tenenda eſt in hac materia oppoſitionis tertij, quia multos caſus decidit. Et omnia, quæ ſupradicta ſunt procedunt, & ſimili modo repetenda ſunt, etiam vbi abſque firma, & inhibitione aliquis ſe opponeret alicui executioni, coram iudice exequente, quia ſimiliter executio eſſet ſuſpendenda, & agendum via ordinaria, cum modificationibus, & limitationibus ſupra traditis.

Aliquando vidi dubitari, an ſi inhibitio, & firma communis, ſeu vo-
42 landera præſentatur iudici Eccleſiaſtico per Ioannem, tamquam iurisfirma tertij, ſuppoſito, quod Eccleſiaſticus mandauit fieri executionem in bonis Petri, aliquibus aſſerentibus hanc firmam præſentatã fuiſſe in modum iurisfirmę tertij, & pro iure tertij, alijs affirmantibus, firmam hanc eſſe ſolum competentiæ, & ſolum per eam prætendi, vt Eccleſiaſticus iudex non ſe intromittat de rebus layci, qui licet vt tertius ſe opponit, aſſerendo rem ſuam eſſe, & non Petri condemnati, adhuc tamen verũ eſt dicere, quod hic tertius oppoſitor laycus eſt, & quod firmam pręſentat cum nominatione arbitri, & ſic in ordine intellectus, prius allegat incompetentiam, quam ius tertij, quinimo de iure tertij per viam iuris firmę, & pręſentãdo eam, non potuit opponere coram iudice Eccleſiaſtico, quia forus de oppoſitione tertij formam dat iudicibus ſecularibus, & cum eis loquitur, non vero, cum Eccleſiaſticis iudicibus. Benè ta-
43 men potuit iſte Ioannes tertius oppoſitor comparere coram iudice Eccleſiaſtico, & eius iuriſdictionem prorrogando, docere ibi de iure ſuo, non autem eum declinando, & in competentiam allegando, pro quo nota caſum ſequentem. Iudex Eccleſiaſticus mandauit fieri executionem in bonis Petri layci in caſu, quo iuriſdictionem habebat contra eum, in executione
44 comparuit Ioannes, aſſerens bona execu-

executata ſua eſſe, & præſentauit iudici Eccleſiaſtico firmam, ſeu inhibitionem communem, quam volandeſam vocamus; poſtea actor comparuit coram Iuſtitia Aragonum dicens, quod ex quo firmans non fecerat fidem de iure ſuo intra tempus fori, mandaret Locumtenens Iuſtitiæ Aragonum procedi ad vlteriora in cauſa iuxta forum de oppoſitione tertij, & fuit mandatum procedi. Sed poſtea cum videretur, quod erat firma competentiæ, & quod competentia erat iuxta forum formanda, reuocauit, & ſeu annullauit Locumtenens illam ſententiam, poſtea tamen negotio magis inſpecto viſum fuit Locumtenenti primam ſententiam bene latã, & non fuiſſe reuocandam, & ſic annullauit ſecundam, viuificando, & reſtituendo primã, cuius voti fuerũt tres Locumtenentes, ſed ego, & alius diximus pro ſecunda ſententia, quia licet firma videretur præſentata per modũ iurisfirmę tertij, adhuc tamen verum erat dicere, quod fuit pręſentata à layco, & cum nominatione arbitri, & ꝙ ſic erat formanda competentia, ſaltẽ ad effectum diſcutiẽdi, an bona eſſent obligati, an vero tertij. Sicuti quando dubitatur, an bona, ratione quorum quis conuenitur coram Eccleſiaſtico ſint Eccleſiaſtica, vel ſecularia ad deuoluendã, vel denegandã iuriſdictionem iuxta caput, ſi clericus laycũ, de foro competen. vbi Abb. vel quod prorogando iuriſdictionem Eccleſiaſtici, hoc ius tertij examinaretur corã eo; & non coram Locumtenente iudice layco, prout in ſuperioribus dixi, vide in proceſſu Franciſci Martinez, ſuper iurisfirma tertij, in anno milleſimo ſexcenteſimo, & hoc eſt conſonum rationi.

CAPVT DECIMVM tertium.

Admiſſa, vel repulſa firma alicuius debitoris principalis, núm in conſequentiam admiſſa, vel repulſa cenſeatur firma fideiuſſoris, & an differentia ſit inter fideiuſſorem iudicij, & contractus examinatur.

SVMMA EORVM, quæ in hoc Capit. 13. continentur.

1 *Firma principalis debitoris qui fecit electionem iurisfirmæ admiſſa, vel repulſa, num cenſeatur admiſſa, vel repulſa firma fideiuſſoris diſputatur, & numer. 7. reſoluitur.*

2 *Sententia lata contra principalem debitorem, exequitur recta via contra fideiuſſorẽ de iudicato ſoluendo. Secus vero contra fideiuſſorem contractus, vt num. 3.*

4 *Sententia lata contra debitorem, exequitur etiam in bonis debitoris ſui.*

 Inter-

5 Interruptio præſcriptionis facta contra principalem, núm operetur contra eius fideiuſſorem dubitatur, & ſub diſtinctione reſoluitur, & numer. 6.

Caput 13.

AN Repulſa iuris firma, ſeu admiſſa,
1 principalis † debitoris, qui fecit electionem iuris firmæ, cenſeatur in conſequentiam, & tacitè repulſa etiam, vel admiſſa iuris firma, quam interpoſuit ad curiam Iuſtitię Aragonum eius fideiuſſor. Quæ dubitatio breuiter diluenda eſt, conſtituta differentia inter fideiuſſorem contractus, & fideiuſſorem iudicij, nã
2 ſententia † lata contra principalem debitorem, exequitur recta via contra fideiuſſorem de iudicato ſoluẽdo, & ſic iudicij, abſque nouo proceſſu Io. Baptiſt. Aſin. in ſua praxi. §. 31. c. 2. ampliat. 22. Münſin. ſing. obſer. centu. 4. decif. 96. qui omnes de communi, Lancel. de attent. poſt inhib. 2. par. cap. 20. limit. 6. Licet ſecus contra fi-
3 deiuſſorem † contractus, nam requiritur nouus proceſſus, ſecundum ſupra dict. qui de cõmuni, Guido etiã Papæ deciſ. 26. vbi etiam habes in additione, an ſententia lata contra fideiuſſorem, exequatur contra principalem, & in deciſione 215. num. 9. vbi bona additio, de quo DD. ſupradicti latè,
4 ſicut † etiam ſententia contra debitorem lata, exequitur in bonis debitoris ſui, l. 2. C. quando fiſcus, vel priuatus, ex quibus ſequitur reſolutio alterius queſtionis, an interruptio facta † contra principalem, operetur
5 contra fideiuſſorem ignarum, & non citatum, & dicendum eſt, quod ſic, contra fideiuſſorem de iudicato ſoluendo, & ſic iudicij, ſecus contra fideiuſſorem contractus, Lancelot. vbi ſupra, num. 4. Ratio differentię eſt, quia contra fideiuſſorem iudicij exequitur recta via ſententia lata contra principalẽ, ſine nouo proceſſu, ſecus contra fideiuſſorem contractus, & ſic
6 in primo caſu interrumpit, † ſecus in ſecundo, prout fuit iudicatum in proceſſu Petri Ioannis Caſademonte, ſuper iuris firma, in curia Iuſtitię Aragonum, die decima Decembris milleſimo ſexcenteſimo tertio, vide Balb. cum communi de pręſcription, 3. par. 3. partis, ſextę partis principalis queſt. 4. gloſ. vbi Barto. in l. cum quis §. ſi quis pro reo in gloſ. 3. ff. de ſolut. dicẽs eſſe vnicam, vide Bald. conſi. 45 nu. 5. Marſil. in rubr. de fideiuſſor. nu. 268.
7 vnde infertur ſolutio † ad dubitationem noſtram, vt ſcilicet ex admiſsione, vel repulſione iuris firmæ principalis, cenſeatur admiſſa, ſeu repulſa iuris firma fideiuſſoris de iudicato ſoluendo, & ſeu iudicij, qui ſimiliter fecit electionem iuris firmæ, & de ea in ſententia nihil dictum ſit, vt fuit habitum pro conſtanti in curia Iuſtitiæ Aragonum, in proceſſu Ludouici Ortal, necnon Hieronymi de la Peña, & Ioannis de Rius, ſuper electione iuris firmæ, ratio etiam eſt, quia ſi eſt admiſſa, eadem exceptione principalis, ſe tuebitur fideiuſſor, ſi repulſa, compelletur fideiuſſor, ſicut debitor principalis.

CAPVT

CAPVT DECIMVM quartum.

Firma iuris, & inhibitio nûm futura tantum compræhendat, & afficiat, an & quandoque præterita, diſputatur.

SVMMA EORVM, quæ in hoc Cap. 14. continentur.

1 *Firma iuris futura tantum, non vero præterita ſub pœna nullitatis, & attentatorũ compræhendit.*

2 *Firma præſentata, debitore capto, vel pignorato, neque capturam, neque pignorationem impedit.*

3 *Firma iuris, iura partium ſolum conſeruat, & omnia alia in eo ſtatu, in quo erant tempore inhibitionis.*

4 *Lex futura reſpicit, non vero præterita, nec præſentia, quod intellige in deciſiuis, ſecus vero in ordinatiuis, vt numer. 5.*

6 *Principis & Iudicis præceptum legis habet vigorem.*

7 *Verba in inhibitionibus apponi ſolita ibi (ſi quid in præiuditium inhibitionis attentatum ſit, in priſtinum ſtatutum reuocetur,) parum aut nihil operantur.*

8 *Inhibitiones obtinentes, in earum præſentatione vigiles eſſe debent.*

9 *Inhibitio non inficit futura executiua, & acceſſoria ad actum de præterito.*

Caput. 14.

DVBITARI etiã multoties vidi, an iurisfirma, aut inhibitio iurisfirmę, afficiat, & afficiat futura tãtum, an etiã preterita, in qua re
1 breuiter reſoluendo dicendum eſt, † futura tantum inhibere, ſub pœna attentatorum, & nullitatis, & aliarum pœnarum; non autem preterita, per textum in capit. primo de noui oper. nun cap. non ſolum, ſecundo reſpon. de appella. in ſexto. Ita concludit in terminis Fęder c. de Senis, conſil. 290
2 alias 300. Vnde ſi † inhibitio fiat debitore capto, vel pignorato, captura, & pignoratio non reuocabuntur, ſed ſola futura impedientur, ita teſoluit Mandoſius de inhibition. queſtion. vig. ſima ſecũda, & ſeptuaginta.
3 Solum enim inhibitio † conſeruat iura partium, & omnia alia, in eo ſtatu, in quo erant tempore inhibitionis,

appellatio de quo ad propoſitum vide Lancelot. de attentatis, 2. par. cap. 4. limitatione 1. maximè à numer. 10. cum ſequentibus. Quę omnia limitantur, niſi aliud conſtaret eſſe de intentione inhibentis per coniecturas, vel alias Abb. num. 5. & eſſet optima coniectura ſi inhibitio fundaretur in ſola ſuſpitione, quam concepiſſet ſuperior contra inferiorem, idem Abb. vbi ſupra, vbi etiam limitat in euocatione facta à Papa de certa ſcientia, vbi eſt ſpeciale, quod euocatur omne negotium, etiam executiuum ad actum de præterito, & ſic ſecundum eum, plus operatur euocatio Apoſtolica, quam appellatio.

CAPVT DECIMVM quintum.

SVMMA EORVM, quæ in hoc Capit. 15. continentur.

1 *Firma conceſſa debitori, prodeſt etiam fideiuſſori ſuo, pro quo non inhibet, limita, vt numer. 7.*

2 *Inhibitionem non extendi ad alias perſonas, ſiue res quam contentas in eadem, qualiter intelligatur exponitur.*

3 *Fideiuſſor conuentus pro executione debiti principalis debitoris, poteſt opponere eas exceptiones, quæ principali debitori competebant, ſi tamen rei cohereant, non vero perſonæ, vt num. 4.*

5 *Debitor licet confiteatur debitum eſſe verum, & pecuniã ſibi numeratam, fideiuſſor tamen adhuc pecuniam non fuiſſe numeratam opponere poteſt.*

6 *Dilatio reo competens, competit, & fideiuſſori.*

8 *Sententia lata contra principalem non præiudicat fideiuſſori contractus.*

An iurisfirma, & illius inhibitio, in fauorem debitoris principalis conceſſa, proſit fideiuſſori ſuo, pro quo non inhibet.

Caput. 15.

HÆC Quæſtio differt ab alia ſupra propoſita in cap. 13. licet in aliquo illi ſimilis ſit, in qua dicẽdum † eſt, prodeſſe
1 etiam fideiuſſori, idque propter communionem, quæ eſt inter principalem, & fideiuſſorem, per rationem tex. in l. 1. C. de diuerſis reſcriptis, Feli. ſuper rubr. de reſcript. num. 4. Et licet dici ſoleat, quod inhi-
2 bitio non † extenditur ad alias perſonas, ſiue res, quam contentas inhibitione, vt in reſcriptis cap. P. & G. de officio delegat. cap. eam te, iuxta vnũ intellectum, de reſcriptis, adhuc tamẽ hic non videtur diuerſitas perſonarũ, quo-

quoad finem opponendi eas exceptiones, quas principalis debitor poterat opponere, vt ſtatim dicam, nam fideiuſſor, † conueutus pro exactione de-
3 biti principalis debitoris, poteſt opponere illas omnes exceptiones, quæ principali debitori competebant, l. 2. ff. quę res pignori obligari poſſunt, l. conſtitutionibus, & ibi Bald. C. de vſu: quod tamen intellige, dummodo exceptiones † prędictę cohere-
4 ant rei, non perſonę, vt in dictis iuribus, notatur in l. ſi ſtipulatus eſſes de fideiuſſ. immo fideiuſſor poteſt opponere exceptiones ex perſona rei, etiā ipſo reo inuito, d. l. ſi ſtipulatus de fideiuſſo. vnde licet debitor confiteatur debitum eſſe verum, & non vſurariū,
5 vel † pecuniam ſibi numeratam, adhuc tamen fideiuſſor poterit opponere de non numerata pecunia, vel quod contractus eſt vſurarius, vt cum multis reſoluit Hippolit. de Marſi. in rubr. de fideiuſſor. num. 267. cum ſequentibus 36. queſt. & dilatio, quę datur reo † competit etiam fideiuſſori, l. fin. vbi Bart. C. de vſur. rei iudicat. Et ſic ſtāte inhibitione premiſſa, ſi fideiuſſor cogeretur, ipſe principalis cogi videretur, & regreſſus habitus contra fideiuſſorem, videretur habitus contra principalem, quia per obliquum lęderetur principalis, l. Titius, & ibi Bart. ff. de procurat. latius proſſequitur Mandoſ. queſt. 68. quæ opi-
6 nio mihi placet † de plano, reſpectu fideiuſſoris iudicij, in fideiuſſore tamen contractus contrarium videtur tenere Mandoſius, queſt. 48. cuius opinio non deuiat à regulis iuris, imo eſt magis communis, Minſing. ſingul. obſeru. centur. 4. deciſ. 96. Ioan. Baptiſt. Aſyn. in praxi §. 31. cap. 2. ampli. 22. vbi de communi, quia ſen-
7 tentia lata † contra principalem, non præiudicat fideiuſſori contractus, licet ſic fideiuſſori iudicij, vt latius habes in deciſionibus meis, vbi vide, quo attento hęc Mandoſij opinio ſequenda eſt; vide latè Lancelot. de attentat. poſt inhib. 2. par. cap. 20. limit. 6. vbi reſoluit pro hac opinione.

CAPVT DECIMVM ſextum.

SVMMA EORVM, quæ in hoc Capit. 16. continentur.

1 *Frma iuris, ſine mandato, & peti, & obtineri poteſt, & ſufficiet generale ſi mandatum ſit de tempore, illud exhibere in quacumque parte litis, ante ſententiam tamen, vt num. 2. & 5.*

3 *Mandatum de tempore, etiam de iure in quacumque parte litis exhiberi poteſt, etſi tam in cauſa concluſum ſit.*

4 *Publicatio ſemper cenſetur facta de eo procuratorio, quod valet, licet in proceſſu non ſit.*

Caput. 16.

In quo quæritur, an requiratur ad obtinendam inhibitionem iuris firmę, mandatū, ſiue generale, ſiue ſpeciale, illius, pro quo inhibetur.

SI

1 IN Hoc breuiter eſt tenendum, (ex quo materia eſt breuicar-tica) quod ſine mandato, & abſque eo, quod ſit fides de mandato, poteſt quis petere, & obtinere inhibitionem iuris firmę pro aliquo, cuius procuratorem ſe dicit, & ſufficiet generaliter, ſi man
2 datum ſit † de tempore illud exhibere in quacumque parte litis ante ſententiam, & etiam poſt concluſum, & renunciatum in cauſa, ... item ſi alij iuis de procurator. Molina in verbo procurator, & verbo firma, Portol. in verbo procurator, num. 25. dicens, idem eſſe de iure, vt manda-
3 tum † de tempore, in quacumque parte litis exhiberi poſſit, etiamſi in cauſa eſt concluſum, Decius in capite nouiam, contra num. 17. de probatio. Maſcard. concluſio. 1026. num. 15. & non obſtante, quod in proceſſu conſtet de alio procuratorio non ſufficienti, nam ſemper fiet interpretatio, vt actus valeat, in vim alterius procuratorij validi, de quo habuit no
4 titiam procurator, licet in proceſſu nō ſit. Michelan. deciſ. 204. circa fin. per reg. ... ff. de mi ... c. niſi eſſent viri prouidi. de preb. & d. gn. non obſtante ec de M ... deciſ. quia ibi limitauit ſe procurator ad procuratorium ... ſufficiens, ſic fuit pronuntiatum in proceſſu, ſeu in cauſa
* D. Ludouici de Funes, olim Muñoz, ſuper apprehenſione, in curia Iuſtitiæ Aragonum, die ſexto Septembris, milleſimo quingenteſimo nonageſimo
* quinto; & in proceſſu Petri de Alet, ſuper apprehenſione, in curia Iuſtitiæ Aragonum, die vigeſimo octauo Iulij, milleſimo quingenteſimo nonageſimo ſeptimo, Immo ſufficiet procu-
5 ratorium generale † alicuius, abſque ſpeciali mandato ad obtinendam inhibitionem iuris firmę principali, l. prohiberi in princi. ff. quod vi aut clam, ſuppoſito, quod ibi lex non requirit ſpeciale mandatum, l. ſi hominem, ff. mandat. & talis eſt conſuetudo huius Regni; immo eſt vniuerſalis hęc conſuetudo, pro vt reſoluit latiſſime Mandoſi. de inhibition. queſtion. 66.

CAPVT DECIMVM ſeptimum.

SVMMA EORVM, quæ in hoc Capit. 17. continentur.

1 *Firma iuris, eſt quoddā genus euocationis cauſarum ab omni iudice.*

2 *Firma iuris arctat, à die præſentationis eiuſdem, non verò à die conceſſionis; & ratio traditur, nu. 7. & 8.*

3 *Executio iuris firmæ in præſentatione conſiſtit.*

4 *Inhibitionem obtinens, ante illius præſentationem, & executionem penitere poteſt.*

5 *Factum ab inhibito ante præſentatam inhibitionem, etiam ſi decretum irritans in inhibitione contineatur, valet, & tenet.*

6 *Humanitas iuſtè pœnitentibus amputari non licet.*

Iudex

9 *Iudex à quo, in cauſa principali procedere poteſt etiam poſt decretam inhibitionem, non tamen eidem præſentatam, quod intellige, vt numer. 10.*

11 *Reſcriptum non præſentatum, nec aufert, nec dat iuriſdictionem, & num. 13. Quamuis aliqui contra teneant, numer. 12.*

14 *Statutũ requirens ſciẽtiam, vel notitiam alicuius actus ad effectum, vt aliquid fiat, vel non fiat, tunc non ſufficit ſimplex ſcientia, & numer. 22.*

15 *Emptor, venditori euictionem denuntiare tenetur, nec ſufficit. quod aliás venditor id ſciat.*

16 *Euocatio, ſi non fiat cum decreto irritante, ſed ſimpliciter non arctat, nec operatur abdicationem iuriſdictionis ante præſentationem, et num. 19.*

17 *Intereſſe iudicis euocantis, in euocatione conſideratur, licet in hoc Regno contrarium obſeruetur, vt numero 18.*

20 *Credens nimis cito, leuis eſt corde.*

21 *Aduerſario dicenti iudicẽ mandaſſe, eum in iudicium venire, credendum non eſt.*

23 *Præſentationes actuum per miniſtros, & alios curiæ officiales, & ſub alijs ſolemnitatibus fieri debent.*

24 *Diſpoſitio quælibet à conſuetudine interprætationem recipit.*

25 *Præſentationes iurisfirmarum, cum ſint actus extra iuditiales, ſine nuntijs, & miniſtris curiæ, mediante tamen inſtrumento faciendæ ſunt, et originaliter dimiſſa tamen copia, vt n. 26.*

27 *Inſtrumentum originale ſi non habemus, ad exemplaria non reſpicimus.*

Caput. 17.

An iurisfirmæ inhibitio afficiat, & effectum ſortiatur, à præſentatione illius, an vero à die conceſsionis.

SI Ad huius dubij deciſionem adducerentur regulæ, quæ in materia euocationis procedunt, attento, quod iuris-

1 iurisfirma † eſt quoddam genus euocationis, ex quo per eam euocatur ab omni iudice, de maiori ad minorem, grauante regnicolas, euocatur in quam ipſa cauſa ad effectum reparandi grauamen, ſi hæc regulę vt dixi attenderetur, magis res ipſa dubijs inuolueretur, quam decideretur, quare proprijs inhibitionum regulis, tamquam firmiſsimis fundamentis ædificantes, tenere debemus, quod iu-
2 ris † firma, & eius inhibitio arctant, & afficiunt à die preſentationis illarum, non vero à die conceſsionis; ita tenet Molin. in verbo firma, verſiculo firma iuris ibi *quod ſi firma originalis* vbi Portoles n. 12. proſsequitur, nam ſola expeditio literarum inhibitoriarum, nihil operari debet, niſi à tempore
3 executionis illarum, executio † autem in preſentatione conſiſtit, Guido Papæ conſilio 66. & conſilio 69. vbi proſſequitur Socin. conſilio 45. numero ſeptimo libro primo, vbi dicit, quod ita demum attentatum reuocatur, ſi fiat poſt inhibitionem tranſmiſsam, ſecus autem ſi anteà fiat, quia ante inhibitionem tranſmiſſam, non eſt reuocata iuriſdictio, hæc ille. Deinde quia obtinens in-
4 hibitionem, † poteſt pœnitere ante illius executionem, & præſentationem, pro vt diximus in ſimili de citante aliquem ad vetitum tribunal, l. in criminali iuncta gloſa in verbo in vetito, C. de iuris. omnium iudic. quo caſu ex quo is, cuius fauore inhibitio fit, ea vti non vult; aut ei
5 renunciat, certè valere † debet id, quod ab inhibito factum fuerit, etiam ſi decretum irritans in inhibitione adeſſet, ſecundum Dominicum in capite ex parte de conceſſio. præben. in 6. quem ſequuntur Fælin. & Decius in capite cęterum de reſcript. Couarrub. practicar. quæſtion. capite nono numero ſeptimo verſiculo quod ſi his, & in capite quamuis pactum, ſecunda parte §. ſecundo, numero ſexto in 6. idque non ſine ratione, ne ſcilicet
6 † iuſtè pœnitentibus humanitas amputetur, capite vltimo §. ſi quis libellos 2. queſtione ſexta, Rota deciſione 402. incipienti ſi actor; Bellamera. deciſ. Aquil. de Gras incipien. cauſa commiſſa, & decreta citatione nondum executa ſub titulo de commiſsionib. 9. in ordine,
7 aliàs 66. facit fortiſsima ratio, † quia ſi tempus conceſsionis iurisfirmæ, aut inhibitionis attenderetur, nō autem tempus præſentationis, magna inde fraus, magnus inde dolus orirentur; quibus omnia iura occurrunt l. ſi cui. ff. de ſeruit. l. in fundo, vbi glo. dat concordantia, ff. de rei vendicat. capite fin. in principio cum glo. de poſtul. fraus autem manifeſta conſiſteret, ſi obtinens inhibitionem differret preſentationem illius ad vexandum partem aduerſam ſumptibus, & litibus, vſque ad ſententię calculum, & eam tunc præſentando, ſecurus de negotij exitu; & dilatione iudicem, & partem eludendo, & licet ratio hęc in materia euocationis, non per omnes recipiatur indiſtinctè, vt apparet per Mandoſium de inhibition.
8 queſtione 3. tamen † in materia inhibitionis recipitur, & approbata eſt ab omnibus requirentibus preſentationem literarum, non ſolum reſpectu rei, cui intimatio facienda eſt inhibitionis, ſecundùm Mandoſium queſtione nonageſima ſexta num. quinto verſiculo expræmiſsis,

ſed etiam reſpectu iudicis inhibiti, ſecundum eundem in quæſt. 75. numer. 3. in fin. vbi quod poſt decretam inhibitionem, non impeditur iudex
9 a quo, † quin procedere poſsit in cauſa principali, quia non attenditur tempus decretæ inhibitionis, ſed præſentationis, ſecundum Bald. ſpecul. Fælinū. & alios per eum allegatos, & licet videatur ibi loqui Mandoſ. quando poſt decretam inhibitionem iudex a quo reuocauit grauamen ab eo illatum, vt tali caſu poſsit procedere quouſque præſentatio inhibitionis ei fiat, quaſi ſecus ſi grauamen non reuocaſſet, nam tunc videtur ipſe ſentire, tempus conceſsionis attendi, in quæſtione. 96. numero. 4. ad huc tamen eſt intelligendus, ne ſibi obſcurus, & contrarius videatur
10 † quando inhibitio ſimul cum euocatione, facta eſt cum clauſula irritante, vt in quæſtione. 31. vel quod eius opinio non ſit ſequenda, vt falſa, nam regula eſt, ſecundum Butrium, & Immolam in capite. 2. de officio delegat. quod per reſcriptum non præ-
11 ſentatum † non auferatur iuriſdictio, ſicut nec datur ante præſentationem eiuſdem, & ideo Speculator fecit titulum ſpecialem de præſentatione reſcripti, quia ante ipſam nihil fieri poteſt, imo de ea vtile eſt fieri inſtrumentum, proſequitur latius Fælin. in capite. cæterum, numer. 11. de reſcriptis, & licet aduerſæ opinio-
12 nis authores dicant, † geſta per inhibitum non tenere a die conceſsionis, & hoc propter defectum fundamenti iuriſdictionis, ſcilicet voluntatis inhibentis, quia decretum inhibitionis non ab eo ſolo, qui obtinuit, ſed ab eo, & iudice pendet, & ab aduerſorio etiam, & amplius inhibito, cum iam inhibitio reddacta in actis, ſit facta communis omnibus, Bald. tamen in l. mandatum columna. vltima C. mandat. tollit hanc rationem
13 † dicendo, quod voluntas inhibentis eſt, vt non abſtineatur authoritate reuocatoriarum, ante earum præſentationem, quod ibi Salicet. in fin. dicit ſeruari in omni foro, & ſic ex his infertur, quod ſimplex ſcientia, & notitia inhibitionis non ſufficeret ad id, vt inhibitus ſe abſtineat ex eo,
14 quia quando requiritur ſcientia † ſeu notitia alicuius, ad effectum vt aliquid faciat, vel non faciat, tunc non ſufficit ſimplex ſcientia, Bat. in l. qui vxori. §. quid ergo. ff. de adulte. hinc dicimus, emptorem debere
15 venditori † denuntiare, quod veniat ad eum deffendendū, & non ſufficiat notitia aliunde habita, iuxta l. primam C. de periculo, & commodo rei vendi. Fælin. in capite. cum contingat. 4. conclu. de reſcript. potuit enim notitia aliunde habita, ex aliquo falſo rumore prouenisſe, incerta, generalis, & vaga, cui nō credēdū dicit Tiraquellus de retract. lignag. §. 36. glo. 11. n. 31. fol. mihi 580. idq; per tex. apertū in l. in totū ibi *niſi vera et certa ſciētia*. ff. de regulis, iur. & glo. in c. cupiētes verbo notitiā de electione in 6. quę bene declarat, nā ſcire nō dicitur, niſi qui certo ſcit, glo. in l. de ſtatu ff. de teſtam. Deinde quia quando aliquid cōceditur alicui ſub cōditione tacita, vel expreſſa, ſi re conceſsa pars vti velit, & ſic expectatur euentus animi ſui, tunc ſimplex notitia non operatur reuocationem, ſed notificatio, & præſentatio requiritur, vt in ſecundo reſcripto contra primum impetrato. ſimili argumento vtitur Fælin. vbi ſupra numero. 11. & 17. quia poſſibile eſt, quod ſecundus impetrator non vtatur ſecundo reſcripto, & ſic opus eſt, quod pars excipiat, quę omnia ſuadentur, quia euocatio † ſi non
16 fiat

fiat cum decreto irritante, ſed ſim-
pliciter, non arctat, non operatur ab
dicationem iuriſdictionis ante præ-
ſentationem, reſoluit Couarrub. prac.
quæſtion c. 9. numero 7. verſiculo
ſecunda concluſio Rebuf. ad leges
regias titulo de euocat. queſtione 3.
& alij per eos allegati, Bardaxi de
officio gubernat. queſtione 5. nume-
ro 68. & licet in terminis iuris mul-
ti contrarium teneant, & multæ in
contrarium deciſiones reperiantur,
vt apparet per Couarrub. Bardaxi,
Mandoſi. queſtione 51. & 96. idque
potiſsimum ea ratione, quia in euo-
17 catione † conſideratur etiam inte-
reſſe iudicis euocantis, quia ab eo
etiam pendet euocatio, Mandoſi. d.
queſtione 96. in fin. Bardaxi vbi ſu-
pra. In Aragonia tamen non conſi-
18 deratur † intereſſe iudicis euocan-
tis, ſed partis tantum, quæ curet
eſſe vigil, ſi vult, cum poſsit vti, &
non vti prouiſione, quare in regno,
ſine diſtinctione aliqua, ante præſen-
tationem literarum euocatio non ab-
dicat iuriſdictionem, cumque inhi-
bitio iurisfirmæ, genus quoddam
ſit euocandi cauſas, vt ſupra dixi-
mus, ideo concludendum eſt, inhi-
19 bitionem, ita demum † arctare, ſi
præſentata & notificata ſit, & id
ſolemniter, ſaltim per inſtrumen-
tum, vt fuit habitum pro conſtanti
in curia Domini Iuſti. Arago. in
* proceſſu Hyppolitæ Lopez ſuper
manifeſtatione perſon. menſe Sep-
tembris 1597. vide ſupra capite
nono §. primo, nam nō tenetur quis
credere aduerſario, affirmanti in-
hibitum eſſe, cum nemo debeat
eſſe nimis credulus, iuxta dictum
20 ſapientis, qui nimis cito † credit le-
uis eſt corde, ad l. tertiam §. ſed
ſi ſic accipit, ff. de in rem verſo, vide
quæ de nimis credulo, vel penitus
incredulo ſentiat ſublimis ille Pale-
phatus Pirineus, alias Parrius,
qui floruit tempore Artaxerxis &
ſcripſit Greca lingua, in exordio
fragmentorum, quæ nobis reliquit,
in modum ſequentem, *Plerique ho-
minum ſunt, qui dictis hominum fi-
dem præſtant, tamquam inſipientes,
& inſcij, quidam natura rudes,
pluribus in rebus verſati, nihil ho-
rum credunt, mihi autem quæ-
cumque dicentur, fieri poſſe videntur*,
hinc Speculator in titulo de cita-
tione §. ſequitur numero ſecun-
do Fælin. in capite cum contingat
numero vndecimo de reſcript. ſua-
dent, non fore credendum aduerſa-
21 rio † dicenti iudicem mandaſſe eum
in iudicium venire, vel ſe appellaſ-
ſe, quia ſæpe hæc, vel ſimilia ſi-
mulantur, & tanto magis id pro-
cedit, quando tractatur vt quis pœ-
nam incurrat, prout eſt attentans,
& contrauenieus inhibitioni iuris-
22 firmæ, tunc enim ſcientia † con-
cludenter, non autem præſumptiue
eſt probanda Ruin. conſilio 66.
numero decimo tertio libro tertio
ſic mandatarius incidens arbores in
alieno prædio, excuſatur, ſi bona fi-
de id faciat l. in rem §. ſignum vbi
Bart. Bald. ff de rei vend. & comu-
niter DD. ſecundum Decian. tom.
ſecundo libro 9. c. 37. & non tene-
bitur credere aſſerenti alienum Alex.
in l. de pupillo §. denunciationem
quarta columna de noui oper. nun.
imo de iure, nec ſola oſtenſio in-
ſtrumenti per aduerſarium facta ſuf-
ficeret, quia inſtrumentum in iudi-
cio producendum eſt, & pars cita-
ri debet ad dicendum contra, &
recognoſcendum illud, ante iſta, in-
ſtrumentum etiam publicum eſt

in conſiderabile Oldrad. conſilio primo, imo per miniſtros, & officiales † Curiæ, & ſub alijs ſolemnitatibus, has præſentationes fieri debere, tradit latiſsime Mandoſius de inhibitio quęſtione. 80. vbi latius, partiq; nullatenus credendum, ſed cum quæſitum hoc, & quælibet alia † diſpoſitio a conſuetudine interpretationem recipiat, prout voluit Innocentius in capite. olim de verborum ſignificatione, quem ſequitur Abbas in capite certificari de ſepultur. Socin. conſilio. III. libr. I. Decius in l. ſemper inſtipulationibus de regul. iur. practica, & conſuetudo noſtri Regni eſt, vt preſentationes iſtarum iurisfirmarum, cum actus extraiudiciales ſint † fiant ſine nuntijs, & miniſtris, mediante tamen inſtrumento, per quod conſtet de preſentatione, vt de inſtrumentorũ preſentatione docuit Speculator vbi ſupra, imo in Regno non ſufficit inſtrumentaliter præſentari iurisfirmam, niſi † originales literæ iurisfirmæ præſententur dimiſſa copia, quam ſolam præſentare non ſufficeret, iuxta l. primam. C. mandat. nam in Aragonia, ſi originalia inſtrumenta non habemus, ad † exemplaria non reſpicimus, vt vtrumque tradit bene comprobans Portoles verbo firma numer. 12. quem vide, nam dicit; quod niſi literę originales iurisfirmæ præſententur, iurisfirma non ligabit, & an copia iurisfirmę ſit danda etiam ſi pars eam nõ petat, eſt videndus Portol. vbi ſupra a n. 93. cum ſequent. vbi reſoluit cum communi copiam, niſi petatur, dandam non eſſe, & hęc de hoc capite.

23 (margin: beside "mo, imo per miniſtros")
24 (margin: beside "hoc, & quælibet alia")
25 (margin: beside "ſint † fiant")
26 (margin: beside "tari iurisfirmam")
27 (margin: beside "inſtrumenta non habemus")

SVMMA EORVM quæ in hoc Cap. 18. continentur.

1 *Firma præſentata per eccleſiaſticum, quando cauſam ad ſuum forum ſpectare prætendit. inſtantia, & tempora foralia non currunt ad eam proſequendam coram ſeculari, & é contra vt numer. 2.*

3 *Frma caſualis, ne pendente competentia in cauſa procedatur prouideri poteſt.*

4 *Firma quælibet præſentata, licet non ſit competentiæ, tempora foralia ſuſpenduntur, & conquieſcunt.*

5 *Impedito iudicis facto inſtantia non currit.*

CAPVT DECIMUM octauum.

An pendente inhibitione iurisfirmæ, & ea durante, tempora foralia & inſtantia currant.

QVAE-

CAPVT DECIMVM Octauum.

QVæſtio hæc exemplificari poteſt duobus modis, primò reſpectu inhibitionis iurisfirmæ ſuper competentia iuriſdictionis, ſiue eam expediat Eccleſiaſticus, ſiue ſecularis iudex. nam ea præſentata per Eccle-
1 ſiaſticum, † quando cauſam ad ſuum forum ſpectare prætendit, tunc inſtantia, & tempora foralia ad eam proſequendam coram iudice ſeculari non currunt, vt in foro primo titulo de las cõpetencias ibi *Los proceſſos inchoados ante qualquier de los juezes contendientes ſi al tiempo de la contencion ſeran començados, ſean ſuſpenſos,*
2 & idem † ſi inhibitio iurisfirmæ præſentata fuerit contra Eccleſiaſticum, idque iuri conſonũ eſt, vt tunc inſtantia, & proceſſus principalis conquieſcant, Belluga in ſpeculo rub. 11. §. videamus n. 3. & 4. per tex. in c. ſi iudex laicus in fin. ibi *contra eum tamen interim quiuis proceſſus conquieſcat* vbi glo. & DD. omnes multum benè Portol. in foro primo *de las competencias,* numero 60. cum ſequent. multa inferens, inter alia, tempus ad afferendam petitionem criminalem, & tempora foralia non currere, & ad id poſſe obtineri parti-
3 cularem iuris † firmam, ne ſcilicet pendente competentia illa, in cauſa procedatur, ſententia exequatur, alia ve id genus fiant, ſiue per Eccleſiaſticum, ſiue per ſecularem, vt id multũ eruditè docet Portol. vbi ſupra. Secundo poteſt exemplificari materia huius capitis, quando firma non eſt
4 competentiæ, ſed alia † potius contra ſeculares iudices, prouiſa ad hoc, ne in aliqua cauſa procedant vlterius, vel inchoëtur de nouo, vel quia actor non eſt pars legitima, vel quia obſtat aliqua alia exceptio legitima dilatoria, vel aliquid aliud impediens proceſſum ad vlteriora, an tunc currant tempora foralia, & inſtantiæ iudici, & parti inhibitis, an vero conquieſcant & ſuſpendantur dum inhibitio iurisfirmæ pendet, & hoc vltimum tenendum eſt, eſſet etiam ini-
5 quum, vt inſtantia † curreret impedito facto iudicis, pro quo faciunt omnia, quæ pro primo exemplo adduci poſſunt, idque confirmatur per tradita in l. intra vtile ff. de minorib. vide Abbat. in c. venerabilis numero 10. de iudi. qui loquitur tam in inſtantia à iure inducta, quam ſtatuto, in ſimili Bart. in l. ſi cum ipſe, numero ſecundo ff. de excuſa. tuto. & licet contra iſta inſurgat Laurentius de Rodulf. in tracta. de vſur. queſtione 129. numero 17. cuius doctrina me ancipitem diu tenuit, tamen poſtea inueni, quod non eſt ſequenda ſecundum Portol. vbi ſupra, n. 61. in fin.

SVMMA EORVM quæ in hoc Cap. 19. continentur.

1 *Appellari à prima prouiſione iurisfirmæ grauaminũ fiendorum non poteſt, quamuis a ſentẽtia diffinitiua rece-*

 ptionis

ptionis, vel repulſionis eiuſdem poſsit, vt num.2.

3 *Appellari a ſententij latis ſuper iurisfirma grauaminũ factorum nullo modo poteſt de foro huius Regni.*

4 *Appellatio vbi denegatur, facilius quoque & euocatio denegari ſolet.*

5 *Exceptione ſublata, tollitur etiam officium iudicis, & maxime ſi defenſio ſublata ſit.*

CAPVT DECIMO NONO.

AN autem a prouiſionibus harum iurisfirmarum grauaminum fiendorum & illarum ſententijs interlocutorijs appelletur, & an appellatio ſuſpendat inhibitionis effectum diſputatur. Cum diſtinctione dicendum, eſt, quod a prima prouiſione
1 † iurisfirmæ grauaminum fiendorum non appellatur, & per conſequens nec datur euocatio, vt infra dicam, ſed a ſententia diffinitaua, per quam repel-
2 litur, † vel recipitur firma grauaminum fiendorum bene datur regulariter recurſus, a ſententijs vero latis ſuper iurisfima grauaminum facto-
3 rum nullus datur † recurſus de foro, vt latius diximus, ſupra capit.3. §.4. imo nec æuocatio Molin. in verbo a uocatio. folio. 119. colum. 3. Bardaxi de officio gubernatoris. capit.5. numer.65. nam in cauſis in quibus non datur appellatio denegatur etiam a
4 uocatio, † quia facilius denegatur a uocatio, quam appellatio Molin. & Bardaxi vbi ſupra, maxime ſi ſententia hæc ſit tranſacta in rem iudicatam, per forum primum de executio, rei iudicat. quia ſublata exceptione,
5 † tollitur etiam iudicis officium, maxime ſi defenſio ſit ſublata, Bart. in L.1. §. & paria. numer.8. quod vi aut clam, de iure autem, tam ciuili, quam canonico, an ab his inhibitionibus poſsit appellari ad effectum eas ſuſpendendi, vide Mandoſ. late declarantem de inhibi quæſt.74. vbi bene, an autem appellatio in his firmis interpoſita, (vbi interponi poteſt) habeat effectum ſuſpenſiuum, vide in d.cap. 3. §.4. vbi habes.

SVMMA EORVM quæ in hoc Cap.20. continentur.

1 *Firma iuris, & eius inhibitio conceſſa ad bene placitum iudicis concedentis, eo mortuo expirat, & ratio traditur, numer.3. & 10. & amplia, vt num.11.*

2 *Poſſeſsio præcaria, & præcarium morte concedentis ipſo iure finiuntur, & ad concedentem reuertuntur.*

4 *Emphiteuticaria, & beneſiciaria conceſsio ad tempus vitæ,*

vitæ facta, finito tempore ipſo iure finitur, & idem eſt in feudo, vt num. 5.

6 Annullatio contractus non impedit transferri, & impediri poſſeßionem, & qualiter intelligatur laté diſcutitur.

7 Dominium vtile cenſuarij licet aliquo caſu finiatur ipſo iure, & ad dominum proprietatis reuertatur, tamen poſſeßionem non amittit donec foras eijciatur.

8 Tex. in c. licet Epiſcopus verſiculo te non vocato de præben. in 6. explicatur.

9 Poſſeßio naturalis, quam habet vſusfructuarius morte finitur, & ciuili conſolidatur.

12 Beneplacitum iudicis per amotionem ab officio reuocatur.

13 Inhibitio ſimpliciter conceſſa & non ad beneplacitum, neque morte, neque remitione iudicis concedentis, expirat.

14 Diſpoſitio quando dicitur facta contemplatione perſonæ, aut dignitatis exponitur, & nu. 15.

16 Dictiones nobis, nos, noſtrũ, tuum, & veſtrum nũm denotent perſonam, nũm vero dignitatem remißiué traditur.

17 Inhibitio iurisfirmæ poſſeſſoriæ, per mortem obtinentis eam expirat, nec ad ſucceſſorem tranſit, & amplia vt numero 26.

18 Poſſeßio hæredis, á poſſeſſione defuncti diſtincta eſt.

19 Dominium licet ipſo iure á morte teſtatoris in hæredem tranſmittatur, poſſeßio tamen niſi corporaliter appræhendatur ad eum non pertinet.

20 Hæredi proturbata poſſeſſione defuncti interdictum retinendæ non datur.

21 Quaſipoſſeßio rei Eccleſiaſticæ, & beneficialis, multo minus in ſucceſſorem tranſit, ſed nec ius proprietatis, et tituli, vt n. 22.

23 Inhibitio contra beneficiatum conceſſa, non afficit illius in beneficio ſucceſſorem, et nu. 25.

24 Succeſſor in beneficio á conferente ius habet, non vero á defuncto.

27 Hæres illius qui obtinuit, in interdicto retinendæ poſſeßionis, non poterit iuuari ſententia, quam obtinuit eius prædeceſſor.

28 Infantione mortuo, qui ſuper ſua

ſua nobilitate litigabat, inſtantia ſpirat, nec de ea ſe filius illius iuuare poteſt, ſed nouam litem inſtituere debet, ſed hodie de foro ſecus eſt.

29 Succeſſor in beneficio ſi vellit experiri Eccleſiæ nomine aſſerendo illam fuiſſe turbatam, poteſt etiam pro poſſeſſione defuncti, ſub nomine dignitatis queſita.

30 Succeſſor in beneficio ad adquirendam poſſeſſionem rerum beneficij, non tenetur omnium corporum poſſeſſionem adquirere, ſed ſufficit titulum habere & alicuius rei poſſeſſionem accipere.

31 Hæres vbi per ſubrrogationem ſub intrat locum defuncti, reponendo ſe in eius locum, eius etiam poſſeſſionem continuat, & numero 32.

33 Reſumptio ſiue repoſitio cauſæ, quem heredem eſſe cõſtare facit.

34 Poſſeſſio in ſuceſſorem transferri poteſt, virtute ſtatuti etiam ſine aliquo actu, vero vel ficto, quæ poſſeſſio ciuiliſſima appellatur, vt numero 35. eique interdicta poſſeſſoria dabuntur, vt numero 36.

37 Occupans, & diſsipans alterius hereditatem, etiã per vim, ante acceptam poſſeſsionem, an teneatur pęna furti, reſoluitur quod non, ſed crimine expilatæ hereditatis.

38 Heres iurat in litem contra reum pro crimine expillatæ hereditatis, ſuper valore rerum hereditariarum, limita vt numero 29. & 41. & ſublimita, vt numero 40.

42 Hæres, cum eius poſſeſsio diſtincta ſit à poſſeſſione defuncti, non aget pro poſſeſſione defuncti, ſed pro ſua, niſi quando ea beneficio ſtatuti translata fuiſſet in heredem, quo ad omnem effectum, vel niſi lite cepta per viam reaſſumptionis eam ſibi accepiſſet, vt numero 43. vel nomine dignitatis, vt numero 44.

45 Reſumptiones in iurisfirmis grauaminum fiendorum, fieri non ſolent, niſi fiant nomine dignitatis.

CA-

An inhibitio iurisfirmæ, & eius effectus ſpiret per mortem, ſeu priuationem iudicis prouidentis, vel alio ſimili modo ex parte ipſius, & an etiam ſpiret per mortem firmantis, an vero in illius ſucceſſorem tranſeat, deturque aliquo modo reſumptio, ſeu repoſitio in eis, examinatur.

Caput 20.

MAteria huius capitis non eſt de facilioribus, imo multoties vidi ſuper ea iudices dubitare, & primo circa primam partem capitis, quan-
1 do iurisfirma, † & inhibitio conceditur ad beneplacitum iudicis inhibentis, tunc eo defuncto ſpirat inhibitio, quia beneplacitum morte concedentis ſpirat l. 4. ff. locat. c. ſi gratioſè de reſcript. in 6. Socin. Iunior conſ. 89. n. 7. in primo, Corne. conſ. 92. col. 1. in 2. ſicut in ſimili poſſeſsio
2 precaria, † & precarium ipſo iure finiuntur, & ad concedentē reuortuntur, dum precarium finitur, vnde ſi precarium conceditur ad voluntatē, & beneplacitum concedentis, ſicut per mortem concedentis extinguitur, Deci. in l. contractus n. 10. de regu. iur. ita extingui debet poſſeſſio precaria eo modo, quo reſoluto pignore, reſoluitur precarium ſuper eo appoſitum, & poſſeſsio precaria, l. ſi debitor ff. de precario ratio ra-
3 tionis eſſe poteſt, † quia cum talis inhibitio conceſſa ad beneplacitum, & voluntatem (ſuppoſito quod beneplacitum & voluntas morte finiantur) dicatur conceſſa ad tempus, & limitatim, ſubſequitur inde alia iuris regula, quod finito illo tempore, & termino, quaſi naturali ſuo curſu, & temporalitate, finitur, & expirat inhibitio, & omnis ſimilis conceſsio ad tempus ſic limitatim facta, idque ipſo iure, & ſic dominium vtilè conſolidatur cum directo, & poſſeſsio naturalis cum ciuili, & idem in conceſ-
4 ſione emphiteuticaria, † & beneficiaria dicendum eſt, vt ſcilicet finito tempore conceſsionis, vitæ ſcilicet, ſi ad vitam conceſſæ ſunt, ipſo iure finiantur, nam non fuerunt iſta omnia tranſlata, & cōceſſa niſi limitatim, & certum tempus, veluti vitæ, vel alterius, quo pendente, obtinens inhibitionem, vaſſallus, etiam emphiteuta, vſufructuarius, poſsidēs ſub hac qualitate limitatæ conceſsionis, & ſic ea finita, neceſſe eſt quod cadát à cōceſſione, alio non educto, quod perpetuitatem inducat, & idem in feudo,
5 † quod temporale eſt, dicit Bald. in c. quæ in Eccleſiarum col. 7. de conſtit. & in l. 1. queſtione 49. ff. de rerum diuiſio, vbi quod finito feudo per lapſum temporis, illico ciuilis poſſeſsio domini trahit ad ſe naturalem, & idem de re conceſſa ad cenſum vitalitium dicit idem Bald. in c. cum veniſſent col. 2. de reſtit. ſpoliat. Bart. in c. ex parte de feud. Iaſ. in l. clam poſſidere §. qui ad Nundinas in fin. ff. de acquir. poſſeſsion. ex quibus patet, quid dicendum in euocatione ad beneplacitū, re integra ſubſequuta morte euocantis, & vide infra c. 23. & 24. & an idem in receſſu perpetuo, an morti equiparetur vide in cap. ſi delegatus de offi. deleg. in 6. Bar-

daxi

d axi in for. 8. titulo del reparo de la Audientia real. Quibus non obſtat id,
6 quod communiter dici ſolet, † quod annullatio contractus, non impedit transferri, & retineri poſſeſsionem l. 1 §. ſi vir vxori de acqui. poſſeſsio. quia illud verum eſt, quod ſcilicet nullitas contractus à iure inducta, nõ infirmat poſſeſsionem, quando quis eã accepit, vt ſemper poſsideat, ſine alia limitatione, at in ſuperioribus, recipiens non intendit retinere rem conceſſam, vltra tempus conceſsionis, & eodem modo reſpondetur ad Bald. qui de pace conſtantiæ in verbo pactiones dicit, quod licet domi-
7 nium † vtilè cenſuarij, aliquo caſu finiatur ipſo iure, & reuertatur ad dominum directum, tamen poſſeſsionem nullus perdit, donec eijciatur foras, nam Bald in d. §. pactiones in additionibus ad ſpeculum, ne ſit ſibi ipſi contrarius, debet intelligi, non quando cenſus, vel emphiteuſis naturali ſuo fine, ac curſu finiuntur, & temporalia ſunt, ſed quando aliàs per culpam, vel delictum amittuntur, & ſic de per ſe, & perpetuo erant,
8 & ſic patet reſponſio ad † caput licet Epiſcopus verſiculo te non vocato, de præbend. in 6. vbi ſi ſito vſufructu, non poteſt a quaſi poſſeſsione expelli, ſed cõtra eum agendum eſt, vel negatoria, vel ex cautione de re reſtituenda, l. vti frui in fine prin. ff. ſi vſusfruct. petat. quia glo. illa eſt falſa per ſuperiora, & contrarium ſcilicet, quod morte vſufructuarij ipſo
9 facto finiatur, & ciuili conſolidetur † poſſeſsio naturalis, quam habet vſufructuarius, tenet Bart. in l. ſi arrogator col. 3. n. 14. de adoptio, & latius in meis deciſionibus habetur.

Modo igitur ad materiam, cum inhibitio conceſſa ad beneplacitum cõcedentis, ſit limitata, temporalis & ad tempus, non in perpetuum conceſſa, & ſic quouſque durat benepla-
10 citum, ideo ſpirante † beneplacito per mortem concedentis, vt dixi, debet etiam ſpirare ipſa inhibitio, & ſuperiora procedent, nõ ſolum in mor-
11 te iudicis inhibentis † ſed etiam in remotione illius ab officio, nam be-
12 neplacitum per remotionem † ab officio reuocari. volunt Bart. in l. centeſimis §. vltimo col. vltima. ff de verbo obligationib Bal. in prima conſtitutione Digeſtorum §. hæc autem tria, verſiculo ſed quid ſi rector, & in l. 1. verſiculo nam vbicumque ponuntur hæc verba, C. de poſtulãd. Mandoſi. de inhibi. queſtione 76 & 56. ſi autem inhibitio conceſſa ſit ſim-
13 pliciter, † & abſolutè, non autem ad beneplacitum, nec ad tempus, tunc neque morte, neque remotione iudicis ab officio, expirat inhibitio, quia cum ſit facta ſub nomine dignitatis iudicis inhibentis, quæ dignitas non ſpirat, ideo nec inhibitio ſpirare debet, c. ſi gratioſè de reſcript. in 6. c. quoniam Abbas de officio delegati,
14 ratio eſt, quia quando diſpoſitio † nõ eſt proportionabilis perſonæ, ſed dignitati, tunc dicitur contemplata dignitas, non perſona, & èconuerſo, quando diſpoſitio non eſt proportionabilis dignitati, ſed perſonæ, tunc dicitur contemplata perſona, non dignitas. Ecce excomunicatur poteſtas, debes intelligere de perſona, quia ſucceſſor indignitate, qui nondum peccauit, non poteſt comprehendi Abb. in c. quoniam Abbas de officio delegat, e contra iudex condemnat in expenſis taxandis, certè contemplata eſt dignitas, & ſucceſſor poterit taxare, eſt ratio, quia condemnare, & taxare non fit niſi per iudicem in qualitate
15 iudicis, † ſi autem diſpoſitio, & materia eſt proportionabilis perſonæ, & dig-

dignitati, tunc ſi nominatur perſona ſola, illa eſt contemplata, ſi autem dignitas ſola, illa eſt contemplata, ſi vtraque nominatur, tunc illa, quæ prius nominatur dicitur contemplata. Ruin. conſil. 84. in primo, & an
16 dictiones † *nobis, nos, noſtrum, tuum, veſtrum*, denotent perſonam tantum contemplari, an vero dignitatem, vide Ruin. vbi ſupra, & notata in c. literis de reſcript. vnde cum in caſu noſtro, materia diſpoſitionis ſit proportionabilis tantum dignitati officij iudicis inhibentis, non vero perſonæ illius, ideò hæc inhibitio, & diſpoſitio tranſit ad ſucceſſorem, nec morte ſeu remotione concedentis ſpirat.

Quo ad ſecundũ caput huius quęſtionis, àn ſcilicet hæc inhibitio † iu-
17 risfirmæ, ſpiret per mortem obtinentis eam, an vero tranſeat ad ſucceſſorem, dicendum eſt primo, reſpectu iuris firmarum poſſeſſoriatum, tenendum eſſe, quod per mortem firmantis, & ſeu illius qui obtinuit inhibitionem, ſpirant. ratio eſt, quia poſſeſſio
18 hæredis, † eſt poſſeſſio diſtincta à poſſeſſione defuncti, quia ſemper ſucceſſor particularis, vel vniuerſalis, ſuccedit in noua poſſeſſione creata in eius perſona, non vero in antiqua anteceſſoris, Anton. Gomez in l. 45. Taur. à n. 104. cum ſequent. vnde cauere debent hæredes, quia poſt mortem defuncti non videntur poſſidere, etiã colono remanente in conductione, niſi conducat ab eis, vel eos recognoſcat, ſoluendo eis penſionem, l. qui vniuerſas. §. quod per colonum ff. de acquiren. poſſeſſion. vbi omnes, vel alio modo eos recognoſcendo, pro vt tenet Surdus conſ. 117. in prim. n. 8. de quo vide latius in meis deciſion. vbi latius proſſequor materiam hanc, pro qua ſententia facit illa vulgaris regula deſũpta ex l. cum hæredes ff. de acquir. poſſeſſio.
19 vbi † licet dominium ipſo iure tranſeat in hæredem, non tamen poſſeſſio tranſibit, cum ſit facti, niſi corporaliter apprehẽdatur, quapropter cũ poſſeſſio ſit extincta, conſequens eſt, vt & inhibitio ſuper ea obtenta ſimiliter ſpiret, vt ſupra dixi, ex quo ſequitur, quod nec pro turbata poſſeſſio-
20 ne defuncti. poterit dari hæredi † illius, interdictum aliquod retinendæ, ex quo poſſeſſio illa iam ſpirauit. & poſſeſſio defuncti non eſt poſſeſſio ſucceſſoris, nec in eum continuatur, ita Ioan. Fab. in §. retinendæ n. 8. inſtit. de interd. Alexan. in l. cum hęredes nu. 9. verſiculo excepto ff. de acqui. poſſeſſion. Syluan. conſ. 55. n. 18. quod ſi id procedit in poſſeſſione rei temporalis, à fortiori procedet
21 in quaſi poſſeſſione † rei Eccleſiaſticæ, & beneficialis, illa ſiquidem minus in ſucceſſorem continuatur, nec poſſeſſio anteceſſoris ſucceſſorẽ iuuat, pragmatica Sanctio. titulo de pacificis poſſeſſor, glo. poſſedit vbi in beneficialibus, non ſolum poſſeſſio non tranſit in ſucceſſorem, ſed nec
22 ius † proprietatis, & tituli, vbi in beneficialibus non datur hæreditarius ſuccéſſor, vt in prophanis, cap. Moyſes 8. queſtione 1. pulchrè Menoch. de retinen. poſſeſ. remed. 3. queſtione 6. n. 56. cum ſequent. vnde Mandoſ. de inhibitio. queſtione 92. dicit, inhi-
23 bitionem, ſeu firmam, † conceſſam contra beneficiatum aliquem, non afficere illius in beneficio ſucceſſorem, nec dici poſſe attentata, quę fiunt per ſucceſſorem cõtra inhibitionem decretam, & executam aduerſus defunctum beneficiatum, cum in beneficijs non detur ſucceſſio, inſtar hæreditatis, c. 1. de præbend. Ioan. Andr. in c. 2. vt lite pendente in 6. nam ſuc-
24 ceſſor in beneficio, † à conferente ius ac-

acquirit, nõ autẽ à defuncto cedente, vel alio c. frequentibus de inſtitut. c. 1. vbi Abb. 2. notab. de præbend. latius Mandoſ. vbi ſupra à n. 7. cum ſequent. ex quibus apparet, quod nec
25 pro poſſeſsione † defuncti, poteſt ſucceſſor obtinere remediũ aliquod poſſeſſorium, idque in temporalibus poſſeſsionibus, & à fortiori in poſſeſsione rei Eccleſiaſticæ, & ſeu beneficialis, nec inhibitio iurisfirmæ obtenta per defunctum ſuper poſſeſsione proderit ſucceſſori, & idem erit ſi hæc
26 inhibitio non ſit poſſeſſoria, ſed † titularis, quia etiam non proderit hæredi, mortuo firmante, ſeu obtinente inhibitionem iurisfirmæ, quia iſtæ firmæ perſonaliſsimæ ſunt, & cum perſona extinguntur.

Ex his ſequitur verum eſſe id, quod tradit Ioannes Faber in d. §. retinendæ n. 32. vbi, quod hæres † illius, qui
27 obtinuit in interdicto retinendæ poſſeſsionis, non poterit iuuari ſententia, quam obtinuit eius prædeceſſor, cum poſſeſsio, quam hæres habet, ſit diuerſa à poſſeſsione, quam habuit defunctus, vt dixi ſupra, & propter eandem rationem, practicatum fuit in hoc regno vſque ad annum 1585.
28 vt mortuo infantione, † qui ſuper ſua infantionia, & nobilitate litigabat, ſpiraret illa inſtãtia. & lis, neque ea ſe iuuare poſſet filius infantionis, ſed quod teneretur nouam litem inſtituere, quia illa poſſeſsio defuncti, fuit iã extincta, licet in dicto anno fuit conditus forus ſub titulo de los proceſſos de infancionia, quo cauetur, vt illa inſtantia defuncti, tranſeat in ſucceſſorem, & poſsit lis per eundem reaſſumi in eo ſtatu, in quo erat tempore mortis defuncti.

Verum ſuperiora limitantur ali-
29 quibus modis, primo, niſi ſucceſſor † in beneficio, Eccleſiæ nomine vellet experiri, aſſerendo illam fuiſſe turbatam, quoniam tũc poſſet agere pro poſſeſsione defuncti, ſub nomine dignitatis quæſita, Faber in d. §. retinendæ n. 8. quia tunc eadem eſt perſona dignitatis, & intellectualis, quæ non moritur, vnde ſucceſsor in beneficio,
30 † ad acquirendam poſſeſsionem rerum beneficij, & dignitatis, nõ tenetur omnium corporum poſſeſsionem acquirere, ſed ſufficit titulum habere, & poſſeſsionem alicuius rei beneficialis accepiſſe, vt omnium rerum poſſeſsionem dicatur habere, quia cũ dignitas poſsideat, ſucceſsor indignitate ſimiliter poſsidebit omnia, ſi tamen dignitatis poſſeſsio accepta ſit per poſſeſsionem alicuius rei. Eſt verum, quod ſi aliqua lis, aut inſtantia pendeat ſuper poſſeſsione dignitatis, non poterit eã cauſam proſequi, niſi facta ſubrogatione de eius perſona, vt ſtatim ſequitur.

Alio modo hęc, quæ dicta ſunt de non continuata poſſeſsione in hęredem, vbi ſub nomine dignitatis non agitur, limitantur, niſi hæres per ſub-
31 rogationem † ſubintret locum defuncti, reponendo ſe in eius locum in lite mota, vel cauſam in ſe reſumendo, vt tradit Menochi. de retinen. poſſeſs. remed. 3. queſtione 6. n. 58. & 63. & ex conſequenti, id quod dicit Ioannes Faber vbi ſupra n. 32. & Mãdo. vbi ſupra queſtione 92. quod ſcilicet hęres victi, nõ compeſcetur per ſententiam latam contra eius prędeceſſorem, debet intelligi procedere, & limitatur, niſi ille, qui obtinuit ſen-
32 tentiam, reſumat etiam cauſam † cũ hærede victi, quia tunc cum dictus hæres intrauerit in locum ſui prędeceſſoris, & reputetur eadem perſona, tunc ſententia illum afficiet, aliàs nõ, & ratio eſt, quia cum cauſa non fuerit ducta per hęredem, nec cum hærede,

de, ad hoc, vt quo ad illos ſententia operetur effectum actiuè, & paſſiue, opus eſt, vt conſtet illos hæredes eſſe, vt per Baldum. in l. per diuerſas numer. 14. C. mandat., quod fit per repoſitionem, vel reſumptionem † cauſę, & ita quotidie practicatur, quia hæres illius, qui obtinuit ſententiam, ſi vult vti commodo ſententiæ, reponit ſe in eius locum, & ſi vult dicta ſententia iuuari contra dictum hæredem, reſumit cauſam cum illo.
33

Alio modo ſupradicta limitantur, vt non procedant quando in vim ſtatuti transfertur poſſeſsio † in ſucceſſorem abſque aliquo actu, ſiue vero, ſiue ficto, vt in Regno Caſtellæ tranſfertur in vim. l. 45. Tau. omnis poſſeſsio, tam naturalis, quam ciuilis In Regno noſtro Aragoniæ, idem eſt, quia omnis poſſeſsio transfertur, per for. A vezes de apprehenſionibus, ideq; apud Gallos ſeruari teſtatur Ioãnes. Faber in §. in ſuma, & in §. retinendæ inſti. de interdict. Rebuf. in comenta. ad Regias conſtitut Gabr. thom. 3. titulo. de materijs poſſeſs. artic. 2. glo. 3. numer. 10. quæ poſſeſſio ſic translata, appellatur † a DD. ciuiliſsima, impropria, & artificialis, & tunc ſatis hæres dicitur poſſidere, & anteceſſoris perſonam ſuſtinere, & ex conſequenti pro poſſeſſione prædeceſſoris turbata, aduerſus turbatores dabitur ſucceſſori † interdictum retinendę. Fab. vbi ſupra, imo interdictum vnde vi, ex magis recepta opinione, Menoch. de recup. poſs. remedio primo, quæſtio. 37. & facultas accuſandi turbatorem, vt reſoluit Menno. de retinen. poſſeſſio. remedio. 3. numer. 60. vbi allegat alia ſimilia ſtatuta translatiuo poſſeſsionis, materiam declarando.
34
35
36

Ex quibus infertur reſolutio alterius quęſtionis, an ſiquis expilauerit hæreditatem alterius, † hoc eſt eam occupauerit, & diſsipauerit, etiã per vim, ante aditam hæreditatem, vel poſt aditam, dummodo accepta poſſeſsio non ſit, an teneatur pœna furti, & non teneri, nec poſſe per hęredem agi pæna furti contra eum receptum eſt, ſed ſolum agetur de expilata hæreditate, & punietur extra ordinem l. 2. ff. de crimine expilatæ hęreditatis Bar. in l. 1. ff. de fractoribus, & etiam iurabitur in litem † per heredem contra reum, pro crimine expilatæ hæreditatis, ſuper qualitate & valore rerum, ita Plotus de in litem iurando, numer. 516. verum hoc (vt ad caſum reuertamur) fallit primo, quando per ſtatutum poſſeſsio tranſit immediate † in hæredem, & ſucceſſorem, quo ad omnem effectũ, etiam recuperandę poſſeſsionis, nam tunc, quo ad omnia idem erit, ac ſi actualiter poſſeſsionem accepiſſet, quo ad omnes effectus, & ſic quo ad intentandam actionem furti, & pœnas furti, Plotus cum multis numero. 837. cum ſequent, vt in ſtatuto Mediolani, de quo ibi per eum & idem in Regno noſtro ſtatutum, eſt per forum a vezes de apprehens.
37
38
39

40 Sed hec limitatio † non procederet, quando ſtatutum ſolum dicit continuari poſſeſsionem in hęredem, & non diceret expreſſe, etiam reſpectu recuperandæ poſſeſsionis, tunc enim non competerent herędi ante acceptam poſſeſsionem, remedium recuperandę poſſeſsionis, & ſimilia, niſi defunctus in vita fuiſset ſpoliatus, quia tunc cum iam defuncto competiſſent hæc remedia, ſimiliter hęredi competerent.

Fallit ſecundò dicta regula, quod ſcilicet ante acceptam poſſeſsionem non

non datur hæredi actio furti, vt non
41 procedat, † quando colonus defuncti perſeuerat, nomine hæredis in poſſeſſione, nam ei competerent omnia remedia, etiam ante adeptam poſſeſſionem Plotus vbi ſupra vide tamen Mennochi. vbi ſupra, numero 63. vbi dicit, quod ſi turbatio fiat hereditate iacente dabitur hæredi interdictum retinendæ, reſumendo igitur materiam, cum poſſeſſio hæredis ſit diſtincta à poſſeſſione defuncti, non
42 aget heres † pro poſſeſſione defuncti, ſed pro ſua, niſi quando illa beneficio ſtatuti eſſet translata in heredem quo ad omnem effectum, vt ſupra dixi, vel niſi lite iã cæpta per defunctum tur-
43 batum, eã reaſſumeret hæres per viã † reſumptionis, vel ſe reponendo in inſtantia defuncti, quo caſu eadem perſona cenſeretur cum defuncto, vel niſi poſſeſſio defuncti eſſet habita ſub
44 nomine dignitatis, † quia tunc hæc poſſeſſio ſucceſſorem iuuaret, & ſic practicatur quotidie in omni iuditio poſſeſſorio, ſiue plenario, ſiue ſummario, in quo bona appræhenduntur, vel manifeſtantur, & in proceſſu electionis iurisfirmæ grauaminum factorum, in quo etiam ſimiles reſumptiones quotidie fiunt per hæredes, & contra hæredes. Verũ eſt tamẽ, quod in iurisfirmis, & inhibitionibus grauaminum fiendorum, nunquam vidi
45 fieri † tales reſumptiones, ſed per hæredes eas de nouo obtineri, niſi eſſent obtentæ ſub nomine dignitatis, nam tunc proderunt ſucceſſori indignitate, & contra eum. Reliqua in hac materia à DD. ſupradictis ſunt petenda.

CAPVT VIGESIMUM PRIMUM.

In quo agitur, an in vim poſſeſſionis momentaneæ, vel inſtrumentalis, poſsit obtineri inhibitio iuris firmæ, & an ſpiret inhibitio, finita cauſa principali.

SVMMA EORVM quæ in hoc Cap. 21. continentur.

1 *Inhibitio iurisfirmæ non poteſt obtineri, nec dari in vim ſolius inſtrumentalis poſſeſſionis, ſine actuali poſſeſſione, alio exiſtente in ea.*

2 *Poſſeſſor inſtrumentalis verus poſſeſſor non eſt, ſed fictus, & ita manuteneri non poteſt, quod intellige vt nu: 3. & 4.*

5 *Inhibitio iudicis ad quem appellatum eſt, de iure ſpirat per lapſum fatalium.*

6 *Cauſa principali deſerta, inhibitionem quoque deſertam eſſe verius eſt.*

7 *Inhibitio iurisfirmarum, ne aliquid contra forum fiat debet intelligi lite pendente ſuper illa re, & ſaluo iure partium*

partium ſuper proprietate.

8 *Inhibitio ſpirat finita lite per iudicem proprietatis.*

9 *Firma poſſeſſoria ſpirat per ſententiam ſuper poſſeßione, vel ſuper proprietate.*

10 *Iudicium proprietatis abſoruit iudicium poſſeſſoriũ, & ibi ita in curia iudicatum fuiſſe refertur.*

Caput 21.

CIRCA primum caput quæſtionis dicẽdum eſt, quod inhibitio iurisfir-
1 mæ † non poteſt obtineri, nec dari in vim ſolius inſtrumentalis poſſeſsionis ſine actuali poſſeſsione, quæ poſſeſsio dicitur momentanea ſecundum Rotam deciſione 373. prima parte in nouiſsimis, & etiam clandeſtina, & ſic non manutenenda l. 1. vti poſſide. & per conſequens inconſiderabilis, & talis poſ-
2 ſeſſor † inſtrumentalis non dicitur verus, & proprius, ſed fictus poſſeſſor, c. per tuas vbi glo. poſſeſsione de donat. vbi per tales inueſtituras quis non adipiſcitur poſſeſsionem Afflict. ſuper feud. c. quid ſit inueſtitura numero 2. cum ſequent. vnde cum non ſit poſſeſsio, non poterit manuteneri aliquo remedio poſſeſſorio, minuſque cõtinuari citra labem attentatorum, quod intellige,
3 quando inſtrumentalis † poſſeſſor, & alius verus poſsidens concurreret circa eandem met poſſeſsionem, nam tunc dicũtur incompatibiles illæ duæ poſſeſsiones, vnde vna eſt vera, altera ficta, ſecus vero, ſi diuerſis reſpectibus poſsiderent, veluti ſi vnus ciuilem, alius naturalem prætenderet, vel ſi reſpectu diuerſarum rerum poſſeſsionem prætenderent, † nam
4 tunc eſſent compatibiles, & veræ poſſeſsiones, & manutenibiles, ita Rota vbi ſupra iuxta DD. in cap. licet cauſam de probat. Bart. in l. ſi duo numero quarto ff. vti poſsidet Ripa in l. ait prætor de re iudicat. & an idem ſit in poſſeſsione inſtrumentali, capta alio non exiſtente in poſſeſsione. an pro illa poſſet dari inhibitio, & an continuari poſsit, citra pœnam attentatorum, videndus Mandoſ. qui reſoluit in partem negatiuam queſtione 16. numero tertio quem vide.

Ad ſecundum caput reſponſio facilis eſt ex his, quæ attento iure communi in ſimili dici poſſent, nã inhi-
5 bitio iudicis, † ad quem appellatum eſt, de iure ſpirat per lapſum fatalium, effectus enim inhibitionis vna cum cauſa appellationis durat, & illa deſerta finitur effectus inhibitionis, DD. in c. vt debitus de appellat. C. Romana §. ſi vero eo. in 6. Cardin. conſilio 105. col. quarta ita reſoluit Mandoſ. queſtione 77. vbi di-
6 cit deſerta † cauſa principali deſertam quoque eſſe inhibitionem, idque de foro multo fortius procedit, attenta obſeruantia fin. de appellat. qua cauetur, quod huiuſmodi inhibitiones iurisfirmarum, per quas inhibetur, ne aliquid contra forum, † & iuſtitiam fiat, debent intelligi lite pendente ſuper illa re, & ſaluo iure proprietatis, quod vtrique parti ſaluum debet remanere, & amplius di-

cit dicta obſeruantia, quod Iuſtitia Aragonum debet lite pendente talem iuris ihibitionem prouidere, per quæ omnia verba innuit dicta obſeruantia, quod lite non pendente, & ſic finita per iudicium proprietatis. ſpi-
8 rabit † etiam inhibitio, & hoc non ſine ratione, quia per præſentationẽ iuris firmæ lis dicitur pendere, ea autem ſententia terminatur, & finitur juditio proprietatis, & ſic ſolent iſtę firmæ per practicos, quo ad effectum appellari firmę ne lite pendente, & etiam ſpirabit dicta firma lata ſententia ſuper poſſeſsione in quo-
9 cumque iudicio poſſeſsorio, † ſi illa poſseſoria erat, nam lata ſententia in articulo iurisfirmarum, ſiue citerno, ſiue exteɩno, vel etiam in iudicio contrafirmarum, de quo in obſ. de conſuetudine de fideiuſſ. ſpirat firma poſeſsoria, idque in omni remedio poſseſorio practicatur, vt ſcilicet ſpiret per ſententiam poſſeſsionis, vel proprietatis, per quam adiudicatur res alicui, quia iuditium
10 † tale proprietatis, abſorbet poſseſſorium, & parit exceptionem agenti poſſeſſorio Bart. in l. naturaliter §. nil commune n.3. Iaſon à n. 43. Alex. à n.12. Rip. à n 33. Abb in c. paſtoralis n.15. de cauſa poſ. & pro. Bolog. & alij in d. §. nil commune, & ita fuit
* declaratum in proceſsu Thomę Fort. & aliorum ſuper appræhen. in curia Iuſt. Arago. vbi fuit oppoſitum de quadam ſententia proprietatis ad iudicatoria dominij, ad impediendum iudicium poſseſsorium iurisfirmarũ, & fuit declaratum impedire, & non fore procedendum ad vlteriora, quia remedia poſseſsoria ſpirant lata ipſa ſententia negotij principalis.

CAPVT VIGESIMUM ſecundum.

An ſi ſimul concurrant vno & eodem tempore præſentatio firmæ & contrauenio, quę illarum dicatur præceſsiſſè ad inducendum, vel excludendum delictum ſummarium.

SVMMA EORVM quæ in hoc Cap. 21. continentur.

1 *Malitia hominum noſtris temporibus ſuper abundat, vt delicta ex-uſare valeant.*

2 *Præſentatio iurisfirmæ & contrauentio ſi concurrant quæ earum præceſſerit dubitatur, & contrauencionem præceßiſſé refertur vt num. 3. & 11.*

4 *Delictum & peccatum cum viri boni non ſit, ſed mali, nõ præſumitur.*

5 *Lex in dubio magis præſumit bonum quam malum.*

6 *Probatio rei dubiæ in criminalibus ſufficit ad offuſcandum & confundendum probationem actoris, & num. 7. & 8.*

9 *Delictum vbi neceſſario præſumi-*

ſumitur, & illud poteſt eſſe magnum, & paruum, ſemper pro paruo præſumptio ſacienda eſt.

10 *Percutiens aliquem cultello, non præſumitur percuſiſſe animo occidendi, quamuis mors inde ſequatur.*

12 *Actus ſemper præſumitur factus eo tempore, & loco, ex quibus delictum euitetur, & vt actus valeat, & nu. 12.*

14 *Attentata illicita ſunt, & ſonant in delictum.*

15 *Attentans ius, iudicem, & partem offendere dicitur.*

Caput 22.

1 MAteria huius capitis magis quotidiana, quã ſubtilis eſt, nam † cum hominum malitia ſuperabundet noſtris tẽporibus, qui in prauis cogitationibus ſuis, delicta præuenire excuſationibus fictis & ſimulatis ſtudioſè curãt, hinc fit multoties vt dubitetur propter illorũ pręuentã mali-
2 tiã, quid prius præceſſerit, † pręſentatio firmæ, an vero contrauentio, ecce Iudex à quo poteſt ſententiã à ſe latã exequi, licet fuerit appellatũ, vel facta electio iurisfirmæ, interim dũ nõ pręſentatur ſibi inhibitio ſuperioris, vel iurisfirmæ inhibitio, pone quod dum pręſentaretur ſibi firma, ipſe exequebatur cũ tanta celeritate, animo forte pręueniendi, vt diſcerni nõ poſsit, an executio præcedat, an vero præſentatio inhibitionis, in quo caſu licet manifeſta ſit malitia, & dolus partis pręuenĩẽtis, adhuc tamẽ pręſumẽdum,
3 & dicẽdũ eſt, cõtrauentionẽ † pręceſſiſſe, præſentationem autem inhibitionis ſubſecutã eſſe, idq; nobili legis pręſumptione, nã cũ ea attenta homines à natura bonos eſſe preſumamus, cũ vna ſit hominũ felicitas humanę naturæ proportionata, ad quã homo peruenire poteſt per principia ſuę naturę, Sant. Tho. 1. 2. q. 63 artic. 1. & 1. 2. q. 63. art. 1. in reſponſione Ariſt. lib. 2. ethi. c. 1. vbi quod ſecundum aptitudinem, ſcientię & virtutes ſunt in nobis à natura, nõ autẽ ſecundũ perfectionem, latius Menoch. lib. 5. præſump. præſumptione 1. ead. legis pręſumptione pręſumẽdũ delictũ ab eſſe, neminemq; delinquere, cũ delinque-
4 re, † & pecare viri boni nõ ſit, ſed mali, l. meritò ff. propoſitio. l. item apud labeonẽ §. ſi comunẽ ff. de iniurijs. l. cũ pater §. rogo delegat. 2. non enim primo iuditio, & in dubio iudicandũ eſt aliquẽ delinquiſſe, ſed in meliorem partẽ factũ quodcumq; recipiẽdum eſt, niſi ſimus in claris & manifeſtis, nã dubia in meliorẽ partẽ interpretari debent, hoc voluit diuus Iacobus in Epiſtola c. 2. tu quis es, qui iudicas proximũ tuũ? & aptiſsima ſunt verba in c. 2. de Regul. iuris extra, *hoc loco* inquit (declarando illud nolite iudicare & non iudicabimini) *nihil aliud nobis præcipi exiſtimo, niſi vt ea facta, quæ dubium eſt, quo animo fiant, in meliorẽ partẽ interpretemur, quod enim ſcriptum eſt, ex fructibus eorum cognoſcetis eos, de manifeſtis dictum eſt, quæ non poſſunt bono animo fieri, vt ſtuprum, blaſphemia, furta, & ſimilia de quibus nobis permittitur iudicare*, ex hoc igitur,

5 lex in dubio † præſumit magis bo-
num, quam malum, honeſtum po-
tius, quam inhoneſtum, licitum ma-
gis, quam illicitum, & ſic non præſu-
mit delictum, in hac nobili præſum-
ptione fundatus eſt Bart. in l. non ſo-
lum. §. ſed vt probari. ff. de oper. no-
ui. nunciatio. vbi vult, quod proba-
6 tio rei dubię † in criminalibus ſuffi-
ciat ad offuſcandum, & confunden-
dum probationem actoris. Ecce accu-
ſatur Titius, quod vulnerauit Petrum
in menſe Madij, & id probatur. Ti-
tius vero ſe deffendit per bannum la-
tum medio menſe Madij, permittens
occidi quemcumque bannitum, tunc
dubium eſt, an talis occiſio ſit licita,
vel illicita, quia licet conſtet, quod
fuerit facta in menſe Madij, non ta-
men conſtat, an fuerit facta ante, vel
poſt bannum factum medio menſe,
& tamen dicit Bart. quod hæc dubia
probatio abſoluit reum, quia cum
potuerit fieri in eodē menſe poſt ban
num, & ſic tempore permiſſo, et an-
te bannum tempore prohibito, in
tali dubietate dicit Bart. iudican-
dum eſſe pro tempore licito, vt deli-
ctum excuſetur propter dictam nobi
lem præſumptionem.

Aliud exemplum ponunt DD. de
7 viro nobili, qui non † poterat ingre
di palatium, niſi tempore Conſilij
generalis, nam ſi accuſatur, & probe-
tur, quod menſe Madij fuerit ingre-
ſus Palatium, ipſe autem probet
quod eo menſe fuit factum Conci-
lium generale, tunc poteſt dari caſus
in quo ingreſſus delictum ſit, velu-
ti ante Conſilium. & caſus in quo de-
lictum non ſit, veluti poſt Conſilium,
& ſic res eſt dubia, quare ad euitan-
8 dum delictum, præſumitur † ingreſ-
ſus factus eo tempore, quo delictum
vitetur, & hæc opinio Bart. eſt com-
munis, vt patet ex allegat. per Boſ.
titulo. de conuict. numer. 60. imo ſi
de neceſſitate præſumendum ſit de
lictum, & illud poſſit eſſe graue, &
9 paruum, præſumitur † pro minori
delicto, Bald. in l. fin. in vltim. co-
lum. C. de Edilitio. ædict. pro quo
facit glo. in l. penult. C. de fideiuſ.
vbi potius pręſumitur matrimonium
clandeſtinum, & ſic leuius delictum,
quam adulterium, quod eſt grauius,
facit tex. in capit. ſignificaſti circa
prin. de homicidio, inducendo, vt
per Aretin. conſilio. 8. vbi quod ſi
10 quis percutiat † aliquem paruo cultel-
lo, capiemus preſumptionem, quod
fecerit animo non occidendi, licet
talis deinde ſit mortuus, idque per
regulam quod in duobus malis mi-
nimum eſt eligendum, can. duo ma-
la. 13. diſt. Cum igitur in caſu noſtro
indubio ſimus, an præſentatio iuris-
firmę præcedat, an vero contrauen-
tio, cum illa delictum inducat, præ-
11 ſumendum eſt † inhibitionem poſte-
riorem eſſe, hinc deciſolet, quod actus
12 præſumitur factus † ſemper eo tem-
pore, & loco, ex quibus euitetur
delictum, & vt actus valeat, Bart.
vbi ſupra Alexand. conſ. 24. nume-
ro. 23. in 2. Pariſ. in capite. in præ-
ſentia numer. 31. de probat. Crauet.
conſ. 205. numer. 9. & ita Bald. in l 1.
numer 15. C. de ſeruis fugiti. & Iaſ-
ſon ibidem dicunt, conſilium, quod
poteſt eſſe bonum, & malum, præ-
ſumi debere bonum, cumque in caſu
noſtro, ſi preſentatio inhibitionis pre-
cederet eſſet delictum, & facta contra
inhibitionem eſſent nulla, vt deli-
13 ctum vitetur, † & vt actus valeat,
præſumendum eſt indubio, quod
præſentatio inhibitionis ſit poſterior,
contrauentio autem antea facta, & in
proprijs terminis ita decidit Man-
doſ. quæſtion. 8. vbi indubio ita dicit
pręſumendum, ad euitandum attenta
ta, nam

14 ta, nam cum attentata † illicita ſint, & ſonent in delictum glo. in c. non ſolum verbo reducendum de appel-
15 lat. in 6. & attentans,† ius, iudicem, & partem dicatur offendere, Francus in c. bonæ n. 14. & 39. de appellat. præſumendum erit in dubio illum actum præcedere, qui præcedere debebat pro validitate actus,& ad excludendum delictum, Alexan. in l. 2. §. prius de vulgar. Fælin. in c. ſuper literis de reſcript. effectus huius quæſtionis erit, quia cum inhibitio iurisfirmæ futura afficiat, facta autem non reuocet, cum in dubio præſumatur factum præceſsiſſe, illud per inhibitionem non retractabitur.

CAPVT VIGESIMVM tertium.

An inhibitus inhibitione iurisfirmæ, ne ædificet, ne innouet pendente lite aliqua, quouſque illa terminata ſit: poſsit abſque contrauentione inhibitionis reædificare, ſeu reficere.

SVMMA EORVM, quæ in hoc Capit. 23. continentur.

1 *Probibitus edificare, non probibetur reficere, ſi edificium non ſit omnino deſtructum, ſecus ſi eſſet penitus deſtructum vt nu. 2.*

3 *Ædificium quando dicatur de nouo fieri, vt inhibitio arctet, exponitur.*

4 *Reficere non eſt aliquid de nouo facere, nec innouare.*

5 *Obſeruantia finalis de aqua pluuia arcenda explicatur, & n. 6. & 28.*

7 *Sententia in iudicio ſummario, ſuper iure habendi azutum, ſeu ducendi aquam, poterit executioni mandari, nō obſtante quod inhibeatur reædificare, & non obſtante appræhenſione, vt numero 8. & 9. 16. & 17. limita n. 20. & 21.*

10 *Multa permittuntur, quæ regulariter non permitterentur, quando periculum eſt in mora.*

11 *Reſtitutio non fit vbi imminet periculum, vel ſcandalum.*

12 *Sententia lata in iudicio proprietatis obſtat in iuditio poſſeſſorio appræhenſionis.*

13 *Sententia regiæ Audientiæ, per quam mandatum fuit reparari azutum, ſiue cequiam, vulgo dictam de Pina exponitur, & numer. 14. & 15.*

18 *Firma obtenta virtute appræhenſionis ne ea pendente azutum reparetur, reuocari debet.*

19 *Azutum reparari mandatur nõ obſtante appellatione.*

22 *Forus de ſeruit. aquæ, licet priuilegiet reparationẽ azuti contra quamcumque appellationem, iurisfirmam, & inhibitionem, non tamen contra appræhenſionem.*

23 *Priuilegiatus contra priuilegiatum non vtitur priuilegio.*

24 *Appræhenſio & eius interlocutoriæ, ſunt priuilegiatæ.*

25 *Sententia proprietatis lata in proceſſu appræhenſionis, olim, non executabatur priuilegiaté contra ſecundam apprehenſionem, hodie vero ſic, vt nu. 26.*

27 *Sententia proprietatis lata in iuditio appræhenſionis, ſi non eſt priuilegiata, nec reparatio azuti priuilegiata erit.*

29 *Azutum ſi deſtruatur de preſenti reparari poteſt, ſecus ſi non deſtruatur de præſenti.*

30 *Priuilegium, quod datur reparationi azuti, fundatur in periculo irreparabili, ſi reparatio nõ fieret quo ceſſante ceſſare debet reparatio, vt nu. 31.*

32 *Appræhenſio magis priuilegiata eſt, quam firma ſpecialis, & caſualis.*

33 *Argumentum à fortiori receptiſſimum eſt in regno.*

34 *Sententia in proprietate tranſacta in rem iudicatam exequitur, non obſtante appræhenſione, & qualiter intelligatur.*

35 *Obtinens ſentetiam in vim fori de ſerui. aquæ recurrere debet, ad appræhenſionem, & petere, quod tollantur ſignia regia, quod intellige quando ſententia tranſiuit in rem iudicatam, vt numero 36.*

37 *Exemplar optimum in proceſſu Iurator. Burgiæ, tractatum refertur, & n. 38.*

39 *Fructus terræ quandoque deſtruere, & talare licitum eſt.*

40 *Exequutio vbi ex ſtatuto, aut pacto poteſt fieri, non obſtante appellatione, fieri quoque poterit non obſtante iudicis præcepto.*

41 *Noui operis nunciatio non minus authoritatis eſt, quam*

quam appræhenſio.

42 *Dolus ad fractionem apprę henſionis requiritur.*

43 *Periculi eminentis licet de iure habenda ſit ratio, de foro tamen ſtante appræhenſione ſecus eſt.*

44 *Appræhenſione pendente conſuetudinis habenda ratio non eſt.*

Caput. 23.

MAteria huius capitis nunc & ſemper fuit difficilis intellectu, & periculis plena propter varia exēplaria, quæ circa eā reperiuntur & materiā ſubiectam, in qua intrepide tenendum eſt, quod ſi quis inhibi-
1 tus † ſit ædificare, non prohibetur reficere, quod intellige ſi ædificium nō ſit omnino deſtructum, & ſolo adæquatum, quia tunc non dicitur fieri nouum ædificium, nec res diſtincta, ſed eadem, ſecus vero ſi tale ędifi-
2 cium † eſſet penitus deſtructum, vſque ad aream, & ſolo adęquatū, quia illud dicetur eſſe nouum ędificium, l. inter ſtipulantem §. ſacram. verſiculo ſed ſi vſque ad aream ff. de verborum obligatio. l. ſi ita legatum §. fin. de legat. 1. l. quid tamen ff. quib. mod. vſusfruct. amittatur, l. proponebatur ff. de iudic. vnde maximè intereſt, an res omnino deſtructa ſit de præſenti, ita quod non habeat eſſe, aut quod penitus non ſit deſtructa, ſed vetuſtate, vel aliquo alio ca-
3 ſu collapſa, vt primo modo † dicatur de nouo ędificare, attentare, innouare, & ſic inhibitio arctet, in ſecundo vero caſu eſt totum contra, ita Bart. Angel. & alij communiter in l. 1. §. ſi quis ędificium ff. de oper. noui nuntiatione, quod cum multis confirmat Anton. Gomez l. 46. Tauri numero 15. verſiculo vnde alter, quæ omnia non ſolum procedunt, quando quis prohibetur ędificare, ſed etiam ſi dictū ſit in inhibitione, ne aliquid attentetur, ſeu innouetur, nam adhuc reficiendo non dicetur attentare, nec
4 innouare, eſt ratio. † quia reficere non eſt aliquid de nouo facere, nec innouare, & cum hac diſtinctione reducuntur ad concordiam multa contraria, quæ ſatis vrgere videbantur, vt illa ſic concilians tollit Mandoſi. queſtione 119. vbi benè, & in his termi-
5 nis eſt intelligenda obſeruantia † finalis, de aqua pluuia arcenda, vbi ſi aliquis habet azutum vel cequiam in termino alieno, & deſtruitur azutum, vel cequia, ita quod ibi vbi primitus erat non poteſt commodè iterum conſtrui, poteſt alibi in dicto termino mutari, inuito domino termini, ſatisfacto de terra, quæ pro refectione recipitur, nam vltra, quod dicta obſeruantia loquitur per verbum pręſentis temporis, ſi aliquis habet azutum, per quod videtur pręſupponere quod de pręſenti habet, vel de proximo habuit, & nunc tamen deſtructum eſt, vel deſtruitur: adhuc tamen vt conſonet cum iure communi, vtitur verbo *habet*,
6 & verbo *deſtruitur* † ſignificans, quod adhuc, vel de proximo ędificium eſt in ruina, non vero, quod antiquitus fuerit collapſum, nam tunc nec in vim dictæ obſeruantię, nec in vim iuris communis, eſſet conſtruendum

dum ædificium ab antiquo deſtru-ctum, & ſolo adæquatum, & in hoc vidi aliquos ſapientes erraſſe, & ſic te nendum eſt.

Sed maior dificultas, quæ in hoc conſiſtere poteſt, eſt ſequens. Ecce ſi aliquis ſuper iure habendi azu-
7 tum, † ſeu ducendi aquam per terminum, ſeu à termino alieno, obtinuerit ſententiam in proceſſu ſummario, iuxta forum de ſeruitu. aquę, vbi hæc ſententia ita ſumariè lata priuilegiatur quoad executionem, vt ea fiat non obſtante quacumque appellatione iurisfirmę grauaminum factorum, vel fiendorum, ſeu alterius inhibitionis, in vim illorum ſubſecu-
8 tæ, Si ex aduerſo inhibitus ſit quis, † non dico ædificare, ſed & reficere, vel appræhenſum, vel ſequeſtratum ſit tale ius, nequis adificet, vel reficiat, an non obſtante tali inhibitione, ſequeſtro, vel ap præhēſione, debeat exequi illa ſententia lata in proprietate, licet in proceſſu ſummario, iuxta for. de ſeruit. aquæ, an vero ſit in ea ſuper ſedendum, & fuit obtentum, vt non
9 obſtante † tali appræhenſione exequatur iſta ſententia, nam ratione periculi imminentis, inductum eſt de iure, vt iudex exequatur, & deinde proceſſum ſcribat, ſecundum Boeri. deciſ. 259. numero quinto, nam vulgare eſt, quod quando periculum eſt
10 in mora, multa † permittuntur, quæ regulariter non concederentur, de quibus per DD. in varijs locis, Deci. in c. cum dilecta in fin. de confirmatione vtili vel inutili, Cotta in memorabilib. in verbo par in parem, & ita aliàs dici ſolet, quod vbi immi-
11 net periculum, ſeu † ſcandalum, non fit reſtitutio, Lancellot. de attentat. ſecunda parte. c. 4. 13. limat. num. 3. eſt videndus Bald. in l. de pupillo §. ſi quis riuos ff. de noui oper. nuntiatione, & in l. ſed ſi quis ff. quemad. teſtam. aperiantur, Bart. pulchrè in l. 1. de glande legenda. Vnde cùm in caſu noſtro magnum ſit periculum in mora, ſi executio ſententiæ diferatur, in omnibus meſsibus, tritico, & alijs ad vitam neceſſarijs, ergo executio facienda eſt non obſtante tali appræhenſione.

12 Deinde quia illa ſententia † eſt lata in iudicio proprietatis, vnde debet obſtare ad iudicium poſſeſſorium appręhenſionis, ex communi opinione, de qua Ripa in l. naturaliter §. nihil commune à numero 33. 34. 35. & 98. Portol. in verbo Appellitus de tolli fortiam, quia ſententia lata ſuper proprietate abſorbet poſſeſsionem, vt ibi per eum numero ſeptimo, & octauo, vbi & alios allegat, vide Bardaxi in foro 9. de appræhen. ſicque multoties pronuntiatum fuiſſe accepi, nā in primis aduerte, quod in regia audientia in proceſſu Iuratorum Villæ de Pina ſuper reparatione azuti & acequiæ die 27. Septem-
13 bris anno 1603. † fuit mandatum reparari quoddam azutū, & acequiam, quam ducebant homines de Pina per partitam vulgariter dictam de Alfranca, in terminis Cæſarauguſtę ſitam, in quo proceſſu tres regij conſiliarij votarunt, quod tenetur, & debet pronuntiare, & mandare refici, ſeu reparari per commiſſarium à regia Audientia, nominandum cequiam vulgo dictam villæ de Pina, quæ à flumine Iberi originem ducit intra terminos præſentis Ciuitatis, & in partita vulgo dicta de Alfranca, in loco, & parte illius, per Martinum de Soto, Petrum Maſparrota, Marcum Bernat viſores in relatione per

eos

ees facta, & in proceſsu exibita de-
ſignatis, ac modis & formis in dicta
relatione cōtentis, facta tamē arbitrio
Regiæ Audiētię ſatisfactione, per prin
cipales. Hie. Aueña Procurat. hęredi-
bus, ſiue terras tenētibus, dictæ partitę
de Alfranca de ſpatio terræ, ac alijs re
bus ad conſtructionē, reparationem,
apertionem dictæ cequiæ neceſſa-
rias, non obſtantibus in contrarium
allegatis, neutram partium. Vnus
14 vero de dictis Dominis † fuit voti,
quod tenetur pronuntiare, & manda
re reparari per comiſsarium Regium
Audientiæ, cequiam de Pina, quæ à
fluminè Iberi originē ducit, intra ter
minos preſentis ciuitatis, in partita
de Alfranca, in loco & parte per com
miſsarios deſignatis, ſi inferius, &
commodius apperiri, & refici non po
teſt ad arbitrium commiſsarij per
Regiam Audientiam nominandi, fa-
cta tamen arbitrio Regiæ Audientiæ
ſatisfactione, per principales Hiero-
ni. Aueña Procurator. hæredibus, ſi-
ue terras tenentibus, dictæ partitæ
de Alfranca, de ſpatio terræ, ac alijs
rebus ad conſtructionem, & repara-
tionem dictæ cequiæ neceſſarijs, non
obſtantibus in contrarium allegatis,
15 Quintus de dictis Dominis † fuit vo-
ti, quod debet pronuntiare ſupplica-
ta per Hieron. Aueña Procurator. lo-
cum non habere. Poſt latam autem
hanc ſententiam, fuit apprehenſa di-
cta partita de Alfranca, quæ erat D.
Ioannis Auguſtini, & Alphonſi Cel-
dran Baiuli, reſpectu iuris prohiben
di, & vetandi, ne homines de Pina
ducerent cequiam per dictam parti-
tam, vel terram aperirent ad facien-
dā cequiam, hic fuit orta tota contro
uerſia, an non obſtante dicta appre-
henſione, eſset executioni mandan-
16 da ſententia † lata ſuper reparatione
açuti, & cequię in Regia Audientia,
iuxta forum de ſeruitutibus aquę, an
vero dicta apprehēſio eſset obſeruan-
da, & tandem multis hinc inde alle-
gatis, fuit reuocata firma quędam,
quę fuerat prouiſa in vim dictę appre
henſionis, & etiam appellationis inter
poſitæ a dicta ſententia lata in Regia
Audientia, per quam mandabatur
reparari dictum azutum, non obſtan
17 te † apprehenſione, & alijs quibuſ-
cumque, & licet ab hac ſententia fuiſ
ſet appellatum, & in vim appellatio-
nis, & etiam apprehenſionis obtenta
firma directè ad impediendam repa-
rationem azuti, non terminatis & fi-
nitis appellatione, & apprehenſione,
ad hunc tamen propter magnum pri-
uilegium azuti, de quo in dicto foro
de ſeruitutibus aquæ, fuit reuocata
dicta firma, † ad effectum, vt dictum
azutum repararetur, & nota, quod
indicto proceſsu iurisfirmę, eſt aliud
* exemplar Domini loci de Sobradiel,
quod multum conducit ad materiā
hanc de qua agimus.

* Sic etiam fuit pronuntiatum in
18 proceſsu D. Martini † ab Aragonia,
ſuper reparatione azuti in Regia Au
dientia die 22. Octobris anno 1572
& in proceſsu D. Ioannis de Barda-
* xi, & Domnæ Marianæ de Mendo-
ça, vt tutorum D. Ioannis de Torre-
llas, ſuper reparatione azuti, die 24.
Septembsis anno 1574. in quibus
19 proceſsibus fuit mandatum † repa-
rari azutum, non obſtante quacum-
* quę appellatione, reſeruato tamen
parti aduerſæ iure agendi ſuper re-
tractatione dictę reparationis, vide
etiam in proceſsu D. Ioannis de la
* Nuza, ſuper reparatione azuti, in mē
ſe Iulij, vel Auguſti anno 1584. in Re
gia Audientia, & in proceſsu Annæ
Franco

Franco ſuper ſuper apprehenſione, ſeu reparatione, in curia Iuſtitiæ Aragonum anno 1586. ego tamen (vt verum tibi dicam) etiã ſi dicta exemplaria ſic ſe habeãt, aliter iudicarem,
20 † nam benefaterer reparationem azuti eſſe priuilegiatam per dictam obſeruãtiã, & maximè per forum de ſerui. aquæ, contra quamcumque aliam apprehenſionem, generalem tamen, veluti factam de fundo, vbi azutum ſiue cequia exiſtunt, reſpectu alicuius iuris affirmatiui, vel alterius, quod directè non ſit oppoſitum ad reparationem prætenſam, nam ſi apprehenſio eſſet reſpectu iuris prohibendi, & vetandi, ne azutum reficiatur, ſeu terra aperiatur ad faciendum azutum, vel cequiam, tunc ego ſen-
21 tirem † ſalua pace fori, qui non contrariatur, & aliorum, quod dicta reparatio non eſſet facienda obſtante dicta apprehenſione, ſed quod immo tale ius, talis ſententia obtenta ſuper reparatione, eſſet deducenda in apprehenſione, & ibi vel per diffinitiuam, vel per declarationem, vel aliàs eſſet danda licentia ad reparandum, huius ratio eſt, quia per
22 dictum forum de ſeruit. † aquæ priuilegiatur azutum, contra quamcumque appellationem, iurisfirmã, & inhibitionem, non autem priuilegiatur aduerſus apprehenſionem, nec id dicit forus ille, & nihil magis certum in foris noſtris, quam quod apprehenſio, & eius ſententiæ, omnes ſint æquè priuilegiatæ, ad minus cum omnibus alijs priuilegiatis per foros, patet per forum item por dar forma, forum declarando, forum por quanto, & alios de apprehenſi. quo
23 ſuppoſito, ſuccedit iuris regula, † quod priuilegiatus contra pariter priuilegiatum, non gaudet priuilegio glosa in l. 2. §. ait pretor verbo iuditium dabo ff. de capi. dimi. Bero. in c. in preſentia num. 452. vbi declarat, & ibi Abb. de probat. Bar. in Auth. quas actiones C. de ſacr. Eccle. pro quo facit ſequens conſideratio, quia per forum item como, forum declarando, forum item por dar forma, & alios de apprehen. appre-
24 henſio † & eius interlocutorię omnes, ſunt priuilegiatæ, non obſtante appellatione, firma cuiuſcumque naturæ, verum dicti fori de apprehenſioni non dicunt, quod priuilegiatur apprehenſio non obſtante quacumque alia apprehenſione, ex quo naſcebatur, quod ſententia proprie-
25 tatis † lata in proceſſu apprehenſionis, non executabatur priuilegiatè contra aliam apprehenſionem factam de iiſdem rebus, & bonis, imo neceſſè erat, quod ille, qui obtinuerat ſententiam proprietatis, in primo iuditio apprehenſionis, deduceret ſuum ius, & ſuam ſententiam in ſecunda apprehenſione, quod ſatis erat magnum inconueniens, propter quod fuit diſpoſitum in anno 1510. quod dicta ſententia proprietatis, lata in
26 iuditio apprehenſionis, † exequatur priuilegiatè, & non obſtante quacumque alia apprehenſione, vide in foro item ſtatuimus de apprehen. ex quo ſequitur declaratio ad forũ de ſerui. aquæ, nam cum forus ille non dicat, non obſtante apprehenſione reficiatur azutum, dicendum ſit, quod tale ius reparationis azuti obtentum iuxta dictum forum, debeat deduci in alia apprehenſione facta ſuper iure prohibendi, & vetandi, ne fiat azutum, nam ſi ſententia proprietatis
27 lata in proceſſu apprehenſionis † tale priuilegium non habebat, neque reparatio azuti, vel cequiæ illud habere

bere poteſt; idque a fortiori proce-
deret, quando ſententia ſuper repa-
ratione azuti, vel cequiæ non fieret
iuxta forum deſerui. aquæ ſed iuxta
obſer. de aquu. plu. arc nam differen-
tia eſt inter illa. quia in obſeruantia
28 † agitur de refectione, ſeu reparatione
cequiæ, ſeu azuti, quod deſtruitur,
& mandatur fieri alibi, ſi vbi an-
tea erat commodè refici non poteſt,
at. in d. foro non agitur. de repa-
ratione, ſed ſimpliciter ſuper iure te-
nendi azutum, ſiue cequiam, quod
ibi priuilegiatur, quod priuilegium
non dedit obſerb. in ſuo caſu, & li-
cet aliqui hanc faciant ponderatio-
nem, in hi tamen videtur ſuperficia-
lis, nam ille idem, cuius azutum ſiue
cequia deſtruitur, dicit habere ius
ducendi aquam, & ſimul cum eo age-
re poteſt ad refectionem azuti, vn-
29 de † apud me tota differentia conſi-
ſtit, an deſtruatur de preſenti azu-
tum, vel non, vt primo caſu ſit lo-
cus refectioni d. obſeru. in ſecundo
non, ex quo obſeru. loquntur per
verbum preſentis temporis. Hoc au-
tem volo aduertas, quod priuilegium,
30 quod a foro datur reparationi † azu-
ti, fundatur in periculo irreparabi-
li, quod ſubſequi poſſet, ſi repara-
tio non fieret. Baldus in l. doce. ff.
de appellation. recipi prout in ſimi-
li alibi diximus, quod vbi cumque
agitur de damno irreparabili, om-
nes regulæ ordinariæ iuris ſileñt, &
& ſic actus abſolutæ poteſtatis irre-
parabilis ceſſat de foro durante apræ-
henſione. Ex quo ſequitur, quod quan
do ex reparatione poſſet ſequi preiudi
tium irreparabile vltra damnū terræ,
& aperturæ ad faciendū cequiam, tunc
31 ceſſaret executio † reparationis, & re-
fectionis, Carpa; ad ſtatu mediol. ca-
pite. ducenteſimo quadrageſsimo
ſexto Maran. in Spec. ſexta parte ti-
tulo de appellationibus. numero tre-
centeſsimo vndecimo, & trecenteſi-
mo duodecimo (fateor, quod de
damno irreparabili, non haberet lo-
cum in noſtro Regno) hic autem
loquimur, quando reparatio fit non
in vim apprehenſionis. Superio-
ra augentur, quia nullus dubitabit,
quod priuilegium illius fori ceſſare,
ſi contra illud, prouideretur firma
ſpecialis, & ad caſum bene fundata,
ergo multo magis debet obſtare ap-
prehenſio, † quæ eſt magis priui-
32 legiata quam firma caſualis, foro
Item como en los tiempos paſſados,
foro por quanto, foro declarando
de apprehēſionibus, & hoc argumen-
tum a fortiori, † receptiſsimum eſt
33 in Regno, vt in foro, & obſeruan-
tia ſub titulo Fori editi apud ex eam,
& ſi vinco vincentem te, a fortio-
ri vicam te l. de acceſsonibus. ff. de
diuer & temp. preſc. authoritate Mar
tini de conceſs. præb. in ſexto cum
vulgatis neque obſtabit dicere, quod
ſententia in proprietate tranſacta
in rem iudicatam, debet exequi †
34 non obſtante apprehenſione, foro
item ſtatuimus de apprehenſionibus,
nam reſpondetur, quod ante illum
forum, apprehenſio impediebat exe-
cutionem ſententiæ proprietatis,
tranſactam in rem iudicatam, quouſ-
que tollerentur ſigna regia in vim
dictæ ſententiæ, vnde cum ille fo-
rus loquatur de ſententia proprie-
tatis lata in iudicio apprehenſionis
non debet trahi ad aliam ſenten-
tiam proprietatis, qualis eſt illa,
de qua agimus, qua propter dicen-
dum eſt, quod opus ſit cum hac ſen-
35 tentia lata in vim fori † de ſeruit. a-
quæ, recurrere ad apprehenſionem, &
petere ibi quod tollantur ſigna Regia

vel declarentur fore ſublata. pro vt
ante dictum forum fiebat, & hoc om
ne intellige, quando ſententia eſſet †
36 tranſacta in rem iudicatam, pro vt
* fuit factum in lite Baroniç de Figa-
ruelas, in fauorem Don Franciſci de
Ariño, & in lite Baroniç de Sanguer
ren, in fauorem Domnç Eluiræ de
* Mendoça, ſed ſi non eſſet tranſacta
ſententia in rem iudicatam, tunc ob-
ſtaret apprçhenſio, & ſigna Regia
non eſſent tollenda, ſed ſpectandus
euentus litis, & quod tranſiret in rem
iudicatam, vel deducendum eſſet ta-
le ius in apprçhenſionem.

Non multum differt à propoſito
noſtro, illud exemplar, quod fuit †
37 practicatum in proceſſu Iuratorum
Burgiç, ſuper criminali menſe De-
* cẽb. milleſimo quingenteſimo octua-
geſimo octauo, nam ibi vniuerſita-
tes Burgiç, de Magallon & Albeta,
* habebant ius clarum, & notorium
multis clauſulis pactis, & cautelis
vallatum, in vim cuiuſdam ſententiç
arbitralis, latç per D. Dalmaum Ar-
chiepiſcopum Cæſarauguſtan. vide-
licet, quod ſi aliquis de illis vniuerſi-
tatibus, aquam ad rigandum deſſu-
meret, extra ſuum tempus, poſſent
alij deſtruere, & ſeu tallare fructus,&
meſſes illorum, qui ſic aquam deſ-
ſumpſiſſent, † cumque aliqui parti-
38 culares homines loci de Albeta, aquã
deſſumpſiſſent extra tempora ſibi per
miſſa in terminis ciuitatis Burgiç, &
ob id vellent homines de Magallon
tallare, & deſtruere fructus homi-
num de Albeta, apprçhenderunt, ſeu
ſequeſtrarunt ſuas hæreditates à poſ-
ſe audientiæ, ad impediendum di-
ctam talam, aliàs ius ſanguinis di-
ctum, Sed homines de Magallon de
conſilio eminentiſſimorum aduoca-
torum, ſcilicet Antonij Labata, &
Petri Ludouici Martinez, talauerunt,
39 & deſolarunt fructus † hominum de
Alueta, & Burgiç, idque ius talia fa-
ciendi, probarunt ipſi homines de
Magallon in accuſatione contra eos
inſtituta, fundantes ſe in conſuetu-
dine talia faciendi.

Secundo, quia cum periculum eſſet
in mora ſi talla non fieret, ideò de-
bebant ceſſare omnes regulæ iuris, ad
exemplum ſententiæ, quæ exequen-
da eſt, ſi periculum ſit in mora, tum
quia ſecundo dicebant, quod vbi ex
ſtatuto, vel pacto poteſt fieri execu-
40 tio, † non obſtante appellatione, fieri
quoque poterit non obſtante iudicis
prçcepto, at in caſu illo dicebant, ſen
tẽtiam arbitralem eſſe exequendam,
non obſtante appellatione, igitur &
non obſtante apprçhenſione, Et cer-
41 tum eſt, quod nuntiatio † noui ope-
ris, non minus athoritatis habet de
iure, quam apprçhenſio, & tamen
illa contemni poteſt, vbi adeſt peri-
culum in mora, vt diximus ſupra, er-
go & apprçhenſio. Deinde quia per
forum ordinamus, de apprçhenſioni-
bus, ad fractionem apprçhenſionis
42 requiritur † dolus, ibi *violentment.*

His tamen non obſtantibus, fue-
runt accuſati condẽnati, quia licet de
43 iure, periculi ſit habenda ratio, † id
tamen non procedit de foro, ſtante
apprehenſione, & contra eam, &
priuilegia periculi, & moræ proce-
dunt, vbi agitur de excuſando ali-
quem, & de conſeruando aliquod
ius, ſecus vero, ſi ſolum agitur de in-
ferendo damnum, neq; erat habenda
ratio

44 ratio † de conſuetudine, ſtante appræhenſione in medio, immo dixerunt iudices, quod erat petenda declaratio in proceſſu apprehenſionis, vt ea non obſtante, illud ius exequeretur, vnde in caſu noſtro idem videtur dicendũ, vt ſententia de reparando azuto, non exequatur contra apprehenſionem, ſed quod, vel in ea deducatur, vel quod petatur in ea declaratio.

CAPVT VIGESIMVM quartum.

An facta poſt præſentatam inhibitionem, ſint attentata, & nulla, & per conſequens reuocanda.

SVMMA EORVM, quæ in hoc Cap. 24. continentur.

1 *Inhibitionis & euocationis par eſt potentia & virtus.*

2 *Plus & minus non differunt ſpecie.*

3 *Concedere inhibitiones & iuris firmas nihil aliud eſt, quam cauſas euocare.*

4 *Geſta poſt euocationem præſentatam ſicut ſunt nulla, ita & poſt præſentatam firmam nulla erunt, vt num. 5. & ibi de ratione.*

6 *Noui operis nuntiationi in dubio parendum eſt.*

7 *Iudex inhibitus in dubio inhibitioni parere debet ſuperioris, aliâs eius inobedientia punienda erit.*

8 *Propheta contra præceptum comedens, à Leone occiditur.*

9 *Geſta poſt inhibitionem, tanquam attentata, priuilegio attentatorum reuocanda ſunt in primis.*

10 *Inhibitio in hoc Regno, non minus, quam ſi eſſet à Romana curia emanata obtemperanda eſt.*

11 *Inhibitus non obediens, non ſolum aduerſarium, ſed & iudicem offendit, ob id grauius peccare dicitur.*

12 *Recedere in hoc Regno à iure notorio nefas eſt.*

Caput. 24.

CAPVT hoc parũ difficultatis habet, ſi conſideremus, quod par eſt potentia, & par eſt virtus inhibitio-
1 nis, † & euocationis, licet quandoque auocans maiorem authoritatem, & poteſtatem habeat, quam iudex inhibens, non enim per hoc conſtituitur ſpecifica differen-
2 tia per plus, † & minus. l. vltima, ibi. *Etenim in mediocritate, non in genere differt*. Et ibi Bar. ff. de fundo. inſtruc. l. ſcapham, ff. de euictio. ratio illorum

 eſt,

eſt, quia maioritas conſideranda eſt reſpectu illius, à quo cauſa euocatur, & cui inhibetur, & ſic ſufficit, quod inhibens in illa cauſa ſit maior eo, cui inhibet, Geminian. Ioan. Andre. in c. Romana. de appellat. in 6. Francus, ſuper rubr. de appellat. col. 4. Ripa, reſpon. 181. aliàs 13. incipienti Allobrogum Dux, latius Mandoſius queſt. 100 idque à fortiori procedit in inhibitionibus Iuſtitiæ Aragonum, qui in hoc Regno ſupremam etiam poteſtatem habet à curia generali, euocandi cau-
3 ſas, concedere † enim iuriſfirmas, nihil aliud eſt, quam cauſas euocare, at qui in Aragonia geſta poſt euocatio-
4 nem præſentatam, † ſunt nulla ipſo iure, licet antea geſta teneret, Rebuf. in tracta. de euocat. queſt. 9. Caſſan. ab eo relatus. & cæteri omnes, qui de euocatione egerunt, vnde cum iuriſfirma ſit genus euocationis, & æqualis potentiæ cum euocatione, dicendum
5 videtur, vt geſta † poſt eam præſentatam ſint nulla, pro quo facit, ne iudices, & alij ſub clypeo, an inhibitio iuſte emanauerit, vel non, inhibitiones huiuſmodi contemnant, vt dum litigaretur de iuſtitia, vel iniuſtitia inhibitionis, pars grauata laboribus, & expenſis interim fatigaretur, & ita ſolet
6 dici, quod indubio † parendum eſt nunciationi noui operis, gloſ. in l. de pupillo. §. Sextus Pedius. in verbo fecit in fin. ff. de noui oper. nuncia. non enim iudex inhibitus debet eſſe tam temerarius, vt in cauſa contra inhibitionem procedat, ſed tenetur obe-
7 dire † ſuperiori, aliàs inobedientia punienda erit, pro vt illa primorum parentum, de qua Geneſis capit. 78. cauſa fuit amiſsionis iuſtitiæ originalis, hinc vir Dei, Deo non obediens, ſed in domo alterius Prophetæ con-
8 tra præceptum † comedens, à Leone occiſus fuit, tertio Regum. cap. 13. Et in ſpecie, quod facta poſt inhibitio-
9 nem præſentatam, tanquam † attentata, & ex priuilegio attentatorum, in primis, & ante omnia reuocanda ſint, facit caput non ſolum in fine caput Romana §. quod ſi obijciatur de appellat. in ſexto, quod reſpectu iudicis inhibiti procedit in Regno, † non
10 minus, ac ſi eſſet inhibitio a Romana curia emanata, vide Mandoſ. queſt. 112. late Lancelotus de attent. poſt inhibit. 2. par. cap. 20. maxime à 16. ampliatione cum ſequentibus, & nu. 14. in princip. horum omnium vniuerſalis ratio eſt, contemptus iudicis, Aret. & Ripa in l. naturaliter. §. nihil commune, num. 67. de acquirend. poſſeſ. Franc. in cap. bonæ, colum. 4. de appell. Par. ſ. conſ. 41. numer. 38. lib. 1.
11 nam offendit non ſolum † aduerſarium, ſed etiam iudicem, & ſic magis peccat, vt ſic factum in contemptum inhibitionis Iuſtitiæ Aragonum, debeat via attentatorum merito reuo-
12 cari, & hoc iure vtimur in Regno, † adeò notorio, vt ab eo recedere nefas eſſet, v. de Paul. Caſtrenſ. in l. filius familias. §. Diuus Seuerus nu. 8. Cæpola Caute. 206. id quod ex clauſulis inhibitionis confirmari poteſt, & an ſi inhibitio ſit nulla, ſit idem, quod ſupradictum eſt, vel ſi inhibitio deſtruatur, vide Lancelot. vbi ſupra, ampliat. ſecunda vbi alij.

CAPVT

CAPVT VIGESIMVM quintum.

An poſt præſentatam inhibitionem, ita iudex inhibitus remaneat, vt abſolutè nihil facere poſsit, an vero aliqua ei liceant.

SVMMA EORVM, quæ in hoc Capit.25.continentur.

1 *Iudex á quo cauſa euocatur, non obſtante euocatione, poteſt, cognoſcere de cauſa modici valoris.*

2 *Caloniæ non excedentes ſex centos ſolidos, non compræhenduntur in euocatione perhorreſcentiæ.*

3 *Iudex á quo cauſa euocatur, poteſt capere in fragantia (ad finem remitendi) ipſum qui obtinuit æuocationem.*

4 *Euocatio ſolum compræhendit cauſas fori contentioſi, per quas quis compellitur trahi, omiſſo ordinario, ad ſuperiorem euocantem.*

5 *Iuriſdictio voluntaria non compræhenditur ſub euocatione, & num.6. limita de iure, vt num.9.*

7 *Iuriſdictionem habentes, non obſtante euocatione, procedunt aliquando, non vt iudices, ſed vt partes, iura ſua deffendendo, quia hoc ius nõ eſt compræhenſum in eadem, vt num.8.*

10 *Extrahi de foro nemo debet á ſuo iudice ordinario, niſi ex cauſa ſuſpitionis iudicis, & territorij, vt num.11.*

12 *Iuriſdictio contentioſa redditur in inuitum.*

33 *Euocari etiam poſſunt cauſæ voluntariæ ad inſtantiam alicuius tertij intereſſati.*

14 *Inhibitus in re, in qua inhibetur, nihil poteſt facere in contrarium.*

15 *Iudex inhibitus teſtes recipere non poteſt, nec eos de quorum morte, vel aduerſa valetudine dubitatur.*

Caput.25.

IN Hoc capite non eſt ſumendum argumentum de euocatione ad inhibitionem, (licet quo ad effectum annullandi, & ligandi ſumatur argumentum, vt in capite præcedenti) Nam ſi argumẽtum hoc procederet hic, multa certè licerẽt iudici

inhibito, quæ licent iudici à quo cauſa euocatur, nam in primis certiſsimum eſt, quod non obſtante euocatione, poteſt † iudex à quo cauſæ euo-
1 catur, cognoſcere de cauſa modici valoris, quia illa non eſt tractanda in locis remotis, nec eſt trahenda ad Regiam Audientiam, & ideo in euocatione perhorreſcentię non compræhē-
2 duntur caloniæ † non excedentes ſexaginta ſolidos, ſicut etiam executantur non obſtante firma, vt per Bardaxi, in tractat. de officio guberna. queſ. 5. num. 69. fol. 88. in fin. immo poterit iudex, à quo cauſa euocatur, cape-
3 re in fragantia † ad finem remittendi ipſum, qui obtinuit euocationem, Pertuſa in foro primo de adiunctis, pro vt vtrumque meis temporibus vidi declarari etiam in materia ſiſatū, vt non venirent ſub euocatione, vſq; ad eam quantitatem. item nec ius viſitationis venit ſub generali euocatione perhorreſcentię, eſt ratio, quia euocatio ſolum comprehendit cauſas fori contentioſi, † per quas quis com-
4 pellitur omiſſo iudice ordinario trahi ad ſuperiorem euocantem, vt in declaratione priuilegij generalis §. item que como ſegun fuero, cum §. ſequēti, & in obſeruantia pro parte communitatum, ſub titulo actus curiarū, & ad hoc ſolum tendit perhorreſcentia in illis verbis, *ciuiles, & criminales; tam agendo, quam deffendendo*, Ex quo ſequitur, quod ius viſitationis, cū
5 ſit iuriſdictio voluntaria, † non contentioſa, non comprehendetur, ſub euocatione, & ſic non erit priuatus iudex euocatus dare tutores pupillis, adnerare teſtamenta, & alia ſimilia facere, veluti terminos viſitare, reparare limites, quæ omnia viſitationis ſunt voluntarię, Auenda. lib. 1. de exequē. mandat. cap. 4. num. 38. etiam vocando per proclama ſua intereſſe putantes, quia id ſine iuriſdictione contentioſa fieri poteſt, cum voluntariè dicātur tales comparere, quod euocatio †
6 perhorreſcentię non prohibet, quia ſolum comprehendit eos, qui inuiti trahuntur, vt in cap. ſi clericus laycū de foro competent. in verbo trahi, & in hunc ſenſum loquuntur perhorreſcentia, & forales diſpoſitiones de his loquentes, vltra alia multa, quæ citra iuriſdictionem contentioſam offerri poſſunt, veluti quæ ſtatutum politicū concernunt, immo, & aliquando qui iuriſdictionem habent, procedunt †
7 non vt iudices, ſed vt partes iura ſua deffendendo, vt per Bald. in Margarita, verſi. iudex tuetur, Abb. in cap. venerabili de cenſib. vt videmus in competentia inter Eccleſiaſticum, & ſeculares iudices, qui tam coram arbitris, quam coram cancellario deffendunt ſuam iuriſdictionem, vt partes, foro primo de las competencias, ibi. *Oydas las partes intereſſadas, y los juezes contendientes, &c.* Et neque hoc ius ſe deffendendi vt partes, cenſetur compræhenſum in † euocatione perhor-
8 roſcentię, id autem omne intellige de foro, & non de iure communi, quo attento poteſt princeps prohibito voluntatis euocare omnes cauſas, tam con-
9 tentioſas, † quam voluntarias, l. iudicium ſoluitur de iudi. cap. vt noſtrum de appellat. DD. in cap. cęterum, de reſcript. vbi Felin. & Deci. Rebuf. in l. quod iuſsit, ff. de re iudicat. num. 60. Couarru. in practi. queſt. cap. 9. At de foro ſecus eſt, quia nemo debet extra-
10 hi † à ſuo iudice ordinario, foro 3. de foro competent. foro 1. de commiſsionib. & reſcript. §. item como ſegun fuero, in declaratione priuilegij genera-
11 lis, niſi † ex cauſa ſuſpitionis iudicis, & territorij, aduerata iuxta forum, & hoc ſolum reſpectu iuriſdictionis con-
12 tentioſę, quæ † redditur in inuitum, l.

inter

inter ſtipulãtem.§ 1.ff.de verbo.obligationib. prout reſultat ex ſupradictis foris,& obſeruantia; qua exceptione dempta, totum reſiduum remanebit ſub regula, vt in l. nam quod liquidè.§. fin. ff. de penu legat. Et ſic omnes cauſę voluntarię non euocantur, ratio eſt naturalis, quia ſi partes volũtariè comparent, nemini fit iniuria. Crederem tamen, quod ad inſtan-
13 tiã alicuius † tertij intereſſati, poſſent cauſæ etiam voluntarię euocari, veluti in reparatione terminorum, & ſimilibus.

Modo ad materiam redeuntes, ſi argumentum in caſu preſenti valeret de euocatione ad inhibitionem, certè iſta omnia licerent iudici inhibi-
14 to, ſed contrarium eſt dicendum, quia iudex inhibitus † in re, in qua inhibetur, nihil poteſt facere in contrarium, nihil innouare, & ita de iure iudices
15 inhibiti, in partibus non poſſunt recipere teſtes, de quorum † morte, vel impedimento dubitatur, cauſa in curia pendente, etiam nec ſub prætextu, ne veritas occultetur, & ſic nec teſtes ſenes, & valetudinarios, nec ad aliquem alium actum procedere, prout reſoluit Mandoſ. queſt. 34. vbi benè, & hoc iure vtimur in Regno, vt iudici inhibito nihil liceat poſt preſentatam ei inhibitionem.

CAPVT VIGESIMVM ſextum.

An domini vaſſallorũ poſsint prohibere vaſſallos ſuos, ne firment coram Iuſtitia Aragonum, & inhibitionem obtineant contra alios.

SVMMA EORVM, quæ in hoc Capit. 26. continentur.

1 *Vaſſallus Baronis firmare non poteſt, contra dominum ſuum inuitum, & nolentem.*

2 *Domini vaſſallorum, an poſſint prohibere, & etiam inhibere vaſſallis, ne coram alio litigent, ſeu inhibitiones obtineant, ſub diſtinctione reſoluitur, & nu. 5. & 6.*

3 *Actor debet ſequi forum rei.*

4 *Extrahi nemo debet á ſuo iudice locali, & ordinario, & num. 10.*

7 *Crimen leſſæ maieſtatis committit, qui facit ſubditos, non obedire Regi, & ſuperiori, quod intellige, quando id ſit in derogationem Regiæ maieſtatis, vt num. 8.*

9 *Baro, qui habet merũ, & mixtum imperium, & primam cognitionẽ cauſarum ciuilium, & criminalium, vaſſallũ prohibere poteſt, ne in derogationem ſuæ iuriſdictionis ad alium recurrat, & nu. 10.*

11 *Superior adiri non debet per ſaltum, pro iuſtitia conſequenda.*

12 *Faciens aliquid lege permit-*

tente nullam pœnam meretur.

13 *Princeps de iure, prout etiā in Regno Caſtellæ prohibere poteſt ſuis vaſſallis, ne prorrogent iuriſdictionem eccleſiaſticam, & numer. 14.*

15 *Iuriſdictioni alienæ, quāuis poſsit quilibet ſe ſummittere, in præiudicium tamen tertij non poterit.*

17 *Baro ſi via ordinaria poteſt prohibere ſubditos, ne ad alium recurrant, multo magis poterit, ſi abſoluta poteſtate vtatur.*

18 *Vaſſalli propter nimiam ſeuitiam, & crudelitatem dominorum dimittere eos poſſunt, & alios dominos quærere.*

Caput. 26.

HIC non agitur de ea queſtione, an vaſſallus Baronis poſsit firmare corā Iuſtitia Aragonū, contra dominum ſuum nolentem,
1 & inuitū. nā † non poſſe ſupra docuimus, ratione abſolutæ poteſtatis, quā habet contra eum, & quia D. Rex (ſalua ſua clemētia,) non poteſt ſe intromittere ſuper factis dominorum in vim abſolutæ poteſtatis, ſiue bene, ſiue male agant, cum in hoc conſiſtat abſoluta poteſtas, horum Baronum, vt ab eorum factis ſupra vaſſallos ſuos nullus detur recurſus contra voluntatem ſuam, ſed ſolum quæritur
2 † an ipſi poſsint prohibere, & etiam inhibere vaſſallis ſuis, ne coram alijs litigent, ſeu inhibitiones obtineant a Curia Iuſtitiæ Aragonum, & in hoc cum diſtinctione reſoluendum eſt, nā ſi vaſſallus Baronis litigat cū aliquo qui vaſſallus non ſit, ſed imo ſit alterius iuriſdictionis, tunc pluſquam certum eſt, quod non poterit prohiberi, ne coram alio litiget, nam ſi actor eſt, † forum rei ſequi debet. cap. cum ſit
3 generale cap. ſi clericus laicum de foro compet. Si vero litiget, cū alio, qui ſimiliter vaſſallus ſit eiuſdem Baronis, tunc prohiberi poterit, ne coram alio litiget, & hoc in via iuris communis citra priuilegium aliquod per regulā foralem, qua nemo debet extra
4 hi † a ſuo iudice ordinario foro. 3. de foro de competen. for. primo de commiſsion. & reſcript. §. item que como ſegun fuero in declaratione priuilegij generalis, & licet tunc poſſet vaſſallus obtinere iurisfirmam à Curia Iuſtitię Aragonum contra iudicem loci Baronis, ne contra iuſtitiam eum vexaret, idque Baronis poteſtate ordinaria attenta, cum omnes ſub dominio Regis ſint, & eius officialibus, tamē quia ſtatim Barones ſe iuuant alia poteſtate, ſcilicet abſoluta, cuius vis eſt, vt ab eorum factis nullus detur recurſus, nec Dominus Rex, ſe de eis intromit-
5 tat, ideo in tali caſu, † non poſſet cum effectu vaſſallus litigans, cum alio vaſſallo coram Barone, obtinere inhibitionem a Curia Iuſtitiæ Aragonum, quia illa non obtemperaretur in ſua cauſa, & ſic in hoc ſecundo caſu iuſtiſſimè poteſt Baro, etiam citra vim ab-
6 ſolutæ poteſtatis † prohibere, ne vaſſalli ſui pro quæreis delictorum, & alijs, ad alios recurrant, & etiam ad Dominū Regem, ratio eſt, quia licet ſecun-

ſecundum Lucam de Penna in l. 3.
in fine C. vt nemo ad ſuum Patro.
7 crimē ſit læſæ maieſtatis † facere quo-
niam ſubiectus non obediat Regi,
&c ſuperiori, per l. cuiuſque, in ter-
tio reſpon. ad l. Iul. maieſtat. tamen
Pariſ. de puteo de ſyndicat. capit. de
exceſſibus Baron. ergaſubditos ca-
pit. 2. dicit hoc verum, quando Ba-
8 ro id faceret † in derogationem Re-
giæ dignitatis, & iuriſdictionis, quādo
tamen Baro habet merum, & mix-
tum imperium in terris ſuis, vel pri-
mam cognitionem cauſarum ciuiliū,
& criminalium, tunc abſque dubio
poſſet ſecundum eum prohibere vaſ-
9 ſallum † ne in derogationem iuriſdi-
ctionis ſuę, & priuilegiorum ſuorum
ad alium recurreret, imo nec ad Re-
giam Curiam, cum ordo in iuriſdi-
ctionalibus ſit, quod quilibet tam in
ciuilibus, quam in criminalibus con-
10 ueniatur in foro ſuo, † foro 3. de for.
competent. veluti in loco originis
contractus, vel delicti. l. 1. C. vbi de
crimi. agi oportet. cap. Romana. §.
contrahentes de foro competen. in
6. Bardaxi in foro 3. de foro compe-
ten. nam ad Principes, & Superiores
11 non eſt † deueniēdum per ſaltum pro
Iuſtitia conſequenda, vt dicit Pariſ.
12 vnde cum Baro. id faciat lege † per-
mittente nō dicitur excedere argum.
l. grachus C. de adulter. nec id mi-
rum, quia etiam in conſeruationem
Regiæ iuriſdictionis inductum eſt a
iure vt poſſit princeps prohibere vaſ-
ſallos ſuos, ne prorogent iuriſdictio-
nem eccleſiaſticam, prout in Regno
13 † Caſtellæ diſpoſitum reperitur, id
que ex doctrina Bartol. Iaſſon. Paul.
de Caſtr. in l. 1. §. & poſt ff. de oper.
noui. nunci. Benedict. in capit. Ray
nunt. in verbo. duas. numer. 247. de
teſtament. Auen. de exequen. man-
dat. ſecunda parte capit. 27. nume-
ro. 14. verſiculo, ſed qualiter Couar.
in capit. quamuis pact. 1. part. §. 3.
numer. 8. cum ſequent. Gutier. in au-
then. ſacramenta pub. C. ſi aduerſus
ven. numer. 151. Octaui. deciſ. Pede-
montana. 78. late, Azeued. in quar-
tum tit. de la iuriſdiction real, l. 11. Ve
laſc. de iur. emphiteo. quæſt. 7. nu. 22.
& conſul. 99. n. fin. per quos licet prin
ceps iuramenta ſemel preſtita prorro
gatiua iuriſdictionis eccleſiaſticę tol-
lere non poſſit, ex deffectu poteſtatis,
14 preſtanda tamen † impedire poterit,
ne in fraudē Regię iuriſdictionis prę-
ſtentur, & licet quilibet poſſit renun-
tiare foro ſuo, & iuri pro ſe introducte,
& per conſequēs ſubmittere ſe alie
nę iuriſdictioni. l. ſi quis in conſcribē
do. C. de pact. cum vulgatis id tamē
15 non permittitur, † ſi adſit præiudi-
cium tertij, veluti Regis, vel Baronis,
quorū iuriſdictio omittitur, tūc enim
in præiudicium ſuperioris non eſt li-
cita talis prorrogatio, nec ſubmiſſio
ita Azeuedo, & Octauia. vbi ſupra ex
quibus cōcludendum eſt, poſſe in hoc
caſu Baronē prohibere vaſſallos ſuos,
16 ne † alibi litigent, inhibitiones iuris-
firmarum, & alia remedia quærant in
prę iudicium ſuę iuriſdictionis, cui ſub
ſunt vaſſalli, prout expræſſe cauetur
in capit. tranſmiſſa de for. compe-
tent. non obſtantibus aliquibus, quæ
in contrarium adduci poſſent, ad quo
rum ſolutionem ſunt videndi Pariſ.
vbi ſupra, & Mandoſ. quæſtione 123.
quod ſi id poſſunt facere via ordina-
ria, & iuris comunis, quanto ma-
17 gis † ſi abſoluta poteſtate, velint vti
quod eſt in vim obſeruantiæ Regni
prohibendo vaſſallis omnem alium
recurſum ad alias iuriſdictiones, in
primo tamen caſu, quando vaſſalli
contra alios non vaſſallos agerent,
tunc non poſſent eos prohibere ſequi
forum rei, & iuriſdictionem compe-
tentem

tentem, niſi tractando eos nequitèr, & crudeliter, & ſic per indirectum eos prohibendo, à quorum crudelitate,& nequitia (ſi aliqua vterentur) nullus hodie datur recurſus ad Principes humanos, & ſic miſeris vaſſallis nullum aliud ſolatium remaneret, niſi vltimum, quod eſſet † dimittere tales dominos ab eis recedendo, quod poſſent facere propter ſeuitiam ſecundum Paridem, vbi ſupra, cap. 1. quo caſu an amitterent, non hic diſcutio, & hę ſufficiant.

CAPVT VIGESIMVM ſeptimum.

An Eccleſiaſticus poſsit ſimiliter inhibere ſeculares,& caſu,quo poſsit, an debeat prius partem citare, ſaltim, quando inhibet ad impediendam executionem inſtrumenti priuilegiati, ex cauſa, quod vſurarium ſit, vel alia ſimili.

SVMMA EORVM, quæ in hoc Capit. 26. continentur.

1 *Iudex Eccleſiaſticus, nũm poßit inhibere iudici ſeculari, ne in tali caſu ſe intromittat, traditur remißiue, & numer. 2.*

3 *Iudex Eccleſiaſticus nũm poſit impedire executionem inſtrumenti guarentigiati prætextu, quod vſurarium ſit, diſputatur pro vtraque parte, & numer. 4.*

5 *Inhibitio fundata ſuper exceptione vſurarum, ad impediendam executionem inſtrumenti, qualiter ſit expedienda exponitur.*

6 *Litis conteſtatio non inducitur, niſi parte citata.*

7 *Inſtrumentum per ſtatutum exequibile, non debet per exceptionem vſurarum impediri.*

8 *Contractum eſſe valde ſuſpectum, vbi conſtat ex forma, & effigie inſtrumenti: tunc inhibitio valet, & obſeruanda eſt à quocumque iudice expediatur, ſi tamen competens ſit. Secus ſi id ex effigie inſtrumenti non appareat, vt num. 9.*

10 *Debitores, ad libitum prætextu vſurarum, creditores trahere poſſe modo ad iſta, modo ad alia iudicum ſubſellia, ab omni æquitate, & iuſtitia alienum eſt.*

11 *Exceptio vſurarum, quæ reſultat ex eodem inſtrumento, impedit executionem eiuſdem quan-*

quantumuis priuilegiati.

12 *Exceptio, quæ apparet ex eodem inſtrumento, dicitur naſci, ex ventre inſtrumenti.*

13 *Inhibitio, virtute exceptionis vſurarum concepta, ſolum ſuſpendit, executionem in fauorem animæ.*

14 *Executio inſtrumenti non debet retardari propter ſuſpitionem vſſurarum, ſed debet fieri, retractabiliter tamen.*

Caput 27.

IAM in capite nono, vbi de competẽtia iuriſdictionis actum eſt, licuit in vim iuris, & fori poſ-
1 ſe iudicem † Eccleſiaſticum, quando iuriſdictio eſt ſua, vel priuatiuè, vel præuentionis iure, vel aliàs, inhibere iudici ſeculari, ne in tali cauſa ſe intromittat, nominando arbitrum in ſua inhibitione, ad dirimendam competentiam, caſu quo laycus de ſua iuriſdictione dubitet, vt ibi latius dictum eſt, nec id mirum quia iudex Eccleſiaſticus in cauſis ſuis, & ſibi deuolutis, quæ multę ſunt, poteſt inhibere † iu-
2 dici ſeculari, ne in cauſa illa procedat, ſed, quod ab ea abſtineat, vt videre licet per text. in cap. ſeculares, de foro competen. in ſexto, eſt videndus Boeri. deciſ. 114. Mandoſ. de inhibit. queſt. 10. 11. 12. & 13. cum ſequent. & in hoc immorari non decet, cum notiſ-
3 ſimi iuris ſit, ſed tota quęſtio eſt, † an ſi velit impedire ſub prætextu vſurarum executionem inſtrumenti guarentigiati, & ſeu priuilegiati, quæ coram iudice ſeculari petitur, an id poſſit, & licet variç fuerint opiniones aliquibus aſſerentibus iudicem ſecularem non debere abſtinere ab executione, ſed eam perficere debere, non obſtante inhibitione iudicis Eccleſiaſtici, vt tenent multi quos refert Portol in foro primo de las competencias, num. 63. Mandoſ. de inhibition. queſt. 14 allegans alios, & queſt. 72. colu. 2. in princ. quæ opinio licet non videatur aliena a ratione, verùm contrarium, † quod immo iudex ſecula-
4 ris ſuperſedere debeat in executione, tenent Bald. Immol. & alij allegati per eundem Portol. num. 64. vbi hãc appellat communem, & in praxi abſque dubio receptam, tamen quicquid de iure ſit, difficultas in alio conſiſtit, quomodo expedienda ſit hæc inhibi-
5 tio fundata, † ſuper exceptione vſurarum, ad impediẽdam executionem paratam inſtrumenti, ſiue illa inhibitio expediatur a iudice Eccleſiaſtico, ſiue ſeculari, nam vltra quod Bimius conſ. 21. num. 1. dicit, quod huiuſmodi inhibitiones fieri non poſſunt, niſi pendente lite, coram iudice Eccleſiaſtico,
6 quæ litis conteſtatio † non inducitur, niſi parte citata, vt ex magis communi concludunt Alexand. in l. Titia in fin. ff. ſolut. matrim. Iaſſ. in l. nec quicquam, num. 30. de officio proconſul. Verùm quia hec ratio & illa alia, qua
7 dici ſolet, quod vbi inſtrumentum † eſt per ſtatutum exequibile, non debeat per exceptionem vſurarum impediri, ſecundum Angel. & Immol. in l. 4. § condemnatum ff. de re iudicat. quos ſecutus eſt Barbatia conſ. 18 colum. penult. lib. 1. Anchar. conſi. 234. Felin. in cap. ex adminiſtrationis, numer.

mer.12.de iure iuran. Afflict.deciſ.30.
Quia tamen iſtæ duæ rationes ten-
dunt ad id, quod ſupradiximus, nem-
pe an per inhibitionem iudicis Eccle-
ſiaſtici poſsit impediri executio in-
ſtrumenti priuilegiati coram iudice
ſeculari, in quo impediendam fore
ex communi, & ex praxi diximus re-
ceptum, ideò de modo inhibendi quæ-
rendum eſt, in quo dico, quod vbi cõ-
ſtaret ex forma, & effigie inſtrumen-
8 ti contractum † eſſe valde ſuſpectum
de vſura, tunc inhibitionem valere, &
obſeruandam fore, a quocumque iudi
ce expediatur, ſi competens ſit, at vbi
9 ex facie inſtrumenti nihil appareat, †
quod vſuram ſapere videatur, tunc in
hibitio male procedat, & male expe-
dita ſit, & reuocanda, nam ſi aliter di
ceremus, ſemper eſſet in poteſtate de
bitorum his confictis exceptionibus
creditores eludere, & per litium ca-
lumnias circumducere illos, attrahen-
10 tes modo ad iſta, † modo ad alia iudi-
cum ſubſellia, quod quam ſit ab om-
ni æquitate, & iuſtitia alienum, nõ eſt
qui non intelligat, vt in terminis no-
ſtris apertè fatetur, Caſtrenſ. omnino
videndus, conſ. 48. nume. 2. par. 2. ita
Bimius vbi ſupra, num 9. in fin. ſic ad
concordiam opiniones reducens, &
hoc eſt, quod communiter dici ſolet
apud tribunalia, quod exceptio vſura-
rum, † quæ reſultat ex eodem inſtru-
11 mento, impedit executionem inſtru-
menti quantumuis priuilegiati, non
obſtante foro priuilegiante tale inſtru
mentum, quia talis exceptio † dicitur
12 naſci ex ventre inſtrumenti, & per ta-
lem retardatur executio inſtrumenti,
& iſto modo prouidentur inhibitio-
nes à iudice Eccleſiaſtico, & Iuſtitia
Aragonum, & ſine partis citatione,
quia non deffinitiua vſuram definiũt,
ſed ſolum ſuſpendunt † executionem
13 in fauorem animæ, vbi tamen per te-
ſtes, & non per inſtrumentum debet
probari vſura, tunc per forum Deſe-
antes de vſuris non debet retardari
14 executio † propter ſuſpitionem vſura-
rum, ſed debet exequi inſtrumentum
retractabiliter tamen, ſi poſtea con-
ſtet de vſura, & idem de iure eſſe di-
cunt Bimius, & Mandoſi. vbi ſupra,
pro vt ſic vidi receptum, & practica-
tum meis temporibus, dum in ea cu-
ria eſſem, de hac inhibitione iudicis
Eccleſiaſtici, vide Afflict. in conſtitut.
Neapolit. rubr. 47. nu. 17.

CAPVT VIGESIMVM octauum.

An in his iurisfirmis, in quibus tenetur quis firmare de directo, & ſeu fidantiam dare offerendo aliquem fideiuſſorem, an ſi illud non inueniat, qui eum præſtare tenetur ſatisfaciat cum iuratoria cautione, iurandoſe alium fideiuſſorem inuenire non potuiſſe.

SVMMA EORVM, quæ in hoc Capit. 28. continentur.

1 *Fidantia de directo, de ſtando, & parendo iuri, & iudicato ſoluendo, dari ſolet in quolibet iuditio iurisfirmarum, vbi de poſſeßione agitur,*

tur, & de reſtituendo fructus ſi in alio iudicio vincatur, & nu. 2.

3 *Cautio iuratoria locũ habet, vbi is qui eam præſtare tenetur iurat ſe eam non ad inuenire, & talis tenetur ad implere eã omnia ad quæ cautio dirigebatur.*

4 *Faciens debitam diligentiam ad inueniendum cautionem, & non inueniens, admittitur ad iuratoriam cautionẽ, quod amplia, vt num. 5.*

6 *Lex, vel forus nunquam videntur velle obligare in caſu impoſsibili.*

7 *Fori in dubio regulam conſtituentes, præſumendũ non eſt voluiſſe eam facere fallentialem, immo præſumitur voluiſſe ſe concordare cum iure communi.*

8 *Agere qui poteſt iure communi, & ſpeciali non præſumitur in dubio voluiſſe agere iure ſpeciali.*

9 *Fideiuſſores idonei, qui dicantur iudicis pendet arbitrio.*

Caput 28.

IN His iurisfirmis, & in quolibet alio iudicio iurisfirmarũ, vbi de poſſeſsione
1 agitur ſolet firmari, & ſeu dari fidantia de directo de ſtãdo & parendo iuri, & iudicato ſoluendo, immo & de reſtituendo fructus, caſu quo in alio iudicio vincantur, prout in apprehenſionibus etiam practicatur, tam in articulo litis pendentiæ, vt in foro, item por dar forma de apprehenſionibus, & in foro, por quanto, eod. quam in articulo iurisfirmarum, vt in foro de firmis iuris ſuper poſſeſſione, in quibus & alijs ſimilibus caſibus, requiritur, tam de iure, quam de
2 foro † cautio etiam idonea, in quibus caſibus licet non dando fideiuſſorem, non videatur ſatisfacere, vt in l. ſi mãdauero tibi. § fin. et l. ſi mãdato. § fin. ff. mandati, Iaſſ. in l. Sancimus de verbo. ſignificat. Menoch. caſu 142. Gratian. regul. 91. Verumtamen ſi is qui tenetur præſtare cautionẽ idoneam, iurauerit ſe non inuenire, debet iu-
3 dex † contentari cum ſola cautione iuratoria, ſi promittat, & iuret ille ad implere ea omnia, ad quæ cautio dirigebatur, & hoc ſiue attento iure communi, ſiue foro huius Regni, authentica generaliter, C. de Epiſc. & clericis, Cota in verbo iuramentu, gloſ. & ibi Iaſſ. col. fin. in l. 1. ff. qui ſatisdar. cogant. Bartholome. Socin. conſ. 97. colu. 2 in 2. foro 2. de accuſat. ibi. *Quod ſi dictam cautionem præſtare non poterit, det iuratoriam.* & in foro, como antiguament de lezdis, ibi. *No pora dar la dita fiança que en el dito caſo iure, que non de troba, nin de puede auer. &c.* Et in foro, por appellidos de apppellitu. ibi. *E ſi el appellidant iurara, que no troba fiança idonea, en aquel caſo queremos, que ſia admeſo a appellidar præſtãdo caution iuratoria,* ita Molina in verbo appellitus criminalis, verſi. appellitans criminaliter, &c. Iul Clarus §. fin. queſtion. 46. verſi. ſed quid agendum, vbi communem teſtatur, & videndus in queſt. 47. Caſſaneus in conſuetu lini. Burgundię rubr. 1. §. 5. num. 176. verſ. decimus nonus caſus. vbi quãdo quis

Sſſ fecit

4 † fecit debitam diligentiam de inueniendo cautionem, & non poteſt ſatis dare, admittitur cautio iuratoria, quod quomodo intelligatur, vide Paul Alexan d. & Iaſ. in l. 1. ff. qui ſatis dare cogantur Alexand. conſ. 57. in 3. volum. & ſecundum iſta intelligitur forus. 3. de Regent. offi. Gubernat. quod in tantum verum eſt, quod etiam ſi
5 forus, † & lex. dicerent, quod non admittatur cum iuramento, niſi det cautionem idoneam, debent tamen intelligi paſsiua iuris interpretatione, niſi qui tenetur præſtare iuret, quod nõ inuenit, quia lex. non eſt viſa velle
6 obligare † in caſu in poſsibili, ita intet minis Alexand. d. conſ. 57. in fin. Immol. in l. cum non facile. ff. ſi cui plus quam per l. falcid. & eſſet dubium etiam in ore legis, quod qui miſerrimus, & pauper non inuenerit fideiuſſores, cadat a bono iure ſuo, neque his obſtabit ſi dicas, quod fori admittentes iuratoriam cautionem, in deffectum fideiuſſoris. non faciunt regulam, quod ita ſit in omnibus caſibus, ſed quod imo conſtituunt caſus fallenciales, & ſpeciales, & ſic regulam in contrarium. nam reſpondetur, quod cum ita ſit de iure communi, & fori contrariũ expreſſe non teneant, nõ
7 eſt indubio † præſumendum, voluiſſe foros facere regulã fallentialem, deuiando a iure cõmuni, ſed quod imo faciãt regulam generalẽ, concordãdo ſe cũ iure cõmuni, & hoc ex eo, quia iura iuribus cõcordari oportet. c. cum expediat de electio, & indubio nemo
8 cẽſetur † agere iure ſpeciali, qui poteſt agere iure communi, l. Centurio ibi *iure communi* de vulgar. vbi Alexand. Paul. & ibi Deci. nu. 11. in l. in teſtamẽto C. de teſtam. milit. nam in dubio numquam eſt in conſideratione ius ſpeciale, quos ibi vide.
9 Qui autem dicantur idonei † fideiuſſores arbitrio iudicis pendet. Bald. in l. vniuerſa. nu. 30. C. de precib Imper. ofer. Hypolit. in l. quæſtionis nu. 461. de quæſtio Menoch. caſu. 142. glo. 2. in c. ex publico de conuerſ. coniug.

CAPVT VIGESMVM nonum.

An iurati, ſeu rectores vniuerſitatum huius Regni, poſsint capi perſonaliter pro delictis per eos commiſsis: an vero poſſint ſe per viam iurisfirmæ, & in hibitionis illius liberare ab huiuſmodi captione ita, vt accuſentur nõ vero captionentur.

SVMMA EORVM quę in hoc Cap. 29. continentur.

1 *Iurati ciuitatis Cæſarauguſtæ firmam habent, ne pro delictis in perſona capiantur, ſed quod accuſentur vt officiales delinquentes.*

2 *Iuriſdictio Regia per omnes tuenda eſt.*

3 *Iurati qui alias rectores, vel deffenſores ciuitatum nuncupantur non poſſunt aliquem capere.*

4 *Captura fieri non poteſt ad finem detinendi, niſi a iudice habente merum Imperium, vt ſunt iudices ordinarij.*

5 *Captura facta de mandato iudicis delegati qui non habet me-*

bet merum Imperium dicitur nulli.

6 Deffenſores ciuitatum in paucis differunt a magiſtratibus municipalibus.

7 Magiſtratus municipales mixto carent imperio.

8 Lex 2. ff. de iuriſdi. omn. iud. explicatur.

9 Duum viri qui ex decurionibus eligebantur, magiſtratus ſunt municipales.

10 Magiſtratus municipales nõ habent ius animaduertendi pœna aliqua in facinoroſos, & idem eſt in defenſoribus ciuitatum, habent tamen aliquã coertionem, vt nu. 11. & 12. limita tamen in Aragonia, vt nu. 13. & 20.

14 Merum imperium non habẽtes de iure capere poſſunt ad finem remittendi.

15 Captus in competentiam allegare nequit, vbi iudex incõpetens eum cepit, non vt de cauſa cognoſceret, ſed vt illũ remitteret.

16 Iudex qui non poteſt capere, nec captos relaxare valebit.

17 Iurati & rectores ciuitatũ grauius peccant capiendo, quam relaxando, & nu. 19.

18 Captio perſonæ grauamen irreparabile infert, & notam ignominiæ.

21 Iurati Calataiub, Darocæ, Turoli, & ſuarum aldearum habent iuriſdictionem ordinariam, & ſic inquiri poſſunt, & n. 38.

22 Statuta facere in concernentibus materiam aquarum, & montium: adminiſtrationis eſt, & non iuriſdictionis.

23 Statuere poteſt in ſuo quælibet vniuerſitas, quamuis iuriſdictionem non habeat, & num. 24. Niſi in ſtatutis interueniat mixtura pœnarum, vt numer. 25.

24 Vniuerſitas ad obſeruantiã ſtatutorum inter ipſos pœnã in eiſdem aponere poteſt, quã uis iuriſdictione careat, quod & in Regno procedit de conſenſu curiæ generalis, etiam in alijs, num. 27.

28 Vniuerſitas in Regno, tam in ciuilibus, quam in criminalibus ſtatuere poteſt, quod limita, vt num. 29. & amplia etiam ſine approbatione domini illius loci, vt nu. 30.

31 Leges condere, & ſtatuta non eſt iuriſdictionis, ſed potius adminiſtrationis, & permiſsionis.

32 Statuta condere non eſt de neceſsitate, niſi cõderẽtur ad deci-

deciſionem cauſarum maximè in criminalibus.

33 *Iurati vniuerſitatum ſubſunt domino Regi, Iuſtitiæ Arago. Gubernatori, Regenti officium gubernationis ſi delinquũt vt priuati, ſi vero vt officiales ſoli curiæ Iuſtitiæ Arago. ſubſunt.*

34 *Forus, el ſeñor Rey, & forus, item que, titulo de appellitu explicãtur, vt etiã in eis iurati cõpræhẽdãtur. n.35.*

36 *Fori generales non corrigunt forum ſpecialem.*

37 *Forus edicto, de firmis iuris, loquitur de officialibus exercentibus iuriſdictionem ordinariam, & contra quos fieri poteſt inquiſitio.*

39 *Forus loquens de inquiſitione (quæ deſaforata eſt) non debet trahi in conſequentiam ad caſus forales.*

40 *Iurati omnes etiam Cæſarauguſtæ, nullam iuriſdictionem habent, & capi poſſunt mandato iudicis competẽtis, & nu.41. nec ſufficeret firma obtenta in curia Iuſtitiæ Arago. & iudici capienti præſentata ad effectũ, vt per eam diceretur eſſe coram eo firmatum, vt num.42.*

43 *Fidantia ibi danda eſt, & ſecuritas, vbi requiritur.*

Caput 29.

DVM Hæc ſcriberẽ, fuit mihi dictum Iuratos præſentis ciuitatis † obtinuiſſe in
1 hibitionem iurisfirmę, per quam inhibẽtur iudices Regij, ne procedant ad capiendum eos in perſona pro delictis per eos commiſſis, ſed quod tantum poſsint accuſari vt officiales delinquentes in ſuis officijs, & licet hęc queſtio nõ ſit de materia noſtra, quia hic ſolum agitur de explananda natura, & ſubſtantia iurisfirmarum, & inhibitionum illarũ, & non de caſibus omnibus, qui ſub his iurisfirmis compręhendi poſſent, aliàs autem eſſet in infinitum rẽ hanc protendere, adhuc tamen, quia per hoc detrahitur iuriſdictioni Regię,
2 quæ per omnes † tuenda eſt, ideo ſub breui dicam aliquid de iuriſdictione dominornm Iuratorum, tam actiuè, quam paſsiuè, vt ſciant ipſi, & intelligant limites, quibus contentari debeant.

3 Iurati, qui aliàs rectores † ciuitatũ, aliàs deffenſores nuncupantur, non poſſunt aliquem apprehendere, capere, ſeu in carcerem mittere, & idem eſt de conſulibus mercatorum, & alijs ſimilibus, qui non habent niſi ſimplicem aliquam coertionem, ratio
4 eſt, quia captura fieri non poteſt † ad finem detinendi, niſi à iudice habente merum imperium, vt ſunt iudices ordinarij, & ita iſti deffenſores, & rectores ciuitatum, & villarum, nõ poſſunt iuſtè has capturas facere, Paul. de Caſtr. in l. cum proponas C. de bonis autho. iudi. poſsiden. ſequitur Marſil. in pract. criminal. §. attingam. nu.77. DD. in l. imperium, ff. de iuriſ. omniũ iudic. Boer. deciſ. 215. num. 34. vbi allegat

gat Purpurat. in d. l. imperium, & ex hac ratione, & fundamento ſequitur alia concluſio, quod cum delegatus non habeat merum Imperiũ,
5 idcirco captura, ſeu carceratio † decius mandato facta, dicitur nulla ex defectu iuriſdictionis gloſſa in l. conſentaneum, & ibi Bal. in 3. columna C. quomodo, & quando iudex DD. in l. plerique. ff de in ius vocan. de communi teſtatur Iaſſon in l. cui iuriſdictio, numero. 13. & ibi Curt. iunior. numer. 18. de iuris omnium iudic. Bonacoſa in commu. opinio part. 1. pagina michi 18. verſic. capi non poteſt facere quilibet dele-
6 gatus, Facit quia iſti deffenſores † ciuitatum, & villarum in paucis differre noſcuntur, a magiſtratibus municipalibus, quod deprehendi licet ex vicinitate duorum titulorum, ſcilicet de defenſoribus ciuitatum, & de magiſtrat municipal. C. & notant neoterici, in l. magiſtratus de iuriſ. omnium iudic. in hos autem magiſtratus municipales † certiſsimum eſt
7 mixtum imperium non tranſire, & hoc non obſtante regula l. 2. de iuriſ. omniũ iudic. per quam, cui iuriſdictio data eſt, ea etiam cenſentur eſſe conceſſa, ſine quibus iuriſdictio ex
8 pediri non poteſt, nam dicta l. 2. † patitur reſtrictionem, & perdit officium in Duũuiris, ſeu magiſtratibus municipalibus, vnde non habebunt iſti tales ius dicẽdæ mulctæ, aut alterius modicę coercionis ad iuriſdictionem deffendendam. l. vnica in prin ff. ſiquis ius dicenti non obtemperauerit, quæ lex loquitur de Duumuiris hoc eſt magiſtratibus municipalibus contra Bart. & eius ſectatores, Duumuiri †
9 enim magiſtratus ſunt municipales, qui ex decurionibus eligebantur, idq; probant duæ illæ leges, nempe l. 4 §. duas. ff. de dam. infect. & l. fin C. de iudic. quæ de magiſtratibus municipalibus mentionẽ facientes, eoſdem & Duumuiros appellant: vnde ius animaduertendi pœna aliqua contra aliquẽ, ſiue pecuniaria, aut carcerationis, ſiue illud principaliter, & ob delictum fiat, quod eſt meri imperij, ſiue quo facilius iudex in cauſa ciuili litigantibus ius dicat, quod eſt mixti imperij, ſecundum Longouallum in l. imperium tertia parte verſiculo idem, & de mulcta. fol. michi 38. hoc
10 ius non habent † magiſtratus municipales de iure digeſtorũ, ergo nec defenſores ciuitatum, vt hac ratione argumentatur Longoual. vbi ſupra à verſ. aduerſus, cum ſequentibus, ali-
11 quam tamẽ habent † coercionẽ de iure digeſtorũ, in ſeruos videlicet, non in liberos. qualem habent etiam priuati domini in ſeruos ſuos, præceptores, & magiſtri. l. vni. C. de emenda. ſeruor, idque de iure ciuili digeſtorũ, quo etiam iure ſimilem coertionẽ poſſent habere iſti rectores, de qua coertione Bart. in l. magiſtratibus. ff. de iuriſdictione omnium iud. & licet de iure authẽticorum iſti deffenſores ciuitatum. habeant non ſolum mo-
12 dicam coertionem; † ſed etiam corporis caſtigationem aliquam in leuibus tantum, vt in §. audient. in autẽtico de defenſo. ciuitatum, ſecundũ Barto. in l. magiſtratib' de iuris. omnium iudic, vbi dicit, quod hęc caſtigatio etiam modica eſt meri imperij & expeditur officio iudicis nobili propter publicam vtilitatem, & allegat dictum §. audient in d. au-
13 th. Sed in Aragonia † ex vſu, & obſeruantia Regni hoc ius coarctatum eſt deffenſoribus ciuitatum, vt ſcilicet nec iuriſdictionem habeant, ſed ſolam adminiſtrationem reipublicæ, ſicut de ſimilib' magiſtratibus idẽ refert Longobal vbi ſup. fol. 40. a. pa-

gin. in princ. poterant tamen de iure iſti qui merum imperium non habēt, nec facultatem capiendi, poterāt quidem
14 prehendere † ad finem remittē-di prehenſum, ita loquendo de his de fenſoribus ciuitatum in caſu, quo deti ne re in carcere non poterant, nec caſtigare, tradit tex. in d. §. audient, ibi, *Et eos qui in maioribus criminibus capiū tur detrudent in carcerem, et mittent ad Prouintiæ præſidem, ect.* Ita Bart. in d. l. magiſtratibus, num. 2. in fin. de iuriſdict. omnium iudi. cuius opinio cōmunis eſt ſecundum Purpurat. ibi numer. 8. & 9. latè Farina. vbi ſup. nu. 5. vbi quando iudex incōpetens aliquē capit, non vt is cauſam illam cognoſcat, ſed vt captum ad competentem iudicem remittat, tali caſu non poteſt
15 † allegari incompetentia iudicis, d. §. audient, qui licet loquatur in defenſoribus ciuitatum, debet tamen generaliter intelligi in omnibus iudicibus, ſecundum Bart. & Purpurat. vbi ſupra, & ſicuti non poſſunt iſti tales cognoſcere, ſed ſolum prehendere ad finem remittendi, minus
16 † poterunt captos relaxare, ſed hoc pertinebit tantum ad eum, qui habet poteſtatem cognoſcendi, condemnandi, & abſoluendi, & ideo executores poſſunt prehendere, ſed non liberare DD. in l. neque, in l. plerique ff. de in ius vocand. Angelus de malefi. in verbo fama, num. 90. cū ſequent. qui ſic eſt intelligendus, Rebuf. de lit. requiſit. nu. 16. Grauius autem
17 peccant rectores, † & iurati prehendendo, quam liberando, quia ap-
18 prehenſio perſonę † grauamen irreparabile infert, notam ignominię, & denique non minorem iniuriam infert, qui in carcerem detrudit, quam qui interimit, vt ex curioſe adductis per Tiraquel. de pęnis temperan. cauſa 41. in princ Farinac. d. q. 27. in
19 princ. vnde iurati † qui apprehenſionem, & relaxationem propria authoritate faciunt, in caſibus, in quibus nō poſſunt, ſeuerius puniendi ſunt; Et licet de iure authenticorum iſti deffenſores ciuitatum haberent corporis coertionem, vt ſupradixi; De foro ta-
20 men ſecus eſt, † nam cum de foro nō habeant, nec ſimplicem iuriſdictionē, minuſque merum imperium, conſequentér nec capturam habebunt, maior propoſitio probatur in obſeruantia, & nota ſuper quibus, de priuilegio
21 generali, vbi ſolū Iurati Calataiubij, Darocæ, † Turoli, & aldearum ſuarum, habent iuriſdictionem, & officiū iudicandi vt ordinarij, vnde poterunt inquiri, contra alios autem non datur inquiſitio, quia non habent iuriſdictionem aliquam pro domino Rege, ex qua obſeruantia apparet, quod demptis Iuratis, de quibus ibi, cęteri nullam habent iuriſdictionem, idemq. probatur in obſeruantia 2. de moderat. rerum venalium, vbi ſi ſuper calonia prætenſa per Iuratos ponantur rationes aliquę, & contradictio partis, cognoſcit iudex ordinarius, & non Iurati, & licet Iurati faciant ſtatuta in concernentibus materiam aquarum, & montium, dicta obſeruantia 2. illud ta-
22 men † adminiſtrationis eſt, non iuriſdictionis, neque ex eo, quod ponunt pęnā in ſtatutis argui poteſt ad iuriſdictionem, quia talē poteſtatē a penandi habent vniuerſitates ab habente iuriſdictionem, Bardaxi in priuilegio generali, n. 31. verſ. de ſecūdo, aliàs penā apponere non poſſent. Nec ſtatuta facere iuriſdictionem arguit, quia quæ-
23 libet vniuerſitas, † poteſt ſtatuere in ſuo, licet non habeat iuriſdictionem, DD. in cap. ex literis cap. cum omnes de conſtitution. Porto. in Scholijs, verbo firma, numer. 116. & de conſortib. cap. 31. num. 4. Afflict. in prælud. conſtit. Regni queſt. 3. per totū, Roland à Val. conſ. 99. nu. 2. Auendaño de exequend.

quend.mandar.cap.15.fol.114.verſi.
dicunt tamen, & per tot. Belluga in
Speculo, rub, 2. num. 6 qui dicunt op-
pida iuriſdictione carentia, poſſe † cō
24 dere ſtatuta, & ordinationes, tan-
gentia adminiſtrationem rerum ſua-
rum, dummodo in eis non interue-
niat † mixtura penarum, nam tunc
25 dicunt, quod hoc debet concedere il-
lis, cuius eſt populus, vel cuius eſt iu-
riſdictio, vt eſt in Regno; ſecundum
Bardaxi, vbi ſupra, argumento, l. vi-
ros, C. de diuerſis officiis lib. 12. Codi-
cis Platea in l. 1. colu. fin. C. de fiſcal.
vſur. lib. 10. Codi. DD. in l. omnes po-
puli de iu. & iur. & in l. 1. ff. ſi quis
ius licenti non obtemperauer. dicunt
tamen iſti DD. quod ad obſeruantiā
26 horum ſtatutorum, † inter ipſos pe-
na imponi poſſet, etiam ſi iuriſdictio-
ne careant, ex gloſ. in c. cum in aliqui
bus, verbo firmitate, de reſcript. in 6.
notatur in d. cap. cum omnes de con-
ſtitu. de quo ego dubito attento iure
communi, quia d. gloſ. in verbo firmi-
tate videtur requirere ad penam, vel
conſenſum domini iuriſdictionis, vel
obligationem omnium ſtatuentium
in vim contractus, tū cogita. in Regno
27 tamen de conſenſu curię † generalis,
apponunt pęnas vniuerſitates, licet
iuriſdictione careant, obſeruantia 2.
de modera. rerum venal. Molin. in ver
bo Iurat. foro fin. in fin. de prohibit.
inquiſit. foro item ſtatuimus de fir-
mis iur. foro vnico in fin. del acto del
quitamiento de la hermandad, obſer-
uantia ſi aliquis commiſsit, de homi-
cid. Ex quibus foris, & obſeruantijs
pro conſtanti habetur in Aragonia,
quod quelibet vniuerſitas, poteſt ſta-
tuere, & ordinationes facere, tam in
28 ciuilibus, † quam criminalibus, licet
iuriſdictione careat, pro vt carent om-
nes, & id niſi cedant ſtatuta in dimi-
29 nutionem iuriſdictionis, † domini lo-
ci, nam tunc talia ſtatuta non valent,
immo ipſo foro reprobantur, vt in fo
ro vnico, tit. vt monopolia, & contra-
trię in fin. Et ex his ſequitur, quod hęc
ſtatuta non egent approbatione † do
30 mini loci, quia ex quo poſſunt facere
ſtatuta penalia, non videtur neceſſa-
ria approbatio ſuperioris, & contra
effractores talium ſtatutorum in hoc
Regno proceditur iuxta forum vni-
cum, ibi. *Item ſtatuimus quod omnes Ba*
rones, tit. de confirmatione pacis, dict.
obſeruantia 2. de moderatione rerum
venal. Vnde concludendum eſt, quod
31 condere † leges, & ſtatuta non eſt iu-
riſdictionis, ſed potius adminiſtratio-
nis, permiſsionis, & voluntarię iuriſ-
dictionis, Bald. in cap. vt animarum
de conſtit. in 6. & in l. 1. ff. de iuriſd.
omnium iudicum quia leges, & ſtatu
32 ta † condere, non eſt de neceſsitate,
niſi cōderentur ad deciſionē cauſaru,
maximè in criminalibus, Bellu. in Spe
cul. rub. 2. n. 7. Bart. & omnes in d. l.
omnes populi, & hęc de iuriſdictione
actiua Iuratorū vniuerſitatū ſufficiāt.
De paſſiua autē, aliqua dicamus, Iu-
rati omnes vniuerſitatum ſubſunt do
33 mino Regi, † Iuſtitię Aragonum, Gu
bernatori, & Regenti officium guber
nationis, ſi delinquunt vt priuati, ſi
autē vt officiales, ſoli Iuſtitię ſubſunt,
vt latiſsimè dictum eſt, ſup. cap. 1. §.
tertio. Hoc ſuppoſito, intrat re-
gula tradita in foro, el ſeñor Rey, in
34 foro, item que, † de appellitu, vbi ha-
betur, quod cōſtito de delicto per vnū
teſtem de viſu, vel cōfeſsione, vel duos
de fama publica, qui iurent, quod eā
habent pro vera & non ficta, vel fra-
granti maleficio, ſit procedendum ad
captionē perſonę delinquētis, & idē in
fragātia criminis, idq; in omni crimi
ne actuali, non deſcēdente de cauſa ci
uili. Iā igitur ſi iurati † nō demōſtrēt
35 aliquam ſallentiam aliquem forum,
ſeu obſeruantiam, quæ eos eximat ab

 illa

illa regula, capi poterunt. Sed dicent, quod ſecundum forum edicto &c. de firmis iuris, officiales non poſſunt capi, nec capti detineri, niſi quando conſtaret, quod eſſent condemnandi ad mortem, vel membri mutilationem, nam huic argumento debili, multis modis reſpondetur. Primo, quod ille for⁹ edicto eſt de anno 1398. forus autem, el ſeñor Rey. & forus itemque de appellitu ſunt de anno 1510. & ſic per eos remanet ille forus correctus. Sed quia dici poſſet, per
36 illos foros † generales non eſſe correctum forum ſpecialem, iuxta gloſſa. in l. decurionibus de ſilentiarijs lib. 12. C. quæ valde ſingularis eſt, & cõmunis, vt per Alexand. conſilio. fini. numer. 20. in 4. Iaſs. in authentica res que num. 25. C. communia delegat, Alexand. conſ. 101. nu. 5. in primo Hypolit. in praxi criminal. §. quæritur. numer. 9. fol. 111. Bal. conſil. 112. in 2. Iaſſon. in l. poſtquam liti, vbi glo. C. de pact. Ideo aliter reſponden-
37 dum eſt, quod ille forus † loquitur de officialibus exercentibus iuriſdictionem ordinariam, & contra quos poteſt fieri inquiſitio, at iurati niſi ſint
38 Turolij Calataiubij, † & Darocæ (vt dictum eſt) iuriſdictionem nullam habent, & per conſequens de eis non loquitur ille forus, imo nec ſubiacẽt inquiſitioni, vnde verba fori nõ loquuntur de illis. & hoc argumentum eſt irrefragabile, cui reſponſio dari nõ poteſt. Deinde forus ille loquitur in inquiſitione, quę deſaforata eſt, & † non
39 debet trahi in conſequẽtiã ad caſus forales, imo (quod plus eſt) officiales habentes iuriſdictionem, & qui ſubſunt inquiſitioni, ſi committunt aliquod crimen vt priuati, poſſunt capi, & capi ſolent, quia illud delictum nullam communionem habet cum officio, imo id eſt arbitrarium, vt vidi meis temporibus ſemper practicari imo vidi plures Iuratos locorũ Regni, & etiam iudices ordinarios capi & in carceres detrudi: oſtẽdant igitur Iurati omnes, ſi eximuntur ab his aliqua fallentia, itẽ in foro edicto debent prius firmare coram iudice inquirente, vt beneficio illius fori gaudeãt. Vnde cum Iurati regulariter nec iuriſdictionem habeant, nec inquiri poſsint non poſsunt gaudere illo foro, qui pro
40 illis factus non eſt. Quare concludo, † Iuratos omnes etiã Cæſaraugustæ, quãtumuis maxima polleant, prout pollẽt dignitate, tamquã parentes multorũ bonorum caſaliũ huius ciuitatis, nullam iuriſdictionem habere, & poſſe capi, & in carcerẽ mitti, mandato iudicis competẽtis, veluti Domini Regis, Vicerregis, Regentis officium Guber. & Iuſt. Aragonum, vt dixi alibi. Sed quęſo nõ ne quotidie Iurati Cæſaraugustę, ſicut et alij mãdantur capi per ſupra d. iudices, quando non faciunt relationẽ degeſtis corã eis, facta eis cõpulſa ad d. relationẽ? millies ego ita
41 † mandaui, & omnes ſuperiores iudices quotidie faciunt, licet in exequutione id non ponãt, ſiue quia relationes faciũt Iurati, ſiue quia propter eorũ dignitatẽ eos de gratia expectant aliquot diebus, intraquos faciũt relationẽ. Nec ſufficeret firma data, & ob-
42 tenta † in Curia Iuſtitiæ Aragonũ, & præſentata iudici capiẽti, ad effectũ vt per eam dicatur eſſe corã eo firmatũ, necper illã firmã ſolã curię Iuſtitię Aragonũ remanet guarnita altera curia, in qua opus eſt aliam cautionẽ, & fidãtiã offerre, & eã guarnire, ſicut nec ſufficeret illa firma, ad effectũ firmãdi in aliquo emparamẽto vel appellitu ad finẽ aſſecurãdi curiã, vel in alijs caſib⁹, vbi requiritur datio fidãtię, nã ibi dã-
43 da eſt iſta † fidãtia, & ſecuritas, vbi requiritur, fidantia namq; in curia Dñi

Iuſt.

Iuſtitia Aragonum ſolum operatur deuolutionem iuriſdictionis ad eum in cauſis priuatorum, quam aliàs non habeat, vt ſupra latius, aliumque effectum non habet, vt ſupra vidiſti.

CAPVT TRIGESIMUM.

SVMMA EORVM, quæ in hoc Capit. 30. continentur.

1 *Manifeſtari nûm poßint perſonæ laycæ per Iuſtitiam Aragonum â poſſe Inquiſitorũ hereticæ prauitatis huius Regni, quemadmodũ poſſunt â quolibet alio iudice Eccleſiaſtico exponitur laté.*

2 *Hereſis crimen delictum eſt mere Eccleſiaſticum, adeò, quòd ſecularis de eo cognoſcere, non valet etiã contra laycos.*

3 *Iudex laycus ingerens ſe cognitioni delicti hereſis, vel ſententiæ latæ per inquiſitores executionem differret, eſt ipſo iure excommunicatus.*

4 *Perſeuerans in excommunicatione per annum, vti hereticus damnandus eſt.*

5 *Leges quæcumque imperiales, & ſeculares, quæ in cognitione criminis hereſis aduerſantur iuri Canonico, non ſunt ſeruandæ, quod limita, vt numer. 6.*

7 *Inferior ſtatuere poteſt in confirmationem, & obſequiũ ſuperioris.*

8 *Tex. in c. ſtatutum de hereticis in 6. exponitur.*

9 *Statuta â ſecularibus edita, per quę alteratur pœna pręſcripta hereticis, per canones, vel quæ proceſſum retardent non valent, & num. 11.*

10 *Statuta diſponentia in materia non ſua; egent confirmatione.*

12 *Iudex etiam delegatus iuriſdictionem habet non ſolum in id, quod ſibi expræſſé cõceditur, ſed etiam in omnes illos, qui officium ſuum quomodolibet impediunt, tam directè, quam indirecté, vt nu. 13.*

14 *Inquiſitoribus hereticę prauitatis brachium ſeculare inuocare licet, & iudices, & Principes ſeculares per cenſuras compellere, vt iurent, quod faciẽt ſubditos ſuos ſeruare leges contra hereticos ſtatutas, vt num. 15. & nu. 32. 33. & 34.*

16 *Inquiſitores dum exercent officium ſuum, exempti ſunt ab omni iuriſdictione, tam ordinaria, quam delegata.*

17 *Vrbani IIII. Roma. Pont.* priuile-

priuilegiũ refertur in fauorẽ fidei, & n. 18. & aliud Clementis IIII. Roma. Pont. nume. 19. aliud Alex. IIII. nu. 20.

21 *Fides Chriſtiana, fundamentum eſt Chriſtianæ religionis, & ad ſalutem ęternam neceſſaria, & num. 25.*

22 *Portarij ſupraiunctarij, & virgarij curiæ Iuſtit. Arago. in executio. ſui officij ſũt ipſo iure aſſecurati non ſolũ reſpectu perſonæ, vt nu. 23. verum* & *reſpectu victualium,* & *aliarum rerum ſibi neceſſariarum, vt num. 24.*

26 *Crimen hereſis directo tendit contra Deum Patrem,* & *creatorem omnium.*

27 *Crimen hereſis impijs,* & *ceteratiſsimis nominibus in vtroque iure notatur.*

28 *Fidelis in minimo,* & *in maiori fidelis erit.*

29 *Captus* & *detentus à iudice ſeculari, pro quocunq; crimine, ſi ab Inquiſitoribus mediãtibus ſuis literis propter crimen hereſis petatur ilico reſtituendus eſt, non obſtante, quod manifeſtatus ſit, vel ſe manifeſtari faciat, vt nu. 30:* & *iudices ſeculares ſtatim obedire tenentur, num. 31.* & *40.* & *41.*

35 *Iudices ſeculares tenentur capere hereticos,* & *eos tradere in manibus Inquiſitorum ſi requiſiti fuerint.*

36 *Iudices ſeculares in omnibus obedire tenentur, in hoc crimine Inquiſitoribus, & Epiſcopis de eodem cognoſcentibus, nec eis reſiſtere ſub pœna excommunicationis, & numer. 37.*

38 *Inquiſitores ex vultu accuſati de hereſi, ex reſponſione, & alijs, præſumptiones validas capere poſſunt.*

39 *Concilij Toloſani c. 8. verba referuntur, & ad propoſitum acomodantur.*

42 *Cognitio delicti hereſis, ad Inquiſitores, & Diœceſanũ pertinet priuatiuè, non vero ad iudicem laycum.*

43 *Crimen, ſeu cauſa hereſis in quacumque parte iudicij ſecularis incidat remitenda erit ad iudices Eccleſiaſticos, non obſtante firma, & manifeſtatione, & nu. 54.*

44 *Hereticus ideò inquiſitoribus remittendus eſt, vt ad cognitionem veræ fidei reducatur impoſita penitentia ſalutari, & num. 51.*

45 *Hereticus ſi in carcere ſeculari*

culari eſſet cuſtodiendus, maximum periculum toti populo, & Regno immineret propter communicationem.

45 *Heretici ſerpentes eſſe dicuntur, virus efflantes, & qui lœtaliter inficiunt eos ad quos accedunt, & ſepulchra exterius deaurata, vt nu. 47. Et ſunt quaſi cancer, qui niſi in initio ſcindatur totum corpus inficit, vt nu. 48.*

49 *Arrius in Alexandria vna ſcintilla fuit, quæ ſi ſtatim oppreſſa eſſet, non eſſet per totum orbem dilatata.*

50 *Carceratio fit iuxta merita delictorum cuiuſque.*

52 *Fidei negotia omnibus aliis præferenda ſunt, & ibi Pii V. Rom. Pont. conſtitutio refertur, & num. 53.*

55 *Captus per inquiſitores ex cauſa hereſis, non poteſt manifeſtari, & num. 58. & idem erit ſi inquiſitores dicant, quod eſt denuntiatus, ex ea cauſa, num. 56.*

57 *Remiſſus fuit Iacobus de Rueſta, captus per curiã, et petitus ex cauſa hereſis, per Locumtenentes ſtatim, & de conſilio, & vide num. 60.*

59 *Molini determinationes ſemper fuere in noſtro Regno obſeruatæ, & cuſtoditæ.*

61 *Manifeſtationis executor à poſſe Inquiſitorum, non debet ad vlteriora procedere pendente cognotione ſuper cauſa fidei. Manifeſtationis autem reuocatio, etiamſi ab inquiſitoribus petatur, locum non habebit, vt n. 62.*

63 *Manifeſtatio perſonæ durante cauſa fidei ſuſpẽditur, & inibi alia exemplaria traduntur, vt num. 64.*

65 *Leges ſeculares quamuis remiſſionem denegent, non tamẽ denegant eam, quæ prouenit ex cauſa hereſis, & num. 79.*

66 *Cauſa hereſis in dubio non cenſetur comprehenſa, ſub probibitione generali, neque in ſpeciali, vt nu. 68.*

67 *Chriſtiana religio animas hominum ad inferos deſcendere abhorret.*

69 *Leges & fori Aragonũ aliquid diſponẽtes contra officium Inquiſitorũ, & punitionem hereticorum directæ, vel indirectæ nullæ ſunt.*

70 *Papa annullare poteſt leges et foros ſeculares aliquid diſponentes contra officium hereticæ prauitatis, et num. 72 et 73.*

72 *Cauſa hereſis ſpiritualis eſt*

eſt,& per conſequens exempta à iuriſdictione ſeculari, de iure diuino.

74 *Inquiſitores interpretari poſſunt quæcumque ſtatuta Eccleſiaſtica,& ſecularia cõtra hereticos edita in vim conſtitutionis Innocentij 4.*

75 *Inquiſitores poſſunt tollere omnia ſtatuta impedientia officium Inquiſitionis.*

76 *Lex ſecularis, vbi agitur de peccato vitando, ſubijcitur Pontificiæ, quoad vtrumque forum,& n.77.*

78 *Remiſſiones hereticorum fieri debent à ſecularibus, nõ obſtantibus quibuſuis legibus ſecularibus in contrariũ ſtatutis.*

80 *Remiſſio heretici facienda eſt, abſque eo, quod poſſit ſecularis cognoſcere de iuſtitia, vel iniuſtitia delicti, hereſis.*

81 *Executio fieri mandata iudicibus ſecularibus per ipſos inquiſitores: ſine dilatione facienda eſt, quod ſi nõ fecerint per cenſuras compelli poterunt, vt n.82.*

83 *Iudex ſecularis non tenetur ſtare proceſſui formato, per Eccleſiaſticum, ſecũdum opi. Legiſtarum. Canoniſtæ autem contra ſentiunt, num. 84.*

85 *Iudex ſecularis non poteſt cognoſcere de heretico, ſemel per Eccleſiaſticum damnato.*

86 *Opinio Canoniſtarũ in praxi obſeruatur,& num. 87.*

88 *Iudex ſecularis in Hiſpania in cauſa hereſis, merus tãtum executor eſt,& ibi forma traditur in cauſa hereſis pronuntianda.*

89 *Iudex cui nuda alicuius actus executio demandatur, cognitionem cauſæ aſſumere nõ poteſt, ſuper viribus ſententiæ,& num.90.& amplia, vt n.91.*

92 *Deciſiones clariſſimæ,& communes opiniones praxi receptæ vbi ſunt, non eſt ad ſubtilitates recurrendum.*

93 *Delictum omne per duos teſtes probatur, quia in ore duorum, vel trium ſtat omne verbum, quod amplia etiam in cauſa hereſis, vt num.94.& limita, vt nu. 95.*

96 *Teſtes, vbi ſufficiunt duo, debent eſſe omni exceptione maiores.*

97 *Inquiſitorum duorum aſſertioni, de hereſi atteſtantium,& reum ob cauſam fidei repetentium credendum eſt,& num. 101. et 107.*

Inquiſi-

98 *Ad officiũ Inquiſitoris nõ vulgares homines, ſed qui doctrina prudentia, magnis quę virtutibus fulgeant eliguntur.*

99 *Inquiſitoris officium minor quadraginta annorum obtinere non poteſt.*

100 *Virtutes omnes in inquiſitoribus qui nunc ſunt lucere experimur.*

101 *Iudex vnus non tenetur ſtare aſſertioni alterius, quando ambo competentes ſunt.*

103 *Forus nouus Tiraſonæ de la via priuilegiada anni 92. explicatur.*

104 *Iuſtitia Aragonum & eius Locumtenentes nũm teneantur ſtare ſententiæ & motiuis regiæ Audientiæ ad effectum denegandi liberationem per viam priuilegiatam, diſputatur eleganter.*

105 *Iura quæ denegant inquiſitoribus remiſſionem, procedunt in delictis mixti fori, ſecus eſt in delictis mere Eccleſiaſticis vt n. 106.*

108 *Inquiſitores, credendum non eſt, alicui crimen hæreſis impoſituros, qui hæreticus non ſit, cum alias vltra alias pœnas ſententiã excommunicationis incurrãt vt numero 109. abſolutione Rom. Pontifici reſeruata, vt nu. 110.*

111 *Remiſſio hæretici licet fiat inquiſitoribus poteſt tamen & debet Locumtenens Iuſtitiæ Arago. vlterius cognoſcere de cauſa contra dictum captum, non obſtante conſtitutione Pij V. vt nu. 112.*

113 *Inquiſitores non tenentur cautionem præſtare de reſtituenda perſona eiſdem remiſſa, vt ſecularis pro delicto eum puniat.*

114 *Speciale eſt in cauſa hæreſis vt captus extra regnum non trahatur.*

115 *Hæreticus, vbicumque delinquat, ibi puniri poteſt.*

116 *Inquiſitores hæreticum reconciliatum punitum, tenentur reſtituere domino temporali, vt eum pro delicto ſeculari puniat, & numero 117. idque in hoc regno procedit mediante quadam concordia vt n. 118.*

119 *Concordia inita inter inquiſitores, & Regnum, obſeruatur, & in vſu*

recepta eſt.

120 *Concordia eadem circa executionem ſententiarum iudicum ſecularium non impediendam extra cauſam hæreſis, & ab ea dependentia, refertur.*

121 *Captus per iudices ſeculares extra cauſam hæreſis, & extra perſonas de iuriſdictione ſancti Officij, non poterit repeti per inquiſitores ſub prætextu alicuius criminis commiſsi: ad eoſdem ſpectantis,* & *n.* 128.

122 *Captus ad hunc effectum poteſt ſe facere manifeſtari.*

123 *Cauſa finita per ſecularem* & *capto punito, vbi remiſsio facienda non eſt, reus inquiſitoribus remittitur puniendus iterum, quod* & *de iure procedit etiam inter duos iudices ſeculares, vt num.* 124. *&* 125.

126 *Iudex domicilij ſi præueniat iuriſdictionem procedendo contra delinquentem, non tenebitur remittere eum, antequam condemnet, vel abſoluat.*

127 *Remiſsio in delictis regulariter fieri non debet, niſi in crimine hæreſis.*

128 *Captus ſi veniret liberandus â poſſe iudicis ſecularis tamquam nulliter captus deberet liberari non obſtante, quod ab inquiſitoribus repetatur, extra cauſam tamen fidei, & numero* 129.

130 *Sententia iudicis ſecularis, per quā pronuntiatur captum per viam priuilegiatam liberandum, ac poſtmodum dominis Inquiſitoribus remittendum.*

131 *Captus in quibus caſibus remitti debeat,* & *in quibus nō, explicatur.*

132 *Inquiſitores repetentes captum, pro negotio inquiſitionis ſeu tangente officium inquiſitionis, an eo caſu cenſeatur repetitus ex cauſa concernente fidem pertractatur, & reſoluitur numero* 134.

133 *Negotium inquiſitionis aliqui accipiunt pro negotio fidei, ad intellectum tex. in c. ſtatutum Ciuitatis, ſed malè.*

135 *Inquiſitores in cauſa fidei ſtatim repetunt, in alijs vero ſecus eſt, vt num.*136.

137 *Cauſæ nō concernētes cauſam fidei multæ eſſe poſſunt, & nu.*

& nu. 138.

139 *Inquiſitores procedunt non ſolum contra hæreticos, ſed & contra diffamatos de hæreſi.*

140 *Purgatio canonica diffamatis de hæreſi indicenda eſt item & credentibus eis, vt n. 141.*

142 *Receptatores hæreticorum, & defenſores in ſuſpicionem etiam incidere dicuntur, & nu. 146.*

143 *Iudex regulariter ex leui ſuſpitione moueri non debet, limita in cauſa hæreſis vt nu. 144.*

145 *Præſumptio violenta num potens ſit ad condemnandum quem pœna ordinaria, remiſſiuè traditur.*

147 *Impedientes officium inquiſitionis, vltra ſuſpicionem hæreſis, fautores etiam hæreticorum eſſe dicuntur.*

148 *Iudices omnia illa poſſunt, ſine quibus cauſa expediri nõ poteſt.*

149 *Remiſſio in omnibus caſibus tangentibus hæreſim facienda eſt, ſtatim cum ab eis petitur, intellige tamen vt nu. 152.*

150 *Iudex ſecularis in remiſſione hæretici nullam dilationẽ ex hijs, quæ in negotijs ſecularibus ſeruantur attendere debet, quia de cauſa ipſe cognoſcere non poteſt num. 151.*

153 *Iudices, qui per quinq; dies hæreticorum remiſſionẽ differunt, non ſunt veluti eorum fautores puniendi.*

154 *Dictio (ſtatim) & ſimiles licet omnem interuallum excludant, ciuili tamen modo, & politico intelligendæ ſunt.*

155 *Iudices ſeculares licet excommunicati ſint, remiſſionẽ tamen, quæ priuilegiata eſt facere poſſunt, etiam ſi ab hæretico, vt ſuſpectus recuſetur, vt n. 156.*

157 *Executor merus recuſari non poteſt.*

158 *Inquiſitores contra impedientes in officio, & ex cauſa officij iuriſdictionem habent, & quid quando non ratione officij impediunt traditur remiſſiuè n. 159.*

160 *Offendens, vel occidens officialem inquiſitionis, non vt officialem, nec ex cauſa officij, ſciens tamen eum eſſe officialem, & ex cauſa, quæ habuit ortum ratione officij an puniatur, traditur, & cum* Innocen. *reſoluitur numero 180. & 183. & 185.*

161 *Prerrogatiua conceſſa vni ratione certi officij, nihil operatur quando ille aliquid facit extra officium, & nu. 173. 174.*

162 *Reſiſtere non dicitur ille, qui reſiſtit officiali facienti aliquid extra caſus ſui officij, & num. 168.*

163 *Offendens officialem delegati Papæ, quia eius erat inimicus, & non vt talem officialem, per delegatum puniri nequiuit.*

164 *Offendens poteſtatem, vel familiam ſuam tempore ſindicatus, num puniatur, ac ſi tempore officij offendiſſet exponitur.*

165 *Sindicantis iudicis, poteſtas circa ſindicandos verificatur in commiſſis prætextu officij, non vero in alijs vt nu. 166. & 167.*

169 *Debitorem latitare non ſufficit, niſi creditoris fraudandi gratia latitet.*

170 *Actus ſimplex non ſufficit, vbi lex actum qualificatum requirit, & nu. 171. & 172. intellige vt nu. 216. & 217.*

173 *Teſtes vocatos & rogatos eſſe nō ſufficit, niſi in inſtrumento ad id vocatos eſſe dicatur.*

174 *Inimicitiam priuatam habens cum familiari Inquiſitoris, ſi eum percutiet, non ab inquiſitore, ſed ab ordinario punitur; limita vt numero 175.*

176 *Contrariam ſententiam tenent plures, & ſub diſtinctione conciliantur numero 177.*

178 *Delegatus Epiſcopi non poteſt punire, niſi eos qui ſunt de iuriſdictione Epiſcopi, limita niſi aliâs non poſſit ſuam iuriſdictionem defendere vt n. 179.*

181 *Delegatus iniuriam ſuam vindicare poteſt, etiam cōtra extraneum.*

182 *Iuriſdictio datur inquiſitoribus contra turbantes officium inquisitionis.*

184 *Tex. in can. si quis Romipetas 24. q. 3. exponitur.*

186 *Inquisitor punire poteſt eũ, qui offendit officialem inquiſitoris, quẽ ſcit eſſe officialem, & etiam si ignoret, vt numero 187. & numero 191. contraria tenet Specula. nu. 188. ſed prior verior eſt, vt nu. 230.*

189 *Iniurians filium familias, vel mulierem coniugatam*

tam etiam ignoranter, patrem vel maritum offendere dicitur, & iniuriare, idem eſt in offendente ſeruum, vt numero 190.

192 *Inquiſitor volens vindicare iniuriam factam famulo officiali, vel ipſimet, poteſt vt ſuſpectus recuſari, niſi iniuria eſſet notoria.*

193 *Dominus temporalis impediens familiam inquiſitoris arma portare (caſu quo poſſit ea portare) puniri poteſt vt turbator inquiſitionis.*

194 *Qualitas officij in herens perſonæ non poteſt ab ea ſeparari donec ab officio reuocetur.*

195 *Offendens officialem ſecularem etiam ob priuatam iniuriam, punitur vt offendens officialem.*

196 *Vaſſallus offendẽs fratrẽ domini, videtur offendere dominum, & priuatur feudo.*

197 *Officiũ inquiſitionis exerceri debet omni timore, odio vel amore poſtpoſitis.*

198 *Inquiſitor contra quoſcunque qualitercumque officium Inquiſitionis impedientes procedere poteſt, & punire.*

199 *Officium inquiſitionis ſine officialibus, & miniſtris commode expediri non poteſt.*

200 *Danti operam rei illicitę, ſcientia ab ignorantia non diſtinguitur.*

201 *Dominicus in c. ſi quis ergo 2. q. 7. enucleatur.*

202 *Inquiſitores exiſtentes in quaſi poſſeßione procedendi contra eos qui offendunt officiales conſeruandi ſunt.*

203 *Officialis ſemper præſumitur eſſe in via ad exercitium ſui officij, & ſi iniurietur in officium præſumitur iniuriatus nu. 205.*

204 *Abſens, vbi non requiritur continua intereſſentia præſumitur præſens.*

206 *Receſiſſe non dicitur, qui animum redeundi habet.*

207 *Rex in regno ſuo fundatã habet intentionẽ quo ad exercitium iuriſdictionis, etiam quamuis actu nõ exerceatur, vt nu. 208.*

209 *Argumentum de potentia ad actum in materia iuriſdictionis, & iurium incorporalium validum eſt.*

210 *Inquiſitores in toto ſuo diſtrictu fundatã habent ſuam intentionẽ, actu & potentia.*

211 *Offendens Inquiſitorem etiam deambulantem tamquã ſuſpectus capi poteſt.*

212 *In delictis licet quod minus eſt ſemper præſumatur, in fauorem tamen animæ ſecus eſt vt n. 213.*

214 *Offendens officiali in dubio præſumitur offendere animo impediendi officium.*

215 *Offendens officiali parato ad officium ſuum exercendum, idem eſt, ac ſi officium ſuum exercenti offenderet.*

218 *Dolus vbi deſideratur reſpectu certæ perſonæ, non ſufficit dolus in genere, licet regulariter cõtra ſit, vt numero 219.*

220 *Lex non requirit dolum in ſpetie in offenſa officialis inquiſitionis.*

221 *Inquiſitor punire poteſt officiales delinquentes in ſuo officio.*

222 *Poteſtas punire poteſt officialem delinquentem extra officium, ſi delictum notorium ſit.*

223 *Bal. in l. 1. C. nequis in ſua cauſa iudicet, declaratur, & n. 224.*

225 *Iuriſdictio inquiſitoris licet ſit delegata ad vnam cauſam, eſt tamen ad vniuerſitatem perſonarum, & ſic fauorabilis.*

226 *Iuriſdictio inquiſitoris nõ eſt præiudicialis iuriſdictioni ordinarij.*

227 *Fælinus in c. ſi quando de reſcrip. exponitur.*

228 *Prouocatus ab officiali ſe defendendo, non offendit officialem, etiam ſi officialis eſſet clericus, vt n. 229.*

231 *Inquiſitoribus aſſerentibus in ſuis litteris ex cauſa fidei ſe repetere ſtandum eſt, ſecus ſi ex alia, vel generaliter, vt nu. 232. & ita practicatum fuiſſe refertur, n. 233.*

234 *Author ea queſtione, an offendens familiarem extra officiũ ex inimicitia vel alia cauſa, dicatur impeditor officij inquiſitionis, cum ardua ſit, pro nunc non determinat, ſed ſeſe ad lectorem remittit.*

Caput 30.

REſtat nobis aliqua dicere an ſicut Iuſtitia Aragonum inhibet iudicibus Eccleſiaſticis, & ab eorũ poſſe per manifeſtationem educit perſonas laicas, & eos etiam monet (ſub pœna occupationis temporalitatum) qua-

quatenus in regia iuriſdictione non
ſe intromittant, ita ſimiliter id poſsit
1 facere † reſpectu Inquiſitorum hęre-
ticę prauitatis, quos in hoc regno
fidelisſimo, ac Chriſtianisſimo, om-
nes amore ſummo proſequuntur, ac
debito honore venerantur., & licet
viſum fuerat mihi rem hanc in ta-
ctã ſilentio inuoluere, vt alij maio-
ris ingenij, ac diſciplinæ explanarent,
tamen vt Locũtenentes Iuſt. Arago.
ab omni contentione liberemus, dice
mus aliqua, eaque tantum, quæ ad
id neceſſaria ſint, quæ ſubijcimus cor-
rectioni ſanctæ matris Eccleſiæ, &
dominorũ Inquiſitorum, quorũ ſen-
tentia, vt veriſsima, & rectiſsima ſe-
quenda ſemper eſt. Et primo ad in-
telligentiam dicendorum eſt præmi-
2 tendum, quod crimen † hæreſis, de
quo inquiſitores cognoſcere debent,
eſt delictum merè Eccleſiaſticum, ta-
liter, quod iudex ſecularis quo quo-
modo de eo cognoſcere non valet,
etiam contra laicum, cap. vt Inquiſi-
tionis §. prohibemus de hæret. in 6.
& ibi Fran. & alij, glo. & ibi notata
in c. cum ſit de foro comp. c. vergen-
tes c. ad abolendam de hæreti. extra
glo. in can. 2. 4. q. 3. reportorium
inquiſit. verſ. directè, fol. 261. quod
adeò verum eſt, quod ſi laicus iudex
3 † ingereret ſe in cognitione, vel deciſ-
ſione huius criminis, vel ſententiæ la-
tæ per inquiſitores exequutionem
differret, eſſet ipſo iure excomu-
nicatus d. §. prohibemus, & ſi in ea
per annum perſeueraret vti hęreticus
4 † damnãdus foret, d. §. prohibemus
vbi dicit tex. Prohibemus quoq; po-
teſtatibus, dominis temporalibus, &
rectoribus, eorundemque officialibus
ſupradictis, ne ipſi de hoc crimine
(cum mere ſit Eccleſiaſticum) quo-
quomodo cognoſcant, vel iudicent,
ſiue captos pro eodem crimine abſ-
que dictorum Epiſcoporum, ſiue in-
quiſitorum, aut ſaltem alterius eo-
rundem licencia, vel mandato, à
carcere liberent, aut executionem ſi-
bi pro huiuſmodi crimine à diocęſa-
no, vel inquiſitoribus, ſeu inquiſi-
tore iniunctam (pro vt ad ſuum ex-
pectat officium) facere aut adim-
plere detrectent, vel aliàs diocæſa-
norum, aut inquiſitorum iuditium,
ſententiam, ſeu proceſſum, dire-
ctè vel indirectè impedire pręſumant,
quod ſi ſecus ſupradicti fecerint, nec
non, & qui ſcienter in prædictis de-
derit auxilium, conſilium, fauorem,
ſint excomunicati, quam ex comu-
nionem, ſi per annum animo ſuſti-
nuerint pertinaci, ex tunc velut hę-
retici condemnentur, hactenus ille
fecundiſsimus ſimul atq; reipublicæ
Chriſtianæ vtiliſsimus tex. vide etiã
tex. in c. cum ſecundum leges in fi.
eo. titulo, latè Decianus tom. 1. cauſ.
crimi. c. 25. quod cum certiſsimum
ſit amplius confirmare non decet, Tu
autem ad remouenda aliqua contra-
ria vide Petrum de Ancharrano in
d. §. prohibemus, vbi bene ſoluit, ex
quo alia non minus vtilis, quam cer-
5 tiſsima fluit concluſio; quod † leges
quecumque imperiales, & ſeculares,
quæ in cognitione huius criminis ad-
uerſentur iuri canonico, nõ ſunt ſer-
uandæ, cuius ratio eſt, quia cum in
cognitione & deciſione huius crimi-
nis laici non poſsint ſe intromittere,
cum mere Eccleſiaſticum ſit, inde fit
vt nec leges ab eis latè debeant ſer-
uari, c. bene quidẽ 96. diſtinc. in prin
cipio & ibi. *quia non licuit laicis ſta-
tuendi in Eccleſia præter Romanum
Pontificem habere aliquam poteſtatem,
quos obſequendi manet neceſsitas, non
authoritas imperandi*, niſi tales le-
ges † eſſent à Rom. Pontifice appro-
batæ, confirmatæ vè, nam tunc ſer-

uandæ eſſent in quantum hæreticos perſequuntur, vt notatur in d. c. vt inquiſitionis c. fin. in fin. eod. extra vbi confirmátur expræſsè leges imperiales fauentes perſequutioni hæreticorum, nec mirum, quia poteſt
7 inferior † ſtatuere in confirmationem, & obſequium ſuperioris, glo. ſolli in Clemen. ne Romani de electione, vbi lex ſuperioris per inferiorem iuuari poteſt per appoſitionem pœnæ, ſecundum Couar. in 4. Decre. 2. p. c. 6. à numero decimo octauo Molin. de Hiſpan. primog. lib. ſecundo c. 16. à numero 6. cum ſequentibus. Vnde ſi aliqua lex in materia hæreſis ſit, quæ non aduerſetur iuri canonico, ſeruanda videtur, tradunt DD. in c. 1. de oper. noui nun. Bart. Alex. in add. ad l. priuilegia C. de ſacro Eccle. Decianus vbi
8 ſupra. c. 26. Vnde ſtatuit tex. in † c. ſtatutum Ciuitatis de hæret. in 6. quod ſtatutum ciuitatis. Caſtri, villæ, vel alterius loci, per quod negocium inquiſitionis hæreticę prauitatis directè, vel indirectè ne in eo libere procedi valeat, contigerit impediri, vel quomodolibet retardari, nullius exiſtere firmitatis, imo quod illud reuocetur, vel moderetur, quatenus non aduerſetur libero officio inquiſitionis, ex quo tex. Philip. Fran. Anchar. & omnes colligunt, pro firmiſsima regula, quod non va-
9 lent ſtatuta à ſecularibus edita, † per quæ alteratur pœna præſcripta per canones hæreticis, vel quæ impediant, ſeu retardent proceſſum inquiſitionis d. cap. ſtatutum Ciuitatis, imo ibi tenent Anchar. Gemi & alij, quod tali caſu Eccleſiaſticus poteſt cogere ſecularem vt tale ſtatutum reuocet, vel moderetur c. accuſatus §. ſacerdotes eod. titulo c. vltim. de immunit. Eccle. imo licet ſint fauorabilia, & ſecundum quod Canones diſponunt, quia tamen diſ-
10 ponunt in materia † non ſua, egent confirmatione cap. quæ in Eccleſiarum glo. 1. de conſtitutio. vbi Abb. Fælin. Decius & alij, de quo vide Decian. vbi ſupra, numero quarto vbi latius proſequitur, ſicut generaliter dici ſolet, quod ſtatuta, & leges ſeculares, quæ directè vel indirectè peccatum fauent, vel aſſequutionem vitæ æternæ impediunt, & ſeu officium inquiſitionis quomodolibet
11 etiam impediunt, † non valeant, tollique poſſunt per Rom. Pontif. cap. fin. de præſcrip. cap. nouit. de iudi. Zabarel. in Clemen. 2. §. porro numero primo de hæret. Hoſti. in ſum. titulo de hæreſi, num. quarto Couar. in reg. poſſeſſor. 2. p. §. vndecimo, num. tertio, verſiculo hinc ſanè, dicens, quod vbicumque de peccato vitando agitur, lex ſecularis cedit, & ſubijcitur Pontificiæ quo ad vtrumque forum, glo. ordin. in reg. poſſeſſor. huiuſque opinionem magis communem dicit Couarrub. vbi ſupra, Alfonſ. à Caſtro de lege pœnal. lib. ſecundo cap. decimo ad capitulũ fol. 436. Cumque inquiſitores ad cauſam fidei delegati, creati ac conſtituti ſint, & omnis iudex etiam delega-
12 tus † habeat iuriſdictionem, non ſolum in id, quod ſibi expræſsè conceditur, ſed etiam in omnes illos, qui officium ſuum quomodolibet impediunt, iuxta tex. & ibi DD. in c. 1. de offi. deleg. extra, iam inde ſequitur eos iudices eſſe, non ſolum contra hæreticos, ſuſpectos etiam de leui, vehementi, & violenter ſuſpectos, ſed etiam contra omnes credentes, fautores, receptatores hæreticorum, impeditores officij, & tur-

13 & turbatores eiuſdem, † tam directè, quam indirectè, vt apparet toto titulo de heret. extra, in 6. & clem. & ſignanter per cap. vt officium in principio & in fin. capit. vt inquiſitionis §. prohibemus de hæret. in 6. clem. eodem tit. latiſsimè Decian. tom. 1. cauſ. crim. libro. 5. capite. 22. Aymericus in directo. inquiſitorum. 2. part. quæſt. 50. de credentibus hereticorum, & quæſt. 51. de receptatoribus, & quæſt. 52. de defenſoribus hereticorum, & quæſt. 53. de fautoribus hæreticorum, & quæſt. 54. de impeditoribus officij inquiſitionis, & in commentarijs ad eundem Fr. Vmbertus locat. in praxi iudiciaria inquiſitorum, in verbo ſuſpicio per totum, repertorium inquiſito. verbo iniuria. Simancas in inſtitutionibus catholicis. cap. 15. vbi de credentibus, defenſorib⁹, & receptatoribus agit, & in iſtorum omnium ſibi commiſſorum obſeruantiam, variè per ſacros canones, decreta, ac ſpecialia Romanæ eccleſiæ priuilegia conſultum eſt
14 eiſdem inquiſitoribus, † nam vltra, quod brachium ſeculare inuocare eis licet, c. vt commiſſi de hæret. in 6. c. inquiſitionis eodem. cap. preſidentes, capit. accuſatus. §. denique eodem titulo extra, cogere etiam poſſunt iudices, & principes ſeculares, per cenſuras eccleſiaſticas, † vt iurent, quod
15 facient ſubditos ſuos ſeruare leges, & conſtitutiones contra hereticos ſtatutas, & præſtabunt ipſis inquiſitoribus auxilium, & fauorem, vt facilius poſsint ſuum officium exercere, & recuſantes id facere cenſuris punire, cap. vt officium. §. compeſcendi, verbo ſtatuimus de heret. in 6. imo vt liberius, ac facilius tam ſanctum, ac pium, ſalutareque officium
16 valeant expedire, † exempti facti ſunt dum exercent officium inquiſitionis ab omni iuriſdictione, tam ordinaria, quam delegata, quæcumque iuriſdictio ſit, vt apparet per priuilegium Vrbani. IIII. Rom. Pontif. relatum ab Aymeric. 2. parte directorij folio. 132. & 3. part. quæſtio-
17 ne 21. in hæc verba, † *ne inquiſitionis negotium contra damnatam hæreſim prudentiæ veſtræ commiſſum, impediri propter aliquorum aſtutiam, vel etiam retardari contingat, vobis indulgemus, vt nullus Apoſtolicæ Sedis delegatus, vel ſubdelegatus, aut conſeruator, aut etiam exequutor in vos, vel quatuor notarios, ſeu ſcriptores veſtros, ſuper his vobis obſequentes, quandiu in proſequutione huiuſmodi negotij vos, & ipſi fueritis, poſsit ex communionis, ſuſpenſionis, interdicti ſententiam promulgare, abſque ſpeciali mandato prædictæ Sedis faciente plenam, & expreſſam de hac indulgentia mentionem, decernentes irritum, & inanne ſi ſecus fuerit attentatũ* hactenus verba priuilegij fauore fidei conceſsi, ne cauſæ Religionis propter excommunicationẽ inquiſitorum, aut aliorum officij miniſtrorum deſerantur, aut impediantur, & interim impeditis iudicibus, heretici
18 impunè graſſentur, & licet † quatuor tantum ſcriptores expreſsit, illud ideo eſt, quia tunc plures non erant, quod ſi plures hodie conſtituerẽtur de pluribus intelligendum foret ſecundum comment. ad Aymericum ibidem, vbi habentur illa verba, *quandiu in proſequutione huiuſmodi negotij fueritis, &c.* in hunc ſenſum fore tantum intelligenda, vt ſolum per ea verba intelligatur illud priuilegium non tribui miniſtris ab officio amotis, quod ſumme nota, fuit hoc priuilegium conceſſum anno 1261. hoc idem priuilegiũ conceſsit Clemẽs IIII. Roman.

19 man. † Pōtifex referēte Aymerico in hac verba *Volentes omne à negocio fidei impedimentum, omneque obſtaculum remoueri, mādamus vobis quatenus in eo procedentes omni humano timore depoſito, circa extirpandam hæreticam prauitatē laboretis, & ſi forſam aliqui ex ibi connumeratis quacunque authoritate ſufulti vobis præceperint, vt ad tempus, vel quo ad certos articulos, certas ue perſonas in negocio ſuperſedeatis eodem, nos vobis inhibemus ne illis obedire præſumatis, Nos enim, quantum ad hunc articulum, tenore præſentiū omnes excommunicationis, ſuſpēſionis, interdicti ſententias per quoslibet latas contra vos in hoc negocio, irritas decernimus, et inanes.* Sed & idem etiam

20 priuilegium conceſſerat Alex. IIII. † Rom. Pontifex pro vt refert Aymericus vbi ſupra 3. p. q 21.

Idque mirum non videbitur alicui, vt in beneficium fidei, quæ fundamentum eſt Chriſtianæ Religionis, † & quæ neceſſaria eſt ad ſa-

21 lutem æternam, iuxta ſimbolū Athanaſij, & ſine qua impoſsibile eſt placere Deo, ſecūdū Paul. ad Hebreos 11. ex fide enim iuſtus viuit Abacuch 2. ſupra quam, tamquā firmiſsimam petram Deus fundauit Eccleſiam, & nos fundati ſumus Paul. ad Hebreos 11. & ad Coloſſ. 1. latè reportorū inquiſitorum verſiculo fides, vbi in additio. hęc & alia maiora priuilegia inquiſitoribus, eorumque miniſtris cōceduntur, Ex quo in ſimili habemus

22 quod ſupraiuntarij, † & portarij, virgatij, etiam curiæ Iuſt. Aragonum, dum ſunt in executione ſui oficij ſunt ipſo foro aſſecurati, & guidati ab omni obligatione, & crimine, etiam in caſibus, in quibus de foro non valet guidaticum, & hoc ob id ſolum, ne executio ſui oficij impediatur, aut aliquo modo retardetur, for. ſtatuimos in fine de ſupra iūctarijs, & non ſolum reſpectu perſo-

23 næ, ne † ſcilicet capiātur, ſunt priuilegiati dicto foro, verum etiam reſpectu eorum, quæ ſibi neceſſaria

24 ſunt, veluti in victualibus, & † hoſpitio, quæ ſibi iuſto prætio dare tenētur vniuerſitates, for. 2. de cableuatoribus.

Si ergo in rebus merè temporalibus, vt curſus negociorum non retardetur, non impediatur, ſtatutum repetimus, ne oficiales capiantur pro aliqua obligatione, nec crimine, dum executioni oficiorum va ant, quanto magis id fore fiendum dijudicabit quilibet Chriſtianus ſanæ mentis in fauorem fidei, & odium hære-

25 ſis, cum illa ſubſtantia † ſit, & fundamentum totius Chriſtianæ religionis, argumento tex. in c. accuſatus §. ſanè de hæreti. hæc autem alia deteſtandum crimen grauiſsimū Clem. 1. §. verum 2. vbi Zabarel. de hęreti. omnium atrociſsimum cap. primum

26 in principio 22. q. 2. quaſi directo † tēdēs cōtra Deū Patrē & creatorē omnium, Tho. 2. 2. q. 10. ar. 1. ob idque impietas dicitur, Crin. de honeſt. diſcipli. lib. 10. c. 3. & etiam prauitas l. 4. §. ſed nec filios C. de hęreti. Sacrilegium d. l. 4. in fin. Portentoſa ſuperſtitio appellatur etiam hęreſis l. damnato C. de hęret. imo dici etiam ſolet Peruerſitas prophana, Funeſta, Facinoroſa, Sacrilega, & Immaniſsima in l. quicūq; C. de hęret. alijsq; impijs †

27 & ſceleratiſsimis nominibus hæc labes in vtroque iure notatur, vt in ſuis titulis facile eſt inuenire; & vt tandem intelligas, vt bene poſsis penetrare quid ſit hęreſis, & quanta eius mala, quid fides, & quanta eius bona, vide quæ de fide tradit, beatus

tus ille Vincentius ab Apoſtolis vſque in hodiernum diem prædicatorum omnium excellentiſsimus, in ſermone de fide, qui in ordine eſt 16. verſ. dico ſecundo, &c. vbi quod, qui
28 fidelis eſt in † minimo, & in maiori fidelis eſt, ideo ad ſeruandam hanc fidelitatem fidei eſt conſilium beati Hier. ad Paulinum, ab eccleſia ſeruatum, & ab Apoſtolo comendatum, dicere quolibet die mane, & ſero corde, & ore, Credo, ad inſtar militis, qui facit homagium Regi, & relatis ad id aliquibus authoritatibus concludit, dicens, qui hoc conſilium diligenter ſeruabit; iſte talis ſaluabitur virtute fidei, quæ non patietur ipſum mori ſine contritione, qui quæſo fructus maiores? quæ maiora præmia? quam quæ Sanctus ille Doctor. ob obſeruantiam fidei pollicetur?

Ex his igitur quę relata breuiſsimè ſunt, ſequuntur aliquæ concluſiones veriſsimæ, & receptiſsimæ; prima
29 erit, quod ſi quis † apud iudicem ſecularem captus detineatur pro quocūque crimine etiam grauiſsimo, iſque tamquam hæreticus, & ex cauſa fidei, & hereſis repetatur per inquiſitores hæreticæ prauitatis mediantibus ſuis literis repetitorijs, erit eiſdē inquiſitoribus tradendus, & tranſmitendus illico, & quam primum poſſit non obſtante, quod manifeſtatus exiſtat, ſeu † manifeſtari ſe faciat, vel
30 ſe tamquam malè, & nulliter captum aſſerat liberandum per viam (vt dicunt) priuilegiatam, quia cum reſpectu huius delicti leges ipſe ſeculares non ſint ſeruandę, ideo non eſt curandum de manifeſtatione, ſeu liberatione priuilegiata, id autem ex multis probatur. Primo quia receptiſſimum in iure eſt, & notiſsimum id, quod cauetur in capite, vt inquiſitionis. §. prohibemus de hęreti in 6. vbi dicit tex. *Prohibemus omnibus poteſtatibus ſecularibus, ne de hoc crimine conoſcant, cum mere eccleſiaſticum ſit, ſiue captos pro eo crimine ſine mandato inquiſitorum liberent, aut executionem ſibi pro huiuſmodi crimine ab inquiſitoribus, vel Dioceſano iniunctā prompte facere, ſeu adimplere detrectent, vel aliàs inquiſitorum, & Dioceſanorum ſententiam, ſeu poceſſum, directè vel indirectè impedire præſumant, aliàs autem ſint excommunicati.* Ex quo tex DD. ibi col
31 ligunt teneri iudices ſeculares, † literas circa hoc crimē ad inquiſitorū requiſitionem celeriter exequi, & illorū officium nullatenus impedire, directè, vel indirectè, idque fieret nō adimplendo, vt etiam cauetur in c. vt officiū. §. cōpeſcendi eod. tit. quod etiā notabiliter cauetur in duabus extrauagantibus Vrbani IIII. & Clem. IIII. Rom. Pontificū relatis per Vmbertū Locati in praxi iudiciaria inquiſitorum, verſ. iudex verb. quomodo autem. fol. mihi 215. in quibus præcipi-
32 tur inquiſitoribus, vt † compellant iudicem laicum non eis obedientem, vel non parentem, procedendo contra eum tamquā contra fautorem hęreticorum, dicit enim. Clem. *Ceterum ſi forte aliqui cuiuſcumque cōditionis huic negotio nobis commiſſo ſe opponere, ſeu illud præſumpſerit aliquatenus impedire, vt non poſsit procedi liberè in eodem, imo niſi requiſiti id fecerint vt iuxta officium, & poſſe ſuum ſinguli inuerint, ſtudioſe contra eos procedatis, etc.* Imo per Innocentium IIII. referente eodē Vmberto cauetur, ꝙ inquiſitores
33 per cēſuras eccleſiaſticas cōpellere † poſsūt ſeculares poteſtates ad eā obſeruanda, quę ipſi inquiſitores duxerunt facienda, & quod teneatur inſuper poteſtas, vel rector quilibet, cum bono, & ſecuro comitatu, omnes hęreticos,

ticos, quocumque nomine cenſeantur, Diocæſano, ſeu inquiſitoribus præſentare, damnatos vero de hæreſi per inquiſitores, ſeu dioceſanum, eos ſibi relictos recipiat ſtatim, vel infra quinque dies ad minus, hæc & alia iura extrauagantia in huius comprobationem congerit ibi Vmbertus, qui omnino videndus, idem tenet Ludu. Carrer. in pract. crimi. tract. de hęreti. verſic. verſa autẽ vice n. 13. vbi quod inquiſitor cogit oficiales laicos ad auxilium, & bra-
34 chium ſeculare † præſtandum, allegat iura, Nota bene verba Syluestr. in ſumma verſiculo hæreſis 2. num. 9. verſic. ſextũ ibi. *Omnes domini tẽporales, ac rectores, diocæſanis Epiſcopis & inquiſitoribus hæreticæ prauitatis parere, & intendere tenentur, in hæreticorum, credentium, fautorum, receptatorum, & defenſorum, ipſorum, inueſtigatione, captione, ac cuſtodia diligenti, & deductione de loco ad locum intra ſuum diſtrictum, ſub arcta et diligenti cuſtodia, cum ab eis fuerint requiſiti, eoſque condemnatos, ipſi, vel eorum oficiales, ſtatim recipiant* &c. Hęc Syluester duobus verbis totam hanc rem abſoluens. Decianus autem tom. 1. cauſ. crim. lib. 5. cap. 25. à nu. 51 cum ſequentibus, cum multis probat
35 teneri magiſtratus † ſeculares capere hæreticos, & eos tradere in manibus inquiſitorum, ſi requiſiti fuerint c. vt inquiſitionis in principio de hereti. in 6. & c. 20. nu. 30. Alex. IIII. Rom. Pontif. in conſtitutione ad extirpanda verſiculo idem quoque poteſtas, & verſiculo teneantur, relatus per Aymericũ in fin. directorij inter Papales cõſtitutiones, ſub fol. 30. idq; expenſis publicis. Bald. in c. 1. §. ſi iudex de pace tenend. Alex. vbi ſupra, euacuata tamen prius burſa communi inquiſitionis, non aliter, vt declarat ipſe Decianus, obedire enim de-
36 bent iudices ſeculares in omnibus † inquiſitoribus, & Epiſcopis in hoc crimine, neque eis reſiſtere poſſunt ſub pœna excomunicationis d. c. vt inquiſitionis, Decian. n. 14. imo ſi executionem contra hæreticos ſibi iniunctam prompte non fecerint excomunionem ipſo facto incurrent d. c. vt inquiſitionis §. prohibemus.

Si ergo domini Locumtenentes, & ſeu Iuſt. Arago. & alij iudices hæreticum per eos captum reſtituere, & tradere inquiſitoribus, eum vt talem petentibus, recuſauerint, in omnia
37 ſupradicta † incidiſſe videbuntur, nã primo videntur executionẽ traditionis ſibi iniunctam nolle facere, Secundo inquiſitores in executione ſui oficij impedire, quo minus illi proceſſũ contra hęreticum abſoluere, & perficere poſsint, eſt ratio in prõptu, quia præſentiam hæretici habere debent domini inquiſitores ad eum interrogandũ, tã in capite proprio, quã alieno, nam ex vultu, modo reſpondendi,
38 † præſumptiones validas capere poſſunt, quas in abſentia rei vix attingere valẽt, denique deficiunt iudices ſeculares in pręſtatione auxilij, ad quã omnio tenentur d. iuribus ſub pœna excomunicationis incurrendæ, ergo præfatũ hæreticũ, & vt talem repetitum, tradere, & reſtituere tenentur, ad quod conſideranda multum ſunt verba commenti ad Aymericum 3. p. directorij de forma citandi abſentem commento. 33. pag. 464. lit. B. in modum ſequentem. *Hoc eſt prudenter, et diligenter obſeruandum cõtra Regulos, et quoslibet dominos terrarum qui vt neſcio quas ſuas immunitates tueãtur, non verentur inquiſitorum miniſtris ſe opponere, quoties illi reos huius criminis inueſtigant, non permitentes quemquam extrahi à ſuo territorio, intelligant*

gatur ergo hoc omnino licere inquiſitoribus, vt hic admonet Aymericus, quod ſaluberrimè iam olim ſanciuit Concilium Toloſſanū † cap. 8. (a quo hæc
39 videtur auctor accepiſſe) in hæc verba, *Statuimus etiam, vt quilibet in terra alterius poſsit inquirere, et capere hereticos, et Ballini locorū teneantur eis præſtare auxilium*, & *fauorem, ita quod Ballinus Regis in terra commitis Tholoſani*, & *aliorum hoc facere poſsit*, & *comes Tholoſanus, et alij in terra Regis* hactenus verba Fräciſci Peñę quibus verbis fideliter per me relatis, tam Concilium Tholoſanum, quam Aymericus, & Pena conſtanter affirmāt
40 hæreticum, ſi petatur † ab inquiſitoribus, debere, & fore remitendum per iudices ſeculares eiſdem inquiſitoribus; in Hiſpania etiā id idem ſtatutum eſſe refert idem Peña vbi ſuprà, ſubdens fore procedendum contra dominos tēporales, ſi his non paruerint, & etiam hanc ſententiam de extrahendis, & remitendis reis è territorio cuiuslibet, domini temporalis, procedere fauore fidei, etiam ſi extrahendus ſit ſubditus domini, ſed de hoc vide ſimilem ſanctionem per ſuū priuilegium fuiſse factā per Inno. 4. in eodem repertor. Aymerici in fine in tractatu literæ Apoſtolicę, &c. fol. 11. litera. D. & ſimiliter per Alex. 4. fol. 31. vbi alia extant priuilegia tā Federici. 2. Rom. Imperato, quā aliorum Rom. Pontif. quæ longum eſſet referre, verum hanc oppinionem, &
41 ſentententiam comprobat † in terminis terminantibus Maſsuerus in ſua practi. titulo de remiſſionibus. numero. 14. vbi quærit, quid ſi quis detineatur captus per iudicem ſecularem ratione homicidij, vel alterius ſimilis delicti, & iſte talis repetatur per inquiſitores vt hereticus an erit tradēdus, & reſoluit quod ſic, ſi vt hereticus pe
42 tatur, quia cognitio delicti hæreſis † ad Inquiſitores, & Diocęſanū pertinet priuatiuè, nō vero ad iudicē laicū: nequeab his diſcedit Azeuedo. li. 8. tit. 3. de los hereges num. 117. dicens, quod ex quo huius criminis cognitio, & deciſsio expectat priuatiuè ad iudices eccleſiaſticos, & non ad ſeculares, ideo
43 in quacūque parte iudicij ſecularis † inciderit huiuſmodi crimē, remittēda erit cauſa ad ipſos iudices eccleſiaſticos, etiam quod agatur coram ſeculari de remedio illo ſubleuandi vi oppreſsos, quod firmę, & etiam manifeſtationi affine eſſe videtur, nam adhuc eis non obſtantibus totum negotium ad inquiſitores (intellige ſi id petant) remittendum eſt, vt dicitur infra.

Facit pro ſuperioribus, quia ſi vt dicit Maſsuerius vbi ſupra, hæc traditio
44 inquiſitoribus debet fieri † ob eā cauſam, vt hereticus ad cognitionem fidei reducatur, & ei penitentia ſalutaris imponatur, eiuſquę anima ſanetur. Sane hęc ratio dictat omnino eam debere fieri, nec denegandam fore, ſiue in vim manifeſtationis, firmarum, & cuiuſcumque remedij, ad ſubleuandū vi oppreſsos, vt elegantiſsime tenet Gaſpar Rodericus de redditi. lib. 1. q. 17. num. 75. dicens, quod nec ea, quę pertinēt ad heretic̨ę prauitatis inquiſitores deferūtur ad ſenatum propter vim, & violētiā allegatā, ſicut nec pro ceſsus viſitationis, & correctionis religioſorū, nec negotia Bullę Cruciatæ, iuxta. l. 40. tit. 15. lib. 2. recopil. & l. 8. tit. 10. li. 2. eiuſdē, Septima. de catholi. inſti. tit. 36. nu. 2. Salced. capit. 102. addit. 1. verſ. & licet dictum remedium, &c. quorumratio eſt, nam ſi incar-
45 cere iudicis † ſecularis deberet cuſtodiri, magnum periculum imminere toti populo, & Regno, propter cōmunicationē, quā in dictis carceribus

Vuu habere

habere ſolent omnes capti, & de facili poſſent iſti tales alios allocutione erroribus inficere, tum hæreſim prædicando, tum dogmata ſua peruerſa abſentibus ſcribendo, ſunt. e-
46 nim, † iſti ſerpentes hæreſis virus efflantes, & qui eos lætaliter inficiunt. ad quos accedunt, ſunt que venenoſi ac mortiferi ſcorpiones, geſtu, & habitu ſimplices, qui niſi de medio extirpentur, venena ſua infundent, inficient, & mactabunt; idque non difficiliter efficere ſolent ex quo præſeferunt quandam fictam, ac ſimulatam, exterius ſpeciem ac imaginem ſanctitatis, per quam facilius perſuadeant, & ſeducant, cum tamen reuera ſint vt ſepulchra exte-
47 rius † deaurata, quæ interius plena ſunt ex putritijs, & cadaueribus mortuorum, nam omnis cogitatio eorum intenta eſt ad malum, omni tempore, & quaſi cancer, qui niſi in ini-
48 tio ſcindatur † paulatim ſerpit, & totum corpus inficit, de quibus vide, quæ dicit can. reſecandæ. 24. quæſt. 3. *Reſecandæ ſunt putridæ carnes, & ſcabioſa ouis a caulis repellenda, ne tota domus, Maſſa, corpus, et pecora ardeãt, corrumpantur, putreſcãt, et intereant. Ar-*
49 *rius in Alexandria † vna ſcintilla fuit, ſed quoniam non ſtatim oppreſſus eſt, per totum orbem eius flamma populata eſt*, vide tex. in capite. 1. de reformatione ſeſſione. 13. in Concilio. Tridentin. quæ omnia inconuenientia, & mala magis præcauentur, ac præueniuntur, in carceribus ſanctæ Inquiſitionis, quam in ſecularibus,
50 vbi detruſio in carceres fit † iuxta merita delictorum cuiuslibet, magis ac minus duros, ſecluſos, ac mediterraneos ad beneplacitũ Dominorũ inquiſitorum, prout qualitas criminis poſtulabit, vt videre licet per Aymeric. Et Peñam. 3. parte directorij, quæſtione. 58. 59. cumque iſta omnia inconuenientia ceſsent in carceribus ſanctæ Inquiſitionis, merito tam Romani Põtifices, Doctores omnes, quam maiores noſtri in Regno ſtatuerunt, huiuſmodi hæreticos penes iudices ſeculares detentos, pro aliquo crimine quamtumuis grauiſsi-
51 mo, fore † reſtituendos, ac tradendos inquiſitoribus hæreticæ prauitatis eos repetentibus.

Pro Colophone his ſuper addatur conſtitutio illa perpetuo valitura ſanctiſsimi Pij. V. relata per Aymeric. in fin directorij inter alias conſtitutiones Papales ſub pagina. 135. incipit ſanctiſsimus, &c. vbi Pius Quin-
52 tus mãdauit, *Vt negotia † fidei omnibus & ſingulis alijs præferantur, cum fides ſit ſubſtantia & fundamentum Chriſtianæ Religionis, idcirco omnibus militantibus ſub Republica Chriſtiana mandat ſub excommunicationis ſententia ipſo iure incurrendæ, Vt Cardinalibus inquiſitoribus, ac eorum præceptis, & mandatis, in quibuſcumque, officium ſancta Inquiſitionis concernentibus, pareant, et obediant nec non Carceratos quoſcumque pro quibuſuis delictis, et debitis etiam atrocibus, apud dictum inquiſitionis officium quomodolibet delatos, vel denun-*
53 *tiatos, ſuſpenſa † aliorum criminum inferiorum cognitione, ad eoſdem Cardinales, et inquiſitionis carceres, ibidemque ad criminis hereſis totalem cognitionẽ et expeditionem retinendos, et poſtea ad eoſdem officiales pro aliorum criminum expeditione remittendos, ſine mora traſmittant.* Ecce quomodo elegantiſsimis verbis Pius Quintus mandat hãc traditionẽ fieri debere de perſona hæretici nõ obſtãte, quod apud iudices
54 ſeculares interet † captus remediũ ſubleuandi-

uandi vi oppreſſos, manifeſtationis, firmę, & ſimiliũ, pro vt de regno Caſtellæ tradit Azeuedo vbi ſupra Simancas de catholicis inſtitutio. c. 36. n. 1. ibi nec ſub prætextu quidem ſub leuandi vi oppreſſos, cũque illius con ſtitutio vt canonica præualere debeat omnibus ſecularibus legibus in materia hæreſis, vbique obſeruanda erit, idque in regno noſtro factum fuiſſe, & fieri debere tradunt foriſtę omnes, ita Bardaxi ſub titulo de manifeſtatione perſonarum in præfationibus n. 3. verſiculo non tamen, vbi aſſerit,
55 quod captus per † inquiſitores ex cauſa hæreſis non poteſt manifeſtari, vbi quod idem erit, ſi inquiſitores dicant,
56 quod eſt delatus, † & denuntiatus pro cauſa hæreſis, vel cauſa fidei, nam idẽ erit in vtroque caſu, capite accuſatus §. ſanè de hęret. in 6. idem antea tenuit, referendo bonam determinationem Molin. noſter in report. in verbo captus per Iuſti. Arago. fol. 57. vbi refert, quod in anno 1497. pro parte inquiſitorum hęreticę prauitatis Locumtenentes Iuſtitię Aragonũ fuerũt requiſiti vt remitterent, eis perſonã Iacobi de Rueſta capti apud dictã curiam, idque infra viginti quatuor horas, & facto verbo in conſilio, fuit hoc diſputatum per Locumtenentes,
57 & determinatum per omnes † de cõſilio concordes, quod debebat dictus captus remitti dictis inquiſitoribus, & dicit Molinus quod in litteris requiſitorijs narrabatur per inquiſito res, quod dictus captus erat accuſatus de hæreſi, & ex hoc infert Molina quod ſi quis eſt captus per inquiſitores
58 res ratione hæreſis † non poterit poſteà manifeſtari per curiam Iuſtitiæ Aragonum, vtrumque ex eodem fon te emanat. Idem Molin. in verbo manifeſtatio verſiculo quidam fuit captus fol. 220. in reportorio dicit, quod ſi aliquis ſit captus ratione hæreſis apud inquiſitores; non poteſt ab illorum manibus extrahi per manifeſtationem, nec appellitus manifeſtationis prouide-
59 ri, cuius determinationes † ſemper fuerunt in regno obſeruatæ, & cuſtoditæ, & obſeruandas in iudicando & conſulendo firmiter aſſeuero, pro vt noſtris temporibus factum vidimus, & antiquitus ſic fuiſſe praäcticatum legimus, vide in proceſſu
* Antonij Perez ſuper manifeſtatione perſonæ die vigeſima quarta Madij 1591. & 24. Septembris eiuſdem anni, vbi Locumtenentes Iuſtitiæ Aragonum, inter quos erat Martinus Baptiſta de la Nuça, tunc Locumtenens Iuſtitiæ Aragonum integerrimus, nuc autem Iuſtitia Aragonum, & Ioanne Lopez de Baylo, pronuntiarunt Antonium Perez, & Ioannem Franciſcum Mayorin, in carcere, manifeſtatorum detentos, & ab inquiſitoribus ex cauſa fidem tan-
60 gente † repertos, ad eoſdem inquiſitores debitè & iuxta forum remittendos fore, & hoc ipſum anteà in pleriſque proceſsibus fuerat iudicatum, & pronuntiatum, vide in pro-
* ceſſu Michaelis Cuſcullan ſuper manifeſtatione perſonæ die 13. & 15.
* Madij 1560. & in proceſſu D. Ioan. Franciſci de Ariño ſuper manifeſtatione perſonæ die 3. & 5. Iulij 1561. vbi fuit per Locumtenentes Iuſtitiæ Aragonum officiali conſultanti reſponſum in hunc modum, *quod attenta reſponſione facta in proceſſu, & iterum repetita per inquiſitores, non debebat ad vlte-*
61 *riora † procedi in executione manifeſtationis perſonæ à poſſe dictorum inquiſitorum, nec in executione manifeſtationis ſcripturarum notariorum, durante cauſa fidei, pro*

qua aſſeritur captus, mandantes prædi-ﬅa intimari omnibus oſſicialibus Curiæ, reuocationem vero prouiſionis manife-ſtationis per Dominos inquiſitores ſuppli-catam, & in ſuis litteris petitam, cum attento eius thenore rite, & re-ﬅe. & in nullius iuriſdictionis offenſam, aut impedimentum fuerit prouiſa, lo-
62 *cum † non habere, requirendo dominos inquiſitores ex parte Regis, quatenus ſi-ne dilatione reuocent litteras, manda-tum, & cenſuras in eis contentas, quatenus reſpiciunt reuocationem pro-uiſionis manifeſtationis, cum ſint per eos prouiſa, & decreta in euidentem læſio-nem Regiæ iuriſdictionis, etc. conceden-do de prędictis litteras intimatorias,* vnus tamē de Dominis Locūtenenti-bus appoſſuit verba ſequētia *declaran tes quo ad prędicta & durante dicta cau-ſa effectum manifeſtationis fore, et eſſe extinctum.*

Similem declarationem fecimus in Curia Iuſt. Arago. meis tēporibus in proceſſu Hiero. Serrano, & ſeu Roderici Serrano ſuper manifeſtatione
* perſonę menſe Madij 1598. in quo fuit pro parte omnium inquiſitorū hæ-ret. prauit petitum in Camera Con-ſilij, quod attento, quod dicti erāt acu ſati de delictis concernentibus fidem, quod ſuſpenderemus manifeſtatio-
63 nem durante dicta cauſa † fidei, & fuit ſuſpenſa manifeſtatio durāte d. cauſa fidei, & quia capti erāt extra ciuit. Ce ſaraug. in villa de Tauſte, & ibi cōmē-dati Iurato in vim manifeſtationis, ideo fuerunt cōceſsę literę de ſuſpen-ſione manifeſtationis, vt Iuratus, & iu dex ordinarius dictę villę eū traderēt officiciali inquiſitionis & in hoc pro-ceſſu officialis inquiſitionis cauit in ſuis literis repetitorijs de reſtituendo captū iudici, qui eum habebat captū finita cauſa fidei, quod bene nota.

64 Idem fuit pronuntiatum † in pro-
* ceſſu Balthaſaris Gomez, & Coſmę Pariente, & aliorum ſuper manifeſta-
* tione perſonarum menſe Iulij 1592. & in proceſſu Andreæ Bardaxi, nec non Ioannis de Villalua ſuper manifeſta-tione perſonę, de menſe Iunij 1592. quę vltima exemplaria per te vide, nam prima vera ſunt, & concluſio ve riſsima, & hoc non obſtante, quod le
65 ges ſeculares † hanc remiſsionem de-negarent, nam illę intelligendę ſunt in alijs criminibus, quam hęreſis, & ſic non in cauſa fidei, quia cum illa ſit pręcipua omnium cauſarum, & omnibus pręferenda, vt ſupra latè di-ximus, ideo indubio numquam eſt
66 † præſumenda comprehendi ſub pro-hibitione generali, idque ea ratione, quia ſi iudex ſecularis poſset eam de-negare, ſub pretextu, quod hæreti-cum penes ſe detentum velit pro alio crimine punire, & morti tradere, ani-ma ipſius hæretici periret, & ſine ſa-lute ad inferos perpetuo crucianda deſcenderet, quod Chriſtiana religio
67 † abhorret, quare ne hoc damnum ſequatur in republica Chriſtiana, op-tima ratione ſancitum eſt, tam per Romanos Pontifices, quam per DD. obſeruatum, vt iudex ſecularis di-ctam remiſsionem faciat, antequam poſsit pro crimine ſeculari reum pu-nire, cum id poſtea facere poſsit eo ſibi reſtituto, prout Pius Quintus Romanus Pontifex decreuit, & cū eo Maſsuerus, & alij tenent, imo
68 licet leges ſeculares in ſpecie † pro-hiberent dictam remiſsionem, etiam in cauſa fidei, adhuc id non obſtaret, quia ea lex ciuilis non eſset obſer-uanda, nam leges omnes, ſtatuta, & fori, quæ directè vel indirectè of-ficium inquiſitorum, punitionem, & repetitionem hæreticorum quoquo-modo prohibent, viribus carent, & ipſo

69 ipſo iure † nulla ſunt, & ſic obſeruari non debent à iudicibus ſecularibus, iuxta textum in cap. ſtatutum Ciuitatis de hæret. in 6. vbi id ita tenent Dominicus, Ancarran. Francus, & alij, Decianus, Syluester & & alij ſupra citati, Simancas c. 36. Carrerius in pract. crimi. in tractatu de hereti. verſ. circa itaque tertium n. 6. in quo dubitandum non eſt, nec amplius immorãdum. Minuſque dubitandum eſt an Rom. Pontif. poſsit
70 reuocare, † & annullare, ſeu nullas declarare has leges ciuiles, & ſeculares, quia licet regulariter id verum ſit
non poſſe eas reuocare, cũ diſtinctę ſint iuriſdictione, & vna circa aliam intromittere ſe nõ debeat, vt diximus, in cap. 9. §. 1. latè, id tamen limitatur non habere locum in cauſa fidei, & hæreſis, nam cũ illa ſpiritualis ſit, &
71 per conſequens † exempta à iuriſdictione ſeculari de iure diuino, vt vtrũque etiam multis comprobat Couarrub. practica quæſtion. c. 31. verſiculo prima concluſio, cum ſequent. & etiam omnes principes ſeculares ſint in ſpiritualibus, & Eccleſiaſticis rebus Summo Pontifici inferiores, non ſuperiores, nec æquales, ſecundum eundem Couarrub. vbi ſupra, verſiculo 4. concluſio, inde fit vt poſsit
72 Rom. Pontif. & † delegati ab eo eas leges quæ in cauſa hæreſis, & fidei, cõtrariãtur canonicis ſanctionibus, reuocare, & annullare, ſeu nullas declarare, & ſeu facere reuocari, & moderari, vide tex. in d. c. ſtatutũ ciuitatis vbi dicit *quod poteſtates, et rectores ſeculares teneantur ſtatuta ſecularis ſtatim exhibere inquiſitoribus; vt ſi tale inuentum fuerit, quod directè vel indirectè impediat, vel retardet officium inquiſitionis, reuocetur omnino,*
73 † *vel ſaltem eatenus moderetur, quod per illud inquiſitionis proceſſus non impediatur, vel aliquatenus retardetur,* hæc ſunt in ſubſtantia verba illius textus, vbi Ancharra. in ſecundo & tertio notab. dicit, quod Eccleſiaſticus poteſt cogere ſecularem, vt tale ſtatutum tollat, & ibi Geminian. & Francus, facit tex. in c. accuſatus §. ſacerdotes de hæreticis, neque hoc mirum, cum interpretari etiam poſ-
74 ſint inquiſitores quæcumque † ſtatuta Eccleſiaſtica, & ſecularia contra hæreticos edita, in vim conſtitutionis Inno. quarto in hęc verba, *vt commiſſum vobis negotium ab Apoſtolica Sede exequi poſsitis liberius, in hac parte interpretandi ſtatuta Eccleſiaſtica, et ſecularia contra hereticos edita, vobis authoritate præſentium concedimus facultatem*, Eſt & alia conſtitutio Alexandr. quarti, cuius theuor recitatur à Campeg. in additio. ad Zanch. cap. decimo ſexto collat. 7. verſiculo ruſſus arbitrium, Decian. vbi ſupra cap. vigeſimo ſexto numero quarto & cap. 22. nume-
75 ro 22. vbi, quod † inquiſitores poſſunt tollere omnia ſtatuta, & conſuetudines impedientes officium inquiſitionis, pro quibus facit in argumentum cap. fin. de præſcriptio. cap. nouit vbi Nauarrus numero 16. 17. de iudi. cap. ſolitæ de maiorit. & obedienti. Zabarell. in Clemen. 2. §. porro de hæret. facit Couarrub. in regu. poſſeſſor 2. parte §. vndecimo numero 3. verſiculo hinc ſanè, vbi quod ſi agatur de peccato vitando, lex ſe-
76 cularis † cedit & ſubijcitur pontificię, quo ad vtrumque forum, glo. in d. regu. poſſeſſor quam ibi ſequuntur Francus & Anchar. Felin. in cap. Eccleſia col. decima ſexta & in c. primo de conſtit. & in cap. in cauſis col. ſecunda de teſtib. & eſt magis communis opinio ſecundum Couarrub. vbi ſupra Syluester in ſumma

Digitized by Google

in verbo Papa numer. 14. vbi in his, in quibus, animæ periculum vertitur,
77 poteſt Papa. † & delegati ab eo quo ad vtrumque forum tollere omnes leges ciuiles. c. pænult. de ſecund. nup. cap. vltim. de foro competen in 6. & c. fin. de iure iuran. eod. quod de mēte omnium reſoluit Syluester, ibi Alfonſus a Caſtro de lege pæna. l. 1. lib. 2. cap. 10. verſ. ad capitulum. fol. 456. in paruis. Ex quibus omnibus reſultat
78 has remiſsiones hæreticorum † fieri debere a ſecularibus, non obſtantibus quibuſuis legibus ſecularibus in contrarium ſtatutis, quæ ſi generaliter
79 prolatæ ſint, non † cenſentur comprehendere caſum fidei, ex defectu poteſtatis, quod ſi expreſſe de ea loquantur, obſeruandæ non ſunt, tamquam nullæ ipſo iure.

Quæ remiſsio in tantum facienda eſt de perſona hæretici per iudices ſeculares, vt cognoſcere ipſi, & intro-
80 mittere ſe non poſsint † de iuſtitia, vel iniuſtitia delicti hæreſis, ſed imo clauſo (vt dicunt) oculo eam traditionem fa e. e teneātur, & idem dicendum eſt quotieſcumque inquiſitores aliquam executionem faciendam de perſonis, ſeu bonis hæreticorum iniunxerint iudicibus ſecularibus, quā
81 cùm facere † teneantur ſine dilatione, vt in cap. vt inquiſitionis. §. prohibemus de hæret. in 6. non etiam poterunt examinare proceſsum inquiſitionis, nec cognoſcere an iuſte, vel iniuſte hæreticus damnatus ſit, imo inquiſitores poterunt compellere iu-
82 dices † ſeculares ad executionem faciendam, per cenſuras eccleſiaſticas, & facere, quod ſtent proceſsui formato per eoſdem inquiſitores, nam licet maxima ſit diſputatio inter legiſtas, & canoniſtas circa id, quia legiſtæ tenent, quod ſecularis non te-
83 netur ſtare † proceſsui formato per eccleſiaſticum, ſed quod poſsit alium ipſe formare ad executionem faciendam, ſi iuſtè fuerit damnatus, alioqui ſuperſedere, vt tenuit Bart. in l. diuus numer. 3. de cuſtodia reo. & in l. magiſtratibus numer. 5. de iuriſdic. omni. iudi. quam opinionem ſequuntur ibi Alberic. Bald. Angel. & fere omnes legiſtę ſecundum Immol. in ca
84 pit. 1. de offi. ordinar. Canoniſtæ † tamen omnes reprehendunt Barttol. per tex. expreſsum in capit. vt inquiſitionis. §. prohibemus de hæret. in 6. vbi id expreſſè probatur Abb. in capit. 1. de officio ordinar. Decius. Ancharran. Fælin. & alij Canoniſtæ allegati per Decian. vbi ſupra cap. 25. numer 2. & de legiſtis multi ſequuntur opinionem canoniſtarum, vt Angel. Alexand. Iaſs. in d. l. magiſtratibus, Ex quibus apparet, quod hæc eſt communis opinio, quod damnato aliquo pro hæretico per iudicem
85 eccleſiaſticum, † non poſsit amplius ſecularis cognoſcere, cum delictum merè eccleſiaſticum ſit vide tex. clarū in authen. Vt clerici apud proprios Epiſ. §. ſi vero eccleſiaſticum ſit delictum, vbi expreſsè prohibetur iudex ſecularis ſe ingerere in eccleſiaſticis
86 delictis, & hæc opinio † ſeruatur in practica propter authoritatem dicti capit. vt inquiſitionis. Hanc eandem ſententiam prēter Decianum ſequitur Simanc. de Catholici inſtit. capit. 36. numer. 3. dicens, quod ve-
87 rior eſt opinio Canoniſtarum † quam de legiſtis, ſequuntur Bald. Angel. Salicet. Iaſs. Decius Alciatus. in locis per eum citatis, idque in Hiſpania receptum dicit, quia iudex ſecu-
88 laris † merus executor tunc eſt, & nullam hæreſis cognitionem habet, ſed vt iuſtius hoc omnibus videatur, ſolet ſecundum eum coram omni populo

pulo cauſa hæretici breuiter enarrari,
eaque enarrata, perſona hęretici tradi
iudici ſeculari, a quo illico ſententia
profertur, tamquam in hæreticũ con-
uictum, & manifeſtum, hæc Simanc.
idem ſequitur cum copioſa allegatio-
ne Vmbert. Locat in ſua praxi iudi-
ciaria in verbo iudex, verſiculo ſed
quid ſi laicus fol. michi 215. dicens,
quod ſicut delegatus mandat ordina-
rio, vt exequatur ſententiam ſuam, &
89 tunc ipſe, † cui nuda executio man-
datur, cognitionem aſſumere non
poteſt ſuper viribus ſententiæ, glo.
non vult in c. ſignificaſti de officio
delegat. ita ſimiliter iudex laicus, cui
ſimilis executio commiſſa eſt per in-
quiſitores, vel requiſitus vt remiſſio-
nem & traditionem hæretici faciat,
90 non poteſt ſe intromittere † ſuper iu-
ſtitia vel iniuſtitia hæreſis, imo re-
mota omni cognitione, compelletur
per inquiſitores ad exequendum, &
remittendum, glo. in c. 1. de officio
ordinat. can. adminiſtratores 23. que-
ſtione 5. cum alijs multis allegatis per
Vmbertum vbi ſupra, Carrer. in tra-
cta de hæret. §. circa itaq; tertium n.
4. vbi latiſsimè Brun. lib. 4. de hæ-
ret. c. 15. quod cum certiſsimũ ſit in
mero executore, vt debeat exequi, nõ
vero cognoſcere, ſine dubio id proce-
det in caſu noſtro, vbi iudex laicus
merus executor eſt, in tantum, quod
exequi teneatur, etiam ſi excommu-
nicatus ſit, & iuriſdictionem habeat
de facto tantum, non de iure, c. præ-
ſidentes de hæret. in 6. Sylueſter in
ſumma verbo hæreſis 2. verſiculo ter-
tium præſidentes &c. pagi. 484.
Sequitur Iulius Clarus hanc can-
dem ſententiã in §. hæreſis verſiculo
hoc crimen, vbi in tantum veram di-
91 cit hanc concluſionem, vt neque †
poſsit iudex ſecularis, poſtquam ei
traditus eſt aliquis de hæreſi condem-
natus, ſuper ipſo crimine aliquo mo-
do cognoſcere, neque pœnam à iure
impoſitam commutare & licet aliquę
limitationes ad id tradãtur per DD.
ſecũdũ Decia. vbi ſup. Simãc. vbi ſup.
verũ in Hiſpania, vix aut numquam
recipientur, vt teſtatur idem Siman-
cas ibi verſic. ab hac ſententia &c.
quid plura? vbi deciſiones textuum
clariſsimè ſunt, communes opiniones
92 receptę, † praxis in conſequentiam
eorum ſic recepta, Laborioſi autem,
magis quam ingenioſi, affectatores
potius, quam ſectatores veritatis, que-
rentes per riuulos, à fonte autem lon
gè diſcedẽtes, & qui magis, inſeruiũt
vulgo, quam ſcholæ ſcientiæ, tran-
ſcribant ex voluminibus modernorũ
ingentem & copioſum numerum do-
ctorum, quo paginas impleant, vulga
res delectent, nos namque doctos tan
tum intendimus laboribus ſubleuare.
Id autem omne vltra rationes ſupra-
dictas, alijs fulcitur ſatis perſuaſiuis,
93 nam certum eſt † omne delictum per
teſtes duos probari, quia iñ ore duo-
rum eſt omne verbum l. vbi nume-
rus ff. de teſtib. c. in omni extra de-
teſtib. Carrer. in practi. criminal. §.
in textu ergo n. 1. fol. 71. quod vulga-
re eſt, & adeò certum, quod etiam in
cauſa hæreſis † duo teſtes ſufficiant,
94 Cardin. in Clemen. 1. §. pænul. de
hæret. vnus autem non ſufficiet, Car-
dinal. in clemen. 2. §. 1. eod. nam re-
gula eſt quod duo ſufficiant ad pro-
bandum omne crimen, niſi vbi con-
95 trarium † reperitur conſtitutum c. li-
cet vniuerſis de teſtib. Ioann. André.
& alij in c. vt officium. §. verum de
hæret. in 6. Fæderic. de Senis conſil.
252. verſiculo ſecundo principaliter
Boer. deciſ. 342. Fælin. in c. excom-
municamus de hæret n. 27. Oportet
96 tamen, quod dicti duo teſtes ſint † om
ni exceptione maiores, & probent

19 man. † Pōtifex referēte Aymerico in hac verba *Volentes omne à negocio fidei impedimentum, omneque obſtaculum remoueri, mādamus vobis quatenus in eo procedentes omni humano timore depoſito, circa extirpandam hæreticam prauitatē laboretis, & ſi forſam aliqui ex ibi connumeratis quacumque authoritate ſuffulti vobis præceperint, vt ad tempus, vel quo ad certos articulos, certasue perſonas in negocio ſuperſedeatis eodem, nos vobis inhibemus ne illis obedire præſumatis, Nos enim, quantum ad hunc articulum, tenore præſentiū omnes excomunicationis, ſuſpēſionis, interdicti ſententias per quoslibet latas contra vos in hoc negocio, irritas decernimus, et inanes.* Sed & idem etiam
20 priuilegium conceſſerat Alex. IIII. † Rom. Pontifex pro vt refert Aymericus vbi ſupra 3. p. q. 21.

Idque mirum non videbitur alicui, vt in beneficium fidei, quæ fundamentum eſt Chriſtianæ Religionis, † & quæ neceſſaria eſt ad ſa-
21 lutem æternam, iuxta ſimbolū Athanaſij, & ſine qua impoſsibile eſt placere Deo, ſecūdū Paul. ad Hebreos 11. ex fide enim iuſtus viuit Abacuch 2. ſupra quam, tamquā firmiſsimam petram Deus fundauit Eccleſiam, & nos fundati ſumus Paul. ad Hebreos 11. & ad Coloſſ. 1. latè reportorij inquiſitorum verſiculo fides, vbi in additio. hęc & alia maiora priuilegia inquiſitoribus, eorumque miniſtris cōceduntur, Ex quo in ſimili habemus
22 quod ſupraiuntarij, † & portarij, virgarij, etiam curiæ Iuſt. Aragonum, dum ſunt in executione ſui oficij ſunt ipſo foro aſſecurati, & guidati ab omni obligatione, & crimine, etiam in caſibus, in quibus de foro non valet guidaticum, & hoc ob id ſolum, ne executio ſui oficij impediatur, aut aliquo modo retardetur, for. ſtatuimos in fine de ſupra iuntarijs, & non ſolum reſpectu perſo-
23 næ, ne † ſcilicet capiātur, ſunt priuilegiati dicto foro, verum etiam reſpectu eorum, quæ ſibi neceſſaria
24 ſunt, veluti in victualibus, & † hoſpitio, quæ ſibi iuſto prætio dare tenētur vniuerſitates, for. 2. de cableuatoribus.

Si ergo in rebus merè temporalibus, vt curſus negociorum non retardetur, non impediatur, ſtatutum reperimus, ne oficiales capiantur pro aliqua obligatione, nec crimine, dum executioni oficiorum vacant, quanto magis id fore fiendum dijudicabit quilibet Chriſtianus ſanæ mentis in fauorem fidei, & odium hære-
25 ſis, cum illa ſubſtantia † ſit, & fundamentum totius Chriſtianæ religionis, argumento tex. in c. accuſatus §. ſanè de hæreti. hæc autem alia deteſtandum crimen grauiſsimū Clem. 1. §. verum 2. vbi Zabarel. de hęreti. omnium atrociſsimum cap. primum
26 in principio 22. q. 2. quaſi directo † tēdēs cōtra Deū Patrē & creatorē omnium, Tho. 2. 2. q. 10. ar. 1. ob idque impietas dicitur, Crin. de honeſt. diſcipli. lib. 10. c. 3. & etiam prauitas l. 4. §. ſed nec filios C. de hęreti. Sacrilegium d. l. 4. in fin. Portentoſa ſuperſtitio appellatur etiam hęreſis l. damnato C. de hęret. imo dici etiam ſolet Peruerſitas prophana, Funeſta, Facinoroſa, Sacrilega, & Immaniſsima in l. quicūq; C. de hęret. aliiſq; impijs †
27 & ſceleratiſsimis nominibus hæc labes in vtroque iure notatur, vt in ſuis titulis facile eſt inuenire; & vt tandem intelligas, vt bene poſsis penetrare quid ſit hęreſis, & quanta eius mala, quid fides, & quanta eius bona, vide quæ de fide tradit, bea-

tus

tus ille Vincentius ab Apoſtolis vſque in hodiernum diem prædicatorum omnium excellentiſsimus, in ſermone de fide, qui in ordine eſt 16. verſ. dico ſecundo, &c. vbi quod, qui
28 fidelis eſt in † minimo, & in maiori fidelis eſt, ideo ad ſeruandam hanc fidelitatem fidei eſt conſilium beati Hier. ad Paulinum, ab eccleſia ſeruatum, & ab Apoſtolo commendatum, dicere quolibet die mane, & ſero corde, & ore, Credo, ad inſtar militis, qui facit homagium Regi, & relatis ad id aliquibus authoritatibus concludit, dicens, qui hoc conſilium diligenter ſeruabit, iſte talis ſaluabitur virtute fidei, quæ non patietur ipſum mori ſine contritione, qui quæſo fructus maiores? quæ maiora præmia? quam quæ Sanctus ille Doctor. ob obſeruantiam fidei pollicetur?

Ex his igitur quę relata breuiſsimè ſunt, ſequuntur aliquæ concluſiones veriſsimæ, & receptiſsimæ; prima
29 erit, quod ſi quis † apud iudicem ſecularem captus detineatur pro quocũque crimine etiam grauiſsimo, iſque tamquam hæreticus, & ex cauſa fidei, & hereſis repetatur per inquiſitores hæreticæ prauitatis mediantibus ſuis literis repetitorijs, erit eiſdẽ inquiſitoribus tradendus, & tranſmittendus illico, & quam primum poſſit non obſtante, quod manifeſtatus exiſtat, ſeu † manifeſtari ſe faciat, vel
30 ſe tamquam malè, & nulliter captum aſſerat liberandum per viam (vt dicunt) priuilegiatam, quia cum reſpectu huius delicti leges ipſe ſeculares non ſint ſeruandę, ideo non eſt curandum de manifeſtatione, ſeu liberatione priuilegiata, id autem ex multis probatur. Primo quia receptiſſimum in iure eſt, & notiſsimum id, quod cauetur in capite, vt inquiſitionis. §. prohibemus de hereti in 6. vbi dicit tex. *Prohibemus omnibus poteſtatibus ſecularibus, ne de hoc crimine cognoſcant, cum mere eccleſiaſticum ſit, ſi ue captos pro eo crimine ſine mandato inquiſitorum liberent, aut executionem ſibi pro huiuſmodi crimine ab inquiſitoribus, vel Diœceſano iniunctā prompte facere, ſeu adimplere detrectent, vel aliàs inquiſitorum, & Diœceſanorum ſententiam, ſeu proceſſum, directè vel indirectè impedire præſumant, alias autem ſint excommunicati.* Ex quo tex DD. ibi col
31 ligunt teneri iudices ſeculares, † literas circa hoc crimẽ ad inquiſitorũ requiſitionem celeriter exequi, & illorũ officium nullatenus impedire, directè, vel indirectè, idque fieret nõ adimplendo, vt etiam cauetur in c. vt officiũ. §. cõpeſcendi eod. tit. quod etiã notabiliter cauetur in duabus extrauagantibus Vrbani IIII. & Clem. IIII. Rom. Pontificũ relatis per Vmbertũ Locati in praxi iudiciaria inquiſitorum, verſ. iudex verb. quomodo autem. fol. mihi 215. in quibus præcipi
32 tur inquiſitoribus, vt † compellant iudicem laicum non eis obedientem, vel non parentem, procedendo contra eum tamquã contra fautorem hereticorum, dicit enim. Clem. *Ceterum ſi forte aliqui cuiuſcumque cõditionis huic negotio nobis commiſſo ſe opponere, ſeu illud præſumpſerit aliquatenus impedire, vt non poſsit procedi liberè in eodem, imo niſi requiſiti id fecerint vt iuxta officium, & poſſe ſuum ſinguli iuuerint, ſtudioſe contra eos procedatis, etc.* Imo per Innocentium IIII. referente eodẽ Vmberto cauetur, quod inquiſitores
33 per cẽſuras eccleſiaſticas cõpellere † poſsũt ſeculares poteſtates ad eã obſeruanda, quę ipſi inquiſitores duxerunt facienda, & quod teneatur inſuper poteſtas, vel rector quilibet, cum bono, & ſecuro comitatu, omnes hereticos,

ticos, quocumque nomine cenſeantur, Diocæſano, ſeu inquiſitoribus præſentare, damnatos vero de hæreſi per inquiſitores, ſeu dioceſanum, eos ſibi relictos recipiat ſtatim, vel infra quinque dies ad minus, hæc & alia iura extrauagantia in huius comprobationem congerit ibi Vmbertus, qui omnino videndus, idem tenet Ludu. Carrer. in pract. crimi. tract. de hęreti. verſic. verſa autẽ vice n. 13. vbi quod inquiſitor cogit oficiales laicos ad auxilium, & bra-
34 chium ſeculare † præſtandum, allegat iura, Nota bene verba Sylueſtr. in ſumma verſiculo hæreſis 2. num. 9. verſic. ſextũ ibi. *Omnes domini tẽporales, ac rectores, diocæſanis Epiſcopis & inquiſitoribus hæreticæ prauitatis parere, & intendere tenentur, in hæreticorum, credentium, fautorum, receptatorum, & defenſorum, ipſorum, inueſtigatione, captione, ac cuſtodia diligenti, & deductione de loco ad locum intra ſuum diſtrictum, ſub arcta et diligenti cuſtodia, cum ab eis fuerint requiſiti, eoſque condemnatos, ipſi, vel eorum oficiales, ſtatim recipiant &c.* Hęc Sylueſter duobus verbis totam hanc rem abſoluens. Decianus autem tom. 1. cauſ. crim. lib. 5. cap. 25. à nu. 51. cum ſequentibus, cum multis probat
35 teneri magiſtratus † ſeculares capere hæreticos, & eos tradere in manibus inquiſitorum, ſi requiſiti fuerint c. vt inquiſitionis in principio de hereti. in 6. & c. 20. nu. 30. Alex. IIII. Rom. Pontif. in conſtitutione ad extirpanda verſiculo idem quoque poteſtas, & verſiculo teneantur, relatus per Aymericũ in fin. directorij inter Papales cõſtitutiones, ſub fol. 30. idq; expenſis publicis, Bald. in c. 1. §. ſi iudex de pace tenend. Alex. vbi ſupra, euacuata tamen prius burſa communi inquiſitionis, non aliter, vt decla-
rat ipſe Decianus, obedire enim de-
36 bent iudices ſeculares in omnibus † inquiſitoribus, & Epiſcopis in hoc crimine, neque eis reſiſtere poſſunt ſub pœna excomunicationis d. c. vt inquiſitionis, Decian. n. 14. imo ſi executionem contra hæreticos ſibi iniunctam prompte non fecerint excomunionem ipſo facto incurrent d. c. vt inquiſitionis §. prohibemus.

Si ergo domini Locumtenentes, & ſeu Iuſt. Arago. & alij iudices hæreticum per eos captum reſtituere, & tradere inquiſitoribus, eum vt talem petentibus, recuſauerint, in omnia
37 ſupradicta † incidiſſe videbuntur, nã primo videntur executionẽ traditionis ſibi iniunctam nolle facere, Secundo inquiſitores in executione ſui oficij impedire, quo minus illi proceſſũ contra hęreticum abſoluere, & perficere poſſint, eſt ratio in promptu, quia præſentiam hæretici habere debent domini inquiſitores ad eum interrogandũ, tã in capite proprio, quã alieno, nam ex vultu, modo reſpondendi,
38 † præſumptiones validas capere poſſunt, quas in abſentia rei vix attingere valet, denique deficiunt iudices ſeculares in pręſtatione auxilij, ad quã omnio tenentur d. iuribus ſub pœna excomunicationis incurrendæ, ergo præfatũ hæreticũ, & vt talem repetitum, tradere, & reſtituere tenentur, ad quod conſideranda multum ſunt verba commenti ad Aymericum 3. p. directorij de forma citandi abſentem commento. 33. pag. 464. lit. B. in modum ſequentem. *Hoc eſt prudenter, et diligenter obſeruandum cõtra Regulos, et quoslibet dominos terrarum qui vt neſcio quas ſuas immunitates tueãtur, non verentur inquiſitorum miniſtris ſe opponere, quoties illi reos huius criminis inueſtigant, non permitentes quemquam extrahi à ſuo territorio, intelli-*

gent

quet ergo hoc omnino licere inquiſitoribus, vt hic admonet Aymericus, quod ſaluberrimè iam olim ſanciuit Concilium Toloſanū † cap. 8. (a quo hæc
39 videtur auctor accepiſſe) in hæc verba, *Statuimus etiam, vt quilibet in terra alterius poſsit inquirere, et capere hereticos, et Ballini locorū teneantur eis præſtare auxilium, & fauorem, ita quod Ballinus Regis in terra commitis Tholoſani, & aliorum hoc facere poſsit, & comes Tholoſanus, et alij in terra Regis* hactenus verba Fräciſci Peñę quibus verbis fideliter per me relatis, tam Concilium Tholoſanum, quam Aymericus, & Peña conſtanter affirmāt
40 hæreticum, ſi petatur † ab inquiſitoribus, debere, & fore remitendum per iudices ſeculares eiſdem inquiſitoribus; in Hiſpania etiā id idem ſtatutum eſſe refert idem Peña vbi ſupra; ſubdens fore procedendum contra dominos tēporales, ſi his non paruerint, & etiam hanc ſententiam de extrahendis, & remitendis reis è territorio cuiuslibet, domini temporalis, procedere fauore fidei, etiam ſi extrahendus ſit ſubditus domini, ſed de hoc vide ſimilem ſanctionem per ſuū priuilegium fuiſse factā per Inno. 4. in eodem repertor. Aymerici in fine in tractatu literæ Apoſtolicę, &c. fol. 11. litera. D. & ſimiliter per Alex. 4. fol. 31. vbi alia extant priuilegia tā Federici. 2. Rom. Imperato, quā aliorum Rom. Pontif. quæ longum eſset referre, verum hanc oppinionem, &
41 ſententententiam comprobat † in terminis terminantibus Maſsuerus in ſua practi. titulo de remiſsionibus. numero. 14. vbi quærit, quid ſi quis detineatur captus per iudicem ſecularem ratione homicidij, vel alterius ſimilis delicti, & iſte talis repetatur per inquiſitores vt hereticus an erit tradēdus, & reſoluit quod ſic, ſi vt hereticus pe-
42 tatur, quia cognitio delicti hæreſis † ad Inquiſitores, & Diocęſanū pertinet priuatiuè, nō vero ad iudicē laicū; nequeab his diſcedit Azeuedo. li. 8. tit. 3. de los hereges num. 117. dicens, quod ex quo huius criminis cognitio, & deciſsio expectat priuatiuè ad iudices eccleſiaſticos, & non ad ſeculares, ideo
43 in quacūque parte iudicij ſecularis † inciderit huiuſmodi crimē, remittēda erit cauſa ad ipſos iudices eccleſiaſticos, etiam quod agatur coram ſeculari de remedio illo ſubleuandi vi oppreſsos, quod firmę, & etiam manifeſtationi affine eſse videtur, nam adhuc eis non obſtantibus totum negotium ad inquiſitores (intellige ſi id petant) remittendum eſt, vt dicitur infra.

Facit pro ſuperioribus, quia ſi vt dicit Maſsuerius vbi ſupra, hæc traditio
44 inquiſitoribus debet fieri † ob eā cauſam, vt hereticus ad cognitionem fidei reducatur, & ei penitentia ſalutaris imponatur, eiuſquę anima ſanetur. Sane hęc ratio dictat omnino eam debere fieri, nec denegandam fore, ſiue in vim manifeſtationis, firmarum, & cuiuſcumque remedij, ad ſubleuandū vi oppreſsos, vt elegantiſsime tenet Gaſpar Rodericus de redditi. lib. 1. q. 17. num. 75. dicens, quod nec ea, quę pertinēt ad hereticę prauitatis inquiſitores deferūtur ad ſenatum propter vim, & violētiā allegatā, ſicut nec proceſsus viſitationis, & correctionis religioſorū, nec negotia Bullę Cruciatæ, iuxta. l. 40. tit. 15. lib. 2. recopil. & l. 8. tit. 10. li. 2. eiuſdē, Septima. de catholi. inſti. tit. 36. nu. 2. Salced. capit. 102. addit. 1. verſ. & licet dictum remedium, &c. quorumratio eſt, nam ſi incar-
45 cere iudicis † ſecularis deberet cuſtodiri, magnum periculum imminere toti populo, & Regno, propter cōmunicationē, quā in dictis carceribus

habere ſolent omnes capti, & de facili poſſent iſti tales alios allocutione erroribus inficere, tum hæreſim prædicando, tum dogmata ſua peruerſa abſentibus ſcribendo, ſunt. e-
46 nim, † iſti ſerpentes hæreſis virus efflantes, & qui eos lætaliter inficiunt. ad quos accedunt, ſunt que venenoſi ac mortiferi ſcorpiones, geſtu, & habitu ſimplices, qui niſi de medio extirpentur, venena ſua infundent, inficient, & mactabunt; idque non difficiliter efficere ſolent ex quo præſeferunt quandam fictam, ac ſimulatam, exterius ſpeciem ac imaginem ſanctitatis, per quam facilius perſuadeant, & ſeducant, cum tamen reuera ſint vt ſepulchra exte-
47 rius † deaurata, quæ interius plena ſunt ex purſitijs, & cadaueribus mortuorum, nam omnis cogitatio eorum intenta eſt ad malum, omni tempore, & quaſi cancer, qui niſi in ini-
48 tio ſcindatur † paulatim ſerpit, & totum corpus inficit, de quibus vide, quæ dicit can. reſecandæ. 24. quæſt. 3. *Reſecandæ ſunt putridæ carnes, & ſcabioſa ouis a caulis repellenda, ne tota domus, Maſſa, corpus, et pecora ardeāt, corrumpantur, putreſcāt, et intereant. Ar-*
49 *rius in Alexandria † vna ſcintilla fuit, ſed quoniam non ſtatim oppreſſus eſt, per totum orbem eius flamma populata eſt*, vide tex. in capite. 1. de reformatione ſeſsione. 13. in Concilio. Tridentin. quæ omnia inconuenientia, & mala magis præcauentur, ac præueniuntur, in carceribus ſanctæ Inquiſitionis, quam in ſecularibus,
50 vbi detruſio in carceres fit † iuxta merita delictorum cuiuslibet, magis ac minus duros, ſecluſos, ac mediterraneos ad beneplacitū Dominorū inquiſitorum, prout qualitas criminis poſtulabit, vt videre licet per Aymeric. Et Peñam. 3. parte directorij, quæſtione. 58. 59. cumque iſta omnia inconuenientia ceſsent in carceribus ſanctæ Inquiſitionis, merito tam Romani Pōtifices, Doctores omnes, quam mayores noſtri in Regno ſtatuerunt, huiuſmodi hæreticos penes iudices ſeculares detentos, pro aliquo crimine quamtumuis grauiſsi-
51 mo, fore † reſtituendos, ac tradendos inquiſitoribus hæreticæ prauitatis eos repetentibus.

Pro Colophone his ſuper addatur conſtitutio illa perpetuo valitura ſanctiſsimi Pij. V. relata per Aymeric. in fin directorii inter alias conſtitutiones Papales ſub pagina. 135. incipit ſanctiſsimus, &c. vbi Pius Quin-
52 tus mādauit, *Vt negotia † fidei omnibus & ſingulis alijs præferantur, cum fides ſit ſubſtantia & fundamentum Chriſtianæ Religionis, idcirco omnibus militantibus ſub Republica Chriſtiana mandat ſub excomunicationis ſententia ipſo iure incurrenda, Vt Cardinalibus inquiſitoribus, ac eorum præceptis, & mandatis, in quibuſcumque, officium ſancta Inquiſitionis concernentibus, pareant, et obediant nec non Carceratos quoſcumque pro quibuſuis delictis, et debitis etiam atrocibus, apud dictum inquiſitionis officium quomodolibet delatos, vel denuntiatos, ſuſpenſa † aliorum criminum in-*
53 *feriorum cognitione, ad eoſdem Cardinales, et inquiſitionis carceres, ibidemque ad criminis heresis totalem cognitionē et expeditionem retinendos, et poſtea ad eoſdem officiales pro aliorum criminum expeditione remittendos, ſine mora traſmittant.* Ecce quomodo elegantiſsimis verbis Pius Quintus mandat hāc traditionē fieri debere de perſona hæretici nō obſtāte, quod apud iudices
54 ſeculares intētet † captus remediū ſuble-
uandi-

uandi vi oppreſſos, manifeſtationis,
firmę, & ſimiliũ, pro vt de regno Ca-
ſtellæ tradit Azeuedo vbi ſupra Si-
mancas de catholicis inſtitutio. c. 36.
n. 1. ibi nec ſub prætextu quidem ſub
leuandi vi oppreſſos, cũque illius con
ſtitutio vt canonica præualere debeat
omnibus ſecularibus legibus in ma-
teria hæreſis, vbique obſeruanda erit,
idque in regno noſtro factum fuiſſe,
& fieri debere tradunt foriſtę omnes,
ita Bardaxi ſub titulo de manifeſta-
tione perſonarum in præfationibus
n. 3. verſiculo non tamen, vbi aſſerit,
55 quod captus per † inquiſitores ex cau
ſa hæreſis non poteſt manifeſtari, vbi
quod idem erit, ſi inquiſitores dicant,
56 quod eſt delatus, † & denuntiatus pro
cauſa hæreſis, vel cauſa fidei, nam idẽ
erit in vtroque caſu, capite accuſa-
tus §. ſanè de hęret. in 6. idem antea
tenuit, referendo bonam determina-
tionem Molin. noſter in report. in
verbo captus per Iuſti. Arago. fol. 57.
vbi refert, quod in anno 1497. pro
parte inquiſitorum hęreticę prauita-
tis Locumtenentes Iuſtitię Aragonũ
fuerũt requiſiti vt remitterent, eis per
ſonã Iacobi de Rueſta capti apud dictã
curiam, idque infra viginti quatuor
horas, & facto verbo in conſilio, fuit
hoc diſputatum per Locumtenentes,
57 & determinatum per omnes † de cõ-
ſilio concordes, quod debebat dictus
captus remitti dictis inquiſitoribus,
& dicit Molinus quod in litteris re-
quiſitorijs narrabatur per inquiſito
res, quod dictus captus erat accuſatus
de hæreſi, & ex hoc infert Molina
quod ſi quis eſt captus per inquiſito-
58 res ratione hæreſis † non poterit po-
ſteà manifeſtari per curiam Iuſtitiæ
Aragonum, vtrumque ex eodem fon
te emanat. Idem Molin. in verbo ma-
nifeſtatio verſiculo quidam fuit cap-
tus fol. 220. in reportorio dicit,
quod ſi aliquis ſit captus ratio-
ne hæreſis apud inquiſitores;
non poteſt ab illorum manibus
extrahi per manifeſtationem, nec
appellitus manifeſtationis prouide-
59 ri, cuius determinationes † ſemper
fuerunt in regno obſeruatæ, & cuſto-
ditæ, & obſeruandas in iudicando
& conſulendo firmiter aſſeuero, pro
vt noſtris temporibus factum vi-
dimus, & antiquitus ſic fuiſſe pra-
cticatum legimus, vide in proceſſu
* Antonij Perez ſuper manifeſtatione
perſonæ die vigeſima quarta Madij
1591. & 24. Septembris eiuſdem an-
ni, vbi Locumtenentes Iuſtitiæ Ara-
gonum, inter quos erat Martinus
Baptiſta de la Nuça, tunc Locumte-
nens Iuſtitiæ Aragonum integerri-
mus, nuc autem Iuſtitia Aragonum,
& Ioanne Lopez de Baylo, pronun-
tiarunt Antonium Perez, & Ioan-
nem Franciſcum Mayorin, in carce-
re, manifeſtatorum detentos, & ab
inquiſitoribus ex cauſa fidem tan-
60 gente † repetitos, ad eoſdem inqui-
ſitores debitè & iuxta forum remit-
tendos fore, & hoc ipſum anteà in
pleriſque proceſsibus fuerat iudica-
tum, & pronuntiatum, vide in pro-
* ceſſu Michaelis Cuſcullan ſuper ma-
nifeſtatione perſonæ die 13. & 15.
* Madij 1560. & in proceſſu D. Ioan.
Franciſci de Ariño ſuper manife-
ſtatione perſonæ die 3. & 5. Iulij
1561. vbi fuit per Locumtenentes
Iuſtitiæ Aragonum officiali conſul-
tanti reſponſum in hunc modum,
*quod attenta reſponſione facta in pro-
ceſſu, & iterum repetita per in-
quiſitores, non debebat ad vlte-*
61 *riora † procedi in executione ma-
nifeſtationis perſonæ à poſſe dictorum
inquiſitorum, nec in executione
manifeſtationis ſcripturarum nota-
riorum, durante cauſa fidei, pro*

quæ aſſeritur captus, mandantes prædicta intimari omnibus officialibus Curiæ, reuocationem vero prouiſionis manifeſtationis per Dominos inquiſitores ſupplicatam, & in ſuis litteris petitam, cum attento eius thenore rite, & recte. & in nullius iuriſdictionis offenſam, aut impedimentum fuerit prouiſa, lo-
62 *cum † non habere, requirendo dominos inquiſitores ex parte Regis, quatenus ſine dilatione reuocent litteras, mandatum, & cenſuras in eis contentas, quatenus reſpiciunt reuocationem prouiſionis manifeſtationis, cum ſint per eos prouiſa, & decreta in euidentem læſionem Regiæ iuriſdictionis, etc. concedendo de prædictis litteras intimatorias,* vnus tamẽ de Dominis Locũtenentibus appoſſuit verba ſequẽtia *declarantes quo ad prędicta & durante dicta cauſa effectum manifeſtationis fore, et eſſe extinctum.*

Similem declarationem fecimus in Curia Iuſt. Arago. meis tẽporibus in proceſſu Hiero. Serrano, & ſeu Roderici Serrano ſuper manifeſtatione
* perſonę menſe Madij 1598. in quo fuit pro parte omnium inquiſitorũ hæret. prauit petitum in Camera Conſilij, quod attento, quod dicti erãt acuſati de delictis concernentibus fidem, quod ſuſpenderemus manifeſtationem
63 nem durante dicta cauſa † fidei, & fuit ſuſpenſa manifeſtatio durãte d. cauſa fidei, & quia capti erãt extra ciuit. Ceſaraug. in villa de Tauſte, & ibi cõmẽdati Iurato in vim manifeſtationis, ideo fuerunt cõceſſę literę de ſuſpenſione manifeſtationis, vt Iuratus, & iudex ordinarius dictę villę eũ traderẽt officiciali inquiſi.ionis & in hoc proceſſu officialis inquiſitionis cauit in ſuis literis repetitorijs de reſtituendo captũ iudici, qui eum habebat captũ finita cauſa fidei, quod bene nota.

64 Idem fuit pronuntiatum † in pro-
* ceſſu Balthaſaris Gomez, & Coſmę Pariente, & aliorum ſuper manifeſta-
* tione perſonarum menſe Iulij 1592. & in proceſſu Andreæ Bardaxi, nec non Ioannis de Villalua ſuper manifeſtatione perſonę, de menſe Iunij 1592. quę vltima exemplaria per te vide, nam prima vera ſunt, & concluſio veriſsima, & hoc non obſtante, quod le-
65 ges ſeculares † hanc remiſsionem denegarent, nam illę intelligendę ſunt in alijs criminibus, quam hęreſis, & ſic non in cauſa fidei, quia cum illa ſit pręcipua omnium cauſarum, & omnibus pręferenda, vt ſupra latè diximus, ideo indubio numquam eſt
66 † præſumenda comprehendi ſub prohibitione generali, idque ea ratione, quia ſi iudex ſecularis poſset eam denegare, ſub pretextu, quod hæreticum penes ſe detentum velit pro alio crimine punire, & morti tradere, anima ipſius hæretici periret, & ſine ſalute ad inferos perpetuo crucianda deſcenderet, quod Chriſtiana religio
67 † abhorret, quare ne hoc damnum ſequatur in republica Chriſtiana, optima ratione ſancitum eſt, tam per Romanos Pontifices, quam per DD. obſeruatum, vt iudex ſecularis dictam remiſsionem faciat, antequam poſsit pro crimine ſeculari reum punire, cum id poſtea facere poſsit eo ſibi reſtituto, prout Pius Quintus Romanus Pontifex decreuit, & cũ eo Maſuerus, & alij tenent, imo
68 licet leges ſeculares in ſpecie † prohiberent dictam remiſsionem, etiam in cauſa fidei, adhuc id non obſtaret, quia ea lex ciuilis non eſset obſeruanda, nam leges omnes, ſtatuta, & fori, quæ directè vel indirectè officium inquiſitorum, punitionem, & repetitionem hæreticorum quoquomodo prohibent, viribus carent, &

69 ipſo iure † nulla ſunt, & ſic obſeruari non debent à iudicibus ſecularibus, iuxta textum in cap. ſtatutum Ciuitatis de hæret. in 6. vbi id ita tenent Dominicus, Ancarran. Francus, & alij, Decianus, Syluester & & alij ſupra citati, Simancas c. 36. Carterius in pract. crimi. in tractatu de hæreti. verſ. circa itaque tertium n. 6. in quo dubitandum non eſt, nec amplius immorãdum. Minuſque dubitandum eſt an Rom. Pontif. poſsit

70 reuocare, † & annullare, ſeu nullas declarare has leges ciuiles, & ſeculares, quia licet regulariter id verum ſit non poſſe eas reuocare, cũ diſtinctę ſint iuriſdictione, & vna circa aliam intromittere ſe nõ debeat, vt diximus. in cap. 9. §. 1. latè, id tamen limitatur non habere locum in cauſa fidei, & hæreſis, nam cũ illa ſpiritualis ſit, &

71 per conſequens † exempta à iuriſdictione ſeculari de iure diuino, vt vtrũque cum multis comprobat Couarrub. practica. quæstion. c. 31. verſiculo prima concluſio, cum ſequent. & etiam omnes principes ſeculares ſint in ſpiritualibus, & Eccleſiaſticis rebus Summo Pontifici inferiores, non ſuperiores, nec æquales, ſecundum eundem Couarrub. vbi ſupra, verſiculo 4. concluſio, inde fit vt poſsit

72 Rom. Pontif. & † delegati ab eo eas leges quæ in cauſa hæreſis, & fidei, cõtrariãtur canonicis ſanctionibus, reuocare, & annullare, ſeu nullas declarare, & ſeu facere reuocari, & moderari, vide tex. in d. c. ſtatutũ ciuitatis vbi dicit *quod poteſtates, et rectores ſeculares teneantur ſtatuta ſecularia ſtatim exhibere inquiſitoribus; vt ſi tale inuentum fuerit, quod directè vel indirectè impediat, vel retardet officium inquiſitionis, reuocetur omnino,*

73 *† vel ſaltem eatenus moderetur, quod per illud inquiſitionis proceſſus non impediatur, vel aliquatenus retardetur,* hæc ſunt in ſubſtantia verba illius textus, vbi Ancharra. in ſecundo & tertio notab. dicit, quod Eccleſiaſticus poteſt cogere ſecularem, vt tale ſtatutum tollat, & ibi Geminian. & Francus, facit tex. in c. accuſatus §. ſacerdotes de hæreticis, neque hoc mirum, cum interpretari etiam poſ-

74 ſint inquiſitores quæcumque † ſtatuta Eccleſiaſtica, & ſecularia contra hæreticos edita, in vim conſtitutionis Innoc. quarto in hæc verba, *vt commiſſum vobis negotium ab Apoſtolica Sede exequi poſsitis liberius, in hac parte interpretandi ſtatuta Eccleſiaſtica, et ſecularia contra hæreticos edita, vobis authoritate præſentium concedimus facultatem*, Eſt & alia conſtitutio Alexandr. quarti, cuius theaor recitatur à Campeg. in additio. ad Zanch. cap. decimo ſexto collat 7. verſiculo ruſſus arbitrium, Decian. vbi ſupra cap. vigeſimo ſexto numero quarto & cap. 22. nume-

75 ro 22. vbi, quod † inquiſitores poſſunt tollere omnia ſtatuta, & conſuetudines impedientes officium inquiſitionis, pro quibus facit in argumentum cap. fin. de præſcriptio. cap. nouit vbi Nauarrus numero 16. 17. de iudi. cap. ſolitæ de maiorit. & obedienti. Zabarell. in Clemen. 2. §. porro de hæret. facit Couarrub. in regu. poſſeſſor 2. parte §. vndecimo numero 3. verſiculo hinc ſanè, vbi quod ſi agatur de peccato vitando, lex ſe-

76 cularis † cedit & ſubijcitur pontificię, quo ad vtrumque forum, glo. in d. regu. poſſeſſor quam ibi ſequuntur Francus & Anchar. Felin. in cap. Eccleſia col. decima ſexta & in c. primo de conſtit. & in cap. in cauſis col. ſecunda de teſtib. & eſt magis communis opinio ſecundum Couarrub. vbi ſupra Syluester in ſumma

Digitized by Google

pulo cauſa hæretici breuiter enarrari, eaque enarrata, perſona heretici tradi iudici ſeculari, a quo illico ſententia profertur, tamquam in hæreticū conuictum, & manifeſtum, hæc Simanc. idem ſequitur cum copioſa allegatione Vmbert. Locat in ſua praxi iudiciaria in verbo iudex, verſiculo ſed quid ſi laicus fol. michi 215. dicens, quod ſicut delegatus mandat ordinario, vt exequatur ſententiam ſuam, &
89 tunc ipſe, † cui nuda executio mandatur, cognitionem aſſumere non poteſt ſuper viribus ſententiæ, glo. non vult in c. ſignificaſti de officio delegat. ita ſimiliter iudex laicus, cui ſimilis executio commiſſa eſt per inquiſitores, vel requiſitus vt remiſsionem & traditionem hæretici faciat,
90 non poteſt ſe intromittere † ſuper iuſtitia vel iniuſtitia hæreſis, imo remota omni cognitione, compelletur per inquiſitores ad exequendum, & remittendum, glo. in c. 1. de officio ordinar. can. adminiſtratores 23. queſtione 5. cum alijs multis allegatis per Vmbertum vbi ſupra, Carrer. in tracta de hæret. §. circa itaq; tertium n. 4. vbi latiſsimè Brun. lib. 4. de hæret. c. 15. quod cum certiſsimū ſit in mero executore, vt debeat exequi, nō vero cognoſcere, ſine dubio id procedet in caſu noſtro, vbi iudex laicus merus executor eſt, in tantum, quod exequi teneatur, etiam ſi excommunicatus ſit, & iuriſdictionem habeat de facto tantum, non de iure, c. præſidentes de hæret. in 6. Sylueſter in ſumma verbo hæreſis 2. verſiculo tertium præſidentes &c. pagi. 484.

Sequitur Iulius Clarus hanc candem ſententiā in §. hæreſis verſiculo hoc crimen, vbi in tantum veram di-
91 cit hanc concluſionem, vt neque † poſsit iudex ſecularis, poſtquam ei traditus eſt aliquis de hæreſi condem natus, ſuper ipſo crimine aliquo modo cognoſcere, neque pœnam à iure impoſitam commutare & licet aliquę limitationes ad id tradātur per DD. ſecūdū Decia. vbi ſup. Simāc. vbi ſup. verū in Hiſpania, vix aut numquam recipientur, vt teſtatur idem Simancas ibi verſic. ab hac ſententia &c. quid plura? vbi deciſiones textuum clariſsimè ſunt, communes opiniones
92 receptę, † praxis in conſequentiam eorum ſic recepta, Laborioſi autem, magis quam ingenioſi, affectatores potius, quam ſectatores veritatis, querentes per riuulos, à fonte autem longè diſcedētes, & qui magis, inſeruiūt vulgo, quam ſcholæ ſcientiæ, tranſcribant ex voluminibus modernorū ingentem & copioſum numerum doctorum, quo paginas impleant, vulgares delectent, nos namque doctos tantum intendimus laboribus ſubleuare. Id autem omne vltra rationes ſupradictas, alijs fulcitur ſatis perſuaſiuis,
93 nam certum eſt † omne delictum per teſtes duos probari, quia in ore duorum eſt omne verbum l. vbi numerus ff. de teſtib. c. in omni extra de teſtib. Carrer. in practi. criminal. §. in textu ergo n. 1. fol. 71. quod vulgare eſt, & adeò certum, quod etiam in cauſa hæreſis † duo teſtes ſufficiant,
94 Cardin. in Clemen. 1. §. pænul. de hæret. vnus autem non ſufficiet, Cardinal. in clemen. 2. §. 1. eod. nam regula eſt quod duo ſufficiant ad probandum omne crimen, niſi vbi con-
95 trarium † reperitur conſtitutum c. licet vniuerſis de teſtib. Ioann. André. & alij in c. vt officium §. verum de hæret. in 6. Fæderic. de Senis conſil. 252. verſiculo ſecundo principaliter Boer. deciſ. 342. Fælin. in c. excommunicamus de hæret n. 27. Oportet
96 tamen, quod dicti duo teſtes ſint † omni exceptione maiores, & probent

Digitized by Google

plenè Brun. de hæret. lib. 4. c. 9. ſi
igitur dicto duorum teſtium poteſt
quis ad mortem condemnari, etiam
& de hæreſi conuinci, ergo multo for
97 tius aſſertione † duorum inquiſitorũ
de hæreſi atteſtantium, & reum ob
cauſam fidei repetentium, ex quo in-
quiſitores ipſi nõ vulgares homines,
ſed religioſiſsimi ſimul, ac litteratiſsi-
mi eſſe ſolent, nam ad illud officium
98 ſanctum, ac venerãdum, non † vulga-
res homines, ſed qui doctrina, pruden
tia, magniſque virtutibus fulgeant,
eliguntur, pro vt fieri quotidie in hoc
regno experimur, vnde Simancas de
catholicis inſtitutionibus c. 34. dicit
inquiſitores tales eligendos fore, qui
Deum timeant, & in quibus ſit veri-
tas, & qui oderint auaritiam, quæ om
nia in iudicibus populi Dei exige-
bantur, Exod c. 18. & quod prætereà
docti ſint, prudentes, maturi, qui nec
prætio, ac præce flectantur, nec amo-
re, timore, aut fauore moueantur, &
ad pronuntiandum nullo odio, nulla
offenſione, nulla leuitate ducantur, &
99 ita non poſſunt † eſſe minores ætate
quadraginta annis, Clemẽ. 2. in prin-
cipo vbi glo. de hæret. Decia. c. 22.
vbi ſupra n. 3. quod omne noſtris tẽ-
poribus obſeruatũ ſemper vidimus,
100 & in his, † qui nunc ſunt, lucere has
virtutes experimur, quare merito eo-
101 rum aſſertioni † ſtandum videtur, dũ
de hæreſi atteſtantur, id omne clariſ-
ſimum fiet ſi conſideremus, quod tũc
demum in dubiũ vertitur ac diſputa-
tur, an vnus iudex aſſertioni alte-
rius, & eius proceſſui ſtare debeat, ad
aliquid faciendum, quando ſcilicet
vterque eſt competens ad cognoſcen
dum de ea re, & ſic crimen eſt mix-
tum, nam tunc dicunt quod vnus iu-
102 dex † non tenetur ſtare aſſertioni al-
terius, ſed quod ipſe idem iudex de-
beat cognoſcere, & proceſſum face-
re, ſaltim incidenter, §. ſi vero crimẽ
in authentico de ſanctiſsimis Epiſco-
pis, quem declarat Decian. vbi ſupra
c. 25. n. 2. per tot. vide Paul. de Caſtr.
in l. 1. C. vbi cauſæ fiſcales, quod mul-
tũ bene nota ad alia multa, quæ quo-
tidie ſe offerunt dubitanda, veluti per
103 for. † nouum Tiraſſone anno 92. de-
negatur liberatio per viam priuilegia
tam homicidę proditionali, videamus
modo, ſi aliquis ſit condemnatus in
regia Audientia de homicidio prodi-
tionali, idque conſtet per ſententiam
ſeu eius motiua, an tunc Iuſtitia Ara-
104 gonum † & eius Locumtenentes te-
neantur ſtare huiuſcemodi ſenten-
tiæ, & motiuis ad effectum denegan-
di liberationem per viam priuilegia-
tam, an vero poſsint, & debeant no-
uum proceſſum formare ad perqui-
rendam hanc qualitatem, nam per
ſupradicta videtur, quod non ſit ſtan-
dum proceſſui regiæ Audientiæ, ſed
quod debeant ipſi Locumtenẽtes ali-
quem proceſſum facere, dicto §. ſi
vero crimen & d. l. 1. C. vbi cauſæ fiſ-
cales vbi Caſt. & alij quod multum
nota, & exactius conſidera, quo fun-
damento mouebantur legiſtæ ad de-
negendam remiſsionem inquiſitori-
105 bus † de perſona hæretici, verum ip-
ſi, & illa iura bene procederent in de-
lictis mixti fori, pro vt declarat De-
cian. d. c. 25. n. 2. at vero ſecus eſſet
106 vbi crimen † eſſet mere Eccleſiaſticũ,
& de ſola cognitione iudicis atteſtan-
tis, nam tunc aſſertioni illius ſtãdum
eſſet per neceſſe, ex quo alter iudex
cognoſcere non poſſet, aliàs delictum
remaneret impunitum, eſt tex. clarus
in §. ſi vero Eccleſiaſticum ſit deli-
ctũ in authentico vt clerici apud pro
prium Epiſcopum. Id tandẽ per Ale-
xan. 4. deciſum reperitur in conſti-
tutione ad extirpanda verſiculo offi-
cialibus vero, cuius verba ſunt *officia-*

libus

libus vero prædictis plena fides de his omnibus adhibeatur, quo ad eorum officium pertinere noſcuntur, ſine aliqua ſpecialiter præſtito iuramẽto, probatione aliqua in contrarium non admiſſa, vbi duo vel tres, ſeu plures præſentes fuerint ex eiſdem, ecce quomodo Ale-
107 xander ſtatuit † quod ſtetur aſſertioni duorum, aut trium officialium, & ſeu inquiſitorum in his, quæ ad eorum officium pertinent, ſine iuramento, probationeque in contrarium non admiſſa, quod confirmatur quia credendum non eſt inquiſitores hæreticæ prauitatis, viros alioqui ſan-
108 ctitate, & doctrinã pollentes, † crimẽ hæreſis alicui impoſituros, qui hæreticus non ſit, cum alioqui, vltra quod male exercerent officium ſuum, in eo delinquentes, & tamquam tales denũtiandi eſſent Sedi Apoſtolicæ, modis, & formis traditis per Decian. c. 24. n. 17. adhuc tamen ſi innocentem aliquem taliter infamarent, præter alias pœnas, quibus pro mẽſura delicti pu-
109 niendi eſſent, in ſententiam † excommunicationis inciderẽt, à qua niſi per Papam abſolui nequirent, præterquã in mortis articulo, & tunc non aliter quam ſatisfactione præmiſſa Clemen. 1. §. verum de hæreti. vbi Zabarel. & alij, Siman. de catholicis inſtit. c. 34. n. 19. Syluester in verbo excommunicatio ſeptimo, n. 29. vbi ſi inquiſitores odio, gratia, vel amore, prauitatẽ hæreſis, vel officij ſui impedimẽtum, alicui imponendo, præſumpſerint aliquem quoquomodo vexare, in excommunicationem inciderent, à qua non
110 poſſent † abſolui, niſi à Papa, præterquam in mortis articulo, ſatisfactione præmiſſa, Carrer. in tractat. de hæreti. §. de cuius nu. 14. vbi late; vnde concludendum eſt, nobili præſumptione, quæ ſi cuilibet vulgari homini fauet, magis fauere debet viris in tanta dignitate conſtitutis, quod aſſertioni dominorũ inquiſitorũ in his ſtãdũ ſit, tamquam in re, quæ ab eorũ cognitione ſolũ pendet, & propter alias rationes ſupradictas.

Facta autem hac remiſſione domi-
111 nis inquiſitoribus; † poteſt & debet Locumtenens Iuſtitiæ Aragonũ procedere, & cognoſcere vlterius de cauſa contra dictum captum, pro vt tenet Molin. in verbo captus fol. 57. 4. col. in fin. ibi & *quod debebat cognoſcere &c.* cui non obſtat id, quod
112 habetur in cõſtitutione Pij † V. vbi habetur, quod debet fieri remiſſio ad dominos inquiſitores, ſuſpẽſa aliorũ criminum cognitione, nam illud intelligitur quo ad effectum, ne impediatur remiſſio, vnde ea non impedita, ſed potius facta; videtur quod ſit procedendum vlterius in cauſa, alias reportaret hæreticus ex ſua malitia commodum, & fauorem, neque de-
113 bent † inquiſitores in ſimili remiſſione cautionem aliquam præſtare, de iterum tradendã, ſeu reſtituenda perſona præmiſſa, vt eam pro delicto ſeculari puniãt, nam id omne committendum eſt arbitrio eorum; cumque id neque ſacri Canones, neque Papales conſtitutiones expoſcant, nec iudices ſeculares petere debent; pro vt numquam petierunt; cum in omnibus remiſſionibus ex cauſa hæreſis factis, & ſupra allegatis, nec in alijs quibuſcũque, tale quid, nec legatur, nec videatur, nec ſubeſſe poteſt ſuſpitio aliqua, quod per dominos Inquiſito-
114 res extrahatur à regno talis captus; † cũ hoc ſit ſpeciale in cauſa hæreſis, cũ remiſſio non fiat de prouincia in prouinciam in eo crimine, ex quo hæreti-
115 cus vbicumque † delinquit, & vbicumque puniri debet Simanç. c. 2. n. 3. Carre. §. nunc de pœnis n. 16. Iacob. Butr. in l. Arrianũ C. de hæreti.

Decian.

Decian. c. 20. n. 53. quod tamen declarat Couar. pract. queſt. c. 11. n. 12. quo modo accipi id debeat. licet in proceſſu Hieronymi Serrano vbi ſupra, præſtita fuerit cautio, voluntarie tamen, Verum tamen eſt, quod domini Inquiſitores hæretico punito,
116 & reconciliato, † debent eundem reſtituere domino temporali, vt cũ pro delicto ſeculari puniat, ita Maſſuer. in practic. titulo de remiſsionib. n. 14. vbi id expræſsè tenet, Hoc idem ſtatuit conſtitutio Pij V. relata per Aymeric. in directorio, inter litteras Apoſtolicas ſub pagina 135. exorditur *ſanctiſsimus*, vbi in fin. ibi *Ad eoſdem Cardinales, & Inquiſitionis carceres, ibidemque ad criminis hæreſis totalem cognitionem, & expeditionem, re-*
117 *tinendos, & poſteà † ad eoſdem officiales* (loquitur de ſecularibus) *pro aliorum criminum expeditione, remittendos, ſine mora tranſmittant*, ecce quomodo Pius V. mandat hanc reſtitutionem fieri de perſona hæretici, cauſa fidei finita, idque idem cautum eſt in hoc regno in quadam concordia authoritate Regis, ac Inquiſitoris generalis ſanctæ inquiſitionis inita, & pactata, inter officiales regios, & miniſtros ſancti Officij, poſita que in fine actuum curię, vbi cauetur in verſiculo itẽ que los Inquiſidores fuera de los caſos &c. in modũ
118 ſequentem *Item que † ſi acaeciere que alguna perſona, que eſte preſa en las carceles Reales, fuere repetida por los Inquiſidores por coſas tocantes al crimen de la heregia, ò dependientes de ella, que en caſo que las dichas perſonas no ajan de ſer relaxadas a la juſticia, y braço Real, en tal caſo los Inquiſidores acabadas y fenecidas por ellos las cauſas de los que aſsi huuieren repetido, los remitan, y tornen a la carcel, de donde fueron traydos a la Inquiſicion*, Et hæc concordia
119 † obſeruatur & eſt in vſu, nam multoties domini Inquiſitores reſtituerunt perſonas ſibi remiſſas, iudicibus ſecularibus, vt pro criminibus ſecularibus puniantur.

In eadem tamen concordia, & verſiculo cauetur in modum ſequentem *Item que los Inquiſidores fuera de los caſos del crimen de la heregia, ò depen-*
120 *dientes de ellos, no impidan † a los Iuezes Reales la execucion de ſu juſticia, con perſonas, que no ſean de la iuriſdicion del ſancto Officio, con occaſion que los dichos Inquiſidores digan, que los tales delinquentes han cometido delictos, cuyo conocimiento les pertenece, ſino que libremente occuriendo ſemejantes caſos, y hauiendo preuenido la juſticia ſeglar en la priſion, dexen a los Iuezes ſeglares hazer ſu juſticia, pues podran deſpues proceder ellos al caſtigo, y punicion de los tales delinquentes*, hæc ille verſiculus ex quo deſſumitur alia regula, diuerſa à ſuperiori videlicet.

SECVNDA REGVLA.

Quod extra cauſam fidei, & hæreſis, & extra perſonas quæ ſunt de iuriſdictione ſancti Officij, quales ſunt
121 familiares, ſi aliquis detineatur † captus per iudices ſeculares pro aliquo crimine ſeculari, non poterit repeti per Inquiſitores hæreticę prauitatis, ſubprætextu alicuius criminis commiſſi, cuius cognitio ad eoſdem pertinere dicatur, & ſi forſam repetatur, non erit tradendus Inquiſitoribus, ſed detinendus, & puniendus apud ſe-
122 cularem iudicẽ, imo captus † ad hũc effectum poterit ſe facere manifeſtari, & alijs debitis remedijs vti, quia cum tunc non ſimus in cauſa fidei, & hæreſis, & in dependentibus ab eis, ceſſabunt in tali caſu omnia priuilegia

gia in fauorem fidei conceſſa, & ſic iure ordinario tunc res erit decidenda,
12, cauſa tamen per ſecularem finita, † & punito reo, relaxabitur Inquiſitoribus, vt eũ puniant, & de cauſa cognoſcant; quæ regula non ſolum concordata eſt in hoc regno, ſed & idem eſt de iure, vt ſi quis detineatur captus apud vnum iudicem ratione alicuius criminis, ſi poſtea per alium petatur ratione alterius criminis, etiã grauioris, non debet remitti, ſed detinebitur per iudicem, qui proceſſum faciet, & debita pœna coercebit, hoc
124 autem facto ad alium remittet, † qui ſimiliter pro ſuo delicto puniat, ita probatur in l. ſi cui crimen §. fi. de accuſat. vbi ſi quis ſacrilegium committit in vna prouincia, & in alia poſt aliud delictum leuius, vbi capiatur, debet ibi prius puniri, & non remitti ad aliam, vbi ſacrilegium fuit commiſſum; quouſque cauſa captionis abſoluta ſit, qua abſoluta remittetur ad aliam prouinciam, vbi puniatur, ad idem tex. in l. ſi quis ſeruus §. qui exhibendi ff. de cuſtod. reorum, vbi qui propter vnum crimen detinetur captus, propter aliam cauſam reuocari non debet, niſi primo iudicio abſoluto, ita eleganter Boſſius in titul. de foro competen. n. 58. vbi in hæc verba quod ſi diuerſa delicta ab eodem patrata ſint, & vnus iudex veluti Mediolani ſuper vno procedat, & Capita-
125 neus ſuper alio, tunc finito † per vnũ proceſſu fit remiſsio ad alium, vt ipſe etiam finiat ſuum, & ita quotidie ſeruatur ſecundũ eũ ita Bar. in d. l. ſi cui vbi ſupra Iul. Clar. §. fin. queſtione 38. verſiculo hæc autẽ omnia, vbi, quod ſi agatur de pluribus delictis per eundem reum commiſsis, ſuper quibus duo iudices procedant, vtiq; finito proceſſu per vnum, fit remiſsio eius ad alium, vt & ipſe ſuum proceſſum finire poſsit, hæc ille. Guido Papæ deciſione 201. verſiculo 5. etiam Caſſaneus in conſuetudi. Burgund. rub 12. §. 1. n. 15. Iacob. de Beluis in c. Romana §. contrahentes n. 121 de foro competen. in 6. Abbas in c. ſi 1. de foro competent. Fulgo. in l. 1. C. vbi de crimi. agi opportet, quem refert, & ſequitur Alexand. in l. à Diuo pio §. 1. n. 4. in fin. de re iudicat. Ancharra. in c. poſtulaſti nu. 12. de for. competen. & ibi Maria. n. 14. Decia. vbi ſupra c. 25 n. 2 per tex. in §. ſi vero crimen. in authentico de ſanctiſsimis Epiſcopis, qui omnes dicũt quod ſi iudex domicilij, vel originis preue-
126 nit, procedendo † contra delinquentẽ, non tenebitur remittere, antequã condemnet, vel abſoluat nam vbi plures habent iuriſdictionem in aliqua perſona, vel cauſa, locus eſt præuentioni, l. ſi pluribus delegat. 1. l. vbi cœptũ de iudi. merito igitur in quibuſcumque criminibus, præterquã in crimi-
127 ne hæreſis, † remiſsio fieri non debet, niſi prius iudex qui reum captum tenet, propter delictum in ſuo territorio commiſſum cognouerit, & puniet ipſum reũ, quare in propoſito noſtro, quando remiſsio petitur ab Inquiſitoribus ex alia, quam fidei cauſa, & ſic captus hæreticus non eſt, nec ob eã cauſam repetitur, ſed ob aliud delictum in aliquem officialem ſancti Officij perpetratum, vel ob aliud
128 ſimile, tunc † ea remiſsio fieri non debet Inquiſitoribus hæreticæ prauitatis niſi prius puniatur per iudicem laicum captus, quo punito debebit reſtitui, quod in tantum verum eſt, quod
129 ſi captus veniret † liberandus à poſſe iudicis ſecularis tanquã nulliter captus, deberet liberari, & poni in ſua libertate, non obſtante repetitione Inquiſitorum, ſic fuit pronuntiatum in
* regno in proceſſu Petri de Viuera nec

non

non Ioannis Michaelis Anchias ſuper manifeſtatione perſonæ, decima quarta Nouembris 1583. referente Portoles in tractat. de liberatione per viam priuilegiatam §. 3. n. 27. in quo proceſſu fuit declaratum, pronuntiatio-
130 nem Regentis † Cancellariam, qua dixerat Ioannē Michaelem Anchias per viam priuilegiatam liberandum fore, & cum his remitti debere dominis Inquiſitoribus, qui captum recomendarunt, non ſufficere, nec foralē eſſe, & ea pronuntiatione non obſtante, prædictum Anchias etiam non obſtāte dicta recomēdatione à dominis Inquiſitoribus facta, per curiam Iuſtitiæ Arago. abſque remiſsione prætenſa, per viam priuilegiatam liberari cum effectu debere, pro vt liberatus fuit, ſimili etiam modo, in alijs duobus proceſsibus, vbi non agebatur de cauſa fidei, atteſtatur factum fuiſſe, Bardaxi de manifeſt. perſon. in præludijs n. 3. verſ. non tamen dari debere &c. quod omn imodā dubitatione caret.

Vnde multum intereſt an quis re-
131 petatur per dominos Inquiſitores † ex cauſa fidei, & ex cauſa dependente ex fide, vel ex alia cauſa ſeparata, nam in primo caſu reus remittēdus eſt ſtatim, nulla cautione præſtita dominis Inquiſitoribus, in ſecundo non, niſi poſtquam captus fuerit punitus per iudicem ſecularem, Horum occaſione fuit dubitatum, quid ſi domini Inquiſitores in ſuis litteris repetāt cap-
132 tum † pro negotio Inquiſitionis, ſeu tāngente officium Inquiſitionis, an tunc cenſeatur repetitus ex cauſa cōcernente fidem, & ei annexa, an vero ex alia cauſa ſeparata, aliquibus dicentibus primum cenſendum fore, leui illo argumento ducti, quià poſtquā textus in c. ſtatutum Ciuitatis dicit, quod officium Inquiſitionis non poteſt directè, vel indirectè impediri per aliquam legem ſecularem, declarant ibi DD. Francus n. 1. Dominicus, & alij negocium fidei non arctari ſtatu-
133 tis laycorum, & ſic negotium † inquiſitionis accipiunt ibi pro negotio fidei, maxime, quia Inquiſitoribus ſolummodo committitur cauſa fidei, vt dicit Bardaxi vbi ſupra verum hoc argumentum leuiſsimum eſt, quia dictum caput ſtatutum dixit negociū Inquiſitionis hereticæ prauitatis, &c. Vnde neceſſario de cauſa fidei, & hæreſis loqui intelligendum eſt, & ſic DD. in eo textū bene interpretantur negocium Inquiſitionis, hoc eſt negocium fidei, & ſic contrarium eſt dicē-
134 dum, † quod niſi domini Inquiſitores id exprimant, ſcilicet ex cauſa fidei, vel fidem tangente repetunt, nō id præſumendū ſit, imo maximè cauti ſunt in hoc domini Inquiſitores, tamquam prudentiſsimi, litteratiſsimi, atque religioſiſsimi, qui nūquam vnum pro alio atteſtari ſolent, ſed iuxta rei veritatem, vnumquemque repetunt ex ſua cauſa, prò quo videndus eſt proceſſus D. Ioan. Franciſci de Ariño, ſuper manifeſtatione vbi ſupra, vbi de maxima circūſpectione dominorum Inquiſitorum multa tibi patebunt, idque non mirū ſupponendo, quod per ſupradictam concordiam, verſiculo item que los Inquiſidores fuera &c. diſpoſitū ſit,
135 quod in cauſa † fidei ſtatim repetant domini Inquiſitores, poſtmodū reſtituturi captum iudicibus ſecularibus, vt eum puniant.

At in cauſis, quæ non ſunt de fide, nec tangunt hæreſim, nec dependent
136 à fide, non debent † captum ſtatim repetere, ſed expectare, vſque quo per iudicem ſecularem captus, ſit punitus, & iſtud ſecundum hanc concordiam eſt

eſt ſine dificultate. Cauſę autem a no-
137 torio extra fidem † multę eſſe poſ-
ſunt veluti delicta commiſſa in ri-
xa, ex priuata inimicitia, & non fau-
torando, receptando, credendo, impe-
diendo, defendendo, & alijs ſimili-
bus modis, de quibus Symancas de
Catholicis inſtit. capit. 15. Vmbertus
Locati in praxi inquiſitorum verbo
ſuſpitio. Reporto. inquiſit. verbo in-
iuria Directorium Aymerici 2. parte.
quæſtione. 54. de impeditoribus of-
ficij inquiſitio. & quæſtione. 55. 56.
Decianus vbi ſupra capit. 22. qui om
nino vidēdi, extra quos caſus omnes,
multa crimina occurrere ſolent. † quę
138 committi poſſunt per perſonas non
hæreticas, neque aliquo modo ſuſ-
pectas, ſed Chriſtianas, & maxime
fidem colentes, veluti in rixa ex
priuata inimicitia, vt cuique faci-
le eſt intueri, quam rem non am-
plius extendere viſum eſt, cum requi-
reret longum tractatum, & apud ſup.
d. Doctores videre facile ſit, illud
tamen certum eſt, quod ex cauſa hę-
reſis procedere poterunt Domini In-
quiſitores non ſolum contra eos, qui
139 hæretici ſunt, vt notiſsimum eſt, † ſed
etiam contra diffamatos tantū de hę-
reſſ. ſecūdum Aymericum in directo.
ſecunda parte quæſtione. 57. Nam &
140 his purgatio † canonica indicenda
eſt iuxta. capit. inter ſolicitudines
extra de purga. cano. imò & proce-
dent ex cauſa hæreſis contra creden-
tes hęreticorum, qui ad minus ſuſ-
pecti ſunt de leui, vel vehementi, ſe-
cundum quod maiora, vel minora
in eis indicia apparebunt, quibus ſi-
141 militer † purgatio indiceda eſt, iux-
ta, caput excommunicamus primo.
§. qui vero inuenti fuerint ſola ſuſ-
pitione notabiles de hęret. libro ſex-
to, & eodem modo contra recepta-
tores, defenſores, & fautores hære-
ticorum, de quibus in capit. quicum
que. §. 1. & §. hæretici de hæret. in
6. vbi Archidiacon. Ioann. Andræ.
& alij & in capit. in fidei fauorem in
capite. vt officium. §. 1. & capit. vt
comiſſi §. fin. & capit. ſtatum §. 1.
eo Aymeric. ſecunda parte directo-
rij quæſtione. 50. 51. 52. 53. vbi mul-
tum benè, nam & hi in ſuſpitionem
142 † etiam incidunt, vt in locis ſupra ci
tatis apparet, & per Vmbertum Lo-
cati in verbo ſuſpitio, Simanc. de
Catho. inſtit. capite. 15. Arnal Al-
bertin. de agnoſcen. aſſertionibus ca-
tholicis. quæſtione. 34. numer 46. Re-
partor. inquiſit. verbo fautores fol.
michi 331. cum ſequent. nam licet ex
143 leui ſuſpitione regulariter † iudex mo
ueri non poſsit, quia temeraria illa
dicitur, nec ſufficit ad actum, minus
que conuincit animum huc, quam il-
luc, ſed eum ancipitem tenet Meno-
chi. conſ. 518. numer. 19. in 6. tamen
144 in crimine † hęreſis ſpeciale eſt, vt
pro leui ſuſpitione poſsit procedi, &
inquiri ſecundum Decian. tomo pri-
mo cauſarum criminalium lib. 5. cap.
20. numer. 21. probatur in cap. vt of-
ficium, & ibi Franc. numer. 1. de hę-
ret. in 6. Carrer. de hæret. in praxi
verſ. circa igitur tertium numer. 40.
fol. mihi. 271. vbi licet aliàs leui ſuſ-
pitioni non ſtetur, tamen in hoc cri-
mine ſtatur ad finem procedendi; &
formandi inquiſitionem, imo his ſuſ-
pectis purgatio indicenda eſt, vt per
ſupradictos patet, & an ex præ-
145 ſumptione vehementi, & violenta †
condemnetur quis ad pœnam ordina
riam, vel extraordinariam, vide
per ſupradictos Doctores in locis ſu-
pra citatis, maxime Menochi, vbi
ſupra Decianum numero. 23. vbi ſu-
pra, Ex quo ſequitur, quod contra
omnes ſuſpectos de hereſi proce-
dent Domini Inquiſitores, ſicut

contra diffamatos, indicendo eis purgationem, vel abiurationem, vt latè Aymeric. ſecunda parte, queſtione 46. & 47. vbi, & in commentis latè Vmber. Locati in verb. hæretic*, verſ. nota etiam pag. 137. vbi benè in quas ſuſpitiones ſecundū magis, & minus, incidunt omnes fautores, receptatores, deffenſores hæreticorum, & ſimiles ſecundum Aymeri. in d. queſtione 46. cum ſequentibus, Vmbertus Locati vbi ſupra, in verbo ſuſpitio; Similiter dicendum eſt de impeditoribus officij ſanctæ Inquiſitionis, contra quos † procedent Domini Inquiſitores, tamquam ſuſpectos de hę-
146 reſi. ſecundum Aymeric. dicta ſecunda parte directorij, queſtione 54. vbi commentum in verſi. & tales, &c. Reporto. Inquiſit. in verbo iniuria, Vmbertus Locati in verbo impedientes, vbi quod tales impedientes, officium Inquiſitionis incidunt, in ſuſpitionem hæreſis, ſeu fautoriæ, & excommunicationē incurrunt, vt id omne probatur in capit. vt Inquiſitionis. §. fin. & in capit. vt officium, §. denique de hęret. in ſexto, idque iuſtiſsimè ſancitum eſt, tam per ſacros Canones, quam ſpeciales Romanę Eccleſię conſtitutiones, quia
147 qui impediunt † ſacrum Inquiſitionis officium, ad fautores accedunt hęreticorum, & vltra quod ſuſpitionem hæreſis, & fautorię contrahunt, ſi non poſſent Inquiſitores eos punire, non poſſent comodè hęreticam prauitatem extirpare, & omnia poſ-
148 ſunt iudices, ſine quibus † cauſa expediri non poteſt, & quæ ad ſuam iuriſdictionem exercendam pertinent, capit. pręterea capit. ſignificaſti cap. prudentiam §. vltimo de officio delegat. gloſ. in capit. primo, verbo impedire de officio delegat. l. 2. de iuriſdict. omnium iudic. & poteſt iudex punire exceſſus cōmiſſos contra, & circa eius officium, Aymeric. & Vmbert. vbi ſupra, de quo extat hodie reſcriptum Pij V. quod exorditur. Si de protegendis, &c. relatum per Aymeric. in fin. directorij, inter alias literas Apoſtolicas, ſub pagin. 135. vbi grauiſsimę pœnę decernuntur contra id genus impeditorum, qui fecerint aliqua ex his, quæ illic exprimuntur, idque procedit, ſiue directè, ſiue indirectè impediant, vt in capit. vt Inquiſitionis §. prohibemus de heretic. in ſexto, pro vt declarat Aymeric. & alij vbi ſupra, in quibus
149 † omnibus cauſis hęreſim tangentibus remiſsio facienda eſt Inquiſitoribus ſtatim, cum ab eis petita fuerit, vt in capit. vt Inquiſitionis ibi ſtatim recipiant indilate, &c. quod idem cauetur in conſtitut. Pij V. Incipienti ſanctiſsimus vbi in fine dicit, ſine mora remittendos eſſe hęreti-
150 cos, vnde iudex ſecularis † nullam dilationem ex his, quę in negotijs ſecularibus ſeruantur, attendere debet, ſed ſtatim remittere, ne alias pœnam excommunicationis incurrat, dict. §. prohibemus cum ſequenti, vbi Francus, & alij Simanc. vbi ſupra cap. 36. num. tertio & quarto, Carrer. vbi ſupra, verſic. circa ſecundum numer. 56. Sylueſter verbo hęreſis ſecundo numer. octauo, verſic. ſextum, &c. cum ſequentib. Report. Inquiſit. verbo executio, & omnes alij, quos ſupra allegauimus ad probandum, quod iudex ſecularis non poteſt ſe intromittere de meritis cauſæ hęreſis, cuius ratio eſſe poteſt, quia cum ipſe
151 de cauſa cognoſcere † non poſſit, nulla legitima cauſa ſubeſſe poteſt, differendi executionē, maximè, quia quādiu extra manus Inquiſitorum eſt hęreticus, poteſt ſuo ſibillo alios inficere, venenum ſuū, tanquā ſcorpio, & vipe

ra euòmendo, foraſque eiiciendo, quod tamen non ita ad literam accipiendum eſt, vt incontinenti eam remiſsionẽ faciat iudex ſecularis, ſine aliquo curriculo tẽporis, nã imo pote
152 rit † aliquod breue tempus pro qualitate negotij moderandum, ſibi aſsumere ad remiſsionem faciendam, nec ob id dicitur differre negotium, quod remiſsionem, & executionem ſibi iniunctas incontinenti non faciant, nam vt dicit Franciſcus Peña ad directorium Aymerici. 3. parte quęſtione 36. in hoc obſeruanda eſt conſuetudo cuiuslibet prouintiæ, vnde ipſe dicit non eſſe negligentes, nec velut fautores hęreticorum puniendos ma-
153 giſtratus, qui † per quinque dies diſtulerint hęreticorum ſupplitium, nec etiam ſi differant per ſex, licet per plura reſcripta per eum ibi adducta, & per reſcriptum Pij V. hęc fieri debeant promptè, indilatè, & ſtatim, nam dictiones illę, licet de ſui natura excludant omne interuallum, Alexand. in l. 1. §. qui præſens de verb. obligat. Iaſſon. in l. diuortium. numer. 13 ſolut. mat. ad huc tamen
154 illud † ciuili, & politico modo accipiendum eſt, vt aliquod temporis curriculum longius, aut breuius, ſecundum negotij qualitatem, & occurrentiam caſus, neceſsarium non excludatur. Abbas. in capite an ſit defferendum. numero. 8. de appel. Alexand. in d. l. 1. §. ſi præſens de verbo obligat. Decius in cap. prudentiam. §. 6. 3. notab. de officio delegat Aymon conſ. 156. num 17.

Quæ executio, ſiue remiſsio facienda per iudices ſeculares, tam priuilegiata eſt, vt licet ipſi iuriſdictionẽ habeant de facto, potius quam de iu-
155 re, † & excomunicati ſint, & aliquos alios deffectus patiantur, nihilominus tenebuntur, & debebunt exequi, & remittere, & geſta per eos valebunt, vt in cap. præſidentes de hæret. in 6. Carrer. in tracta. de pœnis verſ. nunc de pœnis numer. 31. Franc. & alij in d. capit. pręſidentes Syluester in verbo hereſis. 2. numer. 6. & ſecundum iſta idem erit, etiam ſi ab hæretico,
156 recuſetur vt ſuſpectus ipſe iudex † ſecularis, quia cum ſecundum ſuperiora merus executor ſit, recuſari non poterit, & multo minus, ne exequatur officium ſibi ab inquiſitoribus in
157 iunctum, & merum † executorem non poſſe recuſari eſt clarum cap. nouit vbi Franc. Abb. Decius, & alij de appellat. Abb. in cap. ſuper quęſtione. numer. 5. de officio delegat. vide
* in proceſſu Antonij Perez ſuper manifeſtatione perſonę, die 24. Madij 1591. vbi id fuiſſe declaratum comperio

Et licet in impeditoribus officij ſanctę Inquiſitionis, ſiue directè, ſiue indirectè, quando impediunt, in officio, & ex cauſa officij, & ſeu in executione officij ad illud impediendum, non eſt dubitandum, & certiſsi-
158 mũ eſt, quod inquiſitor † habet iuriſdictionem contra talem, tamquam impeditorem officij, & exercitij illius, quo caſu loquuntur cap. vt officium. cap. vt commiſsi cap. vt inquiſitio. § fin. de hęret. in 6. Symanc. Vmbert. Locati in verbo impedientes & in verbo ſuſpitio Report. inquiſit in verbo iniuria, & in verbo fautores Aimeric. 2. part. quęſt. 54. vbi Peña omnino videndus, (& quid quando iniuriatur officialis in executione officij, ſed non vt † officium impediatur vide Card. in Clementina prima. quæſtione. 4. de hæret.) tota

tamen difficultas eſt circa hos impeditores, quando iniuriatur officialis, non in exercitio officij, an offendens vel occidens officialem, aut miniſtrū
160 inquiſitionis, † non vt officalem, aut miniſtrum, nec ex cauſa officij, ſed propter priuatā inimicitiam, quę non habuit ortum ex cauſa officij, ſciebat tamen eum eſſe officialem, poſsit iſte talis ab Inquiſitore puniri tamquam offendens, perturbans, aut iniurians officium ſanctę Inquiſitionis, & ſic tamquam impeditor officij, in qua re variè per DD. ſancitum eſt, aliqui nāque tenent, quod iſte non ſit turbator, nec impeditor officij, & quod contra eum tamquam talem procedi nō poſsit, ſupponendo, quod Inquiſitoribus datur cognitio contra impeditores, ex eo, quia impediunt officium ſanctę Inquiſitionis, vt ſupra diximus ad probari tam ſpecialibus priuilegijs, quam canonicis conſtitutionibus, quo facto ſuccedit regula illa certiſsima de iure, quod vbi datur præ-
161 rogatiua † vni ratione certi officij, illa prærrogatiua nihil operatur, quatenus ille aliquid quærit, vel facit extra officium, ita Felin. in cap. ſi quando, numer. 2. verſi. ſecundo fallit de officio delegat. ita Bart. in extrauag. Qui ſint rebelles ſuper verbo rebellando in principio, dicens, quod ſi offi-
162 cialis facit extra officium aliquid, † & reſiſtitur ei non eſt rebellis reſiſtens, ſed benè eſſet rebellis ſi reſiſteret in officio, ita officiales Papæ, qui non tenentur reſpondere niſi coram Papa, ſecundum Felinum, vbi ſupra, procedit, quando per hoc turbatur eorum officium, quod ſi officium non exerceant, poſſent tunc conueniri etiam apud alios iudices, vt ibi, Alia in confirmationem allegat Felin. ibi, per quæ videtur colligi, quod ſi officialis, ſeu familiaris Inquiſitionis offendatur per alium extra exercitium Inquiſitionis, quod tunc non debet cognoſcere Inquiſitor, facit elegans doctrina Bald. in capit. primo numer. 9. de officio delegat. vbi quærit, an delegatus Papę poſsit punire illum, qui offendit miniſtrum eius, puta Aſſeſſorem, vel Nuntium, & reſpondet quod ſic, ſi tamen offendit eum vt executorem officij, ſecus ſecundum eum, ſi ideo offendit, quia erat eius inimicus,
163 † nam tunc delegatus non poterit eum punire, tamquam impeditorem officij, iuxta terminos illius cap. primi de officio delegat. concordat cum his Paris de Puteo de ſyndicat. in verbo an ſi poteſtas numer. decimo ſexto, vbi quærit an offendens poteſtatem tempore ſyndicatus, vel familiam ſuam, puniatur, † ac ſi offen-
164 diſſet tempore officij, dicit quod ſic, quia adhuc remanent reliquiæ officij, quod tamen ſecundum eum, ita verum eſt, ſi eſſet offenſus occaſione officij, ſecus aliàs, cum quibus concordat id, quod omnes tradunt in materia ſyndicatus, & Paris de Puteo, in verbo iudices, numer. ſexto,
165 quod poteſtas ſyndicatoris, † circa ſyndicandos officiales verificatur in commiſsis prætextu officij, vt de ſententijs malè latis, Baraterijs, & ſimilibus, quod ſi verè iudex ſyndicatus delinquerit extra officium, puta
166 adulterando, non pertinebit † ad ſyndicatores per viam ſyndicatus, ſed punietur iure communi attento, vt alius quilibet delinquens, vide in ſpecie ſingulariter Bart. in l. Hoſtes columna penultima, ff. de captiu. Et Baldum in l. 2. C. vbi de ratiocin. agi oportet, vbi quod de commiſsis extra officium, non poteſt quis

quis ſicut officialis ſindicari, † niſi quādo occaſione officij deliquiſſet, veluti ſi concubuerit cum muliere citata, vnde videtur, quod ſi iniuria fiat officiali ſanctę inquiſitionis, non vt officiali, nec officiando, ſed vt tali priuatæ perſonæ, ex cauſa inimicitię, vel alia priuata cauſa, non dica-
168 tur tunc fieri † iniuria officio, nec impediri officium directè, vel indirectè, & per conſequens videtur, quod in quiſitores contra hunc, tamquam inquiſitores procedere non poterunt, Superioribus fauet tex. in l. fulcinius §. 1. & 2. ff. ex quibus cauſis in poſſeſ. eatur. & §. aduerſus, & §. illud in eadem l. vbi non ſufficit debitorem latitare, vt miſſio contra eum ad petitionem creditoris fiat, ſed eſt † ne-
169 ceſſe, quod latitet cauſa fraudandi creditores, ſic in preſenti vt dicatur aliquis iniuriam, vel impedimentum inferre officio inquiſitionis, neceſſe videtur, quod offendat officialem tā quam officialem, quia cum lex requirat actum cum limitatione, & qualificatione, debet interuenire actus ita qualificatus, & limitatus, & non ſufficit quomodocumque interuenire, ita Bart. in allegat. §. 2. pro quo facit tex. in cap. 1. de officio delegat in 6. & in cap. 1. de homicid. volunt. eod. in quibus iuribus qualitates requiſitę interuenire debent, vt diſpoſitio locū
170 habeat, nec ſufficeret ſimplex † actus, ſine illis qualitatibus, facit pro ſuperioribus. l. ait prætor. §. quod ait ff. quæ in fraud. credit. vbi ad hoc, quod fiat reuocatio alienationis factæ in fraudem creditorum, non ſufficit, quod is, in quem facta eſt alienatio, ſciat alienantem habere creditores, ſed imo neceſſe eſt, quod ſciat alienationem fieri in fraudem creditorum, & ſic quod participet de fraude, alias non reuocatur alienatio, tamquam fraudulenta, per quę iura, & alia ſimilia dicit Speculator in terminis in titulo de officio delegat. §. ſequitur verſiculo quid ergo, quod ſi aliquis occidat, vel verberet alterum ex litigantibus venientem ad iudicem delegatum, ignorans venire ad iudicium, idque propter inimicitias forte, non poterit delegatus in eum animaduer-
171 tere, † quia non poteſt delegatus punire dictum offendentem, niſi in dolum, & iniuriam ipſius delegati fecerit, & hoc dicit probari per dicta iura, vide tex. notab. in l. ait prætor. ff. de vi bono. rapt. vbi ad hoc, vt quis teneatur actione bonorum raptorum per rapinam, quam commiſit hominibus coadunatis, eſt neceſſe, quod ad hoc ſint coadunati, ſcilicet
172 † ad committendam rapinam, ſecus ſi non ad hoc eſſent coadunati, vnde dicit ibi Barto. quod quando in aliquo inſtrumento dicitur, teſtibus vocatis, & rogatis, & non dicitur, ad hoc, quod nō valebit inſtrumentum,
173 quia teſtes debent eſſe rogati † ad hoc, de quo in inſtrumento agitur, idem Barto. in l. hæredes Palam §. in teſtamentis. ff de teſtament. vide pro his tex. in l. de his. ff. de tranſact. & in l. ſi cui §. dolum. ff. vt legato. ſeu fideicommiſſo. nomine caueatur, & in l. filius. §. final. ff. de falſis, vbi non ſufficit dolus in genere, vbi reſpectu certę perſonę dolus in ſpecie requiritur, His & alijs fundamentis mouetur Cardinalis in Clemẽt. 1. §. fin. quęſtione. 4. de heretic. vbi quęrit ſuppoſito, quod inquiſitores debeant habere familiam armatam,
174 quid ſi quis habeat † priuatam inimicitiam cum vno officiali, & percuſſit eum, quis caſtigabit percutietem, & dicit ibi, quod ordinarius, quia tunc

tunc ille percuſſus non exercebat offi
cium, & ille percutiens nolebat impe-
dire officium, ſed priuata inimicitia
eum offendit, & eſt ratio, quia tunc
ceſſat illa prærogatiua, † quam ha-
174 bent inquiſitores contra impedientes
officium inquiſitionis, neque ab his re-
cedit, ſi benè ponderetur Innocent. in
cap. 1. de officio delegat. vbi ita demũ
concedit poſſe per delegatum puniri
eum, qui offendit officialem ex priua-
ta inimicitia, ſi aliàs erat ſubditus de-
legantis, vt in delegatis Papę fate-
tur, quo caſu delegatus benè eum ca-
ſtigabit, in illis verbis. *Sed cum gerat*
175 *generaliter vicem ſuperioris † in omnes*
eius ſubditos, turbantes eum iudicauit,
&c. Quæ verba non omnes ponde-
rant, ſed quaſi per ſaltum conſiderãt,
modo tu conſidera, an omnes ſubij-
ciantur iuriſdictioni Papæ in priua-
tis delictis: his & alijs ſimilibus ar-
gumentis mouentur, qui hanc opinio
nem tenent, quæ in ſe iuridica vide-
tur, & multum fundata, vide Abb. in
cap. cum veniſſent numer. 11. de iudi.
vbi alij Domini. in d. can. ſi quis ab
Epiſcopo, 2. quæſt. 7. & in can. ſi quis
erga, 2. quæſt. 7. Innocẽ. in cap. ex par-
te de verbo. ſignifi.

Alij tamen oppoſitum tenẽt, quod
176 ſcilicet Inquiſitores † poſſint punire
eos, qui offendunt ſuos officiales, etiã
extra officium, & ex priuata inimici-
tia, & ſic quomodocumque eos offen
dant, quorum anteſignanus in for-
tiſsimo argumento, videtur Innocen.
in dict. cap. 1. de officio delegat. qui
rem hanc ſub diſtinctione videtur
componere, nam quando offenſores
officialium, † & aliàs impeditores
177 ſunt litigantes, coram ipſo iudice, &
per conſequens de iuriſdictione eius,
tunc poſſunt à iudice excommunica-
ri, mulctari, & alia pęna caſtigari,
quod ſi extranei ſint, nec ſint partes
litigantes poterunt excommunicari
tantum, non vero aliter puniri, ita In-
nocent. ibi numer. 2. vbi rationem ſub
dit, quia cum non ſint de iuriſdictio-
ne delegantis, non potuit eos punire
alia pęna, quam excommunicatione,
quia in ea id ſpeciale eſt, vt in d. text.
& ibi per eũ. Vnde in delegato Epiſ-
178 copi † dicit ibi, quod non puniet a-
lios, niſi eos, ſolum qui ſint de iuriſdi-
ctione Epiſcopi delegantis, quæ ratio
mihi veriſsima, & viuiſsima videtur,
nam ſi ego non ſum de iuriſdictione
iudicis delegantis, quo iure potuit iu-
dex delegatus me impeditorem pu-
nire, ſi eius iuriſdictioni ſubditus non
ſum, nec de iure communi, nec aliàs.
Modo autem ad caſum veniendo, di-
cit Innocent. quod delegatus Papæ,
& ſubdelegatus omnes etiam extra-
neos turbantes iuriſdictionem eius
excommunicabit, mulctabit, & aliàs
179 puniet, † ſi aliàs non poteſt ſuam iu-
riſdictionem deffendere, cap. præte-
rea de offi. delegat. nam cum omnes
ſint de iuriſdictione Papæ, omnes pu-
niet delegatus, nam tunc poteſtas
non deficit, nec etiam voluntas per
regulam, quod omnia ſine quibus,
&c. l. 2. de iuriſdictio omnium iudic.
Inquiſitores autem delegati Papæ di-
cuntur per DD. ſupradictos, Sed dices
tu, hæc omnia procedunt in eo, qui
impedit officium, at nos loquimur,
quando offenditur officialis non in of
ficio, ſed ex priuata inimicitia, qua-
re dic, quod Innocen. num. 3. format
hunc caſum, Quid ſi venientem ad iu
ditium coram delegato, eius inimicus
verberauit, læſit, vel incarcerauit, non
ad impediendam iuriſdictionem, ſed
ex cauſa inimicitię, numquid delega-
tus talem iudicabit? Et licet videretur
dicendũ quod non, ex quo in dolũ, &
iniuriam delegati non fuit delictũ cõ-
miſſum,

miſſum, argumento. l. Fulcinius. §. 1.
ff. ex quibus cauſis, tamen Innocent.
180 reſoluit † contrarium, quia etiam per
hoc delictum videtur turbata iuriſdi-
ctio, ſaltem iniuria delegato dicitur
eſſe irrogata, ex quo per illud delictũ
• diminuitur dignitas eius. l. 1. §. 1. ff.
181 de iniur, iniuriã autem ſuã poteſt †
delegatus vindicare, etiam contra ex-
traneos, can. ſiquis ab Epiſcopo. 2.
quæſtione. 7. & cum Papa tunc ha-
beat iuriſdictionem in omnes, merito
delegatus procedet, Quare punctus
in eo conſiſtit, an offendentes officia-
les inquiſitionis ex cauſa priuata, ſint
de iuriſdictione Papæ, & per conſe-
quens inquiſitoris delegati, ſiue de
iure, ſiue particulari aliqua conſtitu-
tione pontificia, quod videtur, quia
182 contra turbantes † officiũ inquiſitio-
nis, iuriſdictio datur inquiſitoribus a
Papa, cũ de iure cõpetit cognitio pri
uatiuè ad omnes alios iudices ſecula-
res in hæreticam prauitatem, & ei
annexa, At iſte delinquens ad minus
dicitur turbator officij ſecundum In-
nocent. num. 3. verſ. ſed hoc cum ge-
tat, &c. ergo & Papa, & Inquiſitor de
legatus de eo cognoſcent, tamquam
turbatore officij, quia iniuriato offi-
cio, perturbatio naſcitur officij ſecun
dum Innocent. vbi ſupra, vbi per in-
iuriam officialis iniuriatur officium,
& turbatur. Pro hac opinione Inno-
cent. facit Cardinal. in Clemen. pri-
ma § verum in 4. quæſt. de hæreti,
vbi quando iniuriatur officialis in exe
cutione officij, ſed non vt officium
impediatur, ſed propter inimicitiam,
vel aliã cauſam, licet contra hunc non
poſſit procedi tamquam contra im-
183 peditorem, poterit tamen † procedi
tamquam perturbatorem officij, vbi
allegat alios At nulla differentia re-
peritur inter hunc caſum & noſtrũ, de
quo agimus, quo ad ipſam perturba-
tionem, cum ſupponamus in vtroque
caſu non committi iniuriam, ad impe
diendum officium, ergo, &c.
Deinde quia, qui cõcedunt delegatũ
poſſe punire iniuriãtes officiales in ex
ercitio, fundant ſe in illa regula, quod
omnia ſine quibus, &c. Sed nullus du-
bitabit, quod ſi inquiſitor non poteſt
procedere contra iniuriantes officia-
les indiſtincte, quod non expedietur
liberè, ſed cum magno impedimento
officium inquiſitionis contra intentio
nem. tex. in cap. accuſatus. §. ſane ca
pit. vt commiſſi c. vt officium, cap. vt
inquiſitionis in prin. & §. prohibe-
mus de heret. in 6. ergo contra iſtos
cenſebitur data inquiſitoribus pote-
ſtas.
Iuuantur iſta per rationem. tex. in
184 can. † ſiquis Romipetas. 24. quæſt. 3.
vbi excomunicantur per Papam ca-
pientes, & ſpoliãtes Romipetas, & pe
regrinos euntes ad viſitanda limina
Apoſtolorum, & moleſtantes merca-
tores nouis exactionibus, & tamen
talia facientes non directe intendunt
iniuriare Sedem Apoſtolicam, ſed
cupididate lucri hæc faciunt, ſic in
propoſito ſi iniuriatur officialis etiã
ex cauſa priuata, punietur ab inquiſi-
185 tore † ſeu delegato, quia ex hoc iu-
riſdictio ſua turbatur, aut impeditur,
ſicut turbatur acceſſus ad viſitanda
limina Apoſtolorum per ſpoliatores
peregrinorum, vide in can. paterna-
rum, & in can. illi qui, & ibi Archidia
con. ead. quæſt. Dicit Archidiaconus,
quod iniurians ambaſſiatorem eun-
tem ad ſedem Apoſtolicam, punie-
tur a Papa, licet non iniuriauerit tam
quam ambaſſiatorem, ſed tamquam
inimicũ, vel cupiditate lucri, & etiã ſi
iniuriãs ignoraret eũ ire Romã, & eſſe
ambaſſiatorẽ per prędicta iura, quæ

 ita in-

ita intelligere videtur Innocent. in c. 1. de officio delegat. num. 3. in fin. vbi in hac opinione videtur reſidere. Si igitur ibi Papa punit eos, qui iniuriãt Ambaſsiatores, & viatores in via, tanquam turbatores, multo fortius pote
186 rit Inquiſitor punire † eum, qui offendit officialem Inquiſitionis, quem ſcit eſſe officialem, & ſi offendens euntem ad delegatũ punitur per delegatum, etiamſi ignoraſſet, quod veniebat ad delegatum, argumento ſupradictorũ iurium, ſecundum Innocent. vbi ſupra. Concludendum etiam videbitur, quod offendens officialem Inquiſitio
187 nis, etiam ignorando † eum officialẽ, punietur à Delegato, & Inquiſitore, cum ſemper officialis dicatur eſſe in via ad exercitium, vt dicetur, & ex eius iniuria, iniuriari delegatus, & Inquiſitor. vide Ioan. Andr. in d. cap. primo, vbi ſequitur Innocent. Speculat. tamen in tit. de officio delegati. §. ſequitur, verſi. ſi autem n. 3. tenet, quod ſi quis offenderet Nuntium, vel officialem delegati, ſciens eum ad iudicium venire, aut officialem eſſe, licet ob aliam cauſam offendat, & ſic propter inimicitias, poterit à Delegato
188 puniri. licet ſecus † ſi id ignoraſſet in quo videtur per ſupradictos Doctores repelli, & vide Ioan. Andr. ad Specul. vbi ſupra, facit l. ait prætor §. illud certè, ff. quæ in fraud. credit. vbi fraus cõmiſſa contra vnum creditorem, alijs etiam ignorantibus prodeſt in odium fraudulentis; ſic etiam in hoc caſu licet ex cauſa inimicitiæ, & non occaſione officij, quod delinquens ignorabat, officialis offenſus fuerit, nihilominus ille dolus nocebit delinquenti etiam reſpectu officij, nonne qui iniuriam facit filio, ignorans cuius filius ſit, vel mulieri coniugatæ, ignorãs cuius vxor ſit, idem tamen facturus, etiam ſi illud
189 ſciret, † dicitur iniuriaſſe patrem, & maritum, l. eumqui. §. ſi iniuriarũ iuncta gl. ff. de iniurijs? quo caſu ita demũ excuſatur ab iniuria, ſi probet ſe illud non facturum, ſi illud ſciuiſſet, ergo idem in caſu noſtro dicendum videtur, vt non minor coniunctio reperiatur inter officialem & officium, ſecundum Abb. in d. cap. cum veniſſet nu. 11. ex quo poſſet ſumi argumentum, quod ſi delinquens probaret, ſe non offenſurum, ſi ſciret illum eſſe officialem, tunc forte non diceretur officiũ iniuriari, hoc autem non edocto, ſiue ſciat eum officialem, ſiue ignoret, dicetur officium iniuriaſſe, idem probatur in l. apud labeonem §. interdum
190 ff. de iniur. vbi offendens † ſeruum, licet ignoret cuius ſit, facit iniuriam domino, niſi probet ſe non facturum, ſi illud ſciuiſſet, confirmatur nam agnoſcens maritatam, quæ pro ſoluta habetur, adulter eſt, & vt talis puniendus, quia iudicatur delictum ſecundũ veritatẽ, & mulieris qualitatem can. dominus 56. diſtin. ita Ioan. Andrea. in mercurialib. in regul. cum quis de regu iur. in 6. & ibi Franc. nam ſufficit, tunc dolus in genere, cum curare debuerit, qualis eſſet mulier, cum reperta fuerit in habitu matrimoniali, igitur offendens officialem Inquiſitio
191 nis † tenebitur, licet ignoret eum officialem, & multo fortius ſi ſciat, aut ſit illud notorium per ſupradicta, vide Bart. in l. cum ſcimus de agricol. & cenſi. lib. 11. codi. vbi iniuria facta vni de conſortio, toti conſortio facta videtur, & tunc inquiſitor proſequitur iniuriam officij, non vero priuatã. Abb. in d. cap. cum veniſſent DD. in can. ſi erga 2. queſt. 7. & ſic in eo caſu, non dicitur ſuſpectus, quia non intendit vindicare iniuriam ſibi factam, aut officiali tanquam priuatis, nam ſi vellet punire iniuriam factam famulo, aut miniſtro officij, tanquam factam miniſtro

niſtro, aut famulo, aut tanquam facta
192 ipſimet iudici aut Inquiſitori, † hoc
caſu forſam poſſet ſuſpectus recuſari,
niſi iniuria eſſet notoria. Abb. in d. c.
cum veniſſent, & in cap. dilectus de
pen. vbi Innocen. & in cap. propoſuit
de appellat. licet in inquiſitore non
procedat id; quod diximus de iniuria
manifeſta; nam cognoſcere poterit,
etiam ſi non ſit notoria, Inno. in cap.
1. de officio delegat, vbi Abb. Felin.
Anchar. & alij. idque conſuetudine re
ceptum videmus, quam immutare
non licet, l. minime, ff. de legib.

Facit pro ſuperioribus doctrina
Cardinalis in clemen. 2 §. porro, nu. 2
de heret. vbi ſuppoſito, quod inquiſi-
tores habent poteſtatem faciendi por
tare arma, quęrit ibi, quid ſi dominus
193 temporalis impedit familiam inquiſi
toris in portatione armorum, reſoluit
quod puniri poterit vt turbator in-
quiſitionis, per notata ab Innocen. in
cap. 1. de offi. delegat. ergo à fortiori
idem dicemus in occidente officialē
inquiſitionis, etiam ſi nō ex cauſa offi
cij offendatur, Hoſtien. & Innoc. in d.
cap. 1. de officio delegat. Bart. in d. l. ſi
quis forte §. ſi quos ff. de peeul. Con-
firmatur quia poſtquam quis creatus
eſt officialis, vel miniſter, ita illa quali
tas inheret ſue perſonę, ꝙ donec re-
194 nocetur ab officio † non poteſt ab eo
ſeparari, vt cenſeatur habere duo capi
ta, vnde offenſa ei facta ob priuatā ini
micitiam, cenſetur etiam facta officio
in conſequentiam, tanta eſt coniun-
ctio inter officium, & perſonam mini
ſtri, Abb. in dicto cap. cum veniſſent
num. 11. de iudic. gloſ. notab. in can. Sa
lonitanę 63. diſt. Felin. in d. cap. cum
veniſſent, & idem eſt in offendente of
ficialem ſecularem, licet ob priuatam
195 inimicitiam, † nam punitur, vt offen-
dens officialem, Bald. in l. obſeruare
§. nequicquam, ff. de officio Procon-
ſulis. Quod confirmant, & extendunt
Angel. de maleſi. verbo Gaium Sem-
pronij. & ibi additio, Paris de Puteo,
vbi ſupra, circa quod vltimum vide
l. quamuis de in ius vocan. Abbas ta-
men in d. c. cum veniſſent, de hoc fun
damento dubitat, vide Alexan. in ad
ditionib. ad Bart. in l. ſi ita quis. §. Gri
196 ſogonus de verbo. obliga. † vbi vaſſal
lus offendens fratrem domini, cenſe-
tur offendere dominum, & priuatur
feudo, Angel. in l. 1. §. 1. ff. de iniur. ve-
rum in his caſibus offenſa fuit facta
in iniuriam domini, & ciuitatis, & ſic
non videtur obſtare. Quod magis vr-
get eſt, quod officium ſanctę Inquiſi-
197 tionis debet exerceri omni timore,
odio, vel amore poſtpoſitis, clemen.
prima de heret. quis autem dubita-
bit, quod intimidabitur officium, &
illius exercitium. ſi de morte & iniu-
ria officialium etiam nō facta occaſio
ne officij, ad alium, quam ad inquiſi-
torem, oporteat habere recurſum pro
iuſtitia habenda, & officiales inquiſi-
tionis timidiores efficerentur, & ini-
mici officij audatiores, & pauci repe-
rirentur, qui vellent deſeruire officia,
& ſic videtur, quod qualitercunque
officialis offendatur, turbabitur & im
pedietur inquiſitionis officium, quo
198 caſu contra tales offenſores † proce-
det Inquiſitor aliàs eluderetur inten-
tio iuris, & Sedis Apoſtolicæ, vt in c.
primo de officio delegat. ibi. *Mandatū
noſtrum illuditur*. Et ſi officium dicitur
turbari, ex turbatione teſtium, & alia
rum perſonarum neceſſariarū ad offi
cium, etiamſi turbatio ex alia cauſa
fiat, quam officij DD. communiter
in d. cap. 1. de officio deleg. Multo ma
gis turbabitur officium, turbatione &
offenſione officialium, & miniſtrorū,
199 ſine quibus † officium liberè exerceri
non poteſt, idque omne, etiam ſi offen
dēs ignoret offenſum eſſe officialem.

vt diximus ſupra , ſecundum Innocẽ. eſt ratio,quia vbi quis dat operam rei
200 illicitę, † non diſtinguitur ſcientia ab ignorantia,l.eũ qui nocentẽ § ſi iniuria ff. de iniurijs gloſ. in cap. ſi vero 2. de ſententia excommu. Et vbi ignorantia non venit ex defectu iniuriati, non excuſat iniuriantem,l.item apud Labeonem §. ſi quis virgines de iniur. in confirmationem iſtorum eſt viden
201 dus † Dominicus in can. ſi quis erga. 2. queſt. 7. vbi ſi iniuria facta eſt prælato, poteſt illam vendicare, ſi eſt occulta inquirere,& ſi reſpicit officium eam punire , ſi reſpicit perſonã ꝓ, remittet punitionem ad ſuperiorem, verum ipſe poterit capere, & formare proceſſum, ergo idem in inquiſitore, verum hoc procedit, ſupponendo, ꝙ eſt officium, de quo quęrimus, offenſum . vide eundem Dominicum in c. Et qui emmendat.45. diſt. vbi poteſt iudex iniuriam punire extra iudicialiter & ibi gloſ. videnda.

Hæc autem maximè procederent,
202 quando Inquiſitores † eſſent in quaſi poſſeſſione inquirendi, & procedendi contra eos , qui offendunt officiales, quoniã in ea eſſent conſeruandi,Bart. conſ 189.ad fin per l. primã de aqua quotidian. & æſtiu. & ibi gloſ. text. etiam,& ibi Bart.in l.1.ff. de itin.actu que priuat. notatur etiam per eundem Bart. conſ.82.

Finaliter facit, quia officialis ſem-
203 per cenſetur †eſſe in via ad exercitiũ, immo in exercitio ipſo, ratio eſt,quia vbi non exigitur continua intereſſentia, † abſens reputatur præſens,l. præ
204 ſens ff. de procurator. c. tuæ de cleri. non reſident. Sed in exercendo officio Inquiſitionis non requiritur ſemper intereſſentia,cum non poſſent homine ſemper intereſſe, l. ſeruitutes, & l.foramen ff.de ſeruit. Igitur debẽt reputari preſẽtes in exercitio, ex quo ſunt parati ad exercendũ,l. 1. de aqua quotidia. & æſtiua , & ibi Bart.l.milites l. nec aliqui C. de teſtamen. milit. per quæ iura videtur,quod etiamſi officialis non ſit actualitèr in exercitio,
205 &iniuriatur,videtur iniuriatus † exercendo officium , facit c. nunquam de conſecrat diſtinct 5 Et ſufficit officialem ſeruire aliquando,dum mentem, & animum ſeruiendi aliquando, non deſeruerit, nam talis dicitur actu ſeruire l.ſi quis ita legauerit.de condi.& demonſtrat. vbi maritus fecit vxori annuũ legatum, quamdiu fuerit cum filio ſuo,ipſa receſſit a filio , cum animo,& mente redeundi, nihilominus, adipiſcitur legatum, quia non dicitur
206 † receſsiſſe ab eo , ex quo habet animum,& mentem redeundi,& ibi Caſtro,& l.qui cũ vno §.fin. de re milit. vbi non eſt deſertor militiæ , qui aliquo tempore fuit abſens,poſtquã ſemper habuit animum redeundi;& idem eſt in omnibus ſeruitutibus habentibus cauſam continuam,vt in iure decimarum , & exercitio iuriſdictionis, de quo in cap. de quarta de præſcriptio.& in l,ſi ſit conſtituta.ff.quęmadmo. ſeruit. amittant. & ſicuti Rex in
207 ſuo Regno † habet fundatam intentionẽ in toto Regno, reſpectu exercitij iuriſdictionis , Molin. in verbo iuriſdictio §.1.& hoc in actu,ſeu in habitu,idem Molin.in verb.Rex.§ dominus Rex. Et quamuis non exerceatur
208 actu,ſufficit † tamen potentia exercendi eam,ad hoc vt dicatur iuriſdictio habere cauſam continuam,& per conſequens dicatur Rex ſemper per ſe,vel per ſuos miniſtros eã continuo exercere, vt tradit Bald. in l. emilius, n.12.verſ extra quero. ff.de mino. Ioãnes Faber in §.retinendę, num. 21. de interdict. &hic argumentum de poten
209 tia ad actum † in materia iuriſdictionis, & iurium incorporalium , etiam

habeu

habentium magna interualla, eſt validum ſecundum Fabr. ibi Gutier. lib. 3. queſtio. ciuil. queſt. 14. numer. 44. Ex quibus videtur idem dicendum in Inquiſit. qui dicũtur habere intentionẽ fundatam in cauſis hęreſis, & fidei, tã-
210 quam iudices delegati † in toto ſuo diſtrictu, reſpectu ſuę iuriſdictionis, actu & potentia, quod idem eſt quo ad effectum iuris, vnde ſi ſunt in continuo exercitio ſuæ iuriſdictionis, ſiue per ſe, ſiue per miniſtros, quis dubitabit, quod ſi aliquis Inquiſitor offenderetur, ambulando per ciuitatem, non exercendo iuriſdictionem, quod in dubio ex hac offenſione non reſultaret grauis ſuſpitio ſaltim fautotię contra offenſorem, tamquam impeditorem liberi exercitij Inquiſitionis? & poſſet
211 † capi tanquam ſuſpectus talis delinquens, eodem modo videtur, quod offendendo eius miniſtros, qui ſunt in actu, vel habitu exercendi dictam iuriſdictionem, etiam extra exercitium, quod ex hac iniuria oriatur ſaltim leuis ſuſpitio fautoriæ, quaſi impeditoris exercitij ſancti Officij, & per conſequens offenſor poterit tamquam ſuſpectus capi, & puniri per Inquiſitores.

Deinde, quia cum iniuria facta Inquiſitoribus, vel eorum officialibus, poſſit fieri animo impediendi eorum iuriſdictionem, vel animo ſe vindicandi, Et primo caſu offendens tamquã impeditor, & fautor incidat in pęnã excommunicationis, & remaneat eius
212 anima illaqueata, In ſecundo vero caſu non, tunc † licet in delictis præſumatur minus delictum gloſ. in l. merito ff. pro ſcio. tamen vbi agitur de periculo animæ, & iniuria poſſit ſe habere ad eſſe, & non eſſe fautorię, tunc
213 † in fauorem animæ ſemper præſumitur maius delictum, & ſic captura debet pertinere ad Inquiſitores, tamquã iudices competentes ad cognoſcendũ de iſta qualitate fautorię, ex quo reſultat pœna excommunicationis, à qua ſolum Inquiſitores poſſunt eos abſoluere, vide Decium in cap. in præſentia, num. 5. de probat. vbi ſic declarat & limitat l. merito. Vnde in tali
214 dubio, debet præſumi offenſus tamquam familiaris, & offendens † præſumitur illud facere animo impediendi officium ſancti Officij, vt capiatur coniectura contra eum fauore animę de fautoria, vt ſic abſoluatur ab Inquiſitoribus ab excommunicatione, ad quos expectat ſolum abſoluere, & ſic poterunt capere offenſorem, tamquã ſuſpectum ſaltim de leui. Corroborantur ſuprãdicta, quia tantum eſt, eſſe in propinquitate ad actum, quantum eſſe in ipſo actu. l. filius familias de milit. teſtamento l. qui pęnę §. diuus. ff. de manum. ergo perturbatur officium iniuriato officiali, qui eſt paratus ad exercendum, & volebat iam
215 exercere officium, eodem † modo ac ſi iniuriaretur in ipſo exercitio. vide in l. 1. iuncto principio cum §. ſi aduerſus ff. de vi & vi armat. vbi verba prætoris contra expellentes poſſeſſores, habent locum contra detinẽtes, quod non ingrediantur poſſeſſionem, & ſic idem de via, quod de termino iudicatur, vt in caſu Innoc. ſuper c. 1. de officio delegat. de eo qui ibat ad comparendum coram delegato, & fuit iniuriatus ex priuata cauſa inimicitiæ, de quo vide in ſimili per Paul. de Caſtr. in l. penul. C. de procurat.

Ex quibus fundamentis dicunt eſſe reſponſum ad contraria, Et primo
216 quod vbi lex requirit actum † qualificatum, vel cum certa limitatione, nõ ſufficit actum interuenire, niſi adſit qualitas, ſeu limitatio. Bart. in d. l. Fulcinius. At hic nulla lex requirit, quod
217 offendens † officialem Inquiſitionis, vt di

vt dicatur turbator Inquiſitionis, debeat eum offendere tamquam officialem, & ex cauſa vel ocaſione officij Inquiſitionis, immo iura ſuperiora cõtrarium videntur annuere, Ex quo patet reſponſio ad l. ſi cui. §. dolus ff. vt legat nomine, vbi dicit gloſ. quod vbi exigitur dolus reſpectu certę † perſo-
218 nę, non ſufficit dolus in genere, vt ſic in pręſenti, vt fiat iniuria officio requiratur dolus reſpectu officij, & offendatur officialis ex cauſa officij, nã illud verũ, vbi lex requirit dolum reſpectu certarum perſonarum, quo caſu non ſufficit dolus in genere, gloſ. in l. etiam. §. licet ff ſoluto. matrim. aliàs autem ſufficit dolus † in genere in de-
219 lictis, Bald. in l. ſi quis non dicam de Epiſc. & cleric. Ioan. Andr. in Mercur. in regul. cum quis lib. 6. vbi ponit exẽplum de eo, qui cognouit maritatam, cogitans cognoſcere ſolutam, quod teneatur de adulterio, in caſu autem noſtro nulla lex requirit dolum in ſpecie in † offenſa officialis Inquiſitionis.
220 Doctrina autem Bald. in cap. 1. de officio delegat. cum alijs ad eum ſupra adductis, non videntur vera, & ſunt contra text. in l. eumqui. §. iniuriarũ, ff. de iniur. l. item apud Labeonem §. interdum eod. tit. & contra Innocen. & Ioan. Andre. neque tex. in l. ſi quis forte §. ſi quis per Bald. allegatus iuuat dictum ſuum, nam textus ibi; loquitur in caſu contrario, ſcilicet quando officialis delinquit, & non quando delinquitur contra eum, quo caſu ſi delinquit in officio poteſt poteſtas eum punire, ſimiliter Inquiſitor poterit punire officiales † Inquiſitionis delin-
221 quẽtes in officio: Si vero delinquit extra officium in alium, ſi notorium eſt illud, poteſt etiam ſuus iudex eum punire, ſi non eſt notorium idem, ſed poterit recuſari, vt ſuſpectus l. ſenatus de officio pręſid. Immo Bart. in d. l. ſi quis forte non dicit, id ad quod allegatur per Bald. immo ponit queſtionem in noſtris terminis, ſi aliquis delinquit contra officialem, & contra famulum, vtrum poſſit poteſtas procedere, & refert Iacob. de Aret. & Zyn. diſputantes hanc queſtionem in l. 1. C. nequis in ſua cauſa; & concludit
222 poſt ipſos, quod ſi crimen eſt † notorium, poteſt ipſe punire, ſi vero non eſt notorium, tunc ſi quidem delictũ committitur circa officium principaliter, non circa perſonam ſuam, procedere poteſt, & punire, ſi vero delinquitur circa perſonam, tunc non poteſt procedere d. l. ſenatus, l. lex Cornelia de iniuri. vnde ſecundum Bart. concluditur, quod quando offenſa concernit officium, ſemper iudex poteſt procedere, & hoc eſt, de quo in pręſenti agitur, quod qualitercumque offendatur officialis, dicatur offenſum officium.

Poſſet etiam Bald. intelligi, quando offendens probat, & eſſet in comperto, quod ſi ſciuiſſet eum officialẽ, non offendiſſet.

Aliter poſſet etiam Bald. † intelli-
223 gi, quando Inquiſitor procederet contra offendentem officialem, tamquã iniuriantem talem officialem, & ſic pro intereſſe ſolo ipſius iniuriati, ad ipſius inſtantiam; Secus ſi ex officio, vel ad inſtantiam fiſci procederet pro iniuria, & honore officij, nam poſſet procedere, & punire.

224 Poſſet etiam Bald † intelligi in ſimplici delegato dato inter partes, cuius miniſter offenditur, nam cum eius iuriſdictio ſit odioſa, & exorbitans, reſtringenda eſt, gloſ. in Clem. 2. de officio ordina. ſecus in Inquiſitore, cuius iuriſdictio licet ſit delegata † ad vnam
225 cauſam, eſt tamen ad vniuerſitatem perſonarum, notatur in can. ne aliquis de heret. in ſexto, neque eſt odioſa, &

ſa, & ſic nec reſtringenda, idque fa-
uore fidei, ob quam eſt ſummè priui-
legiatum hoc officium, cap. accuſatus
§. ſanè de hæret. lib. 6. cap. vt officiũ,
cap. vt commiſſi cap. vt Inquiſitionis
§. prohibemus eod. & iuriſdictio In-
quiſitorum non eſt præiudicialis ordi
226 nariæ † iuriſdictioni eccleſiaſticæ, cum
ſe habeat cumulatiuè, non excluſi-
uè ad eam, cap. per hoc de hæret. lib. 6
Clemen. 1. eod. ſecus eſt in iuriſdictio-
ne ſimpliciter delegata, quæ ſe habet
excluſiuè ad ordinariam, cap. ſanè de
officio delegat. quia eſt maior ordina
ria, vt ibi notatur, & alibi ſæpiſſimè.

Id autem quod Felin. dixit in cap.
† ſi quando debet etiam intelligi, quã
227 do familiaris extra exercitium ſui of-
ficij eſt prouocator, & incipit ali-
quem prouocare ad rixam, nam tunc
prouocatus impunè poteſt ei reſiſte-
re, quia tunc eſt clarum, quod ſe def-
228 fendendo, prouocatus † non offendit
familiarem, tamquam officialem ſan
cti officij, ſed tamquam priuatam per
ſonam prouocantem, & debuit ſe def
229 fendere, etiam ſi officialis eſſet † cle-
ricus; traditur in l. vt vim de iuſt. &
iur. ſecus, quando officialis prouoca-
tur, & offenditur, quia tunc vltra,
quod in dubio ſumitur præſumptio
fauorabilis animæ, videtur etiam of-
ficium iniuriari, & minus venerari,
quam oporteat, de qua iniuria cog-
noſcet Inquiſitor.

Ex his videtur reſultare, quod offen
dẽtes, & percutientes officiales, & mi
niſtros ſancti Officij, dicuntur impe-
230 ditores, & turbatores, dictæ iuriſdictio
nis. non habita † diſtinctione an ſci-
uerint, vel non eſſe miniſtros; & an
ex cauſa officij, vel alia cauſa priuata
eos offendant, vel ſaltim videantur in
cidere in ſuſpitionem vehementem;
vel leuem hæreſis, & ſic contra fidem,
ſecundum qualitatem perſonarum de
linquentium, vt in ſuperioribus dixi-
mus, de impeditoribus officij, contra
quos tamquam fautores hæreticorum
poteſt procedi, & inquiſitores eos poſ
ſunt repetere. non obſtante manifeſta
tione huius Regni, & quocumque
alio remedio ad ſubleuandam vim,
231 dummodo in literis repetitorijs † aſſe
uerent eos repetere ex cauſa hæreſis,
vel fidei, cum ex dictis delictis reſul-
tet qualitas circumferens eorum iu-
riſdictionem, tam ad captionem per-
ſonarum delinquentium, quam ad pu
niendum, ſecundum qualitatem per-
ſonarum delinquentium, & grauita-
tatem delicti. Secus ſi Inquiſitores di
232 cerent ſe † repetere, vel retinere ver-
bis generalibus pro cauſis tangenti-
Iudices ſeculares tenentur, ac debent compellere Eccleſiaſticos, vt à vi inferenda per executionem eius ſententię, pęnitus ceſſent appellatione pendente; abſque metu (ſecundum aliquos) cenſurarum Bullæ Cenœ Domini, ibid. n. 81. 82 86. 89. & 157.

Iudices ſeculares inferiores ſunt iudicibus Eccleſiaſticis, ibid. nu. 114.

Iudex ſecularis cognitionis in clericos, tanquam rei ſpiritualis, incapax eſt, ibid. nu. 128.

Iudex ſecularis clerico turbanti publicam tranquilitatem, ratione publicę vtilitatis, temporalitates poteſt occupare, ibid. nu. 154.

Iudex ſecularis in cauſa beneficiali, & clericorum, etiam in poſſeſſorio, lite pendente, ſeu tenuta in hoc Regno non cognoſcit de iuſtitia, ſeu iniuſtitia cauſæ, ſed tantum extraiuditialiter de violentia, & nullitate ſe informat, c. 8. §. 3. nu. 167.

Iudices ſeculares occaſione recurſus habiti ad eos per Eccleſiaſticos, in eos iuriſdictionem aliquam non adquirunt, ſed ſolum tollendi violentias à iudicibus Eccleſiaſticis illatas, facultatem habent, idque extra

INDEX.

traiuditialiter, & per modum charitatiuę defenſionis, cap. 8.§ 3. nu. 180. & 181.

Iudex ſecularis, quomodo iuriſdictionem ſuam, & honorem tueatur, exponitur, ibid. nu. 199.

Iudex ſecularis debet tollere vim extra iuditialiter, & quomodo id fiat per viam mulctę, & in quibus bonis traditur, ibidem, numer. 201. & 202.

Iudices ſeculares debent eſſe ſoliciti in deffendenda Regia iuriſdictione, c. 8. §.3. num. 204.

Iudex Eccleſiaſticus, quando inter eū, & ſecularem contentio eſt, quamuis de iure an ſua iuriſdictio ſit, quā doque cognoſcere poſsit, in hoc tamen Regno ſecus eſt, capit. 9.§.1. nu. 23. & 24.

Iudex Eccleſiaſticus volens cognoſcere de perſonis ac rebus ſecularibus, poteſt per ſecularem inhiberi, mediante iurisfirma à curia Iuſtitiæ Arago. emanata, ibid. num. 25. 26. 27. & 29.

Iudex Eccleſiaſticus laycum capere non poterit, ſi in limine captionis eidem firmam pręſentauit, ſi vero poſt, captionem non reuocat, & ideo manifeſtatione opus eſt, ibid. num. 37.

Iudex Eccleſiaſticus vbicumque viderit iudicem ſecularem intromittentem ſe in cauſis Eccleſiaſticis, debet per ſuas literas, cum nominatione arbitri inhibere eidem, & ſic competentiam formare, & è contra. c. 9. §. 2. nu. 1.

Iudex Eccleſiaſticus non habet iuriſdictionem in laycos, niſi in ordine ad ſpiritualia, c. 9. §. 2. nu. 13.

Iudex Eccleſiaſticus in expenſis condemnandus videtur, vbi notoriè domino Regi capturam denegat, & ob id litem ſuſcitat, ibid. n. 68.

Iudices Eccleſiaſtici in primitiua Eccleſia cognoſcebant etiam de cauſis laycorum, quæ iuriſdictio hodie remanet habitu pęnes Eccleſiam, c. 9. §. 3. num. 6.

Iudex Eccleſiaſticus in caſibus, in quibus inter laicos cognoſcere poteſt, an debeat eiſdem in diſcuſione cauſę, foros Regni obſeruare, & è contra diſputatur, ibid. nu. 14.

Iudicibus Eccleſiaſticis ſi inhibitionibus iurisfirmæ non obtemperauerint, occupantur temporalitates, ſi eas in Regno habeant, quamuis ipſi extra Regnum degant, c. 10. § 1. num. 2. & 3.

Iudices Eccleſiaſtici non obedientes inhibitionibus iurisfirmæ, prius moneri ſolent à iudice inhibente, vt ab inceptis deſiſtant, & ſi perſeuerauerint occupantur temporalitates, ibid. nu. 4.

Iudices Eccleſiaſtici domino Regi, & eius officialibus debitum honorem ſeruare tenentur, non ſolum re, & opere, ſed etiam verbis alias propter in vrbanitatem, & monentur, & temporalitates occupantur, c. 10 §. 1. num. 5. & 9.

Iudices Eccleſiaſtici vrbanius, & modeſtius in Regno coercentur, quā in alijs, ibidem, nu. 6.

Iudex Eccleſiaſticus reuocans attentata poſt pręſentationem iurisfirmæ, cum proteſtatione, quod illud facit compulſus, &c. non videtur ſatisfeciſſe iurisfirmæ, & ideo iterū moneri poteſt, c. 10. §. 1. nu. 12.

Iudices Eccleſiaſtici excommunicantes eos, qui recurſum habent ad curiam Iuſtitię Arago. moneri ſolent ad inſtantiam fiſci, ſub pœna occupationis, c. 10. § 1. nu. 17. 18. & 40.

Iudex Eccleſiaſticus ſi ſe intromittat ſuper cognitione harum occupationum ſolet concedi firma de præ

ciſſo contra eum, c.4 §.5.nu.11.
Iudex Eccleſiaſticus, nùm poſsit inhibere iudici ſeculari, ne in tali caſu ſe intromittat traditur remiſsiuè, c.27.num.1.& 2.
Iudex Eccleſiaſticus, nùm poſsit impedire executionem inſtrumenti guarentigiati, prætextu quod vſurarium ſit, diſputatur pro vtraque parte, ibidem, nu.3. & 4.
Iudex Eccleſiaſticus appellationi, iuſtę non defferens, violentiam facere dicitur. cap.8 §.3.nu.70.
Iudex Eccleſiaſticus, ſi perſeueret in violentia, poterit ſecũdum aliquos à Regno expelli, per ſecularem, quaſi per viam poteſtatis œconomicę, & iure originis priuari, ibid. nu. 98. & 99. & in hoc Regno eis temporalitates occupantur, vt nu. 104.
Iudici Eccleſiaſtico non licet vſurpare Regiam iuriſdictionem, immo ſecularis debet hoc impedire, c. 8. §.3.num.197.
Iudex Eccleſiaſticus, dicitur turbare iuriſdictionem ſecularem, & vim inferre in multis, ibidem, numer. 198.
Iudices Eccleſiaſtici in primitiua Eccleſia, etiam inter laycos cognoſcebant, & qualiter declaratur, c.9 §.1 num.2.& 4.
Iudex ordinarius poteſt teſtibus, qui deponere debeant in cauſa criminali ſaluum conductum cõcedere, ad aliquod tempus, idque tam de iure, quam de foro, c.1. §.5. nu.65. & 66. & ratio traditur, nu.67.
Iudex ordinarius, qui cognouit, & declarauit remiſsionem eſſe reciprocam, vel reum eſſe alienigenam, & remittendum, non poterit virtute iurisfirmæ inhiberi etiam conſtito de contrario, & ibi de ratione, c.5. §.9. numer. 106. & vide plura exemplaria, num.107.
Iuditium vbi ceptum eſt, ibi finiri debet, nu.98. in Anacœphal.
Iuditium ab exceptione incipere nequit, c.2. §.5.nu.6.
Iuditium poſſeſſorium ſolum de per ſe, nulla lite ſuper proprietate mota, tractari poteſt, & quandoque lite pendente ſuper proprietate proponitur, c.6.§.1.nu.30.& 31.
In iuditio poſſeſſorio ſummario non poteſt pronuntiari neutri poſſeſsionem eſſe ad iudicandam, nam aliàs in plenario quis actor, quis ve reus eſſet ignoraretur, ibid nu.43.
Iuditium poſſeſſorium iurisfirmatum practicatur, & ducitur communiter, ſecundum foros antiquos, ibidem, nu.71.
Iuditium proprietatis abſoruit iuditium poſſeſſorium, & ibi ita in curia iudicatum fuiſſe refertur, capit. 21.num.10.
Iuditium, & iuſtitiam fouere, vique oppreſſos liberare Regum propriũ officium eſt, c.8.§.3. nu,25.
Iuramenti religio ad fidem Deo præſtandam pertinet, & ideo princeps ſecularis ſuper eo intromittere ſe non poteſt, c.9. §.3. nu.4.
Iuramenta, ita demum à iure Canonico obſeruantur, ſi non dolo, non vi, non clam pręſtita ſint, ibidem, num.10.
Iurati ciuitatis Cæſarauguſtę firmam habent, ne pro delictis in perſona capiantur, ſed quod accuſentur, vt officiales delinquentes, capit. 29. num.1.
Iurati, qui aliàs rectores, vel deffenſores ciuitatum nuncupantur, non poſſunt aliquem capere, ibidem, num.3.
Iurati, & rectores ciuitatum grauius peccant capiendo, quam relaxando, ibid.nu.17.& 19.

Iura-

Iurati Calataiubij, Darocæ, Turoli, & ſuarum aldearum, habent iuriſdictionem ordinariam, & ſic inquiri poſſunt, c. 29. nu. 21. & 38.
Iurati vniuerſitatum ſubſunt domino Regi, Iuſtitię Aragonum, Regenti officium gubernationis, ſi delinqunt vt priuati, ſi vero vt officiales ſoli curię Iuſtitię Arago. ſubſunt, ibid. nu. 33.
Iurati omnes etiam Cęſarauguſtę nullam iuriſdictionem habent, & capi poſſunt mandato iudicis competẽtis, c. 29. num. 40. & 41. nec ſufficeret firma obtenta in curia Iuſtitiæ Arago. & iudici capienti præſentata ad effectum, vt per eam diceretur eſſe coram eo firmatum, vt nu. 42. ibidem.
Iuriſdictio Eccleſiaſtica, maior eſt tẽporali, c. 9. §. 1. nu. 8.
Iuriſdictio datur à conſuetudine, c. 8. §. 4. nu. 34 & à violentia, nu. 23.
Iuriſdictio temporalis, quoad exercitium non pertinet ad Eccleſiam, nec in ea debet ſe intromittere, nec è contra, c. 9. §. 1. numer. 10. & 12.
Iuriſdictionis appellatione in dubio, ordinaria veluti potentior comprębenditur, ibid. nu. 40.
Iuriſdictio, an ſit iudicis Eccleſiaſtici, an vero ſecularis, quomodo dignoſcendum ſit traditur, cap. 9. §. 2. numer. 11.
Iuriſdictionem ſuam quilibet tueri poteſt etiam pęnali iuditio, cap. 9. §. 2 num. 65.
Iuriſdictionis, tam ſecularis, quam Eccleſiaſticę finis, & ſcopus quis ſit in materia competentiarum declaratur, c. 9. §. 1. nu. 10.
Iuriſdictiones Eccleſiaſticę, & ſeculares diſtinctę ſunt, c. 9. §. 3 nu. 18.
Iuriſdictio ordinaria veluti ad vniuerſitatem cauſarum, habetur pro notoria, ſecus eſt in delegata, c. 5. §. 6. numer. 13.
Iuriſdictio iudicis in aliqua qualitate fundata, ſi ea non verificatur, iuriſdictio corruet, & eius cognitio, c. 5. § 6. num 16.
Iuriſdictio dicitur notoria in ordinarijs, ſiue de iure communi loquamur, ſiue ſtatutario, aut de conſuetudine, quæ ignorari non poteſt, c. 5. § 6 nu. 57. & 58.
Iuriſdictio vbi prorrogari nequit, quia prorrogationi ius reſiſtit, nec iudex ſe competentem declarare poteſt, c 5. §. 6. nu 85.
Iuriſdictio omnis de iure, & foro domini Regis eſſe præſumitur, c 5. §. 10. nu. 58.
Iuriſdictiones omnes à Rege, ſicut flumina à mari fluere, & refluere dicuntur, ibid. num. 59.
Iuriſdictio voluntaria non compræhenditur, ſub euocatione, c. 25. nu. 5 & 6. quod limita de iure, vt numer. 9.
Iuriſdictionem habentes non obſtante euocatione, aliquando procedũt non vt iudices, ſed vt partes iura ſua deffendendo; quia hoc ius non eſt comprehenſum in eadem, c. 25. nu. 7. & 8.
Iuriſdictio contentioſa redditur in inuitum, ibid. nu. 12.
Iuriſdictioni alienę, quamuis poſsit quilibet ſe ſubmittere, in prędiuditium tamen tertij non poterit, c. 26. nu. 15.
Iuriſdictio Regia per omnes tuenda eſt, c. 29. nu 2.
Iuriſdictio datur Inquiſitoribus, contra turbantes officium Inquiſitionis, c 30. nu. 182.
Iuriſdictio Inquiſitoris licet ſit delegata ad vnam cauſam, eſt tamen ad vniuerſitatem perſonarum, & ſic fauorabilis, ibid. nu. 225.

Iuriſdi-

Iuriſdictio inquiſitoris non eſt præiuditialis iuriſdictioni ordinarij, ibid. num. 226.

Iurisfirmarum ſpecies, quam plures eſſe dicuntur, & quæ ſint explicatur, c.3.§.1.nu.1.

Iurisfirma grauaminum factorũ quid ſit, traditur, item & praxis, ac modus in ea procedendi, ibid. nu. 2.3. & 4.

Iurisfirma grauaminum factorum, ea omnia de nouo continere poteſt, quæ coram iudice à quo deducere tenebantur, & non ſunt deductæ, ibidem, nu.5.

Iurisfirmæ grauaminum fiendorum diffinitio traditur, & diuiſio, c. 4. §.1.num 2.3. & 4.

Iurisfirma in continenti prouidenda eſt, vel intra triduum ſi probabile dubium ſit, c.4.§.1.nu.6.

Iurisfirma caſualis, quę dicatur, accuratè exponitur, & prouidenda eſt de conſilio, ſi tendat ad executionem priuilegiatam impediendam, c.4.§.1.nu.7.& 8.

Iurisfirmæ communes non declarantur, & ratio traditur, c. 4.§. 10.numer. 4.

Iurisfirmę caſuales in duplici ſunt differentia, c.5. §.1.num.23.

Iurisfirma concedi debet, etiam ad appræhendendum, & manifeſtandum, quando inſtrumentum priuilegiatur propter contractum, qui patitur aliquas exceptiones dilatorias, per quas in totum, vel ad tempus effectus conuentionis ſuſpenſus eſt, c.5.§.8.nu.75.

Iurisfirmas tribus modis termineri traditur, quorum primus repulſionis, ſiue receptionis iurisfirmę proceſſus nuncupatur, c.5. §.9.num.1. & 2. Secundus reuocationis, vt numer.3. Tertius vero declarationis, ſiue moderationis dicitur, vt nu.13.

Iurisfirma ex eiſdem actitatis, non vero ex nouiter deductis reuocanda eſt, c.5.§.9.num.4.&5.quod limita. vt num. 7.

Iurisfirma, aut reuocatur quoad totalem illius ſubſtantiam, aut declaratur ſolum per iudicem inhibẽtem non procedere niſi in caſibus in firma compræhenſis, ibid. nu.15.17. & 26.

Iurisfirmarum finis eſt, ne quis grauetur per iudicem Regni contraforum, ibidem, nu. 34.

Iurisfirmarum finis, & ſcopus eſt conſeruare poſſeſſorem alicuius iuris in ſua poſſeſsione lite pendente ſuper proprietate, c.5.§.10.n. 66.

Iurisfirma fiendorum regulariter non datur, niſi in caſibus, in quibus datur firma grauaminum factorum, c.5.§.11.nu.5.

Iurifirma, quando cum nominatione arbitri, vel ſine ea facienda ſit, declaratur, ibid.nu.6.

Iurisfirmę omnes diriguntur ad hoc, ne quid contra fiat, & vt conſeruemur in noſtro ſtatu, & poſſeſsione, ibidem, nu. 7.

Iurisfirmarum materiam ſupple, vt ſupra verbo firma iuris, & verbo inhibitio.

Iuri pro ſe introducto licet quilibet poſsit renuntiare, in præiuditium tamen partis non poterit, cap.9 §. 3.num.3.

Iura iuditij, & loci vbi cauſa agitur, ſeruanda eſſe quidam aſſerunt, quamuis contrarium alij deffendant, ibidem.

Ius fori, & iuditij vbi littigatur, etiam quoad forenſes ſeruandum eſt in his, quæ reſpiciunt litis ordinationem, & proceſſum, ſiue ordinem iuditiorum, ſecus vero in his, quæ reſpiciunt litis deciſionem, ſi tamen naſcitur ex contractu, ſecus ſi reſpiciant

piciant rem de qua litigatur,c.9.§.3.nu.19.20.& 21.

Ius executiuum in eſſe productum, antequam res tranſeat in tertium continuatur,& habet locum etiam contra tertium ſingularem poſſeſſorem c.12.nu.28.

Iura duorum, quando concurrunt in vno,vnus ille tantum debet habere quantum duo,c.1. §.8. nu.13.

Ius naturale primeuum dicitur,quod omnibus animantibus commune eſt,c.2. §.4 nu.2.

Ius naturale ſecundariū quid ſit expli catur,ibid.nu.3.

Iure naturali primeuo omnia erant communia,ibid.num.6.

Ius coronationis ſoluunt, vniuerſitates reales, & Eccleſiaſtici, & quomodo coronatio fiat,& de eius origine,& ſolemnitate plura traduntur,c.4.§.7.nu.1.

Ius dotationis filiarum domini Regis, vulgo dictum maridage, ſoluunt vniuerſitates reales, & Eccleſiaſtici,non ſolum filiabus legitimis, & naturalibus verum,& legitimitatis per ſubſequens matrimonium, ibidem, num. 2. & 3. vbi ratio traditur.

Ius cenarum abſentię, ſiue preſentię domini Regis quidem,& vnde originem habuerit accurate traditur, & de eiuſdem iuris ſubſtitutione in pecunia,ibid.num.5.& 6.

Ius ſe hoſpitandi,& recipiendi hoſpitia à vaſſallis de iure ſoli Principi, & non alijs competit,c.4. §.7.numer. 10.

Ius ordinarij,vt exequatur requiritur quod prius in iuditium deducatur, c.5. §.10.nu. 27.

Ius ordinarij per productionem priuilegij contrarij dubium redditur, ibid.nu.28.

Iura quæ denegant Inquiſitoribus remiſsionem procedunt in delictis mixti fori,c.30.num.105. Secus eſt in delictis merè Eccleſiaſticis, vt nu.106.

Iuſtitia Aragonum per firmam iuris ponit ſe in locum iudicis ad quem, c.8 §.1.num.2.

Iuſtitia Aragonum in caſibus, in quibus appellatio non ſuſpendit, ſed ſolum deuoluit non debet inhibitionem concedere,c.8 §.1. nu.3.

Iniuſtitia, quando eſt notoria in ſententia,licet non ſit expreſſa in ea, tamen annullat eam,cap 1.§.2.numer. 38.

Iuſtitia Aragonum concedens firmā, ne pendente appellatione,&c.non dicitur ſe intromittere de cauſis Eccleſiaſticis, vel ſpiritualibus,c.8. § 1.num.6.

Iuſtitia Arago de factis ante præſentationem iurisfirmæ non ſolet ſe intromittere,c 10 §.1.nu.10.

Iuſtitia Arago.non poteſt cognoſcere de iuſtitia, vel iniuſtitia cauſarum criminalium,nec eius executionem impedire per viam iurisfirmę, etiā ad effectum liberandi aliquem,per viam priuilegiatam,& etiam ſi iniuſtitia notoria ſit,cap. 11.num.3.5. 6.& 11.

Iuſtitia Aragonum ratione nullitatis, circa ritum, & proceſſum poteſt concedere iurisfirmam ad impediē dam executionem cauſarum criminalium nulliter latarum, ibidem, num.12.

Iuſtitia Regis,Pax eſt populorum, tutamen patrię,& immunitas plebis, c.1.§.1.nu.1.

Iuſtitia regnantis vtilior eſt ſubdito, quam fertilitas temporis, ibidem num 2.

Iuſtitiam colere, & ius ſuum vnicuique ſeruare ſummum bonum eſt, c.1, §.1.nu.3.

Iuſtitia

Digitized by Google

Iuſtitia Aragonum, quare iuſtitia, & non iudex Aragonum appelletur explicatur, ibidem, num 25.
Iuſtitię Aragonum per leges Regni magna eſt attributa poteſtas, iuriſdictio & honor, indieſque auctus reperitur, c.1. §.1.nu 26.
Iuſtitia Arago. iurat ſeruare foros, & libertates, ſicut & ceteri officiales, ibidem. num.31.
Iuſtitia Arago. ante annum 1461. Locumtenentes reuocabiles ad nutũ creare conſueuit, & nihilominus multa eo tempore priuatiuè ad iuſtitiam pertinebant. ibid. nu. 39. 40 & 41.
Iuſtitia Arago. poteſt cognoſcere deliberatione, per viam priuilegiatam, & de alijs cauſis, quæ in manifeſtatione deducuntur, c.1 §.2. num.19. quod limita, vt nu. 21.
Iuſtitia Aragonum poſt foros de modo, & forma procedendi, &c. non poteſt de meritis cauſarum criminalium cognoſcere, & ibi de intellectu illius fori, cap.1. §.2. num.60. & 61.
Iuſtitia Arago. vt poſſit ſe intromittere, de qualitate nullitatis notoriè conſtare debet, ibid. nu.62.
Iuſtitia Arago. aut eius Locumtenentes non poſſunt ſe intromittere in cauſis & negotijs ſingularium perſonarum, cap.1. §.7. nu.1. & 7. Fallit tamen, vt nu.2.
Iuſtitia Arago. nũm poſſit tutores, curatores vè priuatis perſonis creare, abſque eo, quod prorogent iuriſdictionem, examinatur, ibidem, numer.3.
Iuſtitia Arago. de conſuetudine ſolet creare tutores pupillis non habentibus, etiam priuatis, & de iuriſdictione alterius, & ibi exemplaria traduntur, cap.1. §.7. numer.9. 10. & 11.
Iuſtitia Aragonum olim ante Regem Petrũ, paruos hactenus habebat preuentus, qui poſtmodum paulatim creuerunt, c.1. §.8. nu.1.
Iuſtitia Arago. ante annum 1348. creabat ſibi vnum Locumtenentem, poſtea autem duos ad nutum eius, vt in eius deffectum regerent officiũ Iuſtitiatus. ibidem. nu.4.
Iuſtitia Aragonum non poteſt pronũtiare cauſam aliquam ex actitatis in ſua curia, niſi cum conſilio eorum Locumtenentium, ibidem, numer. 7.
Iuſtitia Arago. eſt iudex peculiaris priuatiuè cognoſcendi de cauſis contrafori, c.3. §.4. nu.7.
Iuſtitia Aragonum eſt iudex omnium non declinantium ſuam iuriſdictionem, & in materia vide deciſionẽ, & motiua curiæ Iuſtitię Aragonum, cap.5 §.6. numer. 47. 48. & 49.
Iuſtitia Aragon. per viam iurisfirmę euocat ad ſe cauſas priuatorum, ſicut Regia curia per viam euocationis perhorreſcentiæ, c.5 §. 9. nu.35. & 37.
Iuſtitia Aragonum, & eius Locumtenent. nũm teneantur ſtare ſententię, & motiuis Regię Audientię, ad effectum denegandi liberationem per viam priuilegiatam diſputatur eleganter, c.30. num.104.
Ad officium Iuſtitiæ Arago. nullus vnquam promotus fuit, niſi qui vel miles, aut infantio notorius eſſet, c.1. §.1. nu. 27. & 28. & limita, vt num.29.

L

LAYCVS conuentus ratione rei Eccleſiæ, vel clerici, an ſit trahendus ad forum Eccleſiaſticum, an

INDEX.

vero preſcriptione contrarium ob ſeruetur, remiſsiue diſputatur, c 5. §.6 num.44.

Laicus captus ab eccleſiaſtico cum per firmæ preſentationem durante competentia a carcere non liberetur, poteſt petere ſe manifeſtari a poſſe priuatatum per Curiam, & ſic liberabitur, c.9.§.1. num.30.

Laicus littigans coram eccleſiaſtico, ligabitur ſtatutis diſponentibus, quod ſi ſatis datio etiam a non iudice præſtita non ſit proceſsus non teneat, vel quod intra certum tempus inſtantia pereat, & idem erit è contra ſi clericus coram ſeculari littigauerit, c.9.§.3.num.22.

Laici quando ligentur extra iudicium ſtatutis clericorum, & econtra remiſsiuè oſtenditur, ibidem, nu.29.

Laici ſiunt de iuriſdictione eccleſiæ quando res, de qua littigatur eſt eccleſię, vel alicuius clerici, ibidem, num. 31.

Laicus ratione ſacrilegij ſit de foro eccleſię, cap.9 §.3.num 34.

Laici detinentes ſpolia ideo coram ſubcollectore conueniri poſſunt. quia detentatores rerum eccleſię eſſe exiſtimantur. c.10.§.1. nu.41.

Laici ad hoc vt pretextu bonorũ ſpolij coram eccleſiaſtico conueniri valeant, prius bona ad cameram ſpoliorũ iure pertinere, ſummarie debet conſtare. ibi.num. 42.

Laicus coram collectore conueniri nequit, niſi preuia ſummaria cognitione, & conſtito quod bonorum ſpolij detentator ſit, quę cognitio ad Cancellarium pertinet, ibi, numer.44.45.

Laicus poteſt prorrogando iuriſdictionem iudicis eccleſiaſtici coram eo apponere de iure tertij, nõ autẽ eius iuriſdictionẽ declinãdo c.12. nu.43.

Laicus de poſeſsorio adipiſcendę non cognoſcit quia habet admixtam cauſam proprietatis. & verum titulum requirit. c.8. §. 3. num.14.

Laicus in articulo proprietatis (quia in eo agitur de titulo) de cauſa beneficiali, nec etiam inter laicos cognoſcere poteſt, in poſſeſſorio autem plenario id licebit, ſi contra laicum ſpoliatorem agatur, cap.8. § 3 num.38. & ratio traditur. nu 36.

Laici quod de cauſis clericorum de conſuetudine cognoſcere valeant, & quod clerici ad eoſdem recurrere poſsint author defendit, cap.8. §.3.num 130.

Lanceilotus praxis Romanæ non ignarus hanc protectionem charitatiuam iudicis ſecularis contra eccleſiaſticos concedit. cap.8.§.3. numer.68.

Legatario duplex competit via, altera executiua, altera vero ordinaria, capit.2. §.1. num.5.

Legata poſſunt quandoq; via executiua cõſequi, quod intellige precedẽte monitione, vel precepto facto hęredi de ſoluendo, ibidem nu.30.

Legatum factum marito contemplatione vxoris, eius fauorem reſpicit & ſola ipſa petere poteſt, cap.4 §. 7.num.33. Contrarium tamen traditur. num. 34. & ibi de interpretatione tex. in l. Titio centum. §. Titio genero. ff. de conditio, & demonſt.ibidem.num.34.

Legatum relictum Titio cum heres meus morietur, conditionale eſt, capit.5 §.7.num.49.

Legatum relictum Titio, cum ipſe Titius morietur, pro puro habetur, & ad heredes tranſmittitur ibidem, num.51. & 56.

Lex vel ſtatutum mandans ſententiã exequi nõ obſtãte appellatione, & exceptione, nõ cẽſetur tollere recurſum per viã nullitatis, c.1.§2. nu.22.

num.22.limita,vt num. 23. & ampliа,vt num.24.

Leges in concernentibus merita cauſæ, magnam prebent iudici poteſtatem, & arbitrium, ſecus in alijs, cap.1. §.2. nu.31.

Lex multum, ac bene prȩſumit pro iudice, qui legis miniſter dicitur, c. 1. §.3.nu.30.

Lex, quæ expreſſè, & nominatim conuentionem improbat, impedit ex ea, & ciuilis, & naturalis obligationis ortum, c.2.§.4.nu.20.

Legis auxilium fruſtra implorat, qui fraude adhibita in legem comitit, c.4.§.7.nu.30.

Leges ſeculares approbantes aliquid, in conſcientia ſeruandȩ ſunt, ſecus vero vbi non approbant, ſed permittunt,c.4. §.3.nu.18.& 19.

Lex dans aliquo caſu facultatem occidendi non videtur dare facultatem occiſionis cum qualitate parricidij,ibidem,num.21.

Legis verba, vbi non adaptantur,nec eius diſpoſitio, & mens adaptabitur,c.4.§.4.nu.3.

Leges, remedia fruſtratoria ſemper odio habuerunt,cap.4.§ 5.numer. 17.

Lex fauorabilis compræhendit foren ſes, dum ſunt in Regno, c. 4.§.11. nu.18.

Lex loci contractus attenditur in deciſiuis ibid.nu.41.

Lex non omne delictum punit, c.5.§. 6. nu.3.

Leges in hoc Regno,tranſeunt in contractum ob idque eiſdem Principem alligari certiſsimum eſt,c.5.§. 7.nu.66 quod intellige de honeſtate,nō de neceſsitate,vt n 67.&68.

Lex excipiens taxatiuè aliquos caſus, facit vt omnes alij caſus non excepti compræhendantur,ſub regula legis,c.5.§.8.nu.47.

Lex poteſt ex iuſta cauſa prohibere iuramenta præſtanda,ſed non præſtita,c.5. §.11.num.19.

Leges,ac fori huius Regni per contractum inter Reges & Papam traditi præſumuntur, c.8.§ 4.nu.14.

Lex futura reſpicit, non vero præterita,nec præſentia, quod intellige in deciſiuis,ſecus in ordinatiuis, c. 14.num.4,

Lex in dubio magis præſumit bonū, quam malum,c.22.nu.5.

Lex,vel forus nunquā videntur velle obligare in caſu impoſsibili, c. 27. num 6.

Lex,2.ff.de iuriſdict.om. iudi.explicatur,c.29.nu. 8.

Lex Caſtellæ per Bouadillam tradita enucleatur, capit.8. §.3, numero 69.

Leges condere, & ſtatuta, non eſt iuriſdictionis,ſed potius adminiſtrationis.& permiſsionis, capit.29 numer. 31.

Leges quȩcumque Imperiales,& ſeculares, quæ in cognitione criminis hȩreſis aduerſantur iuri canonico, non ſunt ſeruandȩ,c.30.nu.5. quod limita,vt nu. 6.

Leges ſeculares, quamuis remiſsionē denegent,non tamen denegant eā, quȩ prouenit ex cauſa hereſis,ibid. num.65. & 79.

Leges,& fori Arago.aliquid diſponētes,contra officium Inquiſitorum, & punitionē hereticorum directè, vel indirectè nullȩ ſunt,c.30.n. 69.

Lex ſecularis vbi agitur de peccato vitando ſubijcitur Pontifici,quoad vtrumque forum, ibidem, numer, 76. & 77.

Lex non requirit dolum in ſpecie in offenſa officialis inquiſitionis,ibid. num.220.

Libellus gnālis includēs intētionē actoris, in qualibet ſpecie generis ad omnia

omnia extenditur, quæ poſtea pro-probantur. cap.3.§.3. num.14.
Libellus, virtute inſtruméti extra Regnum facti, qualiter concludere, & formari debeat, capit.4.§. 11. numer.28.
Libellus limitatus ad vnam cauſam, etiamſi ſit generalis, non poteſt aliam includere. c.5.§.6.nu.26.
Liberatio per viam priuilegiatam impedit, etiam in certis caſibus ne ſententia exequatur. & quandoq. captum in plenam conſtituit libertatem. cap.1. §.2.num.93. & 94.
Liquidatio inſtrumenti, in hoc Regno, cum inſtrumento fieri debet, capit. 5. §.7. num.62.
Literę executorię, quę fiunt in vim inſtrumentorum quandoque pignoratitiæ, quandoque vero executorię dicuntur, num.32. in Anacephalæoſi.
Litteræ conceſſę in vim inſtrumentorum aduerſus quæ opponi poſſunt exceptiones, pignoratitię dicuntur. num.125. in Anacæphal.
Litere conceſſę in vim inſtrumenti priuilegiati, contra quod exceptio opponi nequit, dicuntur executorię num.226. ibidem.
Literę ſuperſedimienti dari ſolent heredi monito rationes offerenti, cap.2.§ 1. num.34.
Literæ executorię, & pignoratitię in quo differant. c.5. §.8.nu.5.
Litis euentus incertus reputatur. capit.2.§.1.num 9.
Lis nulla eſſe poteſt inter Dominum, & ſeruum, cap.4.§.4 num.27.
Lis per ſolam præſentationem iurisfirmę, pendere dicitur, cap.5. §.10. numer.70.
Litis conteſtatio non inducitur, niſi parte citata, cap.27. num.6.
Lite pendente, non conſeruatur in poſseſsione, ille cui iuris præſúptio reſiſtit, & alteri aſsiſtit. num.12. in Anacæphalæoſi.
Litis pendentia, & acta iuditij nocēt omnibus hijs, quibus, & ſententia nocere ſolet, cap. 2.§. num.34.
Lis regulariter ſuper exceptionibus non conteſtatur, niſi in modum actionis, & contradictionis apponatur, cap.2 §.5. num.7.
Lite pendente nihil eſt innouandum cap.4.§. 4.num.19.
Litis pendentiæ proceſsus, tenutæ in Regno hoc, in Hiſpania interim, in Francia vero recredentia appeltur. cap.6. §.1.num.9.
Locus iudicij attenditur etiam quoad ad forenſes in reſpicientibus litis ordinatoria, cap.4 §.11. numer. 31. & 32.
Locumtenens Iuſtitiæ Arago. non poteſt facere, quę priuatiuè iuſtitię cōpetunt, & ibi de intellectu for. certum, & fori los lugares tenientes titulo de officio. Iuſtitiæ Arago. cap.1 §.1.num.43.
Locumtenentes Iuſtitię Arago. pro cauſis leuibus non ſunt denuntiandi, cap.1.§ 3. num.17. & 19.
Locumtenentes Iuſtitię Arago. tenentur de omnibus delictis notabilibus negligentijs ac magnis deffectibus circa eorum officia commiſsis ibidem, num.16.
Locumtenentes Iuſti. Arago. in anno 1554. per mortem Ferrarij de la Nuça perceperunt ſalarium ſigilli Iuſtitiæ Aragonum, & publicatatum. cap.1. § 8. num.2. & 26.
Locumtenentes hodie ab anno 1592. percipiunt, etiam vaccante officio Iuſtitiatus, prorratas duarum mille librarum, quę fuere addita dicto officio. & ſic fuſſe declaratum refertur. cap.1. §.8.num.3.
Locumtenentes Iuſtitię Aragon. poſt annum. 1467. fuerunt annales

quos creabant dipputati extrahendo eos ſorte, quod fuit correctum in anno 1528.c.1. §.8.nu.5.& 6.
Locumtenentes Iuſtitię Aragonū, eo mortuo eius officium exercent per viam ſubrogationis, quia fori voluerunt, quod officium nec momēto vaccaret,& ſic eius ſalarium percipiunt,c.1 §.8.num.19.& 23.
Locumtenentes Regentes officium Iuſtitię Arago. à 50. annis, & amplius emolumenta publicatarum, & ſigilli ſibi perceperunt, vſque ad annum 1593.c.1 §.8.n.24.& 33.
Locumtenens Iuſtitię Arago. ſi accuſetur de negligentia notabili, & neget hanc qualitatem, debet ab accuſante probari, nam aliàs iudices in cauſa procedere non poterunt, c.5.§.2.nu. 28.
Locumtenentes Iuſtit. Arago. monentur, vt prudenter foris cōtra exemptionem Eccleſiaſticam loquentibus vtantur, c. 8. §.4.nu.25.
Locumtenentes inhibere poſſunt Eccleſiaſticis iudicibus, quatenus deferant iuſtę appellationi, & attentata reuocent, idque ſub pęnis à foro ſtatutis, c.8 §.4.num.35. & 36.

M

MAGISTRATVS Iuſtitiæ Aragonum, nō ſolum à naturalibus, ſed ab exteris maior, & excellentior omnibus de mundo nuncupatur, c.1.§ 1. nu.3.
Migiſtratus municipales non habent ius animaduertendi pęna aliqua in facinoroſos, idem eſt in deffenſoribus ciuitatum, habent tamen aliquam coertionem, c.29, num.10.11 & 12.limita tamen in Aragonia, vt num.13. & 20.
Magiſtratus municipales mixto carent imperio, c.29.nu.7.
Magna, vel notabilis negligentia, quę dicatur de foro ad caſtigandum iudices, & in quibus caſibus pęna locum habeat declaratur, c.1. §.3.nu. 26.& 27.
Malitia hominum noſtris temporibus ſuperabundat, vt delicta excuſare valeant, cap.22.num.1.
Mandatum non prȩſumitur, etiam ex antiquitate temporis, c.5 §.2.num. 22.& 23.vbi de communi.
Mandatum de tempore, etiam de iure in quacumque parte litis exhiberi poteſt, etiamſi iam in cauſa concluſum ſit, c.16.num.3.
Manifeſtatio in Regno, celerationi, & præcipitationi opponitur, qua iudices in exequendo ſententias moueri ſolent, c.1.§.2.nu.2.
Manifeſtatio ſaltim à poſſe iudicum, originem habuit, ad exemplum L. ſi vindicari, C. de penis, ibid.n.3.
Manifeſtationis finis non eſt liberare reum penitus à carcere, nec auferre cognitionem ordinariam, ſed ſolum aſſecurare, & in tuto ponere reum, ibidem nu.4.
Manifeſtatio in Regno à poſſe priuatarum ſucceſsit in locum tituli ff. de libero homine exhiben. & ibi. de eius diffinitione agitur, c.1.§.2. numer.5. & 6.
Manifeſtationem à poſſe priuatarum quilibet ordinarius prouidet, ſecus à poſſe iudicum, ibid.nu.7.
Manifeſtatio à poſſe iudicum duplex eſt, vna foralis, quæ ipſo iure contingit, alia vero actualis, ibidem, num. 8. & 9.
Manifeſtationem à poſſe priuatarum prouident Regia Audientia, Iuſtitia Aragonum, & omnes ordinarij, à poſſe vero iudicum ſolus Iuſtitia, ibid.nu. 14.
Manifeſtationes duę an cōcurrere poſſint explicatur.c.1. §.2.n. 15.& 16.

Mani-

INDEX.

Manifeſtari poſſunt quęlibet perſonę a poſſe iudicum, & priuatorum, ad inſtantiam conſanguinei, Abbatis, & aliorum ſine probatione qualitatis, quod poſtea fuit correctum, ibidem, num. 17. & 18.

Manifeſtatio, tempore Regis Ioannis. I. anni. 1395. iam in vſu eſſe cęperat. ibi. num. 20.

Manifeſtatio cum qualitate nullitatis proceſſus, vel eximentis captum a iuriſdictione iudicis, nobilitatis, clericatus, & ſimilium impedit executionem ſententię, donec ſit ſublatũ impedimentum, capite. 1. §. 2. numer. 43.

Manifeſtatio, quę fuit fundata in aliqua qualitate, non expirat lata ſententia forali, c. 1. §. 2. num. 67.

Manifeſtationes perſonarum, & rerũ eccleſię, quomodo fiant. c. 8. §. 4. num. 8. 15. 17. 18.

Manifeſtationes, ad viã priuilegiatam quomodo prouideantur. c. 8. §. 4. numer. 11.

Traduntur in materia manifeſtationis quã plures caſus in praxi notabiles, c. 1. §. 2. nu. 69. & 70.

Manifeſtatio ſimpliciter prouiſſa in poſſe inquiſitorũ hęreticę prauitatis, nõ exequitur, ſed prouiſſa reuocari non valet c. 1. §. 2. nu. 71. & 72.

Manifeſtatio, perſonarum a poſſe iudicum expirat ipſo iure, lata ſententia diffinitiua. ibidem. nu. 74.

Manifeſtatus, ſi renuntiat manifeſtationi, debet iudex mandare eum reſtitui ad locum, a quo manifeſtatus fuit ibidem nu. 77.

Manifeſtari non poteſt liber conſilij, nec vota eiuſdem, ibidem. nu. 79.

Manifeſtatus a poſſe inquiſitoris contra officiales delinquentes, reſtituitur eidem, ita tamen vt in carcere communi detineatur, capit 1. §. 2. num. 82. & 83. cuius declarationis motiua traduntur. num. 84.

Manifeſtari perſonę eccleſiaſticæ poſſunt per iudicẽ ſecularẽ, ad inſtantiam ſui ſuperioris, an autem aliter fieri poſsit, tacita qualitate, vel non docto de ea, ſatis dubitabile eſt capit. 8. §. 4. num. 34.

Manifeſtatus a poſſe iudicis eccleſiaſtici, petens ſe liberari per viam priuilegiatam, liberandus non eſt, licet ſit male captus, & ibi. de ratione, cap. 9. §. 1. num. 38.

Manifeſtari num poſsint perſonæ laicę per iuſtitiam Aragonũ, a poſſe inquiſitorum hereticę prauitatis, quemadmodum poſſunt a quolibet alio iudice eccleſiaſtico exponitur, cap. 30. num. 1.

Manifeſtationis executor, a poſſe inquiſitorum, non debet ad vlteriora procedere pendente cognitione ſuper cauſa fidei, cap. 30. num 61. Manifeſtationis autem reuocatio, etiã ſi ab inquiſitoribus petatur locum non habebit, vt ibi. num. 62.

Manifeſtatio perſonæ, durante cauſa fidei, ſuſpenditur, c. 30. n. 63. & inibi alia exemplaria traduntur, nu. 64.

Manifeſta iniquitas circa acta probatoria in criminalibus inducit nullitatem. cap. 1. § 2. num. 59.

Manifeſtum dicitur quod conſtat per publicum inſtrumentum, capit. 2. §. 1. num. 8.

Manuteneri quis in illa poſſeſsione nõ debet, lite pendente, cui ius, & fortius reſiſtunt, quamuis alias in proprietate obtinere poſsit, cap. 5. § 10 num. 71.

Manutenentia cõtra turbantem concedenda eſt, coſtito de turbatione, & poſſeſsione, cum clauſula vel ſi quas, &c. non vero de precisso. capit. 6. §. 1. num. 52. & 53.

Maurorũ a Regno expulſio initiũ abſolutę poteſtati dedit, quaſi in remuneratio-

Digitized by Google

rationem, ob idque obſeruanda videtur, c 4. §. 4. num. 5. & 6. dummodo iniquum aliquid non fiat.
Materia iurisfirmarum à natura, & qualitate exceptionum, in quibus fundatur dependet, c. 5. §. 1. nu. 1.
Menalaus, non multa, verum ea argutiſsima loqui ſolebat, cap. 5. §. 6. numer. 17.
Melius eſt ante tempus occurrere, quã poſt cauſam vulneratam remediũ querere. cap. 4 §. 1. num. 1.
Merces portari poſſunt per Regnum vſque ad quatuor leucas extramitatum eiuſdem, cap. 5. §. 9. nu. 65.
Menochius de retinen. poſſeſſ. reme. 3. num. 361. & 362. ad propoſitum declaratur, cap. 9. §. 3. numer. 35. 36. & 37.
Menochius de recuper. remedio 15. numer. 222. accuratè exponitur, c. 8. §. 3. num. 33.
Mercatores fallati executantur, non obſtante firma, nec eis prodeſt immunitas Eccleſiæ, cap. 4. §. 2. nu. 42. & 43. quod declara, vt nu. 44.
Milites, & infantiones, quamuis regulariter non comprehendantur in ſtatutis, comprehenduntur tamen in hijs, quæ ſtatum politicum concernunt, cap. 5. §. 9. num. 31.
Minor cauſa, maiori præiudicare non debet, c. 4. §. 4. num. 32. & vide exẽplaria, num. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. & 42.
Miſericors non eſt, qui homicidam parcit, ſed homicida, cap. 1. §. 5. numer. 114.
Mixtus caſus ſub ſimplicibus non cenſetur compræhenſus in Regno, ſtãte ſtatuto quod verba ad literam intelligantur. c. 2 §. 3. nu. 62.
Modus firmandi de iure, ſiue de directo vnde originem duxerit, & in quo hez noſtræ executiones priuilegiatæ, cum guarentigijs aliorum Regnorum conforment, explicatur, num. 33. & 60. in Anacephal.
Modus procedendi traditus ſuper exceptionibus proponendis, contra pignorationes procedentes ab inſtrumentis non priuilegiatis, habet etiam locum in ipſis inſtrumẽtis priuilegiatis, num. 127. & 128. in Anacephalæoſi.
Modus indicendi ſiſſas explanatur, c. 4. §. 6. num. 17.
Modus procedendi ſuper exceptionibus, procedit, non ſolum cõtra executionem inſtrumenti non priuilegiati, verum & priuilegiati, c. 5. §. 8. num. 6. & 7.
Moderatio iurisfirmæ à reuocatione multum differt. cap. 5. §. 9. nu. 14.
Molina, verbo firma, verſi. per Martin. de Lanaja, & alios repræhenditur, nu. 76. & 78. in Anacephaleoſi, & declaratur, num. 79. & 81. ibidem.
Molina, verbo Rex, verſic. dominus Rex exiſtens extra Regnum poteſt concedere remiſsionem, c. 1. §. 5. num, 82. & alibi declaratur, & numer. 85. & 84.
Molina, verbo exilium in fine declaratur, c. 1. §. 5. nu. 91. 92. & 93.
Molinę determinationes ſemper fuere in hoc Regno obſeruatę, & cuſtoditę, c. 30. num. 59.
Monetaticum, & marauetinum ſoluunt homines conditionis de ſeptennio in ſeptennium, quod ius fuit introductum ad ſuſtinenda onera guerræ in ſubſidium patrimonij regalis, c. 4. §. 6. nu. 7. & 8.
Monitorij cuiuſdam emanati à curia Iuſtitiæ Aragonum contra perſonas Eccleſiaſticas thenor, ſiue exẽplar recenſetur, & eius obtemperatio, & actorum ſeparatio virtute monitorij, cap. 8. §. 3. num. 194. 195. & 196.

Motiua ſententiæ latę in curia Iuſtit: Arago. referuntur, cap. 4. §. 5. numer. 31.

Motiua ſententię proceſſus Sanctij Nadal, ſuper criminal. in curia Iuſtitię Arago. referuntur, idem, numer. 40.

Mulier, quæ per interrogationem, & reſponſionem prorrogauit iuriſdictionem Eccleſiaſtici ſi manifeſtetur, reſtituetur eidem, nec per priuilegiatam liberabitur, cap. 1. §. 2. num. 73.

N

NATVRALI iure omnes homines liberi naſcebantur, cap. 2. §. 4. num. 12.

Naturalis obligatio ſufficit ad compenſationem, c. 2. §. 4. nu. 14.

Nautæ in experti infelicitas, & periculum, nu. 1. in Anacephal.

Negatio ſola debitoris non ſufficit ad prouiſionem iurisfirmę, cap. 2. §. 4. num. 42.

Negans non excipit, capit. 4. §. 1. numer. 22.

Negatiua oratio, eſt malignantis naturę, & abnegat omnem potentiam, c. 5. §. 3. nu. 1.

Negotia plura ſunt quam vocabula, c. 5. §. 7. num. 64.

Negotium ſemel diſcuſum, & examinatum iterum examinandum non eſt, c. 9. §. 2. num. 24.

Negotium inquiſitionis, aliqui pro negotio fidei accipiunt, ad intellectū tex. in c. ſtatutum ciuitatis, ſed male, c. 30. nu. 133.

Nemo debet extrahi à ſuo iudice locali, c. 4. §. 1. nu. 20.

Nemo ius ſuum in defenſum ante ſententiam derelinquere tenetur, c. 6. §. 1. nu. 65.

Negligentia iudicis inhibiti in non reſpondendo, à foro coercetur, c. 9. §. 1. nu. 69.

Nobiles ab initio, loca & bona poſsidebant in honorem, ac quaſi præcario, poſtea vero non, cap. 4. §. 3. num. 32.

Nobiles milites, & infantiones caſtra, & loca ſua libera tenent cum iuriſdictione alta, & baxa, & ſine appellatione, ibid. num. 27.

Nobiles Aragonum abſolutam poteſtatem adquiſiuerūt exemplo Turcarum in Arabia degentium, qui Alcaydiatus ſibi ab Almanzore comiſſos in proprios vſus conuerterunt, c. 4. §. 3. num. 36.

Nobiles, vniuerſitates, & domini locorum non poſſunt niſi coram domino Rege, aut Iuſtitia Aragonum conueniri, cap. 5. §. 6. num. 8. & de vniuerſitate, vide exemplar, contrarium, nu. 11. & 12.

Nobilitas reſpectu officiorum vniuerſitatis facta, eſt ſcabellum pedum plebeyorum, quod ſanè dolendum eſt, cap 5. §. 9. nu. 117.

Non ſolum iura regalia executantur priuilegiatè, & non obſtante exceptione, ſed etiam omnia debita fiſcalia, c. 4. §. 7. nu. 47.

Non adimplens pro ſui parte, poteſt opponere, ne aduerſarius audiatur, antequam adimpleat pro ſui parte, & firma concedi ſolet, cap. 5. § 3. num. 15.

Non habemus in Regno clamum de manu domini Regis, aut domini, ſed omnia fiunt ad partis legitimę inſtantiam, c. 5. §. 4. nu. 14.

Non priuat inhibitio quem de foro ſua poſſeſsione, ſed contumacia inhibiti eſt, quæ priuat, capit. 5 §. 11. num. 22.

Notoria iniuſtitia impedit, ne ſententia tranſeat in rem iudicatam, &

 execu-

executionem trium ſententiarum conformium, c. 1. §. 2. nu. 40.

Notorium per ſolam negationem, abſque probabili ratione non redditur dubium, c. 2. §. 4. num. 40. & reprobatur Molin. verbo firma, verſic. per M. de Lanaja, num. 41.

Non obſtante confeſsione empatamenti, poteſt probari amplius confitentem teneri, cap. 4 §. 9. nu. 12.

Notorium per negationem infitiatur, c. 5. §. 6. nu. 35.

Nouæ prouiſiones in hoc Regno habentvim ſententiæ interlocutoriæ, quæ ex nouis non iuſtificantur, c. 5. §. 9. nu. 9.

Noui operis nuntiatio non minus authoritatis eſt, quam apprehenſio, cap. 23 nu. 41.

Noui operis nuntiationi in dubio parendum eſt, c. 24. nu. 6.

Nullitas in proceſſu dupliciter conſideratur, vno modo, quæ prouenit ex notoria iniuſtitia, alia vero quę prouenit ex deffectu formæ, aut ritus proceſſus, cap. 1. §. 6. numer. 5. & 6.

Nullitatem ſententię deducens in iuditio, per viam exceptionis ad impediendam executionem, ſi ſuccũbat, poterit nihilominus eandem probare principaliter in alio iuditio, c. 2 §. 3 nu. 11.

Nullitas allegata, & in promptu probata impedit executionem, ibid. num. 85.

Nullitas principaliter propoſita non impedit executionem ſententiæ à qua aliàs in Regno non licet appellare, quamuis contraria communis ſit, c. 5. §. 5. num. 8. & vide bonam diſtinctionem in materia, num. 17.

Nullitas incidenter tractata, vt quia condemnatus ſimpliciter appellauit, & deſerta fuit appellatio, poterit iterum principaliter tractari, & vide bonam diſtinctionem, c. 5 §. 5. num. 26. 27. & 29.

Nullitas notoria illa dicitur, quæ prima facie, de iure communi talis apparet, licet poſsit ſubeſſe cauſa propter quam reddatur falſa, cap. 5. §. 5. num. 24.

Nullitas, vbi ſimul cum appellatione principaliter in iuditium deducitur ſi appellatio deſerta declarata ſit, adhuc agitari, & in iuditium deduci poteſt, c. 5. §. 5. num. 26. Secus ſi eſſet incidenter deducta, vt num. 30. & 31.

Nullitas eſt, quoad effectum, omnis contra forus, cap. 11. nu. 9.

Nullitas patens, & notoria nunquam cenſetur excluſa, quamuis ſtatutũ de nullitate agi prohibeat, c. 5. §. 8. num. 42.

Nulla differentia in Regno datur, inter patrimonium publicum, & priuatum Regis, & quid ſit de iure, c. 4 §. 7. nu. 43.

O

OBSERVANTIA vſus Regni, titulo de pignoribus latè explicatur à num. 59. in Anacephalęoſi, & vide num. 73. & c. 2. §. 4. nu. 23. 43. & 44.

Obſeruantia iurisfirmarum, & inhibitionum, vna eſt ex maioribus libertatibus Regni, num. 119. in Anacephalęoſi.

Obſeruantia ſubſequta, diſponẽtis declarat ambiguam intentionem, c. 1. §. 8. num. 32.

Obſeruantia, de foro, & vſu Regni, titulo de fideiuſſoribus explicatur, c. 2. §. 2. num. 5.

Obſeruantia, penul. tit. de pignoribus declaratur, c. 2 §. 3. nu. 26. & 27.

Obſer-

INDEX.

Obſeruantia de conſuetudine Regni, tit. de priuilegio generali, cum alijs declaratur, c.4.§.3.nu.28.

Obſeruantia ſubſequuta declarat conuentionem antea factam, c.4. §.3. num.39.

Obſeruantię Regni non approbant iniuſtam dominorum occupationem, c.4. §.5.num.2.

Obſeruantia item nota quod aut bona in fine, tit. de pignor. explicatur c.12.nu.40.& 41.

Obſeruantia finalis, tit. de aqua pluui. arcen. explanatur, c.23.num. 5.6.& 28.

Obedientia ſuperioribus debita, à iure naturali deberi exiſtimatur, cap.10 §.2.num.16.

Obiectum denuntiationum Locumtenentium Iuſtitię Arago. debet eſſe tale, quod à laycis cognoſcatur, c.1. §.3. num. 18.

Obligatio naturalis eſt illa, quæ naſcitur ex naturali ęquitate fidei ſeruādæ, cap.2.§.4. num.9.& de effectu eiuſdem, num.9.

Obligatio naturalis actionem nō producit, ſed exceptionem, niſi ſit geminata, ibid. nu.15.

Obligatio naturalis ſola ſine ciuili, quandoque ſubſiſtere poteſt, ibid. num.16. vbi exempla traduntur.

Obligatio ciuilis dicitur, quæ ſolo ciuili vinculo fulcitur, cap.2.§. 4.num. 17.

Obligationis ciuilis effectus eſt actionem producere, ibid. nu.18.

Obligatio literatum poſt biennium effectum naturalis, & ciuilis obligationis ſortitur, ibid nu.19.

Obligatus ad ſoluendum certa die ſub pena, non liberatur ab ea ſi recuſet ſoluere, eo quod dicatur ſibi fuiſſe debitum emparatum, ſecus vero eſt ſi pecunia deponatur penes iudicem, c.4. §.9.num.3. & 4.

Quod procedit etiam ſi debitum ſit priuilegiatum, c.4. §. 2. num.5. Contrarium tamē refertur, & quid ſit tenendum traditur, num.6. vbi cum diſtinctione reſoluitur, nu.8.

Obligatio nulla naſcitur in contractibus innominatis ante ad implemētum ſequutum, c.5. §.3.nu.9.

Obligatio in inſtrumento contenta, exequitur etiam annullato inſtrumento, quando ſtatutum principaliter priuilegiat guarentigiam, & præceptum de ſoluendo, c. 5. §.8. num.67. & 68.

Obligatio perſonalis non ſequitur ſingularem ſucceſſorem, nec fundi poſſeſſorem, c.12.nu.15.& 20.

Obtinens ſententiam in vim fori de ſeruitu. & aqua, recurrere debet ad appręhenſionem, & petere quod tollantur ſigna Regia, c. 23. nu. 35. quod intellige quando ſententia tranſiuit in rem iudicatam, vt numer. 36.

Occidens vaſſallum ſigni ſeruitij domini Regis, ſoluit pro calonia mille ſolidos, ſecus ſi occidat vaſſallum nobilem, & inibi ratio traditur, & praxis Regni, c.4.§.2. num. 26. & 27. & quid ſi merino præſentetur firma. num. 28.

Occupatio bonorum vaſſalli facta ſine cauſa per dominum in vim abſolutę poteſtatis, non poteſt exequi per iudicem lęgalem, & foralem, c. 4.§.5.nu.32.

Occupatio temporalitatum in Regno indiſtinctè fit reſpectu omnium bonorum etiam fructuum Eccleſiaſticorum, c.10. §.1.nu.8.

Occupatio temporalitatum thedialis cum ſit, reuocatur poſtquam iudex Eccleſiaſticus integrè ſatifecerit, ibid.num. 49.

Occupatio temporalitatū fit in Regno omnium fructuum clerici, qui turbat

turbat Regiam iuriſdictionem, c.8 §.3.num.203.
Occupans,& diſsipans alterius hereditatem,etiam per vim,ante accep tam poſſeſsionem, an teneatur pena furti, reſoluitur quod non ,ſed ſolum crimine expillatę hereditatis,c.20.num.37.
Offerens contrariam iurisfirmam,ſuper poſſeſsione ſi aliquos actus con trarios iurisfirmę ſibi pręſentatę, de vi turbatiua non tenetur,nec iurisfirmę fractor dicitur,c.6 §.1.nu. 64.& 66.
Offendens,vel occidens officialem Inquiſitionis,non vt officialem, neq; ex cauſa officij, ſciens tamen eum eſſe officialem,& ex cauſa,quę habuit ortum ratione officij, an puniatur traditur,& cum Innocen.reſoluitur, c.30.n.160.180.183.& 188.
Offendens officialem delegati Papæ, quia eius erat inimicus, & non vt talem officialem per delegatum puniri nequibit,c.30.nu.163.
Offenſus poteſt remittere offenſam etiam in pręiuditium tertij, c.8.§. 4.num.91.
Offendens poteſtatem, vel familiam ſuam,tempore ſyndicatus,núm puniatur,ac ſi tempore officij offendiſſet exponitur, capit.30. numer. 164.
Offendens officialem ſecularem, etiã ob priuatam iniuriam, punitur vt offendens officialem,ibid.nu.195.
Offendens Inquiſitorem,etiam de ambulantẽ, tanquam ſuſpectus capi poteſt,c 30.n.211.
Offendens officialem, in dubio, animo impediendi officium offendiſſe videtur,ibid.nu. 214.
Offendens officialem paratum ad officium ſuum exercendum,idem eſt ac ſi officium ſuum exercentem offenderet,c.30.nu.215.
Officium Iuſtitię Aragonum eſt cognoſcere de omnibus tangentibus dominum Regem, tam proquam contra, & vt iudex medius iniurias propulſare, capit.1.§.1.numer.20.
Officium Iuſtitiæ Aragonum ad conſeruandos foros, & libertates Regni introductum fuit, ibidem num. 21.
Officium Iuſtitię Arago. & Locumtenentium,non ſolum natura, ſed & qualitate differunt,ibidem, nume. 42.
Officium duorum regens,quibus ſalaria pro vno quoque cõſtituta ſunt, duo etiam ſalaria habere debet, etiam nulla facta vnione dictorum officiorum,c.1. §.8.nu.9. & 10.
Officium Locumtenentium ſeparatũ eſt ab officio Iuſtitię Aragonum, c.1.§.8.nu.13.
Officium iudicis nobile in Regno nõ habemus, neque abſolutum illud Principis Imperium,c.4. §.1.nu.25 & 26.
Officium iudicis in Regno poteſt implorari,vbi equitas aliqua id ſuggerit, licet pars actionem nõ habeat. c.5 §.8.nu. 83.
Officium idem ſi duo habere contendant, qualiter procedendum ſit remiſsiue traditur,c.2 §.4.nu.14.
Officium Inquiſitionis, ſine officialibus,& miniſtris commodè expediri non poteſt,c.30.nu.199.
Officiales Regij non poſſunt introire in carcerem manifeſtatorum, c.1. §.2.num.10.quod declara,vt nu.11. 12.& 13.ibid.
Officiales Aragonum, ſi delinquunt vt officiales debẽt accuſari coram Iuſtitiæ Arago. & non coram alio, c.1. §.3.num.1. ſecus ſi delinquant, vt priuatę perſonę, vt numer. 2. & 3.

Offi-

INDEX.

Officialis delinquens vt priuatus, poteſt in fragantia capi per quemcũque officialem, ad finem remittendi eum ad ſuum iudicem, ibidem, num. 4.

Officialis delinquẽs, vt priuatus verũ poſsit capi cum appellitu ad finem remittendi, dubitabile eſt. Sed Author negatiuam tenet, ibid. n. 5.

Officialis qui captum apud ſe detentum occidit proditor eſt, & etiam qui occidit officialem officiando, c. 8. § 4. num. 65. & 66.

Officiales in ciuilibus conueniuntur, coram illis iudicibus, coram quibus conuenirentur ſi non eſſent officiales, c. 1. §. 2. nu. 6.

Officiales ab officio dicuntur ac proinde officium, & officialis conuertuntur, c. 1. §. 4. nu. 1.

Officiales largè dicuntur omnes, qui aliquo iure, ſiue lege tenentur ad aliquod miniſterium, ſiue adminiſtrationem, ibid. nu. 2.

Officiales dicuntur propriè, omnes qui habent officium publicum, c. 1. §. 4. num. 3. & inibi de officialibus Regni pertractatur, nu. 4. & 5.

Officialium Regni numerus certus eſt, adeo, quod firmã prouideri ſolet, ne numerus augeatur, quæ quãdoque declaratur, ibid. nu. 6. & 7.

Officiales delinquentes in ſuo officio non capiuntur, ſed vel accuſantur, vel denuntiantur, vel inquiruntur, c. 1. § 4. nu. 9.

Officialis delinquens, vt priuata perſona poteſt capi, capit. 4. §. 1. numer. 10.

Officiales omnes in Regno debent eſſe regnicolę, & alij actum aliquẽ iuriſdictionis facere nequeunt, niſi filij regnicolarum ſint, c. 1. §. 4. nu. 11. & 12. & vide bonum exemplar cum declaratione, vt num. 13.

Officiales delinquentes condemnati, debent condemnari in expenſis, etiam, & damnis in duplum iuxta forum, cap. 1. § 4. num. 17. quod ſi ſimpliciter condemnentur, an in duplum intelligatur, iuxta forum diſputari ſolet, ibidem, nu. 18.

Officiales Aragonum delinquentes, vt priuati, coram ſupradictis conueniuntur, delinquentes autem vt officiales, priuatiuè coram Iuſtitia Arago. conueniri debent, cap. 5. §. 6 num. 9.

Officialis nemo præſumitur, niſi probetur, c. 5. §. 9. nu. 46.

Officialis in ſyndicatu præſertim dolo carẽs, ex leui cauſa, ceſſante partis damno condemnandus nõ eſt, c. 10. §. 2. nu. 46 & 48.

Officialis ſemper preſumitur eſſe in via ad exercitium ſui officij, & ſi iniurietur, in officio præſumitur iniuriarus. c. 30. num. 203 & 205.

Officiales Regij, licet iuriſdictionem in clericos non habeant, eos tamen iniurioſos ſubditis ſuis à Regno, ſecundum aliquos, expellere poſſunt, non obſtante aliqua cenſura, c. 8. §. 3 num. 100.

Omiſsio, quãtumuis leuis ordinis ſubſtantialis iuditij, & formę ipſius, nullitatem inducit ipſo iure, cap. 1. §. 2. num. 33.

Omnia fiunt in Regno ad inſtantiam partis legitimæ, cuius principaliter intereſt, non ſecundario, cap. 5 §. 4. num. 4.

Onus merè reale tranſit cum ipſa rẽ in quemcunque poſſeſſorem, c. 5. §. 9. nu. 69.

Opinio Canoniſtarum in praxi obſeruatur, c. 30. nu. 86. & 87.

Opiniones contrarię, vbi reperiuntur præualet ea, quę vſu magis recepta eſt, c. 8. §. 3. nu 95.

Opponens de iuſtitia, vel iniuſtitia cauſę ad impediẽdum litis ingreſ-

ſum,

ſum,non auditur niſi opponat exceptionem notoriam, & in promptu probandam, quo caſu firma iuris ei dari ſolet,c.4 §.2.nu. 22.
Oppræſſis à iudicibus, quos incompetentes eſſe conſtat, ſubueniendum eſt,c.8 §.3.num.91.
Ordinarium ius agendi,& extraordinarium,ſiue executiuum, quid ſit exponitur,num.42.& 43. in Anacephaleoſi.
Ordinario iure ſublato executiuum manere, & è contra, certiſsimum eſt,nu.44 in Anacephal.
Ordinarium iudicium quod propriè dicatur exponitur, & quod extraordinarium,c.2.§.3 num.4.
Ordo iudiciarius ſi omittatur,aut pręposteretur,actus & proceſſus corruit,c.2. §.1. nu.13.
Ordinatiua cauſæ, & deciſsiua, quæ dicantur exponitur, capit. 4. §.11. num.5.
Orphinus Camerę Apoſtolicę Collector nollens foros competētiarum ſeruare per Regiam Audientiam, ac Iuſtitiam Arago. mediantibus literis ſubſidiarijs fuit monitus, ac tandem ad inſtantiam Regis per Papam ſecundario admonitus illos ſeruare, c.10. §.1.num.47. & 48.
Origo liberationis per viam priuilegiatam accuratè traditur,cap.1. §.2.num.94.

P

PACTVM factum à domino vaſſallis,etiam cum iuramento eis nō prodeſt,c.1.§.1 nu. 17. & ibi ratio traditur,nu.18.limita, quando pactum factum fuit in limine vaſſallagij,vt nu 19.
Pactum de retrouendendo(ſiue carta de gratia) incontinenti appoſitum ineſſe videtur primę obligationi, ac idem cum ea eſſe exiſtimatur, c.2.§.1.nu. 27.
Pactum in continenti appoſitum veterem actionem informat, & nouam producit,ibid.nu.28.
Papa annulare poteſt foros, & leges ſeculares aliquid diſponentes contra officium hereticę prauitatis,c.30.num.70.72.& 73.
Papa Martinus cōſuetudinem immemorialem cognoſcendi laycos de poſſeſſorijs ſpiritualibus approbauit,quod refertur,c.8. §.3.num.43. & 48.
Papa cum poſsit cauſam ſpiritualem layco committere, multo magis facultatem cognoſcendi de poſſeſſorio ſpirituali concedere poterit, c.8 §.3.num. 47.
Papa non præſumitur velle tollere conſuetudines antiquas,& rationabiles,ibidem,nu. 85.
Papa per cenſuras Bullę Cęnæ Domini,non eſt viſſus velle iuri quęſito mageſtati Regiæ,ſiue de iure, ſiue de conſuetudine,derogare,c.8 .§.3. num.87.
Papa licet generaliter non poſsit tollere exemptionem clericorum à iudicibus ſecularibus, tamen quoad certas cauſas,& quoad certos clericos poterit eandem limittare, c. 8. §.3.nu.131 & 132.
Papa ſicut poteſt cōcedere priuilegiū Principi layco procedēdi cōtra clericos ita,& præſcriptio immemorialis id poterit ibib.nu.158. & 159.
Partis offenſæ intereſt delinquentem puniri, & condemnari,c.1. §.5. nu. 24.ſed & occiſi heredibus maximū eſt ſolatium homicidā penas luentem videre,vt ibi, & nu.25.
Pars intereſata ea intelligitur quę principaliter leſſa eſt, modo accuſſet, modo,nō dū modo in rerū natura exiſtat

INDEX.

exiſtat vt gratia Principis ſine ea facta nulla ſit, cap. 1. §. 5. nu. 36.
Pars inhibita per firmam poſſeſſoriã, ſi coram iudice inhibẽte cõpareat, & rationes offerat in citationem inhibitionem reſoluit. c. 6 § 1. nu. 62.
Partes non poſſunt accuſari, vt fractores quando inhibitus comparet, & dat rationes, & firmat, quia neutri recipitur, ſi non firmat, & ibi elegans traditur differentię ratio. capit. 6. §. 1. num. 68. & 69.
Partes ſi volunt in iuditio iurisfirmarum procedere ſecundum foros antiquos poſſunt ſi id conſentiunt, & ſi procedant iuxta forum ad noſtrum, traditur praxis tribunalium ibidem, numer. 102. & 103. cum ſequentibus.
Pars victa per ſentẽtiam a iudice eccleſiaſtico latam, ſi appellet, poteſt ad ſecularem recurrere ne pendente appellatione, eccleſiaſticus eam exequatur, c. 8. §. 2. num. 3.
Pars ſolicitans iudicem eccleſiaſticũ, qui non habet bona temporalia in Regno, moneri ſolet quatenus ab inſtantia deſiſtat, alias capi ſolet donec ſatisfaciat. c. 10. §. 1. nu. 14.
Pars in iuditio poſſeſſorio non obtinebit, niſi expreſſe articulet, & probet ſe eſſe in poſſeſſione, vel quaſi. cap. 6. §. 1. num. 51. & 59.
Pauli Caſtrenſis opinio in l. ſi cauſa cognita, nu. 4. C. de tranſactio exponitur, cap. 2. §. 4. num. 29. & declaratur, num. 30. & 31.
Pauli Lezani Archidiaconi Oſcẽ. exẽplar in Romana curia varie iudicatu refertur. c. 8. §. 3. nu. 182. & 185.
Paulus Lezanus propter recurſũ, & firmam obtentam a curia Iuſti. Aragõ. contra iudicem eccleſiaſticum, per Rotam bis fuit condemnatus, & excommunicatus declaratus, ſed appellauit, & fuit abſolutus, quãuis poſteà in alio iudicio per eãdẽ Rotam fuerit excommunicatus declaratus non obſtante priori ſententia, c. 8. §. 3. num. 183. 184. & 185.
Paulus Lezanus propter recurſũ ad ſecularẽ declaratur per Rotam incapax beneficiorũ eccleſiaſticorum, cap. 8. § 3. num. 191.
Pater filiũ habens in poteſtate, poteſt remittere iniuriam filio illatam, niſi vilis perſona ſit, filius autẽ honeſta. c. 1. § 5. num. 62.
Pater quemadmodũ tenetur ad alendam filiam ſpuriam, ita & ad eam dotandam. cap. 4. § 7. num. 4.
Pater filię ſpuriæ alimenta de iure canonico præſtare tenetur, ibidem, num. 29. Limita tamen, vt nu. 30.
Pedaticũ ſoluunt tranſeuntes per Regnum cũ ſuis mercibus, vt ita Rex, & alij Dñi tẽporales ſua territoria ſecura conſeruent, c. 4. §. 6. nu. 2.
Penæ per appoſitionem, non cenſetur a pena nullitatis parte opponẽte receſſum, cap. 1. §. 2. num. 47.
Pena vbi commutatur, delictum non remittitur, maxime cum voluntate partis, c. 1. §. 5. num. 127.
Pena in Regno vbi applicatur fiſco, & parti: a fiſco peti nequit ſine parte, cap. 5. §. 4. num. 15. & 24.
Penæ frangentiũ iurisfirmas, quę ſint exponitur, & omnes arbitrarias eſſe aliqui cõtendũt, ſed author cõtrariu tenet, quãuis praxis aliud obſeruet. c. 10. §. 2. nu. 4. 5. 6. 9. & 10.
Penę officialium delinquentium grauiſsimę ſunt, c 10. §. 2. num. 8.
Penitẽs probabilem opinionẽ ſequendo excuſatur. c. 8. §. 4. num 24.
Petens a iudice inhibitionem, ne aduerſarius eum in ſua turbet poſſeſſione, debet firmare de directo ſuper dicta poſſeſsione corã iudice inhibente. nu. 142. in Anacæphal.
Petens inhibitionem iurisfirmæ poſſeſsoriæ

ſeſſoriç quid facere, & articulare teneatur oſtenditur, nu.151.ibid.

Petens firmam declarari, ſupponit eã benè conceſſam, c.5.§.9. num. 27. verb. declaratio.

Petens declarationem contra iura regalia domini Regis, ſi titulum, vel immemorialem non oſtendat, interim admittendus non eſt, nec etiã ad contrafirmandum, c.5.§.10. nu. 67. Idem ſi petatur contra inferiores, ibid. nu.68. verb. declaratio.

Petitio ſpecifica reſpectu alicuius iuris, ſeu actionis ſi ſit inepta ex aliquo capite, non poteſt ſuſtineri ex alia cauſa alterius naturç, ſiue formç, c.7.num.8.

Petri Salanouç Iuſtitiç Aragonum, verba explicantur, c.4. §.3. nu.29.

Pendente iuditio iurisfirmarum nullus ex litigantibus de fractione inhibitionis accuſari poteſt, nu. 146. in Anacephal.

Perdita firma originali, ſeu proceſſu originali firmç caſualis, non poteſt procedi ad reuocationem illius, c. 4.§.10.num.1.

Perdito proceſſu originali firmç caſualis, bene poteſt procedi ad declarationem iurisfirmç, ibid.nu. 2.

Perdito proceſſu originali iurisfirmç caſualis benè poteſt procedi ad repulſionem, quando eſt repellenda per documenta extrinſeca, ſecus ſi ex eiſdem meritis, ibid.nu.3.

Perſona omnis in quolibet actu ante omnia legitimãda eſt, c.5.§.6.n.51.

Perſona perſonaliter obligata, cũ ſit libera, nõ poſſidetur, c.6.§. 2.n.25.

Perſarum conſuetudo in caſtigandis iudicibus leges transgredientibus enarratur, c.1. §.3.nu.24.

Perſeuerans in excommunicatione per annum, vti hçreticus damnandus eſt, c.30.nu.4.

Periculi imminentis licet de iure habenda ſit ratio, de foro tamen ſtante apprçhenſione ſecus eſt, c.23.nu. 43.

Periculi euitandi cauſa multa permituntur, quç aliàs non permitterentur, c.23.num.10.

Percutiens aliquem cultello non præſumitur percuſiſſe animo occidendi, quamuis mors inde ſequta ſit, c. 22.num.10.

Perito in arte, etiam vnico, credẽdum eſt, c.10.§.2.nu. 28.

Pignus regulariter manere debet penes curiam, donec exceptiones diſcutiantur, an releuent vt nu. 65. in Anacephaleo. limita tamen in exceptione falſitatis, vt num. 66. qua propoſita pignus ſub fideiuſſoribus relaxatur, vt nu.67.

Pignoratio commune nomen eſt ad omnem executionem mandato iudicis factam, c.5.§.8.nu.4.

Plus & minus, non differunt ſpecie, c.24.nũ.2.

Portarij, Supraiuctarij, & Virgarij curiç Iuſtitiç Arago. in executione ſui officij ſunt ipſo iure aſſecurati, c.30 nu.22. non ſolum reſpectu perſonç vt num.23. verum & reſpectu vectigalium, & aliarum rerum ſibi neceſſariarum, vt nu.24.

Poſſeſsio ea prçſumitur vitioſa cui iuris præſumptio reſiſtit, num. 21. in Anacephal.

Poſſeſſorem ſe eſſe prætendens pro ſua poſſeſsione conſeruanda ad iudicem recurrere ſolet, aſſerens ſe ab aduerſario moleſtari in eadem, quo caſu inhibitionẽ, cum ſi quas, &c. concedere ſolet, nu. 136. & 137. in Anacephal.

Poſſeſsio fundamentum eſt inhibitionis iurisfirmç poſſeſſoriç, nu.152. & 153. ibidem, ea tamen actualis eſſe debet alio exiſtente in poſſeſsione, nec actualis ſufficiet, vt num.152. in

Anace-

INDEX.

Anacephale. & 154. quod etiam de iure procedit, vt nu. 155. ibid.

Poſsidens tantum, quamuis ius nõ habeat, remedia poſſeſſoria petere poterit, c. 2. § 5. nu. 5.

Poſſeſſori, ſi timeatur, quod lite pendente dilapidabit bona, adminiſtratio interdicitur eorundem, cap. 4. §. 4. num. 29.

Poſſeſſor incapax, & illegitimus in ſua poſſeſsione tuendus eſt, c 5. §. 9. numer. 89.

Poſſeſsio non adiuta titulo, cui ius cõmune reſiſtit, non prodeſt alleganti ſe exemptum, cap. 5. §. 10. n. 15.

Poſſeſsionem ſuæ nobilitatis probans tenetur allegare, & probare caſale, ſeu fortalitium loco tituli ad elidendam præſumptionem cõtrariam a iure, qua omnes plebei præſumuntur, ibidem num. 17.

Poſſeſsionem ſuę infantionię probãs, ad minus duos teſtes producere debet. & alium tertium, qui præſumptionem contrariam de iure purget, ibid. nu. 15.

Poſſeſsio exemptionis contra pręſumptionem iuris etiam violentam cõſeruanda eſt ſi adiuta ſit titulo allegato, & producto, c. 5. §. 10. nu. 25. Secus ſi non adiuuetur titulo, vt num. 26.

Poſſeſsio vbi præſumptio iuris leuiter reſiſtit ad obtinenda remedia poſſeſſoria non eſt iuſtificanda aliquo titulo, ſecus ſi vehementer, c. 5. § 10 num. 31. 32. & 33. vbi exempla traduntur; nam tunc in ſua poſſeſsione non conſeruabitur, vt nu. 34. & vide rationem, nu 35. 38. & 39.

Poſſeſsionem beneficij quis ſine titulo habere nequit, & ideo ad eam nemo reſtituetur, niſi titulum exhibeat, quando ius vehementer reſiſtit, ſecus ſi leuiter, ibidem, numer. 42. & 43. limita niſi pendente lite quis poſſeſsione ſpolietur. vt numer. 44.

Poſſeſsio antiqua, & immemorialis vim priuilegij habet, ad effectum iuſtificandi poſſeſsionem, nec eo caſu poſſeſſor tenetur titulum probare, c. 5 § 10. nu. 46.

Poſſeſsionis cauſa à proprietate ſeparata eſt, & proprietatis cauſam ſupponit, cum ad eam ordinetur, c. 6. §. 1. nu. 28. & 29. & vt ſciatur quis reus, quis ve actor ſit, vt ibid.

Poſſeſsionem melius probans poſſeſſor declarabitur, c. 6. §. 1. nu. 32. & 35. & reus efficitur, aduerſarius vero actor. non cõſiderato quis prius prouocauerit, vt num. 33. quatnuis quoad effectum, & ſubſtantiam ſecus ſit, vt num 34.

Poſſeſsione ſua quis priuari nõ debet etiam facto iudicis, niſi ordine iudiciario pręmiſſo, ac ſeruatis ſeruandis c. 6. §. 2. nu. 6.

Poſſeſsio creditoris reſpectu debiti id proprisſima dicitur, nec remediũ aliquod poſſeſſorium producit. c. 6. §. 2. num. 24.

Poſſeſſorium recuperandę non datur pro pręſentatione, quæ fit ratione rei mobilis, bene tamen adipiſcendę, & retinendę, ſeu ſi competat ratione rei immobilis, ibid. nu. 36.

Poſſeſſoria remedia in ſpiritualibus, ex ſolo tituli deffectu impediuntur ibid num. 54.

Poſſeſsionem nouam beneficij curati tribuere alicui, eam non habenti, vere & realiter ad iudicem Eccleſiaſticum pertinet, c 8. § 4. nu. 31.

Poſſeſsionis pro cõſeruatione, ad aliũ iudicem accedere licitum eſt, c. 8. §. 2. num. 14.

Poſseſsio per inſtrumentũ virtute ſtatuti in hoc Regno trãſfertur, tã per actũ fictũ, quã abſq; eo, & qualiter intelligatur, c. 12. num. 22. & 23.

g 2 Poſseſ-

Google

INDEX.

Poſſeſsio precaria, & precarium, morte concedentis ipſo iure finiuntur, & ad concedentem reuertuntur. cap.20. num.1.

Poſſeſsio naturalis quam habet vſuſfructuarius, morte finitur, & ciuili conſolidatur, ibidem. num.9.

Poſſeſsio in ſucceſſorem transferri poteſt virtute ſtatuti, etiam ſine aliquo actu vero, vel ficto, quæ poſſeſſio ciuiliſsima appellatur, cap. 20. num.34. & ei interdicta poſſeſſoria dabuntur, num.36.

Poſſeſsio heredis a poſſeſsione defuncti diſtincta eſt, c. 20. num. 18.

Poſſeſsio immemorialis nihil valet, vbi titulus per rerum naturam, aut rei veritatem præſumi nequit. c.8. § 3.num.125.

Poſſeſſor inſtrumentalis verus poſſeſſor non eſt, ſed fictus, & ita manu teneri non poteſt, cap.12. numer.2. quod intellige, vt num.3. & 4.

Poſſidens, in Regno ad contrafirmandum admittitur ex ſola poſſeſsione, ſiue antiqua, ſiue recenti, licet priuilegium non oſtendatur, nec titulus iuſtificatiuus poſſeſsionis, quando ius leuiter tantum reſiſtit, cap.5. § 10. num.52. & 53. vbi ita fuiſſe deciſſum traditur, num.54.

Poſſidere commodius eſt, quam petere, cap.6. § 1. num.3.

Poſſeſſorium ſummarium preparatiuum dicitur iuditij poſſeſſorij plenarij, & ad id ordinatur. ibidem, num.44.

Poſsidēs ſi ab aliquo turbetur, vel turba ei timeat, poteſt implorare iudicis officium de plano, vt illum prohibeat, aut vim fieri vetet. capit.6. § 1. numero. 57. ſed limita vt numer.58.

Poſſeſsidere qui vere præſumitur, non dicitur attētare, ſed potius poſſeſsione quā prius habebat vti, c.6. § 1. nu.74. 76. & 77. quod limita niſi poſſeſsio capta eſſet lite pendente, vt nu.78. & ſublimita, vt nu.79.

Poſsidere quem non præſumitur, cū ſit facti, niſi probetur. capit.6. § 2. num.89. & 90.

Poteſtatem ſpiritualem, & temporalem penes eccleſiam, illiuſq; præſidem Rom. Pont. reſidere magis cōmuniter tenetur, c.9. § 1. n.1. & 3

Poteſtates eccleſiaſticas, & ſeculares diſtinctas eſſe debere conuenit quo ad exercitium. ibidem. num.7.

Poteſtas ſiue eccleſiaſtica ſiue ſecularis, ſcandalis ocaſionem tribuere non debet, cap.9. § 1. num.9.

Poteſtatibus tam laicis, quam eccleſiaſticis licet ſuam iuriſdictionem tueri, atq; deffendere ibidem, nu. 13.

Poteſtas ſecularis ludibrio eſſe non debet ibidem. num.62.

Poteſtas punire poteſt officialē delinquentem extra officium, ſi delictū notorium ſit. cap.30. num.222.

Poteſtas abſoluta, vide ſupra verbo abſoluta poteſtas.

Praxis huius Regni in materia multum accomodata refert, num. 48. & 49. in Anachephal.

Praxis huius Regni, qua mediante ſuperſedebatur executioni, quando in limine pignorationis preſentabatur firma reprehenditur, eſt enim contradictā obſer. vſus Regni. nu.84. 85. & 86. in Anachepha.

Praxis in materia executionis cenſualis, ſecundum quam iudicatū fuiſſe traditur, cap.2. § 2. nu.14. & 16.

Praxis opponendi exceptiones cōtra inſtrumenta, tam in Curia Iuſti. Arago. quam in Regia Audientia ex ponitur, cap 2. § 4. num.32. & intellige vt num.36.

Praxis huius Regni, & alijs etiā multis communis eſt, & a iure ciuili approbata. c.5. § 8. num 3.

Praxis

INDEX.

Praxis inueterata huius Regni, qua mediante, iudices ſeculares inhibēt eccleſiaſticis, ne poſt interpoſitā rite ab eis appellationē, aliquid innouēt, num iuxta ſit, & ſuſtineri valeat, late diſputatur. cap. 8. § 3. numer. 56. & 57.

Præſumptio iuris fortiter reſiſtit dicenti ſe habere iuriſdictionem in Regno, & aſsiſtit principi, nu. 10. in Anacæphal.

Præſumptio iuris, & de iure releuat quem ab onere probandi. c. 4. § 5. num. 25.

Præſumptio iuris vbi reſiſtit declarationi, neceſſe eſt vt eidem declarationi, vel aſsiſtat titulus validus, & coloratus, cum legitimo temporis curſu, vel aliud habens vim tituli, cap. 5. § 10. num. 1. 3. & 16. Limita vbi ius leuiter reſiſtit vt in exemplis poſitis, num. 2. & 30.

Preſumptio leuis, & violenta diuerſa ſunt, diuerſos quę producunt effectus, cap. 5. § 10. num. 24.

Præſumptionem iuris cōmunis habens pro ſe conſeruari debet in ſua poſſeſsione, ſi declarationē iurisfirmę petat, quāuis qui eam obtinuit pro ſe habeat priuilegiū ibidem nu. 75.

Præſumptio violenta, num potens ſit ad condemnandum quē pena ordinaria, remiſsiuè traditur, c. 30. n. 145

Preſentatio iurisfirmę litis pendentiam inducit, nu. 13. in Anchephal.

Preſentatio iurisfirmę perſonaliter facienda eſt, nec ad domum facta ſufficiet, cap. 5. §. 8. num. 94. limita vt num. 98. & 99.

Preſentationes actorū per miniſtros, & alios Curię officiales, & ſub alijs ſolēnitatibus fieri debent, c. 17. n. 25

Preſentationes iurisfirmarum, cum ſint actus extraiudiciales, ſine non [illegible] Curię, mediante [illegible], faciendę ſunt & originaliter, dimiſſa tamen copia. c. 17. num. 25. & 26.

Preſentatio iurisfirmæ, & contrauentio ſi concurrant, quę earū precesſerit dubitatur, & cōtrauētionē precesſiſſe refertur. c. 22. nu. 2. 3. & 11.

Preſcriptio legitima delicti eius accuſationem impedit. cap. 5. §. 2. nu. 7.

Præſcriptio per petitionem, & libelli oblationē in criminalibus factā interrumpitur, ſecus in ciuilibus ibidem, num. 8.

Preſcriptio interrumpitur per petitionē factam in proceſſu nullo, cap. 5. §. 2. nu. 10. Limita ſi proceſſus annulletur ex deffectu mandati procuratorij. num. 11. & vide bonum exemplar, num 12. 13. & 14. limita inſuper ſi alias cōſtaret in proceſſu nullo de confeſsione partis, nu. 15.

Preſcriptio non extenditur de caſu ad caſum, nec de perſona ad perſonā, cap 6. §. 2. n. 56. ſed limita quinque modis traditis n. 57. 58. 59. 60. & 61.

Preſcriptio vnius iuris, ſeu articuli cōprehenſi ſub vniuerſo, trahitur, & extenditur, ad poſſeſsionem vniuerſi, alio non poſsidente vniuerſum cap. 6. §. 2. nu. 62. nec tunc dicetur extenſio, ſed cōpræhenſio, vt n. 63.

Præſcriptionem interrūpens ſemper intendit vniuerſaliter interrumpere, quia agit de conſeruando ius ſuum, niſi interruptio fiat ſolum in certis capitulis alio poſsidente vniuerſaliter. cap. 6. § 2. nu 66. & 67 & ratio traditur, num 68.

Præſcribens iuriſdictionem vniuerſaliter, quatenus compræhendit merum, & mixtum imperiū, per vnū actum præſcribit omnes partes in ſpeciebus cōtentas ſub eadem, nullo tamen alio exercente iuriſdictionem, cap. 6. § 2. numer. 70. & 71. intellige tamen vt num. 72. & declara, vt num. 73. & 74.

Digitized by Google

INDEX.

Preſcriptio in vno caſu introducta, extenditur ad alia connexa, & inſeparabilia, ibid. nu. 75.

Præſcribens aliquod ius per exercitiũ aliquorum actuum, non ſolum dicitur illos actus poſsidere, ſed & alios qui ſub illa ſpecie comprehenduntur, ad quorum omnium conſeruationem firma poſſeſſoria dabitur. c. 6. §. 2. nu. 76.

Preſcriptio in vtroque foro titulus eſt legitimus adquirendi dominij, c. 8. §. 4. nu. 9.

Preſcriptio legitima, & conſuetudo immemorialis conferunt ius in cõſcientia iudicibus ſecularibus, contra exemptionem Eccleſiaſticam, quamuis à principio per peccatum talis conſuetudo cepiſſet, c. 8. §. 4. num. 10. & 11.

Præſcriptio quantumcunque antiqua non datur in his, quę poſsideri non poſſunt, c. 8. §. 3. num. 87.

Preſcriptio immemorialis, vim tituli dicitur habere, cap. 8. §. 3. nu. 160.

Preſcriptio immemorialis cognoſcendi de cauſis clericorum prætextu violentiæ deffenditur à Roderico: maximè ſi allegetur cũ ea titulus, licet de eo non conſtet aliter, c. 8. §. 3. numer. 161. vel ſi de eo extaret aliqua fama, vel tolerantia Rom. Pontificis, ibidem, num. 162. 163. & 164.

Pretium, vel emenda data ſuccedit in locum rei ſurreptę, & eadem cenſetur, c. 1. §. 8. nu. 35.

Præceptis ſuperiorũ non obediens in dolo eſſe præſumitur, c. 10. §. 2. n. 13.

Preceptum iudicis, vel poſſeſsio, non ſequitur fundum, c. 12. nu. 17.

Prærrogatiua conceſſa vni ratione certi officij nihil operatur, quando ille aliquid facit extra officium, c. 30 nu. 161. 163. & 164.

Primæ prouiſiones quandoque manifeſtari ſolent, vt de nullitate doceatur ad varios effectus, vbi traditur bonum exemplar, cap. 1 §. 2. num. 45. & 46.

Prima, quęlibet prouiſio ex falſa cauſa facta nulla eſt, quamuis ſententia diffinitiua valeat, & ibi differentię ratio aſsignatur, cap. 5. §. 9. nu. 11. & 12.

Primogenitus cęnas non percipit niſi à locis, à quibus antiquitus ſolitus eſt percipere, c. 4. §. 7. nu. 23.

Princeps remittere poteſt delicta reſpectu intereſſe publici partis offenſę, etiam ſine ea, cap. 1. §. 5. numer. 77.

Princeps poteſt remittere penam corporalem, aut pecuniariam fiſco applicandam, non vero pecuniariam parti applicandam, c. 1. §. 5. nu. 28. 31. & 32.

Princeps remittendo iniuriam ſimpliciter non cenſetur damna, & intereſſe remittere, ſed ſolum actionem ad vindictam, ibidem, nu. 33. 59. & 60.

Princeps non poteſt facere remiſsionem reſpectu penę mortis determinatę à lege diuina, contra homicidam deliberatum, ibid. num. 38. & 39. etiamſi adſit partis offenſæ conſenſus, vt nu. 40. & cauſa publicæ vtilitatis, num. 41. Sed limita, vt num. 42. & 43.

Princeps & ciuitas poteſt propter bonum publicum res priuatorum auferre, ſine eorum voluntate, c. 1. §. 5. nu. 45.

Princeps poteſt tollere ex cauſa ius partis, quamuis ſit quęſitum de iure gentium, ibid. num. 46. quod intellige, & declara, vt num. 47.

Princeps poteſt remittere omnes penas, tam corporales, quam pecuniarias etiam per ſententiam impoſitas, c. 1. §. 5. nu. 48.

Prin-

Princeps intereſſe partis tollit, ſi illud ſit vindictæ, c. 1. §. 5. nu. 51.

Princeps in criminibus prohibitis lege humana, non vero diuina, poteſt remiſsionem facere, quo ad intereſſe publicum data aliqua cauſa minori, & qualiter, ibidem, num. 53. & 57.

Princeps cum cauſa iuſta, & publica, ſine dubio poteſt tollere etiam intereſſe partis pecunia eſtimabile, ibid. num. 54. Et an damnum iniuſtum, quod paſſus eſt iniuriatus, nu. 55.

Princeps de iure poteſt vindictas, quas accuſatores de publico proſequuntur remittere, c. 1 §. 5 nu 63 & qualiter id intelligatur ibi explicatur, de iure tamen noſtri Regni ſecus eſt declaratum, vt num. 64.

Princeps in hoc Regno quamuis abſoluta careat poteſtate, crimina tamen remittere poteſt, quia hoc ius in initio naſcentis Regni ſibi reſeruauit, c. 1 §. 5. nu 80. & 81.

Princeps non poteſt concedere remiſſionem in caſibus à foro expreſſè prohibitis, & ſi fiat non valebit. c. 1 §. 5. nu. 85.

Princeps vbi non adeſt pars intereſſata, nec conſanguineus, nec delictū eſt tale in quo detur pars intereſſata; poterit crimina remittere, vbi vero adeſt pars intereſſata varié iudicatum eſt, c. 1. §. 5. num. 86. & 87. Sed Author quid tenendum ſit tradit, num 88

Princeps poteſt regulariter in Regno crimina remittere, quoad pęnam & intereſſe reipublicæ, etiam ſine conſenſu partis, ibid. nu. 89. non vero intereſſe pecuniarii partis, n. 90

Princeps accedente cauſa publicæ vtilitatis poteſt crimina remittere, ſiue pars ipſa accuſet, ſiue perſona à publico introducta, c. 1. §. 5. n 94.

Princeps remittendo crimina, ſuum intereſſe remittere cenſetur, nō vero priuatorum, niſi id expræſſè dicat, & cum cauſa faciat, ibid. n. 120 quod declara, vt nu. 121.

Princeps licet ex cauſa poſsit rem à priuato auferre debet tamen ſolue re pretium, vel emendam dare, c. 1. §. 8. num 34.

Principis aſſertioni in facto proprio, & ad præiudicium tertij quamuis ſtandum non ſit, eius tamen declarationi, etiam ſi in tertij redundet preiudicium ſtari debet, c. 5 §. 9. nu mer. 24. & 25.

Princeps in dubio nō cēſetur ſuper incapacitate diſpēſare, c 5. §. 9. nu. 85. limita vt nu. 86. 87. & 88.

Princeps ſecularis, núm validè prohibere poſsit, ne layci prorogent iuriſdictionē Eccleſię ſubmiſsione, iuramento, vel alias in prǽiuditiu ſecularis iuriſdictionis ſubaliter agitatur, c. 9. §. 3. nu. 1. & 2.

Princeps ſecularis, & lex poteſt prohibere, ne per viam iuramenti, ſubmiſsionis, vel alterius contractus layci prorrogent iuriſdictionē Eccleſiaſticam ſuper re prophana pęnam apponendo, ibid. num. 7.

Principes ſeculares, iuramenta præſtita tollere non poſſunt, præſtanda vero impedire poſſunt, cap. 9. §. 3. num. 8. & 9.

Principis & iudicis præceptum legis habet vigorem, c 14. nu. 6.

Princeps de iure, prout etiam in Regno Caſtellæ, prohibere poteſt ſuis vaſſallis ne prorrogent iuriſdictionem Eccleſiaſticā, c. 26. n. 13. & 14.

Principes ſeculares ad conſeruationē pacis tenentur tollere violentias, & oppreſſiones oēs, quas inferiores iudices faciunt, ſiue clerici ſint, ſiue layci, clericos, vel laycos iniuſte grauado, eoſdem iudices Eccleſiaſticos

Digitized by Google

inhibendo, cap. 8. §.3. num.58.59. & 63.

Princeps ſubditos à violentijs deffendere, ac protegere tenetur, ibidem, num.60.

Princeps, & eius Regium conſilium, Eccleſiaſticum, vim inferentem in expenſis condemnare poteſt, cum id veniat in conſequentiam, c.8.§. 3.nu. 96.& 97.

Princeps, ſicut poteſt ius diuinum interpretari, ita & conſuetudo, ibid. num.151.& 152.

Priuilegia Iuſtitiatus in Regno in famulos, & familiares minimè deriuantur, & ibi bonum exemplar refertur, c.1.§.1.num. 44.

Priuatio eſt pœna habens locum tantum in caſibus expreſsis, & inſtante illo cuius intereſt, c.8. §.4.nu.82 83.& 89.

Priuilegiata cauſa principali, & acceſſoria quoque priuilegiata cenſetur, c.4. §.2.nu.37.

Priuilegium eximens quem generaliter à cęnis, & alijs exactionibus, an videatur compræhendere dotes filiarum domini Regis dubitatur, c. 4. §.7.nu.25.

Priuilegium generale in §. item demandan. tit. de priuilegio gener. non ſeruatur in criminibus, c.4.§. 11.num.22.

Priuilegium prohibitę Inquiſitionis vniuerſum Regnum reſpicit, c.5.§. 10.nu.57.

Priuilegium & poſſeſsio iuris pręſumptione adminiculata, apari procedunt, & an virtute talis poſſeſsionis admitatur quis ad contrafirmandum, vide bonum exemplar, & deciſionem, c.10.nu.76.& 77.

Priuilegiatus contra priuilegiatum, non vtitur ſuo priuilegio, capit.23. num. 23.

Priuilegium, quod datur reparationi Azuti fundatur, in periculo irreparabili ſi ea non fieret, quo periculo ceſſante, ceſſare quoque debet reparatio, c.23.nu.30. & 31.

Prohibere vim fieri ingredienti, ſpecies eſt mittendi in poſſeſsionem, nu.160.in Anacephal.

Prohibitus appellare non cenſetur prohibitus agere de nullitate, vel excipere de eadem, c.1.§.6.nu.2.

Prohibitus excipere non prohibetur iudicis officium implorare, c.5.§.8. nu.12.& 81.

Prohibere vim fieri, vbi poſſeſsio eſt formata, & adquiſita, non eſt in poſſeſsionem mittere, c.6. §.2. numer.45.

Prohibitio Principis, quę contra libertatem Eccleſiaſticam tendit nulla eſt, c.9. §.3.num.5.

Prohibitus ędificare, non prohibetur reficere ſi ędifitium non ſit omnino deſtructum, ſecus ſi eſſet penitus deſtructum, c.23. nu.1.& 2.

Prohibitum aliàs, permittitur quandoque ſingulari ratione, cap. 8.§ 3. num.75.

Procurator aſtrictus, ſiue accuſator publicus, in Regno ab accuſatione deſiſtere nequit, niſi duobus copulatiuè concurrentibus, c.1.§.5.n.18. quod limita, vt nu.19.

Procurator dominus litis, quādo poſſit ſe ſeparare, c.8.§.4.nu.90.

Procurator ciuitatis mandato Iuratorum, procurator vero Regni mandato Dipputatorum ſolent ſe ab accuſatione ſeparare, capit. 1.§.5. num.123.

Procurator aſtrictus, ſi ſimul cum parte accuſet, deſiſtere non poteſt ſine ea, etiam mandato Locumtenentis generalis, ibid. num. 124. Secus ſi ſolus accuſet, vt nu.125.

Procurator conſtitutus in contractu ad confitendum debitum, non eſt

ad

Digitized by Google

INDEX.

ad alia procurator, capit. 2 § 3. numer. 39.

Procurator aſtrictus qui admittitur ad accuſandum de aliquibus criminibus non poterit accuſare de delictis ante forum commiſsis, cumulare tamen poterit, penam augendo, c. 5. §. 9. num. 111.

Probationes pleniſsimæ requiruntur in iuditio repulſionis iurisfirmæ, c. 2 §. 3. nu. 21.

Probatio notorij facta alicui clerico, an fidem faciat coram iudice clerici tradi cur remiſsus, capit. 4 §. 2. num. 19.

Probatio parata, & incontinenti probanda, priuilegiata eſt, cap. 5 § 1. numer. 17.

Probatione pendente ſuper libertate, aut exemptione, debent exempti in ſua libertate conſeruari, c. 5 § 10. n. 7. limita tamen, niſi in ſola preſcriptione fundetur, vt num. 8. ſecus ſi in priuilegio, vt nu. 9.

Probationes partium, vbi pares ſunt in hoc iuditio plenario quis obtinere debeat varie iudicatum eſt, c. 6. §. 1. num. 36. & 37. Sed verius eſt eum obtinere debere, in quem iudicis animus ſecundum Deum magis inclinat, vt num. 38. quæ intellige, vt nu. 39 & 40.

Probatio per teſtes, licet non admittatur contra inſtrumentum, intelligitur tamen reſpectu perſonarum in eo contentarum, non vero reſpectu tertij in eo non comprehenſi, c. 12. num 21.

Probatio rei dubiæ in criminalibus ſufficit ad offuſcandum, & confundendum probationem actoris, c. 22 nu. 6. 7. & 8

Prouiſiones curię Iuſtitię Arago. non poſſunt executari niſi per Portarios, vel Supraiunctarios ordinarios dictæ curiæ, vel Regiæ Audientiæ, cap. 4 §. 2. num. 5.

Prouiſiones ſerbiniarum dantur hodie Iuſtitijs Aragonum per priuatam inſtructionem, quam obſeruant hodie, c. 1 §. 9 nu 2.

Proteſtatio domini, quod vaſſallus nō audiatur vbi agitur de abſoluta poteſtate omnem denegat iuriſdictionem omnibus iudicibus de iure nando, c. 4 §. 2. nu. 34. 35. & 36 & valida erit, etiamſi generaliter opponatur vt nu. 39.

Proceſſuum cuſtodia ad ipſos notarios pertinet, c. 4. §. 2. nu. 40.

Proceſſus apprehenſionis ſententia, & eius executio nō retardatur per iurisfirmam, c. 4. §. 2. nu. 45.

Proceſſus factus ab eo, qui a foro agere prohibetur, nullus eſt ipſo iure etiam nulla appoſita exceptione, & excipienti de nullitate firma iuris concedetur. c. 5 §. 3. num. 4. & 5.

Propheta cōtra preceptū comedens, a Leone occiditur. c. 24. nu. [illegible].

Pronuntiatio valida, ex proceſſu nullo dari non poteſt, c. 5. §. 6. numer. 84.

Proſperi Carauitæ, ritus 166. declaratur, capit. 4. §. 11. numer. 34. & 4[illegible].

Prorrogatio iuriſdictionis Eccleſiaſticæ facta per laycos ſubmiſsione, vel iuramento, hodie in hoc Regno licita eſt c. 9. §. 3. nu. 11

Prouocatus ab officiali, ſi deffendendo non offendit officialem, c. 10 numer. 228 etiam ſi officialis eſſet clericus, vt num. 229.

Punitionem criminis commiſsi a clerico, & layco, ad iudicem Eccleſiaſticum pertinere, non ad laycum, certius eſt c. 1. §. 3. nu. 8. & 11. quod declara, vt nu. 9. 10 & 12. & limita, vt num. [illegible]4.

Pupillus propter inhabilitatem perſonę, iudicis iuriſdictionē prorogare nequit

nequit,c.1 §.7.num.6.
Publicatio ſemper cenſetur facta de eo procuratorio, quod valet,licet in proceſſu non ſit,c. 6 nu.4.
Purgatio Canonica diffamatis de hęreſi indicenda eſt, item & credentibus eis,c.30.nu.140.& 144.

Q

QVALITAS in ſententia ommiſſa,iuxta terminos iuris in eadem ſupponenda eſt,cap.1.§ 4.nu.19.
Qualitas ſententię, ex qualitate iudicij mutari ſolet, c.2.§.3.nu.72.
Qualitas à foro requiſita omnino probanda eſt,c.5 §.2. nu. 26. quod intellige,vt num. 27.
Qualitas allegata in libello tribuens iuriſdictionem, ſi negetur non excludit penitus iuriſdictionem, ſed impedit proceſſum donec ſummariè de ea cognoſcatur, c.5. §.6.nu. 14. & 15.
Qualitas iuriſdictionis in libello allegata, & probata iudicis iuriſdictionem rectè fundat,c.5. §. 6. nu.24. & vide num. 27.
Qualitas in libello allegata ſi ab aduerſario minime negetur, potens eſt ad probandam iuriſdictionem, ibidem,num. 28. & 31. & declara,vt nu.39.40.41.& 42.
Qualitatis negatio non ſufficit vbi notorietas eſt contra negantem, ibid. num.34.& 38.
Qualitas in Regno allegata, quæ iuriſdictionem circumfert, non prodeſt niſi ſummariè probetur, quãuis à parte contraria minime negetur,c.5. § 6.nu.45.limita in allegatione qualitatis facta, coram Iuſtitia Aragonum,ibid.nu.46.
Qualitas officij inherens perſonę non poteſt ab ea ſeparari, donec ab officio reuocetur,c.30.nu.194.
Qualitas circumferẽs iuriſdictionem ſemiplenè probatur,cap.8.§. 4.numer.68.
Quaſi poſſeſsio rei Eccleſiaſticę,& beneficialis multo minus in ſucceſſorem tranſit, ſed nec ius proprietatis,& tituli,cap.20.nu 21. & 22.
Quando iudex Eccleſiaſticus, & alij iudices dicantur vim imferre exponitur,c.8. §.3.nu.200.
Quæſtio vbi vertitur inter duos iudices ordinarios Eccleſiaſticum,& ſecularem,an ſua iuriſdictio ſit,firma iuris reciprocè concedi ſolet,cap.5. § 6.nu.14. Idem dic inter duos ſeculares,vt nu.15.
Queſtio facti ſuper re etiam ſpirituali à iudice layco terminari poteſt, c.8 §.3.num.23.
Quemquam grauari, aut opprimi,à ſummi Pręſulis mente alienum eſt, & ibi Roderici opinio ad Bullam Cęnæ Domini enucleatur,c.8.§ 3. num.88.
Quotiens duo contendunt ſuper poſſeſsione fundi, ſolet pars, quę prætendit ſe poſsidere recurrere ad iudicem libellum offerendo,& poſſeſſionem deducendo à tempore oblati libelli, & ſic hoc inditium ſummarium ſimiliter intrare, c. 6.§. 1. num.55.
Quod principaliter agitur, non quod in conſequentiam venit attendendum eſt,c.5 §.6.nu.77.

R

RAPHAELIS Cumani doctrina in l.cum queritur,ff.de excep. rei iudi accuratè examinatur,c.2.§.8 num.30.
Ratio prohemialis alicuius fori cauſam finalem denotat,c.4. § 1.n.11.

Ratio

INDEX.

Ratio quare infantiones ad officia vniuerſitatum non admittantur reprobatur, cap.5. §.9.nu.118.119. & 120.

Ratio traditur, quare iudices ſeculares de violentijs ab Eccleſiaſticis illatis cognoſcere valeant. c.8. §.3. num.74.& 78.

Rationi, quod ideo ſecularis non poteſt inhibere iudici Eccleſiaſtico, quia clericorum exemptio eſt de iure diuino reſpondetur, c. 8. §. 3. num. 122.

Rati habitio fruſtra deſideratur, vbi obligatio ipſo iure ſublata eſt, c.5. §.7.num.18.

Receptator banniti, allegata ignorantia non excuſatur, ſi bannum erat preconizatum, c.5.§ 8.num.101.

Receptatores hereticorum, & deffenſores in ſuſpitionem etiam incidere dicuntur, cap.30. numer. 142. & 146.

Recedere in hoc Regno à iure notorio nefas eſt, c.24.nu.12.

Receſſiſſe non dicitur, qui animum redeundi habet, c.30.nu.206.

Recognoſcens licet probet dominiū in fauorem illius cui recognitio fit: non tamen probabit in preiuditiū tertij, c.12.num.25. quod limita, vt num.26.

Recurſus in omni caſu habetur ad curiam Iuſtitię Aragonum per viam iurisfirmę, num.106. in Anacephal.

Recurſus dabatur antiquitus in cauſis criminalibus ad curiam Iuſticię Arago. per viam manifeſtationis, & electionis iurisfirmæ, qui poſtea omnino ſublatus fuit in criminalibus, c.1.§.2.nu.41.& 51.

Recurſus per viam nullitatis ad curiam Iuſtitię Arago. nunquam cenſetur ſublatus in criminalibus, quā uis per ſtatutum generaliter omnis recurſus tollatur, & ibi ratio traditur, c.1. §.6.num.1.

Recurſu denegato, non cenſetur denegatus recurſus qui competit ratione nullitatis, cap.3 §.2.nu.10.

Recurſus nullus datur ab electione iurisfirmę grauaminum factorum, c.3. §.4.nu.3.

Recurſus per viam appellationis datur à repulſione, & admiſsione iurisfirmę grauaminum fiendorum, c.3.§.4. num.5.

Recurſus non datur per viam appellationis à ſententiis Regię Audientię ad curiam Iuſtitię Arago. ibidem, num. 6.

Recurſus ad curiā Iuſtitię Arago. dupliciter haberi poteſt, c.3 §.5.n.5.

Recurrēs ad iudicem, neceſſario corā eo firmare tenetur, de ſtando, & parendo iuri, de que iudicato ſoluendo, c.6.§.1.nu.60.

Recurſus ad iudices ſeculares, apud omnes Principes Chriſtianę reipub. receptus eſt, nec Concilio Tridentino contrariatur, c.8. §.2.n.5.

Recurſus à ſententia cancellarij, & arbitrorum nullus datur, c.9 §.2. nu. 26.& 29.

Recurſus ad curiam Iuſtitię Arago. tam ſuper ritu, quam ſuper recto, dabatur antiquitus à ſententia criminali; poſtea autem totaliter ſublatus fuit, c.11.nu.1.

Recurſus à conſilio cauſarum ciuilium datus fuit conſilio cauſarum criminalium creato, c.11.nu.4.

Recurſus materia, vti fundata eſt, fuit conſultata cum multis, tam Theologis, quam Canoniſtis, qui eam aprobarunt. c.8 §.4.nu.1.

Recurſus permittitur ad tollendam violentiam, non vero ad id, vt ſecularis de cauſa Eccleſiaſtica cognoſcat, c.8 §.4.nu.2.

Redditus regales in hoc Regno ſunt multum tenues, quia à principio

Regnum

INDEX.

Regnum fuit multum liberum, & exemptum, cap.4. §.6.nu.1.

Reficere non eſt aliquid de nouo facere, nec innouare, cap. 23. numer. 4.

Regnum, quod maiori Iuſtitia gubernatur, plus etiam duraturum eſſe Aragonenſes exiſtimarunt, c.1. §.1 num.22.

Regnum cenſetur tranſlatum in Regem cum facultate remittendi crimina, quod obſeruantia ſubſecuta demonſtrat, c.1.§.5.nu.8.& 9.

Regnorum & nationum diuerſarum in propoſito traduntur exemplaria, c.8.§.4.nu.12.

Reges, leges obſeruare, ac libertates tueri ſub iuris iurādi religione præmebantur, c.1. §.1.nu.16.

Rex aut eius officiales ſi aliquid agant contra forum, an detur recurſus ad eoſdem, vt facta reuocēt, an vero ſolum ad Iuſtitiam Arago. laté diſputatur, c.1.n.34.35 36 &37.

Rex poteſt augere numerum iuratorum ciuitatum, & locorum, c. 1.§. 4. num.8.

Rex Aragonum in hoc Regno ſolus non habet facultatem legis cōdendæ, cap.1.§ 5. num. 6. ſed cum curia generali, vt c.5. §.4 nu. 13.

Reges etiam ſe iuuare iurisfirmarum inhibitionibus, ſicut & eaſdem obtemperare ſolent, capit.5. §. 7. numer.65.

Rex, quando extrahit ſuum frumentum à Regno per ſuos officiales iurare ſolet coram Diputatis, quod non extrahit niſi frumentum de ſuo patrimonio, c.5 §. 9.nu.96.

Rex ex ſola legis præſumptione, quoad iuriſdictionem, ſine alio adminiculo fundatam habet intētionem, & quemcunque contrarium prætendentem vincere debet, c.5.§.10. num.60.

Reges tenentur tranquilitatem tueri, & vi oppreſſos liberarare de manu calumniantium, c.8.§.4.nu.17.43. & 45.

Reges adiri poſſunt ad punitionem Rectorum Eccleſiarū, Archiepiſcopis, vel Epiſcopis, id facere negligentibus, c.8.§.4.nu.18.

Reges Aragonum iuriſdictionem habent ad deffendendum ſuos vaſſallos à violentia, &c. per Eccleſiaſticos iudices illata, vel inferenda, c.8 §.4.num.26.

Reges, eiuſque miniſtri ratione conſeruandę pacis habent facultatem remouendi violentias inferendas inter perſonas Eccleſiaſticas, etiam ſi ab ipſis iudicibus Eccleſiaſticis inferantur ſuis ſubditis, cap. 8.§.2. num.1.

Rex in Regno ſuo fundatam habet intentionem, quoad exercitium ſuę iuriſdictionis, etiam quamuis actu non exerceatur, cap.30.num. 207. & 208.

Rex Hiſpanię habet conſuetudinem fundatam cognoſcendi de violentijs, etiam inter Eccleſiaſticos, Romani Pontificis tacito conſenſu approbatam, c.8. §.3.num.45. & 46. vbi aliorum Regnorum ſimiles cōſuetudines enarrantur, & numer. 66.

Rex Hiſpaniæ fundatam, & approbatam habet conſuetudinem cognoſcendi de violentijs inter Eccleſiaſticos, c.8. § 3.nu.51.

Reges eorumq; tribunalia iudicibus Eccleſiaſticis obuiant, ne poſt, vel contra appellationem vim faciant appellantibus, c.8.§ 3.nu. 62.

Regij conſiliarij, ſiue auditores omnes inquiri poſſunt, non ſolum de corruptione, ſed & de imperitia, & notabili negligentia, & de cōtraforis circa ritum & rectū, c.1.§ 3.n.15.

Regia

Regia Audientia de conſuetudine cõpetentiam formare non tenetur, niſi is qui crimen commiſit, in carcere detineatur. cap. 9. §. 1. nu. 47.

Regaliæ ſolius Regis eſſe præſumuntur. cap. 5. §. 10. num. 4.

Regaliæ quamuis contra Principem non præſcribatur, niſi tempore immemoriali contra priuatos tamen præſcribetur 40. annis. cap. 5. §. 10. num. 51.

Regula. L. vt vim ff. de iuſti. & iure procedit etiam pro conſeruatione. iuriſdictionum. cap. 9. §. 1. nu. 128.

Regula docens iudicem ſecularem poſſe cognoſcere, procedit vbi clericus ſuper poſſeſſorio ageret, ſecus vero eſt, vbi laicus aut clericus, clericum coram laico conueniret, capit. 8. §. 1. num. 4.

Remedium iuris firmarum eſt remedium præſeruatiuum, non curatiuum, per quod ſolum prætenditur, ne quis in ſua poſſeſsione turbetur, & ne executetur in caſibus nõ permiſsis, vt num. 156. & 157. in Anacephal.

Remedia manifeſtationis, inhibitionis firmę, & vię priuilegiatę diuerſa ſunt, & varios operantur effectus, cap. 1. §. 2. num. 1.

Remedium iuris non debet occaſionem tribuere delinquendi. cap. 4. §. 2. num. 35.

Remedia poſſeſſoria pro præſtationibus perſonalibus denegantur, c. 6. §. 2. nu. 21. & 26. ſecundum legiſtas. Sed limita, vt num. 30. & 31.

Remedia poſſeſſoria a ſola poſſeſsione immediate cauſantur, cap. 6. §. 2. numer. 22.

Remedia poſſeſſoria, ſecundum canoniſtas pro præſtationibus perſonalibus conceduntur, & ibidem ratione, ibidem, num. 27. & 28.

Remedium extra ordinarium intentari nequit, niſi vbi ordinarium deficit, cap. 8. §. 4. num 55.

Remiſsio pœnarum criminalium, & indulgentia ad ſupremum Prin. & alios non recognoſcentes ſuperiorem pertinet, non vero ad alios, cap. 1. §. 5. num. 1. 2. & vide nu 7.

Remiſsio criminum eſt ſupra legem, vel contra legem, & ideo eam inferiores a principe facere nequeunt, cap. 1. §. 5. num 4. & 5.

Remiſsio criminum an competat Gubernatori, ſeu Primogenito, aut Locumtenenti generali traditur ręmiſsiue, c. 1. §. 1. num 10.

Remiſsio ſolum datur imprudẽtibus, non autem calumniantibus, Item penitentibus, non vero in errore durantibus. cap. 1. §. 5. num. 57.

Remiſsio facta a Principe reſpectu interesse partis offenſæ debet eſſe cum cauſa publica, & ibi exempla traduntur, cap. 1. §. 5. num. 20.

Remiſsio ſeu conſenſus partis in aliquibus delictis non eſt neceſſarius ad hoc, vt princeps ea remittere poſsit, & quæ ea ſint declaratur ibidem, num. 21. & limita, vt n. 22.

Remiſsio partis in maioribus delictis neceſſaria eſt ad validitatem veniæ, cap. 1. §. 5. num. 23. & 25.

Remiſsio Principis non prodeſt delinquenti, niſi in ea expreſſe mentio fiat illius qualitatis, cum qua delictum commiſſum eſt ibidem numer. 61.

Remiſsio, & guidaticum in aliquibus enormibus caſibus locum non habent, & qui illi ſint declaratur. capit. 1. §. 5. numer. 96. 97. & 100. niſi remiſsio in hijs caſibus fiat de voluntate partis, vt nu. 68. & 104.

Remiſsio non prodeſt nec guidaticum notario accuſato de falſo ibidem, num. 99.

Remiſsio non prodeſt nec guidaticum

cum omnibus officialibus Regijs à ſupremo, vſque ad infimum, ibid. num. 101.

Remiſsionem, aut compenſationem facere prætio intercedente in Regno prohibitum eſt ſpecialiter, c. 1. §. 5. nu. 115.

Remiſsio, vt facieda ſit, ſufficit, quod fiat fides Locumtenenti, qui reum habet manifeſtatum, quod Regia Audientia per ſententiam remittẽdum eſſe declarauerit, capit. 5. §. 9. num. 101. & vide bonam deciſsionem in materia, nu. 102.

Remiſsio ad alium Regnum, vt locũ habeat requiritur, quod in eo etiã ad noſtrum Regnum remiſsioni locus ſit, capit. 5. §. 9. numer. 103. & 104.

Remiſsio, an procedat in delictis antẽ forum commiſsis, anceps quęſtio eſt, ibid. nu. 109.

Remiſsiones hęreticorum fieri debẽt à ſecularibus, non obſtantibus quibuſuis legibus ſecularibus in contrarium ſtatutis, c. 30. nu. 78.

Remiſsio hęretici facienda eſt abſq; eo, quod poſsit ſecularis cognoſcere de iuſtitia, vel iniuſtitia delictĩ hęreſis, ibid. nu. 80.

Remiſſus fuit Iacobus de Rueſta captus per curiam, & petitus ex cauſa hęreſis per Locumtenentes ſtatim, & de conſilio, ibidem, numer. 57. & 60.

Remiſsio hęretici licet fiat Inquiſitoribus, poteſt tamen, & debet Locũtenens Iuſtitię Arago. vlterius cognoſcere de cauſa, contra dictum captum, non obſtante Conſtitutione Pij V. c. 30. 111. & 112.

Remiſsio in delictis regulariter fieri non debet, niſi in crimine hęreſis, ibid. nu. 127.

Remiſsio in omnibus caſibus tangentibus hęreſim facienda eſt ſtatim, cum ab eis petitur, ibidem, numer. 149. Quod intellige, vt numero 152.

Remiſsionis materiam ſupple, vt ſupra in verbo Princeps.

Renuntiatio eſt ſtricti iuris maximè coacta, & renuntians actis, non cẽſetur renuntiare ſententiæ, cap. 8. §. 3. nu. 196.

Renuntiari beneficio iurisfirmę in criminalibus, non poteſt etiam cum iuramento; ſecus in ciuilibus, cap. 5 §. 11. numer. 36. 40. 42. & 47.

Repulſionis iurisfirmę finis, & effectus latè diſcutitur, cap. 2. §. 1. n. 28 & vide num. 29.

Replicare licet de notoria iniuſtitia aduerſus ſententiam tranſactam in rem iudicatam, cap. 8. §. 3. num. 192.

Res, dubia efficitur per negationem, vbi notorietas non adeſt, c. 9. §. 3. num. 32.

